ANNALES ECCLESIASTICI AB ANNO 1198 VBI CARD. BARONIUS DESINIT...

Odorico Rinaldi

Digitized by Google

9
H 5
5

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMAN.
SALA DI STUDIO
32
47

9
2 N
21

9 H. b. 5.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


EVNTES IN MVNDVM VNIVERSVM PRAEDICATE EVANGELIVM
ANNALES
ECCLESIASTICI
Ab Anno MCXCVIII.
VBI CARD. BARONIVS DESINIT
Auctore
ODORICO RAYNALDO
TARVISINO
Congregationis Oratorij
Presbytero,
OPVS POSTHVMVM.
TOMI XXI. PARS I.
ROMÆ,
Anno M DC LXXVI.
SVBEGIT
GENTES
VICIT
HAERESES
IN PETRA EXALTAVIT ME ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS

Digitized by Google

PIO LECTORI.

Ecclesiasticam Historiam, quam hortatu D. Philippi Nerij, Congregationis Oratorij in Vallicella de Vrbe Fundatoris, Eminentissimus Cardinalis Baronius summa cum laude, nec minori Catholicæ veritatis emolumento conscribendam suscepit, atque ad XIII. vsque seculum fœliciſſimè protraxit, prosecutus est venerandæ memorię Odericus Raynaldus Taruisinus eiusdem Congregationis Presbyter, eamque in plura volumina distribuit. Quorum duo postrema, quia nondum vltimam manum receperant, neque ad vmbilicum perducta fuerant, Vallicellana Congregatio, ne præclariſſimum opus in sinu suo natum, atque educatum in alienam familiam commigraret, vnanimi voto cuidam affectæ iam ætatis de suo gremio Sacerdoti recensenda, atque absoluenda mandauit. Verùm, candidiſſime Lector, cùm iste pluris vitæ, morumque puritatem, quàm expoliti Latini sermonis elegantiam faceret; cùmque in digerenda materia ineruditi Scholiastri vteretur ministerio; sero aduertit, opus iam absolutum, typisque iam consignatum innumeris penè errorum scatere sęditatibus: ex quo per integrum decennium communi luce abstinuit. Et sanè consilium fuerat perpetuis illud tenebrarum damnare carceribus, ni, propter rerum in eo contentarum vbertatem, ea sententia præualuisset, vt qualecunque tamen ad explenda studiosorum desideria in publicum denique castigatum prodiret. Dum verò non minùs à grammaticis, quàm historicis erratis diligentiſſimè repurgatur, tàm magna, & frequentia hisce voluminibus irrepsisse menda compertum est, vt satius visum fuerit illa potiùs in paginis inemendata relinquere, quàm corrigere; nè scilicet ingens foliorum moles eorum animos perterrefaceret, quorum sumptibus præsens Opus iterum erat excudendum. Ignosce igitur, & boni consule, humaniſſime Lector: & si crebrò in vulgares aliquas, minusque proprias dicendi formulas incidas, vtere facilitate tua; cùm præsertim idem Auctor plures epistolas, & instructiones Italico sermone conscriptas, à Romanis Archiuis erutas, totidem ferè verbis in Latinum vertere, necnon Acta Consistorialia, vt erant simplici stylo, memoriæ demandata, in medium fideliſſimè producere contentus fuerit. Præcipua tamen errata in fine Libri censoria tibi pagina indicabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

APPROBATIO

CVM iussu Reuerendissimi P. F. Dominici Mariæ Puteobonelli Sacri Palatij Apostolici Magistri Partem Primam Tomi XXI. Annalium Ecclesiasticorum, quam Odoricus Raynaldus præmoriens ineditam reliquerat, perlegerim; nihil in ea, quod recto Fidei dogmati, vel Christianis moribus aduersetur, animaduerti. Ideò, quamuis vberiorem Auctoris vitam, & curam exegisset, typis tamen mandari posse censeo. Datum ex Ædibus Vallicellanis die 19. Decembris An. 1685.

Leander Colloredus Cong. Orat. Presb. manu propria.

EGO Carolus Valesius mandato Reuerendissimi P. F. Dominici Mariæ Puteobonelli, Sacri Palatij Apostolici Magistri, Primam, & Secundam Partem Tomi XXI. Annalium Ecclesiasticorum attentè, accuratèque perlegi, quam Reuerendus quondam Pater Odericus Raynaldus Presbyter Congregationis Oratorij oppressus morte typis excudendam tradere non potuerat, ac in ea nihil sacris Fidei dogmatibus contrarium, nihil bonis moribus aduersum reperi, immo plurima ad confutandas Hæreses, ad Fidem orthodoxam asserendam, ad Christianos mores perpoliendos, pietatemque promouendam, eximiè scripta commendaui, ideòque typis ad publicam vtilitatem mandari posse iudico. Datum Romæ ex meis ædibus die 22. Decemb. An. 1685.

Carolus Valesius in Romana Sapientia Lector ordinarius.

EGO infrascriptus iussu R. P. F. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Ap. Palatij Magistri attentè peruolui Partem Secundam Tomi XXI. Annalium Ecclesiasticorum R. P. Oderici Raynaldi, atque in ea nil reperi contra Fidem, ac bonos mores: Quin etiam plura ad sacram eruditionem perutilia, quibus nostræ Religionis dogmata præcipuè contra Nouatores huius temporis refelluntur. Romæ die 24. Septembris 1686.

Franciscus Marchesius Presbyter Cong. Oratorij manu propria.

Imprimatur.
Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro
Sac. Palatij Apostolici

I. de Angelis Archiep. Vrbinas Vicesger.

Imprimatur.
Fr. Dominicus Maria Puteobonellus Sac. Pal. Apost. Magister.

Digitized by Google

ANNALES ECCLESIASTICI.

IESV CHRISTI

Anno 1534.

PAVLI III. Anno 1. CAROLI V. IMPERATORIS. Anno 16.

IAM dudum ſtatuerámus Annalibus Eccleſiaſticis vſque ad integrum Clementis Septimi Pontificatum abſolutis nos tandem debilitatos laboribus,ac ſenio confectos quieti committere; verum contrarijs validiſque rationibus incitati noſtram cogimur mutare ſententiam,atque extremos fugientis vitę ſpiritus Diuinæ Gloriæ conſecrare; prouectoque Annalium Eccleſiaſticorum operi, alacri mente, & ſacro pietatis ſenſu delibutos, pro tuenda Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ dignitate, diſcutiendiſque Hæreticorum erroribus incumbere. Reſumpto itaque ſtylo Hiſtoriam proſequamur, eorum præſertim, quorum auctoritate primordia, progreſſus, & quoque terminum Acta Tridentini Concilij habuerunt, cæteraque pariter, quæ ad Eccleſiam quoquo modo pertinent, & per annos circiter triginta euenerunt memoratu digna, publica reddamus. Igitur vigeſimum primum Eccleſiaſticorum Annalium tomum à Pauli III. Pontificis creatione exordiamur.

lib. 32.

Electio Cardinalis Alexandri Farneſij in ſummũ Pontificẽ, ſub nomine Pauli III.

1 Peractis in funere nouendialibus ſacris, (ita Paulus Iouius) Cardinales triginta quinq; Conclaue ſunt ingreſſi, nam plerique è Prouincijs in Vrbem ad Comitia conuolarant. Eminebat inter omnes in toga candida Alexander Farneſius Senatus Princeps, quem per quadraginta annos Senatorem, atque omnes ætatis honore ſuperantem Roma Patria, præclaræ Maiorum imagines, eximia, atque inueterata virtus, & præcellentes literæ magnopere commendabant; adeò vt Clemens, quùm toties repreſſo, & rurſus erumpente morbo omnem vitæ ſpem conſtanter abieciſſet, eum ſibi ſucceſſorem teſtamento ſcripturum affirmaret, ſi Pontificatus hæreditatem pateretur. Propterea Hippolytum Medicem etiam atque etiam fuerat adhortatus, vt vnum omnium Farneſium collatis Amicorum ſtudijs attollendum, ornandumq; ſuſciperet, quando nemo, in adminiſtranda Republica, & tuenda dignitate Sacroſanctæ Maieſtatis, potior eſſe videretur. Subinde aſſeuerans eius ſummi beneficij memoriam, vti in homine prænobili ſanguine progenito, nequaquam eſſe perituram. Itaque Medices, & ſua ſponte, & ſuorum omnium hortatu, & amicorum Cardinalium propenſione adductus, cum Ioanne Lotharingo, quem propter morum ſimilitudinem vehementer adamabat, adapertis ſenſibus arctè coniungitur. Hi duo longè nobiliſſimi totius Ordinis, cum ſupra viginti Senatores in ſuffragium adducerent, Pontificatum vti vellent, & dare,& eripere poterant. Igitur vix paucis communicato conſilio ad Farneſium pergunt, eumque poſt primos Comitiorum æſtus pacato animo in cella expectantem,aduoluti pedibus, Pontificem ſalutant. Conſequuntur ſtatim amici Cardinales, idem faciunt dubij; nec ipſi demum competitores,& aduerſarij diu cunctantur, quin accedant,atque eum veluti ſubita tacti religione protinus adorent. Nulla vnquam Comitia à multis ſæculis maiore ſimplicitate, concordia, religione inita, peractaque ſunt & infra Pancis horis, & Ciuem optimum & virtutis opinione lectiſſimum, vti optarat, potius quàm ſperarat, Populus Romanus Pontificem accepit; & eò quidem vberiore lætitia, & gratulatione, quòd ipſum cæleſte munus Deus immortalis ad compeſcendam latronum, & ſicariorum audaciam,

Digitized by Google

quæ in Prouincijs, & in Vrbe per Interregnum eruperat, mira prorsus ac inusitata celeritate cumulasset. Non enim syngraphis suffragiorum obsignatis, & de more in sacram vrnam coniectis, sed publico consensu, & præclara voce totius Senatus Pontifex est renunciatus, coronatusque demum triplici Thiara desumpto Pauli III. nomine. Huc vsque Iouius.

Manuscripti Arch. Vatic. tom. 11. Diar. 2. p. pag. 251. Acta Consist. Vuillelmi Encheuord Card. & alia acta.

2 Confirmant hæc Diaria Archiui Vaticani, acta Consistorialia Vuillelmi Encheuordij Cardinalis, quæ addunt, anno à partu Virginis millesimo quingentesimo trigesimo quarto, Indictione septima, XI. Octobris Cardinales ingressos Conclaue, & sequenti Die XII. creatum esse Pontificem prima hora noctis, ac die tertia Nouembris à Cardinale Cybo corona redimitum.

Paulus renuntiatus Pontifex, mox nihil habuit antiquius, quàm vt ea, quæ ad morum disciplinam promouendam, & ad hæreses comprimendas spectabant, alacri studio prosequeretur. Quod Cardinalium senatui die XVII. Octobris exposuisse Paulus Gualterius Aretinus in Diario narrat.

„ Die Sabbati XVII. Octob. MDXXIV.

Primam post electionē suā habuit Paulus cōgregationē generalem, & de Cōcilij indictione, & reformatione verba fecit.

„ Sanctissimus D.N. Paulus III. in prima Congregatione post assumptionem in Summum Pontificem commemorauit consuetudinem conuocandi Reuerendissimos DD. post comitia & electionem, & gratias egit diuinæ bonitati, sacroque Senatui; deinde de statu Reipublicæ Christianæ abunde disseruit, maximeque Concilij indictionem necessariam esse indicauit. Sacras Cæremonias, & sacros Ritus quàmprimum posset, se facturum declarauit, vitæ ac morum honestatem Reuerendissimis Dominis etiam atque etiam laudauit, pacem demum cum studio, & consilio à Sanctitate Sua quærendam esse omnibus pronuntiauit. Reuerendissimi omnia, quæ Sanctitas Sua dixerat, laudauerunt.

Tres Cardin. elegit, vt de reformatione morū tractarent.

3 Ad perducenda in opus ea pia consilia, instaurandamque disciplinam Ecclesiasticam, moresque sanctiores excolendos, præfecti fuere tres Cardinales, Senensis, S. Seuerini, & de Cæsijs; nec non ad celebrandi Concilij œcumenici instruendum apparatum exciti Romam præsules doctrina, & morum puritate insignes, inter quos Hieronymus Aleander Foroiulienſis Archiepiscopus Brundusinus apud Venetos Internuntius his literis accersitus.

Archiepiscopo Brundusino Nuntio Venetorum.

pag. 92.

Quamuis integritas, fides, ac virtus fraternitatis tuæ pari rerum experientia, ac multiplici doctrina coniunctæ istic, & in omnibus locis nobis vsui, & ornamento esse possint, cùm tamen, Deo adiutore, ad indictionem, celebrationemque generalis Concilij pro sanandis, Christianitatis vulneribus efficaciter deuenire intendamus; atque in ea re plurimum nobis tua fraternitas ob eius singularem Conciliorum antiquorum, & Sacrarum Scripturarum notitiam adiumento esse possit, ob hanc causam, vt præsentes tua virtute, quam plurimum facimus, fruamur, te hortamur, tibique iniungimus, vt nostro hoc desiderio dilecto filio nobili Viro Andreæ Gritti Duci Venetiarum significato, licentiaque abeundi sumpta, quamprimum poteris ad nos venire matures. *Datum Romæ XXIII. Nouembris MDXXXIV, anno I.*

De indicēdo Concilio cogitat.

Iussus Brundusinus Archiep. ad curiam Proficisci.

Paruit Pontifici Brundusinus Archiepiscopus, quem ob eximia virtutum ornamenta in Cardinalium Senatum adlectum visuri sumus.

4 Propulsandis quoque Tunetanis prædonibus, qui maritimas excursiones agebant ad Romana littora, eaque infesta reddiderant, data est à nouo Pontifice opera; vtque ad sua tuenda in Africam procul eos abigeret, Carolum Cæsarem incitauit, vt florentissimam classem ad expugnandum Tunetum, & Africę portus occupandos admoueret; pro qua instruenda Ecclesiasticorum vectigalium decumas in Regnis illi subditis addixit, à quo tamen onere Cardinales, & Equites Rhodij excepti fuere.

Decimas imponit pro Imperatore cōtra Turcas.

5 Pontificias etiam curas intendit Paulus ad dissentientes Regum voluntates conciliandas, veteraque odia, quæ tot mala pepererant, extinguenda. Tum maxime ad Principes Hungaricos, aliosque finitimos mutuo fœdere coniungendos aduersus Turcas, qui, tuendi Ioannis Regis specie, Hungariam in Turcici Imperij prouinciam redigere annitebantur. De quibus pijs studijs Simonem Episcopum Zagabriensem certiorem his literis fecit.

Pontificiæ curæ pro Hungaria à periculis vindicandā.

Venerabili Fratri Simoni Zagabriensi.

Venerabilis Frater Salutem. Ad Summi Apostolatus apicem, nuper Dei benignitate assumpti nullo magis obsequio, aut labore nostro tantæ Dei bonitati gratos nos reddere posse existimamus, quam si omnis nostra ad quietem, & pacem inter Christianos Principes constituendam conuertatur intentio, ab ista præsertim parte, quæ immanissimis Turcis vicinitate, & periculo propinqua, ab illis & in præteritum deuastata est, & in futurum ob proximas Hungariæ nouitates maioribus periculis obnoxia fore timetur, &c. *Dat. Romæ V. Decembris MDXXXIV. anno I.*

Paul. III. Lib. 1. Bre. an. 1534. pag. 170.

6 Cum Solimanus Præfecti sui cædem (vt in superiori tomo insinuatum est) vindicaturus crederetur, eaque occasione in Hungariam Turcicos exercitus ad eam proterendam, extinguendamque Religionem conuersurus crederetur, Pontifex Ferdinandum, & Ioannem Reges æmulos, omnesque Hungariæ proceres mutuo fœdere coniungere ad Turcarum propulsandos impetus annisus est, misso Internuntio, quem primum cum Cardinale Tridentino, qui maxima apud Ferdinandum florebat authoritate, agere; deindè Budam ad Ioannis Regis proceres se conferre iussit, de quo extant ad memoratum Cardinalem Tridentinum literæ.

Sur. in comment.

Cardinali Tridentino.

Paul. III. lib. breu. ann. 1. p. 174.

Dilecte Fili noster. Post tuum à nobis discessum, vt primum à solitis Coronationis, & alijs noui Pontificatus cæremonijs expliciti sumus, statim in illam curam tranquillandę Christianitatis, de qua sæpè tecum communicasse meminimus, cum ex officio, tum ex desiderio nostris redijmus, atque id nostrum consilium etiam casu adiutum est, vt maturaremus, Aloysij Gritti cæde, & Hungariæ motibus, in illa parte auditis, quæ sanè si quando ante alias nunc maximè concordiam, compositionemque vtriusque partis exposcunt, vt communibus armis (sic quoquè vix suffecturi) communi hosti obsistatur, qui sanè nouam iniuriam pro sua insolentia, & feritate non laturus formidatur: itaquè elegimus dilectum Filium Hieronymū Rorarium nostrum, tuumq; per

Aloysius Grittus Turcice Tyrānidis satelles cæsus in Hūgaria.

Hūgaros cōtra Turcas cōiūgere iussus Card. Tridentinus.

Digitized by Google

per quem id primum apud te, deinde Budæ apud alios curaremus. Nunc non opus nobis est oratione ad te impellendum, cuius probitas, & præstantissima Virtus nobis nota est, vt apud tuum Regem nostrum in Christo Filium charissimũ nos coadiuues, ad tam sanctum & dictæ Maiestati vtile opus perficiendum &c. *Datũ Romæ VI. Decemb. MDXXXIV. Anno. 1.*

Surius in comm.

7 Non potuere Regum diffidia componi, nec Solimanus, vt credebatur, in Hungaros exercitus suos effudit; cum Persico bello distractus esset, atque ab Ibrahimo summo Regiæ Turcicæ procuratore, Christani nominis amico, à Christianis opprimendis reuocaretur.

In Hungariã irrepsit hæresis Lutherana, & de remedio agitur.

Irrepsisse vero in Hungariam Lutheranam hæresim, atque eo infelicius auctam, quod Ioannes Rex Ferdinandi æmulus à Clemente Pontifice ob Turcas in illud Regnum excitos anathemate defixus esset; nec hæresis reprimi posset, nisi Ioannes Rex Ecclesiæ conciliaretur, quod ex actis Consistorialibus constat.

Acta Consist. Sign. n. 133. p. 280.

„ XIII. Iulij MDXXXIV. Lectæ literæ Fratris Francisci de Frangepan ex Buda, qui à „ Sanctissimo D. contra hæresim Lutheranorum, quæ in Hungariam acriter irrepserat, „ missus, aliquod remedium maturè petebat, „ cui petitioni obstare videbatur, quia Waiuoda, *qui illi Regno* præerat, iam à sua „ Sanctitate excommunicatus fuerat; ad eum „ enim Nuntium mittere non è Sedis Apostolicæ auctoritate esse censebat, neque aliter „ prouideri posse dubitabat, quia Waiuoda „ adhuc absolutionem censurarum non petierat, neque absolui vllo modo aliter poterat; „ Auditis Reuerendissimorum DD. sententijs „ Sanctitas sua negotium in futurum Consistorium distulit. Hæsisse in pertinacia Ioannem Regem, nec curasse anathematis vinculis solui, referunt Auctores, cuius impietatis exemplum in subditos transfusum est.

Acta Consist. m. f. Car. Spad. sign. n. 133. pag. 282. Paul. III. lib. brev. an. 1. p. 455.

8 Gratulati sunt nouo Pontifici de partis Pontificatus honoribus Reges, eumque amantissimis verborum officijs, atque obsequij significatione sunt prosequuti, inter quos Ioannes Lusitaniæ Rex Oratorem eo nomine decreuit, cui proximo ineunte anno hæc respondit Paulus, optimamque voluntatem restituendæ Ecclesiasticæ disciplinæ, religionisque asserendæ significauit.

Regi Portugalliæ.

Acta Lusitano Regi de eximijs officijs delatis gratię.

Charissime fili, & ex tuis amantissimis literis, & ex sermone cum dilecto Filio Philippo Lapio, quem ad nos misisti, tum Oratorum apud nos tuorum, vndique amorem, humanitatem, pietatem Serenitatis tuæ collegimus, non enim contentus prioribus Oratoribus tuis, proprio Nuntio officium gratulationis exequi voluisti, adiecta etiam grauitate literarum, pijsque pollicitis, & oblationibus tuis, quæ quò fuerunt plura, & à clarissimo Rege profecta, eo nobis acciderunt iucundiora. Proinde, vt debemus, maximas tuæ Serenitati gratias, & vicissim paterno semper affectu, & grata voluntate responsuri. Merita tamen nostra, à te propter amorem vberiùs cumulata, omnemque hanc amplificationem nostræ dignitatis, ad Dei clementiam referimus, qui sua inenarrabili benignitate dignos hoc onere nos fecit potius, quàm inuenerit. Eius proinde misericordiam deprecamur, vt sicut nobis onus imponere dignatus est, ita in ferendo onere non desit, tuamque Serenitatem in commune bonum pie animatam nobis diutissimè conseruare, ac prosperare, cæterosque Christianos Principes in idem animare, concordesque efficere dignetur, qua, sicut pientissimè optas, fidei Catholicæ veterem puritatem, & perturbatis Christianitatis partibus quietem, & tranquillitatem nostro labore, & cura, Principumque vnanimi consensu, restituere possimus: sed de his per D. Philippum, & Oratores tuos nobis relatis, scribent ipsi pleniùs, cui omnes fœlicitatem in terris, & perennem vitam in Cælis à Deo omnipotente semper imploramus. *Datum Romæ &c. Die XXV. Ianuarij MDXXXV. Anno. 1.*

Gallia gratulatur de noui Pontific. electi.

9 Gallia quoque tanti Pontificis electione plurimum gauisa est, vt tradit Sadoletus tunc Episcopus Carpentoractensis, omnium sententia vir celeberrimus, cuius Epistolæ ad Paulum Pontificem tunc conscriptæ fragmentum hic referre consonum visum est. [Cum hoc „ gratulor, tum illud maximi facio, quod sine ambitione vlla, sine mora, contradicente nemine, omnium suffragijs statim annunciata est, vt renunciatio iudicium fuerit dignitatis, ipsa vero celeritas renunciandi aperte ostenderit tantam, tàmque eximiam virtutem, quanta in te semper fuit, ad tantos motus rerum, quibus iactatur Respublica, sedandos, & ad salutarem portum consilijs sapientibus dirigendos, quàm primum, & quam maximè necessariam esse. „ Itaque & nomen, & virtus, & dignitas tua, „ tanta nunc apud omnes in opinione est, „ ita tua ad Summum Pontificatum electio ab „ omnibus est accepta, vt non hominum „ consilijs, sed diuinitus facta esse videatur. „ Atque hæc quidem, & Populi huius, in „ quo versor, & omnium Galliæ Procerum „ ac Principum est sententia. Audio enim „ multorum voces, & video vultus. Vt enim, „ quisque huc habet iter, ita ferè congreditur, „ & colloquitur mecum. Non equidem possum tantum quantum res est, perscribere: „ Sed hoc certe scribo, quod intelligo, & sentio, nunquam animos hominum lætiores, „ nunquam prædicationes magis honorificas, „ nec crebriores laudes de vllo Romano Pontifice extitisse, vt iam non Sanctitati tuæ me „ gratulari, sed Christiano nomini vniuerso „ magis conueniat.]

16. pag. 149.

10 Iacobo quoque Regi Scotiæ actæ gratiæ „ de eximio illius studio. De gratulatione „ (inquit) ità tibi gratias agimus, vt vicissim „ nobis, & Vniuersali Ecclesiæ de tali, ac tam „ Catholico Rege gratulemur, tuam Maiestatem hortantes, vt sicut hactenus fecit, Regnum suum ab hæresibus integrum conser„ uare studeat.

Scotiæ Regi gratias egit.

Trahebat Scotiam in extremi exitij discrimen Anglia, quæ Scotorum Hæreticorum clientelam corripiebat, eosque audacia, & armis fulciebat. Mirum autem fuit eos, qui Henricum flagitijs contaminatissimum pro Ecclesiæ capite susceperant, iactare ausos se à Romano Pontifice defecisse propter eius tyrannidem, ac scelera, quorum impias artes Reginaldus Polus postea Cardinalis, luculento commentario confutauit, ex quo pauca hæc delibamus, vt in omnium oculis collocemus, quàm iniquè Angli à communione Romanæ Ecclesiæ nulla iusta causa prouocati discesserint.

Reginaldi Poli 347.

Polus pro Pontifice cõtra Anglios apologiã edidit.

,, Sed quid tandem asserunt? nempè Papam
,, aiunt moribus corruptis esse, eoque non esse
,, Vicarium Dei? num corruptioribus, quàm
,, aliqui Reges sunt? num quàm hic ipse, ad
,, quem dignitatem Pontificiam transferunt?
,, quid huius vita? cuiusmodi tandem est?
,, Sancta credo, & omnis culpæ expers, in-
,, qua, si ipsi credamus, (vt nihil aliud dica-
,, mus) abominabilis incestus, labes Annæ vi-
,, ginti annis insedit; sed num in ipso aditu
,, nouæ potestatis, cum sanctissimos Viros,
,, tam crudeliter occidit, tunc se sanctum
,, ostendit? num vt vel omnium, qui pessimi
,, fuisse memorantur, Pontificum facta in me-
,, dium adducantur, aliquid in ijs tam nefa-
,, riè factum reperietur? Sed quid? si Ponti-
,, fex bonus sit, an hæc satis est causa cur eum
,, veneremur? an non potius nullam nos ho-
,, minis probitatem, sed Christi personam in
834. ,, Pontifice venerari solemus? si nemo Chri-
,, stianus dicere potest, vllius hominis pro-
,, bitatem, & non vnius Christi personam af-
,, fici honore, quid mea tantum refert bo-
,, nusne, an malus homo sit, in quo Christi
,, modò persona honoretur? Si Christi imago
,, veneranda est, refert ne vtrum in auro, an
,, in ligno expressa aspiciatur? num tu ex auro,
,, aut ebore factam honorabis, è ligno quam-
,, uis vili, aut etiam putrido effectam contu-
,, melia afficies, aut minus honorabis? Quid
,, ad me Pontificum prauitas pertinet, quam
,, scio nihil officere, nisi velim, non posse,
,, cùm omnis eorum potestas sit ad ædificatio-
,, nem, ad animæ alterius detrimentum nulla
,, sit? quid si non modò non obest (verè Chri-
,, stianis) vnius hominis Pontificis prauitas,
,, sed prodest etiam, cùm magis Christi glo-
,, riam illustret? quid enim quæso magnum,
,, ac præcipuum à nobis fieret, si bonum Pon-
,, tificem honore afficeremus? quasi verò non
,, ipsi etiam Ethnici facerent. Cum autem ne
,, vitijs quidem humanis deterreri videmur,
,, quò minus Christi imaginem veneremur in
,, eo, qui pro Christi Tribunali sedens, Eccle-
,, siæ vnitatem, & concordiam retinet, hic vi-
,, delicet nos verè Christianos ostendimus,
,, hoc modo Christi gloria maximè illustra-
,, tur.

Lutherus contra Ecclesiæ ritus, ac papam declamat.

11 Nefandissimus quoque impostor, atque apostatarum princeps Martinus Lutherus Pontificem grauibus contumelijs lacerare non destitit. In lucem enim edidit hac ferè tempestate, Satanico furore concitus, pestilentissimum librum de Angulari (vt ipse vocat) Missa, consecrationeque Sacerdotum. Vbi inter alia (teste Surio) [Papam vocat regem glirium:

In comm. hoc anno.

,, Episcopos fures Dei, sacrilegos, Sacerdotes
,, angulares, damnatos, fatuos, Missam vocat
,, abominationem, tremendum altaris Sacrifi-
,, cium, stercus, lutum, quod ipse Lucifer dice-
,, re vix auderet. Ibi quoque per Dei verbum
,, iactitat Indulgentias abolitas, Purgatorium
,, extinctum, peregrinationes suppressas, mul-
,, tasque alias Papistarum idololatrias, & Dei
,, Mammonæ cultus prostratos.] Quoniam verò ipsemet in hoc libro sese turpissimè prodit, atque se cum Dæmone, quem aliquoties sibi noctu apparuisse, ibidem fatetur; in disputationem ingressum de Missa, & de quibusdam alijs, tandemque ab eo victum, ac superatum rationibus illius cessisse. Hinc optimè præfatus ,, Surius ita argumentatur. [Vt iam nemo
,, tam stupidus ac plumbeus sit, quin vel digi-
,, tis tangere possit huius infausti hominis do-
,, ctrinam non Christi, vt solet iactare, sed
,, diaboli esse.] Et sanè tàm horrendæ in sa-
crosanctæ Missæ Sacrificium, ac cæteras Eccle-
siæ institutiones, necnon in Christiani ouilis
supremum Pastorem, ac reliquos Ecclesiæ Re-
ctores blasphemiæ, non nisi ab inferis prodire
poterant. Quis enim tàm perditus homo, solius
proprij spiritus, ingenijque ductu, tàm impia
ipsisque Apostolicis traditionibus contraria
dogmata proferre, absque vllo conscientiæ flu-
ctu, ausus vnquam fuisset? Quem equidem
passum fuisse ipsummet Lutherum, dum de
abroganda priuata Missa illum conscriberet li-
,, brum, ita testatur Ioannes Eckius [Lutherus
,, ait sæpè sibi palpitasse cor tremulum, & re-
,, prehendens obiecisse. Tu solus sapis? Totne
,, errauerunt vniuersi? Tanta sæcula ignorauе-
,, runt? Quid si tu erres, & tot tecum in erro-
,, rem trahas damnandos æternaliter?] Attamen veritatis istius voci, quæ, vt loquitur B. Augustinus, *numquam tacet, sed vociferatur ex corde*, à conscientiæ stimulis tunc exagitatus sanæ mentis aures præbere iniquissimus ille Apostata detrectauit: ac permittente Deo suomet ore fassus est, quod non sine ingenti animi trepidatione, seu temeritate, Ecclesiasticis traditionibus per tot sæcula fidelium omnium acceptatione comprobatis liceat reluctari. Cæterum impia hæc Lutheri dicta contra Missæ sacrificium, aliosque Ecclesiæ ritus inferiùs à nobis refellentur.

Interim satis hic sit cum Cardinale Hosio animaduertere, ac deplorare hominis impietatem. *l. 2. de hæres. nostri temp.*

,, [Non iam ille (scilicet Lutherus) scribendis
,, libris quid esset, aut quid non esset cum pie-
,, tate, cum veritate coniunctum, sed quid in-
,, commodare Papatui maximè posset, spe-
,, ctandum esse putauit: vt quidquid scriberet,
,, quidquid diceret, quidquid faceret, omnia
,, in odium & despectum Papæ, Concilio-
,, rum, & Episcoporum faceret. Fatetur
,, hoc adeò ipse in quadam epistola ad Argen-
,, tinenses, ad quos in hæc verba scripsit:
,, *Hoc diffiteri (inquit) nec possum, nec volo,*
,, *quod si Carolstadius aut alius quispiam ante*
,, *quinquennium persuadere mihi potuisset, in sa-*
,, *cramento præter panem & vinum esse nihil, ille*
,, *magno beneficio me sibi deuinxisset: granibus*
,, *enim curis anxius in hac exeutienda materia*
,, *multum desudabam, omnibus neruis extensis me*
,, *extricare & expedire conatus sum, cùm probè*
,, *perspiciebam, hac re Papatui valdè me incom-*
,, *modare posse*. Nonne hic (pergit Hosius)
,, apertè confitetur ipse peregrina sua doctrina
,, populo inculcanda, non hoc spectasse, vt
,, Christi gloriam propagaret, vtque veritatem
,, illius patefaceret, sed vt odio erga Papam
,, excœcatus, eodem illius odio cæteros in-
,, flammaret? Tanta autem fuit mens illius
,, infuscata malevolentia, Christum vt præ-
,, sentem in Eucharistia libenter fuerit nega-
,, turus, dummodo per hanc occasionem in-
,, commodare Papatui potuisset.

In comm. Hæretico. rũ Conuẽtus Constantiæ habitus.

Circa finem huius anni pastorum Euangelicorum conciliabulum Constantiæ habitum fuisse narrat Surius, cuius conuentus promotor fuit Bucerus: in quo rursùm actum fuit de pace cum Luthero in Eucharistiæ negotio statuenda:

ve-

Digitized by Google

verùm cum *non ſit pax impijs* iuxta Diuini oraculi monitum, inter dogmaticos Sectarios concordia conſtitui minimè potuit.

13 At dum in Europa plures hæreticorum fraudibus deficerent ab Eccleſia, fides Chriſti in America latius propagata eſt, plurimique hoc anno à Clemente VII. & à Paulo III. conſtituti ſunt Epiſcopi. [Ad ſupplicationem Imperatoris die decima Ianuarij (vt referunt acta Conſiſtorialia) oppido Sanctæ Marthæ in Prouincia Sancti Matthæi in partibus Indiarum in ciuitatem erecto Alphonſus de Thobes: & Caſtellæ aureæ, in partibus quoque Indiarum Thomas Berlangha Ordinis S. Dominici: nec non loco de Guattimalla Franciſcus Marochinus in Sacra Theologia Doctor à Pontifice delegati ſunt Antiſtites.]

In India Epiſcopi conſtituũtur. *Acta Conſiſt. 18. Decemb. 1534.*

14. Labente anno die decima octaua Decembris, Paulus auxit Cardinalium Senatum duobus Nepotibus Alexandro nempe Farneſio, & Guidone Sfortia ex Comitibus Sanctæ Florę, qui cum in Bononienſi Academia tunc literis operam darent, impoſitæ à Paulo ſunt partes Ioanni Mariæ Sypontino Archiepiſcopo Æmiliæ Præſidi, vt ſacramento adactis ſolemni ritu Bononiæ ijs Cardinalitia inſignia conferret, illius verò ſacramenti formula his verbis concepta erat.

Diarium Petri Gualterij Arretin. tom. 11. Paul. III. lib. 1. breu. an. 1. 1534. p. 218.

15. Nos Alexander de Farneſio, & Guido Aſcanius ex Comitibus Sanctæ Florę Cardinales promittimus, & iuramus, quod ab hac hora in antea fideles, & obedientes erimus D. Petro, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, & Domino noſtro D. Paulo PP. III. eiuſque Succeſſoribus canonicè intrantibus; non erimus in conſilio, aut conſenſu, vel facto, vt vitam perdant, aut membrum, ceù capiantur mala captione, aut in eos violentæ manus quomodolibet ingerantur, vel iniuriæ aliquæ inferantur, quouis quæſito colore. Conſilium verò, quod nobis crediturí ſunt per ſe aut literas, ad eorum damnum nemini reuelabimus; Papatum Romanum, & Regalia S. Petri adiutores erimus ad retinendum, & defendendum, ſaluo ordine noſtro, contra omnem hominem, Legatum Apoſtolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorificè tractabimus, & in ſuis neceſſitatibus adiuuabimus. Iura, honores, priuilegia, & auctoritatem Romanæ Eccleſiæ, Domini noſtri Papæ, & Succeſſorum prædictorum conſeruare, defendere, augere, & promouere curabimus, nec erimus in conſilio, vel facto, ſeu tractatu, in quibus contra Dominum noſtrum, vel eandem Eccleſiam aliqua ſiniſtra, vel præiudicialia perſonarum, iuris honoris, ſtatus, & poteſtatis eorum machinentur: & ſi talia à quibuſcumque tractari, vel procurari nouerimus, impediemus pro poſſe, & quanto citiùs poterimus, ſignificabimus eidem Domino noſtro, vel alteri, per quem poſſit ad ipſius notitiam peruenire. Regulas SS. Patrum, decreta, ordines, ſeù definitiones, reſeruationes, prouiſiones, & mandata Apoſtolica totis viribus obſeruabimus, & faciemus ab alijs obſeruari. Hæreticos, Schiſmaticos, & rebelles eidem Domino noſtro, vel Succeſſoribus prædictis pro poſſe perſequemur, & impugnabimus. Poſſeſſiones verò ad menſam noſtram pertinentes non vendemus, neque donabimus, neque impignorabimus, neque de nouo infeudabimus, vel aliquo modo alienabimus inconſulto Romano Pontifice, etiam cum conſenſu Capituli noſtri; & ſi ad alienationem aliquam deuenerimus, ex nunc prout ex tunc pœnas in quadam Apoſtolica, ſuper hoc edita Conſtitutione contentas, volumus incurrere ipſo facto. Sic nos Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Sacramẽti formula à nouis Cardin. nuncupata.

IESV CHRISTI

Anno 1535.

PAVLI III. Anno 2. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 17.

1 ANno Chriſti milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, indictione octaua, paſſa eſt grauiſſimam cladem catholica religio in Anglia, cum Henricus ira in Romanam Eccleſiam, à qua anathematis telũ ei comminatum erat, efferatus, verſuſq; in ſæuiſſimũ perſecutorem Fidei, cuius defenſorem antea maxima cum laude egerat, catholicæ pietatis veſtigia omnia è Regno ſuo euellere, omneſque in æternum exitium trahere ſecum præcipites, diſſentientes verò excarnificatos ſupplicijs è viuis tollere niteretur. Non defuere furenti ſatellites impietatis in Eccleſiaſtico & Equeſtri ordine, qui præſentis vitæ commodis irretiti, funeſta eius conſilia promouerent, inter quos eminebant flagitio Cromuelus, & Leius Metropolitani Sacri Ordinis proditores, quos Gardinerus, & Samſo, & alij iuniores Præſules, caducarum rerum amore illuſi, ſequebantur. In Procerum verò conſeſſu præerant auctoritate Carolus Brandonus, Suffolciæ Dux, qui Regis ſororem matrimonio iunctam habebat, & Thomas Houuardus Norfolciæ Dux, qui Nobilium turbam, quam Henricus hæreſi Lutherana depraua tam noua dignitate auxerat, ad ſuos nutus flectebant; quorum opera ſuffultus, doliſque inſtructus, in Comitijs extremo ſuperiore anno habitis, impius Rex excuſſo Romani Pontificis iugo contra Symboli articulum *In vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam*, ſe Anglicanæ, & Hibernicæ Eccleſiarum caput Apoſtaticum dixit, atque in Diuinis à Romano Pontifice iura peti vetuit, finxitque ſe Diuina, & humana auctoritate pleniſſima ad omnes hæreſes, corruptelas, erroreſque emendandos, tradendamque incorruptæ Fidei puritatem pollere; ſanxitque, vt illi propterea omnium Sacerdotiorum vacantium integra vectigalia primi anni, quo quis Sacerdotium adeptus eſſet, ac omnium Eccleſiaſticarum dignitatum Decimæ perſolucrentur: ferali etiam odio in Papam accenſus, Papæ nomen ex omnibus libris abradi intentato capitali ſupplicio iuſſit, cui impio edicto mox paritum refert Sanderus.

Vide Sadolet. lib. 9. p. 337. de Conc. & Tuneto p. 346. & 445.

Sander. lib. 1. de Schiſ. Angl.

Henricus ſe caput Ecc. Anglicanæ declarat.

„ 2 Per Calendaria (inquit) per Indices, „ per Scripta, per totum Ius Canonicum, per „ Scholaſticos Doctores Papæ vocabulum li„ turis vndique obducebatur, imò in fronte „ operum D. Cypriani, Ambroſij, Hierony„ mi, Auguſtini, Leonis, Gregorij, Proſpe„ ri, & aliorum Eccleſiæ luminum ſinguli „ ſcribere coacti ſunt. Si quid in eis operibus „ ineſſet, quod Pontificis Romani Primatum „ tueretur, aut confirmaret, ſe illi verbo, ſen-

Papæ nomen à libris, & alijs locis aboleri iuſſit Henricus.

Digitized by Google

,, tentiæ, rationi, iam nunc renuntiare, nec ,, tanti criminis reos vnquam esse velle, vt ,, quibusuis Patribus, aut Doctoribus in ea re ,, assentiant, (& infrà) In Litanijs præterea, ,, precibusque, quæ tùm priuatim, tùm publicè ,, in omnibus Oratorijs, Ecclesijs, Monaste- ,, rijs, alijsue in locis recitabantur, loco pe- ,, titionis illius, quæ pro Domno Apostolico, ,, à Christi fidelibus per vniuersum Orbem fieri ,, solet, Henricum hæc impia verba apponi, ,, imprimique præcepit [*Ab Episcopi Roma-* ,, *ni tyrannide, & detestandis enormitatibus* ,, *libera nos Domine.*] Ita impletum est Iu- dæ proditoris & sequacium oraculum Dauidi- cum, [*Et fiat oratio eius in peccatum.*] Ad ir- retiendos vero magis tantæ impietatis laqueis simplices Populos pellexit præmiorum illece- bra instabiles nonnullorum eruditorum ani- mas, vt concionibus, ac libris editis coniunctam cum Regia auctoritatem ecclesiasti- cam ab eo vsurpatam tuerentur; alios etiam imperijs in scelus impulit, [qua Regis vo- ,, ce (subdit Sanderus) excitati sunt ad con- ,, cionandum plurimi, ad scribendum etiam ,, nonnulli, quorum aliqui id sponte facie- ,, bant, quod hæresi fauerent, cuiusmodi erant, ,, Samplonus, Foxus, Morisonus, ceterique, ,, alij verò coactè ne Regem offenderent, vt ,, Gardinerus Wintonienſis, & Tonstallus Du- ,, nelmensis Episcopi.

Florebat tùm doctrinę, ac sapientiæ fama Reginaldus Polus, Regis ipsius alumnus & consan- guineus, qui tunc Patauij literario otio indul- gebat. Illum Henricus, transmissis comitiorum actis, quibus illi fictitius Anglicanæ Ecclesiæ Primatus fuerat assertus, solicitauit, vt scriptis eundem primatum confirmaret: at ille Deum homini prætulit; & cum in egregios viros car- nificinam exerceri in Anglia audiret, quatuor libros de Vnione Ecclesiastica doctissimè scri- psit, quibus & primatum adulterinum confuta- uit, admissa scelera coarguit, viamque pœniten- tiæ ad ea delenda commonstrauit. Excanduit ad hæc Henricus Rex assentatorum lenocinijs mendacibus assuetus, ac Reginaldum Polum patriæ proditorem, reumque læsæ Maiestatis pronuntiauit, varijs insidijs eius vitam appetijt; fratremque & auunculum necauit, omnemque eius familiam pietatis illius odio afflixit, ac penè extinxit: cùm verò flagitijs suis omnium bonorum odia in se accendisse, ac plura millia in Religionis Catholicæ constantia perstare, qui curuare genu ante nouum Baal detrectarent, animaduerteret, eos exquisitis afficere sup- plicijs constituit, ne impia immanitate Iuliano Apostatæ cederet.

Reginaldus Polus libros scribit contra Hērici affectatū Primatum Ecclesiæ Anglicanæ.

Reginaldū Polū, eiusque familiam perse quitur Hēricus, & penè extinxit.

3 Eminebant tunc in Anglia sanctitatis stu- dijs tres Ordines Religiosi, Carthusianorum, Sanctæ Birgittæ, & D. Francisci, quos populi ob eximiam pietatis existimationem suspicie- bant; in hos itaque peruerso iudiciorum genere primos furoris impetus effudit, ac tertio kal. Maij tres priores Carthusiani, Ioannes Hogtho- nus Londinensis, Robertus Laurentius Beualen- sis, Augustinus Vbsterus Exhamensis ad impio- rum subsellia adducti sunt, vt morte afficeren- ,, tur. [Proponebantur eis (inquit Sanderus) ,, noua Comitiorum decreta, & iubebantur ,, iureiurando affirmare, Regem Ecclesiæ esse ,, supremum Caput. Cum illi nonulla excipe- ,, rent, & legis diuinæ mentionem facerent;

In viros Religiosos fæuit Henricus, & maximè in Carthusia- nos.

,, Nullam (inquit Cromuelus) exceptionem ,, admittam, siue lex Diuina permittat, siue ,, non, vos integrè plenè & cathegoricè ,, hæc affirmabitis. Tum illi: At Ecclesia Ca- ,, tholica istud hactenus (quod scimus) non ,, docuit. Non curo Ecclesiam, respondit Cro- ,, muelus: Vultis consentire, an non? Non ,, audemus, inquiunt illi, nè dum placere Re- ,, gi volumus, Deum nou offendamus. Quo ,, audito, res duodecim Viris commissa est, se- ,, cundum Regni consuetudinem, vt iudicium ,, ferrent. Illi vero cum nihil quidquam mor- ,, te dignum inuenirent, nec tamen eos absol- ,, uere propter iram Regis auderent: tempus ,, extrahebant, quousque Cromuelus Regis ,, nomine mortem ipsis certissimam denuntia- ,, ret, nisi statim illos condemnarent, quod ,, die postero fecerunt; atquè ad hanc iudicij ,, formam reliqui deinceps omnes, qui hac de ,, causa in quæstionem venerunt, condemna- ,, bantur. Sententia autem accepta educeban- ,, tur ad patibulum eodem habitu, quo in Mo- ,, nasterijs vtebantur.] Cum Prior Londinensis ceruicem carnifici præbiturus esset, à Regio Senatore solicitatus est, addita vitæ & libertatis sponsione, vt Regio decreto consentiret. [At ,, ille (inquit) palàm testatur, se solo Dei ti- ,, more, non vlla in Regem suum rebellione ,, adactum, id facere neque posse, neque velle, ,, imo malle pati omnia, quàm vel latum vn- ,, guem à decretis Catholicæ Ecclesiæ deflecte- ,, re. Porrò, inquit, orate pro me, & misereat ,, vos fratrum meorum, quorum Prior imme- ,, ritus fui; his dictis, breui spatio impetrato, ,, legit sex primos versus Psalm. XXX.] Hanc impiam, & immanem lanienam in eum, & so- cios exercitam ita plangit Reginaldus Polus.

Cōstanter perferunt morte Carthusiani, potiusquā impio Regi obedire

,, 4 Vidisses Viros sanctitate præditos, quo- ,, rum non capita solum præciderentur, sed ,, membra corporis miserabilem in modum ,, dissecarentur, & diuersis vrbis partibus ad ,, spectaculum proponerentur, vt hic caput, il- ,, lic corporis alia pars alio loco spectarentur, ,, quibus, vix (pro beneficio quidem) impe- ,, trari potuit, vt vno præciso membro de vita ,, decederent, aut quod natura etiam miserri- ,, mis concessit, vt vna tantum morte defunge- ,, rentur. Sed quale hoc est, quod dico? potuit ,, ne vlla crudelitas inueniri, quæ vltra vnam ,, mortem in cruciatu corporis progrederetur; ,, si natura finem miseriæ vnicam mortem præ- ,, scripsit? qui non potuit, & tamen tentauit, ,, quanta tandem eius crudelitas est? atqui res ,, sic se habet. Cum alij alio genere mortis ple- ,, ctantur, fures laqueo, grauioribus criminibus ,, condemnati igne, ferro alij pereant: Sancti ,, hi Viri, quorum summa criminis erat, quod ,, fidem, quam Christo & Ecclesiæ dedissent, ,, prodere recusarent, ita sunt per hæc omnia ,, cruciatuum genera deinceps pertracti, ac di- ,, uexati, vt ante moriendi finem non fecerint, ,, quam tertia mors quasi cumulus allata vitam ,, ipsis eripuerit. Primum enim laqueo spiri- ,, tus præcludebatur, sed hactenùs dumtaxat, ,, vt mortis acerbitatem, ac cruciatum, non ex- ,, tremam illam & lethalem vim sentirent, vt ,, potiùs quasi in amplexum mortis traditi, ,, cum morte ipsa luctari, quàm mori conspice- ,, rentur; qua in luctatione simul, ac deficere eos ,, carnifex animaduertit, statim vt erat scilicet ,, à Iudicibus clementissimis viris imperatum,

Reginal- dus Polus lib. 3. 290.

Plāgit Reginaldus Polus, & crudelita- tem in ca- tholicos Anglos describit.

hac

Digitized by Google

„ hac morte liberati, & à cruce in terram demissi, ad aliud mortis genus multo crudelius, „ & acerbius trahebantur. Arrepto enim gladio carnifex pectus, ac præcordia aperiebat, „ atque hic sæuior iam erat cum morte congressus, cum ipsi visceribus patefactis, vt sibi „ ea euelli, & in ignem, qui erat in conspectu, „ conijci viderent, vt cum intimis sensibus acerbissimos quosque dolores, cruciatusque percepissent, tùm hoc etiam grato oculorum „ aspectu fruerentur, vt se quoque aspicerent „ morientes, dùm partes sui cremari cernerent. „ (Et infra) Sed quid erat tandem, de quo illo in iudicio tales viri arcessebantur? crimene aliquod erat obiectum? locus defensioni „ dabatur? ita sanè, sed omnia, vt apud Satanam Iudicem in medio illius Ecclesiæ, (cuius „ caput est) iura reddentem, ita gerebantur. „ Crimen erat, quod homines Deo consecrati „ contra animi sui sententiam, eamque vetustissima primùm, & perpetua Ecclesiæ Christi „ consuetudine acceptã, deindè sanctissimorũ, „ & doctissimorum hominum scriptis confirmatam, confiteri nollent, Ecclesiam sine Capite esse, Regis autem personam duplex caput, vel potiùs Ecclesiam plura (quàm ipsa „ hydra fingatur) capita habere, Regem bicipitem esse, vno tantùm capite à Cerbero, „ qui triceps fingatur, vinci. (Ac multis interiectis) Quasi hoc satis non esset, vt omnibus in rebus se Christi hostes esse, & cum „ Christo bellum gerere testarentur, tamquam „ si prælio aliquo cum Dei exercitu commisso „ superiores fuissent, & aliquot de illis profligatis copijs captiuos haberent, quos in „ triumphum ducere ad hostis contumeliam, ac „ ludibrium vellent, ita sanctissimos hosce viros ipsis illis vestibus indutos, quibus Christum habere Imperatorem, & Christo merere „ statim agnoscerentur, ad supplicium perduxerunt: quod enim maius esse signum poterat Christi militum, quàm illud vestimenti „ genus, quo vtebantur?

5 Lapsis tribus hebdomadis, non contentus ea carnificina Henricus, nouum Carthusianorum sanguinem sitijt, vt cum sua Herodiade lætiora conuiuia celebraret. Præfecerat ille Carthusiensi Monasterio viros impios, qui reliquos Carthusianos ad Regia imperia flecterent, iunioresque etiam ad sæculi voluptates reuocarent. Sed cùm illi in constantia tuendæ fidei perstarent, in crimen vocati sunt aliqui, quod pia doctrina confirmabant alios, ex quibus tres probitate spectatissimos nece affectos narrat Sanderus.

Nicolaus Sanderus lib. 1.

228.

Alij tres Carthusiani crudeli nece afficiuntur.

„ [Ad decimum quartum diem Kal. Iulias alij „ tres Carthusiani Sacerdotes Vurfridus Midelmorus, Guillelmus Exmeus, & Sebastianus „ Nudegatus, cùm prius per dies quartuodecim continuos, erecti stare coacti essent, iniectis ad collum, ad brachia, ad crura, circulis „ ferreis, ita vt ob nullam omnino causam loco „ vnquam dimouerentur, illustre fidei testimonium dederunt; vimineis enim cratibus iniecti, & per plateas Londinenses vsque ad vltimum supplicij locum pertracti, postquam „ laqueo ad breue tempus suspensi fuissent, mox „ viui demittebantur. Tùm autem carnifex pudendis præcisis, & flammæ traditis, pectus, „ & præcordia gladio aperuit, visceraque euulsa in propositum ignem coniecit; demùm „ capite abscisso, reliquum corpus in quatuor „ partes dissecuit, illasque partes elixas varijs „ in locis à populo spectandas suspendit. „ Cum Ioanne autem Rocestrio, & Iacobo Valuero (ipsis quoque Carthusianis) tam gratiosè dispensatum est, vt simplici suspendio „ in Ciuitate Eboracensi v. Idus Maij in cœlum „ commigrarent.] Tam immane facinus perpendens Reginaldus Polus Henricum his compellat verbis. [Quid quæso ab illis Monachis „ factum erat, qui sponte propter Christum se „ in loca sola, & inaccessa, quasi in perpetuos carceres abdiderant? quid, inquam, commissum ab his erat, cur illinc abreptos, non vna „ morte, sed pluribus discruciari iuberes? quid „ illud tandem causæ fuit? nihil sanè, nisi quod „ concepta semel in animo impietas te in vno „ impiè facto consistere passa non est, illic quiescere non finit, sed vt scelere scelus cumulares, stimulauit.]

Reginal. lib. 3. 369.

6 Auxit beatum hunc interfectorum Carthusianorum numerum Reginaldus Brigittensis Monachus ex Abbatia montis Sion, Theologus insignis, literis Græcis, & Hebraicis excultissimus, & sacra eloquentia florentissimus, [qui, vt „ sæpè antea populum disertissimis concionibus, sic tum exemplo, & patientia sua eruditiuit. Is vbi se condemnatum ad mortem „ audiuit, nec quidquam loqui permissum, nisi „ vt consentiat, vel non consentiat comitiorum „ decreto: Hoc est (inquit) verè iudicium mundi; nec aliud loquutus. Rogauit Iudices, vt „ tridui spatium ei concederent, quo se ad mortem pararet, cui cùm illi non annuerent, sed „ dicerent, illud esse positum in sola Regis voluntate, attamen credo, inquit, videre bona „ Domini in terra viuentium. Idem ad supplicium productus populum hortabatur, „ vt pro Rege preces assiduas ad Deum funderent, nè qui Salomonem initio Regni sui „ sapientia, & pietate repræsentauerat, vnà „ cum illo in fine vitæ per mulieres seductus „ degeneraret.

Sander lib. 1.

Alius insignis Monachus, & alter Parochus.

De eiusdem constantia & pietate hæc scripsit Reginaldus Polus, qui amicitia illi coniunctissimus fuerat [Ad huius sanctitatis pariter & „ doctrinæ laudem in omne tempus confirmandam, & ad cumulum pietatis in Christum, & „ in te, ò Patria, charitatis, ostendendum nihil „ deesse videbatur, nisi vt cum alijs heroibus, „ tuo tam necessario tempore veritatis testimonium legationi sanguine suo daret. Dedit & „ inter primos, dedit, tanta quidem animi constantia, vt, quod mihi retulit, qui se ei spectaculo interfuisse, & omnia quæ agerentur „ ardentissimè obseruasse diceret; cùm in illum „ feralem laqueum caput insereret, torquem potiùs Regni insigne, quam supplicij instrumentũ induere videretur; tanta erat in vultu „ alacritas. O beatum virum, & dignum, cui „ tu Patria plurimum credas.

Reginal. Polus l. 3. p. 359.

His adiunctus fuit pius Parochus Fidei Catholicæ studio ardentissimus Ioannes Hailus, ad fundendum sanguinem pro suis ouibus boni pastoris instar paratissimus, qui omnes extra ciuitatem Londinensem quinto Nonas Maij excarnificati sunt. Occisi porro Prioris Londinensis membra ianuæ Monasterij Carthusiani affigi iussit Henricus, vt viros Religiosos à religionis studio deterreret, ac duos impietatis suæ sequaces præfecit Cœnobio, qui iuniores Monachos, vel minis, vel blanditijs corrumperent; sed omnes

nes temporariæ vitæ illecebris æternitatem fœlicem prætulerunt, vt dicetur inferiùs.

7 Cum funestam hanc carnificinam in pios viros exerceri ab Henrico accepisset Paulus III. Pontifex, grauissimo dolore confectus est, & Ioannis Fischerj Episcopi Roffensis probitate, & doctrina clarissimi, qui in carcere religionis causa detinebatur, liberandi studio, enixè ipsum Francisco I. Gallorum Regi commendauit, atque etiam in Cardinalium Senatum cooptauit vnà cum alijs, quorum nomina recenset Petrus Paulus Gualterius Aretinus his verbis.

Diar. Petri Pauli Gualter. Aretin. to. VI. par. 2.

Paulus Cardinales creauit, inter quos Ioan. Fischerium Episcopũ Roffense, in carcere detẽtum.

„ XXI. Maij Papa creauit Cardinales, Nicolaum Archiepiscopum Capuanum, Iacobum „ Simonettam Auditorem Rotæ, Ghinuccium „ Auditorem Cameræ Apostolicæ, Ioannem „ Bellaium Episcopum Parisiensem, Ioannem „ Episcopum Roffensem, detentum in carcere à „ Rege Angliæ, Gasparem Contarenum Venetum, Marinum Prothonotariũ Caracciolum. Quibus, consonant, quæ in Actis Consistorialibus referuntur. Cum autem Franciscus Galliæ Rex pro eo liberando oratorum opera omni contentione suam auctoritatem adhiberet, Henricus ad eum trucidandum rabie accensus est, ac Iudicum iniquorum opera interrogari iussit, num ipse Cardinalitios honores prensasset, vel „ de ijs ipsi deferendis aliquid resciuisset? [Respondit (vir pijssimus) se nunquam eum honorem, vel alium quemcumque in reliqua vita „ appetijsse, multoque minus hanc dignitatem „ in decrepita ætate, in vinculis, ac in ipsis „ mortis foribus expectasse; ita erat homo ab „ omni ambitione, ac rerum humanarum „ admiratione alienus.] Pertulerat carceris squallorem & incommoda mensibus quindecim, cùm tamen virium imbecillitate summa laboraret, quod Reginaldus Polus tribuit miraculo, scilicet præter ordinem naturæ viribus au„ ctum. [Ego certè cum isthinc ante trien„ nium discederem, ne si exquisitissima qui„ dem cura in tuenda valetudine domi suæ vte„ retur afflictam in eo naturam animaduertens, „ ad vnum annum posse vitam extendere iudi„ cabam, atque hoc etiam postea accepi cùm „ Londinum accersitus esset, vt in carcerem con„ deretur, in itinere ad aliquod tempus, ob vi„ rium imbecillitatem defecisse; nunc vero „ hunc constat totos quindecim menses in illo „ tetri carceris squallore vitam retinere potuis„ se? quis tandem non agnoscit manum Dei „ supra naturam, qui eius vitam ad tuum sum„ mum dedecus magis illustrandum produxit, „ vt tuo gladio non fato suo vir sanctissimus „ periret? & vt adhuc facinus illud tuum ma„ iori iniquitate cumularetur, permisit, vt in„ numerum Cardinalium tum in carcere etiam „ agens referretur; vt cùm eum postea necauis„ ses, intelligerent omnes, te non solum opti„ mum Episcopum, in quem nullam haberes „ animaduertendi causam, sed Cardinalem„ etiam, in quem tibi iuris nihil esset, vnà cum „ præcipuis Religionis nostræ professoribus „ occidisse.] Nec mirùm diuina virtute tot mala ab infirmo ferri potuisse, cum etiam antea porrectum ab Anna Bolena venenum diuina virtute superasse dicatur. Sacræ verò purpuræ honores ideò illi delati visi sunt, vt eos proprio sanguine purpuratos conseruaret.

Pro liberatione Roffensis Franciscus Galiæ Rex laborat, sed frustra, Sander l. 1. p. 135.

Reginaldus Polus lib. 3. de vnione Eccles. 403.

Deus Roffensi vitã prorogat.

Venenum Roffẽsi ab Anna Bolena porrectum, ei non nocuit.

Describit illius constantiam & fortitudinem animi in ferenda morte Sanderus his verbis.

Sander. lib. 1. 133.

„ Ad Decimum Kal. Iulias Ioannes Fischerus „ Episcopus Roffensis, quo nihil, aut doctius, „ aut sanctius Anglia protulit, penè iam de„ crepitæ ætatis ad iudicium primo, deinde, „ quòd Henrici Primatum Ecclesiasticum „ nollet confiteri, ad mortem producitur, qui „ simul ac scenam, in qua glorioſum certamen „ consummaturus erat, è longe conspexisset, „ abiecto, quo senex nixus est baculo, eia, in„ quit, pedes, officium facite, parum itineris „ iam restat. Constitutus autem in loco martyrij, subleuatis in Cælum oculis, Te Deum, „ inquit, laudamus, te Dominum confitemur; „ quem hymnum vbi totum absoluisset, cerui„ ces securi subiecit, animam Deo reddidit, „ iustitiæ coronam accepit. Caput hastili af„ fixum, & in ponte Londinensi omnium ocu„ lis expositum, quò diutiùs ibi suspensum „ manebat, eò magis floruisse, ac venerabilius „ factum esse dicitur, ob quam causam loco „ amotum traditur.] Hic consentanea tradidit Coclæus [Non modo, inquit, non contabuisse, verum etiam multo venerabilius esse „ factum ferebatur, vbique is rumor percrebuit, mox amotum est loco.]

133. Roffensis forti animo morte sustinet.

Io. Coclæus in actis, & script. Luth. hoc Anno.

De huius florentissimis virtutibus omnes consentiunt, quem inter Scriptores Ecclesiasticos principem locum hoc tempore tenuisse, eius scripta aduersus Lutherum, & Oecolampadium testantur, quibus nunquam hæretici respondere potuerunt: de quo sic Reginaldus Polus.

Reginald. Polus 3. de vnione Eccles.

„ [Quem alium habes, inquit, Anglia, aut „ multis sæculis habuisti, quem doctrina, & „ in illo Episcopi munere fungendo cura, ac „ sedulitate cum Roffensi comparares? de quo „ ita gloriari potes, vt ne apud exteras qui„ dem nationes, si omnes Christiani nominis „ prouinciæ hoc nostro sæculo perlustrarentur, posset facile reperire, qui ita omnes „ Episcopi partes ac numeros impleret. Con„ sule, si fortè de hoc dubitas, mercatores „ tuos, qui ad multas, & longinquas prouin„ cias nauigarunt; consule Oratores tuos, qui „ exteras nationes adierunt, & dicant tibi, „ audiuerintne de vllo tali Episcopo, qui eam „ gregis sui curam haberet, vt nunquam ab „ eius custodia discederet, qui verbo eum, & „ vitæ exemplo semper pasceret, & facultati„ bus iuuaret, in cuius vitam nihil vmquam, „ ne temere quidem obiectum esset, in quo „ semper egregia quædam laus eminuisset, cùm „ sanctitatis, & doctrinæ, tùm in patriam „ pietatis, cuius quidem præter alia multa „ hoc etiam præclarum sane testimonium habes, quòd cùm omnium ordinum, atque „ ætatum, præcipue verò iuuentutis Anglicæ „ summam curam, & solicitudinem semper „ habuisset, illud etiam effecit studio suo, & „ gratia, qua apud sanctissimam fœminam „ Regis auiam (ea erat Margareta, cui Fische„ rus à confessionibus erat) plurimum vale„ bat, vt duo celeberrima Gymnasia extrue„ rentur, in quibus studio adolescentes possent „ literis, & moribus rectis institui, vt iure o„ ptimo pater haberetur omnium, qui virtuti, „ & literis operam darent; cum illis cura, so„ licitudine, opera, omnia parentis officia „ semper præstaret; idem verò celebratissimæ „ Academiæ Cantabrigensis tutor fuit, Can„ cellarium enim elegerunt, quo in munere „ omnium illic Philosophantium cura continetur.]

338. Eximiæ virtutes Roffensis Reginaldus Polus, & alij testatas reliquerunt;

Sander. lib. 2.

Digitized by Google

,, netur.] Dediſſe etiam operam, vt duæ ſcholæ Theologię altera Cantabrigiæ, altera Oxonij inſtituerentur, ac prætereà illius cura, & ſolicitudine in Academijs linguarum Profeſſores peritiſſimos adſcitos fuiſſe refert Sanderus. Cæterum à terrenarum rerum amore adeò diuulſum fuiſſe, vt cum tenuiora eſſent vectigalia Roffenſis Eccleſiæ, oblatum à Rege opulentiorem Epiſcopatum reſpuerit, dictitans, nolle priorem Sponſam cum ditiore commutare; [adijciens ,, ſe perbeatum futurum, ſi de hoc ſaltem minuto concredito grege, deque non adeò in- ,, de magnis acceptis emolumentis in die Do- ,, mini rectè reſpondere poſſit, cùm, & de be- ,, ne curatis animis, & de rectè expenſis pecu- ,, nijs, tunc reddenda ſit ratio exactior quàm ,, mortales fore putent, aut curent.] Rexerat Roffenſem Eccleſiam triginta tribus annis in continuis vigilijs, laboribus, ieiunijs, eleemoſynis, omnibuſque Epiſcopo dignis operibus, ac tantæ charitatis explicarat exempla, vt recurrentibus celebriorum ieiuniorum diebus, ac ſingulis ferè ſextis ferijs, ipſe non ſolum carceres, & publica xenodochia viſitaret, ſed omnium in ciuitate pauperum, ægrotorum, ac quouis modo afflictorum priuatas ædes luſtraret, ac conſilio iuuaret, verbis conſolatorijs recrearet, pecunia etiam, ſi opus foret, leuaret. Non prætermittendum etiam vilum eſt, magnum hunc Præſulem corpus cilicijs, flagelliſque macerare ſolitum, & quo die Tyranni imperio à forenſi ſatellitio captus eſt, auidos pecuniæ adminiſtros omnes illius arculas diligentiſſimè excuſſiſſe: ſed omnes illius nummos pauperum manibus cœlo conditos ſuſpexiſſe; tandemque incidiſſe in ciſtam laminis ferreis loricatam, varijſque ſeris, & peſſulis munitam, hanc mox latentium gemmarum, & auri ſpe inceuſos perfregiſſe; ſed ibi tantum cilicium, horrens flagellum, ac cætera voluntariæ pro Chriſto macerationis inſtrumenta reperiſſe, ac nonnullos nummulos, quos pauperibus poſt diuerberatam carnem erogare conſueuerat. Quo die ad mortem ductus eſt: factus de ea re certior Thomas Morus, Regij olim Scrinij Magiſter, ac ſummus Iuſtitiæ Prætectus, quo munere ſponte ſe abdicarat, cum iniquos Regis motus continere nõ poſſet, ac pietatis catholicę defenſę odio in carcerem conditus eſſet, ſumma mortis cupiditate exarſit; metuens tamen ne tanta gloria excideret, ad Deum conuerſus in ,, has pias voces erupit: [Confiteor tibi Do- ,, mine, quòd tantam gloriam non ſum meri- ,, tus; non ſum ego iuſtus, & ſanctus, ſicut ,, Roffenſis tuus, quem de vniuerſo Regno iſto, ,, tibi ſecundùm cor tuum elegiſti; ſed tamen ſi ,, fieri poteſt, particeps Domine fiam calicis tui.]

10 Cum Pontifex Paulus indignam Cardinalis Roffenſis cædem, Mori vincula, lanienam in Carthuſianos, & alios probitate præſtantiſſimos ab Henrico imperatam accepiſſet, ex perſequutione Eccleſiæ Anglicanæ, hæreſeoſque graſſatione grauiſſimum dolorem traxit, ac de impij facinoris atrocitate ità in literis ad Regem Scotiæ ſcripſit: ,, [a In hac re Henricus ſimilem ſe eſſe vo- ,, luit, tum ſui, qui multos alios ſimili ex cau- ,, ſa necauit, tum Henrici Secundi progenitoris ,, ſui, cuius odio, & perſecutione B. Martyr ,, Thomas Epiſcopus Cantuarienſis occubuit; ,, nec tamen hic Henricus illius impietatem retulit, verum etiam longè ſuperauit; Ille enim ,, vnum, hic multo plures; ille vnius, & particularis, hic vniuerſalis Eccleſiæ iura tuentem; ,, ille Archiepiſcopum, hic etiam Epiſcopum, ,, S. R. E. Cardinalem neci tradidit; ille illum ,, exilio extruſit, iſte hunc diutiſſimo carcere ,, macerauit; ille percuſſores immiſit, iſte carnifices; ille violenta tantum morte, iſte etiam ,, turpi ſupplicio ſanctum Domini affecit; ille ,, denique purgare ſe Alexandro III. conatus, ,, culpam in alios reiecit, pœnitentiam ſibi à ,, Romano Pontifice impoſitam humiliter ſuſcepit, hic obſtinatiſſimo animo factum ſceleratum tuetur, non ſolum non ductus pœnitentia, verùm peruicax, & rebellis, hoſtiſque ,, factus, non quia vnquam læſus à Romana ,, Eccleſia, à qua etiam titulo Defenſoris fidei ,, decoratus eſt, quem ipſe titulum ingratiſſimè ,, ad offenſionem fidei retorſit, eamque multipliciter læſit, atque acerrimè &c.]

11. Paulus etiam decreuit legibus agere, ad deturbandum regno Tyrannum, Catholicoſque Reges in eum concitandos, itaque Carolum V. Imperatorem, qui Clementem VII. importunis hortatibus ad ſententiam contra Henricum, & in fauorem Catharinæ ferendam, vrſerat, maximaque ab Henrico affectus erat iniuria, ſollicitauit, vt confecto Africano bello, victricia arma contra Anglum conuerteret, eique ſubiectas literas ſcripſit.

Cæſari.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem &c. Etſi in tanta rerum mole, quantam nunc Maieſtas tua pro Dei Omnipotentis honore, & totius Chriſtianitatis ſalute ſuſtinet, nollemus quidquam ei ſignificare, quod ſceleris atrocitate pium, & tantis implicitum curis animum Maieſtatis tuæ perturbaret. Tamen cogit nos Henrici Angliæ Regis inaudita impietas, & efferata crudelitas, vt indignam necem bonæ memoriæ Ioannis Epiſcopi, & Cardinalis Roffenſis, nuper iuſſu Henrici perpetratam, quamuis aliunde tuæ Maieſtati ſignificandam, nos quoque ipſi noſtris literis ſignificemus, & ad executionem neceſſariæ iuſtitiæ, qua contra eum vti intendimus, opem tuæ Maieſtatis, cæterorumque Chriſtianorum Principum imploremus. Etenim, cum ipſe Henricus ſeparata à ſe impiè atque iniuſtè chariſſima in Chriſto filia noſtra Catharina Angliæ Regina matertera tua, cum qua matrimonium, mediante Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, contraxerat, & per viginti ampliùs annos continuauerat, prolemque ex ea ſuſceperat (viuente ipſa Catharina) Annam adulteram propria auctoritate duxiſſet, & ad velandum ſuum facinus, matrimonij cum ipſa Catharina validitatem, & Apoſtolicæ Sedis poteſtatem negaſſet, Eccleſiamque Anglicanam, & Regnum illud Apoſtolicæ Sedis tributarium ab eiuſdem Sedis obedientia ſubtraxiſſet, ſeque in hæreticorum numerum multipliciter retuliſſet, multaque alia indigna, & impia, quæ ſuo tempore diſtinctiùs referentur, commiſiſſet: cùm hæc idem Ioannes Epiſcopus (vt erat ſumma probitate, & doctrina vir) vehementer improbaret, ſcriptiſque veritatem, & poteſtatem Eccleſiæ aſſereret, ab ipſo Henrico in carcerem coniectus, ac ferè biennio maceratus eſt: cum verò nos in proxima, quam habuimus creatione Cardinalium, ipſum Roffenſem moti ſanctitate, & doctrina hominis, in Cardinalium numerum retuliſſemus, rati eum honorem, in quo illud etiam Regnum ornabamus, ad ſalutem, non autem ad perniciem optimi Præſulis valiturum, cum illa digni-

Vt paupertẽ retineret Eccleſiam Roſſenſis, oblatam pinguiorem reſpuit.

Audita Roffenſis morte, quid dixerat Thomas Morus.

Paul. III. libro breu. an. 1. p. 569.

Sollicitatus Cæſar ad vlciſcendam Card. Roſſenſis cædem.

Expoſita Henrici ſcelera.

Afflictus Pontifex ob perſecutionem Anglicam in Catholicos.

a Paul. III. libr. breu. an. 1. pag. 329. Regi Scotiæ ſcribit.

Digitized by Google

dignitas semper habita fuerit sacrosancta; ecce subitò idem Henricus (quod non sine maximo dolore referimus) ipsum Roffensem sanctitate conspicuum, doctrina celebrem, ætate venerabilem, illius Regni, ac totius vbique Cleri decus, & ornamentum, vltimo supplicio per carnificem more noxiorum, ac sontium publicè affici fecit: multos quoque alios Clericos, & Religiosos eandem ob causam partim supplicio affecit, partim affecturus pro certo habetur, inter quos Thomam Morum, non quidem Clericum, sed Laicum, doctrina tamen literarum sacrarum excellentem, & veritatem asserere ausum, connumerant: ex quibus, & alijs, quæ hoc toto triennio accumulauit, sceleribus, vt eius dedecora breuiter recenseamus, hæreticus, schismaticus, adulter notorius, homicida, sacrilegus, rebellis, læsor maiestatis, multorumque aliorum criminum reus effectus est, ac se ipse illo Regno, & Regia dignitate priuauit; ita vt sola declaratio priuationis aduersus eum superfit, quæ tamen ob notorietatem præmissorum necessaria non esset, ad quam vnà cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus omninò procedere intendimus. Quamobrem, Fili charissime, ad te, qui aduocatus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, summusque Christianorum Regum es, contrariasque Henrici vitijs virtutes ad ornamentum Cæsareæ, & Regiæ sublimitatis aggregasti, nostro, & Sanctæ Apostolicæ Sedis nomine confugimus, tuam operam, patrocinium, fauorem implorantes, vt quod iustitia mediante contra Henricum decernemus, tui brachij auxilio exequi, nostrasque, & Ecclesiæ publicas, quibus grauiùs, quàm tuis proprijs offensum te fuisse non ambigimus, iniurias vlcisci velis, nec permittas iustitiam, religionem, pietatem tuam indignè conculcari. Sed cum hæc ipsa copiosiùs, & particulariùs Nuntius apud te noster explicaturus tuę Maiestati sit, ad eius sermonem nos referimus; tantùm Deum Omnipotentem suppliciter orabimus, vt Maiestati tuæ pro eius sancta fide, & honore, vniuersalique omnium Christianorum salute, nunc in Africa dimicanti optatos successus concedat ad commune bonum totius Christianitatis, & perpetuam gloriam nominis tui. *Datum Romæ apud S. Marcum XXVI. Iulij MDXXXV. Anno I.*

Impia eiusdem tyrannis in catholicis trucidandis.

Rogatus Cæsar, vt Pontificia decreta operi mãdanda aduersus Hẽricum iusſcipiat.

Eleſ.

12. Eodem argumento scriptis literis Ferdinandum Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque Regem hortatus est, vt aduersus Henricum, vnà cum Germaniæ Principibus consurgeret, Ecclesiæque, & familiæ suæ iniurias vindicaret. Poloniæ etiam Regem, qui pro asserendo fidei catholicæ splendore, eximiam virtutem explicuerat, excitauit, vt causam Ecclesiæ pro repetenda iustitia Polonicis armis fulciret: [Tu (inquit) ,, cum Principibus cæteris, quorum opem pa- ,, ritèr aduocauimus, executioni iustitiæ faueas, ,, sicut speramus, te pro optimo Principis offi- ,, cio, defensionisque sanctæ Ecclesiæ, & asser- ,, tione Catholicæ fidei, pro qua tot, & tanta ,, gessisti, esse facturum.]

Paulus III. lib. 1. breu. pag. 382.

p. 329.

Certior pariter factus est Lusitaniæ Rex de ingentibus Henrici flagitijs, rogatusque à Pontifice, ne Ecclesię tot iniurijs affectę, & periclitanti in Anglia fidei deesset.

13. Poterant faciliùs Henricum redigere ad officium Galliæ, & Scotiæ Reges, & quidem Scotus, (cui grauissima ex Angliæ Regis impietate, hæreseosque in Anglia grassatione impendebant discrimina) ad plectendam Henrici vesaniam inclinabat. Franciscus verò Gallorum Rex, qui ob gesta cum Carolo V. bella, Henrico fœdere coniunctissimus fuerat, atque hactenus concordiæ illum inter, & Ecclesiam interpretem egerat, haud facilè ab eius coniunctione propter causas politicas discessurus videbatur, licet Henrici impietatem execraretur, atque ab eo ad defectionem à Romana Ecclesia sæpiùs solicitatus, à Christianissimi Regis officio nunquam deflectere constituisset, propositaque ab Henrico terrena commoda spreuisset. Illi igitur Pontifex indignissimam Cardinalis Roffensis cædem exposuit, tot præstantium virorum pro fide Catholica lanienam, Religionis catholicæ in Anglia imminens excidium, hæreseos auctum incendium, impiam Henrici impudentiam, qui illum ab Ecclesiæ gremio diuellere pertentarat, tantas Ecclesiæ iniurias nouis semper cumulatas biennij totius fluxu: demumque rogauit, vt Prædecessorum, Galliæ Regum, qui semper laboranti Ecclesiæ succurrere consueuerant, exemplo, ad iustitiam, ab Henrico repetendam, cum de ea re postularetur, consurgeret. Statuit enim pro munere pontificio promulgare Henricum Regio iure ob hæresim, & schisma, & alia flagitia immanissima excidisse: vti sequentes ostendunt Pontificię literæ, ad eum hoc anno transmissæ.

Regi Christianissimo.

Paul. III. l. bre. an. 1. p. 610.

Charissime in Christo Fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum expectaremus in dies audire liberationem bonæ memoriæ Ioannis Cardinalis Roffensis, quod illam, & Maiestati tuæ instantissimè commendaueramus, & à tua excellenti probitate, ac cum Henrico Angliæ Rege auctoritate nobis promiseramus; ecce subito atroci nuntio perculsi sumus, dictum Cardinalem vltimo supplicio ab ipso Henrico, à quo diu in vinculis habitus erat, fuisse affectum. Nec dubitamus, quin tua Maiestas, quæ pro sua, maiorumque suorum inclyta pietate, & charitate, opem pro liberatione dicti Cardinalis alacrem, vt confidimus (licet irritam) præstitit, tantam sceleris atrocitatem dolenter, & grauissimè tulerit; cum interceſſio tua non solum liberationem non obtinuerit, sed etiam mortem dicti Cardinalis maturasse videatur. Nos verò, Fili, & hæc Sancta Sedes quid primum in tanto vniuersalis Ecclesiæ vulnere deplorabimus? innocentiamne, & sanctitatem illius viri, an celebrem, & toto orbe diffusam pro fide catholica doctrinam? an Epiſcopalem, & Cardineam simul dignitatem eodem gladij ictu violatam? an genus, & causam mortis? genus quidem ipsum crudele, & noxijs, ac sceleratis debitum, sanctissimo viro inflictum? omnia hæc quidem nobis maximè deflenda, sed causa mortis grauiùs deploranda est. Siquidem pro Deo, pro Catholica Religione, pro iustitia, pro veritate vir sanctissimus occubuit; cùm non solùm vnius tantùm, & particularis iura, vt olim Thomas Archiepiscopus Cantuariensis, sed vniuersalis Ecclesiæ tueretur. Itaque Henricus in hoc impietatis genere suos Maiores non solum retulit, verum etiam ex causæ grauitate, & personæ dignitate superauit; atque ad tot, & tanta suæ animæ vulnera, hoc postremum, & atrocissimum adiecit: quandoquidem non contentus, censurarum à Clemente VII. Prædecessore nostro in eum inflictarum contemptu, biennaliq; in ijs inſordescentia, non item adulterio notorio, & scandalum in tota Ecclesia publicè generante, non tot Clericorum, & Religiosorum sacrilega cæde, non hæ-

Ioannes Roffensis. Card. vltimo supplicio affectus.

Rei indignitas Gallo Regi proposita.

Digitized by Google

Infanda Henrici Regis flagitia.

hæreſi, ac ſchiſmate, auulſioneque ſui Regni ab vniuerſali Eccleſia, non ſubtractione eiuſdem Regni ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, cui illud tributarium eſt; nouiſſimè hunc Sanctiſſimum Præſulem à Nobis ob doctrinam, & ſanctitatem in Cardinalium numerum relatum, pertentato prius illius animo, an ſe retexere, & veritati contradicere vellet; demùm conſtantem, & in pio propoſito vſque ad vltimum perſiſtentem per carnificis miniſterium, & turpe genus mortis publicè necari iuſſit, nece etiam citiùs accelerata, & libentiùs inflicta, quod eum à nobis Cardinalem factum audiuerat, crimen læſæ Maieſtatis præter multa alia crimina multiplicitèr committendo, pœnas in tales à iure inflictas, præſertim priuationis, ipſo facto incurrendo. Nec verò dubitauit quædam alia adijcere his, quæ commemorauimus, non leuiora; non enim ignoramus, quod ille nuper in proximo Caleſij conuentu cum tuis tentauerit, illa quidem ad vniuerſalem tendentia perniciem, ac prorſus indigna, quæ à te optimo, & pientiſſimo Rege peterentur, cuius inclytam pietatem Henricus teterrimis conſilijs, fœdare tunc non erubuit! Quibus à te merito repulſis, ſicut egregiam tuam pietatem, ita peſſimam illius voluntatem deprehendimus. Itaque cum ſicut Maieſtati tuæ notiſſimum eſt, hoc toto triennio, & vltrà hæc Sancta Sedes, tuæ quidem in primis reſpectu Maieſtatis, tum deinde ſpe reſipiſcentiæ ipſius Henrici, tot, & tanta ab eo patientiſſimè tolerauerit, nihilque ſe profeciſſe videat, aut profecturam ampliùs ſperet, cùm veteres perferendo nouas ſemper iniurias cumulauerit, iamque Dei penè voce, omniſque iuris, omniumque hominum clamore ad vindictam excitetur; nos maximo quidem cum dolore animi noſtri, ſed tamen extrema neceſſitate compulſi, ad ea remedia cum venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, id ipſum nobis vnanimiter ſuadentibus, venire decreuimus, quæ ius commune, tàm diuinum, quàm humanum nobis iniungit; vt ſcilicet eundem Henricum, qui priùs per rebellionem, per hæreſim, & ſchiſma, aliaque enormiſſima crimina, nouiſſimè autem per indignam tædem S. R. E. Cardinalis, & tot aliorum Clericorum, & Religioſorum Regno ſe, ac Regia dignitate priuauit, priuatum declaremus. Quamobrem pro certo habentes, hæc tuæ Maieſtati, vt Chriſtianiſſimo Principi, & Henrico diſſimillimo, vehementer diſplicuiſſe, ac diſplicere, nec dubitantes, quin maiorem Dei, & Eccleſiæ, tuique officij rationem, quam ipſius Henrici non iam Regis, ſed Regium nomen prorsùs dedecorantis, tuaque coniunctione indigni, habiturus ſis. Ad te ſuum chariſſimum in Chriſto filium Sancta Romana Eccleſia confugit, ſolita ſemper ad tuos Prædeceſſores in oppreſſionibus ſuis confugere; tuamque pietatem, beneuolentiam, amorem ſtudioſè implorat, ac rogat, vt hanc noſtri officij neceſſitatem non ſolùm æquanimiter ferre velis, verùm memor, quid tui maiores pro Sancta Romana Eccleſia olim egerint, quantiſque exercitibus iniurias eius vlti ſint; iuſtitiam, cum tempus erit, cumque à nobis requireris contra dictum Henricum exequaris, ſicut in tua bonitate ſperamus. Sed cum hæc ſcribi fecerimus Venerabili Fratri Epiſcopo Fauentino Nuntio apud te noſtro, vt ea tuæ Maieſtati particulariùs referret, & explicaret, ad eius ſermonem nos referentes, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ dignitatem, & diuini honoris conſeruationem, quæ maximè in hoc facto vertitur, tuæ Maieſtati enixè commendamus. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XXVI. Iulij MDXXXV. Pontificatus noſtri Anno I.*

In Caleſienſi colloquio tẽtauit Gallum ab Eccleſiæ obſequio abducere.

Eccleſiæ in tollerãdo Henrico illuſa benignitas.

Deliberat Paulus declarare Henricum iure Regio priuatum.

Sollicitatus Gallus vt Eccleſiæ iniurias vindicet.

14 Non modo in Colloquio prędicto, vt vidimus in Pontificijs literis, verùm etiam Oratorum opera Franciſcum Regem ab Henrico pertentatum, vt ipſius exemplo, Pontificis obſequio, ſe ſubduceret, teſtatur Reginaldus Polus Henricum „ Regem his verbis obiurgans. [Eum per Ora„ tores ſolicitare inſtitiſti, vt ad diſſoluendam „ Eccleſiæ concordiam tecum conſpiraret. Sed „ qui poterat, niſi plurimùm à ſeſe diſſentire vel„ let, nec ſolùm à ſeipſo, & ſua perpetua conſue„ tudine, ſed à veteri omnium Galliæ Regum „ præclariſſimo ſanè, & glorioſiſſimo inſtituto? „ ij enim quaſi has præcipuas partes in Republi„ ca Chriſtiana diuinitùs ſibi datas haberent, vt „ Eccleſiæ Capitis ius defendendo vniuerſæ Ec„ cleſiæ corpori maximè conſulerent; ita ſemper „ in Pontificis Romani auctoritate defendenda „ maximè in Eccleſia inter reliquos Principes „ enituerat; vt meritò non ſolum hæreditarium „ cognomen Chriſtianiſſimi quiſque eorum, ſed „ ab ſe partum obtineret. Cum igitur ab eo „ nunc contendis, vt tecum Romani Pontificis „ auctoritatem oppugnet, quid aliud petis, niſi „ vt tibi ſua præcipua, Maiorumque ſuorum or„ namenta condonet, vt ipſe à ſe deſciſcat, & „ quod Maiores eius elogium peperetunt, ipſe „ autem ſanctiſſimè adhuc conſeruauit, nunc „ denique in gratiam tuam perdat, ac deſerat? „ quales tandem hæ ſunt preces? qualem ani„ mum indicant? amicumne, an hoſtilem? at „ certè minus hoſtilem in ipſum animum præ te „ ferebas, cum armatus de iure Franciæ Regni „ contendebas, cum Regis nomen illi eripere, „ ac tibi aſſerere conabaris, quàm nunc facis, „ dum inſtas, vt pulcherrimum nomen, quod „ iam in cœlo ſcriptum eſt, ipſe per ſummum „ dedecus iam amittat: nec enim certè par iac„ tura eſſet, Regis Franciæ nomine per vim „ ſpoliari, & Chriſtianiſſimi per turpiſſimam „ culpam amittere; illo enim nomine Regni „ tantummodo terreſtris, hoc autem cœleſtis, „ & ſempiterni hæres ſignificatur, atque hoc „ quandiù defendet, Deus ipſi in altero tuendo „ nunquam deerit. (Et paulò infra,) Sed ſi ni„ hil aliud, nonne tibi omnem ſpem aliquid ab „ eo impetrandi contrà Eccleſiæ conſuetudinem „ præcidere debebat vox illa ipſius Regis Fran„ ciſci, qua nulla vnquam maiori plauſu à Chri„ ſtiano populo eſt excepta, cum hoc tuis Ora„ toribus, qui ad res in Eccleſia nouandas ami„ citiæ iure opem eius, & auxilium implora„ bant, reſpondit, alijs omnibus in rebus ſe tibi „ amici, & fratris officium præſtaturum, in ijs, „ quæ contra Religionem fierent, obſequi, nec „ velle, nec poſſe; denique vſque ad aras con„ ſtantiſſimum ſe tibi amicum fore. O vocem „ dignam eo, qui non ſolum nomine, ac titu„ lo, ſed re ipſa Chriſtianiſſimus erat, vt ſi „ Maiores eius nunquam antea habuiſſent, „ nunc certè optimo iure decerni illi, ac tri„ bui deberet. Qua enim re alia magis, quàm „ tali reſponſo animum verè Chriſtianiſſimum „ declarare potuiſſet? quam tenui ergo ad eum „ ſpe rogo acceſſiſti? quàm bona ſpe quiſquis „ alius ad eundem accederet, qui vt Ponti„ ficis partes defenderet, poſtulatum veni„ ret?]

Reginaldus Polus lib. 3. de unione Eccl. p. 375. Henricus Franciſcũ Galliæ Regẽ hortatur, vt à Pontifice deſiciat.

15 Ruebat interea in grauiora flagitia Henricus, ac in Thomam Morum, de cuius vinculis conqueſtum Pontificem apud Cæſarem, & Reges audiuimus, immanitatis virus recentiſſimè effuderat. Præfuerat dicundo iuri, & obſignandis Regijs literis vir ille doctrina ſingularis, & pietate, ac ingenio florentiſſimus, ac olim Regi chariſſimus, dum Henricus cum Romana Eccleſia ſenſit: abierat verò ſponte munere, ne Henrici impietati ſeruiret, ac diutino carcere maceratus, capitali ſupplicio affectus fuerat; cuius conſtantiam, vt ad impietatem deflecteret, terrenumque Regem cœleſti præferret, acerbiſſimè tentatam memorat Sanderus his verbis: *a* [Putabant illum filij huius ſæculi mortem timere, & ideò vt Regi obediret adduci poſſe. Venerunt ad eum hac de cauſa multi Principes viri; ſed cum nihil proficerent, ad poſtremum vxori Aloyſiæ mandatum eſt negotium, vt viro ſuaderet, ne ipſam, ne liberos, ne patriam, & vitam, qua diù adhuc frui poſſet, pro derelictis haberet. Cum ergò vxor Mori hæc apud eum occineret; & quamdiù Aloyſia mea (inquit Morus) potero hac vita frui? Tum illa, totis viginti annis. Cui vir: ſi Deus voluerit. Vis ergò (ait Morus) vt æternitatem viginti annis commutem? Næ tu imperita es mercatrix mea vxor; nam ſi annorum viginti millia diceres, aliquid tu quidem diceres, ſed tamen ad æternitatem quid eſſent? Itaque cum Morus de ſententia dimoueri non poſſet, ablati ſunt ei omnes libri tanquam inſtrumenta, quæ illum ab amore ſæculi abductum, & æternæ vitæ deſiderio inflammabant: atramentum quoque, & calamos abſtulerunt, ne cum vllo in poſterùm literarum haberet commercia: tunc ille feneſtris cubiculi perpetuò clauſis, nihil aliud, quam Deo, & ſanctis meditationibus vacabat. Porrò cum carceris cuſtos ab eo quæreret quid ità in tenebris ſederet? Quid (inquit) facerem? nonne ſublatis mercibus claudenda eſt officina? Merces ſuas dixit libros ſuos: ac verè quidem officinam aperuit Morus, in qua propoſuit omnia ſua venalia, vt pretij loco Cœlum acciperet: ſcripſit in carcere duos elegantiſſimos libros, vnum idiomate Anglicano, quem inſcripſit, De ſolatio in tribulatione; alterum Latinè, De paſſione Chriſti] perficere illum non potuit, quod ei manicæ iniectæ fuiſſent, libertaque ſcribendi adempta, cùm ad eum textum peruenisſet: *Et iniecerunt manum in Ieſum*: perductus verò in iudicium meditato conſilio, ità reſpondit, vt neque fidem negaret, neque mortis periculo temerè ſe offerret, ad illud enim vnum caput totius accuſationis, quo arguebatur, ab eo non approbari nouum conſilij regij decretum: [Ita reſpondit, vt diceret eam legem, qualiſcumque eſſet, poſtea eſſe latam, quam ipſe perpetui carceris, in quo reliquum vitæ degeret, pœna, & fortunarum omnium proſcriptione affectus eſſet: itaque ſiue illa iuſta, ſiue iniuſta lex eſſet, nihil eam ad ſe pertinere, qui & occidiſſe ciuiliter, vt iura dicunt, videretur.] Ea ille moderatione vſus eſt, ne paratiſſimis ad nefas animis occaſionem ſæuiendi daret; licet enim ſubeundæ mortis cupidiſſimus eſſet, tamen cum ſciret, illud Dei donum eſſe, dubitabat, vt ſæpiùs dictitabat, num Deus ea illum ſingulari gratia ornaturus eſſet. Poſtremò accuſatus eſt, quod ſcriptis è carcere literis Roffenſem ad conſtantiam contra comitiorum decretum animaſſet; ideòque ab impijs decretoria mortis ſententia lata eſt, ac tum ſententiam ſuam patefecit de ea lege, qua Rex Eccleſiæ caput fuerat conſtitutus: [ne enim Anglia imprudens, & ignara (inquit Reginaldus) peſtiferæ contra ſeipſum legi ſuffragaretur, ità locutus eſt, vt cum legibus eam diuinis, & humanis omnibus pugnare diceret, magiſque pernicioſam ijs, qui ipſi aſſentirentur fore denuntiaret, quam ſibi fuiſſet, qui quia diſſenſiſſe arguerentur, capitali ſententia affectus eſſet.] Addidit ſe toto ſeptennio diligentiſſimè incubuiſſe ad indagandam originem auctoritatis Pontificiæ, de qua motæ erant controuerſiæ, ac deprehendiſſe poteſtatem Romani Pontificis, quam ipſi temerè abrogarant: [non modo legitimam, laudabilem, & neceſſariam, verùm etiam diuini iuris, & præſcriptionis eſſe. Hæc mea (inquit) eſt ſententia, hæc fides, in qua per Dei gratiam moriar. Ad hæc exclamarunt Iudices, illum proditorem, & perduellem eſſe, quorum Præſes ità eum compellauit. Ergòne tu vir melior, aut ſapientior haberi vis, quàm omnes ſimul Epiſcopi, Abbates, reliquique Eccleſiaſtici, quàm tota nobilitas, quàm cuncti Senatores, quam Concilium integrum, quàm vniuerſum denique Regnum? Ad quæ Morus, Illuſtriſſime Cancellari, pro vno Epiſcopo, quem vos veſtræ opinionis habetis, mihi facilè ſunt centum, ijque ex illorum numero, qui inter Diuos ſunt relati, & pro veſtra nobilitate habeo nobiliorem conſenſum Martyrum, & Confeſſorum; pro vnico veſtro Concilio, quod quale extiterit, Deus optimè nouit, habeo omnia Concilia generalia, annis ab hinc mille celebrata: & pro hoc vno exiguo Regno veſtro, habeo pro me Galliam, Hiſpaniam, Italiam, cæteraque ſpatioſiſſima Chriſtiani Orbis Imperia. His auditis non exiſtimarunt è re fore vt plura huiuſmodi audiente populo loqueretur.]

16 His addit Reginaldus Polus, illum veluti agnum ad occiſionem exemplo Chriſti ducendum ſe obtuliſſe; oraſſe Deum pro illis, qui iniuſtiſſimæ illius mortis erant auctores, vt in melius mentem mutarent, quo ex hoc contentionis, & diſſenſionis loco ad æternæ tranquillitatis, & fœlicitatis loca, ad quæ pergebat, peruenire poſſent. Reductus in carcerem vſque ad diem necis, orationi, rerumque diuinarum contemplationi ſe totum dedit, & quia atramentum, & calamos abſtulerant aduerſarij, chartam ſuffuratus, in ea carbone hæc verba ad filiam Margaritam exarauit: [Summo deſiderio eras moriendi, & Deum meum videndi teneor: eſt enim octaua Principis Apoſtolorum Petri, & profeſtum Sanctiſſimi Thomæ Martyris (ideſt tranſlatio, quæ 7. die Iulij celebratur, vt habetur in Martyrologio Sanctorum Angliæ.) Hic dies, ſi ita viſum ſit Chriſto, mihi apprimè commodus eſſet; id dixit quia pro Primatus S. Petri confeſſione erat oppetenda mors, & D. Thomæ nomine, & patrocinio peculiari in vita ſemper ſit vſus.

Perductus eſt pridiè nonas Iulias ad locum ſupplicij armata lictorum circumdatus manu, quam perrumpens Margarita Mori filia, generoſiſſima mulier tali patre digniſſima, in parentis complexum accurrit; cumque dolor vocem præcluſiſſet, lachrymis, quibus ſinum oppleuit, animi

Conſtantia Thomæ Mori in fide catholica ſeruãda, & inſigne relpõſum vxori datum. *a Sander. l. 1. 138.*

Sanderus.

Sander.

Reginaldus Polus. 309.

320.

145.

mi affectum ostendit, tàm arctè parentem complexa, vt vix ab eo aliquamdiù diuelli posset. *Surius in comm.* At ille præsenti animo, ac sereno vultu, filiam, ,, singultus compescere, iussit. [Sic (inquit) ,, visum est Deo, & tu iampridem conscia es ar- ,, canorum pectoris mei] Vix progressus erat duodecim passus, cum illa tormenta animi, & cruciatus non ferens, iterum redijt eodem impetu, pietate in parentem percita, nec vi maiore ægrè abstrahi potuit.

,, At Morus (pergit Reginaldus nihil de oris ,, constantia remittens, filiæ respondit, se quæ- ,, cumque pateretur, Dei tamen voluntate pati; ,, illam arcana pectoris sui nosse, quo magis ,, gratulari deberet, quod dignus à Deo habitus ,, esset, qui pietatis, religionisque causa pateretur: proinde suam ipsa pietatem ad Dei voluntatem accommodaret, & maximo tolerantiæ bono in patris casu vteretur. Præcisum ,, est illi septimo Iulij caput, quod longa coctione maceratum impiorum iussu, vt citiùs difflueret, ne quod in capite Cardinalis Rossensis ,, acciderat, huic simile contingeret, & populus ,, ea religione turbaretur.]

17 Data ab eo, & alijs documenta proprio exarata sanguine Anglis, vt in Religione Catholica constantissimi perstarent, contra furentem persequutionis tempestatem admonet Reginaldus ,, Polus his verbis: [Quid putas Anglia? an tales viros, quos Deo charissimos fuisse ipsorum sanctissimè acta vita, cum morte consentiens ostendit, frustrà apud te esse mortuos? ,, erras profectò, si ità putas, & non solùm Dei ,, prouidentiam, & in suos curam ignoras, sed ,, etiam tuam maximam vtilitatem, honorem, ,, lætitiam ignoras, quæ omnia in horum morte ,, Deus tibi contulit, & ego, vt agnoscas, & ,, amplectaris, admonere cupio. (Et infrà.) ,, Certo certius est vnam tantum viam esse ad fœlicitatem sine errore consequendam, si nos ,, diuinæ voluntati obedientes perstemus; à qua ,, nullo corporis cruciatu proposito, nullo ,, quamtumuis sæuo mortis genere intentato discedere debet, qui fœlicitatem quærit: quæ ,, omnia vnico aspectu misericordiæ Dei, in illo ,, libro vitæ Auctor ipse salutis, & fœlicitatis ,, nostræ è cruce pendens manifestauit: sic placuit Dei misericordiæ suam voluntatem nobis ,, exponere; in sanguine Filij sui voluntatem ,, suam nobis scripsit, in eo omnes nostræ leges ,, exarantur, in eo voluntas Dei declaratur, & ,, certissima ad fœlicitatem via patet, atque hunc ,, eundem modum declarandi nobis voluntatem ,, suam eadem misericordia post Christi Dei, & ,, hominis mortem, per assumptionem ad gloriam in reliquis ipsius membris est persequuta; Sanctis, inquam, Apostolis, & Discipulis ,, Christi, qui omnes Christi membra fuerunt, ,, in quorum sanguine à Christi vulneribus defluente, scripta sunt quæcumque Christi doctrinam continent. Hi viui libri fuerunt, in ,, quibus docti, & indocti, sapientes, omne ,, denique hominum genus legere possit, quæ esset voluntas Dei, quæ vita ad fœlicitatem; ,, in his primordia Religionis nostræ sunt, ,, per hos Ecclesia plus nouit de voluntate ,, Dei, quàm per vllos manuscriptos libros ,, cognosci possit; quæ enim in charta scripta sunt, etsi ab eodem Spiritu sunt dictata, ,, Spiritu enim Dei, haud dubiè, quæ habemus ,, Euangelistarum, & Apostolorum monumenta ,, in nouo Testamento, sunt scripta: tamen, vt ,, archetypus maiorem semper auctoritatem habet reliquis omnibus, qui inde descripti sunt ,, libris; sic qui sanguine Martyrum perscripti ,, sunt libri, alijs omnibus præferendi sunt. Hi ,, enim archetypi libri fuerunt, in quibus solus ,, Dei digitus apparet. In reliquis, quos habemus atramento in charta scriptos, manus hominum apparet: quæ etsi manum Dei sequens ,, errare non potest, tamen minus habet dignitatis, pluribus autem casibus est subiecta; depraua enim peruersa ratione, & interpretatione ,, hominum possunt, atque in plures formas fingi, cùm illi, qui sanguine Martyrum scribuntur, adulterari non possint. Et hi quidem ,, semper in Ecclesiæ Chartophylacio incorrupti ,, asseruantur, per quos Ecclesia rerum diuinarum cognitione maximè creuit: post sequuti ,, sunt alij quoque plures modi, quibus optimus Deus nobis voluntatem suam assiduè declararet.]

18 Dum ita in pios viros Henricus Rex fureret, Paulus III. Pontifex, cum iam Cæsarem, Regesque Catholicos consilij sui fecisset certiores, ad frangendam Henrici proteruiam, vel ad eum Ecclesiasticæ severitatis terrore ad saniorem mentem reuocandum, ex accepto à Christo in Ecclesiam vniuersalem supremo Imperio, Henricum, subiecta sententia perculit, quæ iustum illi timorem incutere poterat, vt à populo Anglico destitutus, principum fœderatorum armis è Regio solio deturbaretur.

Ad futuram rei memoriam, &c.

Surius Ex tom. in Bull. conflatus. 7. Pauli sententia in Henricum Regem Angliæ.

Cum superioribus diebus nobis relatum fuisset, quod Henricus Angliæ Rex, licet tempore Pontificatus fœlicis recordationis Leonis Papæ X. Prædecessoris Nostri, diuersorum Hæreticorum, errores sæpè ab Apostolica Sede, & Sacris Concilijs præteritis temporibus damnatos, & nouissimè nostra ætate per perditionis alumnum Lutherum suscitatos, & innouatos zelo Catholicæ Fidei, & ergà dictam Sedem deuotionis feruore inductus, non minùs doctè, quàm piè per quemdam librum per eum desuper compositum, & eidem Leoni Prædecessori, vt eum examinaret, & approbaret, oblatum, confutasset, ob quod ab eodem Leone Prædecessore, vltra dicti libri cum magna ipsius Henrici Regis laude, & commendatione, approbationem, titulũ Defensoris Fidei reportauit, à recta fide, nunc ab Apostolico tramite deuians, ac propriæ salutis famæ, & honoris immemor; postquam charissima in Christo filia nostra Catharina Angliæ Regina, ex Illustrissima progenie coniuge, cum qua publicè in facie Ecclesiæ matrimonium contraxerat, & per plures annos continuauerat, ac ex qua dicto constante matrimonio prolem pluries susceperat (nulla legitima subsistente causa, & contra Ecclesiæ prohibitionem) dimissa, cum quadam Anna Bolena muliere Anglica, (dicta Catharina adhuc viuente,) de facto matrimonium contraxerat, ad deteriora profiliens, quasdam leges, seù generales Constitutiones edere non erubuit; per quas, subditos suos ad quosdam hæreticos, & schismaticos articulos tenendos, inter quos, & hoc erat, quod Romanus Pontifex Caput Ecclesiæ, & Christi Vicarius non erat, & quod ipse in Anglica Ecclesia supremum caput existebat, sub grauibus etiam mortis pœnis cogebat: & his non contentus, Diabolo sacrilegij crimen suadente, quamplures Prælatos, etiam Episcopos, aliasque personas Ecclesiasti-

ſiaſticas, etiam Regulares, necnon & ſæculares ſibi vt hæretico, & ſchiſmatico adhærere, ac articulos prædictos Sanctorum Patrum Decretis, & ſacrorum Conciliorum ſtatutis, immò etiam ipſi Euangelicæ veritati contrarios, tamquam tales aliàs damnatos, approbare; & ſequi nolentes, & intrepidè recuſantes, capi, & carceribus mancipari. Hiſque ſimiliter non contentus mala malis accumulando bonæ memoriæ Ioannem tit. S. Vitalis presbyterum Cardinalem Roſſenſem, quem ob fidei cõſtantiam, & vitæ ſanctimoniam, ad Cardinalatus dignitatem promoueramus, cùm dictis hæreſibus, & erroribus conſentire nollet, ſupplicio tradi, & decollari mandauerat, & fecerat, excommunicationis, & anathematis, aliaſque grauiſſimas ſententias, cenſuras, & pœnas in literis, ac conſtitutionibus recolendæ memoriæ Honorij III. Bonifacij VIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum deſuper editis contentas, & alias tales à iure latas damnabiliter incurrendo, ac Regno Angliæ, & dominijs, quæ tenebat, necnon Regalis faſtigij celſitudine, ac præfati tituli prærogatiua, & honore ſe indignum reddendo. Nos licet ex eo, quod, prout non ignorabamus, idem Henricus Rex in certis cenſuris Eccleſiaſticis, quibus à piæ memoriæ Clemente Papa VII. etiam Prædeceſſore noſtro, poſtquam humaniſſimis literis, & paternis exhortationibus, multiſque Nuntijs, & medijs primò, & poſtremò etiam iudicialiter, vt præfatam Annam à ſe dimitteret, & ad prædictæ Catharinæ ſuæ veræ coniugis conſortium rediret, fruſtrà monitus fuerat, innodatus extiterat (Pharaonis duritiam imitando) per longum tempus in clauium contemptum inſorduerat, & inſordeſcebat, quod vt ad cor rediret, vix ſperare poſſe videremus: ob paternam tamen charitatem, qua in minoribus conſtituti, donec in obedientia, & reuerentia Sedis prædictæ permanſit, cum proſequuti fueramus; vtque clariùs videre poſſemus, an clamor, qui ad nos delatus fuerat, (quem certè etiam ipſius Henrici Regis reſpectu falſum eſſe deſiderabamus) verus eſſet, ſtatuimus, ab vlteriori contrà ipſum Henricum Regem proceſſu ad tempus abſtinendo, huius rei veritatem diligentiùs indagare. Cum autem debitis diligentijs deſuper factis clamorem ad nos, vt præfertur, delatum verum eſſe; ſimulque (quod dolenter referimus) dictum Henricum Regem, ità in profundum malorum deſcendiſſe, vt de eius reſipiſcentia nulla penitùs videatur ſpes haberi poſſe, reperimus: nos attendentes veteri lege crimine adulterij notatum lapidari mandatum, ac auctores Schiſmatis hiatu terræ abſorptos, eorumque ſequaces cœleſti igne conſumptos, Elymamque Magum vijs Domini reſiſtentem per Apoſtolum æterna cœcitate damnatum fuiſſe; volenteſque ne in diſtricto examine, ipſius Henrici Regis, & Subditorum ſuorum, quos ſecum in perditionem trahere videmus, animarum ratio à nobis expoſcatur, quantum nobis ex alto conceditur, prouidere contra Henricum Regem, eiuſque complices fautores adhærentes, & ſequaces, & in præmiſſis quomodolibet culpabiles, contra quos, ex eo quod exceſſus, & delicta prædicta adeò manifeſta ſunt, & notoria, vt nulla poſſint tergiuerſatione cælari, abſque vlteriori mora ad executionem procedere poſſemus, benigniùs agendo decreuimus infraſcripto modo procedere.

Habita, itaque ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum conſilio, & aſſenſu præfatum Henricum Regem, eiuſque complices, & fautores, adhærentes, conſultores, & ſequaces ac quoſcumque alios in præmiſſis, ſeù eorum aliquo quoquomodo culpabiles, tàm Laicos, quàm Clericos, etiam Regulares, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & excellentiæ exiſtant (quorum nomina, & cognomina, ac ſi præſentibus inſererentur, pro ſufficienter expreſſis haberi volumus) per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, hortamur, & requirimus in Domino, quatenùs Henricus Rex à prædictis erroribus prorsùs abſtineat; & Conſtitutiones, ſeù leges prædictas, ſicut de facto eas fecit, reuocet, cãſſet, & annullet; & à coactione Subditorum ſuorum ad eas ſeruandas, necnon carceratione, captura, & punitione illorum, qui ipſis conſtitutionibus, ſeù legibus adhærere, aut eas ſeruare noluerint, & ab alijs erroribus prædictis penitùs, & omninò abſtineat; & ſi quos premiſſorum occaſione habeat, relaxet: complices verò, fautores, adhærentes, conſultores, & ſequaces dicti Henrici Regis in præmiſſis, & circa ea ipſi Henrico Regi, ſuper his de cætero non aſſiſtant, nec adhæreant, vel faueant, nec ei conſilium, auxilium, vel fauorem deſuper præſtent. Aliàs ſi Henricus Rex, ac fautores, &c. Pontifex pluribus pergit ſuam declarare ſententiam, quorum ſumma (vt breuitati conſulamus) hæc eſt. Anathematis primùm pœna eos percellit, ſi mandata hæc Apoſtolica contempſerint, tum etiam Henrico, Regni, & Principatuum multam intentat, tum illi, ac impij Decreti adminiſtris diem ad ſubſellia Apoſtolica fluxu bimeſtri dicit, vt de improbè geſtis veniam flagitent, ac decretoriam iudiciariam ſententiam excipiant: ſi verò Henricus imperia hæc ſpreuerit, nec Oratoris opera comparuerit in iudicio, pronuntiat Regio omni iure, ac dominatu exauctoratum, eiuſque partium ſtudioſos omnibus bonis proſcriptos, atque anathematis, & damnationis æternæ mucrone percuſſos; tum à Sacrorum vſu, & communione arceri præcipit, prolemque Henrici ex Anna ſuſceptam, ſuſcipiendamque omni honoris, & dignitatis gradu, & iure excidiſſe promulgat: Henrici præterea clientibus, ac Subditis, Magiſtratibus Arcium, Vrbium, Prouinciarumque Præfectis, Sacerdotaliſque ordinis viris prohibet, ne Henricum, vt Regem, vel Dominum colant, eoſque omni ſacramenti illi præſtiti religione exſoluit: Henricum præterea, eiuſque partibus implicitos, eorumque poſteros infames inuſtos pronuntiat, & cuiuſuis muneris gerendi iure alienos, fideles etiam propoſita anathematis pœna ab omni cum ijs fœdere, conſuetudine, & mercium commutatione, deterret: Præſules, & Eccleſiaſticos ex Anglia iubet recedere, relictis tantùm Presbyteris, qui baptiſmum recenter natis, & pœnitentiæ ſacramentum morituris, & alia, quæ iuſti ſacrorum interdicti tempore permittuntur, conferant. Si verò Henricus Rex, ac ſocij his ſpretis pœnis in pertinacia obduruerint, Angliæ Principibus, Ducibus, Comitibus, Præfectis, & quauis dignitate Laica, vel Eccleſiaſtica conſpicuis iuſſit ad Henricum Regem pellendum in arma conſurgere; tum hæc addidit. Præterea ad dictum Henricum Regem, facilius ad ſanitatem, & prædictæ Sedis obedientiam reducendum omnes, & ſingulos Chriſtianos Principes, quacumque etiam Imperiali, & Regali dignitate fulgentes, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri,

(cuius

(cuius causa agitur) hortamur, & in Domino requirimus; eis nihilominùs, qui Imperatore, & Rege inferiores fuerint, quos propter excellentiam dignitatis à censuris excipimus, sub excommunicationis pœna mandantes, ne Henrico Regi, eiusque complicibus &c. (*& infrà*) consilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præstent, contraria his inita fœdera rescindit, conuellit pactiones, externos etiam Principes obstringit, vt terra, marique Henricum, ac impietatis participes lacessant bello, atque ad eiurandam hæresim cogant, atque eorum bona, pecunias creditas, mercesque interuertant: tùm imperia dat vniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & inferioris ordinis Prælatis, vt Henricum Regem, scelerisque conscios, anathemate defixos solemni ritu accensis facibus, campanisque pulsatis, promulgent, ac ne Henricum, & sectatores eius hæc lateant, hoc edictum in Basilica D. Petri foribus, atque in Belgio nonnullorum Templorum valuis affigi imperat. *Datum Romæ apud S. Marcum anno Incar. Dom. MDXXXV. 3. Kal. Nouem. Pontificatus Nostri anno I.*

Paulus conſt. 8.

De prouocanda in opus sententia actum est, ac de Cæsare, & Gallorum, Scotorumque Regibus in Henricum mutuo armorum fœdere coniungendis, sed Gallorum Rex (ob accepta damna) non obscuris odijs à Carolo dissidebat. Tùm nonnullæ in Anglia conuersiones rerum obtigere, vt spes Henrici ad officium molliori ratione redigendi affulserint, atque ab armis in Henricum temperatum sit. [Factum est (inquit Sanderus) vt Pontifex partìm sua sponte, partim multorum Principum rogatu ab exequenda hac sua sententia, ad nonnullos annos se cohibuerit, plurimaque paternæ charitatis, ac beneuolentiæ officia in Henricum exercuerit, licèt frustrà.] Maximis autem difficultatibus hanc rem implicitam fuisse, docent Acta Consistorialia.

Sander. lib. 1.

19 Ob Henrici Angliæ Regis ab Ecclesia defectionem Lutherum altiores sumpsisse spiritus memorat Coclæus; ac de hæreseos amplificatione triumphasse, quasi de propagato Euangelio: cumque Albertus Cardinalis Moguntinus, quem Paulus datis XVIII. April. literis hortatus est, vt sanctam Fidem Catholicam, & Apostolicam auctoritatem in Principatu suo, & vbicumque posset, tueretur, Hallenses ditionis suæ clientes Lutherana impietate infectos mulctasset exilio, vt eos ad saniorem mentem reuocaret, vel ne alios in perniciem traherent (temperante tamen seueritatem clementia) omnes res suas & possessiones diuendere, & pretio comparare permisisset; mox Lutherus Germanicarum seditionum auctor, & concionator, edito libro idiomate Theutonico, Hallenses & Magdeburgenses in arma commouere conatus est, ad pellendum, trucidandumque Moguntinum Archiepiscopum, fingens ipsum agnitam persequi veritatem, cuius impudentiam refregit Ioannes Coclæus, demonstrauitque Moguntinum Cardinalem non modo patria Lutheranos clientes, verùm bonis, & vita proscribere potuisse [iuxtà dictamen (inquit) Legum Imperialium, in codice de hæreticis, quandoquidem Lutherus publicè pro hæretico notorio condemnatus, ac declaratus est ab vtraque potestate, Papa, & Imperatore. Multò igitur magis timere debet Cardinalis, quod nimirùm mitis, ac clemens fuerit ergà eiusmodi obstinatos hæreticos, quàm quod nimis durè, aut tyrannicè aduersus eos se gesserit, sicut mendaciter ei imputat Lutherus.] Ausus etiam est idem impostor teterrimus calumnijs proscindere Principes, & Ordines Imperij Catholicos, eosque traducere, vt seditiosos, & rebelles Cæsari, atque fures Dei; vt qui neque Deo, neque veræ Ecclesiæ Christi, neque Cæsari, aut vlli Potestati obedire dignentur: cuius blateronis impia verba, ipsi optimè congruebant, ac Lutheranis, cùm à Pontifice, ac Cæsare decretoria sententia damnati, eorum imperia respuerint, nec seditionum concitandarum impietatisque latiùs propagandæ finem facerent. Cęterùm ex Hallensibus ciuis honestissimus nomine Caspar Quarhamier eximio edito Commentariolo euangelij Lutherani insaniam in luce, & omnium oculis collocauit; ex Lutheri enim libris pugnantes in vno tantùm articulo, scilicet de communione Eucharistiæ, sub vna, aut sub vtraque specie, triginta sex Lutheri sententias, ac longo schemate tabulam produxit Germanica lingua, [vt parietibus dorum affixæ, turpitudinem, & inconstantiam Lutheri omnibus ad oculum palàm ostenderent, quas in Latinum conuertit Coclæus.

Surius in comm. hoc anno.

Triginta sex pugnantes inter se sententiæ de ſolo Eucharistiæ Sacramento in scriptis Lutheri reperiuntur.

Portrò Lutherani cum maximo se beneficio affectos à Caspare agnoscere debuissent, à quo docerentur, ne ab inconstantissimo tenebrione se deludi sinerent, in eum ira efferati, postea captum in Smalcaldico bello, exquisitis diserucianere supplicijs. Ferunt enim illum ad virilia fune alligatum in puteum demisisse: sed cum à fide catholica (Diuina vtique munitus gratia) deflectere abnueret, rursum extraxisse; vnde meritò exclamat Surius. [Eant sanè Lutheri Symmistæ, & quantum velint sui Lutheri euangelium laudibus euehant; veniet, veniet ille dies, quando eos vehementer pœnitebit, sed sero tàm inconstantem doctrinam non toto pectore esse execratos, nec habebunt, quod in sui excusationem adferant, quando ea inconstantia vel sola abundantissimè docere poterit, Lutheri euangelium non alium, quàm ipsum mendacij parentem Sathanam habuisse authorem, vt iam sæpiùs dictum est.]

Surius in comment. 270.

Prorupit autem eò Lutheranorum insolentia, vt iniquam immunitatem petierint, ne coram Imperatorio Senatu de Monasterijs, Templisque direptis, expilatisque Cleri bonis in ius vocarentur.

Coclæus in actib. Luth. hoc anno. Surius in comment. Paulus III. lib. 1. breu. pag. 356.

Luthetus suis scriptis cõtouet populum cõtra Archiepiscopũ Moguntinũ.

20 Edidit hoc anno Argentorati, referente Guillelmo Rossèo cum alijs Ioannes Caluinus, inter hæresiarchas deterrimus, institutiones Fidei caluinisticæ, non autem Christianas, vt ipse titulo præfixit. Constat enim caput Fidei Christianæ, Christum esse Deum, dicente Apostolo, *Ex quorum Patribus est Christus, qui est Deus benedictus in sæcula*: & D. Ioannes in principio Euangelij, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Verbum caro factum est*: Et rursùs Christus dixerit Iudæis; *Ego sum principium*, & iterum cœco nato, luce iam collustrato, *Credis in Filium Dei*. Hic autem pestifer impostor diuinitatem Christi dedita opera pressit silentio, nec Deum nitidè fateri in suis institutionibus dignatus est; immò illius discipuli ab eo exculti in Polonia inflatis buccis Arrianissimum prædicarunt. Cum verò sibi apud impios claritatem nominis flagitio pepererit, nonnulla de eius natalibus, & adolescentia hic exponenda visa sunt.

Guillel. Rossæus in opusc.

Caluinisticæ Sectæ institutiones editæ.

21 Natus est Caluinus Nouioduni in Picardia

Qui fuerint Caluini natales.

dia Galliæ prouincia (vt refert Maſſonus) ſexto idus Iulij anno milleſimo quingenteſimo nono, patre Girardo Chauuino Notario, matre Anna Franca Cameracenſi caupone genita, ambobus Catholicis: adoleſcens inſtructus in fide Catholica, ingenioque præditus, animum ad literas applicuit; expoliturque grammaticæ, & philoſophiæ ſtudijs, ad iuriſprudentiæ ſtudium ſe contulit, vſus primùm Magiſtro de Lilla. Aureliani deinde Bituricas profectus magnum illum Alciatum leges explicantem audiuit: Cumque Margareta Regina Nauarræ eademque Biturigum Ducissa in illam academiam Melchiorem Wolmarium Germanum Lutherana infectum lue exciuiſſet, impius ille cum miratus eſſet in Caluino diſcipulo acumen ingenij, memoriæ tenacitatem, intellectus acrimoniam, in dicendo facundiam, nec non appetentiam gloriæ, ad inficiendam hæreſi Galliam falſis dogmatibus illum imbuit; perſuaſitque, vt abiecto iuriſprudentiæ ſtudio, Theologiæ ſtudijs incumberet; non veteris illius Theologiæ ſeneſcentis & ingloriæ, ſed recenter à Luthero inuentæ, quæ per omnium nobilium ora cum tanta laude volitabat, in qua ingentem gloriam, & maximas opes ſibi compararet. His ſtimulis incitatus, & græcas literas didicit à Vuolmario, & deindè à Rolino (Roberto, ait Maſſonus) conſanguineo ſuo hebraicas, à quo etiam plura hæreſeos venena hauſit. Patre amiſſo, qui duo Sacerdotia illi conferri curauerat, Nouiodunum reuerſus illa vendidit, ac dein Pariſios ſe contulit, vt Theologos audiret, non ad ſequendam eorum doctrinam, ſed vt ad eam confutandam ſe exerceret: cumque Romanæ, ac Catholicæ religionis cæremonias, ritusque damnaret, atque inter eius charras non pauca ſcripta deprehenſa eſſent, quæ non modo hæreſeos ſuſpicionem, ſed apertum etiam crimen continerent; atque ideò parum ſe tutum Pariſijs arbitraretur, Engoliſmam ſe contulit. Non defuere qui ſcripſerint, immò publica fama circumferebatur in Gallia, Caluinum deteſtabilis flagitij, propter quod lapſo cæleſti incendio perijt Sodoma, à primario Borcurtenſis Collegij Sodali fuiſſe accuſatum; atque ad puerorum querelas contumaciæ damnatum. Maſſonus verò ait hæreſeos cauſa fugam corripuiſſe. *Quæ ſola (inquit) abeundi in exilium cauſa fuit, cùm a quæſtore, & Iudice puerorum è Collegio Ioannis Monachi Cardinalis in academia Pariſienſi perquireretur, & per feneſtrom pannis lineis metu inſtante ſeſe demiſiſſet, ſicque periculo ſeipſum exemit.*

Corrumpitur à Magiſtro Lutherano.

Vendit parta Sacerdotia.

Praui eius mores.

Fugit inquirtus.

22 Profectus Engoliſmam hominis Catholici laruam induit, & quas interiùs condebat hæreſes, ſimulata veritatis inquiſitione, afflare incautis nitebatur; à quo Tillius diuite ac nobili familia ſatus, diſcendarum litterarum græcarum ſpecie (vulgò enim Græculus dicebatur) inter alios circumuentus eſt; vt primum Geneuam comite Caluino, deinde in Germaniam ſe contulerit, at ille à fratre Ioanne, Senatus Pariſienſis protonotario, mox in Galliam reuocatus, agnitos errores euomuit, ac poſtea Archidiaconatum adeptus, Hæreticos ſtrenuè infectatus eſt. Caluinus verò hæſit in Germania, atque hæreſeos anteſignanis familiaritate, & amicitia ſe coniunxit, deinde Galliam reuerſus Pictauium conceſſit; contractaque cum illius Academiæ Doctoribus ſocietate, nonnullis hæreticam labem alliuit. Sed mox eodem anno è Gallia ſe proripuit, cùm Franciſcus Gallorum Rex edicta acerba in hæreticos fulminaret: efferata enim adeò erat hæreticorum Sacramentariorum inſolentia, vt aduerſus ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium, & antiquos Chriſtianorum ritus infames Libellos in Regio Palatio, multiſque alijs publicis locis affigere non perhorruerint. *Hinc* (inquit Belcarius) *Regio edicto cautum eſt, vt eius ſectæ conuicti vini comburerentur. Idcirco menſe Ianuario ſequentis anni Rex Lutetiam acceſſit, & ſolemni ſupplicatione in duodecimam Kal. Februarij denuntiata, cui ipſe cum vxore & liberis interfuit.* Ioannes Bellaius Epiſcopus Pariſienſis ſacroſanctam Euchariſtiam geſtabat ſub vmbella, quam ferebant Delphinus, Aurelianenſis, & Engoliſmenſis Duces Regij filij, & Dux Viudocinenſis, primus Regiæ familiæ Princeps; nec non plura Sanctorum Lipſana à linteatis Sacerdotibus circumferebantur; Rex verò ipſe ardentem facem nudo capite, vultuque demiſſo cum Regina ſequebatur, omniumque Ordinum ingenti pompa, ab Eccleſia Sancti Germani ad Beatiſſimæ Virginis Templum circumducta: tum Rex grauiſſima ſanctiſſimaque oratione habita teſtatus eſt, ſe in omnes hæreſeos reos animaduerſurum, atque in proprios liberos, ſi hæreticam luem ſuſciperent, ſeueritatem diſtricturum, ac proprium ſibi brachium amputaturum, ſi tantum flagitium admitteret.

Belcari l. 22. cap. 19.

Hæreticorum impietas.

Et Pictauij.

24 Eodem die ſumptum eſt acerbiſſimum ſupplicium de ſex reis, qui ſparſis libellis contra adorandum Euchariſtiæ Sacramentum blaſphema diuulgarant: alligati enim ſunt ingenti rotæ, qua circumacta in ſubiecto incendio vſtulabantur, iterumque in ſublime efferebantur, ac poſtea depreſſi iterum cremabantur, donec reſti abſciſſi in ardentem rogum ruebant præcipites, atque flammis abſumebantur. Comprehenſi deinde alij impietatis eiuſdem rei, à quibus crudeles exactæ pœnæ. Terruit ea ſeueritas non modò in Gallia quotquot hæreſi erant infecti; ſed etiam in Germania hæreticos Principes, qui grauiſſimè de ea ſeueritate conqueſti ſunt literis ad Franciſcum Regem datis, quibus reſponſum eſt, iure exercitam in eos iudiciorum ſeueritatem, cum nouarum rerum ſtudio ſeditiones in Regno concitare molirentur, redactaque in cineres praua eorum conſilia.

Coercita à Francisco Rege.

23 Defuit porrò animus Caluino, vt tale martyrium pro ſua ſecta aſſerenda pati vellet; tectus verò Germanorum hæreticorum patrocinio, inſtitutiones ſuas, de quibus antea mentio facta eſt, ex amplificatis Oecolampadij ſcriptis, & ex Melanctonis communibus locis, & Hipperij Sarcatij, & aliorum impiorum quiſquilijs conſarcinatas dicare auſus eſt Franciſco Gallorum Regi, vt ſpecioſo eo titulo impium volumen, & Gallos ad illud legendum incitaret, vt narrat Florimundus Raymundus *a*. Qua verò ſcelerata mente id faceret, emblemate appicto ſignificauit, expreſſo nimirùm gladio flammeo, adiectis hiſce verbis: *Non veni pacem mittere, ſed gladium*: non in ſenſu intento à Chriſto de gladio Spiritus ad præſcindendam concupiſcentiam, ac tollenda ſcelera; ſed in ſenſu inſtincto à Sathana, quem Galliæ tot incendijs, tot cædibus, tot bellis ciuilibus funeſtatæ illuſtrarunt. Addit memoratus Florimundus Raymundus, Franciſcum Regem aliquando pertentatum à Margareta Sorore Regina Nauarræ Lutheranorum fraudibus impijs irretita, vt Melanctonem hæreſeos Lutheranæ propagatorem in Galliam accerſeret, ac penè deceptum fuiſſe: quo agnito à Cardinale Turnonenſi

Nefanda Caluini conſilia.

a *Florim. Raimund. lib. 7. c. 9.*

Digitized by Google

nensi sapientissimo, admonitus est, vt à consortio hæreticorum præcaueret, allata D. Irenæi auctoritate, cuius codices secum attulerat: Margareta verò Regina Francisci studijs ab impietate abducta atque in fide Catholica confirmata est.

Bekan l. 22. c. 19.

Hæreticorum impietas.

In Institut. Caluini errores.

24. Prædicta itaque institutio à Caluino edita nefandis referta erat blasphemijs, in qua Gualterius viginti numerat errores, quorum principui sunt. Deum potissimè genus humanum creasse ad perpetuam damnationem, & interitum, Diabolum iubente, & volente Deo in cordibus humanis mentiri. Nullum fore discrimen inter peccatum mortale, & veniale, sed omne peccatum esse mortale. Necessarium esse coniugium ijs, qui post Diuini præsidij inuocationem efferuescentis adhuc incontinentię stimulos compescere non valent: quare docebat hoc quoq; tẽpore gratię vigere adhuc præceptum vniuersale, quod omnes ad contrahendas nuptias obstringit, & consequenter Vota omnia tàm priuata quàm monastica damnauit, ea nihil omninò prodesse affirmans. Hominem iustum scire se esse in gratia, certumque esse suæ iustificationis, eo quod fides per quam iustificatur homo, cuilibet possit esse certa. Christum in Cruce penitus desperasse. Missam à Christo non esse institutam, neque esse sacrificium, & quod magis blasphemum est, neque opus bonum esse, ac propterea eam prorsus abolendam. Sacrosanctæ Eucharistiæ Christi Corpus realiter non adesse. Romanam Ecclesiam euertendam. Omnium denique peccatorum, scelerumque in vniuerso commissorum Deum esse auctorem; ideoque hominibus, vt mala operentur, malas cogitationes in cordibus illorum inspirare &c. Hinc infert Guglielmus Rossæus.

Coercitus Francisci Rege.

b *Caluinistæ. contr. Libert. c. 33.*

Ex hoc vniuersali principio, quod Deus sit auctor peccati ad vitam hominum deformandam, duas regulas eliciunt *b* Caluini discipuli, prima ,, est: [Cùm omnia opera sint opera Dei, licet, ,, hominibus (velut laxis habenis) quidquid ,, in mentem venerit, agere, non solum, quia ,, sumus extra periculum peccandi, sed etiam ,, quia desiderium aliquod cohibere, est impedi- ,, re Deum; ita scortationes, & rapinæ Deo pro- ,, babuntur, cuius sunt opera; ita non est curan- ,, dum, vt rapta restituantur, quia non est con- ,, ueniens, vt Deus corrigatur,] Hæc regula, quale sit in vita humana chaos, qualis lerna flagitiorum, quis non prospicit? & tamen quam ,, directè fluat ex priore illo principio de Deo ,, scelera volente, & efficiente, quis adeò hebes ,, est, & stupidus, vt non intelligat] & infra.

Regulæ Caluini pessimæ

Nehùs Caluini consilia.

idem c. 15. pag. 296.

Secundam regulam, quamquam parum ab hac differentem, tamen quia Caluinus eam distinctè pandit, nec ego grauabor illius verbis describere. [Altera regula est, ne quis vllius rei ,, conscientia moueatur, nec hoc solum (inquit ,, ille) ex superiùs positis consequitur, sed id ipsum illi confitentur, atque adeò id præcipuè ,, sibi proponunt; vt sopiant conscientias, quo ,, omni sollicitudine vacui homines, perpetrent ,, quidquid se offerat, quidquid appetierint.] Ex his, & alijs regulis ad vitam humanam instruendam, vel destruendam potiùs, patet quanta sit Caluini, & aliorum in hoc euangelio dissemi- *pag. 286.* nando fraus, hypocrisis, atque impietas. Et alibi pergit idem Rossæus. [His duobus de Deo ,, peccati auctore, & hominem libero arbitrio ,, spoliatum ad peccatum necessariò impellente ,, concessis, simul non vnus, aut alter, sed om- ,, nes Christianæ Religionis articuli ruunt, to- ,, tum Christianorum Symbolum falsum est, & ,, mendax, quicquid Christus, quicquid Apo- ,, stoli, quicquid Patriarchæ, & Prophetæ, & ,, Doctores à condito mundo ad nostram vsque ,, ætatem docuerunt, omnia sunt stulta, inepta, ,, barbara, & vnà cum auctoribus suis æterno ,, silentio sepelienda. Quo ad humanam autem ,, vitam, & res publicas, omnia sunt sursum de- ,, orsum iactanda, & legibus contra flagitia, libi- ,, dines, stupra, latrocinia, blasphemias abro- ,, gatis, flagitia liberè suscipienda, ad libidi- ,, nem explendam effrenato impetu ruendum ,, in stuprando, latrocinando, blasphemando, ,, excusso pudore, & metu siuè hominis, siuè ,, Dei, effusè noctes, diesque versandum, & vo- ,, lutandum, & de istis tamquam præclaris fa- ,, cinoribus gloriandum. Hæc, & huiusmodi, ,, quæ cogitare horret animus, & explicare re- ,, formidat, non solum absque metu supplicij, ,, verùm etiam expectatione præmij agenda ,, sunt &c. Christus enim, cur impij damnentur, ,, causam reddit, quia charitatis opera non fece- ,, runt. At Caluinus, & hominum damnatio- ,, nis, & Angelorum defectionis vnicam vult es- ,, se causam Dei voluntatem, quæ rerum est om- ,, nium certa, & ineuitabilis necessitas. Christus ,, eos ideircò iustè damnatos pronunciat, quia ,, libera voluntate in ea se peccata dederunt, quæ ,, ipse sua lege sub æternæ mortis comminatio- ,, ne prohibuerat. At Caluinus ideò iniustè dam- ,, natos concludit, quia non sua, sed Dei volun- ,, tate, non sua libertate, sed imposita eis à Deo ,, necessitate ad peccatum impellebantur, cuius ,, imperio non poterant reluctari, & qui eos in ,, sui obsequium cogebat. An verò quis audiuit ,, vllum inter mortales iudicium tàm iniustum? ,, vllum aliquando tribunal adeò tyrannicum?

25. Eodem anno mense Augusti Geneuæ plebs ab hæreticis concionatoribus fascinata, & nouę doctrinę lue contaminata in seditionem uersa est, ac veteris Religionis reliquias conuulsit, erexitque sedem Sathanę, prophanauit Templa, Aras excidit, sacras Imagines discerpsit; Petrum Balmam Episcopum, & Clerum, qui veluti canes muti non valuerant latrare contra animarum lupos, tamquam canes vrbe pepulit, Monasteria diripuit. Tanti flagitij auctore principuo perditissimo impostore Guillelmo Farello Delphinate Vapincensi, qui cum Meldis impietatis reus agnitus esset, metu supplicij in Germaniam ad Lutherum perfugerat, ac deinde in Geneuensem Vrbem irrepserat, acceptasque à Deo egregias naturæ dotes in obsequium Sathanæ, & instrumenta scelerum conuerterat: stentorea enim voce præditus, & in dicendo vehemens, cum concionabatur, vel disputabat, detonare, & fulminare videbatur: in Zuinglianismo ruendo constantissimus, ac in Spiritum Sanctũ blasphemus, quẽ cum Paulo Samosateno creatum dixit: Elcesaitarum etiam hęresim instaurans docuit; Fidem ob periculorum terrorem dissimulari posse, modò idololatrię interior actus non committeretur.

Floram. Raym.

Petrus Balma Geneuen. Episc. pulsus cum Clero.

Huic se adiunxerat comitem Petrus Viretus Orbensis Heluetius, Zuingliana quoque pestę inquinatus. Post non multum tempus in eamdem Vrbem receptus Caluinus, ex qua priùs fuerat expulsus, vt suo loco videbimus, eam regio penè imperio moderatus, Caluinisini ibi Metropolim constituit: stulta verò plebs Geneuensis auersa à salutis via, atque in infernalem abyssum posthac ruitura, effectaque præda Sathanę, triumpha-

Digitized by Google

phauit gaudio, quasi iam puritatem euangelicę lucis aspicere cœpisset; ac turpissimę defectionis suæ monumentum publicum statuit, affixa ante prætorium ærea tabula, his verbis insculpta, fœdataque in Pontificem calumnijs. [Cùm anno ,, Domini MDXXXV. profligata Romani An- ,, tichristi Tyrannide, abrogatis eius superstitio- ,, nibus, Sacrosancta Christi Religio bellè in ,, suam puritatem, Ecclesia in meliorem ordi- ,, nem singulari Dei beneficio reposita, & simul ,, pulsis, fugatisque hostibus, vrbs ipsa in suam ,, libertatem, non sine insigni miraculo restituta ,, fuerit, Senatus Populusq; Geneuensis, monu- ,, mentũ hoc perpetuę memorię causa fieri, atque ,, hìc erigi curauit, quo suam erga Deum ,, gratitudinem ad posteros testatam faceret.] Quis in tanta hæreticorum vęsana impudentia, impudentissimaque impietate non exclamet cum ,, Isaia. [Væ, qui dicitis malum bonum, & bo- ,, num malum, ponentes amarum in dulce, & ,, dulce in amarum: Væ, qui sapientes estis in ,, oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.] Appellarunt infœliciſſimi Geneuenses Romanum Pontificem, Petri Successorem, eumdemque Christi Vicarium, à quo scilicet Euangelij incorruptam puritatem hauserant, Antichristum: hæresiarcham verò nequissimum, qui ipsos hæreseos tenebris immerserat, pro Apostolo habuerunt. Cùm verò vnà cum religione Ducis Sabaudię iugum excussissent, à Sabaudo pro recuperando Geneuæ imperio obsidione pressi sunt, sed excitis in auxilium Heluetijs hæreticis Sabaudica castra remouerunt: imò Heluetij hęretici secundis rebus, viriumque magnitudine inflati, Sabaudię Ducem politici commodi illecebra delinire, atq; in hæresim impellere pertentarunt, quem Pontifex subiectis literis ad constantiam in Fide Catholica hortatus est.

Geneua à Fide deficit, & Caluinismi Metropolis efficitur.

Cap. 5. v. 20.

Duci Sabaudiæ.

Dilecte Fili Salutem. Valde molestum Nobis fuit intelligere, quod in proxima diæta, & colloquio Tunoni, inter Nobilitatem tuam ex vna, & Heluetios ex altera parte habita, nihil conclusum fuerit, nec quoad interesse proprium Nobilitatis tuę, nec quoad publicum Catholicæ Religionis; laudauimusque Nobilitatis tuæ pietatem, quod oblata tibi per illos, si ad eorum impietatem accedere voluisses (prout te dignum erat) constantissimè refutasti. Itaque nos, qui & Sanctę Fidei causam, & tua priuata commoda, pari propè amore prosequimur, & curamus; ita tuæ Nobilitati respondemus, videri Nobis consilium salutare, vt quoad interesse tuum proprium, solita prudentia vtaris tolerando pręsentia, & de tempore transeundo in tempus, donec Deus suæ iustæ causæ fauendo, opportunè prouiderit, & tempora commodiora concesserit. Quod autem attinet ad causam Fidei, cùm tua Nobilitas animam suam omnibus alijs pręponere debeat, nullo pacto conclusioni eorumdem Bernensium assentiri vnquam debebit; cùm ex hoc, & iram Dei omnipotentis in se incitaret, & suam inclytam, totoque Orbe celebrem familiam infamaret, quæ ex pientissimis, & catholicis gestis prętcritis, tantam sibi gloriam, & verę pietatis decus acquisiuit; quod, Fili, non debes, tuo tempore, amittere, cùm prælertim sicut scribis, sperari remedium possit ex vniuersali Concilio, quod tua Nobilitas sperare, & confidere potest nobis curantibus citò effectum esse habiturum. Siquidem Nos Deo teste ad ipsum Concilium citò habendum, tamquam ad rem maximè hoc tempore ob causam Fidei necessariam, & opportunam omnem nostram operam interponimus, & interposituri sumus; quamobrem, cum in arduis virtus spectetur, hortamur maximè Nobilitatem tuam in Domino, vt prudentia, & dexteritate tua perspecta in cæteris, in hoc vtaris, Dei misericordiæ confidens, qui numquam pios, & iustos deserit: speramus enim prætereа, ac futurum credimus, vt & pij, & iusti homines (occurrente necessitate) tuę Nobilitati non desint, sicut hæc pleniùs ex tui Agentis, quo cum sumus diffusiùs colloquuti, literis intelliges. *Datum Romæ IV. Februarij MDXXXV.*

Paulus III. lib. breu. an. 1. pag. 505.

Sabaudi Ducis in Fide constantia laudata.

Monitus vt impia Bernensiũ petita repellat.

De celebrando Concilio fit certior.

27. Grauiora ab hæreticis Heluetijs damna inflicta sunt Duci Sabaudię; nam & ditionis partem illi eripuere, ac Lausanam (pulso Episcopo) hęresi contaminarunt, quare hoc territus nuncio Pontifex Heluetios Catholicos ad concordiam cum Hęreticis, quos antea ab ijs fractos maximis pręlijs vidimus, salua Fide Catholica seruandam solicitauit, vt posita ferocia, ad Ecclesiæ gremium reuocaret quemadmodum sequentes indicant literę.

Dilectis Filijs Scultetis Antianis, & Consulibus VII. Cantonum Heluetiorum Catholicorum, Lucernensium, Vranensium, Suitensium, Vnderualdensium, Zugbensium, Friburgensium, & Solodorensium, Ecclesiasticæ libertatis Defensoribus.

Paulus III. lib. breu. an. 1535. pag. 369.

Decreti ab Heluetijs catholicis ad Paulum Oratores.

Dilecti Filij, Vidimus literas vestras, simulque à dilectis filijs Amando de Nideroſen, & Ambrosio Puntner intelleximus vestram in Sanctam Sedem Apostolicę deuotionis synceritatem, & in Fide catholica constantiam, quamplurimùm in Domino commendamus, & acceptam habemus, hortantes vos paterna charitate, & affectu, vt pro antiqua pietate vestra constanter in eisdem deuotione, ac Fide perseueretis. Nos enim viciſſim (sicut bonum Patrem, ac Pastorem decet) quacunque in re cum Deo poterimus, Prędecessorum Nostrorum erga Vos amorem, & charitatem conseruabimus, qui Fidem, & Fortitudinem vestram amplexati vos Ecclesiasticæ Libertatis Defensores, insigni Titulo, pro vestris benemeritis decorarunt; ac si quid periculi vobis pro tuenda catholica Fide imminere intellexerimus, illud pro nostro Pastorali officio propulsare, Vosque semper, vt bonos, & amantes filios coadiuuare studebimus. Sed vos ab armis contra alios Heluetios abstinere, quantum salua ipsa catholica Fide fieri possit: hortamur in Domino, vt ex pace vestra commodiùs Christianæ tranquillitati consulatur, & alij in Sancta Religione nunc à vobis dissentientes per armorum desuetudinem paulatim (auctore Domino) miteſcant, & in vnum veræ Religionis consensum vobiscum reuertantur, quod Deus omnipotens nobis misericorditer concedat, vt illud robustum Heluetię Nationis corpus, quod olim vnanimiter nostros Prędecessores, & Sanctam Sedem Apostolicam coluit, ad eundem verę Religionis, & Sedis Apostolicę cultum restitutum videamus. *Datum Romæ XXI. Ianuarij MDXXXV. anno I.*

Moniti Heluetij, vt salua Fide Catholica pacẽ cum Hæreticis colant.

lib. 1. pag. 360.

Cęterùm, vt faciliùs Hęreticorum impietatem propulsare possent, Paulus Clementis exemplo, illis stipendia pro mille sclopetarijs statuit.

28 Nec defuerunt, qui Lutheranam hęresim diffundere in Italiam niterentur, ex quibus Sigismundus Germanus Venetam ditionem inficere mo-

Lutherani in Italiam irrepunt.

Digitized by Google

Hæretici apud Venetos deprehensi.

De celebrando Concilio sit certior.

moliebatur, quem Venetorum Dux (non ignarus hæresim pestem esse Principatuum) comprehendi iussit in agro Vicentino, eumque ad Vicarium Episcopi Vicentini transmisit, cui Paulus de pio studio grates egit.

Duci Venetorum.

Paul. III. lib. breu. anno 1. pag. 258. Dux Venetorũ in Hæreticis puniendis laudatus.

Dilecte Fili. Intelleximus nuper iniquitatis filium Sigismundum Germanum, qui hæresim Lutheranam in diœcesi Vicentina disseminabat, mandato Nobilitatis tuæ ad Vicarium Episcopi Vicentini in spiritualibus generalem, pro iustitia puniendum fuisse transmissum, quod sicut pietati inclytę tuæ Nobilitatis consentaneum, ita Nobis gratissimum fuit; teque Fili ex animo hortamur, vt si quo in alio idem acciderit faciendum, eandem tuam pietatem ostendas. Erit enim res dignate, & isto inclyto Dominio, & Nobis post Deum omnipotentem semper accepta, & grata. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XII. Iunij MDXXXV. anno I.*

Blos.

Distrinxit verò seueritatem ita in Hæreticos Pontifex, *b* vt tamen ad saniorem mentem reuersos clementia complecteretur. Itaque cum Augustinus Maynardus Ordinis Heremitarum S. Augustini in Astensi Ciuitate nonnullas propositiones veneno Lutherano infectas promulgasset, easque (facti pœnitens) molliore, & pia interpretatione leniret, clementer in gratiam admisit, & infamię maculam, quam contraxerat, abstersit. Ita etiam licet Erasmus Luthero in conflanda hæresi fauisset, multosque errores suis scriptis inspersisset, quia tamen iam annis pronectior respuisse videbatur, atque in hæreticos, à quibus multa passus est, pro tuenda Sedis Apostolicæ auctoritate, scriberet, à Paulo pingui sacerdotio, & honorarijs hisce literis ornatus est. *a* [Memores ,, probitatis & innocentię tuę, & in vario disci- ,, plinarum genere eminentię, nec minus merito- ,, rum erga Apostolicam Sedem, cùm aduersus ,, desertores Fidei summa vi pugnasti, prępositu- ,, ram Dauentriensem Traiectensis diœcesis per ,, obitum bonę memorię Ioannis Vinchel vacan- ,, tem, quę 600. florenorum reditum tribuere di- ,, citur, tibi gratè contulimus, vt aliquod iam ,, pręmium tuę virtutis agnoscas &c..] *Datum Romæ apud Sanctum Marcum Die Prima Augusti MDXXXV. anno I.*

b eod. lib. pag. 458.

Paulus III. lib. 11. an. 1535. f. 369.

Decreti Heluecathos ad ilum rores.

a Paul. III. lib. breu. an. 1. pag. 363. Erasmus ob scripta contra hæreticos laudatus à Paulo.

Rursus Elziarius Miodanus Augustinianus Prouincialis, qui Lutherana impietate inquinatas opiniones temerè sustinuerat, nimirum, [homi- ,, nem non habere liberum arbitrium antecedens ,, ter, tum peccatorem sola Fide iustificari,] vocatusque in ius coram Senatu Aquensi prouocarat ad Pontificem, licet de impietate dictorum constaret, & iustè seueritatem iudiciariam commeruisset: quia tamen easdem conclusiones ad sensum catholicum reduxit, à Pontifice benignè absolutus est.

Benigne recipit Paulus hæresim deponentes. *Paul. l. breu. an. 1. pag. 282.*

19. In Polonia florebat hoc tempore res catholica. Sigismundi enim Regis, & Prælulum vigilantia, Lutheranis obseptus erat aditus, ne impietatis suę virus Catholicis afflarent, de quo pio studio Paulus Petro Episcopo Cracouiensi Vicecancellario grates egit.

Paul. III. lib. breu. an. 1. pag. 147.

Deo gratias agimus, quod talem Regem talibus decoratum Prælatis nostro quo concesserit, & vt diutissimè concedat, oramus, illis enim saluis, & incolumibus nullam vnquam vicinarum hæresum contagionem in istud Regnum peruasuram esse confidimus: quocirca te frater venerabilis omni studio hortamur (etsi laudatione tua pietas eget, non hortatione) vt solitum tuę vigilantiæ studium ad conseruationem Catholicæ Fidei in isto Regno adhibeas, & sicut laudem maximam, huc vsque adeptus es, ita pari fine pientissima cœpta concludas &c. *X. Aprilis MDXXXV. anno I.*

Tuendæ in Polonia Fidei studium cõmendatũ.

Blos.

Elusit postea eorum diligentiam Lutheranorum improbitas, licet enim in Poloniam irrepere, ac virus diffundere non possent, tamen nobilis iuentus, vel studiorum, vel lustrandarum Regionum causa in Germaniam profecta, ab impijs hæreseos laqueis irretita est, vt suo loco lugebimus. Interea cum ad abrumpendos hæreseos progressus, & errorum offusas mentibus tenebras discutiendas nullum præstantius œcumenica Synodo remedium ab omnibus viris pijs existimaretur, Paulus ab ipso penè Pontificatus exordio in eam curam, cogitationemque totus incubuit, vt solemnes Episcoporum cœtus ex omnibus Christiani Imperij Regnis congregaret.

Paul. lib. breu. pag. 541.

Extant hoc argumento insignes Pontificis literæ ad Carolum V. Imperatorem Italico sermone conscriptæ, quas in Latinum versas ob rei grauitatem subijcimus.

Charissimo in Christo Filio Nostro Carolo Romanorum Imperatori.

Paul. III. epist. ad Cardin. extant mss. Vrbin. Cardin. Barb. sig. n. 2677. pag. 1. ex Ital:

Charissime in Christo Fili Noster, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Intelleximus ex literis Maiestatis Vestræ, & ex ijs quæ retulit Orator Maius, & ex ijs de quibus à Legato certiores facti sumus, Maiestatem Tuam, & Septemuiros, ac Principes, qui benè de Fide Catholica sentiunt, in eam concurrere sententiam, necessarium esse, vt pro euellendis erroribus, qui nationem Germanicam infecere, Concilium postulatum congregetur, addita lege, vt hæretici suos abijciant errores, ritu Catholico vitam instituant, atque ad Fidem & obsequium Sanctæ Matris Ecclesiæ reuertantur. Quæ propositione in consilium adducta cum Cardinalibus deputatis in causis Fidei, omnes in hanc sententiam inflammato studio coiuimus, obsecundandum postulatis, & conuocandum Concilium, nauandamque omnem operam ad exscindendas hæreses: id enim ad promouendum cultum Diuinum, ac salutem Christianæ Reipublicę pertinere. Verum multi ex ijs, licèt eum finem summoperè expetant, nonnihil ambigunt conuocationem Concilij non esse certum ac consentaneum medium ad finem assequendum; videri enim rem magni exempli & grauissimi ponderis in Ecclesia Dei assentiri, vt quæ iam alijs temporibus à Concilijs decisa fuere, ac diuturno annorum fluxu ab omnibus Christianis obseruata, in disceptationem adducantur; susceptum enim olim eum morem fuisse, vt Sedes Apostolica hæreticis Concilium concedat, quando eorum opiniones (licet erroneę, ac ritui vniuersalis Ecclesię aduersę) nondum tamen repudiatę, vel damnatæ forent; iam verò in dubium, controuersiamque vocari ea, quę à Concilijs antea sancita sunt, videri rem pessimi exempli, ac publici offendiculi, contrariamque dignitati Sedis Apostolicę; nec sperant pro tollendis erroribus futuram maiorem Concilij celebrandi auctoritatem præteritorum Conciliorum auctoritate, quæ à tot doctissimis, sanctissimisque Patribus celebrata fuerunt; nec sibi persuadere possunt, vt hæretici laudabilis alicuius finis gratia Concilium poscant; quin potiùs inueterato hæreticorum more pestiferum aliquod consilium moliantur, ex quo maior rerum per-

De Concilio per literas cũ Imperat. Paulus.

turbatio, ac dissensio oboriatur. Ac eo magis in ea opinione confirmantur Cardinales memorati, quod modò idoneum celebrandi Concilij tempus affulsisse non videatur, non tantùm ob bella ciuilia, quæ inter Christianos formidantur, de quibus magna consilij maturitate Maiestas Vestra disseruit, verùm etiam ob imminentia belli Turcici discrimina: non enim barbari illius, minę, & maximi apparatus ad inuadendum omni virium conatu proximo anno Christianum Imperium latent Maiestatem Vestram, in qua temporis difficultate Concilium rectè haberi non posset; atque maturè expendendum est, quanta clades accipi posset si dum habendo Concilio nauatur opera, nouum bellum ab hostibus Fidei conflaretur; vel enim ad res Concilij promouendas necessarij pro tuenda re Christiana apparatus intermittendi essent, (quod maxime exitiale foret) vel eorum instruendorum causa Concilium imperfectum dimittendum esset, quod quidem difficilius facto, quàm dicto: nam soluto Concilio dissentiente natione Germanica, facile aliquod conflari schisma posset, aut graue offendiculum in Dei Ecclesia: vt verò vniuersę nationi fiat satis, nec Maiestas Vestra, nec Nos polliceri possumus; id enim præter rationem demonstrat experientia difficultatum, quas Maiestas Vestra patitur, vt in rebus iustissimis minimam illius nationis partem ad æquum flectat. Quæ difficultates asperiore tempore ab hęreticis augerentur, atque improbi ex necessitate caperent occasionem obtinendę alicuius rei exitialis Fidei Catholicæ: ad quam corroborandam nullum est remedium authoritate maius, vel sanctius, vel vtilius conuocato Concilio, quod cum debitis causa, medijs, modo, ac tempore celebratur: vt è contra nulla res maiori plena est periculo, nulla parit grauiora mala, quàm cum debitæ circumstantiæ non concurrunt, aut improuisum quid illius ordinem confundit. Quæ rationes simul allatæ à prędictis Cardinalibus, dubium & ancipitem animum Nostrum suspendere potuissent; si non plus authoritas Maiestatis Vestræ apud me potuisset, quam cum religionis studio ardentem, verè catholicam, Sedique Apostolicæ addictissimam, & prudentia singulari præditam, & in circumspiciendo acerrimam scimus; perpenderimusque prędictum versari in ea prouincia, pro qua sananda, hoc remedium propositum est facilius, quæ necessaria sint animo penetrare posse, quàm qui longo locorum interuallo diffiti sunt, certissimè persuasum habemus, ipsam nec quid postulaturam, proposituramue, quod non ad vtilitatem, salutem, & commodum vniuersę Christianę Reipublicæ conferat. Atque ideo ipsam obsecro, vt rectè expendat, quę ad finem memoratum consequendum conducant.

Certiorem itaque facimus Maiestatem Vestram, Nos æqui bonique accipere, vt eo casu, quo iudicet magni referre, & necessarium esse, offerat, ac spondeat conuocationem Concilij, additis ijs legibus, quas Maiestas Vestra scripsit; vt abiectis erroribus, mox ad Catholicæ vitę instituta, ac Sanctæ Matris Ecclesię obsequium reuertantur, ac ritus, & doctrinam illius colant, donec secus, vel alia ratione à Concilio decretum fuerit, cuius sententię in omnibus, ac per omnia se subijciant. Quibus non admissis legibus, illustre & conspicuum est, non sine maximo offendiculo, ac pessimo exemplo Concilium concessum iri. Atque in hoc rerum cardine necessarium est, vt Maiestas Vestra accuratissimè animaduertat, vt hæ leges præmittantur, vt certissimè teneamus hæreticos, obtenta conuocatione Concilij ad pristinos errores non redituros: maximum enim secùs conflaretur offendiculum, ac pateret omnibus promoto vlterius Concilio, nec errores emendatum iri, quos emendatos cupit, ac fructus tantùm pestiferos, & venenatos indè pullulaturos, quibus Maiestatem Vestram consulturam exploratum habemus; ac mox atque certiores effecti fuerimus, has leges ab ijs admissas, & ad exitum perductas, indicemus Concilium in id tempus, quod opportunum iudicatum fuerit: ac Maiestas Vestra exploratum habebit, id breuiore, quantum potuerit, interuallo futurum: de quo ac ijs, de quibus in hoc argumento Bononię diximus, prout amplissimè cognouit intima mentis Nostræ consilia ad publicam salutem spectantia, nil ambigat, nullius fore à Nobis dilationis moras interijciendas. Qua in re plura dicere supersedemus; quia in omnibus, quę publicam rem, vel priuatum nostrum commodem tangunt, maximè in Maiestate Vestra, quæ nunquam mihi defutura est, non minùs, quàm In nobis ipsis confidimus: pariter persuasum habemus, Maiestatem Vestram certissimè tenere, nos semper cum ipsa summa libertate, ac purissimo sinceræ voluntatis nitore agere. Ac quia articulos ab ijs hæreticis propositos inspeximus, censemus necessarium, vt Maiestas vestra illos admoneat, vt eos contrahant ad ea capita, in quibus ipsis maior controuersiarum causa inesse videatur; vt longitudo, quę in infinitum abiret, declinetur, atque incommoda de non retractandis rebus iam constitutis in alijs Concilijs, temperentur.

Tempus etiam, ac locus, in quo celebrandum erit Concilium, definientur; circà quę libentissimè audiremus sententiam Maiestatis Vestræ: quod enim ad nos spectat, nec proprij commodi gratia, nec alterius priuati respectus, nostra pluris refert hic, quàm ille locus, maximè cum Maiestas Vestra illi interfutura sit: quantum verò nostrę menti modò occurrit, cum maximè sit necessarium, vt concilium in nullo alio, quàm in Italico solo celebretur, crederemus, vt Roma placere omnibus deberet; tum ob maximam opportunitatem ad sustentandam maximam hominum multitudinem, quę confluxura est; tum quia, cum hoc Concilium non cogatur ob Schisma, quod scindat Ecclesiam Dei, nec ad dissentientes Principes inter se conciliandos, ex quo suspectorum locorum controuersia oriri possit: sed ad Christianam Rēpublicam ab hæresibus expurgandam, expeditionemque aduersus infideles decernendam, consentaneum videtur, vt congregetur in ea Vrbe, qnę in omnes Christianos imperium obtinet: in qua etiam prętcritis sæculis multa Concilia celebrata fuere: in quam sententiam etiam nos inclinat ea cogitatio, quod, si post tantas calamitates, quas Vrbs perpessa est, diuturna curiæ absentia adiungeretur, ad extremam ruinam, ac miseriam redigeretur. Si verò grata, & accepta Roma non esset, nec persuaderi posset, vt veluti non tuta non respueretur, non desunt alię Italicæ Vrbes amplissimæ, vt nouit probè Vestra Maiestas, Bononia, Placentia, Mantua, ex quibus, quę aptior fuerit visa, seligetur.

Circà abusus, legati responsum expectamus; superioribus enim diebus ad eum scribi iussimus,

vt

vt moneret, in quibus disciplinę restitutio expetatur: acceptoque eius responso, ea dabitur opera, vt cognoscant omnes Pontificiæ mentis, & consilij esse, vt praua emendentur, atque in omnibus, quantum fieri poterit, amantissimis, ac prudentissimis Maiestatis Vestrę monitis mos geratur, quam ne tędio vlteriùs afficiamus, nos referimus ad ea, de quibus hoc argumento scripsimus ad legatum, & cum Maio Oratore colloquuti sumus. Deum intereà precabimur, vt pia omnia eius desideria compleat. *Datum Romæ vltima Iulij MDXXXV.*

Ex epistola Verg. apud Pallauicinum hist. Conc. Trid. tom. 1. lib. 3. cap. 18.

31 Paulus, vt de rebus Germanicis certior redderetur, Petrum Paulum Vergerium Iustinopolitanum Episcopum, qui iam inde à Clemente VII. suo Prędecessore apud Romanorũ Regem Nuncij fungebatur officio, ad se accersiuit, à quo accepit exulceratorum vnicum remedium animorum esse, dispositam, ac inflexibilem declarare voluntatem, vt Concilium haberetur; & absque mora difficultatibus omnibus superatis, illud quoquo modo congregaretur. Igitur Pontifex, Vergerium non ignarum animorum, quibus cùm tractandum erat, ac tanquam futuri Concilij Auctorem, in Germaniam remisit; eique Breuia, apud Catholicos, Protestantesque Principes conceſſit. Iussit eidem, vt locum ad celebrandum Concilium tantummodò decerneret, cum hoc vnum in suspenso stare non posset: reliqua verò opportuniori tempore pertractaret. Proposuit itaque Mantuam, sed contradicente Germania, Cęsarem auersum habuit (Nouas siquidem hæretici prætendebant difficultates ad sacrum illum conuentum impediendum.) Quæ autem in ista legatione fuerint mandata Vergerio, ipsemet quadam epistolę particula hoc eodem anno 1535. missę Pontificis à secretis Ambrosio Ricalcato declarauit. [Beatissimus Pater (sic scribit) in Germaniam de congregando Concilio duplici causa Legatum me misit: primùm ne vlla, per quam nationale Concilium (sicut tentabatur) Dięta haberetur; deindè, vt generale Concilium re ipsa celebraretur.] Altera quoque sub 29. die Augusti eiusdem anni epistolę particula: [Non me præterit (inquit) Pauli Optimi, & verè Sancti Pontificis voluntas; me non, vt formidolosas commotiones tantummodò explorarem, sed potiùs, vt eorum animos ad Concilium sincerè, & realiter celebrandum disponerem, remisisse.] Itaque Pontifex has subsequentes literas Germanicis Principibus asserendas Vergerio dedit,

Vergerius Paulus pro Concilio in Germaniã mittit.

Regi Romanorum.

Paul. III. lib. breu. ann. 1. pag. 541.

32 Charissime, &c. Cum Nuntium ad Maiestatem Tuam mittere statuissemus, non solum pro seruando more, verùm maximè pro eo studio, ac desiderio, quod nobis commune cum Maiestate Tua est, per vniuersalis Concilij remedium istam inclytam Nationem in tranquillum statum reducendi, & in veterem Sanctæ Fidei consensum restituendi, & alijs incendijs Christianæ Religionis, vt meritò timeri potest, imminentibus, occurrendi; statim, vt vidimus literas Tuę Serenitatis, Dilecti filij Petri Pauli Vergerij apud te Nuntij, Religionis, probitatis, & dexteritatis notitiam habentis, fleximus ad eum totam super hoc cogitationem, & deliberationem nostram; vt eum quem tibi probatum, & acceptum videbamus, ac prętereà de illis rebus iam esset instructus, cunctis in hoc anteferremus eum: itaque cum Dei nomine ad Serenitatem tuam nostrum, & huius Sanctę Sedis Nuntium mittimus apud te nostra, & dictę Sedis cuncta, quę acciderint negotia, sed pręcipuè, & maximè dicti vniuersalis Concilij celebrationem, quod prę cęteris omnibus nobis cordi ineſt, continuè acturum, & curaturum: super quo cum ipsum Petrum Paulum plenè de omnibus ad te, & ad dilectos filios nobiles viros Electores, ac Principes, & circulos Germanię cum nostris literis, & mandatis mittamus instructum, ad eius explicationem nos referentes, tantùm Serenitatem tuam hortabimur, vt eum solito amore, atque honore excipere, fidemque eius verbis indubiam continuè prestare, ac solitum ardorem tuę nunquam satis laudatæ pietatis in Catholica fide tuenda, & restituenda continuare velis; sicut non dubitamus te pro tua consuetudine, officio, & gloria esse facturum. *Datum Romæ X. Febr. MDXXXV. Anno I.*

Missus ad Regem Roman. & Principes Internuntius acturus de celebrando Concilio.

33 Eodem exemplo paucis immutatis transmissę sunt encyclicę literę ad Principes Electores, tùm ad singularum Regionum, quibus Imperium distinctum, est moderatores. Exceptus est à Ferdinando Rege, magno honore, & gratulatione Nuntius Pontificius, vt Ioannes Eckius significauit Paulo, illique, vt erat doctrina exculissimus, & in confutanda hæresi exercitatissimus, operam suam detulit in Concilio celebrando; cui Paulus deindè grates egit; ac de sinceritate animi, quo sine vllo simulationis fuco Concilium celebrare constituerat, certiorem reddidit.

Vergerius ad Ducem Saxoniæ missus.

34 Adijt Petrus Paulus Vergerius Federicum Ducem Saxoniæ, cui susceptam à Pontifice sententiam de indicendo Concilio, (in quam Carolus Quintus Imperator, & Ferdinandus Rex concurrebant) Mantuamque ad id celebrandum designatam exposuit; cui respondit Saxoniæ Dux, se de ea re cum Socijs Smalcaldici fœderis deliberaturum: quàm impiè, & præfractè verò ab hæreticis, qui Smalcaldiæ ad conferenda mutua consilia pro factione Lutherana confirmanda conuenerant, responsum sit, narrat Surius his verbis:

Surius in comm. hoc anno.

„ Decembris die XXVI. ex conuentu Smalcaldi-
„ co responderunt Protestantes inter cætera sibi
„ Mantuam non placere; neque perpessuros ip-
„ sos, vt in Concilio Pontifex sua authoritate
„ vtatur, quod ille sit ipsorum aduersarius, qui
„ dogmata ipsorum damnarit. Itaque eum Iudi-
„ cem esse non posse; sed ex voluntate Cæsaris,
„ Regum, & Principum deligendos idoneos vi-
„ ros, qui inxtà verbum Dei, causam cogno-
„ scant, atque definiant. Idoneos autem viros
„ vocant, haud dubiè, Lutherum, Melanchthonem, Bucerum, Pomeranum, & id genus
„ alios Apostatas Monachos, quos certum erat
„ hæreseos nomine damnatos esse, & vel ma-
„ ximè reorum personam sustinere, atque ideò
„ nulla ratione posse sententiam pronuntiare.
„ Atque ità Protestantes Concilium quidem
„ vehementer optare, & expetere dixerunt; sed
„ à suis concionatoribus malè persuasi, tale
„ Concilium petierunt, quale nulla vnquam
„ ætas verum, & legitimum esse putarit.

Responsum Protestantium propositioni Concilij.

„ 35 Mox adijcit. Cum verò verbum Dei
„ aliter Lutherus, aliter Zuinglius, aliter Ana-
„ baptistæ, aliter Svvencfeldius, aliter Seruetus
„ exponant; quis vnquam sanæ mentis ex sola
„ Dei verbi litera (non adhibita Catholicæ Ec-
„ clesiæ interpretatione) aliquid certi statui
„ posse credat? Ita his tergiuersationibus nouo-

De Lutheranis ad Ecclesiæ obsequiũ reuocandis actum.

rum

,, rum Euangeliſtarum, ſiue dogmatiſtarum, id ,, apud Proteſtantes Magiſtratus effectum eſt, vt ,, Concilium nullum admittere velint, cui Pon- ,, tifex ab omni antiquitate recepto more præſi- ,, deat. (Et mox.) Sed abſit, Eccleſia Dei ,, alium habendorum Conciliorum modum à ,, Sectarijs accipiat, quàm ipſi traditum eſt ab ,, Apoſtolis, & Apoſtolorum Succeſſoribus.

M. Lutheri temeraria reſponſio de Concilio indicendo.

36 Maiore etiam impudentia reſpondit Martinus Lutherus hæreſiarcha, cùm à Paulo Vergerio Nuntio Pontificio, qui per Saxoniam iter habens Wittembergam acceſſerat, atque à præfecto arcis honorificè exceptus fuerat, excitus eſſet in arcem, poſtulatuſque, vt ad indictum Concilium accederet, hæc Sathanico faſtu, re- ,, ſpondiſſe fertur. [Quod etſi Concilium coga- ,, tur, tamen futurum, vt in eo de rebus qui- ,, buſdam externis, ijſque non magni momenti, ,, puta de cucullis Monachorum, de Sacerdo- ,, tum raſura, de cibo, de potu deliberetur; de ,, fide verò, de pœnitentia, de iuſtificatione, ,, alijſque de rebus neceſſarijs, quomodo creden- ,, tes, vinculo charitatis, in vno ſpiritu coniun- ,, gantur, nihil quicquam tractatum iri: quibus ,, de rebus ipſe cum ſuis per Spiritum Sanctum ,, iam edocti ſint, ad certitudinem vſque eo ,, fieri, vt ipſi Concilio non indigeant eorum, ,, quorum, vel nulla, vel dubia ſit, & incerta ,, fides: interim pergant, ſi velint, indicantque ,, Concilium; venturum ſe, volente Deo, tametſi ,, rogum, aut ignem ſibi paratum nouerit.]

a Vlemberg in vit. Luth. cap. 38.

Opinabatur ille impius actum iri de ſancienda monaſtica diſciplina in Concilio, atque adeò de cucullis per ironiam actum iri dixit, pariter de ſeruandis ieiunijs, quæ à Chriſto & Apoſtolis commendata helluo ille Epicureus deriſit, aſſerendo actum iri de cibo & potu: dum verò negauit de fide, de pœnitentia, de iuſtificatione in Concilio actum iri, conuictus eſt non afflari Spiritu Sancto, ſed ſpiritu mendacij & erroris. Interrogatus iterum Lutherus ab eodem Nuntio, an ipſe, vel eius ſequaces ſacerdotalem Ordinem conferrent, non perhorruit id fateri, ac Pomeranum Epiſcopali munere fungi, eo quod Pontifex Lutheranos ab Ordinibus Sacris arceret: tradit etiam Vlembergius illum contumelias horridas in Pontificem, & Epiſcopos euomuiſſe, vt eos vulpes & ſerpentes appellaret, Deumque temneret dicentem, *Principem populi tui non maledices*.

Act. 23. verſ. 5.

37 Dum Religionis diſſidia œcumenici Concilij opera componere Pontifex meditatur, in eam quoque curam incubuit, vt labefactatam humana inconſtantia, ac imbecillitate diſciplinam Eccleſiaſticam priſtino ſplendori reſtitueret: pluraque ab eo cum Cardinalibus collata fuiſſe conſilia indicant Acta Conſiſtorialia, quæ addunt Pontificem præcipuè adhortatum fuiſſe Cardinales, vt tunc magis vitæ honeſtati ſtuderent, quæ cæteris viuendi normam exhiberet. Decreta quædam ad hanc reformationem ſpectantia per manus Cardinalium tranſmitti voluit; vt exinde an Bulla inſtituenda eſſet, nec ne, decernerent. Eximium Pontificis in hac re promouenda ſtudium Contarenus in vita Cardinalis Poli ità cõmendat. ,, [vt medicam lapſę diſciplinę manum admoue- ,, ret, & conuiciandi occaſionem hereticis præci- ,, deret Paulus, eligere ex omni eruditorum ho- ,, minum cenſu, doctrina, longoque rerum vſu, ,, viros longè conſultiſſimos ſtatuit; qui ad re- ,, formandæ Eccleſiæ prouinciã neruos omnes, ,, ac ſtudia intenderent. Accerſiti igitur Ro- ,, mam è Gallia Iacobus Sadoletus Epiſcopus ,, Carpentoractenſis, Verona Ioannes Matthæus ,, Gibertus, Eugubio Federicus Fregoſius Ar- ,, chiepiſcopus Salernitanus, Venetijs Grego- ,, rius Corteſius è Congregatione Caſſinenſi S. ,, Georgij in Alga Abbas, Reginaldus Polus, & ,, Ioannes Petrus Caraffa Epiſcopus Theatinus. ,, Sex equidem viri, quibus neſcias planè, an ,, alij ea tempeſtate in omni laudum genere præ- ,, ſtantiores extiterint.] At Reginaldum Polum, & Ioannem Petrum Caraffam anno ſequenti ad Vrbem à Pontifice vocatos, literæ ad eoſdem directæ oſtendunt.

Herman. è Kerſenbroch m. ſ. Alex. VII pag. 355.

38 Hoc Anno Ioannes è Bokelſon Pſeudochriſtus, & Anabaptiſtarum Rex, eò prorupit dementiæ, vt omnia, quę Sacræ Scripturæ de Chriſto magnificè referunt, ea in carnalem ſenſum detorta ſibi attribueret; & quæ de Regno illius cœleſti prædixere, ea de Regno ſuo intelligenda fingeret; ac Vniuerſum Orbem ſubacturum, & inter ſequaces diuiſurum, gloriaretur; quæ facturum Antichriſtum ſacræ literæ teſtantur. Pellicere & in ſuas partes annixus eſt Philippum Lantgrauium Sacrorum, & Religionis hoſtem, vt potè hæreſi contaminatiſſimum, vt obſidionem Monaſterij ſolueret, ad quem haſce litteras impias, atque inanes dedit, quibus Regni vſurpati cauſas deſcripſit.

Literæ teſtantur.

Io. è Bokelſon Anabaptiſtarũ Rex Sacras literas de ſuo Regno prophetare allegat.

Leue Lips, hoc eſt chare Philippe, (hoc enim erat nomen Lantgrauio,) tu ſine dubio nouiſti; quod Chriſtus, & Prophetæ dixerint, ne apicem quidem Propheticarum ſcripturarum fruſtrà poſitum fuiſſe. Petrus in Actis Apoſtolorum inquit, quod in tempore reſtitutionis, quæ cœpit poſtquam per claritatẽ Euangelij Babylonica captiuitas manifeſtata eſt, omnia, quę locutus eſt Deus, per os Prophetarũ implebuntur. Reuolue eorum ſcripta, & diligenter ſcrutare, quod de captiuitate Babylonica, & conſummatione huius Mundi ſcribant, ſimiliter, quid Parabolæ Chriſti, Apoſtolorũ ſcripta, & Apocalypſes teſtentur: quid Babylonicis pro ſua malitia retribuetur, & è diuerſo, ad quod Regnum, quamue gloriam populus Dei ex omnibus terræ finibus congregandis exaltabitur. De hoc tempore, quo id futurum ſit, minores Prophetæ potiſſimum agunt: ſi hæc accuratiùs tecum expenderis, & Scripturas rectè, vt Paulus Timotheum docet, ſequeris, & intellectum à Deo earum conſequutus fueris, facilè, & ſine magno negotio intelliges, an propria auctoritate Regem deſignauerimus, an à Deo prædeſtinatum habeamus.

Quibus addidit Libellum quemdam in Vrbe Monaſterienſi impreſſum (planè impium, & ſatanicum) cui titulus De reſtitutione; vndè Lantgrauius Anabaptiſtarum furias cognouit: quem Librum, ſicut & pleroſque alios Monaſterij per illud tempus editos, præſtat omninò ſupprimere, quàm miſeram, & incautam plebeculam eorum editione circumuenire, & in æternam damnationem præcipitare; quomodo autem Monaſterienſes obſeſſi omnia reſtituerint, teſtantur omnium Templorum profanationes, teſtantur omnes boni ciues in exilium pulſi, teſtantur diuina, & humana prorsùs euerſa. Deus autem Anabaptiſtarum reſtitutionem euertat.

39 Non ità obcœcari ſe ſinit Lantgrauius, quin videret, malè ſcripturam diſtorqueri ab Anabaptiſtis; omniaque diuina, & humana euerti, itaque ab ijs diſſentienti obiecit Bokelſon, verè illum

Anabaptiſtarum deliramenta, & fraudes.

lum Monaſteria euertiſſe, opprimere Epiſcopos voluiſſe, Ducem Wittembergenſem (renitente Cæſare) in poſſeſſionem induxiſſe. Promulgauit viginti octo leges, & inter alias Sacerdotibus, & Monachis bellum indixit; tum hanc inſeruit Le-
„ none perditiſſimo digniſſimam. [Nulla (vir-
„ ginitatis ſpecie, cùm virgo non ſit) fratrem
„ defraudabit, alioqui ſeriò punietur.] (Ad-
„ ditum eſt) Edita ſunt hæc à Deo, & Ioanne
„ Iuſto Rege noui Templi Altiſſimi, ſanctiſſi-
„ moque Dei miniſtro Anno ætatis ſuæ 26. Re-
„ gni verò primo, ſecundo die primi menſis poſt
„ Natiuitatem Ieſu Chriſti Filij Dei MDXXXV.] Edidit, & plura vaticinia, id eſt ſomnia impia, ac fidem nouam doceri iuſſit: Non illam, inquit, quæ vulgò legitur [Credo in Deum Patrem] ſed fidem de nouo Regno, de matrimonio pluriũ vxorum, &c. & ita Dæmon, qui per Lutherum articulum [In vnam ſanctam] oppugnarat, in Anabaptiſtis integrum Symbolum abrogare conatus eſt: mentitus etiam eſt Vrbem liberatum iri obſidione, cum (fame ingraueſcente) parentes in rabiem efferati filios deuorarunt. Plures verò motus ab Anabaptiſtis externis concitati ſunt, ac mox repreſſi: animaduerſum gladio in factioſos, qui trium Epiſcopatuũ ruſticos in ſuos Principes concitabant, patefactæ etiam Anabaptiſtarum Dauentrenſium inſidiæ; omnia enim armorum genera in varias ædes congeſſerant, vt trucidatis conciuibus, Vrbis tyrannidem inuaderent, deindè ad Monaſterium liberandum prouolarent, cuius coniurationis auctores trucidati ſunt; multumque ad edomandos rebelles profuit Henricus Graſſius pſeudoapoſtolus, qui agnito errore, in pſeudochriſtum ſuum coniuranit: dimiſſus enim ab Epiſcopo Monaſterienſi e vinculis, quibus conſtrictus erat, ac noctu extrà vallum poſitus ad Monaſterij portas irrepſit, ac perſuaſit aſtutè ſe ab Angelo fuiſſe liberatum, atque vnicum ex omnibus pſeudoapoſtolis ſuperſtitem manſiſſe: itaque magna gratulatione exceptus à Tyranno, iuſſus eſt Propheram in Vrbe agere, atque in intima arcana admiſſus eſt; deindè verò emiſſus ex Vrbe cum literis, vt Batauos Anabaptiſtas ad ferendam obſeſſis opem incitaret, omnia conſilia aperuit Epiſcopo: itaque Weſaliam profectus, cum arma varij generis in ædes comportata eſſent ad Vrbis tyrannidem corripiendam, Dux Iuliacenſis de re factus certior, aliquot equitum turmis ſuccinctus, coniuratos intercepit quinto Aprilis die huius anni, ac eorum coryphæis ceruices abſcidit; reliquam verò multitudinem ingentem gratia donauit ea lege, vt publica pœnitentia expiati in gremium Eccleſiæ Catholicæ redirent. Magni quoque tumultus 11. Maij ab Anabaptiſtis Amſtelodami concitati, cumque forum, Vrbiſque prætorium inuaſiſſent, ab alijs ciuibus exturbati, atque ex ijs viginti quinque ceruicibus abſciſſis, temeritatis pœnas dederunt, nec ad Monaſterienſem obſidionem ſoluendam contrahere exercitum potuerunt.

Anabaptiſtæ victi, obſidionẽ Monaſterienſem ſoluere non potuerunt.

40 Interea arctiſſima obſidione cinctum Monaſterium Ludouicus Epiſcopus premebat, omneſque aditus obſepſerat, ne vlli commeatus inferri in Vrbem, vel copiæ ſubſidiariæ permeare poſſent, iamque miſeri Cines ieiuniorum Eccleſiæ irriſores, mures, & glires habebant in delitijs, & pellibus coctis, & contuſis famem pellere nitebantur, dum ipſorum Tyrannus, qui communis omnium bonorum vſus illecebra faſcinatos in ſectam pellexerat, vnà cum præcipuis adminiſtris rerum omnium affluentia ad luxum potiretur, tantaque immanitate ſubditos tractaret, vt deditionis verba à perituris fame inter ſuſpiria laxata, tamquam læſæ Maieſtatis crimina plecterentur: extrema morientium inedia calamitatem miſerata vna ex Reginis cæteris dixerat, ſibi videri tantam cladem Deo gratam non eſſe, quod vbi reſciuit adulterinæ Syonis Rex, in foro, præſentibus Reginis, illi caput præcidit (carnificis functus officio) moxque è carnifice in hiſtrionem verſus cœpit vibrare corpus in ludicros ſaltus, coſque frangere ad delicias, vocem flectere in cantus, cum Reginis ſuis choreas ducere, grates Deo Patri agere de exercito tàm eximio iuſtitiæ facinore, cuius amentiam antichriſtica plebs fame ſqualida imitata eſt: nec deditionis verba pro redimenda vita cum Epiſcopo ſuo nuncupare potuit, creauerat enim duodecim Duces, qui ità plebem Regijs verſabant imperijs, vt ſe commouere non poſſet.

Monaſterium Anabaptiſtarũ Regia arctiſſimè cingitur obſidione

Sed tandem fabulæ finis impoſitus. Miſerat Pſeudochriſtus inter alios Pſeudoapoſtolos Henricum Graſſium, qui captus ab Epiſcopo Warendorpiæ, cùm vaticinia ſibi data eluſa perpendiſſet, ſeipſum accuſarat amentiæ, prodendique proditoris conſilium inijt, ſignificauitque enectam fame plebem, quæ vix arma tenere poſſet, acceptaſque hoſtium copias tanquam fœderatas in Vrbem induxit per portulam; mox conferto cum vigilibus prælio, reliquo exercitui portas patefecit: commiſſa ſunt cum pertinaciſſimis hominibus atrocia prælia, maximè in foro, quod cadaueribus conſtratum fuit, ſupplicibus arma abijcientibus venia indulta eſt. Bernardus Rotmannus Sacerdos impietatis ſignifer, & Sacrorum hoſtis, vt redimeret cita morte merita corporis ſupplicia, neglecta animæ ſalute, in confertiſſimos hoſtium globos incurrit, confoſſuſque ab ijs occubuit: Rex verò, & eius Senatores Cniperdollingus, & Crechtingus capti, aliquot menſibus vitæ reſeruati ſunt, vt animarum ſaluti conſulerent; ſed licet errores, ac flagitia admiſſa in Principem agnoſcerent, defectionem tamen impiam à fide non planxerunt: imò Pſeudochriſtus ille errores de Anabaptiſmo, & pernegata Verbi incarnatione exuere detrectauit, meritoque tandem ſupplicio affecti, & forcipibus candentibus per horam excarnificati, denùm mucrone in pectus adacto confoſſi, eorumque corpora in caueis ferreis illigata in ſummo turris editiſſimæ faſtigio
„ ſuſpenſa, de quibus hæc addit Surius. [Re
„ vera quiddam Gothicum, vel Cimbricum, aut
„ Wandalicum iam meditabantur, niſi Dei
„ prouidentia, quæ nunquam deeſt rebus huma-
„ nis, tam furioſa conſilia retardaſſet, & impios
„ conatus perfregiſſet. At nec ſic tamen ea hæ-
„ reſis extincta eſt, immò hodiè multis in locis
„ magno numero id genus hominum verſatur;
„ impunè quidem, ſed non ſine magno eorum,
„ apud quos degunt, periculo.]

Captо Monaſterio Regnũ Anabaptiſtarum deletur, cum ſuo Rege.

41 Expertum eſt hoc anno Amſtelodamum, quàm infeliciter à Sathana deluderentur Anabaptiſtæ, cùm ab eo arrepti turpiſſima, atque ab omni ratione, & humanitatis ſenſu abhorrentia patrarent, nec in ipſa ſuppliciorum acerbitate ad agnoſcendum errorem ſe colligerent. Quæ à Lamberto Hortenſio ſubiectis verbis deſcribuntur.

Lambertus Hortenſius in hiſt. Anabapt.

„ Tertio idus Februarias MDXXXV. memora-
„ bile quiddam Anabaptiſtæ Amſtelodami deſi-
„ gnarunt. In vico Salinario Ioannes Sibertus habi-

Lambert. Hortenſ. hiſt. Anab. pag. 59.

Hermann. à Kerſenbroch m. s. Alex. VII. Ioannes Cocleus. Surius in comm. Meiboomius.

habitabat pannicida; Aberat is per eos dies procul à domo in Orientalibus Vrbibus, vbi negotiabatur. Huc septem viri, & quinque fœminæ conuenerant, inter quos vnus, qui (Theodorito Sartori nomen erat) se Prophetam dixerat. Manè paulò post tertiam horam in secretiori ædium parte pronum se in terram ad orandum Propheta in conspectu omnium porrexit. Dum orat, tantus omnibus horror inceſſit, vt locus ipsis moueri, & omnia tremere viderentur. Postquam precandi finem fecit, Deum (inquit cuidam) in Maiestate sua vidi, & cum eo sum collocutus; raptus fui in Cælum, indè traductus ad Inferos omnia lustraui; adest magnus extremi Iudicij dies, & tu in omne æuum maledictus es, dignus, qui ad inferos descendas, in abyssum barathri demergeris. Tunc Minister ille; Pater, qui Cœlos inhabitas, mei miserere, mihi sis propitius. Tum Propheta: Pater tui misertus est, & in filium iam recepit, atque admissa tibi omnia tua condonauit. Paulò post eodem tursùm conuenere, & ex quinque fœminis aliquot, relictis in thoro maritis, huc se iterum contulerunt, quatuor horis docendo & precando absumptis, Propheta galeam capiti detractam, & thoracem ferreum exutum, ensem, & alia bellica instrumenta exculsa, in ignem congessit. His spoliatus, totus stetit nudus, vt non esset, quo ea, quæ ab oculis hominum sunt remouenda, & natura tegi, haberique occulta voluit, conderentur. Mandat sub hoc imperiosè sex cæteris, vt suo exemplo se totos exuant. Paruerunt iussui. Inde, & fœminæ virorum exemplum secutæ, adeò omnem vestitum posuerunt, vt non esset funiculus reliquus, quo capitis comas substringerent, nulla naturali verecundia ductæ, (sic enim censuerat Propheta vniuersum id, quod è terra natum, factumque in ignem conjici oportere, holocaustum Deo id futurum arbitratus) grauis, durusque fœtor vestium igne correptarum totam iam domum, ita oppleuerat, vt mulier domus hospita, quæ harum rerum ignara omninò erat, eo experrecta lecto exiliret, focos exploratura, & quod incendium vsquam esset. In tabulatum sursum progressa, nudos vndecim promiscuos ibi offendit. Cui illicò pro imperio mandat, vt & ipsa ad præscriptum se ostenderet. Obtemperauit nulla mora, vestes in focum super aceruum aliarum cumulauit. Ità nudatis duodecim nondum liquebat, quid rerum inceptarent. Ibi omnibus imperat Propheta, vt currendo, clamandoque se imitarentur. Mox in publicum domo egressi horribili clamore, per Vrbem sursùm deorsùm dimidiatam peruagantur. Clamor consentiens omnium hic erat. Væ væ væ; diuina vindicta, diuina vindicta, diuina vindicta.

Afflatos à Spiritu Sancto se fimulant Anabaptiſtæ, & multos decipiunt.

42. Nunquam in vita Mortalium mugitus horridior fuit auditus, nec existimabant horribiliorem vllo æuo exaudiri posse. Ciues armati in publicum prosiliunt, & forum inuadunt rati ab hostibus Vrbem captam fuisse, capti omnes in vincula ducuntur extrà vnam mulierem, hæc, quò fuerit dilapsa, inter nullos constare video. In Curia, dum nudi sedent nulla verecundia tacti, vestitum oblatum reiecerunt, tegi pertinaciter recusantes, se nudam veritatem esse dictitarunt. Incendij domestici iam dirus fœtor ad vicinos peruenerat, & fores ità clausæ erant, vt eas refringere non valuerint; fera ad postremum bombarda discussa, offendunt incendium stramentis pastum, vestibus, armis, duabus lancibus carnium plenis superimpositis oppressum fuisse. Coguntur sagittariorum sodalitia in forum, vt adsint in armis, explorantur multorum ædes, nonnulli capiuntur. (Et infrà.) Quinto Kal. Maij septem viri, quos nudos discurrisse retulimus, percutiuntur. Horum varius in supplicio extremo clamor fuit. Hic, Laudate semper Dominum, Ille, Vindica sanguinem tuorum. Alius, Aperite oculos. Quartus, Væ. Pridiè nonas Martias eiusdem gentis alij nouem percutiuntur, & tot cædibus per totam Hollandiam plebs pertinax, & obstinata nondum euicta magis, magisque erroribus indurescunt.] Lapsis paucis mensibus secunda Maij ab Anabaptistis motus ingentes concitati, cum forum, Vrbisque prætorium inuasissent. Verum pestiferæ illius sectæ defensores compressi mox sunt.

Anabaptiſtæ morte multantur, & obſtinati in errore decedunt.

43. Dum ita Dæmon nouarum hæreseon monstra pareret ad dilacerandam Ecclesiam, non minùs ad eam opprimendam Turcicum fastum, atque potentiam efferabat. Complexus vasta cupiditate totius Orbis Imperium Solimannus, exercitum ad debellandos Persas in expeditionem Duce Ibrahimo Bassa eduxerat; maritimum verò apparatum ad subijciendam sibi Africam Præfecto Hariadeno Algerij, Rege immiserat, à quo superiore anno post deuastata Italiæ littora, specie fallaci inducendi Roscettis, qui se fiduciarium Turcici Imperij professus erat, in possessionem Tunetani Regni, Tunetum inuaserat, depulso Mulcasse Rege, consurgentesque in arma Tunetanos, Roscettis desidia, cum se spe sua deceptos indignarentur, compresserat, redegeratque in Turcicam seruitutem, tribus Tunetanorum millibus cæsis in prælio, & alijs ad triplum vulneratis: compositis verò Tunetanis rebus, & creatis Magistratibus, ac Numidarum Principibus, largitione, & muneribus conciliatis, proferre latiùs victorias, atque ex Africa, Siciliam, Italiamque inuadere meditabatur, cuius periculi magnitudine, & precibus Mulcassis Regis Tunetani, permotus Carolus V. anteuertere Hariadeni molimina, atque in ipsa Africa illum opprimere, restitueregue Tunetano Regno Mulcassem constituit. Cumque expeditionis Africanæ, generosa consilia cum Pontifice contulisset, Paulus ea magnis extulit laudibus, atque in sumptus instruendæ classis Sacerdotalium vectigalium decimas ex ipsius Regnis colligendas attribuit; tum auro Pontificio nouem triremes in portu Genuēsi comparauit, quibus tres alias, quæ iam instructæ in portu Centumcellarum erant, coniunxit, quibus Virginium Vrsinum, nauandæ operæ cupidum, præfecit, adiuncto Paulo Iustiniano Veneto, nauali peritia insigni, cuius consilio vteretur; tum Rhodiorum Equitum Principi dedit imperia, vt classem omnibus rebus exornatam, munitamque Cæsareæ classi coniungeret.

Paul. Iouius lib. 34.

Paul. III. lib. breu. ann. 1. p. 581.

Paulus Iouius lib. 33. pag. 532.

Sur. in comment. hoc anno.

Bizarr. hiſt. Gen. Hiſt. Turc. in Solimano.

Panuin. in Paulo III.

Paulus III. auxilia præſtat Carolo cōtra Hariadenum.

Paul. Iou. lib. 34. p. 175.

Appellati sunt etiam Veneti, vt sacro fœderi in Turcas accederent, sed illi persequerandum in Solimanni amicitia rati ex fœdere, quod ante triginta annos cum Baiazethe eius Auo percusserant, neutri parti ferenda auxilia censuerunt.

44. At Pontifex à susceptis consilijs minimè destitit: præcipuum cum acceptæ à Persis Turcicæ cladis fama vulgaretur: quod in actis Consi-

Paulus Iouius vbi ſupra.

sto-

storialibus refertur. Nam octoginta triremibus, & centũ viginti nauibus partim ex Calabria, partim ex Lusitania missis, classem instruxit; sacraque peracta supplicatione in Basilica Lateranensi, ad Ciuitatem veterem accessit, vbi classem signo Crucis munivit.

45 Quin etiam enisus est pellicere in societatem belli pro augenda re Christiana contra Turcas Franciscum Galliæ Regem, solicitauitque, vt Christianissimi Regis titulum augustum factis ornaret, maximè cùm Solimannus in Syria, Armenia, ac Perside magnas clades accepisset: non prætermittendam præclaram occasionem rei benè gerendæ, contundendæque Turcicæ tyrannidis, cum Turcæ nulli occasioni nominis Christiani opprimendi deesse consueuerint.

46 Adhibiti sunt hac de causa plures Internuntij à Pontifice, vt mutuo fœdere Franciscus Rex, ac Cæsar in Turcas coniungerentur. Verùm ad ea consilia nonnullis de causis flecti non potuit Rex; quamuis Pontifex eidem Sacerdotiorum Regni sui decimas permisisset, ea lege, vt viginti triremes Massilienses, ad tuendas Hetrusci maris, & Ditionis Pontificiæ oras instructas teneret: atque duas alias decimas pro classico apparatu contra Barbarossam nonnullis conditionibus concessisset: videlicet, vt vel nummaria stipendia persolueret militi, vel subsidiarias triremes instructas sub pontificiarum triremium præfecti, aut Legati Apostolici signis teneret.

47 Quod ad insignes clades acceptas à Solimanno in Armenia, & Perside attinet, referunt Historici, Solimannum superiori æstate potitum Taurisio, & Sultania cum Thammasus Persidis Rex, Albanorum, Hiberorumque auxiliarem equitatum leuioris armaturæ præstolaturus se in montes subduxisset, vt ij cataphractos Persas antecederent, fessosque itinere Turcas, & commeatibus indigentes, aduersaque valetudine in alieno solo tentatos aggrederetur, locasse castra amplissima in planitie, quam Nyphates montes præcingunt, quorum iuga altissimis niuibus obsita vigent: excitata verò ante æquinoctium vernum tempestate sæuissima, qualem nunquam exortam Persæ meminerant, impulsam noctu à conglobatis ventis niuium molem, strauisse Turcica castra euersis tabernaculis, tùm ex effusa imbrium vi, fluminisque eluuione iumenta, & ante alia magnum Camelorum numerum, Militumque maximè ægrorum, ingentem multitudinem perijsse; magnumque discrimen Solimannum ex disiectis circum procellæ vi tentorijs adijsse, tùm inuectam ex concretis glacie niuibus repentinam hyemem, extinctosque ignes, qui intempestę noctis horrorem mulcebant, adeò vt territi Turcę extremam internecionem (si incurrissent Persę) expectarent: eo aduerso casu, Magorum diro carmine, vt putabant, concitato, attonitus Solimannus, affectusque incommodis sinistrorsum, in Assyriam absque mora castra mouit ad Babylonem, Caliphę superstitionis Mahumeticæ Principis sedem, atque olim Semiramidis Regiam occupandam, cum Pronunciæ Præfectus, rebus omnibus imparatus esset, atque Babyloniorum odijs ob tyrannidem in eos exercitam, arderet.

48 Dùm eo bello districtus esset Solimannus in Oriente extremo, præclara arrisit occasio Cęsari conficiendæ expeditionis Africanæ, quæ tanto apparatu instructa fuit, vt classis ex septingentis fermè nauibus ex Hispaniæ, Belgij, Italiæque & Siciliæ Portubus eductis constata sit; in quibus erant duę & octoginta rostratę triremes, supra sexaginta onerariæ naues è Belgico Oceano adductæ, vigintiquinque etiam aliæ maioris aluei Indicis nauigationibus assuetę, quę Ludouicum, Lusitaniæ Regis fratrem adduxerant; & quadriremis vna prętoria, quę Cęsarem veheret, ea nitebat laqueari aurato, & cælata, pictaque introrsùs puppe, contectaque vmbraculo ex auro, purpuraque intertexto, cuius remiges, serica tunica induti, & epibatæ cultu plurimum exornato splendebant: præerat maritimæ rei Andreas Auria Ligur, ad quem Pontifex gladium solemnibus cæremonijs consecratum, vaginę cælatura, capuloque gemmis ornato conspicuum dono miserat, vt eo aduersus Christianæ Religionis hostes pugnaret. Indictas à Pontifice solemnes supplicationes pro huius expeditionis fœlici successu referunt Acta Consistorialia.

49 Traiecit ea classe in Africam Cæsar; atque Hariadeno Barbarossæ extremum terrorem offudit: dum verò Vticę portum ingrederetur, periculum incurrit; nam quadriremis prætoria in vado fabuloso hęsit; tùm Auria dimidiam vectorum, & remigum partem in aduersam spondam declinare iussit, leuataque pondere quadriremis, impulsaque dextero remigio tumulum arenæ superauit. Non leuiter ex eo commotus est Cæsar, memorauitque Philippum patrem simile vitæ discrimen adijsse; cùm in Oceano Britannico, tempestate actus in arenę cumulos periturus incidisset, nisi ingentis fluctus beneficio elata nauis, vltrà extantem fabuli tumulum, magno miraculo transportata fuisset. At Vtica mox discedens circumacto Carthaginis promontorio applicuit ad Gulettam Arcem Stagni, quod ad Tunetum protenditur, faucibus imminentem. Cùm in scaphas desilijssent Milites, Sclopetorum strepitu perturbati hostes, qui littora obseruabant, nullo contracto certamine in fugam sese effuderunt; defixisque castris, post nonnulla tumultuaria prælia, Arx tormentis bellicis diuerberata est, tàm immani fragore, vt ferueret mare, ac turris cum antemurali disrupta sit, dissecta propugnacula, & defensoribus nudata: tùm præeunte cucullato Sacerdote, præferenteque Christi Seruatoris imaginem, ad Militum accendendos animos, Milites admotis scalis assilierunt in Arcem contempto vitæ discrimine; Turcasque, quibus Sinas imperabat, non sine strage, in fugam compulerunt: plures in stagnum se coniecere, qui globis confixi, paludem cadaueribus constrauerunt. Nostri tormentis hostium, & tota classe subducta, quæ trecentis, & septuaginta nauibus constabat, potiti sunt, cæsa hostium tria millia, nostrorum quinquaginta vix desiderati, vt Cæsareus Orator significauit Pontifici; quo appulsu fœlici audito, Pontifex solemnes alias supplicationes Christiano Clero, populoque indixit pro flagitanda à Numine victoria, Cæsaremque datis ad eum literis ad strenuè rem gerendam excitauit.

50 Primos impetus imprimendos in Guletanam Arcem censuit Cæsar, eaque, auxiliante Deo, capta est. Nam Auria (vt scribit Iouius) suo vsus munere, à mari oppugnandi Gulettam vti vocant, negotium suscepit; ita totius classis diuisis ordinibus, vt rostratæ naues sibi per vices tripartitę succederent, displosisque tormentis, cedendo, sequentibus locum darent: maiores verò, onerariæque naues idoneis in locis, ad anchoras constitutæ, ex castellis, prora-

Ingens classis Caroli V. pro expeditione Africana.

Acta Consistor. m.s. Card. Spadæ fig. nu. 133. pag. 190.

In Africam Imperator traiecit classe, & Gulettam appulit.

Fab. Vigil Lib. 34.

Gulettæ Arx fortissima expugnatur à Cęsare.

Surius in comm. hist. hoc anno Fran. Belcar. lib. 28.

Solimanni in Perside, & Armenia clades.

Paulus Iouius l. 34.

585.

rum, & puppium, & ab excelsis summi mali carchesijs iugiter operam nauarent; terra autem tribus in locis tripartita, pariter singula munera, diuisis inter se per Nationes copijs, Vastius partiebatur, vt singulę acies ex æquo attributi laboris onus, & speratę laudis fructum sentirent. Nunquam ab vlla hominum memoria, postquam tormenta ad excidium humani generis reperta sunt, vel acriori vi, vel maiori apparatu, exactiori diligentia, munitus vsquam locus, & oppugnatus. Tanto enim crepitu, adeòque horribili reboatu fragor, ingentis terræmotus instar est editus, vt non quasi moueri, & grauissimè concuti, verùm tota passim terra hiscere, & iamiam mortales absorbere videretur. Mare autē, quod tranquillitatem pacati æquoris ostenderat, modo, & fluctus suos concitare in orbes, remotaque etiam pelagi spatia repentè excitata, flauenti spuma conturbari, latèque feruere spectaretur; & cœlum superfusa tot excitatis ignibus fumea caligine omnium oculis esset ereptum. Ab aurora ad meridiem maioribus colubrinis nunquam est cessatum. Itaque turris cum adiecto suo antemurali terebrata, vndique, & penitùs diffracta, sic concidit, vt tormenta suis apposita fenestellis, horumque libratores corruentium parietum, & proscissæ testudinis ruina contegeret; munitionesque circùm omnes nudatæ propugnaculis latè passim perfossæ, atque disiectæ, non omninò difficilem nostris ascensum præberent. His ad accendendos animos cucullatus Sacerdos, Crucifixi Christi Seruatoris ligneam imaginem præferebat.

51 Nec mora, cohortes, quibus singulis senę scalę erant attributę, eo ordine, vt tùm hostilem munitionem inuaderent, quùm signum tubarum cantu esset datum, nostrorumque tormenta cessassent, cohortante, iubenteque Cæsare præcurrerunt. Neque diù Barbari quamquam in subeuntes tela omnis generis, nauali que artificio, missilem ignem tenaci flamma, armis adhærentem conijcerent, vim nostrorum, tanquam terrefacti, magnaque introrsùs obruti clade sustinere potuerunt, sed occupatam à scandentibus munitionem, amissa spe defensionis, deserere, præcipitesque se in fugam dare conati sunt. Sinas ipse cum Ducibus ponte ligneo se eiecit in aduersam continentem, ęquoque littore, intento cursu Tunetum profugit, quo itinere multo maxima pars suorum sese proripiebat. Alij cęsi, pulsique in stagnum detrudebantur, quos enatare conantes, & dexteri littoris appetentes marginem Hispani Equites, & sclopetarij periti venatoria consuetudine, passim opprimebant, tanta confectandi voluptate, vt tota palus Barbarorum cadaueribus constrata videretur. Nostri, paucis amissis, omni tormentorum apparatu, totaque iam pridem supradicta, (vt diximus,) hostium classe sunt potiti, quo nihil iucundius Cęsari, Hariadeno verò acerbius, accidere poterat. Huc vsque de hac re Iouius.

52 Tam fœlici exitu capta, quam vocant, Guletta, communita est Arx Cæsaris iussu, atque ad Tunetum promota signa, varijsque eruptionibus prælia tumultuaria nonulla facta, in quibus Cæsar non modo intrepidi Ducis, sed etiam pugnacissimi militis munera explicuit: molestum pugnę genus edebant Barbari, cum magno impetu primò procurrerent, deinde, cum premerentur, terga darent, mox cōuersis signis in nostros irruerent: his de causis nonnulli graues, & togati viri consulebant', bello finem imponendum Guletta capta, & occupata, hostili classe Europæ littoribus prędonum metu liberatis, cum profluuijs ventris mortiferis milites laborarent, & Numidarum Reguli veteres Mulcassis inimici ad Barbarossam confluerent; sed eos Cęsar angustioris esse animi increpuit, atque ad Tunetum expugnandum animos obfirmauit, ad quod præclarissimum consilium Pontifex, hisce literis hortabatur.

Imperatori.

Charissime, &c. Hodiè Dilectus filius nobilis vir Comes de Sifluente, Orator apud nos tuus nuntiauit nobis nuntium, diu speratum, atque exoptatum captæ à te Gulettæ, vnà cum artellarijs trecentis, & septuaginta nauibus, ita quidem, sine magno detrimento tuorum, vt tribus millibus hostium interfectis, vix quinquaginta tuorum desideraueris; illud quoque adijciens, quod fuit dignum tua singulari virtute, & prudentia, te postero die, ne quid perterritis hostibus laxamenti dares, ad Tunetum ipsum expugnandum cum toto exercitu contendisse. Agimus igitur Deo Omnipotenti maximas gratias, quamquam propèdiem maiores nos acturos confidimus: siquidem ex his initijs postrema nobis pollicemur, vt ipso Tuneto, & copijs hostilibus actutum potiaris; quæ omnia, nos quidem Dei certissima opera agnoscimus per ministerium tuæ virtutis, ac pietatis, atque in spem certam adducimur, breui fore, vt illius misericordia tuis inclytis gestis, tandem fessa tot malis Christianitas conquiescat, fideque Catholica, & Christianum Imperium, te duce, & intùs purgetur, & foris longè propagetur, quodque nobis Diuina bonitas, vt te Cæsare, & incolumi diutissimè perfruamur, concedere dignetur. Nos quidem, fili charissime, ita perfusi sumus gaudio, vt amplitudinem nostræ lætitiæ verbis nostris non assequamur, maxima enim sollicitudine liberati, securitateque vallari per te sumus; cum iste hostis, à quo multo tunc minore, assiduas clades perpessi fuimus, nisi fractus à te nunc fuisset, ferri vltrà non potuisset, tanta sua classe, atque exercitu incolumi, Tunetique Regno, ad veteres suas vires adiecto: itaque nos, qui nuper pro salute, & fœlicitate Tuæ Maiestatis, & tui exercitus publicè in omnibus Ecclesijs, Deum suppliciter orari fecimus, quod & continuè facturi sumus; nunc pro hac Dei benignitate, & victoria Tuę Serenitati concessa gratias diuinæ Maiestati publicè in omnibus Ecclesijs agi mandauimus; vt eodem tempore personent in Diuinis Templis, & actiones gratiarum pro præteritis concessis, & preces pro futuris victorijs concedendis. Verùm nos propèdiem lætiores de Te expectantes nuntios, interim Tuæ Maiestatis virtuti, sapientiæ, & fœlicitati intimo affectu, ac paterna charitate gratulamur; Deumque supplices deprecamur, vt Tuę Serenitati incolumitatem corporis, à qua salus totius Christianitatis hoc tempore dependet, vlterioremque, ac plenum huius sanctæ expeditionis successum largiatur, quod hoc tempore, iam perfectum esse confidimus, sicut hæc plenius noster apud te Nuntius exequetur. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXVIII. Iulij MDXXXV. Anno I.*

Paulus III. lib. breu. anno 1. pag. 290.

Gratulatur Cęsari Pont. de capt. Tunetani Regni maritimo Imperio.

Conceptæ inde spes debellandæ Africæ.

Indictæ fidelibus publicæ gratiarum actiones.

Faustæ omnia illi comprecatur.

53 Defixis ad Tunetum Castris, commissoque cum Barbaris prælio, illi in fugam compulsi sunt, quorum numerus ad centum millia ascendisse ferebatur; perculsusque metu Barbarossa, con-

Digitized by Google

consilium inijt occidendi mancipia Christiana, ac circumpositio, incensoque puluere tormentario, quotquot in ergastulis erant, ad vnum concremandi: cuius atrocis periculi rumor, cùm per totam Arcem vsque ad ergastula permeasset, duo Liberti, Tyrāni immanitatem execrati; atque ad Christi sacra, quæ inuiti eiurauerant, redire meditati, patefacto carceris aditu, Christiana mancipia vocarunt ad libertatem, ac instrumenta ad rumpendas catenas præbuerunt; atque ita sex millia Christianorum exutis compedibus, catenis, saxisque armati, obuios Turcas obruerunt, occuparunt Arcem, refractoque Armamentario, arma corripuerunt, datoque ab Arcis culmine signo, & vexillo (quod Sarmentinæ cohorti paulò ante ereptum fuerat) explicato, Cæsareum exercitum in auxilium excluerunt aduersùs Barbarossam, recuperandæ Arci, vi, precibusque, & ingentibus promissis intentum; qui mox concrematis rebus omnibus, cum septem millibus Turcarum Hipponam, quam nunc Bonam vocant, militari ordine contendit, vt conscensis triremibus, quas in statione tutissima, nimirùm in stagno iuxtà Vrbem reliquerat, meliores casus mari, quàm terra experiretur. Tunetani ad excipiendum Muleassem Regem, qui ad Castra Cæsaris ante peruenerat, paratos se exhibuerunt; rogaruntque Cæsarem, vt Milites ab Vrbis ingressu contineret, ac Muleasses pro suis ciuibus deprecator adstitit; sed cum de persoluendo Militi iusto stipendio à Tunetanis consilia non expedirentur, à seruis, qui se in libertatem vindicauerant, Arcis porta Cæsareis aperta est; ac Milites agminatim in Vrbem irruentes, ad prædam discurrerunt Hispani maximè, Italique; nam Germani insitam animi feritatem sequuti omnis sexus, & ætatis turbam trucidarunt, donec obtestante Muleasse à Cæsare æquitiæ modus impositus est. Dum Muleassi in Regnum restituendo, & Arci communiendæ datur opera, non ea, qua par erat, celeritate, ad persequendum Barbarossam, opprimendumque decursum est: ille enim promptissimis suorum viribus, triremes quatuordecim demersas in stagno, è profluentis fluminis vado eduxit, instruxitque omnibus armamentis, in margine stagni munitionem erexit, impositis tormentis bellicis ad diuerberandam Christianam classem, si egressum impedire moliretur: idque consilij Cæsar, & Auria iniuerant; sed missæ sunt tantum quatuordecim rostratæ triremes Duce Adamo Genuensi, non ita rei naualis perito, qui Bisertam præteruectus cum Hipponę appropinquaret, Barbarossam classem eduxisse in mare, & munitionem tormentis instruxisse didicit; quare perturbatus, cum hoste feritate, & peritia militari, & numero polente congredi non ausus, obuersis proris ad maiorem classis partem accersendam velis, remisque contendit, cùm Barbarossa infrequentiæ, imbecillitatisque nostrorum ignarus ab insequendis nostris abstitit. Algerimumque enauigauit, atque ita illius intercipiendi occasio amissa est. Porrò Auria post Barbarossæ discessum Hipponam cepit, euertitque. Cæsar Muleassem Tunetano regno restituit, duodecim Falconum, & sex Equorum vectigali imperato, & vt pro Guletano mille militum præsidio stipendia persolueret; dein sumpta consilia de Vrbe Africa (quæ Leptis antiquis fuit) in Sinu Adrumentino sita, expugnanda; sed aduersę tempestates classem, ne in eum Sinum inferretur, prohibuerunt. Itaque in Siciliam cursum intendit Cæsar.

Barbarossa fugit Hipponâ relicto Tuneto.

Tunetum expugnatur.

54 De florentissima hac victoria, expugnatoque Tuneto certiores factos à Pontifice Cardinales deuexo Augusto memorant Acta Consistorialia: *a* in quo sacro Senatu recitata fuere fœdera pacta à Cæsare cum Tunetano Rege. Præcipua eius capita hæc fuere, *b* vt Muleasses omnes Christianos, qui in Regno Tunetano vincti tunc detinerentur, aut pro seruis haberentur, liberos dimitteret, ac viatico, vt ad suos redirent, donaret: fas esset Christianis in Regno Tunetano sedes ponere, exercere negotia, suæ Religionis ritus celebrare, Templa, Monachorum Cœnobia extruere, nullos Christianis sacris initiatos, & deinde ad Mahometanum ritum deficientes, ex Prouincijs Cęsari obnoxijs transfugientes in suas Ciuitates, aut aliam Regni partem admitterent, sed potiùs pellerent, vt omnes Regni Tunetani Vrbes, Arcesque, quas adhuc Barbarossa sua tyrannide premebat (vt Aphrodisium, Hippo, Cirtha ab antiquis dicta, nunc Bisserta communiter appellata, nonnullæque aliæ) in ius, ac potestatem Cæsaris, Hispanorumque Regnum mox concederent, atque barbaro eriperentur, ac Muleasses omni iure in eas parto cederet. Guletta quoque, cum agro adiacente ad duo milliaria, vna cum aquaria Turri Cęsareæ ditionis esset; Muleasses Regnum Cæsareę beneficentiæ acceptum referret, atque in perpetuam clientelæ memoriam, sex Equos Mauros perniciosissimos, atque duodecim Falcones octaua kal. Augusti offerret: si pacta infringeret, regni iactura mulctaretur. His adiectum est, vt si Atricę Oppidum, quæ Leptis olim fuit, vel armis, vel alio modo è Turcarum manibus auelli contingeret, Hispano Imperio adiungeretur. Pontifex verò audita fama Cæsarei aduentus, ad eum Legatos Ostiensem siue Senensem Episcopum, & Cęsarinum, Diaconum Cardinales direxit. Ingressus erat iam triumphali pompa Neapolim Cæsar VII. Kalend. Decembris, terrestri itinere ad eam profectus, quem Legati Apostolici Pontificio nomine de confecta expeditione Tunetana gratulaturi conuenerunt.

a *Acta Consistor. m. 1. Card. Spad. Sig. n. 133. pag. 291.*
b *Franc. Belcar. lib. 21.*

Intereà Auria Cæsareæ classis Prefectus aduersus Barbarossam, qui Magonem minoris Balearis Oppidum ceperat, incurrit, cuius aduentu territus fugam corripuit barbarus, & Constantinopolim appulit. Auria verò Cirtham aggressus deiecto Turcico præsidio, eam cepit, ac Muleassis filio tradidit.

55 Dum hæc in Africa gerebantur, Solimannus in Oriente proferre latiùs Imperij Turcici terminos nitebatur, vt Persico bello liber, ac solutus, vires omnes in Occidentem conuerteret; sed cum conceptæ spes fefellerunt, capta Babylone victoq; Calypha, qui à cunctis Mahometanis Regibus percolitur, Assyrij Regni insignia suscepit, magnaque propensione Assyriæ, Mesopotamiæque Vrbes illi deditionem fecere, vsque ad Euphratis in Persicum Sinum erumpentis ostia. Sed deindè cum in Persidem signa mouisset, adiunctis Ægypti, & Syriæ auxilijs, Taurisiumque esset reuersus, eamque populatus, Tammasus è Coraxanorum montibus iustis comparatis copijs, erupit, cumque à Lusitanis in Persico Sinu instructus tormentis bellicis, aduersùs Solimannum exercitum eduxisset, fugam concitatis itineribus Solimannus inijt, quem cum consequi non posset, cum equitatu cataphracto, Delimenthem Caramanum cum expeditis, & delectis equitibus immisit, qui ad Bethlim Oppidum in finibus

Per-

Perfidis, ac Mesopotamię in Turcas noctu irrupit, eosque internecione deleuit. [Ferunt (inquit Iouius) nusquam Turcis maius incommodum, vel cruentissima acie fuisse illatum: quandoquidem amissis tormentis atque tentoriis, omnibusque spoliatis castrensibus vasis, & impedimentis, supra dimidiam partem equorum amiserint. Incidit ea clades Turcis ad tertium Idus Octobris, qui dies ingenti Persarum omnium lætitia celebratus est.] Aberat tùm è castris Solimannus, cùm fuga concitatiore Amidam Mesopotamiæ cum parte exercitus peruenisset; totque aduersis incommodis attritus est, vt è quingentis millibus, quæ Euphraten traiecerant, octoginta millia salua Constantinopolim non attigerint: ob eam cladem verò ita concussus est animo, vt omnem Persici belli cogitationem abiecerit, atque in Ibrahymum illius auctorem iras conuerterit. De florentissima hac Persarum contra Solimannū victoria certior factus à Venetis Pontifex, Carolo V. Imperatori eam significauit; hortatusq; est, vt ad eximia contra Turcas cœpta nouis triumphis cumulāda, Christique nomen amplificandum consurgeret.

Paulus Iouius l. 33. 563. *Solimannus à Persis magna clade prostratus.*

Imperatori.

Chariſſime &c. Cum Dei Maximi (viam Maiestati Tuæ ad sancta tua desideria exequenda aperientis) beneficio perfidi Turcæ à Sophianis magna clade nuper affecti, & hoc detrimento ad superioris anni iacturas adiecto maximè fracti, & debilitati fuerint, sicut ex Oratore Veneto, & recentibus literis Constantinopoli allatis nobis, & vt credimus, Tuæ quoque Serenitati significatum est, nos Diuinæ misericordiæ gratias debitas agentes, & Tuæ Maiestati de cœlesti fauore gratulantes, tantam occasionem à nobis in te (etsi minimè eges) hortando, non ommittendam, nec tantam rem vltra differendam duximus; itaque de pia hac causa per pium, & probatum hominem dilectum filium Ministrum Generalem Ordinis Minorum de Obseruantia, Tuæ Maiestati deditissimum, agenda, eumque ad, Tuam Maiestatem mittendum, ei mandauimus; vt de hoc, & nonnullis alijs cum Maiestate Tua Nostro nomine colloqueretur. Hortamur illam in Deo Domino, vt eiusdem Ministri verbis fidem plenam, & indubiam habeas, Vniuersi Christiani Orbis saluti & securitati, quę nunc maximè vertitur, Tuęque perenni gloriæ consulere velis, sicut inclyta Tua pietas, & sapientia, & proximè in Africa gesta Nobis, & omnibus pollicētur Te esse facturū. *Datum Romæ XVIII. Decemb. 1535. Anno II.*

Paul. III. breu. ann. 2. p. 587. Sophiani Turcas proterūt.

Bloſ.

Peruenerat tunc Messana Neapolim Cęsar, Romanumque iter ad ineundum cum Pontifice colloquium cogitabat, quem Paulus ad reintegrandum fœdus aduersùs Turcas, restituendamque Christi cultui Africam hortabatur; in illiusque gloriæ societatem vocauit Lusitaniæ Regem, quem etiam de insigni clade illata Solimanno à Thammaso Persidis Rege, quem tormentis bellicis currulibus contra Turcas munierat Lusitanus, ne eo genere armorum Persa Turcis inferior foret, certiorem reddidit.

Paul. lib. breu. pag. 595.

Regi Portugalliæ.

56 Chariſſime in Christo Fili Noster Salutem. Hodie dilectus filius Henricus de Meneses Orator tuus, redditis Nobis tuæ Serenitatis literis, fidem eius verbis facientibus, mandata tuæ Serenitatis, solita fide, & prudentia Nobis exposuit; super quibus, Nos ea illi respondimus, quę ex literis tua Serenitas diffusiùs intelliget. Cum verò paulò ante ex Oratore Veneto lętissimum nuntium accepissemus, magnæ cladis per Sophianos die VIII. Octobris præteriti Turcis inflictæ, ex qua ipsi Turcæ maximo detrimento, & iactura sunt affecti, nos eidem Henrico cuncta libentissimè communicauimus ad Maiestatem tuam perscribenda, vt & ipsa quoque aliunde forsitan hoc auditura Nobis etiam scribentibus, hoc gaudio frueretur; cùm præsertim ipsa vt intelligimus, non expers fuerit huius Sophianorum victoriæ, quos subministratione tormentorum bellicorum adiuuerit. Nos quidem Deo Altissimo gratias egimus, & continuè agimus, tantum, ac tàm manifestum eius beneficium agnoscentes; non solum quòd proximæ Africanæ expeditionis fœlicissimum exitum Nobis, ac Sereniſſimo Cæsari, tuæque Serenitati concesserit, verùm etiam quòd ad futuras victorias, ac successus viam manifestissimè ostendat, & quasi vexillum proposuisse suis fidelibus videatur, ad hunc communem hostem ex toto delendum, quem & superioris anni calamitatibus, & his recentibus detrimentis infirmum, ac debilem reddiderit. Itaque nos, quibus, licet imparibus, primæ partes hortandorum, vrgendorumque in hoc Principum ex Pastorali Officio sunt attributæ, cùm tantam occasionem neque Nostra, neque Patrum Nostrorum memoria Nobis à Deo tributam videamus, omni fumus studio, & feruore incensi ad illam capessendam, arripiendamque pro Nostris viribus, & suadendam Principibus cęteris, ipsique Cęsari in primis, quem Neapoli iam constitutum, propèdiem in hanc almam Vrbem venturum expectamus. Quamobrem te, chariſſime fili, omni Nostri cordis affectu hortamur, & per communem religionem adstringimus; vt & ipse pro Tua consuetudine, & gloria in hanc sanctam expeditionem incumbere, tantamque occasionem elabi non sinas, & ipsi Cęsari, quo cum affinitate, & amore iunctus es, idem tua auctoritate, & gratia persuadere velis, vt omnibus alijs priuatis rationibus, & humanis affectibus posthabitis id suscipere, atque exequi non differat. Sicut proxima eius in Africa gesta Nobis, & cæteris firmiter pollicentur, eum esse facturum. Sed cum hoc plenius, & particulariùs cum eodem Oratore tuo simus prosequuti, & tuam pietatem semper in hoc versatam, stimulis non egere certò sciamus, ad literas eiusdem tui Oratoris Nos referentes, tuæ Serenitati omnem fœlicitatem optamus. *Datum Romæ, &c. XVII. Decembris MDXXXV. anno II.*

Paul. III. sub. breu. anno 1. pag. 565.

De Turcis à Sophianis profligatis.

Et secundis in Africa rebus.

Fit certior Lusitanus Cæsarem Neapoli Romanum colloquiū venturū.

Incitatus ad iungēda cum eo arma aduersus Afros.

Bloſ.

57 Explicare, atque in exitum perducere non potuit pia consilia Pontifex, cum in ciuile bellum vetera inter Gallorum Regem, Cęsaremque odia exarserint. Decesserat per autumnum è viuis Franciscus Sfortia Dux Insubriæ nullis relictis liberis, quod nuntiatum Cęsari, cum Neapolim peteret, illumq; principatum iure ad se deuolutum retinere in animum induxerat, tùm ob vectigalium, quibus abundat, opulentam amplitudinem, tùm, vt è Germania in Italiam liberi aditus pro retinenda alia ditione paterent: at Gallorum Rex hæreditaria vetera iura à Valentina Vicecomite, tùm à Maximiliani Cæsaris concessione, publicis tabulis, acceptoque munere honorario confirmata obtendens spondebat Cæsari, si petitis annueret, egregiam operam militarem illi aduersùs Turcas nauaturum. Veneti ad tuendam Italiæ libertatem exposcebant, vt alicui Regulo conferretur, ne de finibus cum Cęsare, vel Gallo contendere ali-

Corius. Paul. Ioui. lib. 34. Bellarius Franciscus Sfortia Insubriæ Dux absq; liberis moritur: & Imperator eius Ducatum sibi retinere cogitauit.

aliquando cogerentur. At Cęsar adduci non potuit, vt ampliſſimi Principatus poſſeſſione cederet; ne Galliæ Reges eo potiti ad Neapolitanum Regnum ſpem adijcerent. Cùm itaque Franciſcus auerſam à Gallico nomine Cęſaris voluntatem noſſet, Carolum Sabaudiæ Ducem, qui Cæſareis partibus ſtudebat, à quo etiam Aſtam obtinuerat, poſtulauit, vt Nicæam Prouinciæ Vrbem, recepta pecunia, ob quam oppignerata fuerat, reſtitueret, ex Cæſarei ſanctioris Senatus conſilio *a* detrectantem bello adortus eſt, vt Sabaudia ſubacta iter ſibi ad Italicam expeditionem panderet: inde conflatum eſt atrox bellum, de quo proximo anno dicendum erit. Quo flagrante, Hæretici impunè oppreſſere Catholicos, viruſque ad perdendas animas effuderunt.

a Paul. Ioui vbi ſupra.

Ex Regiſtro Vatic.

58 Diſſidijs ortis in Ciuitate Perusiæ Paulus Tertius ad eos ſedandos miſit Paulum Capiſuccum Epiſcopum Neocaſtrenſem, ſuumque in Vrbe Vicarium, ſequentibus literis datis.

Venerabili Fratri Paulo Capiſucco Epiſcopo Neocaſtrenſi in alma Vrbe in ſpiritualibus Vicario, & Prælato Domeſtico, ac Perusin. & Vmbriæ Gubernatori, & Vicelegato Noſtro.

Paulum Capiſuccum Epiſcopum Neocaſtr. ad ſeditiones Perusij exortas ledandas Pontifex mittit.

Venerabilis Frater, Salutem. Cùm ſuperioribus diebus Venerabilis Frater Cæſar Epiſcopus Comenſ Referendarius, & Prælatus Domeſticus Noſter, quem Perusiæ, & Vmbriæ Gubernatorem, & Vicelegatum Noſtrum deputauimus, ob certas nouitates Perusię exortas à dicta Ciuitate ſe abſentauerit; & Nos propterea alicui alteri Romano ciui inſigni dictam Ciuitatem committere cogitaremus, tu in primis Nobis occurriſti; cuius prudentiam, doctrinam, dexteritatem, & in agendis experientiam magna cum noſtra ſatisfactione, Sedis Apoſtolicæ honore, ac laude ſæpiùs experti ſumus. Itaque ſperantes, immò confidentes, ac pro certo habentes, te in hac quoque Prouincia ſimilem futurum tui, & Noſtræ expectationi plenè reſpoſurum: Te quem etiam dilectus filius Noſter Hippolitus S. Laurentij in Damaſo Diaconus Cardinalis de Medicis nuncupatus S. R. E. Vicecancellarius, ac dictæ Ciuitatis Perusiæ, & Prouinciæ Vmbriæ Legatus, ſuum Vicelegatum (ſicut accepimus) inibi per ſuas literas deputauit: Nos pariter earumdem Ciuitatis, & Prouinciæ Vicelegatum, & Gubernatorem, cum omnibus, & ſingulis honoribus, oneribuſque, præeminentijs, facultatibus, iuriſdictionibus, ſalarijs, emolumentis ſolitis, & conſuetis, ac quibuſuis alijs ante te Vicelegatis inibi, & Gubernatoribus per quoſuis Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, ac dictarum Ciuitatis, & Prouinciæ Legatos pro tempore exiſtentes conceſſis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ad Noſtrum beneplacitum conſtituimus, & deputamus; mandantes dilectis filijs Prioribus Artium, & tàm Ciuitatis, eiuſque Comitatus, & Diſtrictus, quàm Prouinciæ prædictarum Communitatibus, Populis, Officialibus, & particularibus perſonis; vt Te in Vicelegatum, & Gubernatorem Ciuitatis, & Prouinciæ earumdem honorificè ſuſcipientes obedientiam, & reuerentiam ſolitas, & debitas tibi exhibeant; & toto Magiſtratus tui tempore continuent, ac Theſaurario Perusiæ, & ſeu alijs, ad quos ſpectat, vt de ſalarijs, & emolumentis debitis congruo tempore tibi reſpondeant; contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. *Datum &c.*

59 Inter hæc diuina pietas nouos nominis ſui cultores delegit, atque ex altiſſimis idololatriæ tenebris ad Euangelij lumen barbaros eduxit: propagata eſt enim latiſſimè in Congitano Regno, & finitimis Principatibus Chriſtiana Religio fungente Apoſtoli munere Alphonſo Rege, cui Pontifex de amplificato magnificentiſſimè Chriſti cultu his literis gratulatus eſt.

Paul. III. lib. breu. anno 1. pag. 163.

Chariſſimo in Chriſto filio Noſtro Alphonſo Congi Regi Illuſtri.

Propagata ab Alphonſo Rege in Congi Regno Religio.

Chariſſime &c. Summa cum iucunditate animi Noſtri intelleximus, quod tua Serenitas inclyta pietate vtens, & boni non ſolùm Regis, ſed etiam Paſtoris officium exequens, iſtos populos, tàm ſuos, quàm circumuicinos ad fidem Chriſtianam continuis adhortationibus, prædicationibuſque impellit, propagationemque Sanctę Noſtræ Religionis in iſtis locis inceſſanter procurat, hortando, monendo, & alios Reges infideles, vbi opus fuerit, cogendo. Benedicat te fili Deus omnipotens, & tali religione flagrantem pari proſperitate, & fœlicitate tueatur; vtque infinita bonitas tale pietatis exemplum noſtris temporibus conceſſit, ita te cum tuis natis diutiſſimè conſeruet. Te verò fili chariſſime, & ſi non ex neceſſitate, tamen ex charitate in Chriſto Domino hortamur; vt in cœpta probitate perſiſtas, eoſdem tuos natos in eandem pietatis viam dirigas, tuarumq; virtutum, haud minùs, quàm Regni hæredes relinquas, ſicut te facere, & facturum eſſe non dubitamus. Nos verò ergà Te, & illos (quamuis maiora, & ęterna præmia à Deo reportaturi ſitis) tamen eam Noſtram, & huius Sanctæ Sedis benignitatem ſemper præſtabimus; vt nulla in parte veſtris pijs deſiderijs ſimus vnquam defuturi, ſicut re ipſa, concedēte Domino, & aduenientibus occaſionibus, cognoſcetis. *Datum Romæ V. May M DXXXV. anno II.*

Additi illi à Paulo pij ſtimuli.

In America Religio Chriſtiana in dies latiùs propagata efflorescebat: cōſtitutus eſt ea de cauſa hoc anno Antequerenſis Epiſcopatus, vt narrant Acta Conſiſtorialia. *a* Quare ad ſupplicationem Imperatoris Ioannes Lopez in Theologia Licentiatus Oppido Antequeræ in Prouincia de Guaxaca in partibus Indiarum in Ciuitatem erectæ, deſtinatus fuit Epiſcopus à Pontifice XIV. Iunij huius anni: cui Epiſcopatui Cæſar annuos ducentos aureos ex vectigalibus, & redditibus Regijs ex illa Prouincia extractis attribuit.

Bloſ.

a m. r. Card. Spad. lib. 133. pag. 291.

IESV CHRISTI

Anno 1536.

PAVLI III. Anno 3. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 18.

1 AFfulſere eximiæ ſpes reſtituendæ priſtino ſplendori, & amplitudini Chriſtianæ Reipublicæ anno Seruatoris trigeſimo ſexto ſupra milleſimum quingenteſimum, indictione nona. Indicto enim Concilio œcumenico ſopienda in eo de religione diſſidia, rebellantibus in Henricum Anglis, illum ad ſaniorem mentem reuerſurum, Turca à Perſis victo latiùs in Africa, vel in Græcia prēteritas victorias proferendas pij omnes anxijs votis colligebant, ſed eæ ſpes uetanda infauſtaque Cæſaris, & Gallorum Regis diſſenſione extinctæ euanuerunt, nec Pauli ſtudia ad eos Reges nouis in dies offenſionibus exacerbatos inter ſe conciliandos, excutiendaque è pectoribus odia valuerunt; cùm enim ex Caroli V. in Vrbem aduentu demulcendus à Pontifice illius animus crederetur, & conſilia de inſtaurando maiori apparatu Turcicq bello promouenda viderentur,

Digitized by Google

præter expectationem grauiora diſſidia eruperunt.

a Petrus Paulus Gualter. Aret. tom. 11 pag. 2. diar. m.s. Vat. Bibl.

Peruenerat Neapolim ſuperiore *a* anno labente vigeſima quinta Nouembris ex Africana expeditione Carolus V. ad quem Pontifex vigeſima nona eiuſdem menſis *b* duos Cardinales Legatos Senenſem, & Cęſarinum decreuerat, qui de illius fęlici ſoſpitate, partiſque victorijs gratularentur, exactaque in ea Vrbe hyeme (adulto vere) Romam venit, cui venienti in limite ditionis Eccleſiaſticæ duo alij Legati Cardinales de Tranis Portuenſis, & de Sancto Seuerino obuij affuere ad Terracinam, officijſque humaniſſimis eum ſunt proſequuti; vt referunt Acta Conſiſtorialia.

b Blaſ Cæſenas tom. 11. pag. 164.

Meritis ornatus officijs ſociatuſque ab ijſdem Cardinalibus Cęſar, ingreſſus eſt Vrbem *c* quinta die Aprilis, ſtipatus prędio ſeptingentorum cataphractorum equitum, & veterana legione Hiſpanorum, exceptuſque triumphali pompa ab omnibus Sacerdotum, ciuiumque ordinibus obuiam effuſis, & ante portam S. Sebaſtiani Reuerendiſſimus Capiſuccus Epiſcopus Neocaſtrenſis, & Sanctitatis ſuæ Vicarius obtulit Crucem oſculandam Imperatori, qui equo inſidens reuerenter illam oſculatus fuit (cùm antea idem Epiſcopus Capiſuccus miſſus fuiſſet obuiam eidem Imperatori, ſimul cum Sipontino, Senenſi, & Columna) deductuſq; ad Pontificis in Solio ſedentis, Cardinaliumque corona cincti conſpectum, illum Chriſtiano more piè veneratus eſt, vt *d* Ioannes Blaſius Cæſenas Sacrorum Rituum Magiſter his ,, verbis deſcribit. [Imperator viſo Pontifice ,, prima vice genuflexus, fecit ei reuerentiam; ſe,, cunda vice, fecit idem ante gradum Solij; & ,, tertia ante Sedem, vbi oſculatus fuit pedem ,, Suę Sanctitatis, quem Papa oſtendit aliquan,, tiſper velle retrahere, deinde oſculatus fuit ma,, num Suæ Sanctitatis, & benigniſſimè receptus ,, ad oſculum oris, & Papa in eo actu aliquan,, tiſper ſurrexit, eumque amplexatus fuit, ha,, bueruntque verba gratulatoria inter ſe.]

c Petrus Paulus Gualter. Arctin. in diar. m. s. tom. 11. part. 2. Vat. Bibl.

d Blaſ. Cæſena tom. 11. pag. 164. Io. Franc. Firmanus in diario.

Excipitur publicè à Pontifice Carolus V

2 Perfectis mutuæ lætitiæ ſignificationibus, & amoris officijs, collocatus eſt Cæſar in ea Vaticanæ Aulæ parte, quæ laquearibus aureis & podio marmoreo deſpectat Vrbem *e* VI. Aprilis Cæſar cum Pontifice ſeptem ferè horarum colloquium habuit tùm de ſuis priuatim, & communibus rebus. VII. April. de redintegranda inter Franciſcum I. Gallorum Regem, & Carolum V. Cæſarem pace actum eſt, vt mutuo fœdere coniunctis ijs Regibus extingui hæreſes, viſque Turcica comprimi poſſent: propterea que Oratores Gallorum Regis in conſpectum Pontificis adducti, vt refert Bellaius his verbis. *f* [Matiſconenſis Epiſcopus Regis apud Papam, & Velius apud Cæſarem Oratores ad Papam intromittuntur, loquendi poteſtate facta docent Regem ad hoc vſque tempus pacis componendæ rationem quæſiſſe; quod cum ſperaret, ipſius Papæ auctoritate, & arbitrio tandem conſtitutum iri; hanc vnam videri rationem ſupereſſe, vt ſuſpiciones, & omnes diffidendi vtrinque occaſiones tollantur, & plena inter eos fides concilietur; proinde rogare ſe, vt operam ſuam tantæ rei dicare vellet, maximè vt Mediolanenſis Ducatus Aurelianenſi (is erat Henricus Secundus natus Franciſci Regis filius) traderetur.]

e Petrus Paulus Gualter. in diar. m. s.

f Bellarius lib. 5. Franc. Belcar. lib. 21. n. 21. Pallauic. hiſt. Conc. Trid l. 3. c. 19. n. 1. Bellaius lib. 5.

De pace inter Cæſarem, & Galliæ Regem agitur.

3 Diſſidiorum omnium inter Cæſarem, & Franciſcum I. quæ rem Chriſtianam in grauiſſimum exitium perduxere fons fluxerat ex Mediolanenſi principatu à Cęſare in Franciſcũ Mariam Sforziam collato, qui cùm iam è viuis (nullo relicto hærede) migraſſet, inſtauranda pax videbatur, ſi is Principatus fiduciario iure in vnum è Franciſci filijs transferretur: & verbis quidè conueniſſe dicebatur Cæſar cum Velio Gallorum Regis Oratore, adeò vt Velius Pontifici aſſerere non ſit veritus, ad eam rem Cæſaris eſſe ſummam voluntatem, vt qui cum eo diù hac de re egiſſet: At Cæſar abhorrebat ab ea re vehementer, eamque mentem (ſi quam habuerat) grauibus de cauſis exuerat, quod nimirùm Aurelianenſis dotali iure ad Hetruriæ & Vrbini Principatus aſpirare aliquando poſſet, auctuſque potentia Italicas res turbare valeret; tum qui proximè abeſſet à capeſſenda Gallica Corona, eoque caſu (qui poſtea accidit) Principatum Mediolanenſem cum Gallijs coniuncturus videretur: quare ad eam concordiam deflexit, vt polliceretur ſe fiduciarium Imperij Principatum Mediolanenſem in tertium natu Franciſci filium tranſlaturum, in eaque ſententia conſtantiſſimè hæſit, quam fœderis optimam rationem magno rei Chriſtianæ damno, rerumq; etiam Gallicarum detrimento, Franciſcus reſpuit; demùm octauo poſt anno admiſit, vt ſuo loco dicetur, cum immenſas clades Chriſtiano Imperio ex iniquis cum Turca & Lutheranis fœderibus peperiſſet. Conceperat etiam Cæſar graues iras in Gallorum Regem; quod, immiſſo cum exercitu Philippo Sciabotto, Sabaudiæ Ducē maxima Principatus Tranſalpini, & Ciſalpini parte exuiſſet.

Mediolanenſis Ducatus diſcordiarũ cauſa inter Cæſarem, & Regem Galliæ.

4 VIII. Aprilis die Pontifex, habito Cardinalium Senatu, Concilium Oecumenicum congregandum decreuit, ad delendas hæreſes, quæ latè graſſabantur, imminentiaque alia mala euertenda; de quibus Acta Conſiſtorialia hæc tradunt. ,, [VIII. Aprilis MDXXXVI. fuit Congregatio ,, Cardinalium, in qua Sanctiſſimus Dominus ,, Noſter retulit de Concilio faciendo; quo ab ,, omnibus approbato, fuere deputati Reueren,, diſſimus Dominus Epiſcopus Oſtienſis Cardi,, nalis Senenſis, & Reuerendiſſimus de Ghinu,, cijs, Reuerendiſſimus Simoneta, & Reueren,, diſſimus Contarenus Presbyteri Cardinales; ,, item Reuerendiſſimus de Cæſijs, & Reueren,, diſſimus Cæſarinus Diaconi: dum Cæſar ade,, rat, vocatis Archiepiſcopo Brundufino, Epi,, ſcopo Rhegienſi, & Domino Petro Paulo ,, Vergerio.]

Franciſcus Belcar. lib. 21. n. 20. Pontifex Paulus decreuit celebrare Concilũ;

Dum Romæ moratur Cæſar, egregia pietatis Chriſtianæ exempla dedit feria V. Sanctioris Hebdomadæ, vt refert Surius his verbis. [In ,, Cœna Domini lauit pedes duodecim paupe,, rum, ſingulari pietatis affectu, & non mediocri ,, admiratione eorum, qui huic ſpectaculo inter,, erant, lotos verò egregijs donatos muneri,, bus, nempè omni argenteo abaco menſę illato, à ſe dimiſit.] Deinde affulgente die Reſurrectionis Dominicæ Pontifici ſacra ſolemni ritu operanti affuit, vt memorat Diariorum Scriptor. [Die ,, (inquit) XVI. Aprilis Pontifex celebrauit in ,, Sancto Petro, & interfuit ibi Cæſar indutus ,, Imperiali Pluuiali, & Imperiali Corona co,, ronatus, quam geſtabat D. Aſcanius Colum,, na; D. Petrus Aloyſius Farneſius geſtauit Mun,, dum; Marchio Brandeburgenſis Sceptrum; ,, & magnus Scutifer enſem nudum; Marchio ,, autem Piſchariæ, & Princeps Biſſignani fue,, runt aſſiſtentes; & Epiſcopus Brixinenſis inſer,, uiuit in Diuinis magna cum ſolemnitate, & ,, pompa celebratis.]

Surius in comment. Romæ Carolus V. pietatis ſingularis ſigna dedit.

5 Feria ſecunda Paſchatis, quæ incidit eo anno

M.s. Car. Spad. sign. num. 99. pag. 43. Diar. tom. 10. pag. 471. Paul. Ion. lib. 35. Bellains lib. 5. Frãciscus Belcar. lib. 21. n. 22. & seq. ms. Car. Spad.

Cæsaris preces, vt diploma pro congregando Concilio quàm citissimè expediatur

no in decimum septimum Aprilis, Cęsar in Aulæ Vaticanę Camera (cui Apparatuum nomen est) Pontificem expectauit, quem venientem piè veneratus est, coactaque Cardinalium à sinistris Corona, & congregatis Oratoribus Regum, ac Principum, cęteriſque vtriusque Aulę Pontificię, ac Cæsareę Magnatibus, stans aperto capite, primùm Pontifici, & Sacro Cardinalium Senatui grates egit, quod promptè, atque sublata omni mora Concilium congregandum decreuisset in Cardinalium Senatu, atque infimis precibus supplex contendit, vt de ea re quamprimùm diploma ederetur, atque Concilij indictio mox promulgaretur, atque alia ad congregandum celebrandumque Concilium necessaria celeritate summa instruerentur, non modò ad Lutheranam hæresim extinguendam, prauasque alias sectas exscindendas, sed etiam ad lites dissensionesque, quę inter varios Principes Christianos, maximeque inter ipsum Cæsarem, & Franciscum Regem intercesserè hactenùs, componendas; quæ nisi quantociùs extinguantur, ac dirimantur, totius Christianę Religionis ruinam, euersionemque trahant: qua in re cùm nullam hactenus ipse Cæsar culpam susceperit, vel nunquam susceptus sit, modò decreuisse addidit coram Deo, coram Pontificia Sanctitate, coram Sacro Cardinalium Collegio, coram Oratoribus Principum, omnibusq; alijs congregatis in eo loco, quem pro centro totius Christianę Reipublicę æstimabat, causę suę æquitatem exponere, atq; omnem culpæ labem à se remouere, vt publicè in luce, atque omnium oculis Cęsarea iustitia integritasque collocetur.

De postulato à Paulo Pontifice Concilio œcumenico, sæpiùs postea Carolus V. in Comitijs Imperialibus meminit, dum gestorum suorum Apologiam texuit, atque culpam non congregati maturè Concilij, vel non absoluti in Pontificum negligentiam deriuauit: sed qui modò Concilium, vt celebraretur citissimè, vrgebat, celebrandi illius potestatem omnem sustulit; dum controuersiarum cum Gallo Rege componendarum discussa, disturbataque ratione, infœlici ductus consilio, nimiumque secundis rebus elatus, in eumdem acerrimum bellum excitauit: non enim Concilium celebrari poterat, nisi in mutuam concordiam cum Gallo Rege descenderet, quæ subsequuta eius oratione violata est, spesque omnis illius redintegrandæ extincta; ita vt à verbis, ad immensas populorum cædes ventum sit.

6 Prolixam Apologiam texuit Cæsar coram Pontifice; ac re altiùs repetita subiecit, se à primæuo ætatis flore, consanguinitatis iura erga Franciscum Regẽ coluisse, omnique eum amoris & beneuolentiæ significatione complexum esse; adeòque cum ætate creuisse illum amorem; vt adultus cùm nimiùm Francisci Regis commodis studeret, Maximilianum Imperatorem, & Ferdinandum Regem Catholicum, paternum maternumque auos in se exasperarit: Franciscum verò Gallię Regem pari amore, paribusque officijs non respondisse; sed inuidia & odio percitum ad Austriacam familiam deprimendam studia artesque conuertisse, omnesque amicitiæ & concordię leges violasse. Cùmque ipse Hispaniarum Regnis esset potitus, pacta anteà cum Ferdinando auo fœdera fregisse, factaque in Regnum Nauarrę excursione, fontem Arabicum, & alia plura Hispanię oppida inuasisse. Sublato è viuis Maximiliano Imperatore, in eo Interregno cùm Franciscus Rex Imperium Germaniæ exambiret, misso Oratore, rogatum, vt si Principum Germaniæ studijs & amicitijs non ita suffultus esset, vt potiri Imperio non posset, ad Carolum Austriacum prouehendum ad Imperium operam conuerteret: ampliſſimis quidem verborum officijs id pollicitum, Franciscum, sed deiectum spe, omnem operam artesque adhibuisse, ne ipse Carolus ad Germaniæ Imperium eucheretur. Se verò parto Imperio significasse Francisco Regi, ex auctiore dignitatis apice nihil insito in eum amori detraxisse. At Franciscum Regem sibi mouisse bellum, Ducem Gueldriæ, & plures alios Proceres Germanos in suas partes pellexisse, ciuiles tumultus in Hispania concitasse: adeò vt ad frangendos illius impetus Carolus sancito cum Leone X. fœdere Gallos Mediolanensi Principatu depulerit, Parma Placentiaque Sedi Apostolicæ restitutis, ac Francisco Maria Sfortia in Mediolanensis Principatus possessionem inducto. Tunc Franciscum Regem noua molitum, ac suadere Carolo voluisse, vt totius Italiæ Imperium occuparet, modò Insubriam Gallis permitteret: deiectum verò spe concepta, irrupisse cum exercitu in Mediolanensem Principatum, Ducemque Albaniæ in Regnum Neapolitanum immisisse; sed ea bella compressa, victo captoque Rege Francisco in prælio Ticinensi, atque in Hispaniam abducto: restitutum verò libertati ea Lege vt Burgundiæ Ducatu cederet, atque ad confirmandum fœdus Cæsarea sorore in coniugem data, mox promissis defuisse; vtque Angliæ Regem à Cæsaris amicitia diuelleret, suasisse illi, vt materteram Cęsaris repudiaret: ex quo innumera mala, euersa in Anglia Christiana Religione, redundarunt; abrupto etiam pacto fœdere, omnes Christianos Principes, atque etiam ipsum Franciscum Mediolani Ducem aduersus Cæsareum nomen, contempta filiorum obsidum, quos in Cęsarea potestate reliquerat, salute, concitasse; ex quo facinore maximę calamitates emersere, tantæque victoriæ à Cæsarianis partæ fuerunt. Se demùm in Italiam venisse, atque à Clemente VII. Imperiali corona redimitum pro republica Christiana pacanda, libertate Italica asserenda, Principatum Mediolanensem Francisco Sfortię tradidisse, & Francisco Regi filios obsides æquis Legibus restituisse; ac pro retundenda tyrannide Turcarum, qui maximam expeditionem aduersus Austriam instruxerant, in Germaniam traduxisse exercitum, ac Turcarum Imperatorem in fugam cum magno Turcicarum rerum damno compulisse. Reuersum in Italiam è Germania, traiecisse in Hispaniam, vt aduersus Turcas terrestres, maritimosque apparatus adornaret: mox tamen Franciscum Regem ad Massilienſe colloquium Clementem pellexisse, vt cum eo de euertenda Cæsarea potentia consilia conferret; cùmque Barbarossa inuadendæ Italiæ inhiaret, si Regno Tunetano potiretur, illum diuina ope propulsasse, ac Tunetanum Regiæ dignitati restituisse. Interea Franciscum Regem arcana consilia cum Turcarum Imperatore aduersus Cæsarem contulisse, Germanosque ad defectionem sollicitasse. Quibus peroratis Cæsar conuersa oratione ad Pontificem & Cardinales contestatus est, æquo animo pati non posse, quo tempore ipse expeditionem aduersus Christianæ fidei hostes adornabat, Franciscum Regem intulisse bellum Duci Sabaudiæ sororio Cæsareo, & Regis ipsius auunculo, Pedemontanamque Prouinciam instructo exercitu inuasisse; ex qua in Mediolanensem Principa-

tum

eum facilè irrumpere posſit; reiectisque inanibus excusationum à Rege subornatarum fucis, decreuisse Sabaudię Ducem Cęsarea vi pristinis iuribus asserere; negante verò id Francisco Rege, crudele inde bellum accendendum, in quo plurimus sanguis christianus fundendus sit, vt etiam victor debilitatis viribus victo similis futurus sit; atque impar ad tuendam contra Turcarum impetus rempublicam Christianam: videri itaque magis publicę saluti cõducere singulari certamine tantas lites dirimere, quàm tot populos in exitium trahere: licet enim Franciscus Regia, & Carolus Imperiali dignitate fulgeant, non tamen humano fastigio esse augustiores, vt ita minore damno grauiora damna auertantur: cęterùm pacem sibi futuram acceptiorem, si Franciscus Ducem Sabaudiæ pristinæ ditioni restituat, paceque restituta se Mediolanensem Principatum, non secundo-genito Francisci filio, ne Florentiæ & Vrbini Principatus vxorio iure affectaret, sed tertio-genito traditurum: ac si Gallus, vel alij Principes à fœdere desciuerint, expetijt Imperator, vt ij pœnis in Christianæ Religionis euersores constitutis desigantur; pacem enim à se ardentissimis & continentibus votis efflagitari, vt arma in Turcas verterentur. Præfigi itaque à præsenti die vigesimum decretorium diem, vt eo labente temporis fluxu Franciscus Rex pacis consilia amplecteretur; quo elapso professus est, à se expeditionem aduersùs Galliæ Regem omnium malorum impendentium futurum auctorem, ac reum, qui pacem posceret, eamque admittere nollet, susceptum iri.

7 Hæc fuere summa capita Cęsareę orationis Hispano idiomate habitę, atque in Italicum sermonem versæ à viro, qui eam ex ore Caroli Imperatoris exceperat, eamque literis eodem die tradidit; de quibus etiam Paulus Iouius, Guillelmus Bellaius, Franciscus Belcarius agunt; sed verba Cæsaris immutasse, asperasseque magis Gallum videntur. Cùm ita vnius horę ac dimidiæ fluxu peroraſſet Cęsar, subiecit Paulus Pontifex, maximum se traxisse dolorem ex dissidijs Cęsaris, Regisque Gallorum, pro quibus inter se conciliandis studia semper collocarit, collocaturusq; sit, vt arma ex eorum manibus à Christianorum cæde remoueantur, & quotidie Numen continentibus precibus á se orari; porrò Cæsari de optima amplectendæ pacis voluntate, intimisque arcanis animi sensibus liberè expansis grates egit, vtque in ea optima mente constanter perstaret, rogauit, seque obtulit pro Pastorali munere, & communis Parentis officio, ad pacem inter eos flagrantissimo studio constabiliendam: verùm singulare illud certamen, quod proposuerat, minimè approbauit: si enim alter, aut vt sępe fit, vterque morti occumberet; duabus firmissimis Reipublicæ Christianæ columnis prostratis totam molem simul collabi necesse esset: ac propterea addidit, se illius, qui ad honestas, & æquas pacis leges se accommodaret, partes amplexurum, vsurumque potestate Ecclesiastica aduersùs eum, qui iniquè pacem respueret: pro Concilio verò celebrando, nullam operam à se prætermissum iri.

Mr. Card. Spad. vbi sup. tom. 99. 57. Blasius Cæsenas.

Respõsum Pontificis ad Apologiam Cæsaris.

8 His dictis Episcopus Matisconensis Galliæ Regis apud Pontificem Orator, permittente Pontifice, in medium progressus, dixit Cęsareæ Maiestati, quod ad pacem spectaret compertum fore, semper Regem Galliæ ad eam fuisse propensissimum, quod verò ad alia, quæ tangerent eumdem Regẽ, cùm linguam Hispanam non calleret, expetere ea melius à Cæsarea Maiestate edisceret, vt perscriberet Regi, atque obiecta dilueret. Cui subiecit Cæsarea Maiestas, eam à se habitam orationem, vt Pontificiæ Sanctitati, Orbique gestorum á se redderet rationem, causæque suæ exponeret æquitatem, vt de ea, deque dissidijs inter se, ac Regem exortis rectam, & consentaneam vniuersi proferrent sententiam, nec propterea reddendam eidem Regi horum rationem, qui si de his certior fieri cuperet, facilè ab Oratore Regio in Aula Cęsarea agente, Hispanę linguę perito, omnia excepturum, quo Orarore vocato, ambobus Italico sermone hæc verba repetiuit. Compendio dixi, controuersias inter me, ac Regem vestrum dirimi non posse, nisi vel cruentissimo bello, quod extremam perniciem Reipublicę Christianæ afferret, aut singulari vtrorumque certamine, gladio & pugione conferendo, & hoc minus malum futurum, si alter ipsorum occumberet, quàm si Christianorum sanguis tàm profusè spargatur: aut confecta salutari pace, quę non (vt alias) fallax & inuoluta esset, hanc verò publico Orbis Christiani bono vertendam, ideòq; viginti dierum flexu certiorem fieri velle de capta à Gallo Rege optione, vel belli vel pacis, se reliqua ad ipsorum Regem scripturum, consensurumque vt typis mandentur, vt in luce, & omnium oculis (quod maximè optat) collocentur.

Cæsar. quomodo diriméda essent cõtentiones inter se, & Regem Galliæ declarat.

His absolutis Pontifex, & Cæsar ad Sacrum solemne (erat enim secunda feria Paschatis) perrexere, quo peracto, inquit memoratus Scriptor, delecti fuere duo Cardinales à Sua Sanctitate Iporegiensis, & Caracciolus, qui Cæsarem abeuntem per Ecclesiasticę ditionis terras sociarent.

9 Interea Pontifex, quem summæ vrebant curæ, vt pacem inter Cæsarem, Regemque Galliæ conficeret, veritus, ne Galliæ Rex, perlato ad se Cæsaris sermone, in iras adeò asperandus esset, vt aures penitùs ad omnem optatę concordiæ tractatum obstrueret; vt omnes occasionum, quæ pacem disturbare possent, fibras tolleret, opinatusque Gallum Regem suspicaturum conueniſſe priùs cum Pontifice Cæsarem ad ea proferenda, accersito Regio Oratore affirmauit, vt refert Bellaius [Sibi omnia ista præter spem accidisse, cui Cæsar nunquam anteà verbum fecerit, alioquin se nunquam passurum fuisse, vt hæc loqueretur. Verùm quando quæ facta sunt, culpari potiùs quàm emendari possunt, rogare se illos, vt paci quantum possent, consulant: quas vellent hisce de rebus ad Regem literas dare, tanta prudentia ac dexteritate temperent, vt ea prætermittant, quę prætermitti citra perfidiæ notam possint, & quibus illum potiùs exulceratum iri intelligerent. (Et mox) Quod verò potestate Ecclesiastica vsurum denuntiauerat in eum, qui æquitati non acquiesceret, id se ad exhortandi, & monendi rationem referre, quemadmodum sui esse muneris intelligebat. Legati gratias illi multis verbis agunt, hoc sic habeat, rogant, Regem non eum esse, qui æquitatem vllam refugiat, tandem significant, se magnoperè cupere, vt ex Cęsare ipso audiant (idque Papa prędente) quo sensu quędam suę orationis capita velit accipi, sic quàm maximè poterit fieri, vt congrua lenitate omnia ad Regem perscribantur.]

Pauli III. animaduersio, ne inter se & Regẽ Galliæ diffidentia oriretur.

Bellaius lib. 5.

Eodem die, qui fuit decimus octauus Aprilis, cùm Cęsar discessurus ex Vrbe, ac petiturus Senas salutatum venisset Pontificem, vocati sunt Galli Oratores, qui à Cęsare supplices flagitarunt, vt declarare dignaretur, an hesterna Oratione

M. s. Bibliothecæ Car. Spad. t. 98. p. 80.

Cæsar sua declarauit verba, quibus ad singulare certamẽ Galliæ Regẽ prouocauerat.

tione intelligeret prouocatum ad certamen singulare Regem Galliæ, vel non prouocatum? Quibus Cæsarea Maiestas, præsente Pontifice respondit, se non adeò honoris Pontifici debiti immemorem fuisse, vt coram Sua Sanctitate prouocationis verba facere: sed dixisse, iterumque repetere, longe satius fore, vt gladio, pugioneque instructi, ambo in pugnã descenderent, quam si publicum bellum, cum extremo Reipublicæ exitio, Turcicæque tyrannidis incremento, gerant: Pontificique omnia hesterna die dicta confirmauit. Iussitque Oratoribus, vt scriberent Regi, quo de illius voluntate, atque optione, aut pacis, aut belli certior fieret: quibus consentiunt ea, quæ à Blasio Cæsenate Rituum Magistro, tunc præsente referuntur.

10 Die Martis 18. Aprilis, & tertia Paschatis per mediam horam Imperator cum Papa in camera secretiore colloquutus est; indè exeuntes in anticameram, vocari fecerunt omnes Cardinales, Prælatos, Principes, Oratores, & alios similes Proceres, coram quibus idem Imperator ea omnia, quæ heri querelando proposuerat, replicando, & modificando sermones præteritos, quod non animo iniurandi, neque offendendi Regem Francorum, sed vt manifestaretur eius intentio, pro fide, & Christiana Republica, & (si quæ mala, inde sequerentur) non posset indè *calumniari*, & inculpari: & minus prouocandi illum ad pugnam, vel duellum, quod non ea intentione dixerat, sed quod melius existimat duos simul mori, vel perire, quam tota Christianitas pereat: & destructis ad inuicem exercitibus Christianorum, impetus Turcarum conualesceret.] Conuerso ad alia sermone, inquit Bellaius, Oratoris Regius, subdidit. [Cæsarem pollicitum esse Ducatum Mediolanensem, Duci Aurelia- no (is erat secundus genitus Regius) Respondit Cæsar, quod Rex eo tempore conditionem non accepisset, quod etiam copias in Italiam traduxerit, quod innumera damna Sabaudo attulisset, quod si Rex Duci Engolismensi (erat is tertius genitus Regis) hunc Ducatum tradi vellet, se ab eo non alienum fore, ijs pactis, & conditionibus, quas iam tulisset, partim quas adijceret, cum res conficienda esset, neptemque vxorem illi traditum iri. Tum conuersus ad Papam, an non bellum est (inquit) quod Galliæ Rex mihi orãdus est, vt Ducatum Mediolanensem vni ex suis liberis, tradi assentiatur?

Bellaius libro 15.

Dimissis Gallis Oratoribus, Cæsar summa comitate vltimum vale dixit Pontifici, à quo sacra prece lustratus XVIII. April. hora decima nona, maximisque muneribus in Pontificios nepotes effusis, quæ ad triginta sex millium nummorum vectigal annuum ascenderunt, conscendit equum, atque à Cardinalibus vltrà dimidium milliare extra Vrbem equestri pompa deductus est, cum Romæ tredecim dies moratus esset. Ex quibus emendes historicos, qui quatriduo tantum Romæ hæsisse memorant, quos etiam in nonullis hallucinatos ex relatis à nobis constat. Emensus verò reliquum ditionis Pontificiæ, iter ab Iporegiensi, & Caracciolo Cardinalibus consociatus, Senas peruenit.

11 Cives verò Senenses erectis triumphalibus arcubus magnificentissimè exceperunt: qua in Vrbe conuentus à Lotharingo Cardinale propositas Francisci nomine pacis leges repudiauit: à Senensibus ad Florentinos prouectum Alexander gener illum tam mirificè percoluit, vt veterem Romanorum magnificentiam æquasse conferetur; quem Cæsar monuit, vt suæ salutis sollicitus esset, insidias enim regnanti in Ciuitate armis subacta esse pertimescendas. Inde Lucam, Astamque profectus ad inuadendum Galliam exercitum instruxit. Immiserat aduersus Carolum Sabaudiæ Ducem, Franciscus Rex ob non restitutam Nicenam Prouinciæ Vrbem, Philippum Sciabotum rei maritimæ Præfectum, ingentibus succinctum copijs, qui præcipiti victoria, non modo Transalpinam Regionem subegerat, verum etiam (pronis ad victorẽ populis) in Subalpina Regione Taurinum, Fossanum, Penarolum, & Cherium inuaserat, ac latiùs victoriam protulisset, nisi Ioannes Lotharingiæ Cardinalis ad Cæsarem, cum amplissimis mandatis pacis Interpres missus procurrentis victoriæ cursum inhibuisset, iussissetque citrà Duriam amnem subsistere, ne Cæsaris animum magis exacerbaret. Ita Gallus, rei gerendæ occasioni defuit, nec ad concordiam Cæsaris animum, eo officio flexit: Cardinalis enim Lotharingus cum Senis Cæsarem de pace postulasset, ab eo repulsus ad Pontificem se contulerat. Conuersæ verò paulò post res fuere, nam Antonius Læua, Mediolano educto exercitu, progressus Gallorum abrupit, Vercellas in officio continuit, Fossanum expugnauit, Salassorum Regulum ad defectionem à Gallo pellectum Cæsari adiunxit, suasitque illi, vt in Prouinciam superatis Alpibus irrumperet, ac simul Mariæ sorori daret Imperia, vt è Belgio in Galliam Belgarum exercitum effunderet, vt diuerso bello Galli perturbarentur, inanibus verò vaticinijs præfidebat Læua, Carolum Galliæ Regnum, cæteris Regnis adiecturum, nonnullosque Massilienses ciues promissis, & auro subornarat, vt Vrbem Cæsari proderent, sed ij mutata fide promissis defuere.

Senas ingreditur Imperator triumphaliter exceptus, post ea Florentiam petit.

Iouius lib. 33.

Bellaius lib. 5.

Francisc. Perron. in Franc. Paulus Iouius lib. 34

Fracticus Galliæ Rex Ducatũ Sabaudiæ inuadit.

Paulus Iouius lib 35

12 Dum feruerent bellica consilia, Pontifex, qui ex eo bello maximum rei Christianæ excidium impendere præuidebat, ac Religionis in Africa amplificandæ spes dissipari, maximum inde dolorem traxit, & à Cardinale Lotharingo cõuentus multa cum eo de pacis consilijs expediendis disseruit, ac literis Franciscum Regem ad communem pacem, consectandasque publicas rei Christianæ vtilitates hortatus est; cùm aduersus fidei hostes communia arma inferri possent, & propria manu hæc verba addidit.

Paulus III pro pace inter Cæsarem, & Francisc. Regem laborat.

Regi Christianissimo.

Rogamus ex animo, & Paterno affectu Maiestatem Tuam Christianissimam, ne tam pulchram occasionem (hęc verba addita manu Papæ) tempore conseruandæ, & augendæ Christianitatis, non deserat, & seipsam vincat, & superet, quod solemni studio, facilè consequi poterit ad laudem Dei, & perpetuam Tuæ Maiestatis, & Successorum tuorum gloriam, in quo nos tantopere tibi deuinxeris, vt re ipsa intelligas, rem nobis gratissimam feciſe.] *Datum Romæ II. Maij MDXXXVI. Anno II.*

Verba addita manu Papæ.

Monitus Gallus Rex, vt pro erigẽda Christiana re seipsum vincat.

13 Audita contestationis Cæsareæ, & accusationis serie Franciscus Rex ad sibi obiecta capita diluenda, literas ad Pontificem, & Cardinales misit, quibus nitidè exposuit, Cæsarem non Diuini honoris tuendi, aut Religionis asserendæ studio, vel cura vlla affici, vt qui arma aduersus hæreticos grassantes in Imperio non expediuerit, sed Gallici nominis opprimendi ardore maximo flagrare,

Franciscus Galliæ Rex, vt obiecta sibi à Cæsare diluat Pontifici, & Cardinalibus scribit.

Digitized by Google

grare, cuius literas coram Pontifice, & Cardinalibus lectas, refert Blasius Cæsenas his verbis.

Blasius Cesen. in Diario tom. 11 p. 172. Vat. tab. Apolog. ext. Iul. Ext. etiam apud Guil. Bellaium lib. 5. Apud Ferron. in Franc. 1.

,, XXIII. Maij die Ascensionis, Orator Regis ,, Francię legit coram Papa, & Cardinalibus li- ,, teras Regis Galliæ responsiuas protestationi, ,, quæ continebant multas iustificationes. Præcipua hæc erant illius capita. Sabaudum iure lacessitum, bello cum iuri non staret: ac si illius tuendi causa, Cæsar arma sumere debuit, multò magis aduersus Geneuenses hæreticos, qui Geneuam, & alia loca illi eripuere ea vertere debuisse, sed hęc ab ipso Rege audire præstabit.

Beatissime Pater, vosque amplissimi Cardinales, & clarissimi Legati, ea omnibus nota patientia, qua mihi factas iniurias huc vsque tuli, hæreditaria mea, & meorum filiorum bona tot iam annos me ferente per alios occupata; interdictum, ne quid mei, (quod in re, aut possessione, Cęsaris esset) attingerent, copiarum mearum à Vercellis de medio quasi desponsę ac iam destinatę victorię à cursu reuocatio, & statiuis in castris, (ne quid tumultus excitaretur) collocatio, constituendę pacis amplissima, & libera facultas Cardinali Lotharingio permissa, vsusfructus (de quo memini) cessio satis declarant, pacene, an bello recuperare nostra maluerim. Neque verò Sanctitati tuę mirum hoc loco videri debet, si quod sentio liberius profiteor. Nam si occupator alieni quiritari audet, interim ac dolere, ego quid facere debeam, qui tam ampla patrimonia videam mihi, ac liberis meis per iniuriam auferri, & nostra cum ignominia retineri. Quod verò ad Sabaudię Ducem pertinet non video, qua illę se tueri, aut defendere ratione possit; à quo toties expostulatum sit, à quo toties flagitatum, vt decidere iudicio mecum vellet de eis rebus, & quas à Maioribus suis nullo iure occupatas, meo damno possidebat, & quas hęreditario iure pertinere ad fęlicis memorię matrem meam ambigere non poterat: quę ipsa quidem mater mea, (cum viueret) sępe ad eum certos viros repetitum sua, miserit cum mandatis, (vt sororem decebat) humanissimis: ego quoque ab ipsius morte viros meę causę peritissimos, quique vel disceptatoribus ijs, qui sunt illi à consilio, eandem in iudicium deducerent, legauerim, neque quidquam in legationibus tandiu profecerimus, necessariò mihi ad arma veniendum fuit. Qua in re nihil à me peccatū est in ea fœdera, quę cum Cęsare mihi intercedunt, quibus, etsi prohibeor, vt ne cū vllo Italię Principe aduersus illum consilia communicem, non video, qua ratione istud bellum Allobrogicum, ad se spectare Cęsar arbitretur, vel ad eam causam vllo modo pertinere, cùm interim exercitus meus, (vbi nunc dicebam) nihil earum rerum, prorsus attigerit, quas intellectum sit ab eo, quo iure, quaue iniuria possideri, atque, vt ne id faceret, diligenter omnibus à me fuerit interdictum. Neque enim si fœdere Samarobrinensi, Sabaudię Ducis mentio inter Cęsaris fœderatos iniecta est; continuò tamen earum rerum, quas is, ad me pertinentes, occuparet, ius in eum translatum esse intelligo, cum nec eo in fœdere nomen eius, vt nobiscum transigentis adscriptum sit, nec vox de rebus meis, quę ab illo tenebantur, vlla eo in conuentu emissa. Itaque fœderis eius tabulę me cessisse iure meo, nulla coarguere ratione possunt. At qui ego, & antea speraui semper, & nunc etiam spero fore, vt Carolus pro necessitudine, affinitateque nostra, meam potius iure, ac legibus nitentem, quam iniquam Sabaudiensis causam sibi esse suscipiendam ducat.

Quamquam hoc ego (tamen video, id quod satis mirari non possum) cęterorum factum, qui & ipsi armis in Sabaudiensis bona inuaserint à Cęsare non reprehendi, dum taxat reprehendi meum, qui cum illo sim maximis vinculis, & propinquitatis, & necessitudinis coniunctus, neque vendicare quidquam, in quo perperspicuum ius, & clariùs ipsa luce non habeam, voluerim, neque nisi ritè repetitis rebus arma caperem. Atque adeò, Beatissime Pater, paratus sum Sanctitati Tuæ, si hoc ità libuerit, rationes omnes meas ex tabulis authenticis comprobare, vt quæcumque dixerim, nihil omninò discrepare à vero intelligas. Quod si ille animum induxerit mea mihi reddere, vicissim ego, si quid mei prætereà occuparunt, non grauabor illi restituere. Iam quod Cæsar inquit, si de pacis inter nos retinendæ conditionis conuenire non possit è re, atque commodo fore Christianæ Reipublicæ nostras vt controuersias singulari certamine dirimamus: Ego cum hactenus (si quis vitæ meæ splendori notam vllam allicere tentauerit) abundè mihi satisfeciisse videar: Et cum hæc duelli commemoratio, voluntatis tantum declaratio, non etiam prouocatio esse videatur, aut decoris, atque honestatis nostræ oppugnatio, ego inquam breuiores esse nostros ensis, quàm vt tanto interuallo disiuncti congrediamur existimo. Quod si nos propius occasio aliqua sisteret, (id quod mihi credibile est futurū) si res ad arma redierit, atque si tum Cęsar eandem retineat, quam nunc se habere ostendit decertandi mecum voluntatem, meque tum ipse ad certamen prouocare velit, non recuso: quin si existimationis meæ defensioni defuero, prob i me, atque graues viri inter profligatæ famæ homines repudient, id quod mihi tamen multò acerbius futurum esset, quam cum illo certare armis formidolosius. Quod subindè declarauit, neque à se quidquam accusandi, aut sugillandi mei causa dictum, neque dicta sua vellet à quoquam ita accipi, quasi spe pacis omni sublata, iam classicum veluti cecinerit: ego verò non minimam ex ea re voluptatem cepisse profiteor. Hęc sunt porrò, Beatissime Pater, amplissimi Cardinales, & clarissimi Legati, quæ apud vos commemorare volui non accusatoriè, aut lædendi cuiuspiam animā, sed purgandi mei causa, vt omnes intelligant, quam ego in publicæ pacis studia, & commoda Reipublicæ propensa sim voluntate, perspiciantque omnes, ad arma cum Cęsare deueniendi culpam, sicut à me adhuc abfuisse, ita semper abfuturam, id quod omnes, sine vlla dubitatione iudicaturos spero, & confido quicumque secum accurate reputauerint, ad quas ego me continuandæ pacis studio dimiserim conditiones.

Gebuin.

14 Collegisse vniuersos, qui Cæsarem aduersus Gallorum Regem perorantem audiuerant nō spectasse illum ad pacis, sed ad belli consilia, atque malorum imminentium inuidiam in Gallum detorquere, meditatum cenſuisse narrat veteris MS. Author, qui Cardinalis quispiam eruditissimus fuisse videtur. Pontificiæ verò curæ ad eum placandum collocatæ irritæ euadebant: debellandæ enim Galliæ spe vmbratili lactabatur Carolus V. nec recogitabat Turcam à Gallo in eum concitatum iri, nec tantis hostibus superiorem futurum, adeò magnitudine virium efferebatur, nam præter Germanos, qui ad viginti quinque millia, sub eius signis confluxerant, Hispanos veteranos Milites, Italos, Nepolitanos, Burgundos, Belgas, distinctis aciebus militariter instructos trahebat, inter quæ Pontifex redintegrandæ in-

MS. Card. apud. sig. p. 266.

Paul. Ion. lib. 35.

Pacis tractatū speraui Cæsar posse di Gallia.

ter

rer dissentientes Reges concordiæ cupidus Cardinales Legatos ad eos decreuit, vt narrant Acta
Acta Consist. m.s. fig. n. 233. pag. 302.
,, Consistorialia. [Romę Feria VI. II. Iunij, fuit
,, Consistorium, in quo Sanctissimus Dominus
,, Noster, statuit decernendos esse aliquos Legatos, scilicet vnum ad Carolum Quintum Imperatorem, alium ad Franciscum Regem Christianissimum, alium ad Ferdinandum Regem
Paulus decernit Legatos pro pace inter Cæsarem, & Regem Galliæ,
,, Romanorum; qui omni diligentia curarent, vt
,, depositis armis, quę iam ipsi Reges, contra se
,, sumpserunt, pax Reipublicę Christianę, iam
,, pridem ob Turcarum potentiam, necessaria
,, componerentur.] Designati illi fuere in alio Senatu habito IX. Iunij, quorum nomina recen-
,, entem eadem Acta. [IX. Iunij S.D.N. decreuit,
,, Legatos tres, videlicet, ad Regem Romano-
ead. 17.
,, rum, & Vvayuodam Reuerendissimum Car-
,, dinale S. Crucis, ad Regem Christianissimum
Petr. Paul. Gualter. in Diar. Aug. Massarell. in Diar. Conc. Trid. m.s. Arch. Vat.
,, Cardinalem Triuultium, ad Cęsaream Maiestatem Reuerendissimum Cardinalem Caracciolum, cum facultatibus, vt in eorum Breuibus,
,, & Diplomatibus continetur.] De Legatis hisce Apostolicis decretis, Pontifex eosdem Reges certiores fecit, quo argumento extant subiectæ literę ad Francorum Regem, qui ad Cęsarea arma à Gallia propulsanda, Turcas in Cæsarem vocabat, quem rogabat, vt pacis studio publicam rem Christianam priuatæ rei, vel priuatis studijs anteferret.
Perron. in Franc. I.

Regi Christianissimo.

Paul. III. lib. brev. an. 2. pag. 347.
15 Charissime, &c. Etsi vt Tuæ Serenitati notum est per Nuntios, & literas frequentissime, ac nouissime per Dilectum filium nostrum Cardinalem Lotharingiæ, ad Te reuersum, officij nostri partes interposuimus cum Maiestate Tua & Sereniss. Cæsare ad concordiam inter vos conciliandam, armaque contra Turcas conuertenda, libenterque ipsi personaliter hanc ob causam ad vos venturi fuerimus, si qua spes obtinendæ rei nobis affulsisset: tamen ne quid intentatum omitteremus, quod, vel ad officium, vel ad amorem erga Te nostrũ pertineret; habita sæpius cum Venerabilibus Fratribus nostris, super hoc deliberatione, recentiores, dignioresque homines Sanctæ Sedis Legatos ad Tuã, & Sereniss. Cęsaris Maiestates mittendos decreuimus. (Et infra.) Quamobrem, fili noster charissime, non sine lachrymis, Tuam Maiestatem per communem Dominum Iesum obsecramus, (quod & cum ipso Cęsare fecimus,) vt periculis miserę Christianitatis animaduersis, publicaque salute, quæ Tibi, ac Tuis Prædecessoribus, semper charissima fuit, perpensa ad concordiam Te facilem dare, multaque Deo condonare velis, quæ alioqui humanis denegarentur affectibus, hoc nihil Tibi gloriosius, nihil vniuersis Christifidelibus salutarius præstari à Te hoc tempore potest, &c. *Datum Romæ &c. XIV. Iunij MDXXXVI. Anno II.*
Decretus ad Gallũ Car. Leg. pro redintegranda pace cum Cæsare.
Rogatus Rex, vt rẽ Christianam propriæ rei anteferat.

Moniti etiam sunt, Cardinales Lotharingus, Turnonius, & Bellaius, qui multa apud Regem auctoritate pollebant, vt Cardinalem Triuultium
Bles. Paul. lib. 2. p. 328.
,, Legatum pro pace cõficienda iuuarent. [Cum
,, nostrum (inquit in distinctis ad singulos lite-
,, ris (desiderium suadendæ concordię, inter Sere-
,, nissimum Cæsarem, & Christianissimum Re-
,, gem tuæ circumspectioni, præcipuè notum eo
,, ardentiùs sit, quo periculum nunc maius in-
,, gruit, nisi arma ad mutuam Christianorum
,, perniciem suscepta in Christi hostes conuer-
,, tantur.
Cęsarem pariter consignatis eidem literis man-
Id. p. 339.

dentibus lachrymis, vigilantissimus Pastor, obtestatus est, vt arma Galliæ inferenda in Turcas conuerteret, lites æquitate dirimeret, condonaret Christo iniurias, quarum vltionem humanus affectus expetebat: ac de Cardinale Triuultio Legato alijs literis hęc addidit. [Etsi hodiè mit-
Paul. libr. brev. an. 2. p. 339.
,, tentes ad Maiestatem Tuam communiter Le-
,, gatos nostros Triuultium, & Caracciolum
,, S.R.E. Cardinales, communia illis mandata,
,, communesque literas dedimus ad Maiestatem
,, Tuam perferenda, tamen cum ipse Triuultius,
,, postquam ad Maiestatem Tuam, id munus per-
,, egerit, ad Regem Christianissimum ob eandem causam sit progressurus, non alienum putauimus has quoque seorsum ei dare ad Maie-
,, statem Tuam literas, quamuis enim ipse gen-
,, tilitio studio Regem Christianissimum colat,
,, atque ab ipso Rege ob singularem fidem, &
,, virtutem amplissimè sit ornatus; tamen & bo-
,, num virum, & grauem Senatorem, rectique &
,, æqui semper cultorem habitum esse testamur,
,, nec minus ob id electum fuisse à nobis, quia
,, communis vtilitatis studiosus semper fuit, &c.]
Hosce Cardinales contulisse se ad Cæsarem, atque Triuultium etiam pertentasse Cæsaris animum (remotis arbitris,) num Mediolanensem Principatum, tertiogenito Francisci Regis fiduciario iure traditurus esset, si Franciscus Rex Sabaudo ditionem captam restitueret, nec ad id flectere eum potuisse, licet Romæ, coram Pontifice, & Cardinalibus eam pacis legem proposuisset, narrat Guillelmus Bellaius, cuius verba repetenda visa
Guill. Bellaius lib. 6. p. 338.
sunt.

,, 16 Sanilianum veniunt Cardinales Triuul-
,, tius, & Carpius * à Papa hic ad Cæsarem, ille
* Caracciolus.
,, ad Regem missi, qui illis Concilium denuntia-
,, rent, quod Mantuæ septimo, & vigesimo Maij
,, die anni proximi indicebant, qui annus erat
,, MDXXXVII. qui etiam de pace inter eos
,, ineunda agerent. Magno illi splendore, & ap-
,, paratu excipiuntur, atque in multorum Prin-
,, cipum, & aliorum magnæ authoritatis corona
,, audiuntur. Cæsar, quod ad Concilium attine-
,, ret, assentitur, seque interfuturum recipit, neque
,, alia, quam Diuinæ vi se impeditum iri, confir-
,, mat. De pace scire eos, quid Romæ testificatus
,, esset, se bellum, si semel illuc venire compelle-
,, retur (neque enim nisi inuitum valde suscipere
,, contulisse) tam acriter gesturum, vt nulla vn-
,, quam ratione quæcumque extaret, nisi perfe-
,, ctis, quæ cogitabat, à re suscepta deduceretur,
,, à qua quidem sententia, se decessurum omninò
,, negat, nisi Rex in primis Sabaudum planè in-
,, Dominatum integrum restitueret, damnaque
,, illata sarciret, quibus confectis si Nuntios po-
,, steà de pace mitteret, tum se sibi consilium ca-
,, pturum, & quod res poscere videretur, respon-
,, surum.
,, Cardinalis Triuultius, qui in Galliam ad Re-
,, gem progredi iubebatur, non abs re facturum
,, se existimauit, si remotis arbitris Cæsarem
,, conueniret. Tametsi enim oratione paulò ar-
,, rogantiore, palam vsus fuerat, priuato tamen
,, colloquio longe leniorem præbiturum illum
,, arbitratur, & ad quasdam pacis conditiones
,, magis procliuem futurum. Dicendi potestate
,, facta, inter cætera rogat, si Rex de redintegran-
,, do Sabaudo conditionem acciperet, aut certè
,, quæ bello occupata erant, apud sequestrum de-
,, poni assentiretur, num gratum ipsi esset, vt Re-
,, gi nuntiaret, Ducatum Mediolanensem Aure-

Digitized by Google

liano datum iri. Cæſar negat placere. Tum Cardinalis obnixe illum rogare cępit, ne quidquid poſteà accidiſſet controuerſiæ, quod facere conſtituerat, commutaret, ſed in eo perſeueraret, quod Romæ in celeberrimo, & grauiſſimo cœtu Papę, Collegij Cardinalium, & coram tot exterarum gentium Oratoribus pollicitus fuerat. Negat ſe Cæſar, quod conſtituerat, mutare velle, vt qui nunquam in animo habuiſſet, hunc Ducatū tradere, conſilium dumtaxat fuiſſe Regem blandis verbis delinire, & omni ratione efficere, vt arma deponeret, dum ipſe exercitum compararet par pari illi referens, qui Sabaudum verbis lactauerat, ſimul etiam adortus ſpoliauerat. Nullū aliud reſponſum Cardinalis elicere potuit. Itaque venia accepta Alpibus ſuperatis ad Regē proficiſcitur; Collegam Cęſar aliquot dies apud ſe habuit, deindè Mediolanum miſit, illicque præeſſe iuſſit,

17 Accepta à Pontifice poteſtate, Cardinalem Caracciolum Mediolanenſem Præfecturam ſuſcepiſſe, oſtendunt literæ Guidiccini Epiſcopi, Internuncij Pontificis apud Cęſarem XIII. Auguſti exaratæ. Suſpecta verò ſunt alicuius Hiſtorici verba, dum ait falſum Cęſarem ſe dolo propoſuiſſe pacis legem coram Pontifice, & Cardinalibus, atque errare putándus eſt, non aliter, quam Carpum, (nondum Cardinalem) pro Caracciolo miſſum dixit, maximè, cum in eandem pacis legem octauo poſt anno, cum Gallo Rege Cęſar conuenerit. Potius itaque opinandum eſt, Cæſarem ſolutum ſe religione promiſsi exiſtimaſſe, cum tempore conſtituto conditionem oblatam, Gallus non admiſiſſet: fuiſſe auerſum verò à pace, quia ex virium amplitudine, ſpe, & cupiditate ab aſsentatoribus correptus, Galliæ occupandæ inhiaret, ducique ſe fineret ambitioſis conſilijs Antonij Leuæ, de quo hæc refert Paulus Iouius, [Antonius ex prouentu victoriarū ſuarum, vſque adeò Gallicæ militiæ elatus, contemptor euaſerat, vt ex vaticinatione quorumdam futura prędicentium Carolum Gallię Regem euaſurum, & ſe voti compotem, apud Pariſios in ipſa victoria fato conceſsurum profiteretur.

Refracta eſt contrario exitu ea militaris iactantia, ac Cæſar contemptis monitis Pontificijs, irrupit in Galliam itineribus varijs, ſed præcipuè per maritimas Alpes, perque Tendanos Prouinciæ exercitum florentiſſimum infudit, cuius primo impetu Antipolis vltrà Varum flumen capta non ſine ſtrage, direptaque eſt, nec terra modo, ſed etiam mari Galliam inuaſit, ſubſequuta enim eſt à Saonę portu claſsis Duce Andręa Auria, quę multas Italicarum copiarum cohortes, quibus Ferdinandus Sanſeuerinus Salernitanus Princeps imperabat, ſubuexit. Gratia hoſtium multitudine territa, ſine vulnere iugum ſubijt. Forum Iulium etiam deditionem fecit, ac tum ad abrumpendos Cęſaris progreſsus, Franciſcus Rex lugubre, ſed neceſsarium conſiliū ſumpſit euaſtandę Prouincię corrumpendorum commeatuū cauſa, ne hoſtis ijs ſuſtentatus interiores Regni Regiones penetraret; nec ſine clade id Cęſarianis contigit; iniectus enim ignis Syluis, facileque pineta corripiens cōtinentę flamma ingentem calonum mercatorum, ac mulierum ſequentium caſtra exuſit, ſtultique adulatores canebant Cęſari prælucentes flammas victoriam portendere; ac licet initio in Pagis, affatim commeatus fuerint reperti, tamen poſtea cum vlteriore regione ij, à Gallis corrupti, exuſtiq; fuiſsent, inedia cœpit laborare exercitus. Auria porrò claſse in Tolonę Portū inuectus, metu tormentorum prędiſidiarios ad turrem dedendam adegit, Cęſareus etiam equitatus, commiſso primum ancipiti, deinde ſecundo cum Gallis ad Brugnolam certamine, miſeram Vrbem effuſè diripuit. Vaſtius in Arelatenſem agrum excurſione facta, pleroſque ciues, nil hoſtile metuentes, intercepit, necnon Cęſar ad Maſsilię conſpectum copiarum partem promouit exploraturus, an tumultus ab ijs, qui occultè ipſius rebus ſtudebant, excitaretur; ſed cum inani ſpe pauiſſet diu cupiditatis famem, caſtra ad Aquas Sextias defixit, & qui Gallias victorijs ſe peragraturum ex ſomnio aſſentatorum exiſtimauerat, vlterius progredi non potuit, cum Franciſcus Rex, fortiſſimo ſuccinctus exercitu Auenionem acceſſiſſet (adducto, ſecum Annæo Memorantio, Equitum Magiſtro, bellicæ artis gloria florentiſſimo) expectaretque in dies viginti Heluetiorum millia auxiliaria. Nam licet Heluetij Cęſari polliciti eſſent, ſe in nullam partem inclinaturos, tamen vbi Cæſarem in Gallias irrupiſſe acceperunt, veriti ne ſubacta Gallia ſeruitutem ſubire cogerentur, fœderumque cum Gallis olim initorum memores, ac ſtipendiorum illecebra pellecti, ad defendendam Galliam procurrerunt. Interea aſperiora omnia acciderunt Cæſari, nam à Tolonę Portu, ob itineris intercapedinem commeatus ægerrimè Caſtris Cæſareis inferri potuerunt, cum è ſaltibus incognitis aſſilirent in viatores, ac præſidiarios interficerent, inde fames in caſtris Cæſareis, & diſsenterica lues ex fugacium fructuum, vuarumque immaturarum eſu ingraueſcere cœpit, adeò vt Germanorum corpora paſſim ſternerentur. Cumq; aduerſi exercitus proximo interuallo diſtarent, immaniſque cædes expectaretur in dies, Pontifex cœptæ concordiæ conſilia maiori ſtudio, & contentione vrſit, de quibus hæc ad Cæſarem ſcripſit.

Imperatori.

18 Chariſſime. Etſi tæpiſſimè, ac multis animi noſtri ſignificationibus oſtendimus deſiderium, quo maximè tenebamur, prout tenemur conficiendi pacem inter Maieſtatem Tuam, & Regem Chriſtianiſſimum, ſolicitat nos nihilominùs officium noſtrum, necnon pietas, & charitas noſtra erga vniuerſam Chriſtianitatem, cuius tranquillitas ex hac potiſſimum pace pendere videtur; quamobrem, ne huic rei in aliquo, (quod ſe nobis offerat) defuiſſe videamur, præcipuè in abſentia Dilecti filij noſtri Cardinalis Caraccioli, quem Legatum, ſuper hoc noſtrum ad Tuam Maieſtatem deſtinauerамus, mittimus ad Tuam Maieſtatem Dilectum filium Ambroſium Recalcatum Prothonotarium Apoſtolicum, Secretarium noſtrum intimum, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXVI. Auguſti MDXXXVI. Anno II.*

Internuntium etiam alium ad Franciſcum Regem, concordiæ interpretem miſit: cæterum Franciſcus Rex, paulò ante grauiſsimum doloris vulnus acceperat, ex Franciſci Delphini Regni hæredis obitu, cum menſe Auguſto ex ludo pilæ æſtuans, epota intemperanter aqua frigida pleuritidem concepiſſet, vt diarij Author refert. Dum porrò Cæſar ad aquas Sextias hæreret, triſti Nuntio perculſus eſt, Genuam in diſcrimen adductam, cùm Galliæ Rex, Guidonis Rangoni opera, propè Mirandulam exercitum confeciſſet, ad quem Fregoſij, & Genuæ exules confluxerant, rerum-

Extant in m.s. Card. Spad. fig. n. 99. pag. 297.

Ciacc. in vita Pauli III.

Martinus Bellanus.

Paulus Iouius lib. 33

Cæſar in Galliam irrupit.

lib. 8. Paulus III. lib. brev. an. 2. pag. 430.

Ext. etiam in m.s. Card. Spad. fig. n. 269. p. 295.

Præmiſſi Cardinali bus Legatis Internuntij.

Frāciſcus Galliæ Delphinus moritur.

Petrus Paulus Gualter. Aretin.

Digitized by Google

rumque nouarum ſtudioſos non parum erexerant, quo audito Andreas Auria ſubſidiarias copias triremibus deuehendas celerrime ſubmiſit, quibus confirmati Genuenſes, hoſtem admotis ſcalis in mœnia ſubeuntem propulſarunt, indè Guido Cariuiuianum Oppidum prouectus deditione recepit, ac Taurino, aliiſque Arcibus præſidiarios ſubmiſit: extracta porrò in plures menſes aquarum Sextiarum obſidione, Maſſiliaque fruſtra tentata, & morbis Cæſareum exercitum depaſcentibus Antonius Læua infælicis belli Auctor fractus diuturnis artuum doloribus, atque ira, mœroreque ex aduerſis rebus confectus, in caſtris intra dies pauciſſimos interiit.

Antonius Læua moritur mœſtitia concepta, de infælici exitu belli Gallici.

19 Extincto belli ſuaſore, ſtudia bellica refrixere, & ſpe victoriæ deiecti Duces Cæſarei, ad receptum inclinarunt, nec Cæſar res ſuas vniuerſi certaminis aleæ committendas cenſuit; Annæus pariter Memorantius Gallici exercitus Dux, qui ad Cabillonem Caſtra erexerat, eaque munitionibus diſpoſitis in coronam tormentis bellicis vallarat, propendebat ad pacis conſilia, ne ex ancipiti prelio Gallia in diſcrimen conijceretur, de quo factus certior Pontifex, de optimis conſilijs grates egit, expoſuitque quantum diſcrimen à Turca, ſi Chriſtianorum vires vniuerſo certamine cliderentur, impenderet.

Magiſtro Franciæ.

Paul. III. lib. breu. an. 2 pag. 642.

Dilecte fili ſalutem &c. *Ex compluribus Dilecti filij Cardinalis Triuultij Legati*, ac Venerabilis Fratris, Epiſcopi Fauentini Nuntij, iſtic noſtrorum literis, nouiſſimeque ex Dilecti filij Latini Iuuenalis Secretarij Noſtri, nuper ad nos reuerſi, verbis intelleximus, quo ſtudio tua Nobilitas, & quam pijs officijs continuè animata, & vſa fuerit in pace, & concordia ſuadenda. Qua ex re, fili Dilecte, etſi eramus antea ſingulari ergà te amore incenſi, ob tua in Sedem Apoſtolicam, quam ſemper coluiſti, egregia merita, tamen tantum lætati fuimus, tantumque ad priorem in te beneuolentiam adiecimus, quantum tua pietas, ac rei tã neceſſariæ, & ſalutaris vtilitas poſtulat, cum enim hoc duorum Principum tantorum bello vniuerſæ Chriſtianitatis vires abſumptũ iri, nemo ambigat, nemo etiam non videt illis acciſis, ac debilitatis, communem hoſtem Turcã in commune noſtrum exitium primo quoque tempore irrupturum; cuius periculi certa indicia nobis, idem hoſtis nunc præbet, cùm tantam claſſem, tantumque apparatum naualem, in proximum ver moliri dicitur. Ergo nos, qui prudentiam tuæ Nobilitatis antea audiueramus in bello, nunc pietatem audientes in ſuaſionibus pacis, agimus Deo gratias, quod apud Chriſtianiſſimum Regem, talem virum tali gratia, & auctoritate pollentem, nobis hoc tempore conceſſerit, qui pro bonitate velit, & pro auctoritate poſsit nobiſcum in commune bonum, quod ab vna tantum concordia dependet conſulere: ſed & poſt Deum, etiam tibi agimus fili gratias, qui tali animo es, te enim adiutore ſperamus reddi compotes huius voti, quod nobis à natura inſitum, à Paſtorali officio iniunctum, minę, nũc & apparatus communium hoſtium Turcarum, quas tuæ Nobilitati non ignotas eſſe confidimus, augent, & exacuunt, &c. *Dat. Romæ apud Sanctum Petrum &c. XIV. Octobris Anno MDXXXVI. Anno II.*

Pontifex de conſilijs pacis Memorãtio gratias egit.

☞

Paulus Iouius lib. 35

20 Submiſsi à Pontifice Cardinalis Triuultius, Rodulphus Pius Carpenſis, Epiſcopus Fauentinus, paulò poſt Cardinalis; impetrarunt facilè pijs precibus, ne ſummo Reipublicæ Chriſtianæ incommodo, armis concurreretur, quamquam tollere ſimultates, & ſuſcepti belli controuerſias diſſoluere non potuerunt; cuius rei cauſæ „ hæ afferuntur à Franciſco Belcario. [Neque „ Cæſar prior de pace loqui, neque Franciſcus „ voluit, ille quod ſe à fortuna, non noſtrorum „ induſtria, aut fortitudine vinci agnoſcebat, „ Franciſcus, quod illius exercitum ſeminium putabat, itaque ambæ Legationes irritæ fuerunt, niſi quod Paulum Pontificem „ ſuo officio non defuiſſe declararunt;] è Legatis Caracciolus, permittente Pontifice, Legationem ſuam apud Cæſarem à pace abhorrentem commutarat cum Mediolanenſi præfectura, vt diximus, Triuultius verò è Gallia reuerſus iv. Nouembris Legationis ſuæ rationem, ac ſeriem Pontifici retulit. His addit memoratus Belcarius in Caſtris Cæſaris famem, vehementer in dies auctam, adeò vt panis aliquot diebus deſideratus ſit. Cùm verò in eo bello Venuſinus Comitatus Pontificiæ ditionis in ſummo diſcrimine verſaretur, atque ab Annæo Memorantio ab hoſtili graſſatione fuiſſet vindicatus, Pontifex illi grates his literis egit.

Quare à Legatis firmata, nõ fuerit.

Franc. Belcar. lib. 21. lib. 57.

Acta Conſiſtor. fig. 133.

Caſtra Cæſaris fame laborant.

Magiſtro Franciæ.

Paul. III. lib. breu. an. 2. pag. 611.

Dilecte fili ſalutem, &c. De tua optima erga nos, Statumque, & res huius Sanctę Sedis, ac noſtras, mente, ac voluntate certiores quotidiè ſumus redditi, ſic enim retulit nobis, idque ſæpiùs Venerabilis Frater Iacobus Sadoletus Epiſcopus Carpentoratenſis nobilitatis tuæ ſtudioſiſsimus, quem nos modo ipſius meritis, & virtutibus adducti, in ſacrum ordinem Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium retulimus, te in hoc proximo bello, quo regiones iſtæ Prouinciæ Galliæ, populique in illis noſtri, & Status Eccleſiaſticus in maximo metu, ac periculo, conſtitutus fuit, tantum ſtudium adhibuiſſe, tantaque vigilantia eſſe vſum, quo res iſtic noſtræ conſeruarentur, ac quoad fieri poſſet, à detrimentis belli, & licentia militari prohiberentur, vt nihil fieri potuerit, nec amantius erga nos, nec tuo iſti animo, & præſtantiſsimæ virtutis conuenientius; certè enim primarias Vrbes ditionis iſtic noſtræ Auenionem, & Carpentoratum tua auctoritate, & diligentia nouimus fuiſſe conſeruatas, quæ vt nobis gratiſsima à Nobilitate tua accidant, noſque quotidiè magis te amare, ac magnifacere teneamur, etſi tu tuæ virtutis potiſsimum præmium ipſam habeas virtutem, gratiamque eam, & laudem, quam apud Deum, atque homines, rectè ſemper agendo tibi comparas, quæ vna quidem merces laborum, & vigiliarum noſtrarum ſempiterna eſt: tamen nos quoque, Nobilitati tuæ, tanto animi ſtudio, tantaque charitate reddimur affecti, vt nequaquam ſatis dignas gratias iſti animo, & amori tuo erga nos agere poſſe videamur: ſed agimus eas tamen, & pro noſtra, ac huius Sanctæ Sedis facultate, & auctoritate, quantum cum Deo licitum erit, occaſioque tulerit, etiam referre ſumus parati, ita noſtra prompta, erga te, ſtatum, honorem, & commodum tuum voluntate, vt in omnibus rebus ſis cogniturus, ad Paternum noſtrum erga Nobilitatem tuam animum, ſingularemque beneuolentiam, nihil iam addi vlterius poſſe: quod ſupereſt, etſi ea te, apud te non eget commendatione, tamen vt teneamus officium noſtrum, cauſam Chriſti & fidei in iſto Regno, quæ à te ſemper fortiſsime defenſa à chariſsimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Rege verè Chriſtianiſsimo inuicta retenta eſt, populoſque iſtic

noſtros,

Digitized by Google

nostros, eorumque pacem, & incolumitatem Nobilitati tuæ, vehementer commendatam esse cupimus. *Datum Romæ XXIX. Decembris MDXXXVII. Anno II.*

Hisdinum captum.

Pulsis Prouinciæ finibus, & Peronæ obsidione Cæsarianis Franciscus Rex ad rependendas hosti clades exercitum in Belgium induxit, ac quinquagesimo obsidionis die Hisdinum munitissimam Vrbem expugnauit, tum in Insubriam irrumpere proximo anno meditatus (Christiani nominis, animæque salutis oblitus) impio fœdere cum Solimanno percusso, illum proximo anno ad Regnum Neapolitanum inuadendum pellexit, ac Barbarossa hoc Anno in Minoricam inuectus, capta Magonis portus Arce Oppidanos in seruitutem abduxit, petijtque Constantinopolim ad vires aduersus Christianos instaurandas: ex grauiore enim bello, iuter Cæsarem, & Franciscum Regem accenso, exultantes Turcæ ad inuadendum, summo conatu Christianum Imperium procurrerunt, quibus propulsandis vigilantissimus Pontifex intentus vniuersos Christianos cohortatus est, vt Christiana constantia Turcica molimina retunderent, atque inter alios Cliffę in Dalmatia munitissimæ Arcis, cui occupandæ inhiabant Turcæ, præfectum, populumque Pontificij subsidij certissima spe ad Turcicas grassationes reprimendas confirmauit.

Paulus Iouius libr. 35.

Francus Galliæ Rex cum Solimanno contra Cæsarem Fœdus iniit.

Paulus III hortatur Christifideles ad vires Turcicas reprimendas.

Dilectis filijs, Loeumtenenti, & hominibus Clisij.

Intelleximus, quanto in periculo constituti sitis ob ea, quæ Turcæ aduersus vos continuè moliuntur, & qua in penuria pulueris, & frumenti reperiamini, quantaque sit vestra in vobis, & ista Arce tuendis fortitudo, & in Deum, ac Sanctam Religionem pietas, & feruor: laudamus vos filij in Domino, vestramque virtutem, & pietatem plurimum commendamus, hortamurque (licet non necessario) vt in hac tolerantia constanter perseueretis, nos enim numquam vos deseremus, sicut hactenus non deseruimus, &c. *Datum Romæ apud S. Petrũ XXI. Octob. MDXXXVI Anno II.*

Paul. III. lib. brev. an. 2. pag. 534.

Ornauit verba operibus Pontifex, ac præter submissa tormentarij pulueris, & frumenti subsidia pro toleranda obsidione Turcica, Veneros ad eos defendendos obstrinxit, de quibus Ferdinandum Regem, sub cuius clientela erant, fecit certiorem,

Regi Romanorum.

Vbi pag. 534.

Chariſſime, &c. Quam curam, & solicitudinem de Tuis Oppido, & hominibus Cliffiæ, hactenus susceperimus, quodue subsidium, nuper ad eos miserimus, & officium quoque auctoritatis nostræ pro eis, apud Venetos interposuerimus, arbitramur Maiestatem Tuam ex Oratore nostro, quem ad Te super hoc misimus, & ex literis Agentis apud nos tui plenius intellexisse, &c. *Datum Romæ XII. Decembris MDXXXVI. Anno III.*

23 Infestantibus etiam superiore anno Poloniam Turcis Pontifex hoc ineunte anno, Regem Poloniæ ad Turcas contundendos solicitarat, illumque de parta à Cæsare de Turcis in Africa victoria, deque ingenti clade Turcarum à Sophianis in Syria accepta fecerat certiorem, deque conficienda in communem hostem generali expeditione spes Polono iniecerat.

Regi Poloniæ.

Paul. II. lib. brev. an. 2 p. 48.

Chariſſime. Gratissimas recepimus superioribus diebus complures literas tuas. In illis enim omnibus manifestè repræsentata nobis est, semper nobis perspecta, erga nos beneuolentia, & in hanc Sanctam Sedem, deuotio tua, quibus nos, vt decet grato animo, & paterna, ac peculiari dilectione respondemus, & semper respondebimus. (Et infrà:) Sed etsi, fili chariſſime, tua pietas hortatione non eget, tibique iustè compatimur, quod tali ætate, cui requies potius debeatur, in tam remotis, & asperis locis bellum resumere studio Catholicæ fidei decreueris; tamen te hortamur, vt in veteri tua gloria, & pietate persistas, cum pro tuorum Regni, & Dominiorum, fidelium conseruatione, tum zelo eiusdem Catholicæ fidei, cui ad extremum deesse non debes, eo etiam magis, quo clarè perspicimus, aspirare Dei fauorem, suis Fidelibus concessa hinc Serenissimo Cæsari Africana victoria, inde perfidis Turcis magna clade in Syria, recenter afflictis, sicut certis, nuper ex Cõstantinopoli significatum est: ex quibus firmam spem in Domini misericordia reponimus, breui fore vt Chriſtianis Principibus ad concordiam redactis, cui nos rei incessanter incũbimus, & incumbemus Sancta Costantinopolitana expeditio, communiter susciptur, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum die XI. Ianuarij MDXXXVI. Anno II.*

Pia Regis Poloniæ studia gerendi in Turcas belli.

Additi stimuli, vt in tuendæ fidei constantia perstet. pag. 49. in lit. Cardin. S. 4. ait per Sophi nasti clade. De Turcis in Syria à Sophis, in Africa à Cæsare victis fit certior. Blos.

24 Præclara illa conuertendorum in Turcas Chriſtianorum armorum consilia funestis Cæsaris, Regisque Gallorum dissidijs extincta sunt; quibus etiam præclariſſima euertendi Anglorum Tyranni, restituendæque ampliſſimo, Regno Religionis Catholicæ occasio intercisa. Quam enim honestius ad famam, ad Dei gloriam magnificentius, Cæsar arma in Anglum, quam in Gallum conuertisset, Chriſtique, & Matertęræ iniurias, excutientibus Tyranni iugum pluribus populis vindicare potuisset. De conuersionibus verò rerum Angliæ dicturi ordine, primum à Catharinæ Angliæ Reginæ morte, quam à Cæsare in ipsius declamatiuncula, aduersus Gallorum Regem, coram Pontifice, & Cardinalibus habita deploratam, audiuimus, modo agemus. Traxit illa diu acerbissimam vitam ex impijs Henrici Regis facinoribus, tum etiam Annæ Bolenæ pellicis artibus variè afflicta, in primis verò, cruciata illa fuit ex inhumana sæuicia, quam Regij Administri in venerabilem Senem Ioannem Forestum Ordinis Sãcti Francisci, qui Sacras Reginæ exhomologeses excipere consueuerat, exercuerunt: plurimos iam vir Sanctus cruciatus, & horridum biennij fluxu inter latrones carcerem perpessus, ad martyrij palmã pro defenso Regio coniugio, & fidei Catholicæ veritate constantissime seruata incorrupta, anhelabat, cùm Regina, pias hasce literas ad eum scripsit.

Sander. de Schis. lib. 1

Io: Forestus Franciscanus Cõfessarius Catharinæ Reginæ cum latronibus detinetur in carcere.

,, Mi Venerande Pater, qui dubijs aliorum casibus adesse consueuisti, ignorare non potes, ,, quid tibi nunc conueniat ad certamen pro ,, Christi causa vocato. Si paucas has, breuesque ,, tormentorum pœnas, quæ tibi directæ sunt, ,, perueleris, æternam, (vt scis) mercedem es recepturus, quam, qui propter vllam vitæ huius ,, præsentis tribulationẽ amittere voluerit eum, ,, ego omni ratione destitutum arbitrarer. Sed ,, ò te fœlicem patrem meum, cui Deus dedit, vt ,, præ multis ipse mortalibus hoc cognoscas, & ,, vt sanctissimæ vitæ, ac laborum tuorum cursum, haud aliter, quam his pro Christo vinculis, tormentis, ac crudelissima morte consumares; Et ò me miseram filiam tuam, quæ ,, hoc tempore mœroris, & solitudinis meę tali ,, monitore, ac tam adamato in visceribus Christi Patre, sum priuanda. Atque sanè, si liceat

Extant apud eundem.

Regina Catherina eum literis consolatur.

mihi

,, mihi in hac re, quid ardentiſsimè cupiam tuæ ,, charitati (cui arcana cordis, ac conſcientiæ ,, meæ omnia hactenus, vt debui ſemper reue- ,, laui) liberè confiteri: fateor me ſummo tecum ,, vel ante moriendi deſiderio flagrare, (atque id ,, quidem modo Diuinæ voluntati, cui omnia ,, vota, viramque meum lubens, ſemper ſubijcio) ,, non repugnaret, maximis quibuſque tormen- ,, tis compararem: ita mihi non libet, hoc infœ- ,, lici mundo gaudere, ijs ſublatis, quibus di- ,, gnus non eſt Mundus, &c.

Reſpondit Reginæ Catherinæ, in hanc ſenten- ,, tiam Confeſſor Chriſti. [Te vehementer ro- ,, go, vt continuis precibus inſtantem agonem, ,, & certamen meum ſubleues. quod ſi feceris, ,, (ſicut certè facies) nec de conſtantia mea ve- ,, lim dubites, nec de grauibus mihi deſignatis ,, pœnis ſis ſollicita: non enim decet, hos canos ,, meos iſtis terriculamentis puerorum in cauſa ,, Dei moueri, nec virum, qui ſexaginta quatuor ,, annis iam vixit, mortem turpiter effugere, nec ,, Religioſum quadraginta tribus annis in habi- ,, tu Sancti Franciſci diſcentem, & docentem ,, terrena contemnere, non amare, ſed omni co- ,, natu aſpirare ad cœleſtia, &c.

Moritur Catherina Regina non ſine ſuſpicione veneni

25 At viſum eſt aliter Diuinæ Prouidentiæ, nam Ioannis Foreſti martyrium ad biennium extractum eſt, Regina verò non ſine ſuſpicione veneni ad octauã Idus Februarij, ætatis anno quinquageſimo, ac trigeſimo tertio, quo in Angliam veneratè, vita exceſsit, cùm prius Henricum Regem hiſce literis amantiſsimi officij præmo- ,, nuiſset. [Domine mi Rex, & coniux dilectiſsi- ,, me, aduentante iam mortis meæ hora, amor, ,, quo te proſequor, facit, vt admoneam te pau- ,, cis, æternæ ſalutis animæ tuę, quam vniuerſis ,, huius Mundi bonis, ac rebus mortalibus an- ,, teferre debes, neglecta etiam tui corporis cu- ,, ra, propter quam, & me in calamitates mul- ,, tas, & teipſum in plures ſolicitudines conie- ,, ciſti: ſed ego tibi ex animo omnia condono; ,, precorque vt eadem condonet tibi Deus, quod ,, reliquum eſt, comendo tibi Mariam, commu- ,, nem noſtram filiam, vt patris officium in il- ,, lam præſtes.] Pertulit illa aduerſa omnia ſumma animi conſtantia, ac ſecundas res, & aduerſas experta, hanc ſententiam de ijs proferebat: ,, Fortunam ſe non aſperrimam, nec leuiſsi- ,, mam, ſi daretur optio, electuram, cùm vtra- ,, que ſuas tentationes, ac pericula habeat, ſed ,, mediam potius, ac temperatam; ſi tamen alter- ,, utra eligenda eſſet, malle ſe triſtiſsimam ,, quam blandiſsimam, infelicibus enim rarò ,, deeſſe cõſolationẽ, fortunatiſsimis ferè ſemper ,, mentem.] Adſcripſit illa infelices matrimonij ſui ſucceſſus, tum peccatis ſuis, tum grauiſsimo ſceleri ab Henrico VII. ſocero Rege admiſſo, vt qui ante nuptias Catharinæ, cum Arthuro ad Regni ſucceſsionem aſſerendã, innocentiſsimum iuuenem Eduardum Plantagenetam Ducis, Clarentiæ filium, & Eduardi Regis IV. ex fratre nepotem, matriſque Reginaldi Poli poſtea Cardinalis fratrem, necari iuſſerit, quod confirmat etiam memoratus Reginaldus Polus, qui ſic loquitur.

Reginald. lib. 3. 278.

,, O ſi nunc Rex Pater tuus reuiuiſceret, & me ,, videret ſororis filium eius, quem ipſe, etſi om- ,, nium innocentiſsimum, vt omnes norunt, ta- ,, men, quod nimium propinquus videbatur, Re- ,, gio nomini, ex quo poſtea impedimenta ,, ſucceſsioni ſuæ exoriri poſſent, tollendum è ,, vita curauit; ſi ille inquam reuiuiſceret, & me ,, videret natum ex ea domo, vnde ipſe impedi- ,, menta verebatur, poſteritatem ſuam defendere, ,, quam tu filius oppugnares? Quale hoc illi mõ- ,, ſtrum videretur? quam nunc apertè cognoſce- ,, ret humanam prudentiam, parum ipſam per ,, ſe valere ad omnia impedimenta tollenda per- ,, petuandæ ſucceſsionis? Nulla enim certè res ,, illum ad cædẽ Auunculi mei impulit, qui om- ,, nium conſenſu, tota vita innocentiſsimus, ha- ,, bitus erat, & vt Scriptura ſolet dicere, [tãquam ,, infans vnius anni,] niſi, quod cum ille Regis ,, Edoardi fratris filius eſſet, & ſolus in illa ſtir- ,, pe mas relictus, proſpiciebat, quam facilè eius ,, cauſa nouæ de iure Regni ſeditiones contrà ,, ſuam domum exiſtere poſſent, quemadmodum ,, quidem aliquas ipſe, dum vineret, expertus ,, erat, cum populus amoris mei Auunculi cau- ,, ſa ſemel, atque iterum in armis fuiſſet, & ſæpè ,, tumultuari ſoleret. Hoc ergo ſublato exiſtima- ,, bat poſſe ſe, & ſuos hæredes ſecurè agere, ac ſi- ,, ne vllo metu regnare, impedimenta omnia eſ- ,, ſe ſublata, perinde quaſi in Regnorum ſucceſ- ,, ſione nullas partes Dei prouidentia obtineret, ,, prudentia humana omnia faceret.

26 Extincta Catharina Regina, triumphauit gaudio æmula pellex Anna Bolena, cui cum nonnulli de aſſerta Regia dignitate gratularentur, in ,, rabiem efferata reſpondit, [Doleo non qui- ,, dem, quod ſit mortua, ſed quod tam honeſto ,, mortis genere obierit.] At vindex Numen nequiſsimæ adulteræ ſupplicium, quod illa inſonti Reginæ optauerat, quinto poſt menſe intulit. Pepererat Anna percuſſa anathemate, informẽ carnis molem pro expetito, adeò filio, Annæque faſtidio affectus Henricus Ianæ Semeriæ Regiæ famulæ Amoribus ſeruiebat. Cumque prolis maſculæ ſuſcipiendæ eſſet cupidiſsimus, Anna ad prolem illi adulterinam ſupponendam, artes conuertit; ac primum (ſummo dedecore Henrici, qui illam perditiſsimè amauerat) ſe proſtituit Georgio Boleno Fratri, vt Regni Anglici ſceptra moderaturus ex vtraque parte Bolenorum ſanguine proſeminatus eſſet, cumque fraus non ſuccederet, etiam ſe alijs amaſijs, ac demum Marco Muſices Magiſtro turpiter addixit maximo contemptu Henrici, qui pro hoc ſcorto impuriſsimo, Reginam, Famam, Eccleſiam, Animam, Chriſtumque contempſerat. Auxit hęc probra, quod Anna Bolena Henrici ſpuria exiſtimaretur, idque à pueris Pariſienſibus cantillaretur, atque etiam in angiportibus, valuis, & plateis affixum Epigramma hoc proſtaret.

Anna Bolena pro inceſtuoſo, & alijs adulterijs cum adulteris pœna capitis punitur.

Iuno Iouis ſoror, atque vxor; verum Anna Bolena
Et ſpuria Henrici filia, & vxor erat.

Demum iniquus meretricis ſpurciſsimæ amor, in iuſta odia veſſus eſt, atque illam Henricus (vna cum amaſijs) in vincula coniecit, vt iuſta ſupplicia de ijs ſumerentur, quo accepto Paulus Pontifex concepta de Henrico meliori ſpe, hæc ad Ioannem Regem Luſitaniæ ſcripſit.

Regi Portugalliæ.

Accidit enim, nuper fili chariſsime, quod Diuino iudicio factum, nemo dubitare poſsit, quodque quamuis Tuæ Maieſtati aliunde ſignificandum, non putauimus à nobis prętermittendum eſſe, vt ſicut aſperitatem aliarum literarum noſtrarum, ſuper eodem accepiſti, ita nunc lętiores acciperes; Rex enim Angliæ Henricus, qui propter Annam adulteram, tanta ſe immanitate, impietate, & ſacrilegijs fœdauerat, nunc illam, cum ſuis

Anna adultera ab Henrico conięcta in carcere

suis in carcerem coniecit, quæ res initium resipiscentiæ eius fore speratur, tamquam causa morbi abscissa, & malis consilijs repudiatis ad gremium & obedientiam S. R. E. redituri; quod nos lætanter accipientes pari lætitia à tua Serenitate, ac Principibus cæteris accipiendum existimamus, non tam nouissima huius Regis demerita, quam vetera merita recordantes, egregium enim & pientissimum Principem antea se præstitit, sicut tua Serenitas meminisse potest, cum in hæreticis stylo, tum in Schismaticis bello persequendis, fideque, & deuotione singulari Romanis Pontificibus, & Apostolicæ Sedi semper exhibēda. Vtinam igitur Pastor Cęlestis hāc ouem tam nobilem ad ouile pietatis reducat, & eum finem videamus diuinæ iustitiæ, ac benignitatis, quem hæc initia nobis pollicentur, &c. *Datum Romæ &c. XXVI. Maij MDXXXVI. Anno II.*

Nol.

Iam illam Henricus decretoria Iudicum sententia damnatam adulterij, & incestus crimine. XIV. kal. Iunij securi percuti iusserat, ac triduo post eius adulteri Georgius Bolenus eius frater, Henricus Norefius, Guillelmus Bruertonus, Franciscus Vestonus, & Marcus Smetonus Musicus supplicio publicè non tam suo sanguine Henrici opprobria extersere, quam expressere: Thomas verò Bolenus, qui Annæ pater centebatur, ferendæ in eam sententiæ interesse coactus est, atque ex dolore confectus obijt.

Sander. vbi sup. Petrus Paulus, Gualterus, Aret. in diaria: Franciscus Belcar. lib. 31. n. 62.

27 Sublata ita Anna Bolena, cuius causa pessumdata in Anglia fuerat Religio, excitataque in Sanctos Dei persecutio, sperabant pij omnes Henricum ad saniorem mentem reuersurum: sed cupiditates indomitæ illum in flagitia impulere, atque à Deo auerterunt; licet enim effusos in Annam Bolenam meretriculam amores damnaret, pœniteretque ipsum Mariam filiam Catharinæ Reginæ susceptam Regni hæreditate exclusisse, ac multa impie gessisse, fastu tamen impio elatus, acceptos supremi Anglicanæ Ecclesię capitis apices abijcere, ac demisse ad Vicarij Christi obsequium redire aspernatus est: sectam potius nouā Mahometis exemplo condere meditatus, vt in eius gestis narrat subiectis verbis Sanderus. *a*

a Sander. lib. 1. de Schism. Anglic.

„ [Ad sextum Idus Iunias tum comitia publica, quam Synodum Episcopalem indixit, „ in quibus posteaquam non parum sibi displi- „ cere significasset, quæ tam studiosè antea Bo- „ lena filia in Mariæ Principis detrimentum „ facta fuissent, eaque iam irrita esse velle; in „ vtroque Concilio disceptari, consultarique „ iussit, quænam fides, quænam etiam forma „ religionis ac Diuini cultus, deinceps in An- „ glia teneri deberet, nam hactenus confusa om- „ nia, ac perturbata videbantur, & Anna do- „ minante rerum omnium licentia subingressa „ vniuersa miscuerat, nec quid quisque affirma- „ ret, crederet, aut faceret certum, aut consti- „ tutum habebatur. Primo tamen loco, ne Rex „ Pontificem timere videretur, aut ad Sedis obe- „ dientiam redire velle, præcepit ne quisquam „ de Primatu suo in hac consultatione verbum „ faceret: quem vt magis etiam nunc exerceret, „ constituit Thomam Cromuelum supremum „ suum Vicarium Generalem in causis Eccle- „ siasticis, ac Spiritualibus, eique sigillum „ quoddam peculiare assignauit ad causas eius- „ modi expediendas. Præsidere etiam illum vo- „ luit Episcopis omnibus in Synodo, ac Præla- „ torum conuentu, quod & sæpè fecit cum & „ Laicus tantùm esset, & omnis bonæ eruditio- „ nis expers. Septembri deinde mense sequente, „ auctoritate suæ Vicariæ Canones quosdam „ Ecclesiasticos, quos Iniunctiones vocabat si- „ gillo Vicariatus sui munitos Archiepiscopis, „ Episcopis, Abbatibus, reliquoq; Clero Crom- „ uelus præscripsit, in quibus præter cætera „ iubebantur Parochi sub grauissimis pœnis, „ vt Orationem Dominicam cum Salutatione „ Angelica, Symbolum item Fidei, & decem De- „ calogi præcepta, aliaque eiusmodi Anglicè in „ posterum in Ecclesijs docerent.

De quæ- noua cō- denda re- ligione in Anglia, Henricus consilium petit.

„ His ita constitutis, de alijs deinde rebus, fi- „ deique articulis in vtroque Consilio disceptari cœpit: & post longam difficilemque alter- „ cationem tandem libellus quidam editus est „ auctoritate publica, qui vulgò, Sex articulo- „ rum liber, appellatur, cum hac inscriptione „ Articuli per Regiæ Maiestatis Serenitatem cō- „ stituti. Horum primus transsubstantiationem „ in Eucharistiæ Sacramēto credendam esse iu- „ bebat: Secundus vnam speciem Sacramenti „ Eucharistiæ ad salutem sufficere: Tertius cœ- „ libatum Sacerdotum omnino retinendum: „ Quartus votorum castitatis, & viduitatis non „ temere factorum necessariam esse persolutio- „ nem: Quintus non modo Missarum celebra- „ tionem iuri Diuino consentaneam, verum & „ Missas priuatas fieri bonum & necessarium „ esse: Sextus denique auricularem confessionē „ in Ecclesia necessario conseruandam esse asse- „ rebat. Qui secus doceret aut crederet, post „ duodecimum diem Iunij proximè sequentis, in „ illum tanquam hæreticum supplicia grauissi- „ ma exercenda esse Regis Serenitas cum vtriusque Senatorij ordinis, & plebis in comitijs „ adunatæ consensu decreuit.

Deliramēta Henrici VIII. in constituēda noua religione in Anglia.

28 Non hæc valuere ad arcendas Lutheri Zuinglijque hæreses, cùm Anglia à suo Capite vero, scilicet Christi Vicario, diuulsa esset, nec palmes, qui in vite non manserat fructum facere potuit, non enim vt Sāctus Cyprianus *a* asserit, aliunde oriuntur hæreses, quam quod vni in Ecclesia Sacerdoti, & Iudici vice Christi non obtemperetur. Adde etiam ipsos decreti authores, Regem nimirum, Cromuelium eius Vicarium, Thomam Cramnerum Archiepiscopum, & alios Proceres, vtriusque ordinis occultè hæresi contaminatos fuisse: adeò vt Henricus visus sit, præ se flocci Deum fecisse, & Religionem non quam teneret, sed quam ad continendos in Regio obsequio populos aptiorem censeret, proposuisse. De illius enim incōstantia, factorum cum dictis pugna, & dissensione, hæc subijcit Sande- „ rus: [Henricus cùm hæc ipsa in Lutheranos „ ac Zuinglianos tam seuere decerneret, hæretica „ multa tenebat, eaque cum Lutheranis, & Zuin- „ glianis communia, verum etiam cum his ipsis „ suis articulis è diametro pugnantia; primum „ enim, vt omittamus Primatum Petri, ac vitæ „ Monasticæ institutum, quæ vtraque cum hæ- „ reticis contra Ecclesiæ Catholicæ doctrinam „ impugnabat, in ipsis Sacramentis immutabat „ omnia pro sua libidine; nam primò affirma- „ bat cum Catholicis septem esse Ecclesiæ Sa- „ cramenta, sed cum Lutheranis dicebat, tria „ esse tantum à Christo instituta, Baptismum, „ Eucharistiam, & Pœnitentiam: cætera qua- „ tuor, vt minoris momenti minusque necessa- „ ria, ab Ecclesia esse postea adiuncta. Deinde „ in Sacrificio Altaris, & in ipso Canone multa

a S. Cypria. lib. 2. ep. 3.

per-

,, peruertebat; nam expungebat vbique Pontificis nomen, & suum loco eius supponebat: ,, omnes etiam orationes in Missa pro Summo ,, Pastore prohibebat. In Sacramento autem ,, Pœnitentiæ, etsi Confessionem necessariam ,, esse diceret; tamen à Christo institutam esse ,, negabat; satisfactionis nomen omninò abolebat. Orare quidem pro Defunctis iubebat, ,, Purgatorij tamen nomen nullo modo permittebat. Ordinis Sacramentum fatebatur, sed ,, in eo tractando, & tradendo infinita permiscebat, imò nouam formam ordinandi Episcopos ipse præscripsit. Sacerdotes à coniugio prohibebat, Monachis tamen multis, qui ,, Sacerdotes non essent, vxores permittebat. ,, Votorum castitatis, & viduitatis necessariam ,, esse persolutionem volebat, cùm ipse nihilominus omnes, qui viginti quatuor annis minores essent à Monasterijs exire, & ad sæculũ ,, reuerti cogeret, grandæuos etiam quoscunq; ,, permitteret. Postremò, vt plura huius generis non percurram, cùm ipse in Sancta, Sanctosque omnes, & in eorum memoriam beneuolus, ac deuotus videri vellet, interea tamen ,, Ecclesiarum ornamenta, Sanctorum Reliquias ,, ac donaria, & quidquid erat pretiosum expilabat, & in suum fiscum redigebat: vt vel ,, nullam planè Religionem, aut Fidem coluisse ,, eum reuera existimes, *vel ve alterum quemdam Mahomeetem*, profanum quoddam Alchoranum ex diuersarum opinionum, ac Religionum assuturis ingenio proprio voluisse ,, constituere. Atque is quidem Religionis status in Anglia tunc fuit, tum à Catholica fide, ,, tum à Protestantium dogmatibus alienissimus, nec quidquam aliud reuera ab Henrici ,, adulatoribus colebatur, quàm Regis voluntas atque libido.]

29 Quod ad rapinas ex Ecclesijs, & Monasterijs ab eo congestas attinet, Turcarum tyranno, qui à Christianorum Templorum Sacra suppellectile in Turcico Imperio manus continet, longè nequior euasit Henricus. Præfecerat ille superiori anno lustrandis Monasterijs Leam quemdam Iurisconsultum impium, cuius studium in eo versabatur, vt Monachos in apostasiam impelleret, Virgineſque sacras ad stupra sollicitaret. Euersis enim Monasterijs eorum opes ad Regium fiscum auertere moliebatur. Cùmque is fallaci restituendæ religiosæ disciplinæ specie in Religiosorum crimine inquisisset, iuris prætextu grauissimum crimen ab Henrico patratum est. *Sander. lib. 1.*

Monasteria euertit & spoliat Henricus VIII.

,, [Pridie nonas Februarij (inquit Sanderus) ,, criminibus Religiosorum partim detectis, partim confictis, obtinuit in publicis Regni comitijs, vt minora quæque Monasteria, quorum ,, annui census nonnisi ad septingentos ferè aureos æstimabantur, libidini suæ dederẽtur. Initium fecit à minoribus tamquam Reipublicæ ,, minus necessarijs, & in quibus (vt aiebat) propter exiguum Religiosorum numerum, disciplina minus commodè obseruari poterat: re ,, autem vera, vt minori cum inuidia, ac difficultate ad maiora deinde transiret: & vt Abbates Cœnobiorum opulentiorum, quorum ,, suffragia in comitijs nonnihil poterant, eo ,, segnius voluntati eius obstarent, quo minus ,, periculi rebus suis imminere existimarent. ,, Oppressit hoc primo impetu Henricus Monasteria trecenta septuaginta sex, ex quorum ,, spolijs cesserunt in fiscum Regium annui census ad centum plus minus, & viginti millia ,, aureorum: in suppellectili verò, boniſque inobilibus ad quadringenta ferè millia, præter ,, ea quæ Ministri Regis sibi quisque rapuerant; ,, Religiosorum autem vtriusque sexus plusquã ,, decem millia ad sæculum redierunt, ex quo ,, conijci potest, quid triennio post acciderit, ,, cùm vniuersa simul Monasteria totius Regni ,, euertit.

30 Dum expilaret Monasteria Henricus, simplici populo, ne pro Diuina causa tuenda arma corriperet, suadebat illum vectigalium acerbiore onere à Rege leuatum iri. Sed sacris opibus mox in flagitiorum administros & luxum, ac lenocinia effusis, grauiori egestate tyrannus pressus est; ita vt populos imperatis vectigalibus intolerandis magis attriuerit, nonnullasque Prouincias ad arma compulerit, de quibus hæc memorat ,, Sanderus. [Lincoluiensis primùm Prouincia, ,, dein Northumbria, Cumbria Dunelmensis, ,, & Eboracensis agri arma sumpsere: adeò vt ,, quinquaginta virorum millia, & amplius in ,, aciem prodirent. Horum insignia erant, quinque vulnera Seruatoris, Calix cum hostia, & ,, nomen Iesu in medio expressum, quibus rebus ,, demonstrabant, se ob conseruandam Fidem ,, Christi bellum gerere.] Non erat impressa omnium pectoribus ea religio & pietas, quæ in vexillis erat expressa, vt docuere rerum exitus. Cæterũ de eo populari motu meminit Diarij Va- ,, ticani Auctor. [Hoc mense Octobris (inquit) ,, nuntiatum est Romæ de rebellione populo- ,, rum à Rege Angliæ.] Quo audito Paulus III. spem concepit ferream tyranni mentem molliri tandem his aduersis posse. Franciscum Regem Gallorum rogauit, ne auxilia illi aduersus Anglicanum populum, qui pietatis asseruandæ studio, arma aduersus Henricum corripuisse præseferebant, submitteret. *Sander. lib. 1. Francisc. Balcar. lib. 21. n. 62.*

Ab Hẽrico VIII. populi rebellant propter grauia tributa.

Petr. Paul. Gualter. hoc anno.

Sperat Paulus III ob rebellionem Henricum VIII. ad mentem rediturũ.

Regi Christianissimo.

Charissime &c. Cùm nuper eodem ferè tempore audiuissemus hunc charissimum in Christo filium nostrum Iacobum Scotorum Regem illustrem apud Maiestatem tuam constitutum, habere cum ea tractarum iungendæ secum affinitatis, inde autem in Anglia populares illius Regni iusto Dei iudicio, & tanta impietate sui Regis motos iuisse ad arma, vt sanctam Ecclesiam, & Fidem Catholicam ab illo Rege pessumdatas & conculcatas assererent; varijs animi nostri affectibus vtrumque nuntium accepimus: nam Regis Angliæ licet omni nostra miseratione indigni, sicut antea sceleribus, ita nunc periculis ex Pastorali charitate doluimus, eumque maluissemus seipsũ potiùs corrigere, aut pijs monitis tuæ Maiestatis toties cum illo interpositis, cedere, quàm Diuinã vltionem expectare. Ipsum verò Regem Scotorũ, qui in tanta impij Regis vicinitate, & contagione, quique ab illo sæpiùs solicitatus, integrum se & omne suum Regnum ab illius perfidia conseruasset, cum Maiestate tua, quæ idem in suis Regnis pientissimè fecisset, & faceret sanguine copulari, admodum læti audiuimus, quandoquidem copulatio illius optimi Regis cum Maiestate tua re, & nomine Christianissima, illum licet, & se pientissimum cum suo Regno fideli in constantia veræ pietatis confirmatura, & roboratura, quod est nobis pro honore Dei Omnipotentis maximè optandum; putauimus, itaque ad nostrum pertinere officium non magis ipsius Scotorum Regis amore, cui alioqui Ecclesiam

Paulus III. lib. brev. anno 2. pag. 640.

tam pie colenti omnem fœlicitatem tantique Regis protectionem optare deberemus, quàm Diuini honoris (cui deesse non possumus) causa, vt hæc scribamus ad te, teque, si id iam concluseris, collaudamus in Domino, sin autem nondum perageris, hortamur ad peragendum. Nihil enim hoc magis optare, & conari debemus hoc tempore, quàm vt pij Reges in fidei vnitate conspirantes, etiam sanguinis copula inter se coniungantur: itaque, quantum nostra apud Maiestatem tuam valet authoritas, hanc affinitatem tanquam in Dei seruitium redundaturam ex Pastorali persona Maiestati tuæ suademus, & si eam tibi placuerit ad effectum deducere, admodum gratum, ob causas prædictas recipiemus. Illud omninò per viscera misericordiæ Domini Nostri Iesu Christi à Maiestate tua petimus, & omni studio contendimus, ne in his Angliæ motibus, quos Dei nutu ortos esse, non est dubitandum. Tu Rex pientissimus illum Regem (impijssimum aduersus pietatem asserentes, & Ecclesiam vindicantes) contra tuam, & Maiorum tuorum consuetudinem iuuandum existimes: nihil enim esset indignius te, ac tua præstanti pietate; quòd cum Prædecessores tui, ac tu ipse toe, & tanta pro fide Catholica & Sede Apostolica egeritis, nunc te in Anglia non modò eas non tueri, sed etiam tuentibus obsistere, præsertim cùm idem Angliæ Rex excommunicatus, & omnis fidelium participationis exors factus sit, sicut tuæ Maiestati notum esse non dubitamus &c. *Datum Romæ &c. VII. Nouemb. MDXXXVI. anno III.*

Scriptis eodem argumento literis Pontifex Bellaium Cardinalem Parisiensem auctoritate apud Regem florentem, monuit, vt illum à ferendis Henrico tyranno auxilijs deterreret, & affinitatem inter Franciscum Galliæ, ac Iacobum Scotiæ Reges promoueret.

Cardinali Parisiensi.

Paul. III. lib. breu. ep. 2. pag. 291.

Dilecte fili Noster salutem &c. Duo isthinc perlata ad Nos sunt hoc tempore, quorum in altero misericordiam, in altero iudicium Dei omnipotentis agnoscimus; misericordiam Dei existimauimus, audientes tractari affinitatem inter chariſſimos in Christo filios nostros Christianissimum, & Scotorum Reges, quos in Sanctæ Fidei cultu, & Dei honore vnanimiter conspirantes hoc etiam vinculo alligari, ipsumque Regem Scotorum à Vicini Regis toties in suam pertidiã trahere conati contagione prorsus liberari optabile nobis est. Dei verò iudicium in eo apparuit, quod idem Deus tot sceleribus Regis Angliæ permotus, populos illius nunc suscitauit ad Ecclesiam, & Fidem Catholicam in illo Regno pessumdatas, & conculcatas vindicandas &c. *Datũ Romæ apud Sanctum Petrum die VII. Nouembris MDXXXVI. anno III.*

Suadet ne Gallus impiũ Regem iuuet & cũ Scoto affinitatẽ promoueat.

31. Terruit Henricum ea populorum defectio, sed cùm eorum pars maxima non vero pietatis studio duceretur, sed pro tuendis opibus suis, & commodis, consurrexisset in arma, atque Religionis laruam prætexeret, Christi causam desertura mox atque priuatis rationibus consulere posset, facilè Henricus arma ex eorum manibus in prælij procinctu extorsit, fallacibusque promissis illusos domum dimisit, postea in eorum Duces carnificinam opportuno tempore exercituros, quę nitidè narrat Sanderus *a* his verbis.

a Sander. lib. 1. de Anglic. schism.

„ [Cùm Duces Norfolciæ ac Suffolciæ, alijque „ Regis Ministri se opposuissent, in ipso die „ prælij obtentum est, vt ad colloquium vtrin- „ que veniretur, in quo Henricus (quod malè si- „ bi timeret) Catholicis populis sanctissimè „ promisit, se omnia illa, de quibus querebantur, „ emendaturum, nec eum tumultum cuiquam „ detrimento posteà futurum. Quæ omnia cum „ non edicto solum, sed & publicis tabulis con- „ firmasset; tamen per speciem noui tumultus, „ non quidem ab ijsdem Optimatibus, verùm „ ab alijs nonnullis Nobilibus, eisdem tamen „ causis postea concitatis, etiam illi, quos Rex „ antea securos fecerat, vltimum supplicium „ coacti sunt] exquisitissimis supplicijs fuisse confectos, & ab Ecclesiasticis incitatos, refert Belcarius.

Henricus seditionẽ extinguit.

Defuit huic præclarissimæ occasioni, & vltionis ab Henrico repetendæ, & Religionis in Regno amplissimo instaurandę Cęsar, dum eum furor aduersus Gallum conceptus, & Galliæ occupandę cupido impulit, vt postea cum ipso Henrico fœdus impium confecerit (contempto Sacramento, quo se deuinxerat Romanę Ecclesię numquam cum illo fœdus aliquod initurum ni prius Ecclesię conciliatus esset) dum vero Christi cauſa ab Hispano, & Gallo contemnitur, aucta est adeò viribus hęresis in Anglia, vt postea in vtriusque ditiones maximę ex Anglia calamitates inuectę fuerint.

Fr. Belcar. lib. 21. an. 62.

32. Henricus verò ad omne malum pronus, non contentus subditos sibi populos hęresi & schismate infecisse, etiam studia nefaria cõuertit, vt Scotiam in impietatis suę societatem pelliceret: itaque Iacobum Regem impijs fraudibus illaqueare, vel incautum opprimere meditatus, ad Eboracense colloquium exquisitis blanditijs illũ sollicitauit, à quo illum Pontifex misso ad eum Internuntio abducere enisus est, rogauitque, vt eumdem, antequam adiret colloquium, pręstolaretur.

Scotiæ Regem sollicitat Henricus, vt secum in schismam ab Ecclesia Romana adducat.

Charissimo in Christo filio Nostro Iacobo Scotorum Regi Illustri.

Paulus III. lib. breu. anno 2. pag. 355.

Charissime &c. Cum nonnullis non solùm Maiestatem tuam, sed totam Christianam Rempublicam concernentibus importantissimis negotijs proprium Nuntium Nostrum ad te mittere decreuerimus, isque iam ad iter se accinxerit, & nuper ad Nostram notitiam deuenerit, eamdem Maiestatem tuam cum Rege Angliæ in eius Regno de proximo ad colloquium deuenturam. Nos arbitrantes expedire, vt ea quę dictus Nuntius ad te delaturus est, ante tuum ex tuo Regno discessum tibi nota sint, prefatam Maiestatem tuam hortandam duximus, & in Domino requirendum, vt dictum Nuntium (breui Deo dante futurum in tuo Regno) expectare velis, quod quidem tum ob tuum, tum ob publicam causam Nobis erit gratissimum. *Datum Romæ apud S. Marcum XXII. Iun. MDXXXVI. anno II.*

David Camer. de Scot. fortitud. lib. 4. c. 2.

Morem gessit Pontifici Scotię Rex, societatemque cum Henrico respuit, vt refert Dauid *b* Camerarius de Henrico ita loquutus. [Specie amici- „ citię, & quasi quę ad commune bonum face- „ rent, communicare vellet, Eboracum inuitauit „ ad colloquium Iacobum. Reuera tamen, vt eũ „ in suam defectionem pertraheret, sed Legatos „ re infecta remisit Iacobus cum hoc responso: „ Se nullatenus cum hęretico, & fidei deserto- „ re communicare velle, qua libertate offensus „ Henricus, bellum Iacobo denuntiat.]

b Fr. Belcar. lib. 21. n. 61.

Adiuxerat se Iacobus Rex Gallorum Regis amicitię, cùmque Cæsaris in Galliam irruptionem audiret, comparato exercitu in illius subsi-

dium

Iacobus Rex Scotiæ amicitia, & cõsanguinitate Regi Galliæ Francisco coniunctus.

dium prouolare decreuit; coëgerat enim sedecim, tam equitum, quàm peditum millia ex suis Scotis, bis verò tempestate repulsus, tandem Dieppam appulit; at de Cæsaris discessu admonitus, Scotis suis remanere iussis, cursoribus equis ad Saphorini Oppidum, Lugduno propinquum, Gallo Regi occurrit, cuius Magdalenam filiam postea Lutetiæ in matrimonium accepit, re aliquantulum dilata, ne Henricum Angliæ Regem in se asperaret. Lutetiam verò Iacobum Scotiæ Regẽ, solemni pompa ingressum esse Parisios, pridie Kal. Ianuarij refert Belcarius, atq; de his hactenus. Nunc de indictione Concilij, cuius anteà mentio nõ semel illata est, oratio pertexẽda venit.

Idem n. 62.

33 Flagrarat iam diu pio ardore Pontifex celebrandi Concilij, superioreque anno illud congregandum erat pollicitus ad extinguendas hæreses, restituendamque pristinam Christianæ disciplinæ sanctitatem. Iamque hoc ipso anno præsente Imperatore cogendum sanxerat, rogatusque decima septima Aprilis, vt diplomate Põtificio indictionem promulgaret (adhibita maturitate) rem in opus perduxit, vt ex Actis Consistorialibus patet. [Romæ (inquiunt) Feria VI. II. Iunij fuit Consistorium, in quo fuit lecta, & approbata Bulla Sacri Concilij faciendi, vt in ea continetur.] Ad grauiora verò pericula, ac diffidia auertenda, si Pontificem aperto Concilio obire contingeret, in alio Senatu *hæc decreta sunt.* [*Die Lunæ XXIX. Maij MDXXXVI. Sua Sanctitate referente decretum fuit*, quòd si Sanctitas Sua tempore Concilij, (quod Deus auertat) moreretur, electio Pontificis spectet ad Cardinales tantum, & non ad Concilium.] His decretis paucis post diebus de promulgandã Concilij indictione, & constituendo die actum est, vt narrant eadem Acta.

Acta Consistor. ms. Card. Spadæ sig. nu. 133. pag. p. 38.

Romæ Feria VI. 11. Iunij fuit Consistorium, Sanctissimus Dominus Noster pro extirpatione hæresum, & errorum, & correptione morum Christiani Populi, & vniuersali pace inter fideles componenda, indixit œcumenicum, seù vniuersale, & generale Concilium in Ciuitate Mantuæ, inchoandum die XXIII. mensis Maij MDXXXVII.] Decretum in Senatu editum, biduo post inter Sacra solemni pompa promulgatum est, vt refert Petrus Gualterius Aretinus. [Die IV. Iunij (inquit) fuit publicatum Concilium Romæ, dum celebrarentur Diuina in S. Petro.] Indictum illud vrgente Carolo Imperatore, refert Surius, at spontè sua potiùs incitatum Pontificem fecisse ostendimus; nam Carolus V. licet illud enixè postularit, ducta tamen in Galliam expeditione, retardauit, non enim celebrari poterat, ardente inter ipsum, & Gallorum Regem cruentissimo bello: quæ verò causæ Pontificem ad hanc indictionem Concilij, quod bella ciuilia diu disturbarunt, impulerint, nitidè eas recensẽt Angelus Massarellus in Diario Concilij Tridentini.

Petrus Gualt. Aret. in Diar. ms. Arch. Vat.

Surius in comm.

Carolus V. Concilium postulabat, ore, non corde.

M. S. Arch. Vat. Inscriptum Diarium Conc. Trid. Authore Angelo Massarello Conc. Secretario p. 1.

34 Sanctissimus Dominus Noster Paulus Diuina prouidentia PP. III. cùm primum Pontifex maximus declaratus fuit, cernens Christianam Rempublicam multis iam annis, hinc intestinis fidelium odijs, & bellis dissidentibus maximè Principibus ijs inter se, quibus summa penè rerum omnis à Deo permissa est, valde attritam: illinc Infidelium continuis persequutionibus, hæreditario fidei nostræ hoste Turca Hungariam vexante, contraq; Italiam, Austriam, cæteraſque Christiani nominis ditiones, terra, marique, bellum aggredi meditante, grauiter afflictam, innumeris denique hæresum, errorumque vepribus in misera (ne dicam alijs Orbis Prouincijs) Germania laceratam, & iam penè diuulsam, tantisque malis aliqua opportuna remedia, suo pastorali officio adhibere cupiens, plurimis, varijsque vijs per Sanctitatem suam examinatis nullam aliam aptiorem iudicauit, aut meliorem ea, quàm Maiores sui Sanctiss. Pontifices, atque ipsa quidem vniuersalis Ecclesia in huiusmodi casibus, experta est, saluberrimam (generalis videlicet Concilij) celebrationem, quod sanctissimum opus à Sanctitate Sua, etiam tum cùm in minoribus esset, magno studio, enixeque desideratum, eò magis suo ineunte Pontificatu ab eodem efflagitatum est, cùm inuictissimus Dominus Carolus V. Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Hispaniarum Rex, qui pro sua in Deum pietate, ac erga Religionem nostram affectu, magnoque restituẽdæ Ecclesiæ Catholicæ vnionis studio, proque sanctæ fidei nostræ, & tam eius proprio, quàm Sereniſſimi Domini Ferdinandi Romanorum, Hungariç, ac Bohemiç Regis, fratris sui, ac Dominorum Electorum, Sacrique Romani Imperij, Germanicæ Nationis, Ordinum nomine pro huiusmodi œcumenici Concilij celebratione, tùm apud Suam Sanctitatem, tùm etiam fælicis recordationis Clementem PP. VII. Prędecessorem suum, sæpenumero, & maximopere institerit, necnon Franciscus, Francorum Rex Christianissimus, datis ad Suam Sanctitatem, & eundem Clementem, Sacrumque Cardinalium Senatum hac de re literis, nonnunquam idem repetijsset. Quapropter Sanctitas Sua in tanta hæresum, dissensionum, bellorumque tempestate, tantisque excitatis fluctibus hac sola Concilij generalis celebratione Ecclesiam Dei ad pristinum nitorem reduci, Christianique Populi mores corrigi, vniuersalique inter fideles pace facta, contrà impijssimum Turcarum Tyrannum generalem expeditionem aliquando fieri posse sperabat; itaq; ad Dei Omnipotentis laudem, Christianæ Religionis incrementum, hæresumque extirpationem, morum reformationem, Ecclesiæque Dei vnionẽ, & pacem, Oecumenicũ Concilium Mantuæ ad X. Kal. Iunij MDXXXVII. inchoandum indixit, (edita Bulla, quæ incipit) Ad Dominici gregis curam, & regimen Diuina disponente prouidentia, assumpti, &c. *Sub data Romæ IV. nonas Iunij MDXXXVI. Pontificatus sui Anno II.*

Quibus de causis Paulus III Concilium indixit.

35 Conceptum suis verbis illud Diploma ex M. S. Archiuij Vaticani subijcimus.

Paulus &c. Ad futuram rei memoriam.

Ad Dominici gregis curam, & regimen, Diuina disponente prouidentia, assumpti, nihil magis ex animo desideramus, & ab Omnipotenti Deo precati sumus, quàm vt Ecclesiam suam nobis commissam, & tot hæresum, & errorum vepribus iampridem in ea suborti, Spiritus Sancti operante gratia, nostroque studio repurgatam, eiusque moribus in melius reformatis, debito nitori, & sinceritati restitutam in sanctitate, & iustitia gratum Deo obsequium præstare videamus: sed & illa nihilominus cura nos rangit, cùm consideramus, atque adeò oculis ipsis cernimus Christianam Rempublicam intestinis fidelium odijs, & infidelium vi, ac dolo afflictam, in dies magis

diſſipari, atque diminui. Quibus opportuna remedia adhibere pro paſtorali cura cupientes, cùm multis, variiſque vijs per nos diligenter examinatis, nullam aliam iudicauerimus meliorem, ac promptiorem ea, quam maiores noſtri ſanctiſſimi viri, adeoque vniuerſalis ipſa Eccleſia in huiuſmodi caſibus experta eſt, ſaluberrimam, generalis videlicet Concilij celebrationem. Idcirò eorum ſanctis veſtigijs inſiſtentes, Sacroſanctum, Oecumenicum, ſeù vniuerſale Concilium, (quod etiam, cùm in minoribus eſſemus, à nobis maximè deſideratum) ineunte ſtatim Pontificatu noſtro celebrare omninò ſtatuimus, & de hac noſtra conſtanti voluntate, non ſolùm palam loquuti ſumus, ſed & chariſſimos in Chriſto filios noſtros, Carolum Romanorum Imperatorem, & alios Chriſtianos Reges, & Principes per literas, & Nuntios noſtros certiores fecimus: & nunc Auctore Domino indicere, & exinde in loco, & tempore per nos inferius declarando celebrare, ac demum ad optatum finem perducere, omninò decernimus. Et ſperantes, & cum Dei auxilio nobis promittentes, per hoc tam ſanctum, & tam ſalutare remedium, non ſolùm omnes hæreſes, & errores ex agro Domini extirpandos, & Chriſtiani populi mores corrigendos, ſed & vniuerſalem inter fideles pacem componendam: & facta ſub vexillo ſalutiferæ Crucis, contra infideles generali expeditione, Regna, & terras noſtras ab illis occupatas recuperandas, captiuoſque innumerabiles liberandos, & infideles ipſos, ad ſanctam Religionem noſtram, fauente Domino, conuertendos; & ſic ab vniuerſo Orbe in vnum, idemque ouile Domini coaleſcente in vera fide, ſpe, & charitate ſobriè, & iuſtè, & piè viuatur, & indè ab Omnipotenti Deo corona iuſtitiæ expectetur.

Hoc igitur perpetuum, & conſtans animi noſtri ſuper vniuerſalis Concilij celebratione propoſitum, & ſententiam, ad Dei laudem, & gloriam, Eccleſiæque ſuæ ſalutem, decus, & incrementum exequi aggredientes; In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, auctoritate Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, qua in terris fungimur, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu Oecumenicum, ſeù vniuerſale, ac generale Concilium in Ciuitate Mantuana loco tuto, commodo, fertili, & domorum, ac bonarum habitationum copia prædito, anno Domini MDXXXVII. die XXIII. menſis Maij, quæ erit feria quarta poſt ſacratiſſimum feſtum Penteco-ſtes, inchoandum, & vt ſequitur, continuandum, & auctore Domino, finiendum, nuntiamus, conuocamus, ſtatuimus, indicimus, & ordinamus, vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Dilectis filijs Abbatibus, & cæteris Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, vbique Terrarum conſtitutis, in virtute præſtiti iuramenti, ac ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis de iure, vel conſuetudine, aut aliàs contra eos, qui ad generale Concilium non accedunt, ſtatutis, mandantes, quatenus perſonaliter, prædictos verò Imperatorem, Reges, Principes, Duces, Marchiones, & alios, qui de iure, vel conſuetudine in vniuerſali Concilio, intereſſe debent, per viſcera charitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti inuitantes, & exhortantes, quatenus pro pace, ſalute, & augmento Eccleſiæ Dei, & ipſi perſonaliter (quod mallemus) vel, ſi perſonaliter non poſſunt, per ſolemnes Oratores ſuos, congruo tempore huic Sacro Concilio, in dicta Ciuitate Mantuæ, vt præfertur, celebrando, debeant intereſſe: Qui tamen, ſi conſiderent, quàm Nobis iucunda, Chriſtianæ verò Reipublicæ maximè neceſſaria futura ſit eorum in dicto Concilio, paſtoralis præſentia, non dubitamus, quin tum alij ſupradicti Reges, & Principes, tum Carolus Imperator, tum Franciſcus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, ſint illi perſonaliter interfuturi: Siquidem Carolus pro ſanctæ fidei noſtræ, zelo, & amore, tam ſuo, quàm Sereniſſimi Ferdinandi Romanorum Regis fratris ſui, ac Electorum, cæterorumque Sacri Romani Imperij Ordinum nomine, pro vniuerſalis Concilij celebratione apud fælicis recordationis Clementem Papam VII. Prædeceſſorem noſtrum ſæpenumero, & maximopere inſtitit; & cum varijs rerum perturbationibus, & bellis, ac alijs legitimis de cauſis, & præſertim præfati Clementis ſuperueniente obitu, tam ſancti operis, & optimi animi, quem ad hoc idem Prædeceſſor habebat, impeditus eſſet effectus, nobis ob hanc noſtram promptam, vtroque ſibi, & omnibus ſupradictis ab initio, vſque noſtri Pontificatus, vt prædictum eſt, à nobis ſignificatam, & oblatam ſuper dicto Concilio, per nos indicendo, & celebrando deliberationem, & proximè in prædictorum Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium generali Congregatione decretam, & declaratam concluſionem, qua decuit filiali reuerentia eodem nomine maximas gratias egit. A Franciſco verò Rege præfato, qui etiam ad eundem Clementem, & ſacrum ipſorum Cardinalium Collegium plenas pietatis, ac religionis, hac de re, literas ſcripſerat, quale à Principe verè Chriſtianiſſimo ſperabamus conſenſum, & conforme bonæ noſtræ voluntati ſuper huiuſmodi Concilij negotio reſponſú accepimus.

Et nihilominus eoſdem Imperatorem, Reges, Principes, & alios ſupradictos, ſimiliter rogamus, & hortamur, vt omni adhibita opera, & ſtudio efficiant, & omnes, & ſingulæ perſonæ in eorum Regnis, & Dominijs exiſtentes, quæ de iure, vel conſuetudine generalibus Concilijs intereſſe debent, ad Concilium huiuſmodi, ceſſante legitimo impedimento, de quo legitimè docere teneantur, perſonaliter, alias per idoneos Nuntios, Procuratores, vel Oratores legitima mandata habentes, Concilio prædicto intereſſe, & vſque ad ipſius concluſionem, & abſolutionem in dicta Ciuitate Mantuæ morari debeant, & ſic congregata multitudine Chriſtianorum copioſa, ea, quæ ad Dei laudem, Eccleſiæ in moribus reformationem, & exaltationem; hæreſum verò omnimodam extinctionem, fidelium que prædictorum concordiam, & ſalutem, ac generalem contra infideles expeditionem pertinent, in eodem Concilio, Deo Auctore, & Adiutore, ſalubriter ordinentur &c. [Adiecta ſunt nonnulla de eiuſdem diplomatis promulgatione, & affixione.] Nulli ergò &c. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVI. IV. Men. Iunij, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.*

† Ego Paulus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ioannes Epiſcopus Oſtienſis, Card. Senenſis ſubſcripſi.

Ego Io: Dominicus, Epiſcopus Portuenſis, Cardin. Tranenſis ſubſcripſi.

Ego Bonifacius Epiſcopus Sabinenſis, Card. Iporegienſis, manu propria ſubſcripſi.

Ego Laurentius Epiſcopus Prænestinus, Cardin. Cam-

Campegius, manu propria ſubſcripſi.
Ego Antonius Presbyter Card. de S. Seuerino, manu propria ſubſcripſi.
Ego Auguſtinus Card. Peruſinus, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Camerarius, ſubſcripſi.
Ego Vincentius Caraſa, Card. Neapolitanus, manu propria ſubſcripſi.
Ego Andreas Card. Parmerius, manu propria ſubſcripſi.
Ego Franciſcus Card. S. Crucis, manu propria ſubſcripſi.
Ego Franciſcus Card. Cornelius, manu propria ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Card. Capuanus, manu propria ſubſcripſi.
Ego Hieronymus Card. de Gbinuccis, manu propria ſubſcripſi.
Ego Iacobus Car. Simoneta, manu propria ſubſcripſi.
Ego Gaſpar Card. Contarenus, manu propria ſubſcripſi.
Paulus Sancti Euſtachij Diacon. Cardinal..... ſubſcripſi.
Alexander S. Mariæ in via lata Cardin. Cæſarinus ſubſcripſi.
Ioannes Cardin. de Saluiatis, manu propria ſubſcripſi.
Nicolaus Cardin. Rodulphus, manu propria ſubſcripſi.
Ego Auguſtinus S. Adriani Diac. Card. Triuultius, manu propria ſubſcripſi.
Ego Hercules S. Mariæ Nouæ, Diac. Card..... manu propria ſubſcripſi.
Ego Matthæus S. Theodori Diac. Card. de Gaddis, ſubſcripſi.
Ego Hieronymus Cardin. Grimaldus, ſubſcripſi.
Ego Alexander Card. de Farneſio Vice-cancellarius ſubſcripſi.
Ego Guido Aſcanius Sforti a, Card. S. Florę, manu propria ſubſcripſi.
Ego Martinus S. Mariæ in Aquiro Diac. Cardin. Caracciolus ſubſcripſi.

Bloſius.

16. pag. 46 & 47. Adiectæ ſunt publicæ tabulæ de eo diplomate, ritè promulgato.

36 Accepta Indictionis Concilij Oecumenici fama, Ioannes Faber Epiſcopus Viennenſis, fortiſſimus fidei Catholicæ, aduerſus Lutherum, & alios Hæreticos, Athleta, cuius in ſuperiore Annalium Tomo frequens mentio facta eſt, vt erat ſacra eruditione exculti ſſimus, prudentiaque ornatiſſimus, Commentarium edidit, in quo præſentium temporum calamitates, ac ſtatum expoſuit, & quæ pro celebrando, cum fructu Concilio, apparanda neceſſario, viderentur deſcripſit, quem libellum, Madrutij Tridentini Cardinalis opera ad Paulum Pontificem tranſmiſit, grates de pijs, & ſalubribus monitis egit, ſtimuloſque addidit, vt eximijs cœptis inſiſteret.

Ioanni Fabri Epiſcopo Viennenſi.

2 Paul III. lib. brev. an. 1. pag. 496. Gratum Nobis, & tua pietate, & doctrina dignum feciſti, quod indicto per nos generali Concilio, conſilium, & rationem quandam eius celebrandi nobis explicaſti, & ad nos mittendi per Dilectum filium noſtrum Cardinalem Tridentinum curaſti, in quo eruditionem, prudentiam, & pietatem, tuas priſtinas nobis, & Prædeceſſoribus noſtris multis in rebus ſpectatas facilè recognouimus. Itaque non futuri immemores ſanctorum laborum tuorum te hortamur, vt ſi qua alia ad hoc negotium ſpectantia ſe obtulerint, eodem, quo cœpiſti ſtudio colligas, & nobis mittere cures, ſemper enim hoc à te gratiſſimum recepimus. Cùm autem in præparatorijs ipſis quędam ſint, quæ conferenda tecum diligentiùs, & clariùs dilucidanda nobis videantur, huius negotij peragendi curam ei Nuntio demandauimus, quem propediem ad Sereniſſimum iſtum, Regem Romanorum noſtrum in Chriſto filium, chariſſimum miſſuri ſumus, &c. *Datum Romæ X. Septemb. MDXXXVI. Anno II.*

Commẽdati pij eius labores, contra hæreticos.

Præparatoria futuri vniuerſalis, nuper indicti Concilij per S. D. N. Paulum huius nominis PP. III.
Authore Ioanne Fabro, Epiſcopo Viennenſi ex Oeniponte IV. die menſis Iulij Anno à nato Ieſu MDXXXVI.

Tom. 13. de Concil. m. s. Archiu. Vatic. fig. no. 3200. p. pag. 244. m. s. Franc. Card. Barber. fig. 2677. pag. 29. Alibi. Act. XIV. XV.

37 I. Poſtquam S. D. N. & Reuerendiſſimorum Cardinalium Collegium, generale Synodum, matura conſideratione decreuerunt certis de cauſis, quæ in eiuſdem Concilij publicatione continentur: quo ſanè, nihil vniuerſę Chriſtianitati potuit accidere præſtabilius, conducibiliuſque: vt non ſolùm hæreſes, & errores, quæ multis iam annis in Germania prævaluerunt, verùm etiam, quod ſatis conſtat, in alias Nationes, ac Regna, Galliam ſcilicet, Angliam, Daniam, & Scotiam, & vtinam non in Poloniam, & in Vngariam, cum maximo innumerabilium animarum detrimento, ac irrecuperabili damnatione irruperant, vnico medio Concilij ſopiri, ac eradicari poſſent.

II. Niſi enim multiplices eiuſmodi errores, ac hæreſes per Concilium deponantur, maxima inde totius Chriſtianitatis pernicies ſequetur, adeò vt tandem, niſi Deus ſingulari quadam ſua gratia auertat, ab hac illibata Eccleſiæ Latinę religione, atque ab obedientia Sedis Apoſtolicæ deficiant multæ Nationes.

III. Quamobrem neceſſarium erit, ne huiuſmodi Concilium negligatur, ac omittatur, ſed omni diligentia, ac cura procedere, vt ne diutius differatur, curetur.

IV. Præſens autem Concilium, non ea ratione, ac modo, quo cætera priorum temporum, peragi poteſt: nam aliquando Concilium, ſaltem vnius, aut duorum articulorum, vel punctorum cauſa celebratum fuit, quemadmodum de primo ſcribitur, quòd habitum eſt temporibus Apoſtolorum Ieroſolymis, tantum propter Circumciſionem. Ad hæc trecenti ac decem & octo Patres in Nicæa Bithyniæ, de Vſia, ſaltem ac Homouſio conuenerunt, ac potiſſimum ſuper ea re concluſerunt, & indè Symbolum Nicæni Concilij principium habet, & deinde de eadem re, ac materia in magno illi Ariminenſi Concilio tractatum fuit. In Chalcedonenſi autem Concilio error Neſtorij ſaltem ab Epiſcopis damnatus fuit, aſſerentis Beatam Mariam Virginem eſſe Theotocon. In altero verò Niceno Concilio inſania Iconomachorum fuit oppreſſa, & itidem Francfordiæ ſub Carolo Magno contra Felicianum actum eſt.

In illo autem Concilio, quod hodiè imminet, omnes fermè omnium hæreticorum hæreſes, quas Epiphanius, Philaſter, Auguſtinus, ac alij in Hæreticorum Catalogis proſequuti ſunt, diſcutiendæ proponentur: nam ſæpè (proh dolor!) in his Germaniæ locis, vbi Lutheriſmus prævaluit, in eadem domo, ac familia, vbi vix deni ſunt homines, ſingulos ſuas habere de fide opiniones, nouaſque hæreſes reperias.

V. Præcipuè verò conſiderandum eſt, ne iterum contingat, quòd in Conſtantienſi, ac Baſileenſi

Laudatum à Paulo III.

leensi Concilijs accidisse constat, vt septem, vel quatuordecim annis Concilium extendatur, ac interim longè deteriores hæreses, dissensiones, ac schismata oboriantur, ac renascantur.

VI. Quamobrem necessarium est, vt S.D.N. & Collegium Cardinalium operam det, quibus modis eiusmodi negotia, & præcipuè sessiones, ac in illis, tam graues discutiendæ materiæ ordinentur: quod ità, vt sequitur, commodè fieri potest, nisi mea me fallit opinio.

VII. Primò sciendum est, & benè considerandum, quod Martinus Lutherus, Oecolampadius, Carolostadius, & sequaces, multos conscripserunt, ac ediderunt libros, adeò vt his plaustrum probè onerari possit; in quibus hinc indè sparsæ sunt innumeræ hæreses, & errores, quibusque frequenter multi vtuntur in multis Regionibus. Vt autem eiusmodi hæreses, ac errores faciliùs cognosci possint, atque per Concilium damnari, proindè erit quoque necessarium, vt Sua Sanctitas cuiuslibet eiusmodi hæretici librorum, (quod cõmodè fieri potest) concordia exemplaria sex, vel septem curari, & comparari ordinet, itaut, si ex illis aliquæ hæreses per decretum Concilij damnandæ fuerint, vt cuilibet Nationi exemplar, originale ad cognoscendum, ac discutiendum præbeatur, & exigente necessitate præberi, & ostendi possit.

VIII. Ad hæc necessarium erit, vt si per decretum eiusmodi errores damnati fuerint, statim executioni demandentur: quod per ignem fieri debet, ac potest. Nam si quemadmodum Apostolorum Acta ex Ephesinis, qui curiosa sectati fuerunt, contulere libros, & combusserunt eos coram omnibus, quomodo non etiam igni tradentur hi libri, qui tot, ac tam abominabiles hæreses, errores, & seditiosas, cruentasque tragedias, immò omnia mala in se habent? Necesse est itaque aduersariorum libros omnes abolere semper.

IX. Nisi enim hoc fiat, communis populus semper processu temporis eiusmodi libros retinebit, quemadmodum vidimus, & experti fuimus sub hoc Lutherismo in libris Vvicleffi, Ioannis Hus, Ioannis de Vesalia, & similium hæreticorum: vbi omnes crediderant eorum libros intercidisse, ac perditos fuisse. Lutherus tamen, ac alij illos nacti ex Praga, & alijs locis, eos inuulgarunt, ac typis excudi fecerunt; ex qua re, & euulgatione, dici non potest, quanta fuerint mala orta; nam in hos libros, cùm incidisset Lutherus, illicò ferocior factus est, & prius damnatas hæreses ab Inferis resuscitauit ferè omnes.

X. Prædicti autem Lutheri, & Lutheranorum hæreticorum libri commodè ad ædificationem Christi fidelium non poterunt damnari, nisi errores, ac hæreses inde extrahantur, atque quasi in vnam massam colligantur, & notentur, ac ita Patribus offerantur: alioquin aduersarij dicturi essent rem fuisse præcipitanter, ac summariè discussam, neque illos plenè auditos, neque eorum libros ex ordine reuisos.

XI. Cùm autem sæpedictorum librorum numerosa sit multitudo, si eorum lectio, primùm, cùm Mantuam ventum esset, fieret, ac destinaretur; profectò id multis annis legi, ac ponderari non posset: nam tot, ac tot, ac tanta sunt illic ponderanda, vt sæpè vnus Lutheri liber hominem, etiam non mediocriter doctum, ad aliquot menses certò intertenebit: & si hac via res cœpta non fuerit, nihil certius erit, quàm quòd Concilium hac vna re intertenebitur, ac impedietur ad multa tempora. Nam omninò rescire necesse erit quid damnandum, quid denique reprobandum fuerit, nisi inauditum auctorem, & incognitam rem velit damnare Concilium: quod ne vtique facere potest, neque debebit.

XII. Proindè necesse est, vt Sua Sanctitas confestim, & sine mora aliquot Catholicos Doctores in Germania ordinet, qui eiusmodi hæreticos libros euoluant, & errores inde extrahant, colligant, ac abolitis, & asteriscis notent, ex quolibet libro, scilicet in hunc modum. Liber Martini editus sub hoc titulo, anno N. in hac pagina continetur hic error per hæc verba. Eiusmodi hæresibus, & erroribus seorsim, ac bono, & claro ordine segregatis, & in vnum redactis iam vtile, ac necesse erit huiusmodi extracta prius Suæ Sanctitati, & ad Concilium deputatis Cardinalibus, seù tot Cardinalium Sacro Collegio exhibere.

XIII. Quòd si negotium, ità tractabitur, fiet, vt absque omni mora omnia bono, & deliberato ordine procedant; neque alibi, id est Mantuæ, oportebit bonas horas, & forsan annos perdere per prædictum modum, ac viam simul, & Author, & liber, & hæresis damnatur. Exempli gratia, Lutherus negat septem Sacramenta; nam non solùm liber ille iudicandus est, aut extractum indè sumptum, sed sunt illi sua verba ostendenda. Quo facto decretum immediatè sequi potest, & debet, eum quidem errare, & peccare graviter quisque negare audeat septem Sacramenta.

XIV. Præterea Lutherus affirmat omnia ex absoluta necessitate euenire: id quod in Concilio Constantiensi damnatum est. Negat quoque rursus liberum arbitrium; negat & multa alia, quæ tamen verè catholica sunt. Ea quidem omnia ex libris editis expiscari, & emulgere, ac trahere oportet: quibus habitis, in promptu erit, & ad manum, quod determinetur, decernat, aut dijudicet Summus Pontifex in consessu Patrum. Simili modo erit procedendum in omnibus alijs articulis perperam, & falsò à Luthero scriptis, & prædicatis.

XV. Carolostadius, Oecolampadius, Zuinglius, ac alij eiusdem farinæ, ac fœcis homines negant veritatem, & præsentiam Corporis, & Sanguinis Christi in Sacramento Eucharistiæ, quæ hæresis multas Ciuitates, immo etiam territoria, nonnullis Principibus, & Ciuitatibus subiecta, latissimè peruagata est, & infecit. Si igitur hæc fata eradicanda est, nullo alio modo fieri potest, quàm vt ex eorum libris excerpatur, quod damnabile est.

XVI. Ad hæc perniciosissima est secta Anabaptistarum non multo dissimilis Donatistarum erroribus, qui in Africam sub D. Aurelio Augustino irrepserat. Habet hæc secta omnium impiissima, & seditiosissima plusquam viginti, aut triginta hæreses, & nisi ex ipsorum libris eorum opiniones, & fundamenta cognoscantur, facilè hæc secta non poterit euelli: propterea primo etiam loco necessarium erit, eorum libros habere, in quibus respuunt Baptisma paruulorum, & multa id genus alia.

XVII. Est itaque expeditissima via illa, vt Sua Sanctitas cum eiusmodi excerptis veniat ad Concilium instructa, & parata eo modo, quo dixi, ne cùm Mantuam ventum fuerit, primùm quærendum sit, quid agendum, quaque de causa Conuentus ille à tã longinquis Nationibus Orbis Christiani fiat. Primò itaque libri, de quibus dixi, sunt requi-

requirendi, cum magna etiam difficultate, sine vlla temporis consumptione, & mora.

XVIII. Præterea, quia Angelus Sathanæ, ita pulchrè sese in Angelum lucis transfigurauit, formidandum est vehementer, quòd multi ex alijs Nationibus, si totos libros Hæreticorum in Concilio legerint, vt non modò non illos impugnarẽt, verùm potius inde Lutherani, ac Hæretici rederuntur: nam in his reperies nonnisi mellita, & (vt est in Isaia,) placentia quæque; totus enim ad hoc intendit Lutherus, vt reijciat. ac damnet bona opera; consuat, (vt est in Ezechiel) puluillos sub omni cubito manus, & faciat ceruicalia sub capita vniuersæ ætatis, ad capiendas animas: proindè tutum non erit omnibus omnium Hæreticorum libros, sed tantùm constantissimis, & probatissimis Viris communicare. Alioqui, si inciderit quispiam, vel sciolus, qui prurientes aures habet, facilè illicietur, vt malo adhæreat. Proindè ad lucrandum tempus, & animas multorum Christifidelium, saltem propositiones intolerables pugnantes, & quæ prima facie quibusuis bonis abominabiles, & explodendæ videbuntur, sunt excerpendæ, ac extrahendæ; quibus oblatis, & simul originali, ad verificationis reuisionem procedendum.

XIX. Ad hoc Concilium opus est, vt Sua Sanctitas, ac Domini deputati, pro exordio, processu, ac ordine, eiusmodi Hæreticorum *exemplaria* parata, & *in promptu habeant* vnà cum suis extractis.

XX. Cùm igitur libri illi, neque Romæ, neque alibi vsquam in Italia facilè reperiantur, forsan illi libri apud aliquot Catholicos coëmpti reperientur: necessarium erit, vt Sua Sanctitas, ac Domini deputati per Nuntium Apostolicum, prædictos libros comparari, ac conuchi primo quoque tempore curent.

XXI. Qui autem, qualesque libri illi sint, & qui sint illorum Auctores, tituli, ac inscriptiones, si petitum fuerit, non grauabor ea commonstrare, & in Indicem redigere aliquem.

XXII. Et cùm sit valdè necessarium, vt extracta, & excerpta statim colligantur, Sua Sanctitas, & Domini deputati ordinent ad hoc doctos, & Catholicos aliquos, illisque committant, vt nulla mora interposita eiusmodi errorum, ac hæresum extracta comportent, vt deindè Sanctitati Suæ, quantocyùs offerant, seù mittant.

XXIII. Per hunc modum Sua Sanctitas satis instructa poterit, antequam Roma discedat cum Sancto illo cœtu Cardinalium, & cum Doctoribus, quos Italia habet, deliberare; & ita parata venire ad Concilium: alioqui facilè fieret, vt diceret olim Sua Beatitudo, non putabam.

XXIV. Vbi autem illi libri requirendi, ac inueniendi sint, & quinam ad eiusmodi extracta conficienda subordinandi sint, si Sua Sanctitas ex me petat, libenter, & humiliter indicabo, & modum ostendam, quo pacto hæc omnia rectè, & commodè fieri, confici, & aptari possint: nam nisi res ita tractetur, & hoc modo instituta fuerit, nullo pacto sperandus est fœlix optabilis exitus, nisi Spiritus Sanctus inauditum aliquod miraculum velit edere.

XXV. Erit etiam valdè vtile, & commodum, vt iuxtà Cancellariam Suæ Sanctitatis sit quidam Catholicus ex Germania, & qui eodem modo procedat, vt quotiescumque interrogetur, vel de libro, vel articulo aliquo, vt ille sit paratus ad omnia expeditè respondere, immo etiam, qui æquè vt Cancellaria Apostolica registraturam teneat, & qui, quod necessitas postulat, de omnibus actis, ac agendis possit, & rationem, & relationem dare de omnibus, siuè hoc petierit Sanctissimus Dominus Noster, siuè Concilium, siuè quicumque alius Princeps.

XXVI. Et quamquam aliquot Viri docti, pauciſſimi tamen, in viginti illis annis, quibus Lutherismus irrepsit, contra nouas illas hæreses libros scripserunt, ac inuulgarunt, non inutile fuerit, meo iudicio, eiusmodi Catholicorum editos libros Suæ Sanctitati, vel ab illa deputatis, aut etiam, quantum fieri potest, doctis per Italiam exhibendos, & legendos præbere. Ex qua re duo sequentur emolumenta, quorum alterũ est, vt cognoscatur, in quo situs sit Lutheranismus; alterum vt in quolibet puncto solida Scriptura noscatur. Hoc etiam efficiet, vt Episcopi, ac alij docti Patres, qui ad Concilium venturi sunt, non tunc primùm, cùm eo ventum fuerit, Scripturas hinc inde disquirere, ac disputare cogantur. Nam ex hisce libris ad manum habebunt, quid ad quamlibet hæresim, ac errorem respondendum sit.

XXVII. Ad hæc cùm Lutherani Scholasticam Theologiam penitùs contemnant, ac reijciant; ac loco artis Sophisticæ habeant, periculum est, ne Frater aliquis, aut Religiosus, aut alius in aliqua sessione Sophisticum aliquod argumentum, quod in Scriptura parum sit fundatum, proferat, ex quo sequetur, vt Lutherani ea pro suo more deridant, & per consequens è simili facto Concilium despectui habeatur. Exempla sunt odiosa: aliàs hoc longius deducere possem. Vt igitur illi videant, singularem esse modum Lutheranã hæresim conuellendi, omni cura efficiendum censeo, vt vndiq; libri comparentur eorũ, qui contra Lutherum, ac Lutheranos solidè scripserunt. Ex his poterunt ij, qui ad Concilium venturi sunt Patres, nonnihil iuuari, ac per Dei gratiam doctis meliora in mentem venient argumenta; nam Scholasticæ Theologiæ apud Lutheranos pauca, aut ferè nulla est auctoritas. Restat itaque, vt oporteat, eos, qui impugnare voluerint, Biblicos esse, ac in Biblicis scripturis benè armatos.

XXVIII. Per hunc modum, ac viam spero Lutheranorum errores benè vinci, ac confundi posse, si ita doctè, ac ordinatè, quemadmodum in Concilijs fieri debet, illis obuietur: fiet enim proculdubio, vt ipsimet suis confossi telis, sponte, ac vltrò à multis sese abdicent hæresibus, & erroribus, victi enim verbo Dei, & Scriptura solida, spes bona est, vt multa impiè, ac irreligiosè dicta, ac scripta reuocent, recantent, ac retractent, ac reuocari non sint negaturi.

XXIX. Quòd si voluntaria eiusmodi fieret reuocatio, ac retractatio, proculdubio magna apud communem populum, non solùm in Germania, verùm etiam in alijs Nationibus excitaretur inde obedientia. Quamobrem etiam necessarium erit, vt Sua Sanctitas, vbi Mantuam deueniatur, aliquot excellentes doctrina, ac moribus Viros deligat, qui cum Lutheranis primum ad partem agant, ac modestè illos doceant, ac Scriptura conuincant, & summo studio laborent, ac ad id toti intendant, vt illos omnes, aut ex aliqua parte lucrari possint, ac valeant.

XXX. Proindè mihi non sit dubium, si hac via, ac ratione procedatur, cùm aliqui eorum opinione sibi sint contrarij, ac repugnantes, multique ex illis vltrò in viam reuocati sint (suis erroribus retractatis,) res in optimũ statum posit

ſit deduci: ſi enim ad reuocandum perduci poterint, iſte modus proculdubio optimus, & vtiliſſimus erit, atque adeò dignus, vt per hunc illis gremium Eccleſiæ denuò aperiendum, & minimè recludendum eſſe putem, ac iudicem. Fiet autem, ſi modeſtè, ſi cum ſuauitate ſermonis, & tandem per Scripturas (quantumcumque fieri poterit, Biblicas) cum eis tractatum fuerit, vt expertus præmoneo. Quod proculdubio, ſi ſophiſticis argumentis, cum ineptis, ac indoctis hominibus cauſa, vel inſtituta, vel tentata fuerit, nihil inde boni ſequetur.

XXXI. Vt autem libri, tam Catholicorum, quàm Hæreticorum ſuo, & cum bono tempore comparentur, ac ordinentur, Sua Sanctitas ſingulares, ac deputatas quaſdam perſonas ad hoc ſubordinare poſſet; quibus tamen ſcribendum erit ſuper hac re, & mandandum vt quantocyus, & ſumma cum diligentia tales libros emant, ac Romam mittant.

XXXII. Præterea valdè erit neceſſarium, vt quibus extrahendorum, & colligendorum errorum, & hæreſum datum eſt negotium, in quo argumenti genere complures, iam ſunt editi libri, priùs ſecum conueniant, ac concordent: ne aliquis errorem, ac hæreſim eſſe ſcribat, quæ minimè ſit: proinde vt inter ſe conferant, & conueniant, neceſſe erit.

XXXIII. Prædicta autem extracta non debent ſpinosè, ac nimis ſubtiliter colligi, ne aduerſarij inde anſam cauillandi arripiant, cum (proh dolor!) tot tantæque apertæ, & Sole meridiano clariores reperiantur hæreſes, vt in illis intolerabilibus, ac manifeſtis colligendis omnis cura ſit adhibenda: ſi enim vnum eiuſmodi opuſculum multis ſcatens erroribus, conuictum, ac damnatum erit: minore negotio, alij libri non ita venenati, confundentur, minuſque inde orientur cauillationes. Ea propter non minutula quæque, ſed maiora, & quæ damnabiliora ſunt, ſecerni, & extrahi debent: qualia ſunt, quæ Lutherus, ac alij cum prioribus, & damnatis Hæreticis ſentiunt.

XXXIV. Sic etiam fieri poſſet, vt Sua Sanctitas apud extrahentes hoc impetraret, vt cuilibet extracto errori ſubijcerent breui rationem, cur illa, vel iſta hæreſis damnanda eſſet, ac reprobanda videretur: & hoc reuera præclarè factum eſſet, & negotium totius Concilij mirabiliter, & iter, & fœliciſſimè promoueret: nam aliqui inter tot hæreſes, & errores, qui prima facie, ſæpè & rationi, & Scripturæ conſoni eſſe videntur, & apparent, ſi quis non fuerit acerrimi, ac planè Chriſtiani iudicij, facilè ex Catholico fieret, & redderetur Hæreticus. In ſumma, ſi non priùs aperentur extracta, quàm ad Concilium ventum fuerit, non modò fruſtra diſputando multi abſumentur dies, ſed in annos pertraheretur Concilium.

XXXV. Eſſet etiam planè ridiculum, cùm Sua Sanctitas ſit Caput, & Vertex Eccleſiæ, ac Domini de cœtu Cardinalium Concilij cardines, ſi ignorarent, neque notas haberent, propter quas Oecumenicum eſſet celebrandum Concilium. Et licet aliqua forſan ex Bulla Leonis, aut aliunde poſſent eſſe cognita: tamen quia hæc noua ſecta hoc commune habet, vt de die in diem in peius creuerit, & inſtar gangrena ſerpſerit, & quotidiè latius ſerpat; propterea vix credo, Sanctitati Suæ difficultates omnes notas eſſe. Abſurdum, itaque foret, hæc præcipua Summum ignorare Pontificem.

XXXVI. Ad hæc longè eſſet abſurdius futurum, ſi in colloquijs, vt fit, propoſitorum, ac dictorum rationem non poſſent adduci. Et iam vbi Lutherani viderint nationē Italicam, ac alias, eſſe Verbo Dei, & ſolidis Scripturis armatas, & benè munitas, longè faciliùs ſeſe doceri, ac à male concepta opinione ſeſe auelli patientur.

XXXVII. Cum primis etiam eſt, & neceſſariò curandum, vt Biblia Veteris, ac Noui Teſtamenti reformetur ex cauſis ſequentibus, nam per ignorantiam linguarum, & impijſſimam iniuriam, multæ intolerabiles irrepſerunt mendæ. Exempli gratia in Euangelio Matthæi legi debet: *Linum fumigans*, adiecta per ignorantiam litera g. legitur: *Lignum*, hodie tamen ille error valdè eſt vulgaris. Ad hæc paſſim legitur: *Sic volo eum manere*; cùm in Græcis exemplaribus legatur ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν. Quod eſt: *Si eum volo manere*. Et eiuſmodi multi ſunt errores. Proinde mihi videtur, vt Sua Sanctitas ea priùs inſpici, & emaculari curet. Ad quam rem valdè commodus, & appoſitus erit Pagninus ille Lucenſis, ac alij complures in Italia, & Roma, Latinè, Græcè, & Hebraicè doctiſſimi viri: ſed & hoc præparare interea oportet.

XXXVIII. Præterea Sua Sanctitas, & deputati Cardinales ignorare non debent, quod Lutherus, ac Zuinglius Nouum, & Vetus Teſtamentum in linguam Germanicam verterunt, ac illud pluſquam in tribus millibus locis peruerterunt, deprauarunt, ac adulterarunt: ex ea autem verſione, & translatione in linguam Germanicam, orti ſunt innumeri errores, ac hæreſes in legendo, ſcribendo, ac prædicando. Cùm autem eiuſmodi translatio in manibus hominum verſetur, nulla mora erit interponenda, ſed omni cura, ac diligentia, innitendum, & elaborandum eſt, vt per Germanos aliquos huius linguæ peritos ex his malè translatis ſaltem intolerabiliores, & maiores extrahantur, ac colligantur errores. Quod ſi cum iudicio, & quadam grauitate factum fuerit, fortè fiet, vt Hæretici ſuos agnoſcant errores: quod mihi non ſit dubium, niſi ſint lapides. Ad hoc verò efficiendum ſoli homines Germani Græcè, & Hebraicè docti, vtpote lingua experti, ſunt deputandi. Et ille articulus eſt valdè vtilis, & obſeruatione digniſſimus. Deprauatio enim Bibliarum plurimum in cauſa eſt, quod tanti, ac tam immanes, neque priùs auditi oborti ſint errores, ac hæreſes.

XXXIX. Illa autem duo requiſita, non tantùm primum, cùm ad Concilium ventum erit, ſunt diſcutienda (forſan enim vix aliquot annis experiri poſſent) ſed ſtatim ſunt committenda Viris, vt dixi, doctis, ac linguarum expertis, vt è veſtigio rem aggrediantur: ita enim veniemus ad Concilium cum expedita armatura Dei parati ad perficiendum negotium feliciter, & citò.

XL. Huc accedit, quòd Lutherus in his libris, quos iam aliquot annis effudit, ſibiipſi, ac conſequenter eius quoque diſcipuli, ac ſequaces ſint contrarij: proindè rectè laudabiliter, immo vtiliter factura eſt Sanctitas Sua, ſi doctis, ac Catholicis hoc quoque committat, vt eiuſmodi antilogiarum, ac contradictionum colligerent extracta: nam ſi deprehenſus fuerit Lutherus ſibiipſi contrarius, ac contradicens, ad quod ſexcenties inueniri dabitur, profectò ſuis libris nemo fidere poteſt: nam ad inuitationem Apoſtoli, Scriptura diuinitùs inſpirata, ſi tradita fuerit, non oportet, vt ſit, eſt & non, ſed eſt, eſt.

XLI. Non

Digitized by Google

XLI. Non minus etiam vtile, ac neceſſarium erit, vt ſua Sanctitas curaret fieri excerpta errorum ab Eccleſia prius in vniuerſalibus, vel particularibus Concilijs damnatorum; qui tamen, proh dolor! prævaleſcente Lutheriſmo denuò ab inferis ſunt à Lutheranis reuocati & approbati.

XLII. Ad hæc præſtaret, vt nouæ etiam Lutheranorum, ac aliorum Hæreticorum hæreſes ſeorſim colligantur, ac ordinentur: nam etſi Lutherus prodire fecerit multas, aliquas tamen, antea non auditas, etiam in vulgus ſpargere non dubitauit: quale eſt illud, quod in ſermone de diuite, & Lazaro docuit, ab Aſcenſione Chriſti in Cœlum, neminem veniſſe in Cœlum, neque venturum illuc vſque ad extremum Iudicij diem.

XLIII. Et quamquam multæ ſunt grauiſſimæ hæreſes, cum primis tamen Sua Sanctitas conſiderare debet, ea, quæ ſpectant ad officium Miſſæ, ac Sacramentum Euchariſtiæ. Præcipuè autem Lutherus nocentiſſimam hæreſim contra Miſſam excogitauit, quæ in cauſa fuit, vt multa Templa, ac Monaſteria diruerentur, & in multis locis, Ciuitatibus, ac Regionibus nulla amplius Catholica celebretur Miſſa; ab hoc enim puncto aduerſarij haud facilè ſeſe patientur vel auelli, vel abduci, non attenta auctoritate Danielis, Malachiæ, & aliarum Scripturarum, ſolummodo propter Canonem Miſſæ, Sacramentum, & Sacrificium. Hic *neceſſarium* eſt, deputatos præſidentes eſſe benè deliberatos, & fundatos, quia hic hæret maximus ſcopus orthodoxæ Religionis.

XLIV. Et quamquam non dubitem, quin Sua Sanctitas, & Domini Cardinales, ac Epiſcopi ſatis ſint in his rebus verſati, ac docti, nihilominus tamen, cùm hæreſis contra Sacrificium Miſſæ prioribus ſæculis, non tam temerè, & pertinaciter, quemadmodum temporibus noſtris, diſſeminata ſit, neque oblatio Miſſæ à quoquam hæretico fortiter impugnata vnquam fuerit, ac pauci Doctores ea de re ſcripſerint, propterea non infrugiferum eſſe puto, vt Sua Sanctitas meos & aliorum in hoc argumento libros ad Suam Sanctitatem transferri curet; nam in hoc puncto multum erit laboris, ac diligentiæ ponendum, alioqui apud Zuinglianos, numquam reſtituetur in ſuo ordine Miſſæ Sacrificium.

XLV. Porrò cum Lutherus acerrimè Primatum S. Petri, ac Romanæ Eccleſiæ impugnauerit, ac damnauerit; quod etiam nuper Rex Angliæ ſequutus eſt, curandum erit, vt huic articulo à Lutheranis propoſito, fortiter, & ſolidis Scripturis, ac argumentis obuietur, ac reſpondeatur.

XLVI. Cùm autem ego ante quindecim annos contra Lutherum pro Primatu Petri ſcripſerim, ac illud opus prius Romæ, deinde quater in Germania excuſum, ad hæc Dominus Doctor Ecbeyus in eodem argumenti genere ſit cum laude, ac dignitate verſatus; eiuſmodi tamen libri omnes diuenditi, ac neſcio quo pacto euanuerint, proinde valdè vtile & profuturum, & ex aliqua parte neceſſarium eſſe duco; vt eiuſmodi libri de Primatu Petri & Romanæ Eccleſiæ recudantur, ac denuò typis mandentur, vt ſi aduerſarij in hoc puncto vellent plus iuſto eſſe moleſtiores, id quod maximè formidandum eſt, iam Patres, qui Mantuæ congregati fuerint, poſſent ex ibi collectis videre, quid eſſet de Primatu Petri, & Romanæ Eccleſiæ ſentiendum: nam in hoc opere reſpõdeo Lutheri argumentis, & obiectionibus omnibus.

XLVII. Ad Primatum autem Petri, ac Romanæ Eccleſiæ duo librorum genera in primis conducent, ac vtilia erunt: quę neceſſariò ſunt Suę Sanctitati, ac DD. Cardinalibus comparanda: primò acta Conciliorum, quę nuper Baſileæ & Colonię ſunt impreſſa, in quibus videre erit, quo pacto ſemper in antiquis Concilijs negotia fuerint diſcuſſa, & præcipuè præſidente Romano Pontifice. Quamobrem Sua Sanctitas omni modo curare dignetur, neque negligat, vt eiuſmodi actorum Conciliorum exemplaria quinquaginta, ſexaginta, aut etiam centum comportari, & ad ſe deferri ordinet: illis enim habitis, licebit videre, in prioribus Concilijs non ſediſſe, neque vocem dediſſe Sectores, Sartores, Cœmentarios, & huius generis homines; id quod maximè fieri, & obſeruari volunt aduerſarij ferè omnes. Secundò, in multis S. Benedicti Monaſterijs habentur veterum Conciliorum originalia ante aliquot centenos annos in membrana exarata & ſcripta, quę Sua Sanctitas omninò per Ordinarios, aut Abbates accerſiri, & aſportari iubeat, ac committat: nam per huiuſmodi antiqua, ac veneranda volumina aduerſarij facilè confundentur. Vbi autem, ac in quibus Monaſterijs ac locis Germaniæ huiuſmodi libri reperiantur, ego ſi de hac re interrogatus fuero, me oſtenſurum offero, ac polliceor, ac per huiuſmodi media multa nullo negotio perficientur.

XLVIII. Periculum etiam eſt, ne aliquot difficultates emergant propter ſeſſiones, ac præcedentias; quapropter vtile eſſet, vt Sua Sanctitas ex actis antiquorum Conciliorum peti iuberet, quo pacto olim ſeſſiones habitæ fuiſſent, & vt hęc in quendam quaſi Iudicem colligantur per Dominos Deputatos, ne inanes propter ſeſſiones rixæ oboriantur, & ne fortè in vnum atque alterum annum Iolius præcedentię cauſa protrahatur Concilium. Ad quod etiam valdè vtile, & commodum erit, ſi Sua Sanctitas acta Concilij Florentini, Piſani, & vltimi Lateranenſis depromi curauerit. Ad hæc ſcire debet Sua Sanctitas Baſileę eſſe duo volumina in pergameno exarata, in quibus omnia eius Concilij acta copioſiſſimè, etiam nulla ſcheda prętermiſſa, continentur. Ita etiam Conſtantię reperiuntur ſimiles libri, in quibus nihil omiſſum eſt, quod ad ſeſſiones, ac alia huius generis pertinere videtur. Quæ omnia Sua Sanctitas per Sereniſſimum Romanorum, ac Vngariæ, & Bohemię Regẽ Dñm meũ Clementiſſimum Ferdinandum ad Concilium ordinari poſſunt, quòd ſi, vel propter præcedentiam, aut alijs ex cauſis, controuerſia mota fuerit, mox ex his tantæ auctoritatis libris emergentes difficultates etiam cum maieſtate decidi, & reſolui poterunt, multum enim iuuabit, & præſtabit retroactis Concilijs ſic, & ſic ſediſſe, & egiſſe.

XLIX. Nam, etſi acta Conciliorum Conſtãtienſis ac Baſileenſis ſint typis excuſa, nihilominus non ſunt niſi quędam Summaria. Illa quæ Baſileę ſunt, in duobus iuſtę magnitudinis voluminibus ſunt integra acta.

L. Debet etiam Sua Sanctitas ſcire, quòd iam inde à viginti annis multi præſtantiſſimi, & antiquiſſimi Auctores, & eorumdem libri per Typographos ſunt in lucem editi, quos proculdubio aduerſarij, ſi ad Concilium venerint, ſecum portabunt. Proinde curandum eſt, cùm hi libri forſan Romæ ante hac non fuerint viſi, vt eorum aliquot exemplaria per Dominos Deputatos, quantum fieri poteſt comparari, ac conuehi Sua

Digitized by Google

Sanctitas præcipiat, ac ordinet, ne cùm fortè aduersarij in colloquijs, ac disputationibus illos allegauerint, eorum copia in continenti fieri, & haberi non possit: & forsan aliunde etiam, cum risu, eiusmodi Auctores oporteret ab aduersarijs emendicare. Qui autem & quales sint ij Auctores comparandi, ac Romam conuehendi, ac ordinandi sint, proprio, ac singulari continebitur Catalogo, si ita placuerit Suæ Sanctitati.

LI. Præterea Sua Sanctitas ante omnia, & præcipuè considerare debet, quod Oecolampadius, Capito, ac alij, multos libros ex Chrysostomo, Theophylacto, ac alijs, de Græco in Latinum conuerterunt, & vbicumque locum aliquem suis hæresibus aduersari deprehenderunt, illum prætergressi sunt, ac non translatum reliquerunt multisque in locis adulterarunt. Proinde necessarium erit, vt Sua Sanctitas aliquot Italicæ Nationis Græcè, & Latinè eruditos viros, interim, dum ad Concilium venitur, subordinet, ac deputet, qui eiusmodi illorum translationem, oblatis Græcis exemplaribus, emendent, ac eorum errores detegant, breuiter notatis erroribus quo loco, & quàm hallucinati sint, veluti in quasdam annotationes redigant: nam optimi quique Auctores per eiusmodi perfidos Interpretes sunt corrupti, ac deprauati. Exempli gratia, Chrysostomus paucis paginis complexus est capita Bibliæ: hunc libellum Oecolampadius vertit, sed ita peruertit, vt plusquam in centum locis mendæ intolerabiles reperiantur.

LII. Opus autem sanè est hoc facere, cùm supradicti Interpretes, nescio quam existimationem, ac summam eruditionis, ac linguarum cognitionis opinionem apud multos in Germania sibi comparauerint. Rursus autem, si eorum insciția, aut malcuolentia, per doctos viros detegetur in Concilio, fiet, vt eorumdem existimatio penitùs apud omnes obscuretur. Hoc autem antea Romæ, vel alibi fieri debebit, ac necesse erit, ne cùm ad Concilium ventum fuerit, solum huius rei gratia ad longa tempora sit inhærendum grauioribus pro Christiana Republica negotijs existentibus.

LIII. Summa etiam erit necessitas, vt Sua Sanctitas proprios librorum excusores Mantuæ habeat, qui solum Suæ Sanctitati deseruiant. Adiecta etiam pœna, ne quisquam aliquid excudat, non solùm prædicto in loco, verùm etiam, alijs in Regionibus earum rerum, quæ in Concilio tractata fuerint: alioqui aduersarij iuis editionibus magnas parient confusiones, ac fortè tumultus, eritque adeò postremus error peior priore. Expertus dico, scio enim, quid in aliquot Germaniæ Principum Dietis, ac conuentibus acciderit, vbi Lutherani mox, non tantùm quæ dicta, sed & ferè quæ non dicta, dumtaxat cogitata fuerunt, imprimi fecerunt.

LIV. Scit rursus Sua Sanctitas, & Domini Deputati, quod contra Sedem Apostolicam centum grauamina Germanicæ Nationis sunt edita inuulgata. Et cùm in hoc futuro Concilio plures abusiones, maculæ, rugæ, & nœui, quibus magna ex parte facies Ecclesiæ deformata, & commaculata apparet, delendi, ac quasi spongia abstergendi sint, alioqui abusionibus non sublatis è medio, nulla pax, nulla denique vnanimitas erit. His autem in vnoquoque statu reformatis, fiet sine dubio, vt is Christus, qui in nauicula Petri ventis, & mari sæuientibus, dormire videtur, surget, imperabit ventis, & mari, & fiet magna tranquillitas in Ecclesia Dei. Ego autem si dignus ac idoneus ad consulendum esse possem, ex puro corde Suæ Sanctitati hoc consilium darem, certè, meo iudicio, abusiones Romanæ Curiæ (magnum enim est discrimen inter Curiam Romanam, & Romanam Ecclesiam) prius per Suam Sanctitatem essent moderandæ, non enim committere debet Sua Sanctitas, vt quilibet aduersarius garrulus, & impudens sibi eiusmodi abusionum tollendarũ vendicet censuram, ac auctoritatem. Proinde, hæc omnia sunt ante Concilium per Summum Pontificem deliberanda, & facienda: poterit enim nunc Sua Sanctitas illa centum grauamina Nationis Germanicæ in manus sumere, ac illa per se sua sponte moderari, ac mitigare, & quæ occurrerint abusiones tollere sine inuestigatorio: sunt enim eiusmodi, vt mitigationem patiantur, & sunt certa moderamina in promptu, quibus Sua Sanctitas sese grauatam conqueri iure vix poterit. Est enim longe latius, multoque consultius Sacrosanctæ Sedi Romanæ, & Cathedræ Petri, vltrò in abusionibus, quæ irrepserunt, cedere, quàm tandem cadere.

LV. Si igitur Sua Sanctitas Domum suam, ac Curiam, ac eius abusiones ita reformauerit, magnam apud omnes Nationes consequetur laudem, ac auctoritatem, eritque magna spes, vt etiam tota Germania, immò tota Ecclesia, possit in tranquillum, ac orthodoxum priorem statũ redigi, eritque magnum documentum voluntatis ac modestiæ Suæ Sanctitatis, non solùm apud Hæreticos, verùm etiam Orthodoxos: ita enim fiet, vt facies Ecclesiæ tot cicatricibus deformata possit ad suum decus reformari.

LVI. Alioqui aduersarij semper, & vsque ad raucedinem præsidenti Summo Pontifici clamabunt: *Medice, cura te ipsum; qui alium doces, te ipsum non doces? qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. Et quare assumis Testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Hæc summa necessitate adductus dico bono zelo, ac animo. Ita me Deus amet; hac sola ratione persuasus, vt per omnia cultus Dei, & Apostolicæ Sedis seruetur, vt mala in futurum emersura vitari, & in tempore præcaueri possint.

LVII. Demũ maximè & ante omnia considerandũ est, quòd in publicatione Cõcilij nullus saluus conductus continetur: aduersarij autem nullo pacto poterunt adduci, vt veniant, nisi expresso saluo conductu, qui etiam à Sacratissima Cæsarea Maiestate debet edi, & publicari. Proinde curandum est, vt etiam saluus conductus confestim absque omni mora publicetur, alioqui Lutherani noua inibunt consilia, & inter sese consusurrabunt in eorum conuenticulis, neque ad Concilium proficiscentur: Proinde necessarium erit, quemadmodum dixi, in primo quoque tempore articulus ille enodetur, ac publicetur: nam, si negligatur is saluus conductus, proculdubio hæc prima & præcipua erit illis ansa, ne minus veniant etiam centies ad Concilium vocati.

LVIII. Quid autem in prædicto saluo conductu narrari debeat, & quid omitti, Sacra Cæsarea Maiestas maturè considerabit: Etsi ego quoque interrogatus de hac re fuero, pro tenuitate intellectus mei, quæcumq; potero, humiliter, & pro mea in Deum, & orthodoxam religionem debita obseruantia, indicabo.

LIX. Quamquam etiam in die Pentecostes Concilium Romæ sit denuntiatum, & publicatum

Digitized by Google

tum, nihilominus tamen neceſſarium videtur, vt Archiepiſcopis ſingulatim in Germania demandetur, vt ſuos Suffraganeos conuocent, & ſecum deliberent, quos ad Concilium mittere, & ordinare velint: & deinceps opus eſt etiam, vt Suffraganei ſuum Clerum conuocent, & cum illis cõcludant, quì ad Concilium vel de Prælatis, aut Doctoribus mittendi ſunt, & qui non. Et cùm ſit poſſibile, non tot Epiſcopos conuenturos ad Concilium, quot in primitiua Eccleſia conuenire conſueuerunt, & conuenerunt in Chalcedonenſi, Epheſino, vel alibi: ſed ſaltem eorum Nuntios, & vtinam doctos, affuturos, æquum ac neceſſarium eſſet, vt Prælati inter ſeſe contribuerent, quo maior Doctorum, & Catholicorum numerus cõgregetur in Concilio: & niſi hac via & ordine procedatur, paucos credo propter tenuitatem rei familiaris poſſe ad Concilium ex Germania venire. Propterea illis quoque, qui venturi ſunt demandandum eſt, vt habitu honeſto Presbyterali, & cum quadam grauitate, morum, & vitæ, veniant. Hoc autem commodè per Nuntium Apoſtolicum in partibus Germaniæ, & circumiacentibus Regnis, atque locis poteſt expediri, qui Nuntius poteſt etiam Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac alijs præſcribere, ac mandare, ac ab illis rurſus reſponſum, & relationem accipere, vt Sua Sanctitas maturè ſcire poſſit, *qui, quot, quales, & à quibus Regionibus ſint venturi, qui ad Concilium* vocati ſunt. Et hac cogitatione rectè abſoluta, & in effectum deducta videbunt, & ſcient non modò aduerſarij, ſed & optimi quique Catholici rem Concilij, Sanctiſſimo Domino Noſtro cordi eſſe.

LX. Rurſus verò, cùm plerumque doctiſſimi quique, & qui commodiſſimè in hunc vſum deputari poſſent, ſint omnium pauperrimi, neque poſſint ſeſe per anguſtiam rei familiaris, & quod ſit illis domi curta ſupellex, ad Concilium præparare, eſſet valdè commodum, vt Sua Sanctitas, cum alioqui, & antequam etiam in ſummum hoc dignitatis faſtigium eligeretur, ſemper doctorum & bonorum fuerit patronus & mœcenas, eiuſmodi doctis ac Catholicis aliquod ſubſidium, aut viaticum ordinaret: nam hi, qui tam fortiter in hanc horam Lutheriſmo reſtiterunt, omnes pauperrimi, & quouis codro pauperiores ſunt: ſine illis autem, & eorum præſentia parum proficerent alij. Quare de patrimonio Crucifixi, aut Petri, apprimè neceſſarium erit, vt huiuſmodi doctis de viatico, & victu prouideatur: qua in in re Sanctiſſimus Dominus Noſter proculdubio pro innata ſua bonitate, & in doctos liberalitate difficultatem non faciet; ſed hac parte gloriam ſibi immortalem cùm apud Deum, tùm apud homines pariet: ad hæc eorum Ordinarijs ſcriberet, & mandaret, vt ipſis quoque doctis de neceſſarijs ad ſanctum hoc opus prouideretur; res enim tam ardua non poterit facilè abſque illis expediri.

LXI. Qui autem contra Lutherum ac alios Hæreticos ſcripſerint, ac prædicauerint expeditè palam eſt, & breuiſſima ſcheda poterit oſtendi. Vt igitur eorum opera Sanctitas Sua vti poſſit, efficiendum erit, vt ſubſidio Suæ Sanctitatis ad Concilium venire poſſint, nam opus erit, vt libros ſecum deferant, in quibus non mediocres ſumptus conſiſtunt.

LXII. Quamquam etiam in Regno Bohemiæ etiam noſtri multi boni, ac orthodoxi ſint Chriſtiani Eccleſiæ Romanæ cum obedientia ſubiecti, nihilominus tamen irruperunt interim, & à tempore Baſileenſis Concilij aliquot Hæretici, ſcilicet Piccardi, qui malè ſe in Sacramentis, ac Miſſæ officio gerunt. Sunt & illic Lutherani; ſunt & Calixtini, qui ſub vtraque ſpecie communicant. At vt verum fatear, hi ſunt Lutheranis, & Zuinglianis tolerabiliores, quia in paucis à Chriſtiana Eccleſia diſſentiunt. Alioqui contra Lutheranos propter Eccleſiaſtica Sacramenta acerrimè pugnant, & bona ſpes eſt, ſi humaniter, ac debitè cum illis tractatum fuerit, facilè ad Eccleſiam reduci poſſunt. Eſſet igitur bonum, quòd Sua Sanctitas, & Sacra Romanorum Regia Maieſtas rem illam procurarent, quibus medijs, ac modis, Bohemi quoque ſuos Nuntios in Concilio haberent: vt ita aſſiſtente gratia Spiritus Sancti, hoc quoque inclytum Bohemiæ Regnum iterum gremio Eccleſiæ reſtitueretur, ac ad vnitatem fidei reduceretur: nam niſi illi vocarentur, poſſet multum inde incommodi ac diſcordiæ oriri: at è contra cùm bona ſint illic iudicia, quod Bohemi ſuis abuſionibus de Euchariſtia, quæ paruulis datur, & nonnullis alijs rebus, cederent.

LXIII. Ad materiam autem ſub vtraque ſpecie, opus eſt, benè fundatos eſſe eos, qui hac de re vel cum Bohemis, vel etiam cum Lutheranis conferre velint. At quibus Scripturis & modis obuiandum ſit, facilè reperietur in actis Concilij Baſileenſis & Conſtantienſis, ex Ioanne Gerſone, ac alijs, qui hæc deſcripſerunt.

LXIV. Qui autem ſint illi docti ac Catholici apud Germanos, qui ad hunc vsũ deputari poſſint, & quid vnicuique oneris imponi poſſit, ſi hoc Suæ Sanctitati placere videro; offero me libenter, & cum debita obedientia fideliter ad vtilitatem, & vnitatem orthodoxæ fidei cum longè maioribus demonſtraturum: nihil enim tam graue poterit iniungi mihi, quod non ſim pro tenuitate mearum virium libens facturus.

LXV. Et hæc mea indicatio, & quaſi præmonitio eſt meo iudicio non minus neceſſaria, quàm fructuoſa ac vtilis: nam niſi hoc modo in præparatorijs procedatur, periculum eſt, ne futurum Concilium in multos annos protrahatur, & forſitan (quod Deus Optimus Maximus auertat) rebus non vſque adeò feliciter expeditis, diſſoluatur, & nihil egregium, & neceſſarium expediatur; atque ita nouiſſimus error ſit futurus peior priori. Si autem, vt ſupra oſtendi, omnia ita præordinabuntur, & præparentur, ſpes eſt maxima, vno anno poſſe totam Concilij rationem explicari, & expediri; alioqui ſi illotis, vt aiunt manibus, & quaſi cœcutientes, ac imparati Mantuam venerimus, nonniſi rerum omnium confuſionem, & turbationem videbimus.

LXVI. Quod autem attinebit ad expeditionem contra infideles, ac alios articulos; non me impedio ac immitto: nam cùm in Spiritu Sancto fiat Concilij congregatio, par eſt, vt hæc grauiter, & conſultè concludatur: Prius tamen opus eſt vnitatem in domo & Eccleſia Dei firmare, & ſarcire: quod non fiet, niſi vna Fides, & vnum Baptiſma conſeruetur, ac prædicetur in tota Eccleſia Catholica, & mihi dubium non fuerit quin his, qui habitare facit vnanimes in domo, pacem reddat, vt cantemus cum cytharœde illo Regio: ***Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.***

LXVII. Supereſſent inſuper nonnulla alia, fortè non vſque adeò contemnenda, vel negligenda: quod verò non poſſint calamo tutò & ſecurè

curè credi omnia, ſed potius quædam in aurem dicenda ſint, confidenter proin in præſentiarum explanare rem latius abſtinui, fortè Deus dabit, vt in alio tempore poſſint aperiri, & declarari ſat commodè reliqua.

LXVIII. Ad præſens, & quaſi pro colophone adijciendum puto, quòd, ſi non maturetur Concilium, erit ſine dubio tanta defectio, & diſceſſio ab Eccleſia, *vnde* (iuxta verbum Cypriani) *omnium Eccleſiarum orta eſt vnitas*, vt facilè in multis ſæculis hæc ruina nequeat reparari, neque reſtitui poterit: nam erunt in diuerſis locis conciliabula & conuenticula multa, quale & hoc fuit maximè de menſe Maij præterito, quod inter Lutheranos, & Zuinglianos habitum eſt Francfordiæ, & Yſſenachi; cuius præſtigioſam concluſionem adijcere placuit, vt videat Sua Beatitudo, adhuc eſſe vnum Deum, qui ſuo ſpiritu non ſinit etiam inter ſe in re tam manifeſta conſentire, & conuenire hæreticos; cùm tamen tota Eccleſia Catholica per totum Orbem terrarum diffuſa, circa verba Sacramenti non modò vacillet, ſed vnanimis, & tota concors eſt. Zuingliani verò ſciſſi ſunt in nouem ſectas ſuper his breuibus, & apertiſſimis verbis Chriſti; *Hoc eſt Corpus meum*.

LXIX. Ad officium itaque Summi, & Principis Paſtorum Papæ quidem pertinebit, vt oues ſuo ouili, ſuæ denique curæ creditas, cùm viderit errare in montibus, in colle excelſo, in deſerto ad imitationem pij Paſtoris non modò reducere, ſed & ſuis humeris ad gregem ſanctum Domini portare: *& erit illi Dominus profectò merces magna nimis*.

LXX. Neque hoc prætereundum duco, quòd hoc durante Lutheriſmo per proximè viginti actos annos, antiquæ, & veræ Religionis Viri, & mulieres pij mortui ſunt magna ex parte, vt interim in maioribus Ciuitatibus apud Germanos nulla, vel modica plantatio Catholicorum ſubſequuta eſt; immo quid ſit vera Religio, interea qui nati ſunt, prorſus ignorant. Sunt & inter Doctores Theologiæ quam pauci in tam lata ac magna natione Germanica, qui fortiter huic Lutheranæ factioni reſiſtant, aut reſiſtere norint, atque didicerint: ita vt verè iam in hæc inciderimus tempora, vbi iuxta prophetiam Saluatoris noſtri, *Charitas refrigeſcit, & prævaluit iniquitas*.

LXXI. Ideireò modis omnibus feſtinandum eſt, ac erit, ne diutius differatur hoc tandem & feliciter inſtitutum Concilium: alioqui & reliquiæ Catholicorum paruulæ poſtremo non ſupererunt: &, quod timendum eſt, ſeducentur etiam (ſi fieri poteſt) electi: quinimmo, ſi non in bono tempore S.D.N. tanto malo hoc vno Concilij & medio, & remedio occurrat, & manum præbeat, reddentur multi non modo irreligioſi, ſed planè impij ac athei, id eſt ſine Deo homines; neque poſthac facilè erit modus aliquis, huic & tam grauiter inflicto vulneri Eccleſiæ ſalutem dare. Et proinde atque talis res erit, quaſi cum Ethnicis, & ſine Deo hominibus tentes celebrare Concilium. Quare ne naufragium in fide & religione periculoſius accidat, feſtinandum & diligenter inuigilandum erit, quo ſaltem rebus his bonum, & ſalubrè detur principium: Nam quæ inepto, & malo, ſunt inchoata principio, vix ad optatum, & felicem poterunt perduci finem. Non dubitem autem, ſi Sua Sanctitas inſpirata Spiritu Dei, vt ſanctè & feliciter cœpit, omnes animi ſui cogitatus ad id adiecerit quòd priſtino candori, & integritati reſtituatur Eccleſia, & potiſſimum quòd aboleantur hæreſes, & abuſiones tollantur è medio, ſi quæ, vt reuera multæ, irrepſerunt, deprehenſæ fuerint, videbit hanc defectionem & turbationem, quæ nunc in foribus eſt, & proh dolor! prævaluit, cum maxima tranquillitate & ſedari, ac finire: id quod largiri ac donare dignetur is, per quem, ex quo, & in quo ſunt omnia. Ipſi honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

LXXII. Hæc nulla alia ratione indicare, & de his prædictis præmonere volui, niſi quod zelus domus Dei comedit, & vrget me, & vt ſaltem in hoc gazophylacium futuri Concilij etiam duo verè minuta cum paupercula in Euangelio viduæ conferrem, & cum illa Moabitide muliere ſpicas colligerem poſt terga metentium: ſcio enim eſſe multos, qui meliora dabunt. At forſan ea quæ dixi, ſi non ſint apprimè neceſſaria, forſitan tamen non erunt inutilia.

38 Ad ſingula verò capita quæ à *Ioanne Fabro* in ſuperiore libello propoſita fuerant, ſubiecta verborum formula iuſſu Pontificio reſponſum eſt. *Tom. 13. de Concil. m. s. Arch. Patic. fign. n. 3100. p. 286.*

Hæc reſponderi iuſſit Sanctiſſimus D. N. ad Reuerendi Patris Domini Epiſcopi Viennæ ſuper futuro Concilio præparatoria.

In primis Sanctiſſimus Dominus Noſter in Vniuerſum commendat plurimum ſtudium, & pietatem prædicti Domini Epiſcopi, eumque (ſicut hactenus fecit) vt ſtrenuè pro Eccleſia Dei pugnare perſeueret, maximopere hortatur.

Nunc capitulatim iuxta numeros in margine notatos reſpondendum eſt, prout locus aliquis maiore attentione dignus fuerit.

I.II.III.IV.V.VI. Hoc optimè nouit Sanctitas Sua, & propterea vniuerſale Concilium, tam alacriter indixit, & ſummo ſtudio celebrare, & auctore Domino ad felicem finem ducere enitetur.

VII. Dominus Nuntius communicato conſilio cum prædicto Epiſcopo procurabit quamprimum mitti hunc Indicem librorum tam Hæreticorum, quàm Catholicorum, qui contra eos ſcripſerunt, & ſignificabit pretium, cætera Sanctitas Sua libenter exequenda curabit.

VIII.IX. Hoc in Concilio diſcutietur, & decidetur, & debitæ executioni demandabitur cum Dei auxilio.

X. vſque ad XX. Sanctitas Sua optat, & hortatur dictum Dominum Epiſcopum Viennenſem, vt vnà cum Doctore *Eckio*, *Cocleo*, *Nauſea*, & alijs, quos ipſi idoneos iudicauerint, id laboris aſſumant, & communicato conſilio cum Dño Nuntio Apoſtolico, ea maturè fiant, quæ neceſſaria videbuntur, & de ijs, quæ fient, in diem Dominus Nuntius ad Sanctitatem Suam ſcribat, ab ea debitum reſponſum quamprimum recepturus vnà cum remedijs opportunis.

XX. fiat vt in VII.

XXI. Rem gratam Sanctitati Suæ faciet Dominus Epiſcopus Viennenſis.

XXII. Aptiſſimi videntur ad hanc rem ij, qui in reſponſione ad X. & deinceps articulos ſunt nominati.

XXIII. Iam ad hoc aliquos Sanctitas Sua peritos Italos vocauit, vocaturus & ex alijs Nationibus doctos, loco, & tempore.

XXIV. Et hoc erit Sanctitati Suæ gratiſſimũ.

XXV. Sunt aliqui hic Itali ſatis benè inſtructi;

cti ſed ſi tempore Concilij aliquis erit in Germania, qui in hac re excellat, illi non abſque debito præmio hoc onus iniungetur.

XXVI. vt ſupra n. VII.

XXVII. XXVIII. Hoc optimè iam animadvertit Sanctitas Sua, & remedium quotidie præparat.

XXIX. XXX. Placet & hoc Sanctitati Suæ, & optat, vt fiat auxilio Dei.

XXXI. vt in VII.

XXXII. Et de hoc Dominus Nuntius referet, & reſcribet.

XXXIII. Hoc remittit Sanctitas Sua dexteritati, & prudentiæ eorum, quos in X. ſupra nominauit, & vt hic ſimiliter fiat negotium, dabit quibuſdam doctis Epiſcopis, & alijs doctis Viris, quos apud ſe habet.

XXXIV. Hoc gratiſſimum erit Sanctitati Suę, vt aliquis eorum faciat, qui in X. ſupra ſunt nominati; quis autem potiſſimum id humeris aſſumat, optat Sanctitas Sua, vt capta cum Domino Nuntio inter eos concluſione, ab eo certior quam primùm fiat.

XXXV. Expectat Sanctitas Sua libentiſſimè à Domino Nuntio Epiſcopo Viennę, vel à Domino Eckio.

XXXVI. ***Non deerit Propheta in Iſraël***: nec tamen ceſſat Sanctitas Sua hortari, tam ſupra in X. nominatos, quàm alios Germanos Catholicos, vt ad hoc inſtructi in Concilio comparean à ſicut Sanctitas Sua de eis ſperat, atque adeò pro comperto habet.

XXXVII. Sunt aliqui huiuſmodi libri ſatis caſtigatè excuſi, & in Italia, & in Gallia, ſed & adhuc maiorem curam Sanctitas Sua adhibebit.

XXXVIII. XXXIX. Hoc quia non niſi à linguæ Germanicæ excellenter peritis fieri poteſt, Dominus Nuntius cõſilio prædicti Domini Epiſcopi Viennæ, & in hac re ſtatuat, & ſcribat.

XL. Multum ſatisfaciunt Sanctitati Suæ, ***Antiluteranæ***, quæ Dominus Epiſcopus Viennæ compoſuit, nec non & ea, quæ notauit Dominus Eckius, ac etiam Domini Coclęi ***Lutherus Septiceps***. Quod ſi adhuc, vel ipſi, vel aliquis alius alia addere vult, non poteſt, nonniſi curæ pretium eſſe; & vt id fiat, Domino Nuntio in mandatis dedit.

XLI. Iam factum eſt ab aliquibus hic doctis viris, optatque Sanctitas Sua, vt in Germania itidem fiat.

XLII. Supranominati in X. ad hoc aptiſſimi ſunt.

XLIII. XLIV. Et hoc optimè nouit, & dolet Sanctitas Sua, deditque Domino Nuntio negotium, vt in VII.

XLV. Multi egregiè ſcripſerunt in hac re; ſed neque alij deerunt, qui pleraque alia, nondum edita, ad Concilium adferent ad hoc propoſitum mirum in modum facientia.

XLVI. Sanctitas Sua laudat plurimum vtriuſque ſcripta, deditque in mandatis Domino Nuntio, vt procuret, & ſcribat.

XLVII. Verſantur huiuſmodi libri hic in manibus ferè omnium: ſed & alij quamplurimi Conciliorum libri ampliſſimi tam Græcè, quàm Latinè compoſiti, & veteſtiſſima manuſcripta non deſunt, vſque adeò, vt non ſint Catholici inermes ad Concilium acceſſuri.

XLVIII. Ad hoc Sanctitas Sua eſt intenta, quantum ex antiquis Concilijs elici potuit: quantum verò ad Conſtantienſe, & Baſileenſe attinet; non poſſunt niſi conducere ad hoc eorum acta, modo ne aliquid in illis, præſertim in Baſileenſi, detegatur magis adhuc præiudiciale auctoritati Summi Pontificis, ***in cuius dignitate*** (vt inquit Hieronymus) ***Eccleſiæ ſalus pendet***; quod quamuis de quolibet Epiſcopo dicat in ſua cuiuſque Eccleſia, tamen hoc multò melius accommodari poteſt ad Summum Pontificem, qui eſt Epiſcopus Epiſcoporum, & in quo recumbit vniuerſalis Eccleſiæ cura. Eapropter benè compenſanda ſunt commoda, & incommoda, quæ è duorum illorum ſupradictorum Conciliorum integra lectione, & in publicum productione proficiſcerentur, & communicata re cum Sanctitate Sua, quod vtilius videbitur eligetur. [Porrò Baſileenſe Concilium poſt translationem fuiſſe conuenticulum Schiſmaticorum, & Synagogam Sathanæ à nobis ſuo loco demonſtratum eſt, quamuis nonnulli imperitiſſimi nominis, ea acta Concilij œcumenici titulo exornent.]

XLIX. Sanctitas Sua dixit Nuntio, quid agendum.

L. vt in VII. Optat autem à Domino Viennæ Epiſcopo Catalogum habere, quem offert, vt ſciat potiſſimum, qui in Italiam non ſint allati.

LI. LII. Dabit Sua Sanctitas negotium hoc peritis in Linguarum exterarum cognitione viris alijs, præſertim, quia Pagninus obijt, ſed eo peritiores in lingua Græca viuunt ad laudem Dei.

LIII. Et hoc fiet fauente Domino.

LIV. LV. LVI. Hanc ob cauſam Sanctitas Sua aliquos & doctrina, & ſanctitate vitæ inſignes Prælatos ad ſe vocauit.

LVII. LVIII. Fuerat facta mentio in Bullæ typo pro terris ſubditis Papæ, quatenus ſe extẽdit eius temporalis iuriſdictio: verùm quia hoc nihil ad Germanos, & pro ijs, qui per terras Eccleſiæ ſunt tranſituri, non erit opus: ideircò fuit è Bulla Concilij ſublata mentio ſalui conductus, & reſeruatum hoc Cæſareæ Maieſtati, quæ in bello occupata, non potuit huic rei vacare. Cęterum datum eſt negotium Domino Nuntio, vt de hac re cum Sereniſſimo Romanorum Rege loquatur, & hoc itidem tractabitur hic cum Oratoribus Cæſaris: neque dubium eſt, quin ſua Maieſtas id libentiſſimè faciat, cùm tantopere Concilium deſiderauerit.

LIX. LX. Factum iam eſt de more priſco; reliqua verò, quæ Dominus Epiſcopus Viennæ in hoc capitulo commemorat, poterunt ipſi Epiſcopi inter ſe ſtatuere, dummodo circa conditionem perſonarum, quæ Synodo intereſſe debent, à ſemita ſanctorum Conciliorum non deerrent. De hoc etiam Dominus Nuntius plura referet, qui cùm ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum reſcripſerit de ijs, quæ in X. notata ſunt, Sanctitas Sua non deerit honori, commodo, & dignitati Eccleſiæ Dei ſibi commiſſæ.

LXI. De hoc ſcribat Dominus Nuntius ex conſilio Domini Epiſcopi Viennæ, & Sanctitas Sua non deerit.

LXII. Dedit Sanctitas Sua in mandatis Domino Nuntio, vt cum Regia Maieſtate tractet.

LXIII. Non deerunt ad hoc, & alij docti, & Catholici Viri tam Itali, quàm Transalpini, præter eos Germanos, quos Sanctiſſimus Dominus Noſter intellexit eſſe in hac re egregiè paratos.

LXIV. LXV. Libenter Sanctitas Sua intelliget conſilium Domini Epiſcopi.

LXVI. Pro prima parte Concilium diſponet

Tom. 13. de Concil. in 1. Add. Patric. fol. n. 3200. p. 286.

auctore Domino. Pro secunda Sanctitas Sua quotidiè præcatur Deum, & non malè sperat.

LXVII. Dicat audacter quæ vult Domino Nuntio, & ipse scribet cautè & tutò ad Sanctitatem Suam.

LXVIII. LXIX. LXX. LXXI. Sanctitas Sua sicuti liberè, & lubenter indixit Concilium, quod etiam statim ineunte Pontificatu significauerat; ita nihil ad hoc tam sanctum opus peragendum sibi faciet reliqui: & nisi Orbis ardeat bellis, aut alius (quod abominatur) sinister euentus plusquam legitimè impediat, Sanctitas Sua quasi pro comperto habet rem, & fauste & feliciter perficiendam. Et hanc ob causam conciliare Principum Christianorum animos summa ope hactenus nixa est, & semper in hoc persæuerabit.

LXXII. Agnoscit Sanctitas Sua iam multis exemplis optimam mentem, studium, & præclara opera Domini Episcopi Viennæ, cuius Sanctitas Sua loco, & tempore nequaquam immemor erit.

39 Accepto eo responso *Ioannes Faber* Viennensis Episcopus, vt flagrantissimo studio amplificationem fidei Catholicæ prosequebatur, excindendæque, ac reprimendæ hæresi pijssimo ardore incumbebat, scriptis ad Ioannem Moronum Episcopum Mutinensem Pontificium in Germania Internuntium, exposuit extremâ celebrandi quantocyus Concilij necessitatem: quasue Vrbes, quos Principatus, quæ Regna inuasisset hæresis, eiusque progressus modos, fraudesque Hæreticorum ob oculos proposuit: nec non quæ ad confirmandam Religionem Catholicam conducerent in luce collocauit.

Ms. Prat. Card. Barberin. sign. 2677. pag. 46. Io. Faber Ep. Vien.

Reuerendissimo in Christo Patri, ac Domino D. Ioanni Episcopo Mutinensi, Sanctissimi D. N. Pauli huius nominis Papæ III. ac Sacrosanctæ Sedis Apostolicæ cum potestate Legati de Latere Nuntio, Domino suo per omnia obseruando.

Reuerendissime in Christo Pater ac Domine. Quamquam in primis præparatorijs nonnihil attigerim quam necessarium sit vniuersale celebrare Concilium: tamen vt Sanctissimus D. N. alioquin sponte ad hoc diuinissimum opus festinans promptior, & ad hoc inclinatior reddatur, putaui, vt is, qui sedet in altissima Sede, veluti speculator aliquis, & supremus Vicarius Christi, conuertat oculos suos, & circumspiciat vniuersum Orbem Christianum. Quod si Sua Sanctitas pientissimos oculos suos conuerterit ad Germaniam, illic inueniet inclytam hanc Nationem vndequaque infinitis propè hæresibus & erroribus, ne dicam impietatibus, plenam, ac refertam. Inueniet scilicet non solùm à via Catholicæ Ecclesiæ simplices & rudes, sed & potentissimos Principes, & multos, qui doctissimi volunt haberi, defecisse. Neque satis est Laicos deprehendere, sed & à via veritatis aberrare Ecclesiasticos: & vtinam inter illos non essent Episcopi, & Archiepiscopi. Moriuntur quotidiè boni, & qui persliterunt huc vsque in fide & religione Catholica, sed interim succrescunt, & quasi in teneris educantur, qui venenum hoc pestiferum hauriũt tùm à parentibus domi, tùm à prædicatoribus in Ecclesijs. Contingit enim, vt quotidiè res illa more andrabuli crescat in peius; & ferè est, quemadmodum in Paulo legitur, quod *quorumdam sermo serpit*, vt cancri, aut si malueris, vt gangræna.

Præualuerat hoc malum in paruo Germaniæ angulo, & in Aquilone, vnde venit omne malum, locus obscurus erat Vvittẽberga, & sine nomine. Illic autem cùm erigerentur, quasi sub Ieroboam duo aurei vituli in Dan, & in Bethel, id est Luthero, & Carolostadio, cœpta est negligi Ierusalẽ, cœpitque populus dicere Catholicis, & antiquis Prædicatoribus: *Nolite nobis videre visiones has: Nolite dicere, hæc dicit Dominus: Prædicate nobis placentia.* Factum est inde, vt tota Saxonia, quę sub Electore est, à Sede Romana defecerit, & Hassia, ac magna Vvestphaliæ pars: defecit Ducatus Vvittembergensis, Principes denique de Luneburg, ac alij permulti, & Principes, & Comites mordicus has hæreses fouent, ac sustinent. Nolo hic commemorare, quot, quanti Principes, etiam magni, nutent, vacillent, & altero pede claudicare incipiant. Et formidandum est, vt aliquis inter Germanos Catilina insurgat, & totum Statum Ecclesiasticum hianti ore deuoret, deglutiat, & perdat.

Sunt præcipuè Germaniæ Ciuitates huic, & tanto malo ferè omnes addictæ, vt iureiurando sese obstrinxerint; Inter has sunt Argentina, Vlma, Franckfordia, Constantia, Lindauia, Esselingen, vtinam non Augusta Vindelicia, Nuremberga, & aliæ Ciuitates quamplurimæ, quę omnium sunt potentissimę. Iam (quod periculosius est) ferè omnes corrupti sunt, & abominabiles facti. *non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*; nam, etsi Serenissimus Romanorum, Hungariæ, Bohemięque Rex Ferdinandus, Princeps, & Dominus meus Clementissimus, in hanc horam suis edictis, mandatis, & ordinationibus (quantus quantus est) constantissimè defenderit, quidquid vspiam fuit, quod ad Religionẽ pertineret orthodoxã: nihilominus tamen vulpes & vulpeculas hæreticorum, strophas, nugas, nęnias, tendiculas, & conuenticula prohibere, & præcauere non potuit: quia in Hungaria sunt loca plurima, in quibus Lutheranismus arridet, & maximè placet. De Morauia & Silesia certissimũ est, vt Anabaptistis, Piccardis, Lutheranis, & Zuinglianis non careant. Bohemiæ Regnum, proh dolor! in multas, & diuersissimas sectas scissum est.

Redeo ad Aquilonem. Quid aliud Regnum Suediæ, quid aliud Regnum Norvvegiæ, quàm ipsissimus Lutheranismus, & Zuinglianismus? Quàm inconstantes autem in fide, & religione sint, aut fuerint, etiam contra edicta, & seueriss. executiones Sacratissimæ Cæsareę Maiestatis inferiores Germani, nonnullæ seditiones, & multæ rebelliones docuerunt. Quod si quis Regnum Angliæ spectet; ecce quam insperata mutatio facta, vt illic ex defensore Christianę fidei, qualis, me præsente, & meis temporibus, declaratus est, Rex factus ter maximus apostata Fidei. Ad Meridiem spectantes ex Germania. Ecce populus Heluetiorum, alioquin potentissimus, & numerosissimus, Zuinglianę & Oecolampadicæ sectæ ferè totus, demptis quibusdam Cantonibus admodum paucis, seductus est. Quod si illi pro more suo veteri eruperint, quemadmodum anno præterito irruerunt in Ducem Sabaudiæ, peruertent, & euertent quidquid vspiam in finitimis Catholicorum est vestigiorum. De Gallia quid dicam? Dedit illa nobis plures Apostatas, & Hæreticos, quàm peperit etiam ipsa Germania, inde natum erat hoc monstrum Lamperti, inde venit nobis magnus Hæreticus Arianus, qui contra Trinitatem iustę magnitudinis librum scripsit. At hęc notoria sunt Sanctissimo Domino Nostro

quam

Digitized by Google

quàm vt multis enumerare neceſſe ſit. Faxit Deus vt in Italia non ſint, qui muſſitent, & dicant Lutheraniſmum rem eſſe ſanctam, & valdè religioſam.

Huic & tanto malo, principio obſtandum erat: quòd ſi ſerò nimis medicina parabitur, nihil certiùs expectare oportet, quàm ruina Chriſtianitatis. Huius vulneris vnicum emplaſtrum, vnum malagma, vnaque reſina, eſt vniuerſale Concilium; in hoc conuocentur Hæretici: mitigabuntur feroces animi, reintegrabitur Eccleſia; præſeruabuntur à vaſtatione Templa, Monaſteria, & Sacræ Ædes: erigentur capita iuſtorum, & Catholicorum; tollentur zizaniæ, ſumat confidenter pro ſe Sanctiſs. D.N., quod Chriſtus, cuius Vicarium agit, in terris, docuit, & prædicauit; [*Aperuit enim ille os ſuum in parabolis*; & inter cætera docuit: *Simile eſſe Regnum Cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo: cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abijt.*] (Vt mox:) Ecce quam aptè iſte ſermo cadit in hæc tempora; num oporteat, vel celebrare, vel differre Concilium, meo iudicio, nihil in toto Euangelio eſt, quod expreſſius dirigat Pontificis maximi animum, quam parobola hæc de ſemine, & zizanijs. Ante Lutherum creditus eſt vnus Deus, erat omnium vna Fides, in omnibus Regnis, & per omnes Prouincias erat vnum Baptiſma, erant lætæ ſegetes, copioſaque meſſis: ſeminatum erat bonum ſemen in toto Orbe, ſed dormientibus nonnullis, ad quos vigiliæ pertinebant, ſuperuenit ille inimicus, diabolicus Lutherus, ſuperſeminauit zizania, ſupercreuerunt, & ſupra modum multiplicata ſunt. Reſtat ergò vt colligantur, & alligentur in faſciculos ad comburendum. (id eſt vt damnentur anathemate in Concilio.)

Matth. 13.

Iam fortè repetet Reuerenda Dominatio Veſtra, diſſidia Chriſtianorum Principum in cauſa eſſe, & fortè ne minus poſſit celebrari Concilium. Reſpondeo ad hoc, oportere celebrari Concilium, vt reintegrentur, & vt reconcilientur Principes: cuius exemplum eſt, primum, quòd Ieroſolymis celebratum extat Concilium. Numquam, vel difficillimè ſeditio, quæ propter Circumciſionem in Antiochia facta, vel ſedari, vel compeſci potuit, niſi Paulus, & Barnabas accepiſſent à Concilio Apoſtolorum, & Seniorum, qui Ieroſolymis erant decretum. Patres itaque, ſi Mantuæ in Spiritu Sancto congregati fuerint, id faciant, id tententent, ac aggrediantur: quod Patres inter diſſidentes Reges, & Principes multos in Baſileenſi, & Conſtantienſi Concilijs, feciſſe leguntur, & ſtudeant componere lites.

Ad difficultatem autem, quæ de Turcis, & Barbaroſſa proponitur, itidem reſpondeo, non eſſe modum magis idoneum, quàm per Concilium tractari, vt Pontifex, Cæſar Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque Rex, deinde Galliæ, Portugalliæ, alijque Reges, ſemel inter ſe conueniant, ac confirment, vt de cætero iunctis animis, manibus, armis, viribus, tam aqua, quàm terra aggrediantur, hoſtes aduerſarios Crucis, & nominis Chriſti, & ſupprimant ſpurcam, fœdam, & turpem Machumeti ſectam. Nec eſt, quod Sanctiſs. D.N. à celebratione Concilij mouere, aut abſterrere debeat, quòd Lutherani venturi non ſint. Faciat Sua Sanctitas quemadmodum in Iſaia legitur, & exclamet dicens: [*Omnes ſitientes venite ad aquas*,] expandat tota die manus cum Chriſto. (Et infra.) Neque tantopere curandum eſt, etiamſi perſonæ Prædicantium, & ſeductorum præſentes non fuerint, ſatis ſit Sanctiſſimo D. N. & nobis Catholicis omnibus habere libros illorum, ſcire hæreſes, & non ignorare errores, ac malefacta illorum, quæ ſi condemnata fuerint vnanimi conſenſu Patrum, adhuc Dominus Deus *ſeruabit ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal*, & cedet ſine dubio illorum abſentia his ipſis in maximam confuſionem, ignominiam, & ruinam: creſcet autem ſupra modum auctoritas, & reputatio Sanctiſſimi D. N. & Cathedræ Diui Simonis Petri, ac Romanæ Eccleſiæ. (Et paulò poſt:) Quod ſi non celebretur, & maturè, Concilium iam indictum, deſperata res erit reliquorum Catholicorum, quorum (proh dolor!) reliquiæ paucæ ſunt: ſubmurmurabunt perpetuò Lutherani, ficta, & figmenta eſſe, quæ de Concilio publicauit, & intimauit Apoſtolica Sedes; dicent, Pontificem metuere ſibi ob malam cauſam: Et ecce, quid fiet, velint nolint, optimi quique pertrahentur in nationale Concilium, de quo toties in Comitijs Imperialibus ſermo eſt habitus, & concluſio facta. Subſequentur, & Prouinciales Synodi, excutient ceruices ab obedientia Sedis Romanæ: (nam id totum aduerſarij cogitant,) & diruentur Eccleſiæ, & Monaſteria, prohibebuntur omnes, ne Romam eant, ne quam obedientiam poſt hac, & de cætero faciant. Hæc tam certa ſunt, & formidanda, vt nihil certius, vel cogitari, vel dici poſſit. Et videat Sua Sanctitas ab exemplo Regni Bohemiæ, illic enim ſemel extincto Archiepiſcopo Pragenſi, & dirutis Monaſterijs per Thaboritas, & Ziſcam, nulli Oratores, nulli (etiam, vtcumque Catholici Reges) potuerunt obedientiam Romanæ Sedi debitam ex toto recuperare, aut reſtituere. Vtile itaq; fuerit iratos, & incenſos Germanorum animos placare, & inſolentes gladio verbi Dei, & auctoritate Eccleſiæ conuincere. (*Et infra.*)

Omninò conſultum erit, immo conſultiſſimum, vt quantocyus Sanctiſſimus Dominus Noſter ſcribat catholicis Doctoribus, & vnicuique ſingulariter, vt excerpta, ſeu extracta hæreſum, ſeu errorum comportent; Erunt autē diſtribuendi labores hoc modo, vt ſcribatur Doctori Ioāni Eckio quatenus triplicē ſubeat laborem: Primò, vt comportet Lutheri, Zuinglij, Oecolampadij, & eorum ſequacium hæreſes, errores, diſſidentias, & contradictiones, notetque, in quo libro, ſub quo titulo, vel capite, & quibus verbis, vnaquæque hæreſis ſcripta ſit: quodque adijciat breui compendio, quare putet, & ſentiat hunc, vel illam hæreſim reprobandam eſſe: & quod lucidè declaret, num ſit, vel antiqua, vel noua hæreſis, & vbi, atque in quo Concilio damnata. Secundò, vt lapſus, & errores, quos Hæretici in vertendo, & peruertendo, vtrumque Teſtamentum admiſerunt, in vnum, & breue compendium colligat. Tertiò, vt ſuos, & aliorum Catholicorum, etiam Lutheranorum libros comportet, & ſecum in Italiam tempore Concilij ferat.

Doctori Federico Nauſea iniungendum eſſe puto, vt Dominationi Veſtræ Reuerendæ offerre non grauetur ea, quæ centum grauaminibus Nationis Germanicæ, contra Sedem Apoſtolicam conceperit, tradat, & quæ contra Sacramentarios, & Anabaptiſtas, & ſeditioſos Apoſtatas faciant, è Scripturis colligat, & in vnum comportet.

Doctor Ioannes Coclæus decem & octo libros nondum editos habet, in quibus ex ordine deſcri-

deſcribit totam Lutheri, & Lutheranorum tragœdiam quaſi Annales. Hos libros conducibiles eſſe puto, vt habeat S.D.N. & hi, qui ad Concilium deputati ſunt: nam valdè conducet ex illis videre tot Sectas, ſciſſuras, & rebelliones, & ſeditiones omnes ex hoc vno malo ortas, & pullulatas. Sanctiſſimus D.N. in principio Concilij deteſtari debebit huiuſmodi inauditas cruentas tragœdias: nam ex hoc vno Euangelio Lutheri deprauato perierunt ruſticorum pluſquam centum millia anno MDXXV. Num hoc ſit verè prædicare, & illuſtrare Euangelium, dicet Pontifex, optimi quiq; cogitent, & iudicent, quando omninò ſoli hi ſpecioſi pedes euangelizantium ſunt, qui pacé euangelizant, & bonum annuntiant. Scripſit & idem Cochlæus Philippicas contra Philippum Melanchonem: ſcripſit & quædam alia, quæ ſi habita fuerint, multum proderunt. Illi iniungendum eſt, vt ipſe colligat hæreſes, & errores præcipuos. Scripſit tres alios libros, nondum editos, contra diuerſas hæreſes Lutheri: cui puto iniungendum, vt & hos libros edi, & publicari faciat: ſed & in hoc genere feliciſſimus eſt, vt contradictiones in vnum colligat. Propterea illi iniungendum eſſe puto, vt cogitet, & laboret in vnum exportare. vbi, & quomodo diſſideat à ſe Lutherus. Secundò, in quibus, & quantis diſſideat Lutherus à ſuis Lutheranis, hoc eſt à Caroloſtadio, Zuinglio, & Oecolampadio, Anabaptiſtis, & huius farinæ hominibus. Tertiò, vt in vnum colligat, quomodo, & vbi Lutherani, qui iurarunt in verba Lutheri, inter ſe diſcrepent.

Sed & hoc attendere debet Sanctiſſimus Dominus Noſter, quòd quam primum tunica illa inconſutilis Chriſti apud Germanos ſciſſuram habere cœpit, non modò Principes, & Ciuitates, ſed & paſſim viliſſima Oppida cœperunt nouam religionis formam, & normam formare conſtituerunt. Itaque ſuper Baptiſmo, Miſſa, de cœremonijs, ac de rebus huiuſmodi multis, & quaſi iureiurando firmarunt ſeſe hæc in perpetuum ſeruare velle: ſed infidelium, & impoſtorum eſt mos, vt nunquam ſibi ex æquo conſtent, vt omni vento doctrinæ agitentur, neque ſint, aut permanere poſſint ſtabiles: propterea mox, & pauco poſt tempore mutauerunt ſtatuta, conſtitutiones, & ordinationes. Et ridenda res eſt, quòd Lutherani non ſolùm in vna Prouincia, ſed & in vna Ciuitate, in vna domo, immo in vna menſa nunquam conueniant.

Vt itaque S. D. N. & cętus Concilij facer videre, & expendere poſſint, quo ſpiritu ſchiſmatis, & vertiginis agitati ſint Lutherani, conducibile erit, vt doctor Eckius, & Doctor Cochlæus diuerſas diuerſarum Prouinciarum, & Ciuitatum ordinationes, normamque antiquæ religionis nouatricem in manus ſumant, & extra hanc, vbi, quibus in locis, quàm variè, & quàm contradictoriè ordinationes in ſe, à ſe, & inter ſe diſcrepent. Hoc habito, lucrabimur populũ communem, vt ſint intellecturi omnes, Lutherum, & Lutheranos non habere Spiritum Dei, cuius proprium hoc eſt, vt per omnia ſibi conueniat, & ſibi ſimilis ſit. Et hic videbunt omnes tale monſtrum, vt etiam Poëtæ priorum ſæculorum nunquam tale finxerint: & pulchrum erit, Regnum Diaboli tot habere capita, tot habere monſtra. Et reuera miranda res eſt, quòd ij, qui nec vnius ſententiæ, vel opinionis ſunt, adhuc nouis fœderibus, & colligationibus in rebus, & negotijs, contra Deum, & Cæſarem velint eſſe iuncti. Oportebit itaque hoc modo diſſoluere colligationes, & faſciculos impietatis: Ad hæc excerpenda meliores non erunt, quàm Doctor Eckius, & Cochlæus.

Pro Sacrificio Miſſæ, (ibi enim cardo rerum vertitur,) & pro veritate Sacramenti valebit Nauſea, Eckius, Cochlæus, Vicelius, Doctor Meſingerus Ordinis Prædicatorum, & hìc fortiter pugnandum erit.

Tranſmiſit eodem tempore Ioannes Eckius ſtrenuiſſimus fidei Catholicæ pugil ad Pontificem libros, quos ad diſcutiendas offuſas Germanię Lutheranæ hæreſeos tenebras ſcripſerat, quem Paulus amantiſſimo hoc reſponſo cohoneſtauit.

Dilecto filio Ioanni Eckio, familiari Noſtro.

Dilecte fili, Literas, ac libros tuos Nobis ſuperioribus Menſibus oblatos recepimus. (*& infrà.*) Nos, fili, te valdè diligimus, optimeque de nobis meritum iudicamus, proindè omnem occaſionem cupidè amplexuri ſumus, qua erga te, & omnes iſthic tui ſimiles nos memores, gratoſque reddamus. *Datum Romæ, &c. XXVI. Iunij MDXXXVI.* Bloſ.

Ad Vrbẽ vocat Epiſcopos magni nominis pro Concilio Paulus III

40 Aduocauit ad ſe Paulus III. Pontifex Prę ſules virtute claros, vt illi auxilio eſſent in tam graui negotio celebrationis Oecumenici Concilij, vt ſubiectæ literæ ad Io: Petrum Caraffam Archiepiſcopum Theatinum, & Reginaldum Polum oſtendunt.

Ioanni Petro Caraffæ Epiſcopo Theatino.

Venerabilis Frater. Credimus eſſe perlatum ad Fraternitatem Tuam, Nos de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu Sacrum Oecumenicum, vniuerſale, & generale Concilium Mantuæ celebrandum, & in die XXIII. Maij proximè futuri inchoandum indixiſſe. Quod tibi, & ſimilibus tui Prælatis, pietate, ac doctrina ſingulari præſtantibus, & honorem Dei, nitoremque Sanctæ Eccleſiæ zelantibus, non dubitamus pergratum, & iucundum accidiſſe, Nobis verò non minus accidit gratum habere Fraternitatem Tuam inter cæteros Eccleſiarum Prælatos inſignes, qui hoc tempore Deo, & Nobis piam, & fructuoſam operam præſtare poſſint ad ſinceritatem fidei, & puritatem Eccleſiæ reſtituendam, cunctaque interim ſalutariter, & piè dirigenda, & ordinanda. Quamobrem eandem Fraternitatem Tuam hortamur, eique mandamus, vt mitigatis his æſtiuis caloribus, & cum ſuo alioqui commodo ad Nos veniat, vt eius conſilio, pietate, & doctrina in cunctis præparandis, & diſponendis, ſicut cupimus, vti poſſimus. *Datum Romæ apud S. Marcum die XXIII. Iulij MDXXXVI. Anno II.* Bloſ.

Mantuæ Concilũ indictum.

Enocauit pariter ad ſe Reginaldum Polum Regia Anglorum ſtirpe proſeminatum, qui pro aſſerenda orthodoxa religione, cõtra Nouatorum fabulas eruditiſſimos Commentarios ediderat, ad quem ſic literæ exaratæ fuere.

Dilecto filio Reginaldo Polo nobili Anglico.

Dilecte fili ſalutem, &c. Quoniam generale Concilium ad Reipublicæ Chriſtianæ beneficium nuper indiximus, & in animo nobis eſt, ex omni fidelium Natione doctos congregare, qui in tam laudabili opere nobis aſſiſtant: te, de cuius nobilitate, doctrina, ac probitate, ſinceraque in religionem, & Dei Eccleſiam mente, cùm ex ipſis operibus tuis, tum fide dignorum teſtimonio plura accepimus, pro Natione Anglica deputandum cenſuimus, & benemeritum, in quem hoc conferatur iudicij arbitrati ſumus vtere. Igitur hac honoris prærogatiua, & benemerendi de catholica fide occaſio-

Paul. II. lib. brev. an 2. pag. 353.

☞ cāsione, &c. *Datum apud S. Marcum XIX. Iulij MDXXXVI. Anno II.*

De accersendis ad se viris doctrina, & pietate spectatissimis, qui Concilio interesse possent, deliberasse Pontificem in Cardinalium Senatu, necnon de Internuntijs in varia Regna mittendis pro Indictione Concilij Regibus, Principibusque, atque Episcopis denuntianda, referunt Acta Consistorialia his verbis. [XXI. Iulij fuit Consistorium, Sanctissimus Dominus Noster decreuit intimare Concilium per vltimos Nuntios, decreuit quoque congregare optimos viros, qui interesse possent Concilio faciendo.]

Acta Consistor. ms. Cardin. Spadae Sig. 133. p. 302.

41 Decreta hæc in opus prouocata ostendunt plures literæ, atque in primis datæ ad Sigismundum Regem Poloniæ, cui indictum Concilium his de causis expositit Paulus. Pro delendis hæresibus, morum vitijs tollendis, conciliandis Principum diffidijs, vt generalis expeditio in Turcas conficeretur. Singulari verò pietate, cum fortitudine coniuncta excelluit Paulus, vt qui non modo Poloniam à Turcarum tyrannide, sed etiam ab Hæreticorum ingressu, & grassatione vindicarit, cui etiam significauit, missum Internuntium, vt Præsules Polonos ad Concilium vocaret.

Sigismundo Regi Poloniæ.

☞ *Paul. III. lib. brev. ep. 2. pag. 481.*

Cum ipsa celebratio Concilij ad hoc intendatur à Nobis, vt hæreses tollantur, dissensiones componantur, Ecclesia in moribus reformetur, fiatque demum generalis expeditio aduersus perfidissimos Turcas, cui iustius hanc celebrationem Concilij significabimus, quam tibi, qui semper fortissimus Christi Athleta, pia arma aduersus impios exercuisti, & omnes hæreses à tuo Regno, & Dominijs (quamquam vicinas, & validas) ita propulsasti, vt nemo hæreticus te sciente in tua ditione diem vnum viuere potuerit, pro quo tibi Deus Omnipotens præter hoc terrestre, quo frueris, etiam cœleste Regnum nunquam desiturum adijciet; itaque pro certo habemus, te optimum, ac pientissimum Principem ipsam celebrationem Concilij tanquam singulare præsentibus turbationibus remedium lætanter, & piè accepturam esse: mittimus ad te (dedita opera) dilectum filium Pamphilum à Strasoldo Sedis Apostolicæ Prothonotarium, & intimum Camerarium, ac Nuntium Nostrum præsentium latorem, vt Maiestati Tuæ hoc sanctum, & salutare opus particulariter significet, deindeque cum Metropolitanis, & Episcopis tuorum Regni, & Dominiorum idem agat, & exequatur, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum X. Septembris MDXXXVI. Anno II.*

Ob quas causas celebrandū sit Concilium.

Poloni Regis soli citudo in excludendis Regno Hæreticis commendata à Pōtifice.

Missus in Poloniam Internuntius pro Concilij promouenda causa.

Bisf.

☞

42 Daniæ etiam Regem, qui Lutheranæ hæresi se addixerat, de indicto à se Concilio Pontifex certiorem fecit, vt in eo incorruptæ veritatis puritatem hauriret, maleque susceptos errores abijceret, rogauitque, vt si ad illud accedere non posset, Regni sui Præsules ad id venire permitteret.

Regi Daciæ.

☞ *Paul. III. lib. brev. p. 517.*

Charissime, &c. Licet, quemadmodum Serenitati Tuæ iam innotuisse arbitramur, Oecumenicum vniuersale, & generale Concilium de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu indixerimus, & publicauerimus in Ciuitate Mantuæ celebrandum, & in die XXIII. Maij proximè futuri inchoandum; ipsamque indictionem, & publicationem Romæ factam sufficere sciamus; tamen cùm illa non contenti, per omnia Christianitatis Regna, & Prouincias, & præsertim per totam Germaniā prædicari ter faceremus, id ipsum etiā particulari Tuæ Maiestati, ac Prælatis tui Regni significandum, & exempla Bullarum ipsius Indictionis mittenda duximus, quibus certiorē, & pleniorem rei notitiam Tua Maiestas, vnà cum ipsis Prælatis habere possit; hortamur igitur Serenitatem Tuam in Domino, vt tu ipse pro tua bonitate, (quod mallemus) aut saltem per solemnes Oratores tuos congruo tempore eidem Concilio in dicta Ciuitate Mantuæ interesse, vtque Prælati tui Regni, personaliter interstint efficere velis iuxta ipsius Bullæ indictionis continentiam, sicut pro certo habemus Tuam Serenitatem pro boni Principis officio esse facturam. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum die X. Septembris MDXXXVI. Anno II.*

☞

Simile Regi Sueciæ. *Regest. post eand. epist.*

Conceptæ sunt eadem verborum forma literæ ad Sueciæ Regem, vt ad celebrandum Concilium pari consensu conspiraret. Paternis monitis Pontificis non assensere Lutherani Reges, ac Principes, sed ab improbis Impostoribus subornari se passi sunt, vt indictum Mantuæ Concilium reijcerent. [Is locus (inquit Surius) non placuit Germaniæ Protestantibus, allegabant multa pericula, quæ tamen longè iustius alleganti Pontifici, nempè si in Germania, vt Hæretici contendebant, indiceretur, cedere nolebant, incitati à versutis concionatoribus, qui Pontificem in summum odium, & contemptum adducere non cessabant.] Habiti sunt proximo anno mense Februario Smalcaldiæ conuentus ea de causa à Lutheranis, qui infecta re soluti fuere.

Surius in comm.

43 Sed hæc nitidius illustranda videntur ex alijs insignibus documentis. Cū per Germaniam Concilij Indictio opera maximè Ioannis Moroni, Episcopi Mutinensis Internuntij latè promulgata esset, Lutherani primùm expauere, illud, postulante Cæsare, fuisse indictum à Pontifice; nam si Cæsarea mens Cæsarcis verbis consentiret, religionis causa sibi bellum à Cæsare inferendum putarunt, cùm decretis Conciliorum obtemperare nollent: quare graui terrore concepto spectabant ad arma. At Cæsar veritus, ne Gallo fortè se coniungerent, illos literis VII. Iulij scriptis confirmauit, ne falsis rumoribus crederent, ipsis religionis causa bellum illatum iri, atque adeò tuti pacem colerent; quibus acceptis recreati è metu, atque in perfidia magis confirmati, mense Septembri literis quęsti sunt apud Cæsarem; publicata fuisse programmata de Concilio indicto, quod sibi suspectum dixere, vtpotè celebrandum ab Episcopis, qui contrarias ipsis partes fouerent, atque adeò huiusmodi Iudices sibi infensos. Eo etiam progressa est eorum impietas, quòd cùm plures eorum hæreses à veteribus Concilijs damnatæ sint, aspernari, concilia Oecumenica non perhorruerint, eoque insolentia elati sunt, vt profiterentur Concilia vetere instituto à principio nascentis Ecclesiæ celebrata ab Episcopis, non esse Christiana, & libera, si quod verò ab Hæreticis congregetur, hoc futurum Christianum, & liberum; nec aduerterunt, quòd si subditi, qui à suo Principe defecere, stare Principis decretis teneantur, multò magis, qui nouarunt in Dei Ecclesia, Ecclesiæ, quæ ex Apostolo columna est, & firmamentum veritatis, decretis debere obtemperare: & quasi fidei controuersiæ similes essent aliarum litium nugis, inter Catholicos, & Lutheranos quosdam infideles neutri parti addictos Iudices esse à Cæsare expetiuerunt, ac ne quis falsa nos ipsis af-

Lutherani timent indictum Concilium.

Ext. apud Dolgasi. tom. 1. pag. 179.

Io. Fridd. & alijs Princ. *Elect. apud Goldast. tom. 1. pag. 179*

7. Iul. Sibiliæ, ne credant falsis rumoribus; se religionis causa iis bellaturā pacta seruent.

Digitized by Google

fingere putet, eorumdem hæretica deliramenta repetemus.

„ Licet, & multorum relationibus, & item ex „ quibuſdam chartis excuſis typis in Germania „ accipimus, quod flagitante Maieſtate Veſtra, „ Paulus Pontifex III. Concilium generale Mantuam indix erit, noſque ex ijs intelligere non „ poſſumus, qua ratione pro dirimendis ſummis „ in Religione Chriſtiana controuerſijs id Concilium videri poſſit liberum, & Chriſtianum, „ & non magis ſuſpectum, & paritate, quam „ multa priora Concilia Pontificum extiterunt. „ Tamen hanc habemus ſpem de Cæſarea Maieſtate Veſtra, vt Imperatore Chriſtianiſſimo, „ quòd eam cogitationem, & rationem ſuſcipiet, vt illa controuerſia religionis ad veram, „ & ſtabilem concordiam Diuino verbo conſentaneam redigatur, neque ſuſpectis, aut partialibus hominibus maximarum iſtarum cauſarum iudicium permittatur. Nam nos quidem „ nihil magis publicæ concordiæ profuturum „ arbitramur, quàm ſi generale Chriſtianum, & liberum Concilium, cuius Veſtræ Cæſareæ „ Maieſtatis pacificatio, & item multa Maieſtatis Veſtræ, & Imperij decreta mentionem faciunt, in Germania inſtituatur, cuiuſque celebrandæ ſpe, nos iam anteà voluntatem, & ſententiam noſtram Veſtræ Cæſareę Maieſtati declarauimus, præſertim in illo reſponſo, quod „ ante triennium Maieſtatis Veſtræ Oratori, qui „ vnà cũ Clementis Pontificis Septimi Nuntio „ quoſdam noſtrum conuenit, dedimus, & ad Veſtram Cæſaream Maieſtatem, haud dubiè perlatum fuit. Ac faxit Deus Optimus Maximus, „ vt ſolum honor, & gloria nominis ipſius quæratur, & illuſtretur, & ſaluti Eccleſiæ Chriſtianæ conſulatur, quemadmodum nos fore „ ſperamus, &c. *Data nona die Menſis Septembris Anno Domini MDXXXVI.* Veſtræ Cæſareæ Maieſtatis fideles, & ſubditi Princeps Elector Saxoniæ, & alij Principes, ac Status Imperij, in cauſa Religionis coniuncti.

Fulminandum erat armis. *Ext. apud Gold. ſt. 180.*

44 Quæ porrò pax à Lutheranis obſeruata ſit, ipſi exponunt, nempè, vt Catholicos Religionis odio impunè poſſent opprimere, nec ipſi ob euerſa Sacra, & oppreſſos Catholicos in ius vocari poſſent.

☞ Vt clarè intelligi poſſit, nos aliud nihil quamquod honeſtum, & æquum eſſet, pro tranquillitate communi expoſuiſſe, (& infrà) duobus Electoribus Moguntino, & Palatino, Norimbergæ, & præterea ipſi Cęſareę, & Regię Maieſtati ſæpius per literas, & corã ſignificauimus, quòd nos negotia illa, propter quæ à ſacrificulis, hypocritis in iudicium Cameræ Imperialis pertracti ſumus, verè ſentiamus eſſe cauſas Religionis, cùm ex Religione oriantur, neque poſſe vlla legitima, aut iuſta ratione diſcuti, niſi prius controuerſia Religionis, (vt quæſtio præiudicialis) per generale liberum, & Chriſtianum Concilium definiatur: & vt hæc rectius, ac clarius intelligantur, ſubijciemus quædam exempla. Vocantur quidam noſtrorum coniunctorum in ius hac de cauſa, quod impiam, ac Dei verbo aduerſantem Miſſam Pontificiam (ita loquuntur Sathanæ infęliciſſima mancipia,) ac cæremonias in ſuis Territorijs abrogari curauerint. Ibi noſtri pro ſui defenſione opponunt, quòd talis Miſſa pugnet cum vera Religione, ſitque plena impietatis, & idolatriæ, vt ex literis clarè oſtendi poteſt, eaque de cauſa ſe iuſtè hanc aboleuiſſe adſerunt. (Quis non lugeat in tantam impietatem prolapſos? De ea impunè gloriari potuiſſe mox ſubdunt.) Hìc arrogat ſibi Camera Imperialis iudicij cognitionem. Obijciunt noſtri contra iſtorum vſurpatam iuriſdictionem; hanc eſſe cauſam Religionis, ac comprehenſam in pace Norimbergæ promiſſa, & conſtituta; cuius cognitio vſque ad generale liberum, ac Chriſtianum Concilium ſuſpenſa ſit hæc diſceptatio partium, an iſta ſit cauſa Religionis, necne, & non poteſt in Camerę Imperialis iudicio (etiamſi illud æquius, & minus partialiter ſe gereret) diſcuti, niſi prius articulus prejudicialis videlicet, an Miſſa Papiſtica ſit impia, necne, definiatur. Nam abſque eo non poteſt ſtatui, an negotium illud abrogationis Miſſę Papiſticę ad Religionem pertineat, vel non pertineat.

Impiæ Lutheranorum opiniones.

Item aliud, ſi Monaſterium aliquod intra noſtrum, vel noſtrorum coniunctorum ditionem, aut Territorium ſitum ſit, in quo perſonę quædam eius ordinis, ſiue profeſſionis eruditę verbo Dei, (ita vocant verbi Diuini corruptores Apoſtatę) id vitę genus, vt puta, plenum ſcandalis, & pugnans cum ſincera Euangelij doctrina (ita Sathanę adminiſtri calumniantur) relinquant, aut ſaltem inter ſeſe alijs cęrimonijs ſacris literis conſentaneis, (vt impudenter ſcilicet mentiuntur) vtuntur, cęterę verò perſonę nolint veritati cedere, ſed in ſuis priſtinis erroribus idolatria, ac impietate pertinaciter perdurare, & interim tamen redditibus, ac bonis Monaſterij, pro ſua libidine frui, & abuti. Hic nos, & noſtri, vt ſcandalum, idolatria, & diſcordia Religionis in ditionibus noſtris prohibeantur, non immerito partes noſtras interponimus, quemadmodum etiam illi ipſi, qui doctrinam Papiſticam amplectentur, diuerſas ſuorum in Religione opiniones, & cultus non ferunt. Accidit vt vnus, aut plures iſtorum pertinacium, & indoctorum Monachorum, ac Hypocritarum, qui odio ſincerioris doctrinę Euangelicę à nobis aufugerunt, ſpem concipiant ad ſuam priſtinam ſaginã, & idolatriam redeundi, ac propterea litem mouent adherentes ſuum vitę inſtitutum pium, & ſacris literis conſentaneum eſſe. Iam ſumit ſibi cognitionem Camerę Imperialis iudicium, cui nos nullo modo ſtare poſſemus. Nam de ea præcipuè queſtione agitur, an illud ipſum Monaſticum vitę genus, doctrina, ac profeſſio verę pietati conformis ſit, quod iſti confirmant, noſtri verò ſacrarum literarum teſtimonijs, & auctoritate freti, pernegant.

☞ 44 Lugendà prorſus eſt horum Nouatorum, ſtulta cæcitas, qui vbi Catholicã fidem tot Diuinis miraculis ſatam, tot Martyrum vulneribus confirmatam, tot Sanctorum Patrum doctrina illuſtratam, tot Oecumenicorum Conciliorum decretis conſtabilitam, tot Doctorum teſtimonijs, tot ſęculorum fluxu, tot gentium conſenſu comprobatam, appellauerint fidem Papiſticam. Sathanica verò ſua deliramenta improba, ac diſtorta, Sacræ Scripturæ interpretatione fucata, doctrinam Euangelicam impudentiſſimè vocitauerint, dixerintque tenebras lucem, & lucem tenebras veterum impoſtorum more, ſeq; iactarint Euangelicos, tum de Eccleſia Romana, aduerſus quam portæ, id eſt poteſtates inferorũ non ſunt præualiturę, glorioſiſſimè triumphaſſe opinentur. In horum numero eſt Paulus ille Suauis mendaciorum inſuauiſſimus concinnator, qui detrahendi de Pontifice, & Concilio, libidine percitus, inter alias calumnias, quibus hiſtoriam Concilij Tridentini fœdauit, impudenter finxit adactum Pontificem,

Digitized by Google

vt Concilium indiceret, vehementer lætatum, vt quo tẽpore Italia arderet bello (occupatis à Gallo Rege, Sabaudia, ac Pedemontio,) ea occasione Concilium armatis cingeret, custodiæ, & protectionis aduersus hostiles insultus specie: quantum verò hæc maligna commenta à vero aberrarint, nitidè ex publicis documentis, atque ex Cardinalis Sadoleti, ad Cardinalem Saluiatum literis proximo anno afferendis illustrabitur, ex quibus constat Pontificem pati noluisse, vt præsidiarij Milites in ea Vrbe tenerentur, in qua Concilij, celebrandũ esset, ne vis aliqua Patribus illata videretur; atq; adeò Concilij Mantuæ non fuisse congregatum, cùm illius Princeps Vrbem militari præsidio muniendam contenderet, sumptusque militares ea de causa à Pontifice postularet. Pontifex verò libertatem Concilij constantissimè asereret, at dimisso mendaci tenebrione, reliqua Pauli gesta ex Actis Consistorialibus prosequamur.

Acta Cõsist. fig. n. 133.

45 Narrant illa, liberos Italiæ populos huius anni principio, missis Oratoribus, demissa obie-
,, quia Pontifici detulisse. [X. Ianuarij Oratores
,, Senensium, præstiterunt obedientiam Sanctis-
,, simo Domino Nostro, longa oratione, quam
,, habuit D. Hieronymus Bandinus. Vltima
,, Ianuarij Oratores Reipublicæ Venetæ præsti-
,, terunt obedientiam, longa oratione habita à
,, D. Nicolao Tiepolo Doctore.]

Bullar. in Paul. III. const. 11. Bouerius in Inster. Capuc tom. 1. Veder.

Hoc eodem Anno religiosa Capuccinorum Familia, quæ vberrimos pietatis fructus Ecclesiæ attulit nouo decreto Pontificio à Paulo III. confirmata est. Prætermittendum silentio hoc loco non est visum, Pontificem vindicandi ab hæresi Italiam sacro studio accensum, dedisse imperia Morono Episcopo Mutinensi, vt in Nouatores animaduerteret, qui Mediolani impuras veterum Hæreticorum Sectas disseminare moliebantur.

Venerabili Fratri Ioanni, Episcopo Mutinensi, Mediolani ad præsens commoranti, & Dilecto filio Thomæ Mariæ de Beccadellis Prouinciali vtriusque Lombardiæ Ordinis Prædicatorum.

Paul III. lib. brev. an. 2. pag. 349. Is erat Moronus.

Venerabilis Frater, & perdilecte fili. Peruenit ad aures nostras, quòd nuper Mediolani in tam pia, & insigni Ciuitate nonnullæ conuenticulæ quorumdam Nobilium vtriusque sexus inuentæ sunt, quandam Sectam, quondam fratris Baptistæ de Crema, nuncupatam tenentes, & actualiter obseruantes, in qua multæ hæreses ab Ecclesia damnatæ, præsertim Beghinarum, & Pauperum de Lugduno nuncupatæ, continentur. Itaq; volentes hanc prauitatẽ à Sathana seminatã, quamprimum extingui, antequam pullulet, aut roboretur, vobis, de quorum doctrina, pietate, ac prudentia plenam in Domino fiduciam obtinemus, Apostolica auctoritate mandamus, vt coniunctim, prædicantes super huiusmodi Secta conuenticulis, & hæresibus, diligenter inquirere, & repertos culpabiles punire curetis, prout de iure fuerit faciendum, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum die XXVI. Iunij MDXXXVI. Anno II.*

Blos.

Io. Cocl.

46 Porrò in Germania Hæretici, cum ob pugnantes inter se de fide sententias, populorum odia contraherent, ac Concilium à Pontifice indictum, à quo damnandi erant, accepissent, vt inter se de dogmatibus fidei consentirent, Synodum Vvittembergæ in Lutheri ædibus, quas depulsis Augustinianis latrocinio hoc Anno inuaserat, habuerunt; de qua hæc refert Coclæus.
,, Cum hactenùs propter diuturnam contentio-
,, nem, quæ erat inter Lutheranos, & Zuinglia-
,, nos malè audirent Concionatores vtriusque
,, partis, cœperunt rursus inter se de concordia
,, agere, sicut antea fecerant Marpurgi, quando
,, Zuinglius viuebat. Missi sunt itaque ex Ciui-
,, tatibus Imperij Zuinglianorum, vtpotè ex Ar-
,, gentina Capito, & Bucerus; ex Augusta Boni-
,, facius, & Musculus; ex Vlma Frechus, &c.
,, Vvittembergam ad Lutheranos, vt cum eis
,, concordarent. Egerunt autem præcipuè de
,, Baptismo, de Eucharistia, & de Pœnitentia;
,, & post multas exprobrationes, & querelas in-
,, uicem dictas, conscripserunt formulam con-
,, cordiæ, sed inefficacem; quia propter aliorum
,, absentiam, & sine suorum Magistratuum con-
,, sensu concludere non audebant. In reditu igi-
,, tur suo scripserunt Acta illius tractatus, dum
,, Francfordiæ subsisterent, sed ea in lucem
,, edere timuerunt.] In eo sacrilego Apostatarum conuentu, Bucerus Apostata omni contentione inuolutam, ac fallacem concordiæ rationem comminisci, atque obtrudere nisus est: sed illius artes irritas concidisse memorat quoque
,, ac narrat Surius. [Mirabiliter laborauit ver-
,, sipellis Bucerus, vt qualiscumque posset in
,, speciem conflari concordia: sed quibus non
,, aderat Spiritus Christi, qui vnius Catholicæ
,, Ecclesiæ, & Doctor, & Moderator est, à qua se
,, separant Sectarij omnes; non mirum est, cer-
,, tam inter illos concordiam iniri non potuisse.
,, Atque vtinam soli Concionatores, inter se
,, mutuis arsissent dissidijs, & non etiam miser-
,, rimam plebem in tam varias, easque pugnan-
,, tissimas opiniones, & sectas distraxissent.
,, Nullis Buceri quantumuis versutis declama-
,, tionibus, & machinationibus, Heluetij Zuin-
,, gliani eò permoueri potuerunt, vt Lutheri
,, sententiæ, aut Buceranis figmentis subscribe-
,, rent. Nitebatur enim Bucerus illis persuadere,
,, nullam in rebus ipsis, sed tantũ in verbis ines-
,, se discordiam, quasi non è diametro pugnent
,, inter se. Christus est substantialiter præsens in
,, Eucharistia, & Christus non est illic præsens
,, substantialiter. Ita inanes fuere Bucerani co-
,, natus, qui vir, vt ante dixi, non magnopere cu-
,, rasse videtur, vtrum huic an illi sententiæ ac-
,, cederet, licet miram præferret in verbis, &
,, scriptis, religionem, qua re permultis impo-
,, suit, qui hominis vafritiem non aduerterunt.]

Lutherani & Zuingliani conueniunt, vt inter se concordiã ineãt, sed frustra

Surius in comm.

Zuingliani etiam plura alia conuenticula Arouiç, & Basileæ, & Tiguri, ac demum apud Bernates coëgerunt, quorum postremum dixere deridiculè generalem Synodum, cum in ea fermè trecenti Parochi maxima ex parte Apostatę excucullati confluxissent: ac stultorum homuncionum Synagogæ Sathanicę, magis quam sacrosanctis Concilijs infelices Hęretici crediderunt.

Surius in comm.

47 Cęterum eodem anno Erasmus Roterodamus Basileę extinctus est, qui postremis vitę annis hęresim, (cui antea nimium fauerat) damnauit, scriptisque oppugnauit, adeò vt, qui antea impijs libellis vitã monasticam exagitarat, Carthusianum quemdam defectionem à pio instituto meditantem, his monitis in priore vitę monasticę consilio confirmare nisus sit, seque ad vitę monasticę felicitatem anhelasse testatus fuerit.
,, [Vereor, (inquiebat,) ne imponant tibi quo-
,, rundam prestigię, qui iactant hodiè splendidis
,, verbis libertatem Euangelicam. Crede mihi, si
,, rem propius nosses, minus te tęderet istius vi-
,, tę. Video genus hominum exoriri, à quo meus
,, animus vehementer abhorret. Neminem video
,, meliorem, deteriores omnes quotquot ego sa-

Diarium Petri Pauli Gualterij Aretini p. 329. Seruus hoc anno.

Erasmus Roterodamus mo ritur Catholicus.

,, nè nouerim, vt vehementer doleam, me quondam in libris meis prædicasse libertatem spiritus. (Et post pauca.) Quænam hæc est libertas? vbi non licet dicere Preces, nõ licet sacrificare, non licet ieiunare, non licet abstinere à carnibus? cogita quid talibus possit esse miserius etiã in hoc sæculo. (Et rursum) Emoriar, si vel tantillum roboris haberet hoc corpusculum, vt saltem viuere posset, ni malim isthic tecum agere, quàm in palatio Cæsaris esse primus Episcopus. Proindè mi Chariſſime in Domino, & per veterem, immò perpetuam amicitiam nostram, & per Christum, oro, obsecro, obtestor, vt istud tædium penitus excutias ex animo, nec aurem præbeas exitialibus hominum fabulis, qui nihil opitulaturi sunt tibi, sed irrisuri potius, vbi te in foueam pellexerint, &c.

Sæpius admonitus Erasmus fuerat, tum à Pio Carpensi Principe, tum à Thoma Moro, vt malè scripta retractaret, emendaretque, alioquin ea ab Ecclesia reiectum iri; nec falsi vates illi extitere, cùm enim excusaret se, ipsa ab impijs fuisse depravata, iusta demùm censura castigata fuerunt.

Fides propagatur in Indijs Orientalibus, & Occidentalibus.

48 Deficientibus in Europa à vera religione pluribus populis, quos scelerum licentia corruperat, ieiuniorumque, & Sacræ Exhomologeseos acerbitas abalienarat, plures in America barbari à Dæmonis cultu, & humana sagina ad catholicam fidem opera Euangelicorum præconum se contulerunt; hoc enim proprium est Hæreticorum sectarum, vt corrumpant Christianos, qui à Sathana reguntur, veræ autem Ecclesiæ, quæ regitur à Christo, & Gentiles ad Dei cognitionem perducat. Aucto itaque fidelium in Peruuia numero, ad preces Cæsaris conditus est Episcopatus in Vrbe, cui Cuzco nomen est, cuius primus Episcopus creatus est Vincentius Valuerda Ordinis Prædicatorum, vt narrant Acta Consistorialia. [III. Decembris referente Reuerendissimo Cardinale Mantuano, Sanctissimus Dominus noster erexit ad supplicationem Cæsaris Ecclesiam Sanctæ Mariæ Oppidi del Peru in India in Cathedralem Ecclesiam, cum assignatione dotis ducentorum ducatorum auri, quæ ex Prouincia dicta percipi possit. Cui Ecclesiæ sic erectæ prouidit ad nominationem eiusdem Cæsaris de persona Vincentij de Valuerda Ordinis Fratrum Prædicatorum, & concessit, quod Episcopus possit erigere in ea Ecclesia Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, cum reseruatione ad Ecclesiam quidem iuris patronatus pro sua Maiestate, & Successoribus suis.

Sur. in comm.

Mill. Per.

Osor. Nasseus hist. Ind.

Sur. in comm. 1531.

In India quoque Orientali propagata est Christiana Religio prolato latiùs Lusitano Imperio: *Cæleste enim Regnum*, (vt ait Isidorus) *interdum proficit per terrenum*, expugnata verò est hoc Anno à Lusitanis sub auspicijs Ioannis Regis, Regia Vrbs Cambaiæ, in qua munitissima Arx . . . . . .

Acta Consist. Petr. Paul. Gualt. Arctinus, tom. 18 Diar. part. 2. m.s. Archiu. Vat.

49 Auctum est extremo anni Cardinalium Collegium, in quod cooptati sunt, doctrina, pietateque, ac rerum, peritia nonnulli spectatissimi viri, quorum nomina Petrus Paulus Gualterius ,, Aretinus percenset his verbis. [XXII. Decembris fuit Consistorium, Sanctissimus Dominus Noster cooptauit in ordinem S. R. E. Cardinalium Ioannem Petrum Caraffam Episcopum Theatinum (is Pontificatum postea tenuit accepto Pauli IV. nomine) Ioannem Mariam de Monte Episcopum Sypontinum.] (Hic fuit primus Concilij Tridentini Præses, ac Paulo III. in Pontificatu successit indito sibi Iulij III. nomine.) Ennium Episcopum Verulanum Arcis Sancti Angeli Præfectum; Iacobum Sadoletum Episcopum Carpentoracensem, Christophorum Iacobatium Episcopum Cassanensem Sanctitatis Suæ Datarium, Episcopum Matisconensem, Pium Episcopum Fauentinum in Presbyteros. In Diaconos verò Reginaldum Polum Britannum Prothonotarium Apostolicum, & Ludouicum Borgiam Alexandri VI. nepotem. Præterea duos, alterum voluntate Imperatoris accipiendum, alterum à Sanctitate sua publicandum, quos ambos acceptis suffragijs reseruauit in pectore. (Subdit Gualterius in Diario.) *Item Archiepiscopus Salernitanus licet Cardinalatus fuerit ei liberaliter oblatus, tamen constanter renuit pileum, quod mirum est.*] Proximo ineunte anno donati sunt memorati Cardinales varijs Ecclesiarum titulis, quos enumerat Actorum Consistorialium Scriptor, quem fuisse Cardinalem sæpiùs verba ipsius docent. [XV. Ianuarij MDXXXVII. S.D.N. assignauit titulos, videlicet Cardinali Theatino tit. S. Pancratij, Cardinali de Monte tit. S. Vitalis, Cardinali Verulano tit. S. Angeli per resignationẽ meam, Cardinali Sadoleto tit. S. Callisti, Cardinali Iacobatio titul. S. Anastasiæ, Cardinali Carpensi tit. S. Potentianæ, Cardinali Matisconensi tit. S. Matthæi, Cardinali Anglo tit. SS. Nerei, & Achillei, Cardinali Borgiæ tit. Sancti Nicolai.

Cardinales reseruantur in pectore.

Acta Consistor.

Cardinalium creatio.

IESV CHRISTI

Anno 1537.

PAVLI III. Anno 4. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 19.

1 ANno à Virgineo partu millesimo quingentesimo trigesimo septimo Indictione decima, cum indicti Concilij Mantuani tempus appeteret, atque in dies illius celebrandi impedimenta, difficultatesq; (ob ciuile inter Cæsarem, Regemque Gallorum bellum) ingraueſcerent, itineraque armato milite obsessa essent, atque ex eorum diffidio insolescens Turca subijciendæ Italiæ, euertendoque Christiano Imperio inhiaret; Paulus Pontifex, licet sæpius inter dissentientes Reges fœdus conciliare nisus esset, eiusque pios labores inueterata odiorum pertinacia eluisset, iterum tamen sacris monitis eorum iras emolliuit, ac in primis Carolum V., qui toties congregari Concilium flagitarat, eoque indicto perperam ad Galliam inuadendam, superiore anno arma conuerterat, præmonuit, ex bello, quod in Cisalpina Gallia gerebatur, Concilium, ex quo publica salus pendebat, discussum iri, nec Turcas ampliſſimę Christiani nominis opprimendi occasioni defuturos.

Imperatori.

Chariſſime, &c. Dum quo in statu res miserę Christianitatis hodiè sint, futureque propemodum formidentur, reputamus, vnicumque his remedium in conclusione pacis inter te, & Christianiſſimum Regem fore videmus, (& si cum rubore, & dolore nostro frustra, id tam sæpè tentauimus,) tamen obliti pudoris, memores officij, idem cum Tua Maiestate, quod & cum ipso Rege Christia-

Paul. III. lib. brev. an. 2. pag. 7.

Christianissimo facimus, repetere, nostrasque preces renouare nunc voluimus. Instat enim, fili charissime, seu adest potius vernum tempus, in quo cùm vniuersale Concilium ad sanandas hæreses, Ecclesiam reformandam, & asseruandam, cæteraque salutaria, & necessaria prouidenda, per nos indictum, inchoari oporteret, nos veremur ne, & arma vestra in Cisalpina Gallia loco ipsius Concilij finitima, acriùs inualescant, Conciliumque perturbent, inde autem ne apparatus Turcarum maritimi, quos nemo ignorat, contra nos esse factos, in nos erumpant, nosque bello intestino occupati, occasionem illis demus, & facultatem nominis Christiani, prorsùs delendi. Hac cura, & anxietate solliciti, ne nostrum officium vlla in parte laboris solertiæ, ac vigilantiæ nostræ intermittamus, sed abundemus, operatione, qua possemus, non contenti nostris apud te Nuntijs recentiorem hominem à nobis super hoc, ad Maiestatem tuam duximus destinandum.

Paulus Carolo V. scribit, vt pacem cũ Gallo ineat.

Elegimus autem Venerabilem Fratrem Marium Episcopum Reatinum Prælatum Nostrum domesticum, nobisque dilectum, & probatum, cuius opera in multis rebus nostris vsi sumus; eum itaque ad Maiestatem Tuam, Nuntium Nostrum, & huius Sanctæ Sedis pro hac pacis tractatione mittentes, te per communem Dominum Iesum, cuius sancta religio agitur, salusque populorum eius fidelium in summo discrimine versatur, obtestamur, & rogamus, vt perturbationibus, & affectibus tuis, Deo ipsi, cui tantum debes, Ecclesiæ cuius Aduocatus, & Christiano populo, cuius Imperator summus es, condonatis, aut in aliud tempus dilatis, pace inita, communi saluti consulere velis, ad hoc te preces nostræ, & lacrymæ tuum optimi Imperatoris officium, sanctaque semper mens tua te impellunt, &c. *Datum Romæ XV. Februarij MDXXXVII. Anno III.*

2 Missio etiam ad Franciscum Regem Internuntio illi proposuit immanes à Solimanno Turcarum tyranno apparatus bellicos instrui ad debellandam Italiam, nec flagrante inter eum Cæsaremque intestino bello Concilium celebrari posse, in quo hæresis extingui, disciplina Ecclesiastica restitui, expeditio in communem hostem decerni debebat, perque Christiana sacra eum, flens, lugensque obtestatus est, vt publicæ saluti consuleret.

Regi Christianissimo.

Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Quamuis hoc sæpius cum Maiestate Tua egimus, vt cum Serenissimo Cæsare pacem inire velles, à qua Concilij generalis celebratio, hæresum extinctio, Ecclesiæ reformatio, Turcarum repulsio, demumque vniuersalis Christianorum salus, & tranquillitas hoc tempore dependent; tamen admonente nos veris aduentu, in quo nemo dubitat Turcarum tantos apparatus in miseram Italiam erupturos, idem officium per nos toties frustrà tentatum, repetere vobiscum statuimus. Itaque elegimus Dilectum filium Cæsarem de Nobilibus nobilem Lucanum, Almæque Vrbis nostræ nuper Senatorem, virum prudentia, & doctrina insignem, multisque pro sua Patria Legationibus etiam apud Maiestatem Tuam functum, quem sicut alios ad Cæsarem, misimus ad te Nuntium, & Oratorem nostrum mitteremus, qui cum de nostro hoc flagrantissimo desiderio veniat plenè ad Maiestatem Tuam instructus, nostrasque preces, & lacrymas in hoc Maiestati Tuæ sit oblaturus, hortamur, & per

Paul. III. lib. brev. an. 3 p. 95.

Pro pace cum Cæsare stabilienda, Paulus III. Regi Galliæ scribit.

communem Dominum Iesum Maiestatem Tuam rogamus, vt tuis offensionibus Deo, & Christiano populo condonatis, aut in aliud tempus dilatis, consulere publicæ saluti in præsentia velis, sicut tui Maiores, quorum nemini in quauis laude cedis, sæpè ante te fecerunt, quod Tuæ Maiestati honorificum, & gloriosum, Deoque Omnipotenti in conseruato eius populo maximè gratum, & acceptum, est futurum, sicut idem Cæsar hæc plenius Tuæ Maiestati explicabit, cui illa fidem præstare velis inoubiam. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Februarij MDXXXVII. Anno III.*

3 Non hæc latebant Franciscum Regem, qui nimium indulgens concepto in Carolum V. furori, misso Ioanne Forestio fœderis interprete, Solimannum concitabat ad Neapolitanum Regnum inuadendum, dum ipse in Insubriam irrumperet. Sed Belgarum in Galliam irruptio illum ab eo Concilio retardauit: ad hæc verò auertenda mala incumbens toto pectore Pontifex, indictum Concilium promouere nitebatur, cuius auctoritate coniuncta Reges ad officium flecti posse sperabat. Delegerat superiore anno ea de causa Mantuam, quam Cæsar inter alias celebrando Concilio idoneas designarat, nec aptior Ciuitas pro congregandis totius Imperij Christiani Conuentibus videbatur, vt ex hoc discursu efflorescit.

Paul. Ion. lib. 37.

Franciscus Galliæ Rex Solimannum sollicitat, vt Regnum Neapolitanũ aggrediatur.

,, In Germania nullus ferè Catholicus putat
,, locum idoneum futurum, tum ob potentiam
,, Protestantium, tum quoniam eò aliæ Natio-
,, nes non conuenirent: item periculum esset nè
,, Natio Germanica ob dissidia, quæ in ea gli-
,, scunt, ad arma deueniret ob diuersa studia
,, partium; Pontifex etiam, qui cupit interesse
,, Concilio ob senectutem, & Cœlum frigidum
,, non posset ire in Germaniam, nisi exponeret
,, se certo vitæ discrimini. His adde, quòd
,, cùm in recessu Ratisbonensi omnia remissa
,, fuerint ad Concilium generale celebrandum
,, in Germania, videri posset, Concilium potiùs
,, celebrari eius recessus auctoritate, quam au-
,, ctoritate Pontificis. In Gallia locus com-
,, modus minimè potest inueniri, quoniam eò
,, Germani nunquam concederent, quorum præ-
,, cipua ratio est habenda. De Hispania ne co-
,, gitandum quidem. Relinquitur Italia: occur-
,, runt, (præter Dominium Venetorum, de quo
,, nihil sperandum ob res Turcicas,) Mediola-
,, num, Ferraria, Bononia, Mantua. Mediola-
,, num quoniam est sub ditione Imperatoris im-
,, mediatè, fortasse Galli ægrè adduci possent.
,, Ferraria, & Bononia longiùs distant à Ger-
,, mania, & immediatè sunt sub ditione Ponti-
,, ficis, idcircò ægrius eo conferrent se multi
,, Germanorum. Relinquitur Mantua, quæ pro-
,, pinqua est Germaniæ. Est Ciuitas Imperia-
,, lis, non tamen immediatè subiecta Imperato-
,, ri, agrum habet fertilissimum, habitationes do-
,, morum, & cætera ferè omnia accommoda.

Tom. 3. de Concil. in Arch. Vat. sig. n. 3200. p. 290.

Cur Mantua electa pro Concilio.

(*Vran. 1552.*

4 Medio itaque Februario Paulus sollicitauit Ducem Mantuæ subiectis literis, vt quæ necessaria erant pro excipiendis Præsulibus Mantuam conuenturis, commeatuque suppeditando appararet.

Duci Mantuæ scribit Paulus vt paret, quæ sunt Concilio necessaria

Duci Mantuæ.

Dilecte fili salutem. Superiore anno, sicut tuę nobilitati notum esse non ambigimus, ad tollendas hæreses, mores reformandos, discordias componendas, armaque Christianorum in communem hostem conuertenda generale Concilium

Paul. III. lib. brev. an. 3 p. 60.

in

in hunc annum indiximus cùmq; de loco,in quo celebrandum eſſet, deliberaremus, ſlexit ſtatim cogitatio noſtra ad tuam Ciuitatem Mantuę,quã non ſolum aptam, & commodam tanto conuentui futuram videbamus, verùm etiam ex noſtra erga te, tuumque fratrem Cardinalem Mantuanum benenolentia florentiorem, ac celebriorem ex hoc hominum concurſu reddi, voſque ac veſtram illuſtrem familiam ex hac celebrati Concilij memoria amplius illuſtrari cupiebamus. Ea etiam nos ratio,ac ſpes,impulit, in tui animi magnitudine collocata, te pro tuo honore ac gloria effecturum, vt loci ſecuritas, hoſpitiorum commoditas, annonæ vbertas, ipſis conuenientibus præſtetur, ac dicta Ciuitas tantis decorata hoſpitibus opportunam ſe omnium vſui præbeat, quæ cæteris poſthabitis vna electa eſt, ad quam omnes conuenirent. Nunc igitur fili, appropinquante iam celebrationis tempore, cuius initium XXIII. Maij proximè venturi futurum eſt, etſi certa fiducia tenemur,te pro tui ratione honoris, etiam Nobis nihil ſcribentibus,fuiſſe omnia diligenter prouiſurum, tamen tuam prudentiam, & ſolertiam excitãdam his noſtris literis duximus, re ſtudioſè hortantes, vt ex nunc omni cura, & ſtudio præparare cures, & fatages cuncta, quæ ad noſtram, fratrumque noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, cæterorumque Prælatorum,totque, ac tantorum,vel Principum, vel Oratorum,denique omnium ad ipſum Concilium venturorum, tutam, & commodam receptionem pertineant. Sed,vt diximus,tua prudẽtia non monenda nobis, verum hortanda tantum eſt.Expectabimus itaque firmiter id, quod tua virtus nobis pollicetur, nos, & alios omnia in dicto tempore per prouidentiam diligentiæ tuæ præparata, ac diſpoſita reperturos, duranteque ipſo Concilio continuè habituros eſſe. Sicut hoc etiam ipſi Cardinali fratri tuo, vt ad Te Noſtro nomine vberius ſcriberet, iniunximus. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum die XV. Februarij MDXXXVII. anno III.*

Paulus III. lib. brev. anno 3. pag.144.

Proximo menſe Pontificiæ benenolentiæ in eumdem Ducem explicandæ ergo, dono ad eum transmiſit roſam auream ſacra luſtratam prece, muneriſque myſterium his verbis expreſſit.

Duci Mantuæ, &c.

Roſam auream Duci Mãtuano Paulus III. mittit.

Cùm Nos prædeceſſorum Noſtrorum exemplum ſequuti, Roſam ex auro in quarta Dominica preſentis Quadrageſimæ ſolitis cęrimonijs benedixiſſemus, voluentes animo, quem potiſſimè eo munere ornaremus,neminem habuimus,quem tibi, vel in amore, vel in iudicio Noſtro anteferremus [& infra]Eo hilari, atque odorato flore gaudium vtriuſque Ieruſalem triumphantis ſcilicet, ac militantis Eccleſiæ repræſentatur, per quam Chriſtus Dominus omnibus fidelibus manifeſtatur, qui flos ſpecioſiſſimus eſt, & corona Sanctorum omnium &c. *Datum Romæ XXI. Martij MDXXXVII. anno III.*

5 Dum celebrandi propediem Concilij Mantuani fama increbreſceret, Lutherus, & eius ſequaces Concilij auctoritatem ſydiſſimis mendacijs, calumnijſque obterere non deſtiterunt; de quorum nequitia, & impietate hæc narrat *Io. Cochlæus*. *a* [Lutherus, & complices eius varijs machinationibus, & ſcriptis Concilij auctoritatem impugnare cęperunt. Etenim Vitembergæ euulgarunt triginta propoſitiones contra Concilium publicè diſputandas, inter quas duodecima ſic habet: Idcò Concilium, aut Epiſcopi errare poſſunt æquè benè ac alij homines. Et ſequens ita ait: Si autem non errat, hoc fit à caſu, aut ex merito alicuius Sancti, ac boni Viri, qui inter eos eſt, aut etiã generalis Eccleſiæ &c. His autem triginta propoſitionibus oppoſuit Cochlęus triginta teſtimonia ex Scripturis, ex Legibus, & Canonibus, & Sanctis Patribus pro Conciliorum auctoritate, quibus & ſeptuaginta propoſitiones adiunxit eandem confirmantes.

a Cochlæus hoc anno. Lutherani Concilium calumnijs proſequũtur.

Paulus *a* iam præterito anno multos Nuntios Principibus miſerat,vt certiores illos de Concilij intimatione redderet, auxiliumque, & fauorem pro re tam ſancta, & optata poſceret. Regi Romanorum, & præcipuè alijs Germaniæ Principibus Petrus Veſtrius Epiſcopus Aquenſis deſtinatus fuit. Io: Morono Mutinenſi Epiſcopo Nuntio apud Regem Romanorum reſidenti mandatũ etiam fuit, intimationem Concilij promulgare, & maximè Pannoniæ Epiſcopis; In Poloniam Panfilus Straſoldus iam Ragusæus Epiſcopus acceſſit. Ad Iacobum Scotiæ Regem Frater Dionyſius Laurerius Beneuentanus Seruorum Mariæ Præpoſitus Generalis, vir bonitate, & doctrina inſignis,miſſus fuit; In Luſitaniam Hieronymum Capoferrum Recinetenſem demandarunt; Ioannes Poggius Collector Apoſtolicus in Regnis Hiſpaniarum de hoc Concilio illa Regna, & alia Imperatori ſubiecta certa reddidit; Rodulphus Pius Epiſcopus Fauentinus Nuntius apud Chriſtianiſſimum ibi Concilij indixit, & per minores Miniſtros Epiſcopis Italiæ idem Concilium intimatũ fuit, & omnes inſtructionibus proprijs fuerunt muniti; Morono verò ſatis longam inſtructionem dederunt, & maximopere, quia Ioanni Vaiuodæ Vngariæ Domini Concilium indicere debebat, qui tunc excommunicationis vinculo innodatus erat, Turcis fœdere coniunctus, & cum Rege Romanorum diffidebat, Epiſcopiſque illius Regni Sedes occupantibus auctoritate ipſius Vaiuodæ. Et quamuis inſtructio valdè prolixa ſit, viſum eſt tamen optimum,Annalibus inferere, quia & pia eſt, & admonitiones continet ſingulares, & ita loquitur.

a Pallauic. hiſt.Concil. to.1. lib.4. c. 1. n. 1.

Pro Concilij celebratione Paulus III. multos Nuncios mittit.

Inſtructio pro cauſa Fidei, & Concilij data D. Epiſcopo Mutinæ S. D. N. Pauli Papæ III. ad Sereniſs. Romanorum Regem Nuntio deſtinato, die XXIV. Octobris MDXXXVI.

Inſtructio Morono data pro ſua Nuntiatura.

6 Quia Regnum Vngarię fuit ſemper validum propugnaculum, & veluti antemurale Chriſtianitatis; ideò iudicauit Sanctiſſimus D. N. non eſſe prędictum Regnum ob diſcordiam Principum, ſuper temporalibus rebus ortam, à Sanctitate Sua in ſpiritualibus deſerendum, ſed eius Prælatos quantumlibet aliàs cõtumaces,eſſe, quemadmodum & cæteri, ad vniuerſale Concilium vocandos, ne dictum Regnum, & ob commercia, & ob confœderationes, quas proximis annis cum infidelibus habuit, & nunc,ſi ob vllam Sanctitatis Suę negligentiam, vel contemptum,in vniuerſali Synodo eius Prælati non comparerent, cum euidenti detrimento fidei in defectione ab obedientia, & vnione S.R.E. nimis diu inſordeſceret. Ea propter Sanctitas Sua ad Archiepiſcopos eius Regni literas in forma Breuis ſcribit (ſuppreſſo tamen Epiſcoporum proprio nomine) & vnà copias authenticas Bullę Concilij tam ad Epiſcopos,quàm ad Suffraganeos, & Ab-

& Abbates in eorum Prouincijs conſiſtentes mittit, per eos prę ſentibus Suffraganeis, & Abbatibus diſtribuendas. Quæ Breuia vnà cum prędictis copijs, Dominus Nuntius curabit quantò maturius poterit, ad prędictos Archiepiſcopos mittere, etſi videbitur, etiam ad eos ſcribere, vt prędictas copias per omnes Suffraganeos, & Abbates ſuarum Prouinciarum, diſtribuantur, vt ad omnium notitiam, quorum intereſt, in eo Regno prędicta Concilij intimatio, & publicatio perueniat.

Ne autem hoc mirum videatur Sereniſſimo Romanorum Regi, declarabit Dominus Nuntius Maieſtati Suæ, Sanctiſs. D.N. pro honore Dei, ſalute vniuerſalis Eccleſiæ, ac Concilij celebrandi maiore perfectione hoc feciſſe. Vnde Maieſtas ſua (cuius, vt potè Germaniæ Regis, hoc Concilium potiſſimum intereſt) etiam maius commodum conſequitur, & præſertim quia Sanctitas Sua non nominando prædictos Archiepiſcopos, nequaquam propterea eos confirmat, aut recognoſcit, vel admittit: quinimò etiam ſi eorum nomen exprimeretur, nihil propterea magis, quàm antea illis accederet; non enim Summus Pontifex, aliquem titulum alicui in ſuperſcriptionibus tribuendo, cum talem facit, qualem in titulo nominauit, niſi ille aliunde ſit talis, ſicut etiam in ſacris Canonibus cautum eſt: tanto igitur minus non exprimendo eorum nomen. Quare Sua Sanctitas non ad illos contumaces, ſed ad illorum Eccleſias, vel legitimos dictarum Eccleſiarum Prælatos. Si qui ſunt, vel eſſe deberent, ſcribere videtur; ſi igitur vigore huius vocationis ad Concilium accedent antequam in gratiam Sedis Apoſtolicæ redierint, petetur illic ab eis, [*Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?*] nec prius habebunt votum, aut alias admittentur, quàm Sanctæ Matri Eccleſiæ fuerint reconciliati: ſin autem Concilium aliquo legitimo impedimento retardaretur, & illi ex hac inſcriptione putarent ſe eſſe à Sede Apoſtolica confirmatos, tunc Sanctitas Sua declarabit mentem ſuam, & contra eos per debita iuris remedia, ſicuti antea procedet. Hæ ſunt rationes, & argumenta, quibus D. Nuntius erga Sereniſſimum Regem vti poterit, ſi quam difficultatem Maieſtas ſua in hoc facere videretur, neque eſt opus, vt dictus D. Nuntius aliàs hanc inſtructionem Maieſtati Suæ, vel alijs oſtendat, præſertim niſi neceſſitas cogat, ſed rationibus ſupradictis ex ea depromptis viua voce vtatur.

Sed nec Bohemiæ Regnum ita perditè infeſtum eſt, vt de eius reductione, & ſalute ſit omninò deſperandum, cuius Hæretici cùm in multo paucioribus à nobis diſſentiant, quàm Lutherani, aut Zuingliani, & ijs peiores Anabaptiſtæ, aut alia quæcunque portenta Hæreticorum Germaniæ, ſic etiam optima ſpes eſt ſi benignè, & humanè vocentur ad Concilium, dato illis ſufficienti ſaluo conductu fore, vt aliquibus bonis perſuaſionibus in Concilio inducti cum reliqua Catholica Eccleſia coaleſcat. Igitur D. Nuntius communicato conſilio cum Sereniſſimo Romanorum Rege, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Tridentino, procuret, vt medio, & auctoritate Suæ Maieſtatis aliquot authenticæ copiæ Bullæ ad D. Erneſtum Præpoſitum Pragenſem nobilem, & Catholicum virum mittat, detque in mandatis per ſuas literas D. Nuntius prædicto D. Erneſto, vel alij, quem idoneum Maieſtas ſua indicabit, vt prædictas Bullæ copias, quo meliori modo iudicauerit, per vniuerſum Bohemiæ Regnum, & præſertim per eos, qui ſe pro Prælatis gerunt, diſtribuat, & vnà addat, tutiſſimum ſaluum conductum illis eſſe dandum, non ſolum à Sacroſancta Synodo, ſed etiam Interuentu Cæſareæ, & Regiæ Maieſtatis.

Præterea, quia ſaluus conductus eſt maximè neceſſarius ad perfectam celebrationem vniuerſalis Concilij, ſicut etiam D. Epiſcopus Viennen. prudenter in ſuis Præparatorijs adnotauit, & antea Sanctiſſimus D. N. iam tum ab initio, cum Bulla Concilij formabatur animaduerterat, licet ex cauſis in reſponſione Suæ Sanctitatis ad Præparatoria prædicta expreſſis, hæc res fuerit ad Cæſaream Maieſtatē remiſſa. Idcircò D. Nuntius habito prius colloquio de hac re cum Reuerēdiſſimo Domino Cardinale Tridentino, & D. Viennæ Epiſcopo, tractet cum Regia Maieſtate, vt dictum ſaluum conductum pro Terris Imperio ſubditis, ac etiam ſuis Patrimonialibus in optima forma expediat, & ſi putaret, id non ſatis eſſe ob Lutheranorum Principum cauillationes, & ſubterfugia, procuret, vt Imperator in forma debita prædictum ſaluum conductum relaxet. Quod ſi adhuc vellent Lutherani tergiuerſari, ſignificare poterit Dominus Nuntius eis, cùm primùm Tridentū peruenerint, ad locum Ciuitati Mantuæ duorum tantum dierū itinere vicinum, priuſquam vlterius progrediantur, Sacra etiam Synodo ſalui conductus patentes literas habituros.

7 Neque illud eſt omittendum, cum Illuſtriſſimus Mantuæ Dux Sacri Romani Imperij ſit Vaſſallus, vt tollatur omnis cauſa, etiam alijs Nationibus illuc hac de cauſa accedere recuſandi, oportere Cæſaream Maieſtatem, liberare ad tempus prædictum ab homagio, & iuramento ſibi præſtito, ita vt tam ipſe, quàm Ciuitas Mantuæ, donec in ea Concilium vniuerſale huiuſmodi commorari contigerit, omninò liberè remaneant, & vnuſquiſque illuc ire, ibi commorari, & inde redire pro ſuo arbitratu liberè, & tutò poſſit: & huiuſce temporariæ liberationis in publicis literis ſalui conductus Cæſareæ Maieſtatis facienda mentio erit, prout Maieſtas Sua cum ſuo Germaniæ Conſilio optimè ſciet diſponere. Id autem quantò maturiùs fieri poterit eſt expediendum, tempus enim propè eſt, & Lutheranis, ac etiam alijs omnibus obtrectandi eſt occaſio.

Quo verò ad locum Concilij, ſi fortè Princeps aliquis quicquam contradiceret, aut obloqueretur, reſpondebit D. Nuntius, Sanctiſſimum D. N. non ſolùm ex ſua, & Reuerendiſſimorum Cardinalium prudentia (habita omnium Nationum, & præſertim Germaniæ ratione) hunc locum prę cęteris elegiſſe, verùm etiam communicato conſilio prius per literas cum Cæſarea, & Regia Maieſtate, ac alijs Principibus Germaniæ (quorum maximè id Concilium intereſt) inueniſſe eos cum Sanctitate Sua conformes, & poſtremò prę ſente in Vrbe Imperatore Sanctitatem Suam ſuper indictione, & celebratione Concilij ita

decre-

decreuisse. Quare Maiestas sua non solùm contenta fuit, sed etiam Sanctissimo Domino Nostro maximas gratias egit; si quis verò adhuc contradicere,& altercari hac de re pergat, respondeat,hanc materiam esse cum Sanctitate Sua, & Cæsarea, ac Regia Maiestate, reliquisque Germaniæ Principibus, qui huiusmodi loci electione contenti fuere,discutiendam.

De omnibus autem supradictis D. Nuntius ad Sanctissimum D. N. scribat, sicuti & de omnibus alijs quotidiè occurrentibus, tam apud Regiam Maiestatem, quàm in vniuersa Germania, præsertim de quibus iudicauerit Sanctitatem suam meritò certiorem esse faciendam. *Sigillum sub Annulo Piscatoris.*

Blosius.

8 Post instructionem datam D. Episcopo Mutinæ,Nuntio apud Serenissimum Romanorum Regem Apostolico destinato, hæc videntur animaduertenda, quæ ipse penes se in arcanis habeat. Quamuis enim Sanctis. D. N. in eius ingenio, & prudentia plurimum acquiescat, vt meritò de eo dicere possit, *mitte sapientem, & nihil ei dicas*, quia tamen in omni negotio prius est spei rudimentum, quã rei experimentum, & D. Nuntius ad has res pertractandas nouus accedit, ea propter Sanctitas Sua voluit eum etiam de ijs, quæ sequuntur, commonefacere.

Quum propter durissimam horum temporum conditionem, omnia vbique sunt, solito, & æquo,cariora,& hac in parte longè deteriùs tractentur Catholici, & hi præsertim, qui Sedis Apostolicæ nomine in Germania hac tempestate agunt; idcircò D. Nuntius omnia ista prudenter perpendens, ita Sedis Apostolicæ onera, & suas ipsius vires in expendendo metiatur, vt ne graue aliquod alienum æs contrahat, aut aliquid perpetret per se, vel per suos, vnde non solùm in se, sed & in Sedem Apostolicam (maius quàm est) odiũ conciet; quod nonnullis vel proximo tempore accidit.

Apud Caupones publicos, si non omninò multum liberalis, saltem non auari nomen post se relinquat.

Cum hospitibus verò, quos Regiam Aulam in sequendo Epidemici, seu forarij Regis ei assignauerint, præter modestiam, quam hospitalia requirunt iura, eo semper temperamento, & prudentia vtatur, vt neque facultates suas temerè profundat, nec hospitij pensione nimis parcè, vel fortasse etiam nequaquam soluta discedat. Id quod ab aliquibus Nuntijs aliàs factum,postea scitum,animos eorum populorum in nos irritauit, & Nuntijs Apostolicis, qui sequuti sunt,multorum incommodorum causa fuit.

Ne spernat illorum populorũ Vrbes,domos, munera, quæ ei in aliquibus Ciuitatibus publico nomine offerentur, similiter & cibaria, vina, habitus, & varios mores, sed omnia cum charitate admittat, & si quid displicet, ab eo potius abstinendo errorem non probare videatur, quàm acriter increpando, vel obloquendo, non absq; aliquo damno suo offendiculum illorum animis exhibeat.

Habitu vtatur, quo in Romana Curia Episcopi consueuerunt, & in accessu ad Regem, aut ad aliquos magnos Principes, ac in solemnibus Sacris, & publicis actibus, & conuentibus indictis, etiam Rocheto induatur; cuiter autem,in incessu fastum, in victu, & vestitu luxum, & vbique ac in omni re intemperamentum, ita tamen vt ne in sordidi, aut omninò abiecti notam incurrat; Vnde præclarè dicit Diuus Hieronymus: *Nec affectata sordes, nec exquisita munditia conueniunt homini Christiano.*

Iam verò in vultu, & colloquijs omnem timorem, aut causæ nostræ diffidentiam dissimulet,præseferat autẽ erga omnes permixtam quadam temperata hilaritate grauitatem, ne alterutrum excedens alteri officiat, nimia enim grauitas odium, nimia hilaritas contemptum pareret,cùm apud omnes, tùm apud illas Nationes, apud quas, si vnquam aliàs, nunc maximè oportet vti prudentia, & dexteritate.

9 Facultatibus, & indultis à Sanctissimo D. N. sibi concessis prudenter, & modestè vtatur, & ne nimis auidus, & rapax existimetur, interdum aliquid remittat de summa sibi debita, nonnunquam totum elargiatur, siuè in gratiam Principum, siuè etiam gratificaturus pauperibus, aut doctis viris, his præcipuè, qui Ecclesiam Dei strenuè propugnant, eiusmodi sunt D. Episcopus Viennen. D. Eckius, Cochęlus, Nausea, Georgius Vecchius, Ioannes Haner, Leonardus Marstaller, Nicolaus Appel, & alij, quorum ab ijs notitiam capiet,neque obliuiscatur nominis Ioannis Burchardi Ordinis Prędicatorum; qui etsi nihil librorum ediderit contra Lutheranos, magno tamen vitæ periculo ab initio, vsque ad huius tumultus tẽpora pro defensione Ecclesię laborauit,etsi fortè acciderit,vt D. Ludouicus Ber Doctor Theologus Persien, qui pro causa fidei à Basilea exul Friburgi Brisgouiæ habitat,ad fauorem dicti Nuntij recurreret,habeat eum commendatum tum propter sanam, & excellentem hominis doctrinam, & morum probitatem, tum quia sua grauitate, & auctoritate optimam operam nauare poterit in causa fidei.

Caueat ne moueat risum, & stomachum id quod super alijs quibusdam Nuntijs accidisse vidi;publicato autem & affixo Templorũ valuis facultatum suarum exemplo (quas absque aliqua publicatione facilè in ædibus ipsius Nuntij inuenient, qui eis indigebunt) quamquam plerique sunt, qui deridendi causa fingunt huiusmodi facultatibus indigere, vt habita earum notitia certius, & acrius de nobis obloquantur, faciat eleemosynas, quotidie interfit Sacris vel domi, vel foris, interdum ipsemet celebret, Templa frequentet, & visitet, præsertim festis, & solemnibus diebus; omnia tamen hæc sincerè,& simpliciter faciat, ne in hypocrisis suspitionẽ incurrat; ieiunia,& à carnibus abstinentiã, prout Romana Ecclesia instituit, aut Catholicus vsus illarum partium obtinuit, quantum natura patitur, & ipse, & eius familia obseruet, aut vbi necessitas cogit, cautissimè frangat, sed aliquo pio opere hunc defectum recompensare cognoscatur.

10 Caueat item Dominus Nuntius, & sui, aliquas ingredi disputationes super articulis Fidei, aut materia Lutherana; quod si ab alijs de huiusmodi rebus, aut etiam præteritis Germaniæ grauaminibus huiusmodi

quæ-

Digitized by Google

,, quæſtiones mouerentur, paucis verbis prudenter reſpondeat. Iam tempus propè eſſe, in quo de omnibus ijs in Concilio vniuerſali diſcutiatur, & decidatur. Quantum verò ad obiecta nobis grauamina attinet, cùm pleraque eorum ſint, aut manifeſtè falſa, aut inania, & etiam à Summis Pontificibus iam caſtigata, poterit facilè pro ſua prudentia ea refellere, & diluere: ita tamen, vt ne ad contentiones, & rixas deueniat: quamuis enim cauſa noſtra iuſtiſſima ſit, experimento tamen didicimus, huic rei plurimum obfuiſſe in hac materia (& præſertim apud Germanos) *quæſtiones, pugnaſque verborum, vtpotè è quibus* (vt inquit Apoſtolus) *inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ oriuntur*: qui & alibi, *noli* (inquit) *verbis contendere, ad nihil vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium*. Ea propter magno loquendi, & tacendi temperamento vtatur; ita tamen, vt ad ſilentij potiùs partem inclinet; ſic enim facilè obſtruet ora malignantium; vſque adeò vt, ex prudentia ipſum de ijs rebus tacere ſint iudicaturi, & non quia cauſæ noſtræ aliquo pacto diffidat, aut ad ea, quæ obijcientur, neſciat reſpondere.

Hoc ſi in omni re, & actione ſua Dominus Nuntius, vnà cum ſuis, perpetuò meminerit, & iuxta Diui Apoſtoli Iacobi verba; *Velox ſit ad audiendum, & tardus ad loquendum*, præſertim apud eas Nationes, nequaquam ab alijs in ſermone capietur: & quo animo erga Sanctiſſimum D. N. & hanc Sanctam Sedem illi populi ſint affecti, & quid de nobis dicant, aut in nos adſtruant, facilè cognoſcet. Deinde quibus omnibus Sanctitatem Suam per fidos Nuntios cantè reddet certiorem.

Superfluum eſt Nuntium de ijs, quę ſequuntur commonefacere, de cuius prudentia, & morum probitate Sanctiſſimus D. N. eſt optimè gnarus; tamen & id aduertendum eſt, ſaltem propter eius familiares, quos alioqui Sanctiſſimus D. N. confidit fore honeſtos, & probos, vt in ſermone, & factis bonum de ſe illis Nationibus exemplum præbeant. Alternis compotationibus pro more illius Nationis, inter ſe non certent, hilari quidem vultu acceptare ſe fingant inuitationem, ſed in reſpondendo modum non excedant, ne id fortè malum illis accidat, quod de quodam nobili Saxone Camerario ſecreto Leonis X. fel. recordationis refertur, qui ab eo ad Lutheranã cauſã componendã in Saxoniã miſſus, id tantum fructus reportauit, quòd ſæpè perturbatus vino, ea effutire de Pontifice, & Romana Curia à Saxonibus inducebatur, non modò quæ facta erant, ſed quæ ipſi è malo in nos mentis affectu imaginabantur, & optabant; & ea omnia ſcriptis excipientes, poſtea in Conuentu Vormatienſi nobis publicè coram tota Germania exprobrabant.

Sed omnibus his malis, & inconuenientibus Dominus Nuntius facilè obuiam ibit exemplo bonorum morum ſuorum, ſolitaque ſua prudentia, & dexteritate, quam ſi præſtabit in hac tàm ardua fidei cauſa, ſicuti Sanctiſſimus D. N. de ea ſperat, præter meritum apud Deum, & apud homines honorem, quæ ſperare habet, poterit etiam iure merito de Sanctitatis Suæ gratitudine, & benignitate ſibi maiores honores, ac maiora præmia pollicerì.

11 Adijcitur Catalogus Principum, quos Internuntius conuenturus eſt, additis nonnullis elogijs (& infra) [D. Nuntius ita humanè habet tractare Catholicos, vt cùm Hæreticos maximè ſuſpectos habere debeat, non tamen ſit aſper, aut inimicitiam vllam contra eos præſeferat. Quinimmò, ſi fieri poteſt, quadam vultus iucunditate, & bonis verbis præſertim abſque Catholicorum ſcandalo omnes lucri faciat. Caueat tamen ab eorum diſputationibus, & dolis, ſed tali temperamento vtatur, vt vel eos, ſi fieri poteſt, ad gremium Eccleſiæ Catholicæ reducat, vel ſaltem in nos non aſperet.] Adiectus eſt Præſulum Germanorum index, atque aliorum Principum, quos ad Concilium vocaturus eſt.

12 Data etiam fuere imperia Veſtrio Aquenſi Epiſcopo, vt inferioris Germaniæ Præſulibus, non tamen Reginæ Mariæ viduæ Ludouici Regis Hungariæ vita functi, ac Cæſaris ſorori, earumque Prouinciarum nomine Cęſareo moderatrici, indictionem Concilij denuntiaret; cùm illud iam Cęſari totius Belgij ſupremo Principi denuntiatum fuiſſet; Mariam verò ardentiore ſtudio exoraret, vt memoratos Præſules ad profectionem ornandã incundamq; vrgeret. At quia Aquenſis Epiſcopus varios Principes aditurus erat, quorũ alij fidei Catholicę fruderent, ab ea diſſiderent alij, varia verborum formula conceptas literas, ac mandata accepit: atque vt in primis ad flectendos ad officium Principes Electores Saxonię omnia cõſilia cõferret cum Georgio Duce Saxoniæ, qui flagrantiſſimo pietatis ſtudio Catholicam Religionem tuebatur (verùm vtinam diù ſuperſtes fuiſſet: paulò enim poſtea magno Orthodoxorum luctu deceſſit) Hic penes ſe duos inſignes Theologos, Iulium Flugium Cardinalis Scombergi conſanguineum, & Ioannem Cochlæum, acerrimum Lutheri hoſtem, propugnatoremque Religionis Orthodoxę detinebat, ex cuius Principis prudenti aſſenſu omnia conficere deberet. Acturus verò cum Marchione Brandeburgenſi Electore, prius adire eiuſdem Principis patruum Cardinalem Moguntinum, atque ex eius conſilio nutuque pendere iuſſus eſt.

Aquenſi Nuntio data inſtructio.

His mandatis inſtructus Internuntius, ineunte autumno iter ingreſſus, maxima lætitiæ ſignificatione Viennę exceptus eſt à Ferdinando Rege Romanorum, atque ab omnibus Principibus Catholicis, tùm ſuperioris, tùm inferioris Germaniæ; qui Pontificium aſſerendæ Catholicæ fidei ardorem ſummis laudibus extulerunt, atque omni obſequiorum genere pia eius conſilia promouere ſpoponderunt. Inter quos Moguntinus Cardinalis, cùm Internuntium humaniſſimè accepiſſet, hoc conſilium ſuggeſſit: comparandum bellicum apparatum ad frangendam armis Lutheranorum peruicaciam, ac fruſtrà in Concilio decreta fancienda, niſi ad illa in opus prouocanda priùs conſultum eſſet, de quibus omnibus, ingraueſcente Lutherana hæreſi Aquenſis Pontificem his literis certiorem fecit.

Nuntius Pontificis graeanter in Germania receptus.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri.

13 Beatiſſime Pater poſt humillima pedum ſanctorum oſcula. Fui cum Reuerendiſſimo, ac Illuſtriſſimo Cardinali Moguntino, cui intimato Concilio, ea eidem ſignificaui, quæ mihi fuere data in mandatis à Beatitudine Veſtra. Quj, vt honorabile membrum S. R. E. decuit, reuerenter omnia accepit, & ſeſe adfuturum Concilio pollicitus eſt, vt ex copia recognitionis copioſius

☞ *Epiſcopi Aquenſis lit. ad Paulum III. Ext. in mss. Card. Spadæ fig. 136. pag. 242. & in alio m. s. ſign. num. 128. p. 87.*

cognoſcet. Dixit mihi inter cętera, quòd iſtud Concilium eſt tàm neceſſarium, quàm neceſſariſſimum, ſi Eccleſiæ vniuerſali, & Reipublicæ Chriſtianæ conſultum iri velimus: nam iſti Euangelici (vt ſeſe honeſtiori vocabulo nominari volunt) quotidiè magis, magiſque creſcunt, & varijs artibus, aliquando blanditijs, aliquando minis inducunt vulgus, quod facilè ſeduci poteſt, ad eorum ſectam: & quod peius eſt, minantur aliquando etiam vi, & armis velle agere contra veros Chriſtianos, qui ipſis non adhęrent, & omnem occaſionem quærunt, qua id facere poſſint. Nunc orta eſt quædam differentia inter præfatum Reuerendiſſimum D. Cardinalem, & Ducem Saxoniæ Electorem (qui Princeps, & caput Lutheranorum eſt) ſuper iuriſdictione, in cuius quaſi poſſeſſione ab immemorabili tempore ipſe Cardinalis, & ſui Prędeceſſores (vti intelligo) ſemper fuerunt oppidi Badenſis, quod ratione Eccleſiæ Magdeburgenſis ſpectat ad Dominationem ſuam Reuerendiſſimam. Quæ controuerſia niſi concordetur in dieta Zictenſi, vbi plurimi Principes ea de re conueniunt, timeo, quod erit initium belli inter Catholicos, & Lutheranos (quod Deus auertat) nam ſub dubio pugnandum eſſet, cùm Lutherani, vt vera ſcribam, videantur cum eorum confœderatis potentiſſimi, vt ex liſta confœderatorum videre Beatitudo Veſtra poterit. Monuit me idem Reuerendiſſimus D. Cardinalis, vt Beatitudini Veſtræ ſcriberem, quòd aliquando cogitare dignaretur, qualiter executio fieri poterit eorum, quæ decernentur in Concilio: nam parum eſſet, latam eſſe ſententiam, niſi mandaretur executioni, & fortaſſis eſſet ignem igni addere; & idem eueniret quod cum Bohemis, qui tametſi aliàs condemnati per Concilium, tamen permaneant in eadem hæreſi: quod, quantum ego conijcere, & intelligere potui, etiam facturi ſunt Lutherani: nam aperto ore dicunt ſeſe nolle obedire futuro Concilio, ſed armis velle reſiſtere: vellent enim Concilium hìc in Germania, vbi (vt arbitror) cuperent Martinum præeſſe. Quare, Beatiſſime Pater, neceſſarium videbitur, mea quidem ſententia, habere executionem paratam, antequam decreta Concilij publicentur.

14 Non deerant viri Principes, qui ingentium malorum ex nouata, euerſaque religione emergentium pertæſi, in ſententiam celebrandi Concilij, reſtituendęq; Fidei Orthodoxę propenderent, inter quos Georgium Marchionem Brandeburgenſem benè comparatum inuenit Aquenſis Epiſcopus, ac Norimbergenſem Senatum. Sed ij obſtringere ſe noluere decernendi fœderis Smalcaldici expectatione ſuſpenſi: obduruere verò maximè Princeps Elector Saxoniæ, & Lantgrauius Haſſiæ in ſuſceptæ hæreſeos defendendæ pertinacia; hortatu verò Cardinalis Moguntini Aquenſis Epiſcopus Smalcaldiam ſe contulit, maximè cùm Heldus pro Cæſarei ſcrinij magiſtro vices gerens, quem Vicecancellarium vocant, ad Smalcaldenſes conuentus pergeret, vt Principes factionis Lutheranæ nomine Cæſareo ad dirimendas in Synodo œcumenica omnes controuerſias religionis hortaretur. Confluxere verò ad eos cœtus prȩcipui nouę impietatis ſigniferi, Lutherus hæreſiarcha, Melancton, Pomeranus, Bucerus, Vrbanus Regis, & alia minoris nominis monſtra, vt ſubornatos ab ipſis Principes, & Sathanæ laqueis irretitos in flagitio Lutheranæ hæreſeos confirmarent: adeòque profecere impiæ eorum artes, vt, cùm Epiſcopus Aquenſis literas Pontificias Saxonię Principi porrexiſſet, ille adeò à Sathana faſcinatus fuit, vt ne quidem monita ſalutis ſuæ audire voluerit; ſuſceptoque cum ſuis Senatoribus conſilio reſponſum dari iuſſerit, ſe grauioribus Smalcaldenſium comitiorum negotijs diſtineri. Lãtgrauius verò adeò in ſcelere ſuſcepto ſe obfirmatum oſtendit, vt ne quidem Pontificium Internuntium in ſuum conſpectum admittere dignatus ſit, prætexens inanes negotiorum eauſas; cùm tamen ad inuiſendum hæreſiarcham Lutherũ, infame organum Sathanæ atq; mancipium ſe conferre non erubeſceret, nec perhorreſceret. Tàm turpe facinus Sleidanus tanquam laude dignũ his verbis commendat. [Aquenſem in Germaniam ,, miſit (ſcilicet Paulus Pontifex) vt nouus vi- ,, delicet Legatus aliquid impetraret; ſed & eſt ,, illuſus in opere, neque magna fuit eius habita ,, ratio, & certo die, cùm Lantgranij collo- ,, quium expetiuiſſet, ille non ſibi vacare dixit, ,, & eodem ferè momento Lutherum inuiſit, ,, grauiter ex calculo tunc ibi decumbentem, ,, quod quidem ex ſuo diuerſorio Legatus videre ,, poterat.] Pertimuit nimirùm impius ille Lutheranorum conuentus Imperatorẽ magis, quàm Pontificem vices Chriſti in terris gerentem: nam Heldum Cæſaris Oratorem audire non detrectauit. Is verò maximo pietatis ardore, impios hortatus eſt, vt religionis controuerſias ad Concilium Oecumenicum communi animorum conſenſione referrent componendas, pro diuina amplificanda gloria, & publica pace in Germania aſſerenda; contenditque ab ijs vehementiore ſtudio, vt nitidè in ea re Cæſari reſponderent: adhibuit etiam auctoritatem, vt Pontificium Internuntium perorantem audirent, illique reſponſum darent, de quo accepto hæc Pontifici reſcripſit Aquenſis Epiſcopus. *Lib. 11. Sur. in comment. hoc anno.*

,, Reperi hìc Oratorem Cæſareæ Maieſtatis ,, Doctorem Matthiam Held, qui etiam à ſua ,, Maieſtate inter cętera negotia habuit in man- ,, datis (vt mihi dixit) vt apertè intelligeret, ,, an vellent venire ad Concilium, quem deti- ,, nuerunt per ſexdecim dies, antequam abſolu- ,, tum reſponſum dederint, finaliter poſt multas ,, allegationes hinc inde factas, reſponderunt ,, nolle venire ad Concilium Mantuanum, quod ,, idem etiam mihi hodie antè prandium reſpon- ,, ſum dederunt, vt latiùs poterit videre Beati- ,, tudo Veſtra, ex copia reſponſionis eorum in ,, ſcriptis mihi data: opportunè accidit, quod re- ,, pererim hic præfatum Oratorem, nam ſtre- ,, nuè ſe geſſit, & liberè cum ipſis de omnibus ,, loquutus fuit, quod mihi non licuiſſet; tùm e- ,, tiam cognouerunt mentem, & voluntatem ,, Cæſareæ Maieſtatis concurrere in ijs, quæ ad ,, Concilij vniuerſalis conuocationem pertine- ,, bant. Sanctitas Veſtra cætera, quæ hic geſta ,, ſunt, à Reuerendo Prothonotario percipiet. ,, Hinc proficiſcar ad Illuſtriſſimum Principem ,, Electorem Marchionem Brandeburgenſem bo- ,, num Catholicum, & Ducem Saxoniæ Geor- ,, gium Chriſtianiſſimum Principem: quos for- ,, taſſis cogam conuenire in dieta Zictenſi. Il- ,, linc, quàm diligentiſſimè potero, proſequar ,, alios prætatos Principes inuiſere. Non eſt fa- ,, cilè dictu, Beatiſſime Pater, quàm difficile ,, ſit negotium habere cum iſtis Principibus, & ,, præſertim Lutheranis, qui certè ſunt aſtutiſſi- ,, mi, & nihil boni penſitant. Quæ Auguſten- ,, ſes fecerint, & innouarint, non obſtantibus ,, promiſſionibus, quas Cęſareę Maieſtati fece-

runt

,, runt, credo Beatitudinem Veſtram intellexiſ-
,, ſe; quę non repetam. (*Et mox*) Me ſemper
,, bonæ gratiæ Beatitudinis Veſtrę, quàm humil-
,, limè poſſum, commendo, Deum Optimum
,, Maximum rogando, vt eandem Reipublicæ
,, Chriſtianę ad Neſtoreos annos conſeruet. *Ex Smalcaldia 11. Martij MDXXXVII. Beatitudinis Veſtræ humillimus Capellanus P. Veſtrius Epiſcopus Aquenſis, & Nuntius.*

15 Reſponſum ab hæreticis conuentus Smalcaldici datum primùm Heldo Oratori Cæſareo, ac poſtea Pontificio Nuntio indigniſſimum fuit in quo impietatis, odiorum, & calumniarum virus, & peſtilentiſſima hæreſeon venena effuderunt: prouocatique ſumma benignitate à Pontifice, vt animæ ſuæ ſaluti conſulturi potiùs crederent Oecumenico Concilio repræſentanti Eccleſiam vniuerſalem, quę ex Apoſtolo eſt columna, ac firmamentum veritatis, quàm Luthero, qui doctrinam ſuam proprijs ſcriptis à Sathana hauiſſe profeſſus eſt, in reprobum ſenſum efferati teterrimas calumnias in Pontificem, & Epiſcopos, atque vniuerſam Eccleſiam confinxerunt. Ac primum decretum fuiſſe in Norimbergenſibus comitijs, vt Concilium in Germania celebraretur, oppoſuere. Quod tamen à vero plurimùm abeſt: nam Nuntius Chiericatus in prima Norimbergenſi Dieta non decretum, ſed conſilium congregandi Concilium approbauit: huiuſmodi enim decreta, maximè in rebus religionis, Pontifici legem imponere nequaquam poſſe perſpicuum eſt. Decretum verò ſecundum Dietæ Norimbergenſis, quo ſancitum fuit, exorandum eſſe Pontificem, vt quamprimùm liberum Concilium in Germania coadunaret, Cæſar ipſe irritum eſſe declarauit. Et in decreto Auguſtanæ Dietæ firmatum fuerat, vt Concilium peteretur, *abſque loci aſſignatione*, & conditione *liberum*.

Subdidere Lutherani [Ideò liberum ac Chriſ-
,, tianum Concilium appellari, vt tale intelli-
,, geretur, in quo ex verbo Dei corrigerentur
,, errores, & abuſus in capitibus ac membris,
,, qui in Eccleſia excreuerunt; nec anteferretur
,, verbo Dei auctoritas Pontificis, aut traditio-
,, num humanarum.] Atqui in primis Ioannes Cochlęus, cui fraudulenta Nouatorum illorum machinamenta optimè nota erant, nec liberum fore in Germania Concilium diſertis verbis profitetur. [At illi eſſlagitant (inquiens) vt in
,, Germania celebretur, vbi Patres forent cap-
,, tiui; vt niſi decernerent ea, quæ Lutheranis
,, placeant, mox armis nobilium, & Lutheranæ
,, plebis obijcerentur interficiendi.] Præterea illa in Concilio libertatis voce abutebantur; quia non futurum liberum Concilium, in quo Pontificis Legati iuxtà morem præſiderent, temerario ſanè auſu dictitabant: ipſis enim licere contendebant, quoſcumque ſuæ impiæ factionis aſſeclas, quamuis laicos, pro libitu in Synodum admittere, neminemque ipſis præſidentem, impiaque dogmata refellentem ei intereſſe optabant.

Hoſius cap. 28. 16 Ad calumnias verò de erroribus, & impijs abuſibus affictas ab Hæreticis Pontifici, & parti Catholicæ, ità reſpondet Hoſius,, [Cùm
,, ipſi (nimirum Lutherani) in Eccleſia non
,, ſint, illud omni ope contendunt, & elabo-
,, rant, vt ne vlla ſit Eccleſia: cùm enim niſi vna
,, ſit, vlla eſſe non poſſit, vna autem eſſe neque-
,, at, niſi ex vno pendeat, qui præſit omnibus,
,, ad vnum hunc expugnandum ſuas omnes ma-
,, chinas conuertunt; quod ideò per membra
,, ſua facit Sathanas, ſicut à Cypriano ſcriptum *Cyprianus lib. 1. ep. 3.*
,, eſt, ideò præpoſitum Eccleſiæ ſuæ inteſtatione
,, perſequitur, vt gubernatore ſublato atrocius
,, atque violentius circa Eccleſiæ naufragia graſ-
,, ſetur: itaque Sathaniſtarum non eſt maius
,, aliud ſtudium, quàm vt Chriſti Vicarium, quē
,, Petri ſucceſſorem eſſe vident, cuius mini-
,, ſterio fieri perſpiciunt, vt in Eccleſia ſpiritus
,, vnitas in vinculo pacis retineatur, eius autho-
,, ritati detrahentes, exoſum & inuiſum red-
,, dant omnibus [& nonnullis interiectis oſtendit Hoſius, quatuor prima Concilia, quæ haud aliter quàm quatuor Euangelia ab omnibus recipiuntur, & quæ deinde ſequuta ſunt, Pontificis Romani auctoritate celebrata; atque etiam ipſos hæreſiarchas initio Romani Pontificis ſententiæ ſuas hæreſes ſubiecisſe; licet deinde ab eo defecerint, quos imitatus eſt Lutherus, ſcriptis hiſce verbis ad Leonem X. *Beatiſſime Papa proſtratum me pedibus tuæ Beatitudinis offero, cum omnibus, quæ ſum, & habeo: Viuifica me, occide, voca, reuoca; approba, reproba, vt placuerit. Vocem tuam vocem Chriſti in te præſidentis, & loquentis agnoſcam.* Verùm ſi interroges, qui ſint errores iſti, atque abuſus tàm impij, qui ſpecioſam Eccleſiæ faciem perditorum Proteſtantium iſtorum reſtimonio deturparunt? Sacramenta, ac præcipuè venerandum Miſſæ ſacrificium, ſacrum Imaginum cultum, Indulgentias, omneſque alios ſacros ritus, reſpondent. Hæc autem non modò non aduerſantur verbo Dei, Sanctis Concilijs, ac Patribus, quinimmò deſumpta ſunt ex Scripturis, Traditionibus, quas tam vetus, quàm nouum Teſtamentum approbat.

17 Auſi etiam ſunt traditiones Eccleſiæ appellare impias: cùm Scripturæ Sacræ auctoritas à traditionis Eccleſiaſticæ auctoritate pendeat: atque etiam doctrina Apoſtolorum non tantùm ſcripto, ſed etiam traditione conſtet, de qua Apoſtolus in ſecunda ad Theſſalonicenſes ſcribit: *State & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* Et 1. ad Corinthios: *Laudo vos fratres, quod per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*: quare Irenæus lib. 3. cap. 4. docet de multis rebus, quæ literis mandata non ſunt, edoctam ab Apoſtolis veterem Eccleſiam fuiſſe, quæ ſucceſſores Apoſtolorum Epiſcopi ſibi per manus ab illis tradita, ſuis viciſſim ipſi ſucceſſoribus, Eccleſiæque tradiderunt: confirmat hæc Auguſtinus in epiſt. 118. cap. 6. Hilarius in lib. ad Conſtantium Auguſtum, Athanaſius in libr. de decretis Nicænæ Synodi contra Euſebium, Chryſoſtomus in homilia 3. in Epiſt. ad Philippenſes, cuius ſunt hæc verba: *Credimus, non quia ſcriptum eſt, ſed quia ſic ab Apoſtolis, legitima Epiſcoporum & Sacerdotum ſucceſſione, nobis traditum eſt.*

Queſti etiam ſunt, Pontificem in Bulla hæreticos eos appellaſſe, antequam à Synodo eorumdē dogmatum ratio dignoſceretur, [Sed etiam (inquiunt)
,, ante ipſum Concilium pronuntiat de noſtra
,, doctrina, & damnat confeſſionem & doctrinam
,, noſtram traditam in Apoſtolicis ſcripturis.]
Hoc autem ex Bulla prædicta nullatenus inferre poterant, qua de nuper natis hæreſibus in genere Pontifex tantummodo verba facit, quibus eo Concilio ſuccurrendum erat: cùm ea tempeſtate non ſolùm Lutherani, ſed Zuingliani, Anabaptiſtæ, & iam ex Inferni latebris Caluiniſtæ erupiſſent, qui omnes inter ſe haud minùs, quàm cum Catholicis diſſidebant. At Lutherani Smal-

cal-

caldenſes, praua ipſorum conſcientia conuicti, damnabilem fore doctrinam, quam ipſi tuebantur, ex Pontificis literis interpretabantur, cum à Gallis potiſſimùm, atque à Dieta Wormatienſi, & Auguſtana exploſa, & à Leone X. poſt accuratam Virorum doctorum examinationem reiecta fuiſſet. Porrò, quod doctrina ſit Apoſtolica, Sathanicus, & alienus Scripturæ ſenſus à veritate abhorret: nam Scriptura etiam Sathanas abuſus eſt, cùm tentaret Chriſtum de præcipitio, dum aiebat: *Scriptum eſt*, vt aiunt Lutherani, *Scriptum eſt*, ſed in ſenſu hæretico: ac D. Petrus prædixit de epiſtolis D. Pauli deprauandis ab hæreticis, *ſicut & cæteras Scripturas ad ſuam ipſorum perditionem depranant*, & addidit, falli eos, qui putant Scripturę verba in humanæ phantaſiæ figmentũ diſtorta, eſſe Scripturam Sacram, ſed Spiritus Sancti reuelationem, quæ in Concilio ritè congregato inſinuari conſueuit. *Non enim* (inquit) *voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines*: & vt Cardinalis Hoſius Epiſcopus Warmienſis Lutheranos confutans ait. [Suus quemque priuatus ſpiritus fallere poteſt, cùm ſcriptum ſit, *Væ Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident*: Eccleſiæ autem ſpiritus nunquam fallere poteſt.] & paulò poſt [de intelligentia hæreſis eſt, non de Scriptura.] *Senſus* (inquit Hilarius) *non ſermo ſit crimen*. Quod autem Spiritus Sanctus non aſſideat priuatis hominibus in Scripturarum explanatione, intelligentiaque, ſed Eccleſiæ, ac potiſſimùm Pontifici ſupremo eiuſdem Capiti, atque Epiſcopis in Synodo collectis, ceu membris capiti adhærentibus, ab Orthodoxis inficiari minimè poteſt, iuxtà promiſſionem à Chriſto Eccleſiæ factam *Alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum ſpiritum veritatis*. Quod præcipuè in œcumenica Synodo Pontificis iuſſu collecta adimpletur, admonente Cœleſtino Papa: *Spiritus Sancti teſtatur præſentiam congregatio Sacerdotũ*. Quare & Chriſtianum, & liberum vtique erat Concilium Mantuæ modò indictum: vbi enim *Spiritus Domini, ibi libertas*.

Confeſ. Cat. Cap. 3. Ep. 2. cap. 3. 16. Ioann. c. 14. 16. 2. Cor. 3. 17.

18 Grauiſſimam aliam querelam, quam mens eorum impietatis tenebris immerſa, iuſtam putabat, ſubiunxere aduersùs Pontificem Concilium cogere meditantem. [Quamquam (inquiunt) Papa præcipuus aduerſarius eſt, tamen vult eſſe Iudex, & retinere auctoritatem condemnandi contrariam partem.] An non nequiores Iudæis Lutheranos iſtos dixeris? nam cum diuina lege vetere ſancitum eſſet, vt ſi circa cæremonias, & Sacra exorta eſſet aliqua controuerſia, ſtaretur ſententiæ Pontificis, at iſti in pertinacia obfirmati, licèt præſtantior ſit Pontificatus dignitas in lege Euangelica, quàm in Moſaica, inanibus argutijs Pontificis iudicium in controuerſijs ab ipſis motis reſpuere non erubeſcunt.

Recolere debuiſſent præclarum illud S. Cypriani monitum: *Vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti non cogitatur, cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduersùm Sacerdotum collegium quidquam moueret*: atque illud D. Maximi ad Thalaſſium, *Eccleſia Romana nullis omninò, propter Pontificatus prouectionem, ſcriptis, aut ſynodicarum editionibus chartarum ſubiecta, ſicut etiam in his omnes ex æquo ei ſecundum ius Sacerdotale ſubiecti conſiſtunt*. Quin etiam non de propria, priuataque ſui ipſius, ſed de Fidei, Eccleſiæque cauſa acturus erat Pontifex in Concilio. Cùm itaque ipſe ſit cuſtos traditionis Eccleſiæ, quæ nec fallere, nec falli poteſt, ſupremi Iudicis munus in quoſcunque traditionum Eccleſiaſticarum euerſores exercere iure merito poterat. Quod autem in propria cauſa ſe ipſum iudicare poſſit, conſtat ex cap. *Cùm veniſſent de iudicijs &c. Cùm ſuper priuilegijs Sedis Apoſtolicæ cauſa verſetur, nolumus per alios de ipſis iudicari*. Immò huiuſmodi priuilegium ſupremis etiam ſæculi Principibus traditum eſt; Iudices ſiquidem & partes in ſuis ipſorum cauſis nemine reluctante agnoſcuntur; cur ergo ſummo Eccleſiæ Hierarchæ hoc ipſum Lutherani temerè denegare contendebant? Nonne tot hæreſes prioribus ætatibus damnatæ ſunt in Concilijs, quibus ipſimet Pontifices, vel per ſuos Legatos præfuere; nec obiectum vnquam eſt, Pontificem non potuiſſe partis & Iudicis munera obire, cùm natura, & ratio Principatus hanc gerat prærogatiuam, vt aduersùs rebelles partis, & Iudicis officium exerceat? Quis itaque ius iſtud à Chriſto collatum Petro, atque per mille, & quingentos annos ab eius Succeſſoribus in fidei cauſis decidendis aſſiduè ſeruatum, ab ijs tandem auferre poterit, ac audebit? Lutherus fortè cum ſuis ſectatoribus? Verùm qua auctoritate? Illa dumtaxàt, quæ ex officina Sathanæ prodijt, quæ nouam turrim Babel ad Cælum Eccleſiæ expugnandum per iſtos Nouatores, qui Iudicis, & partis munera ſibi ipſis temerario auſu arrogabant, attollere moliebatur? Verùm portæ Inferi non præualebunt aduersùs Eccleſiam ſupra firmiſſimam petram, ideſt ſupra Petrum ædificatam, quamuis per tot ſæcula à ventis, turbinibus, ac fluuijs plurimùm concuſſa fuerit.

Addidere aliud ſophiſma Satanicum Smalcaldenſes Lutherani, non modò Pontificem præſidere in Concilio non poſſe, cùm ipſi eum idololatriæ, & hæreſeos reum eſſe aſſerant, verùm etiam nec ipſos Epiſcopos ferre poſſe in Concilio ſententiam; quòd Pontificijs obſequijs nuncupato ſacramento ſint obſtricti. Attamen certum eſt, eoſdem Præſules orthodoxam Pontificis fidem, ſupremamque in Eccleſia auctoritatem à Chriſto Petro, ſucceſſoribuſq; traditam, non autem prauos ipſorum mores, falſaque dogmata (ſi quæ eſſent) in Concilio defenſuros. His addendum, non omnes Præſules in Concilio collectos, Pontificiæ ſententiæ per Legatos declaratæ ſtatim acquieſcere; verùm data libera eis loquendi facultate, difficultates proponendi, ac cauſæ diſcuſſionem accuratiùs per Patrum ſuffragia exagitandi, ſolutis hinc inde argumentis, tandem eos vnanimi ferè conſenſu decreta inſtituere conſueuiſſe.

Ep. 25. Ad Thalaſſium.

Denique plures alias calumnias, horrendaſque blaſphemias in Pontificem, ac Epiſcopos coaceruare non erubuerunt, quibus ſingillatim reſpondere haud opus eſt: nam ad tàm efferatas, ſacrilegaſque perditorum hominum locutiones, obiectaque refellenda eſſe ſatis eſt dicere, *Loquela tua manifeſtum te facit*; ſcilicet eos ex Patre Diabolo eſſe. Quod ſanè gratis non aſſeritur. Narrat enim Vlembergius Lutherũ in eo conuentu iſchuria laboraſſe; cùmque ſe moriturum timeret, non flexiſſe mentem ad reſipiſcentiam, ſed rabie efferatum, condito teſtamento, hæreſeos ſuæ concionatoribus odium in Papam pro legato reliquiſſe: illud verè erat euangelium iuxtà Lutherum acceptum à Sathana, qui in conuenticulis Magorum & Sagarum, odium inimicorum, & vindictam imperat; cùm è contra Chriſtus inimi-

Matth. 26. 73. In vita Luth.

inimicos diligi in ſuo Euangelio iuſſerit.

19 Hic tamen prætermittendum non eſt, quod cùm in hoc conuentu Matthias Heldus Orator Cæſareus XV. Februarij Proteſtantes hortatus eſſet, vt Eccleſiaſticis, & Monachis erepta vectigalia, ac iuria reſtituerent, eos in ſcelere obfirmatos flectere ad æquitatem non potuit: immò ſi qua vis pro repetendis iuribus ſacris inferretur, fœderatis, arma pro ijs tuendis ſe coniuncturos profeſſi ſunt: cùm Cæſarem rogarunt, vt ad impiam Lutheri ſectam, quam veram doctrinam appellabant, amplectendam omnibus libertatem permitteret. Cùm verò Heretici in opprimendis Catholicis eſſent coniunctiſſimi, legumque vocem audire reſpuerent, cùm rapta Eccleſiaſticis, & Monachis reſtituere iuberentur (auctoribus Carolo, & Ferdinando) ſancitum eſt fœdus inter Catholicos Principes, & orthodoxæ fidei profeſſores ab impetu, & tyrannide hæreticorum vindicandos. Principum enim, & Ciuitatum noua in dies acceſſione confirmati hæretici aduersùs Imperialem Maieſtatem conſurrecturi videbantur. Appellatum autem eſt hoc fœdus ſanctum, quod ſi in ipſo Lutheranæ hæreſis exordio, vel ante aliquot annos percuſſum fuiſſet, non adeò latè virus ſuum impietas effudiſſet.

20 At Pontifex ſpretis Lutheranorum calumnijs, & maledictis, ſuſceptæ celebrandi Mantuæ Concilij voluntati inſtitit, decreuitque vnà cum Cardinalium Senatu Mantuam ſe conferre. Quod ſignificauit ſubiectis literis Cardinali Rodulpho Pio Carpenſi, iuſſitque, vt Mantuam ex Aula Gallica proficiſceretur.

Mantuam ad Concilium accedere ſtatuit Paulus.

Cardinali Carpij.

Paul. III. lib. breu. anno 3. pag. 162.

Dilecte fili, &c. Licet prudentiæ, probitatis, & ſingularis fidei tuæ vſum, quem hactenùs apud iſtum Chriſtianiſſimum Regem, noſtrum in Chriſto filium chariſſimum, magna cum noſtra ſatisfactione, & tua laude cepimus, deinceps capere, tuaque opera iſtic vti libenter vellemus; quia tamen propèdiem Mantuam ad generale Concilium proficiſci intendimus, eoque omnes Cardinales, & Epiſcopos pro ſuo officio conuenire cupimus, tuamque inter cæteros doctrinam, & pietatem ibi plurimum opportunam nobis fore ſperamus: tibi propterea iniungimus, vt licentia ad nos redeundi ab eodem Chriſtianiſſimo Rege priùs petita, cum tuo deinde commodo in Italiam te recipias, & ad nos, vbicumque fuerimus, venire matures, venturus nobis pro tua virtute, tuiſque erga Nos meritis valdè gratus, & acceptus. *Datum Romæ III. Aprilis MDXXXVII. Anno III.*

21 Dum ita Pontifex, Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi ad inchoandum Mantuæ Concilium Oecumenicum die Pentecoſtes proximè recurſuro, fremente Sathana, & ringente hæreſi accincti eſſent, inopinus caſus omnia repentè confudit; nam Ducem Mantuæ inuaſit ſuſpicio, ne fortè à Cæſare, vel ob variarum gentium concurſum, conflata aliqua coniuratione, Mantuano Principatu depelleretur; ideoque à Pontifice ſtipendia flagitauit, quibus præſidiarias copias ſuſtentaret, negauitque ſe Mantuam, niſi munitam milite ſe conceſſurum, prætexuitque ſe Pontificiæ tutelæ cauſa maximè eas expetere. Quo argumento extant literæ Ducis Mantuæ Italicæ ad Herculem Cardinalem Mantuanum fratrem optimum, quibus ſignificat, neceſſarium fore, vt prouideatur ſaluti, & tutelæ Sanctiſſimi, & aliorum Dominorum: tùm, vt commeatus tutò inferantur, & viæ à latronibus ſint liberæ, & vt ſi quæ turbæ in Prouincia oriantur, mox ad eas ſedandas mittantur cohortes. Pro Vrbe etiam à vi exterorum vindicanda, & tumultibus oriundis compeſcendis præſidio opus. Obſtrictum verò maximè ſe ſentire ob locatam in eo fiduciam, qua Sanctiſſimus ſe ipſius fidei velit credere.

Dux Mantuæ petēs militare præſidium Concilio impedimenta ponit.

22 Ex alio etiam capite cùm Principes Germani & Galli acceſſuri ſint, cum pluribus militibus eoſdem comitantibus, & ex diuerſis Nationibus tot ſint confluxuri, pacato animo eſſe ſe non poſſe ſubiecit, niſi militari præſidio fuerit ſuccinctus, maximè, cùm Mantuani bello non ſint aſſueti, ſed paci: neque nobilibus ciuibus onus iſtud ſe imponere velle, vt in continuo prælio verſentur: denique arcem parùm munitam eſſe ad ſuimet defenſionem, ac propterea Pontificiæ voluntati ſeſe aſſentiri nullatenus poſſe. Cæterùm ſe nunquam ab honeſto, opportuno, ac neceſſario diſceſſurum. Ad id autem, quod obijcitur, hæc à veteri more Conſtantiæ obſeruato abhorrere, reſponderi, variata eſſe tempora, quæ nunc turbidiſſima ſunt, ſeque imparem tantorum Principum potentiæ, Mantuam non Reipublicam eſſe, ſed in vna ſua anima conſtare: denique Paulo maximo ſe honore affectum ex munere Roſæ Aureæ ad ſe tranſmiſſo 24. Martij 1537. concludit.

Acta Conſiſt. in vit. S. Card. Spad. fig. n. 133. pag. 312.

23 De his certior factus Pontifex ab ipſo Friderico Duce Mantuæ, indoluit, peti ab eo præſidiarias copias, cùm ex armatorum præſentia Concilij libertas infringenda videretur, maximaque ab aduerſarijs Pontifici inuidia conflanda eſſet: conſuluit itaque in eo caſu ancipiti Viros prudentia, rerumque gerendarum peritia florentiſſimos, quorum vnus hoc conſilium ſuggeſſit, nempè cùm Lutherani in Conuentu Smalcaldenſi Concilium Mantuæ indictum omninò reſpuerint, atque ſpem omnem reuocandi eos ab errore ſuſcepto abſciderint, conuertenda eſſe omnia ſtudia ad Oecumenicum Concilium pro confirmandis in fide Catholica Orthodoxis conuocandum: inauditis enim legibus à Lutheranis Concilium peti, & quodcumque vetere inſtituto ſanctiſſimè celebratum ab ijs recuſari, Cæſarem verò ac Regem Chriſtianiſſimum, cæteroſque Principes ſollicitandos, vt Præſules, atque Oratores ad Concilium legarent.

Lib. Breu. pag. 257. 26.

Concilij prorogat Paulus ad kal. Nouemb.

24 Diſcuſſa re diligentiſſimè, ac ſumma maturitate conſilij librata, viſum eſt Paulo Pontifici, cùm fruſtra Ducem Mantuæ Pontificiorum hoſtium proponentem inſidias, & coniurationes formidantem à petitis præſidijs abducere conatus eſſet, Concilium prorogandum eſſe ad Kal. Nouembris proximas, eamque prorogationem in publico Senatu XX. Aprilis habito promulgauit, vt referunt Acta Conſiſtorialia, ac Petrus Paulus Aretinus Diarij Romani auctor, & Angelus Maſſarellus, qui in Concilio Tridentino à ſecretis fuit: pro qua re ſequentem edidit Bullam.

Ang. Maſſarell. in Diar.

Paulus &c. Ad futuram rei memoriam.

Prorogatio ad kl. Nouemb.

25 Superiore anno, deſiderantes malis, & calamitatibus, quibus Chriſtiana multipliciter laborat Eccleſia, pro officio noſtro ſuccurrere, veſtigijs Maiorum noſtrorum, qui ſalutare remedium in ſimilibus cauſis vniuerſalis Concilij celebrationem experti fuerunt, inhærendo, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, Oecumenicum, ſeu Vniuerſale Concilium in Ciuitate Mantuæ præſenti anno die XXIII. menſis Maij proximè futuri inchoandum indiximus, vniuerſis, & ſingulis Venera-

Digitized by Google

biljbus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filijs Abbatibus, & cæteris Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, vbique Terrarum conſtitutis mandantes, quatenus perſonaliter, Chriſtianos verò Principes, & alios, qui de iure, aut conſuetudine in huiuſmodi Concilio intereſſe debent, exhortantes, vt pro pace, ſalute, & augmento Eccleſiæ Dei, & ipſi perſonaliter (ſi poſſent) ſin minus, per ſolemnes Oratores ſuos congruo tempore dicto ſacro Concilio in Ciuitate Mantuæ, vt præfertur, celebrando deberent intereſſe, prout in alijs noſtris literis, quas tùm Romæ in locis ſolitis, tùm per literas, & Nuntios noſtros ad hoc deſtinatos in omnibus Chriſtianitatis partibus publicari fecimus, pleniùs continetur.

26 Cùm autem dicti Concilij inchoandi tẽpore appropinquante, dilectum filium nobilem virum Fridericum Ducem Mantuæ, quem promptiſſimum in hoc futurum ſperabamus, vt Ciuitatem prædictam in hoſpitijs, victualijs, & alijs rebus neceſſarijs pararet, & diſponeret, requiſiuiſſemus, ipſe Dux, nobis ſuper hoc reſpondens, non paruam huic negotio intulit difficultatem, aſſerens militare præſidium, & pro eo nutriendo ſtipendium pro noſtra, & aliorum ad Concilium venientium, ſuæque Ciuitatis (vt dicebat) ſecuritate ſibi neceſſarium eſſe: quam quidem obiectam tàm ſancto operi difficultatem, licet difficillimum, & ferè impoſſibile nobis fuiſſet hoc tempore, quo præter alias noſtras, & Apoſtolicæ Sedis, longè ſolito grauiores impenſas, nunc, cùm perfidiſſimus Fidei noſtræ hoſtis vniuerſum Chriſtianum Imperium occupare molitur, etiam littora, & Vrbes Status noſtri ab vtroque Italiæ mari defendere cogimur, pecunias aliò diuertere; tamen omninò ſuperare conati fuiſſemus, niſi rem incongruam, & mali exempli iudicaſſemus, armatum Concilium celebrare. Eidem itaque Duci ſtatim reſcripſimus, ad tàm ſanctum opus peragendum nec nobis, nec alijs illic conuenturis aliquid timendum eſſe, minimèque æquum fore ibi arma conſpici, vbi libera omnium ſuffragia eſſe deberent; ideoque nil aliud eſſe id petere, quod petebat, quàm Ciuitatem prædictam manifeſtè denegare.

27 Cùm autem nos multis etiã alijs rationibus ſuſpicionem huiuſmodi ab eius animo tollere conati fuerimus, idque non ſemel tantùm, ſed pluriès fruſtra contenderimus, coacti fuimus de loci mutatione & (vt id maturiùs facere poſſimus) de Concilij celebratione ad aliquod tempus prorogãda cogitare: quod quidem, tùm ex eo, quòd rem tàm ſalutarem, & tàm Chriſtianitati neceſſariam accelerare potiùs, quàm differre voluiſſemus: tùm etiam quòd verebamur (prout veremur) aliquos ex conuenturis, noſtræ indictioni confiſos, iter aggredi cœpiſſe, & cum ſuo incommodo, & noſtra moleſtia, vel progreſſuros vndè iam excluſi ſunt, vel tanto itinere fruſtrà ſuſcepto in ſuam patriam redituros, certè moleſtiſſimum nobis fuit: quando autem aliena non noſtra culpa ad hoc deuentum eſt, æquiore animo id ferimus. Vt igitur quàm citius eam, quæ ex inopinato huius rei euentu in ipſorum conuenturorum mentibus forſan oriri poſſet, perturbationem tollamus, & eorum incommodis, vt fieri poteſt, occurramus, de præfatorum Cardinalium conſilio, & aſſenſu tempus celebrandi Concilij huiuſmodi ad kal. Nouemb. proximè futuri prorogandum duximus, prout prorogamus, alterius non minùs commodi, & idonei loci electionem interim per nos faciendam, ad eorum, ad quos ſpectat, notitiam, quàm citius fieri, poterit deducturi. Nulli ergo &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVII. XII. Kal. Maij Pontificatus Noſtri anno III.*

28 De prorogato Concilio, prorogationiſq; cauſa, vtque nullus adhuc locus deſignatus eſſet, ſcripſit has literas Iacobus Sadoletus Cardinalis ad Ioannem Saluiatum Cardinalem. *Iacob. Sadoletus ad Ioann. Saluiat. Card. ep. lib. 10. 421.*

,, [Ita prorogatum eſt Concilij tempus, vt certus locus nullus ad conueniendum conſtitutus ,, ſit. Id accidit ex ea cauſa, quòd Dux Mantuæ ,, concurſum tot aduenarum in Vrbem ſuam ,, reformidans, hoc (vt ſcribit ipſe) turbulento, ,, & ſuſpicioſiſſimo tempore, Mantuam ſe con- ,, uentui ſine firmo militum præſidio commiſſu- ,, rum negauit. De hoc præſidio actum bis in ,, Senatu, omniumque ſententijs decretum, nul- ,, lum omninò militare præſidium eſſe dandum, ,, ne Lutherani, qui nos ſuſpectos ſibi eſſe non ,, ſimulant, ſi intra arma & præſidia noſtra ven- ,, turi eſſent, verè atque ob rem id facere vide- ,, rentur. Eius igitur loci ſpe adempta alius ni- ,, mirum conſtituendus locus, quod fieri com- ,, modè inconſultis Chriſtianis Principibus non ,, poterat. Porrò cùm adeſſet iam Concilij dies, ,, neque ad eam diem de voluntate Principum ,, conſtare nobis poſſet, vilium eſt neceſſariò ,, Concilium eſſe prorogandum. In hanc ſen- ,, tentiam deſcendere ferè omnes. Vna dumta- ,, xat Campani ſententia, & mea, prorogatio- ,, nem diſſuaſit; cum videretur nobis plus multò ,, vtilitatis in Concilio habendo, quàm detri- ,, menti in loci mutatione exiſtere: eligebamus ,, autem ego Placentiam, Campanus Bononiam, ,, ille commodiorem nobis locum ſequutus, ego ,, Germanis opportuniorem: ita enim Placentia ,, Cæſarianis eſt propinqua, qui armis atque ,, exercitu in præſentia valent, vt abſtergere om- ,, nem metum eò aduenientibus Lutheranis poſ- ,, ſit; etſi illi quidem diſertè conuentu Smalcaldę ,, habito negauerunt ſe venturos. (Et infra) ,, Sed nobis fruſtra diſſuadentibus decreta nihilo- ,, minus eſt prorogatio.

29 Nondum deſignari potuerat Concilij locus, quia de eo Pontifex cum Cęſare, ac Regibus prius conuenire decreuerat. [a] Tertia verò die à promulgata Concilij prorogatione ſignificauit Paulus Carolo V. Imperatori cauſas totius rei geſtę; vtque repetitis literis Fridericum Ducem Mantuæ hortatus eſſet, vt conceptum metum poneret, nec illum à priore ſententia dimouere potuiſſet. [a] *Acta Conſiſtor. m.s. Car. Spad. fig. n. 133. pag. 417.*

Imperatori.

Chariſſime &c. Non dubitamus, quin ſicut tua Maieſtas pari ſemper nobiſcum ſtudio celebrationem generalis Concilij deſiderauit, ita nunc non minori, quàm nos moleſtia acceptura ſit omne impedimentum, quod dicto Concilio afferatur; præſertim ab his, à quibus minimè debuiſſet. Dux enim Mantuæ (id quod tuæ Maieſtati abundè iam innotuiſſe credimus) qui, cùm eſſemus eum per literas nuper hortati, vt appropinquante Concilij inchoandi tempore Ciuitatem ordinatam, & præparatam hoſpitijs, & victualijs haberet, ad tantos hoſpites excipiendos, noſque cum noſtra Curia iam ad iter accingeremur, ecce ſubito (quod nunquam antea ſignificarat) ſubſidium militare, & pro eo ſtipendio à nobis petijt ad noſtram maximè (vt dicebat) ſecuritatem, cùmque Nos, non tàm pecuniæ parcentes *Paul. III. lib. brev. anno 3. pag. 257. & 301.*

(cui

Digitized by Google

(cui tamen parcere cogimur) cùm præter alias impensas noſtras, & Apoſtolicæ Sedi ſolito grauiores tantum exercitum contra Turcas in vtroq; Italiæ mari tutando tecum alere cogamur, quam malum exemplum habendi armatum Concilium vitantes, ſtatim ipſi Duci reſcripſiſſemus, nihil nos timere, & cæteros etiam omnes ſitu loci, ac diligentia ipſius Ducis ſatis tutos eſſe poſſe. Ipſe ſecundò reſcripſit, non tantùm nobis, verùm etiam ſibi, & ſuæ Ciuitati metuere: propterea que ſe, & illam Ciuitatem tot Nationibus ſimul conuenturis ſine opportuno præſidio committere non audere. Replicauimus ei tertiò, rem quam peteret, non ſolùm fore ſuſpicioſam multis, ſed etiam actioni tàm piæ eſſe incongruam, cùm ad concordiam homines non armati, ſed pacati, ferèque omnes Eccleſiaſtici, conueniant, nec æquum eſſe, arma ibi conſpici, vbi libera omnium ſuffragia eſſe debeant; neminemque eſſe auſurum, perturbare ipſum Concilium, quod ex omni Chriſtianitatis corpore congregatum eſſet, cùm præſertim te perſonaliter illi interfuturum ſperaremus. His rationibus cum eum acquieturum putaremus, præſertim cùm non ignoraret illam Ciuitatem, vt alijs non incommodam, ita maximè Germanis commodam, &, quia tui Imperialis feudi eſt, etiam fidam, te maximè laudante, à nobis fuiſſe electam, nihil tamen proficere tot ſuaſionibus, ac toties iteratis potuimus; nam tertiò ſuum hominem cum eiſdem mandatis de præſidio, & ſtipendio ad nos miſit: qua rei nouitate, Fili chariſſime, & tanta obſtinatione ipſius Ducis ita perturbati fuimus, vt nulla perturbatione grauius affici hoc tempore potuerimus: cùm enim iam in procinctu nos, & noſtra omnia haberemus, propediemque nulla ætatis noſtræ, vel alia ratione habita, nos ad iter daturi eſſemus, hoc inopinato caſu in maximam anxietatem coniecti ſumus: non ſolùm quòd rem tàm ſalutarem quamprimùm aggredi cupiebamus, verùm etiam quòd verebamur multos ex Prælatis conuenturos noſtræ indictioni confiſos, iter ingredi cepiſſe, & magno cum ſuo incommodo, & noſtro pudore, vel progreſſuros, vnde excluſi iam ſunt, vel tanto itinere fruſtrà ſuſcepto in ſuam patriam redituros. In hac igitur ſollicitudine poſiti, vt quàm citius incommodis conuenturorum Prælatorum occurreremus, die Veneris proxima in Conſiſtorio noſtro ſecreto, id quod neceſſitas ipſa nobis præſcribebat, de Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu locum mutandum eſſe decreuimus; cùm Mantuæ non reciperemur ſine armato præſidio, & cum præſidio, ſine malo exemplo, & ſuſpicionis materia, recipi non poſſemus. Conuocatis ſtatim ad ipſum Conſiſtorium tuis, ac cæterorum Principum Oratoribus, ipſiſque aſtantibus, de eorumdem fratrum noſtrorum conſilio, tempus inchoandi Concilij ad Kal. Nouembris proximis proroganimus, vt interea de alio loco per nos eligendo deliberare, & de electo tempeſtiuè ſignificare omnibus poſſemus, ipſamque loci mutandi deliberationem, & temporis prorogationem tuis, & aliorum Principum, & Potentatuum Oratoribus, quos ad Conſiſtorium vocari feceramus, ſtatim ſignificauimus, eoſque hortati ſumus, vt tui hæc Tuæ Maieſtati, & alij ſuis Principibus noſtro nomine perſcriberent. Licet igitur credamus, eoſdem tuos ſuo officio cum tua Maieſtate iam functos eſſe, attamen noſtris etiam literis tuæ Maieſtati innoteſcere voluimus, cui ſicut nunc de tempore prorogato, ita de alio loco, quem elegerimus, qua quidem in electione omnem, quæ haberi debeat, & poſſit, rationem habere conabimur, propediem ſignificabimus, & literis etiam ſub plumbo noſtris ad omnium notitiam deducemus. *Datum Romæ XXIII. Aprił. MDXXXVII. anno III.*

Hier. Card. Ghinuccius.
Iacobus Card. Symoneta.

30 Concepte ſunt eadem verborum formula literę ad Ferdinandum Regem Romanorum, ijs tantum additis, quibus ait Mantuam Ferdinando ipſo, & Cęſare maximè laudantibus delectam fuiſſe, quod etiam Cardinali Tridentino ſignificauit.

31 Cęſar è Nobilibus Internuntius in Gallia literis exaratis X. Iunij ſignificauit, Regem Chriſtianiſſimum de loco Concilij poſtulatum, reſpondiſſe, Lutheranos flagitare à Cęſare Concilium non in Italia, ſed in Germania, aut Baſileę, aut Conſtantię, aut Lugduni in Gallia celebrandum, nec in Italiam venturos: cùmque Concilij finis ſit Lutheranorum conciliatio cum Romana Eccleſia, errorumque exciſio, ijs abſentibus finem non obtentum iri: nec Regem Angliæ, vel Daniæ eò acceſſuros, nec pariter ſibi ardente bello cum Cæſare patere acceſſum ad Concilium in Italia, ſi in ditione Veneta, aut Eccleſiaſtica celebretur: non enim decere, vt ſyngrapham liberi commeatus acciperent à Cæſare, per cuius terras ingrediendum eſſet; pacatiora itaque videri expectanda tempora: commendare ſe Pontificis ſtudium, mentemque celebrandi Concilij, atque illud omninò neceſſarium pro excindendis erroribus, ſed perturbationem temporum illi congregando obſiſtere. *M. 1. Car. Spad. fig. n. 136. ibid. pag. 245.*

32 Obtulerat[a] Franciſcus Gallorum Rex Cęſari (Vellij Oratoris opera) ſe arma cum illo ad Lutheranos obterendos, Turcaſque contundendos coniuncturum, amicitiamque arctiſſimis affinitatibus adſtricturum, ſi Ducatum Mediolanenſem, ipſi ereptum à Cæſare, transfunderet in Henricum filium Ducem Aureliæ: & cùm verbis fallacibus ſe illuſum putaret, Turcam in Cęſarem concitarat ad vaſtandam Italiam. Cùm itaque Pontifex, Cæſare, & Gallo implicitis ciuili bello Concilium vocari non poſſe doleret, ad Diuinam iram placandam conuerſus, ſolemnes ſupplicationes, Iulio incunte, indixit. [a] *Belcar. l. 21. n. 16. 17. 18. 10.*

33 Inter has difficultates, dum Pontifex explorat, quæ loca celebrando Concilio forent idonea, ac penè omnes Italiæ Vrbes varijs partium ſtudijs, ac ſuſpicionibus laborarent, Venetos, qui nec Cæſareæ, nec Gallicæ factioni ſe addixerant, rogauit, vt è multis ampliſſimis Vrbibus, quas ſua ditione tenebant, aliquam pro futuro Concilio celebrando commodarent; eaque re gratiam ſingularem, tùm à Sede Apoſtolica, tùm ab vniuerſa Chriſtiana Republica inituros, vt ſubiectę oſtendunt literæ ad eos tranſmiſſæ. Venetos rogat Paulus, vt Vrbem ſuæ ditionis pro Concilio celebrando concedat.

Dilectis filijs Nobili viro Duci, & Dominio Venetorum.

Dilecti filij ſalutem. Appropinquante Concilij vniuerſalis celebratione, quam à die XXIII. Maij præteriti in Kalendas Nouembris futuri (aliena culpa coacti) prorogauimus, anxij eramus de electione loci, in quo ad ipſum Concilium venturi, tùm libenter, tùm ſecurè, ac ſine ſuſpicione conuenire poſſent; eòque magis etiam angebamur, quod ob Chriſtianorum Principum diſcordias vix angulus in tota Italia, in qua dictum Concilium celebrandum erat, à nobis eligi poterat, quem par- *Paulus III. lib. breu. anno 3. pag. 383.*

partium semina aliquibus suspectum non facerent; verùm in hac anxietate positi consolabamur nos ipsos, quod sicut celebrandi Concilij desiderio tenebamur. ita Deus Omnipotens vos hoc tempore à factionibus intactos conseruauerat, vt essent in ipsa Italia, qui pro sua auctoritate possent, & propria pietate vellent, in Concilio conuenturos in locis suis excipere, sicut à vobis pro vestra religione, ac pietate factum iri non ambigimus. Cùm igitur vos soli in Italia neutrarum partium sitis, qui magnas, & opulentas Ciuitates ad id opportunas habeatis, & quos hac eximia gloria dignos existimemus, vt dictum Concilium in locis vestris celebretur, vos ex animo hortamur, & quanto possumus studio requirimus, & charitate vrgemus, vt nos in tàm pio opere coadiuuantes, aliquam ex vestris Ciuitatibus pro hac Concilij celebratione nobis, at non nobis solùm, sed vniuersæ etiam Christianitati accommodare velitis. Scriberemus plura, nisi vestra pietas spem nobis rei impetrandę, & paucis quidem impetrandę faceret. Expectabimus ac magno cum desiderio à vobis responsum huic nostrę spei conueniens, hoc tantùm addentes, vt non parui faciatis Deo in hoc gratificari, nobis, & toti Christiano Orbi complacere, vestrumque inclytum Dominium hac laude, & gloria decorare, prout dicet etiam Nuntius apud vos noster, cui fidem solitam habebitis. *Datum Romæ apud Sanctũ Marcum XXIX. Augusti MDXXXVII. Anno III.*

Veneti pro Concilio Vicẽtiam concedunt. a *Pet. Paulus Gualterius to. 11. diar. part. 2.*

34 Gessere morem votis Pontificijs Veneti, ac Vicentiam pro cogenda in ea Synodo œcumenica concessere. Petiti etiam in bello a Turcico, fœdus cum Pontifice, ac Imperatore aduersus Solymannũ sanxere. Cùm verò temporis angustię non ferrent, vt Kal. Nouembris inchoaretur Vicentię Concilium, tùm vt Præsules commodè ad iter se comparare possent, diem Concilij Pontifex ad proximas Kal. Maij protraxit: tùm ad grates Senatui Veneto reddendas, mittere ad eum Lipomanum Veronensem, & Hugonẽ Regiensem Episcopos decreuit: de qua re ad Veronensem extant hæ literæ exaratæ.

b *Ibid. ib.*

Episcopo Veronensi.

Cùm duos ex nostris Prælatis Venetias ad habendas nostro nomine illi Senatui gratias de oblata nobis pro celebratione vniuersalis Synodi Vicentia, & ad ipsam celebrationem necessaria præparanda missuri essemus, tu nobis opportunus occurristi, qui huius celeberrimi, & sanctissimi ædificij fundamenta iaceres, vt nunquam pro Religione, & Catholica fide non defatigareris, quamobrem elegimus Venerabilem fratrem Hugonem Episcopum Regiensem probum, integrum, ac doctum virum, nobisque gratum, ac acceptum, ac te, quos ad id munus obeundum destinaremus &c. *Datum Romæ XIX. Decembr. MDXXXVII. Anno IV.*

Cardinalis Salisburgensis Synodũ congregauit, vbi multa absurda decreta fuere, & Paulus eũ reprehendit.

35 Dum tanta studiorum contentione celebrando in Italia Concilio Oecumenico Pontifex incumberet, Lutherani ad defugiendum illud vrgebant, vt à Germanica natione tantùm in Germania cogeretur: nec paucos imprudentes Catholicos in eam sententiam pellexerunt; adeò vt graue immineret discrimen, ne à perfidis simplices illaquearentur. Intempestiuo igitur eo tempore habita est Synodus amplissima à Cardinale Salisburgensi, in quam nonnulli admissi fuere, qui vetere Synodorum instituto excludendi erant, ac nonnulla etiam impiè, ac proteruè in ea proposita, quæ à Concilijs œcumenicis damnata fuerant; de quibus factus certior Pontifex, Cardinalem Salisburgensem paternis monitis instruxit, ne posthàc talia auderet, ex quibus hæreticis creseeret animus, ac diffundendę hæreseos occasio præberi posset.

Cardinali Salisburgensi.

Paul. III. lib. breu. anno 3. pag. 587.

Venerabilis frater Noster Salutem. Intellexi-mus celebratam esse nuper à te Prouincialem Synodum in tua Prouincia Salisburgensi, & quod nobis officium, & dignitas tua suadet, credere voluimus, te nonnisi bono animo, ac voluntate id fecisse, vt scilicet venire posses cum tuis ad generale Concilium proximè celebrandum de tractandis in eo instructior: sed tamen perpendentibus Nobis præsentem rerum statũ in Germania, præsertimq; flagitationem nationalis Concilij, à non paucis ipsius Nationis ad quinquaginta factam, vt generale Concilium euitent, parum visa est ea congregatio tàm latę Prouincię à te habita, aut veteri tuę prudentię, aut qualitati præsentium turbationum conueniisse: omnis enim isthic congregatio hoc tempore periculosa est, multoque magis ea, quæ & materijs propositis, & personis admissis, ius, & terminos Prouincialium Synodorum excedat, sicut hæc à te habita excessisse dicitur; ita vt speciem quandam nationalis Synodi referre visa sit, & ad nationalem quodammodo tendere. Relatum enim est Nobis (quod vix credere potuimus) multa fuisse in eadem Synodo coram te proposita à fide erronea, & à generalibus Concilijs antea reprobata, admissasque etiam personas, quæ nec iure, nec consuetudine admitti debeant: quæ res nobis grauem, tùm admirationem, tùm molestiam attulit, quod cum circumspectio tua omni tempore, atque omni in actione prudentiam præstetulerit singularem, in hac tanti momenti re, nec nos antea consuluerit, & ita labi potuerit, vt coram te talia pertractari, & tales admitti permiserit; nec cogitarit, quantum ab hoc exemplo mali oriri, & malis ansę præberi possit: quid enim dicent hi, qui in Germania Catholici non sunt, cùm audient coram S.R.E. Cardinale, in quo tanta auctoritas, & dignitas sit, admissos esse, qui non debeant? ac liberè, impunè actum fuisse de his, quæ ab Ecclesia non semel damnata sunt? certè animi improborum erigentur, & impiorum obstupescent. Quamobrem hæc scribenda ad te duximus, non quidem, vt te improbitate lapsum dicamus, quid enim nobis tua pietate exploratius? sed vt moneamus, & vt cautior sis in posterum, & des operam, curesque efficaciter, vt ea quæ in dicta Synodo perperam tractata sunt, vltrà non serpant, & mundos non inficiant: ea enim sunt tempora, & hi habitus animorum isthic (sicut non ignoras) vt omnes ansæ vel occasiones eis adimendæ sint, non autem præbendæ; ne qui suo proposito mali sunt, nostra etiam auctoritate foueantur. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum V. Augusti MDXXXVII. Anno III.*

Paul. III. l. breu. an. 3. p. 294. Io. Faber. Episcopus Viennensis pro cõciliandis hæreticis Bohemis laborat.

36 Commendari verò à Paulo Pontifice meruit Ioannes Faber Episcopus Viennensis, indefessus orthodoxæ fidei Athleta, qui apud Ferdinandum Regem Bohemię, Hungarięq; maxima florebat auctoritate; ac pro Bohemis hæreticis in concordiam cum Catholicis adducendis operam nauabat, quem, vt cœpta perficeret, Pontifex hortatus est.

Episcopo Viennensi.

Venerabilis frater, Salutem. Nihil aliud expectauimus vnquam à te, nisi vt semper esses qui fuisti, nosque in nostro officio, graui illo quidem, at his temporibus grauiori, subleuares. Scribit enim

Digitized by Google

enim nobis Nuntius noſter, Fraternitatem Tuam, cum qua de Conuentu proBohemis ſuper his, quę Religionem noſtram concernunt, diſſidentibus Hęreticis cum Catholicis concordandis iſtic celebrando, plura colloquia habuit, operam ſuam in eo obtuliſſe, & illum directuram, ac adiuturam fore, qua quidem in re etſi tuæ dignitati non dees, ob id tamen lætamur, quòd quotidiè ob noua tua erga nos merita, gratias tibi afferre debeamus, proindè petimus à Te Frater Venerabilis, vt iſtum Regem huius tàm piæ actionis Auctorem, qui tua monita ſemper plurimi fecit, in faciendo tàm pio opere inflammes, & communi cauſæ, Deoq; in primis, cui omnia debes, pro tua virili non deſis, ſicut in te ſperamus, quam verò id nobis gratum à te futurum ſit, dicet tibi idem Nuntius noſter, cui fidem habebis. *Datum Romæ XVII. Maij MDXXXVII. Anno III.*

37 Cum habiti eſſent hoc anno Smalcaldię Lutheranorum conuentus, vt mutuo fœdere arma coniungerent aduerſus Cæſarem, ſi ille Monachos, & Sacerdotes paſſim ab Hæreticis expilatos, ſpoliatoſque, qui apud Cæſarea ſubſellia legum iura implorabant, tuendos, priſtiniſque iuribus reſtituendos ſuſciperet, eo confluxere præcipui Hæreſiarchæ Lutherus, Melanćthon, Bucerus, Oſiander, & alij perditiſsimi prædones animarum, qui licet placitis inter ſe diſſentirent, mutuis amicitiæ ſignis externis ſe coluere, cùm omnes Sathanam communem patrem, ac ducem haberent, de quorum concionibus inter ſe pugnantibus, tunc habitis hæc memorat Surius. [Lutherus iuſtificationis ſuæ fundamentum eſſe voluit relationem, quæ eſt minimum entitatis, hoc eſt nihilum, vt ipſius habet diſputatio typis excuſa: Oſiander verò prorsùs è diametro cum illo pugnans, fundamenti loco poſuit ipſam Diuinam Eſſentiam, quæ eſt ſimul omnia: vult enim eadem iuſtitia, qua Deus eſſentialiter iuſtus eſt, nos quoque iuſtos eſſe oportere; Lutherus autem non reuera, ſed tantùm imputatiuè coram Deo iuſtos nos haberi. (Et mox.) Et licet hæc inter ſe maximè ſint diuerſa, tamen Principibus, & reliquis Ordinibus illis, verſuti homines niſi ſunt purum Euangelium, & ipſiſſimum Dei verbum prædicare, nec animaduertebant, quibus dolis, & fraudibus ab iſtis Euangeliſtis circumſcriberentur. Interim mirè execrabantur Pontificem, & Doctores Catholicos tanquam Antichriſti (ſic enim vocant Pontificem) adminiſtros, & ſatellites, & non videbant, qui iſtud ipſis perſuadebant, reuera ipſiſſimos Antichriſti præcurſores, & prænuntios eſſe. Sed quid hoc magnopere mirandum in Principibus, cùm etiam pleriſque doctiſſimis viris ſatis interdum negotij faceſſant importuni, & verſipelles homines, dum omnia vbique rimantur, & excutiunt, & ſi quid vſpiam occurrat, quod vel in ſpeciem pro ipſis facere videatur, id mirè exaggerent, id mirificè iactitent adeò vt ſæpè non pudeat ipſos impudentiſſima vanitate ad ſuum ſenſum detorquere, quæ tamen ſciunt nihil pro ipſis facere, ſcilicet vt indoctis, & imperitis aliquid dixiſſe videantur. Has fraudes ſi perſentiſcere potuiſſent Principes, puto equidem ſuis dentibus infidos homines diſcerpſiſſent potiùs, quàm vlla in re ſibi ſequendos ſtatuiſſent.

38 Eodem fermè tempore Henricus Angliæ Rex nefaria ſcripta edidit aduerſus Pontificis auctoritatem, neque ad indictum ab eo Concilium Oratores miſſurum promulgauit. tum ira acerbitatis virus in Chriſti Vicarium effudit, quem Surius rectè monet, eo maiori obſeruantia proſequendũ, percolendumq;, quo atrociùs oppugnatur ab ijs, qui Lutheri, potiùs quàm Chriſti Euangelium ſequi malunt; propterea omnes Hæreticos de tyrannide Romanorum Pontificum quærelas fundere, cùm extinctam vellent eam ſummam auctoritatem, qua omnes hæreſes oppreſſæ ſunt. Redigendi quidem Henrici ad officium præclara affulſerat occaſio, cùm populi eius tyrannide feſſi, impietatemque execrati, in ipſum fortiſſimum exercitum conflaſſent, ad quos in fidei Orthodoxæ conſtantia confirmandos Paulus Pontifex Reginaldum Cardinalem Polum Legatum in Angliam decreuit VII. Februarij die, vt referunt Acta Conſiſtorialia.

„ Romæ die Mercur. 7. Februar. MDXXXVII.
„ fuit Conſiſtorium, in quo Sanctiſſimus creauit Legatum de Latere Reuerendiſſimum D. Rainaldum Polum SS. Nereij, & Achillei Diaconum Cardinalem Anglum, cum facultate prout in literis, & eum deſtinauit ad res Angliæ componendas.

De miſſo Legato certiores fecit Paulus Epiſcopos Anglos, ac Proceres Catholicos, eoſque hortatus eſt, vt illi opem, operamque ſuam commendarent.

Dilectiſſimi filij Angliæ Populi, qui ſemper nobilis portio Chriſtianitatis in cultu veræ fidei, & præcipua S. R. E. obedientia fuerunt, quique his paucis annis non volentes, ſed vt exitus declarauit (coacti) à fide, & obedientia prædictis deſciuerunt, nuper pœnitentiam facto, & ſuam voluntatem pariter oſtenderunt armis pro ſancta religione, & veteri eius obſeruantia ſumptis, quorum nos, ſicut aberratione doluerамus, ita reuerſione maximè lætati, non cunctandum nobis exiſtimauimus in eis benignè recipiendis. (Et infrà,) Hortamur igitur Fraternitates, Nobilitates, & deuotiones veſtras in Domino, & omnium ſtudio charitatis requirimus, vt eundem Cardinalem Legatum pro veſtra in Deum, & hanc Sanctam Sedem reuerentia, proque ipſius Card. Legati eximia Nobilitate, ſingulari doctrina, excellentiq; probitate, honorificè ſuſcipiętes. (Et infrà) In exequendis mandatis noſtris, quæ à pietate profecta ad Dei laudem, & publicam vtilitatem dirigũtur, opem, operam, conſilium, & auxilium veſtrum benignè præſtare velitis, &c.

39 Dedit etiam ampliſſima Legato mandata, vt cùm per Galliam iter haberet, concordiam inter Gallorum Regem, ac Cæſarem, inter quos cruentum bellum gerebatur, promoueret, qua in Turcam verti arma, Conciliumq; ad extinguendã hæreſim cogi poſſent, de quibus ad Regem Scotiæ, qui Magdalenam Galliæ Regis filiam ſibi thoro iunxerat, ſubiectas literas dedit, rogauitq; vt pro reſtituenda Angliæ pietate Legatum iuuaret, ac Franciſcum Regem ad tuendam Religionis cauſam incitaret.

Regi Scotiæ.

Chariſſime &c. Cùm dilecti filij Angliæ Populi, qui Deo obedire magis quàm hominibus, & in vero fidei cultu tot ſæculis ab vniuerſali Eccleſia, & cũcta Chriſtianitate obſeruato, manere cupiunt, noſtram ſollicitudinem, & curam meritò prouocent, cùm noſtro, & omnium bonorum fauore digni ſint; mittimus eo Dilectum filium Reginaldum Polum S. R. E. Cardinalem ex ipſa

Contra Cæſarem bellum mouere meditantur Lutherani.

Surius in comm. hoc anno.

Lutherani in ſententijs nó conueniunt.

Surius in comm.

Anglicontra Henricum VIII. rebellant.

Reginaldus Polus Legatus in Angliã deſtinatur *Acta conſiſt. m s. Car. Spad. fig. n. 133. p. 310.*

Paul. III. lib. 3. brev. p. 341.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 117.

Digitized by Google

Anglia ſummo genere, ſicut te ſcire credimus, ortum, omnique laude præſtantem, qui noſter, & Apoſtolicæ Sedis Legatus in propinquo agens omnia curet, atque agat, quæ ad eorum pietatem conſouendam, retinendam, tranquillandamque pertineant; in tranſitu autem eius per Galliam voluimus eum adire Maieſtatem Chriſtianiſſimi Regis Soceri tui, eique cùm ſalutem Populorum eorumdem commendare, tum etiam pacem cum Cæſarea Maieſtate ſuadere, vt generale Concilium celebrari, hæreſes tolli, Eccleſia reformari, Turcæ Nobis iamiam imminentes repelli, multaque ad commune totius Chriſtianitatis bonum pertinentia conſtitui poſſint. Quòd autem in his omnibus, præcipuèque in iuuandis illis Populis, tibi propinquis, magnam poſt eumdem Chriſtianiſſimum Regem in Tua Maieſtate ſpem collocamus, quippè quam egregia pietate animatam, omneque commercium, cum aberrantibus à vera fide ſemper auerſatum nouimus, ipſi Cardinali Legato mandauimus, vt Maieſtate Tua priùs noſtro nomine officioſè, ac paternè ſalutata, cuncta noſtra conſilia cum ea communicaret, quæ nihil aliud reſpiciunt, quàm vt ſpecialiter eorumdem Populorum ſaluti, & quieti, generali verò omnium Chriſtianorum ſecuritati conſulamus, quæ nobis cum Maieſtate Tua vt cum præſtantiſsimo Rege, & omnibus Chriſtianis Principibus communis eſt. Itaque quod idem Cardinalis Legatus cum Tua Maieſtate noſtro nomine vberiùs acturus eſt, nos etiam à te cum præſentibus omni ſtudio, & amore per Ieſum Dominum petimus, vt Nobis, & Romanæ Eccleſiæ in pietate dictorum Populorum fouenda, ac retinenda auxilio eſſe, Deique cauſam iuuare tu in primis velis, cui occaſio id faciendi propinquior, & commodior, voluntas autem Deo obſequendi eadem eſt, quæ noſtra: & vt cumulum obſequij tui apud Deum Omnipotentem magis augeas, velis etiam idipſum, ac præterea ſanctiſſimam pacem, à qua omnis ſalus Chriſtianorum hoc tempore dependet, nobiſcum apud eumdem tuum Socerum curare, qua actione nullam Deo acceptiorem hoc tempore præſtare potes. Sed cùm hæc pleniùs, & particulariùs idem Cardinalis Legatus Tuæ Maieſtati ſit explicaturus, ad eius ſermonem nos referentes, eum à Tua Maieſtate honorificè, atque humanè ſuſcipi, cum fide audiri, Tuamque Maieſtatem à Deo Omnipotente omni fœlicitate cumulari optamus. *Dat. Romæ XV. Februar. MDXXXVII. Anno III.*

40 Maximam in Scoto Rege ſpem collocabat Pontifex, cùm ex Scotia facilè Catholicos Anglos ſubſidiarijs copijs ſuleire poſſet, ad quem myſtica munera, quibus Eccleſiæ defenſores ornari conſueuerunt, ſacra prece Natalitio Domini die luſtrata tranſmiſit.

Regi Scotorum.

Chariſſime, &c, Conſueuerunt Romani Pontifices in Sacratiſſima Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti nocte quotannis enſem cum pileo; ſolemni cæremonia benedicere, & alicui Chriſtianorum Principum dono mittere, quem hoc ſacro munere ornent, & ſpirituali virtute aduerſus ſanctæ Eccleſiæ, & Catholicæ fidei hoſtes muniant, quod ſi quando antea, fili chariſſime, nunc maximè, cùm tot hæreſes ſanctam Eccleſiam lacerant, perneceſſarium eſt; cùm verò nos exemplum noſtrorum Prædeceſſorum ſequuti, ipſum enſem cum pileo in proxima Natalis Dominici nocte benedixiſſemus, & ad quem potiſſimum mitteremus eos animo volueremus, Tua in primis Maieſtas nobis occurrit, quæ digniſſima eo munere nobis videretur: id enim ætati, & virtuti congruit tuæ, tùm religioni animi tui debitum eſt, & hoc tempore aptiſſimum, cùm (multum gaudentibus nobis) Chriſtianiſſimi Regis pietati tua pietas etiam affinitate coniuncta eſt, & vicini tibi Regis impietas diuina vltione concutitur. Ad te igitur, quem Catholicum Principem, & huius Sanctæ Sedis deuotiſſimum filium habemus, hunc enſem cum pileo, per dilectum filium Ioannem Antonium Comitem de Campegio Camerarium noſtrum præſentium latorem mittimus, Deum ſuppliciter deprecantes, vt tibi, qui tuum Regnũ venenis vicinarum hæreſum, quamuis ſæpiùs ſollicitatus, numquam inquinari paſſus es, fœlicitatem concedat, dextram enſe firmet, caputque tuum hoc pileo vi Spiritus Sancti per Columbam figurati protegat ac tutelam Sanctæ Eccleſiæ, & Catholicæ fidei aduerſus eos, in quos Dei iuſtitia, atque iudicium, nunc præparantur. Tu igitur pro tua pietate hoc munus noſtrum Chriſtiano affectu, & deuota veneratione ſuſcipies, nec tam muneris qualitatem, quàm myſterium, & vim ſpiritualem eius perpendes, ob quæ maximi quique Principes, ſemper ſe hoc munere à Sede Apoſtolica valdè honeſtatos putauerunt, ſicuti & te pro noſtra in te benevolentia, tuaque in nos obſeruantia, nunc exiſtimaturum ſperamus; vt autem ipſum debita cum cæremonia, ſicut à nobis benedictum eſt, etiam Tuæ Serenitati tradatur, mandamus Venerabili Fratri Archiepiſcopo Glaſguenſi, vel cuiuis alteri Catholico Antiſtiti per te eligendo, vt ſolemni Miſſa in aliqua Eccleſia per te pariter eligenda, ab eo in tua præſentia celebrata, poſt eius ſolemnia dictum enſem cum pileo Tuæ Maieſtati, & ex parte noſtra affigner. *Datum Romæ XIX. Ianuarÿ MDXXXVII. Anno III.*

Paul. III. lib. brev. an. 3 p. 14.

41 Solicitatus pariter eſt Franciſcus Galliæ Rex, vt Religionis, Chriſtique cauſam ſuis commodis anteferret, pacemque adeò neceſſariam cum Cæſare conficeret, ex qua Turca comprimi, hæreſis extingui, Concilium celebrari, Anglia ad Eccleſiæ obſequium reuocari poſſent, ac Polum Cardinalem hiſce literis commendauit.

Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime. Etſi officium ſuadendæ inter te, & Sereniſſimum Cæſarem pacis toties fruſtrà tentauimus, tamen, vt illud nunc nouis Legatis, & Nuntijs cum Maieſtate Tua repetamus facit maximè appropinquatio verni temporis, in quo multa veremur, ne accidant, ne veſtra arma intus, Turcarum foris, Chriſtianitatem conficiant, neuè celebratio generalis Concilij, eodem tempore inchoanda, per hæc impediatur, hæreſeſque interim confirmentur, & alia Eccleſiæ vulnera incurata putreſcant. Cùm igitur reputaremus hæc, & ex Apoſtoli ſententia opportunè, importunèque inſtandum in tanta præſertim periculi magnitudine, & propinquitate, nec vnquam à munere nobis iniuncto ceſſandum nobis eſſe videremur, iterare, ac renouare ſuaſiones noſtras cum Tua Maieſtate voluimus, ſpe in Deo primùm Omnipotente, quòd nobis, id quod poſſumus ſedulò agẽtibus ſua miſericordia non deerit, deindè in Maieſtatis Tuæ, pietate, animique magnitudine collocata, quòd ipſa, re & nomine Chriſtianiſſima, ſalutem publicam ſuis priuatis affectibus, & rationibus anteponet, ſicut ea dignum eſt; his itaque curis meritò anxij, cùm mitteremus Dilectum filium Reginaldum Polum S.R.E. Cardina-

Paul. III. lib. brev. ann. 3 pag. 118.

lem

lem Angliæ nuncupatum Legatum Noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis ad confirmandam illorum Angliæ populorum pietatem, qui in veræ, & Catholicæ Fidei cultu manere cupiunt, propterea̅que iuuandi à nobis, & omnibus Bonis ſunt, eum voluimus ad Maieſtatem Tuam primùm peruenire, vt & benignum Tuæ Maieſtatis fauorem illis populis, imò ipſi Deo, ſanctæque Religioni, & Eccleſiæ noſtro nomine peteret, & noſtras ſimul preces, & lacrymas, ſuper pace ineunda, Concilio celebrando, hæreſibus extirpandis, Chriſtianis defendẽdis, quæ omnia ad Chriſtianiſſimum Regem pertinent, Maieſtati Tuæ offerret. Te igitur fili per communem Dominum Ieſum, cuius ſancta Religio agitur, cuiuſue Populus ſacro Baptiſmate eius perfuſus in ſummum diſcrimen adductus eſt, rogamus, & obteſtamur, vt te, & fauorabilem ad iuuandos veræ Religionis zelatores, & placabilem ad conſilia pacis præbere velis, à qua hoc tempore cętera bona dependent. Sed cùm hæc ipſa pleniùs, & particulariùs idem noſter Legatus Tuæ Maieſtati ſit explicaturus, erit ſolitæ ergà omnes nos humanitatis tuæ ipſum Cardinalem Legatum eximia pietate, doctrina, nobilitate præſtantem, atque ob id nuper à nobis in Cardinalium numerum relatum, valdèque dilectum, & probatum, benignè ſuſcipere, eiuſque verbis in his, & alijs tibi noſtro nomine referendis fidem haud aliam ſemper habere, quam ſi nos ipſi tecum præſentes colloqueremur. *Datum Romæ XV. Februarij MDXXXVII. Anno III.*

42 Fauebant etiam eidem cauſæ Carolus Imperator, & Ferdinandus Romanorum, Bohemięque, & Hungariæ Rex, necnon Maria Regina Belgij Moderatrix, vt de Henrico, qui eorũ Amicam indigniſſimis iniurijs, Scorti impuriſſimi amoribus faſcinatus, affecerat, vltio repeteretur, atque adeò Pontifex Mariam Reginam orauit, vt Legatum officijs Regijs complecteretur.

Regina Mariæ Gubernatrici Flandriæ.

Chariſſima, &c. Vt Populis Angliæ, quo fauore poſſumus, non deſimus, cauſamque Religionis Catholicæ dignitatis Apoſtolicæ, veritatiſque & iuſtitiæ non ſolùm hic ſcriptis, ſed iſtic etiam opere iuuemus, & vt poſt Deum Omnipotentem Sereniſſimis Cæſari, & Regi Romanorum tuis Fratribus, Tuæque Maieſtati gratum faciamus, mittimus iſtuc Dilectum filium, & Legatum noſtrum Reginaldum Polum Card. Angliç nuncupatum, cum ampliſſimis mandatis, & facultatibus, ſicut ex eo Tua Maieſtas, & ex literis, etiam Cæſarei apud nos Oratoris diffuſiùs intelliget. Et nunc filia in Chriſto chariſſima, nihil opus eſſe credimus te hortari, vt Legatum ipſum pro tali præſertim cauſa, quæ honorem fratrum tuorum, ac tuum nobiſcum ità coniunctum habet, venientem honorificè, & benignè ſuſcipias, iuueſque efficaciter omni tua ope, & auxilio eum, quod etiam ſine tali cauſa te facturam in fauorem fidei, & iuſtitię ex optimę Reginæ officio ſperaremus, & iuſtiſſimè confidamus, accedente hac communi ratione iuris, & dignitatis, te omni ſtudio eſſe exequuturam. Cùm itaque nos omnia egerimus, & agamus, iuſtitia quidem primùm, & noſtro paſtorali officio, verùm deinde etiam noſtri honoris cauſa adducti, reliqua eſſe debent poſita in veſtra opera, exequutione, atque auxilio, vt Deo primùm in ſalute tot animarum, receptioneque talis populi ad Eccleſiæ gremium, deindè iuſtitię, & communi veſtrę, noſtræque dignitati piam operam dedicetis, &c. *Datum Romæ XV. Februarij MDXXXVII Anno III.*

Inſtructus eſt Legatus Cardinalis à Pontifice ingenti auri vi, tùm vt ſumptus itineris toleraret, tùm etiam vt Catholicis ſtipendia ſuppeditaret, cùmque maiore copia auri in re grauiſſima egere poſſet, cum Cardinale Leodienſi egit, vt quam vim auri depoſceret, eam ipſi ſubminiſtraret, quam ſine vllo damno eſſet ex Pontificio Ærario recepturus.

Paul. III. bb. brev. p. 375. Cardinali Leodien.

Licet autem nos eidem Cardinali Legato (ſcilicet Polo) de pecunia ad eius vſum, & pro hac expeditione neceſſaria abundè prouiderimus, quia tamen ad illos Populos confouendos (nempè Anglos) & conficiendam rem, ob diuturnitatem temporis, & locorum diſtantiam accidere poſſet, vt maiori etiam pecunia indigeret, petimus à te, vt ſi eo caſu ab eodem Cardinale requireris, ei illam pecuniæ ſummam ſubminiſtres, quam à te petierit, nos enim hic tuo Procuratori Benedicto Gentili Scriptori Apoſtolico, vel cui ordinaueris, cum bona fide quamprimùm reſtitui faciemus, noſque ad id & bona omnia noſtra, Sediſque & Camerę Apoſtolicæ vbique exiſtentia præſentia, & futura obligamus, idque tibi in verbo, & fide Romani Pontificis pollicemur, &c. *Datum Romæ XV. Februarij MDXXXVII. Anno III.*

Paulus Polo Legato pecuniam largitur ad belli proſecutionẽ contra Henricũ VIII.

43 Tot Regum ſtudijs ſuffultus, ac Populorum ad Orthodoxę Religionis colendæ libertatem aſpirantium conuerſione animatus Legatus ſperabat priſtino ſplendori Catholicæ rei dignitatem reſtituere, Regemque ad rectum ſalutis tramitem reuocare. Cùm pia Pontificis conſilia contrarij rerum exitus confuderunt, vt narrat Sanderus. Venit (inquit) Lutetiam ampliſſimis mandatis, & facultatibus inſtructus, quem viri nonnulli præſtantes (honoris cauſa) comitabantur, & in ijs Ioannes Matthæus Veronenſis Epiſcopus ſingulari rerum vſu, & prudentia præditus, ibi, & à Ciuitate ipſa, Regis iuſſu, & à cunctis Eccleſiaſtici Ordinis hominibus honorificentiſſimè eſt exceptus. Quod cùm Henricus audiuiſſet, miſit in Galliam citato curſu Franciſcum Brianum, qui omnibus modis à Rege contenderet, vt in ſuam poteſtatem Polum traderet: ni faceret, actum eſſe de amicitia. Rex, officio, & Religione prohibitus, quod fidem Papæ de Poli incolumitate dederat, Anglum autem infenſum habere nolens, cuius opera eo tempore ei erat vtilis, exardeſcente inter ipſum, & Cæſarem bello, Polo ſuo nomine denuntiandum curauit, vt poſtridiè abiret, ſi ſaluus eſſe vellet.] Extimauit nimirum Franciſcus Rex, ne, ſi Polo faueret, Henricus Anglus ira ob ſuſceptam Eccleſiæ cauſam efferatus, Cæſari ad ſubijciendam Galliam ſe coniungeret, nec inanis erat is metus, cùm Cæſar, qui importunis poſtulatis Clementem ad ferendam in Henricum ſententiam adegerat, poſteà Henrico ad Galliam obruendam ſe coniunxit, vt viſuri ſumus. Pergit Sanderus. [Inexpectato rei Nuntio perculſi omnes, cùm quid conſilij caperent, non haberent, Polus, ne longiori mora maiores difficultates incurreret poſtera luce Deum piè precatus, illiuſque patrocinio ſe totum committens, quam potuit breuiſſimo itinere Cameracum, quod eſt Cameracenſis Epiſcopi ditionis Oppidum in ipſis Galliæ, Belgijque finibus poſitum, contendit, quo tamen

Sander. libr. 1. de Schiſm. Angl.

Spes Pauli III. redituram eſſe Henricum VIII. ad Eccleſiam euanuerunt.

Paul. III. bb. brev. p. 316.

Digitized by Google

,, men non sine summo vitæ discrimine peruenit, ,, eò quod vniuersum illud iter non tolùm Cæsa- ,, rianorum, Gallorumque Militum, verùm ,, etiam Anglorum, qui Gallis adhærebant, ex- ,, cursionibus perpetuis infestaretur, quo pericu- ,, lo territis Poli comitibus, ac famulis, cùm ,, Crucem, quæ Legatis Apostolicis anteferri so- ,, let, gestari ampliùs nemo auderet, Polus ipse ,, inuicto animo Insigne illud Saluatoris in ma- ,, nus assumpsit, magnaque constantia erectum ,, gestauit, quousque famuli, verecundia perfusi, ,, illud ipsum ex eius manibus repeterent.

Polus ipse intrepidus suæ Legationis crucẽ gerit.

44 Concusserat omnes eius comites eò maior terror, quòd in Anglia mutata erat rerum facies, ex quo Romæ illi Legatio fuerat demandata; nam cùm maximæ res ab exiguis temporum momentis pendeant, tardior eius profectio fuit, cũ Anglorũ exercitus, qui pro tuenda fide Catholica in arma prosilierat, Henrici fraude fuisset dissolutus, ex quo ampliſſimis verbis in publicas tabulas redactis erat pollicitus, se omnia, de quibus ij quærebantur, emendaturum, sed mox insigni periurio præcipuos illius exercitus Duces calumnijs circumuentos perdere cœperat, vt refert idem ,, Sanderus. Mensibus (inquit) Martio, Maio, ,, & Iunio capite plexi sunt Barones duo, Dar- ,, sius, & Hussius: Equites verò aurati, alijque ,, Nobiles multi, Robertus Contestabilis, Tho- ,, mas Percius, Franciscus Bigottus, Stephanus ,, Hameltonus, Thomas Gilbius, Nicolaus ,, Musgrauius, Guilielmus Lomleius, Nicolaus ,, Tempestius, & Ioannes Bulmarus simul cum ,, vxore lectissima fœmina; Abbates sex, Fonta- ,, nensis, Geruiensis, Riuerius, Barlinghensis, ,, Saulensis, Vuhalensis, & Prior Birlingtonus, ,, quique omnium Caput extiterat Robertus As- ,, chius; quinque etiam Sacerdotes Lincolnien- ,, ses, & septem Laici;] Accidit eodem tempore, Henrici filium nothum ex Elizabetha Blunta Richmundiæ, & Somersæti Ducem, quem maximè diligebat, extinctum fuisse, vt Catholicorum mors præsenti vltione vindicata videretur, necdum tanto cruore scelerate fuso, satiata eius rabies visa est, sitiens enim Reginaldi Cardinalis Poli sanguinem, ex insidijs illum perimere conatus est, ac quinquaginta millium aureorum premium illius interfectoribus constituit; at Diuina Prouidentia Polum Legatum Cameraci periclitantem texit: Euerardus enim à Marchia Cardinalis, idemque Episcopus Leodiensis ad se eum Leodium exciuit, venientem summo honore, ac beneuolentia complexus est, cùm Henricus Senatum Belgicum misso Oratore sollicitabat, vt eum traderet, pollicebaturque se à Gallicis partibus ad Cæsareas defecturum, necnon quatuor militum millia suo sumptu aduersus Gallos sustentaturum, atque stipendia actutum in decem menses depositurum. ,, [Quod cùm Euerardus Polo renuntiasset, mi- ,, ratus Regis amentiam, dixit, iam dudum se ,, vitæ huius tædio affectum mortem cupiuisse, ,, corporisque depositionem: & proindè cùm ,, Henricus tanto studio, & incommodo suo il- ,, lud ipsum efficere conetur, nil aliud facere, ,, quàm si quis dormitum ire cupienti vestem ,, ipsam velit detrahere: se tamen sua in potesta- ,, te non esse, sed Pontificis.] Edoctus de conuersione rerum in Anglia, & periculis, in quibus Legatus versabatur, Pontifex, Polum ad se mox reuocauit, atque Euerardo, qui illum humaniſſimè hospitio exceperat, texeratque aduersus insidiatores, vniuersi Belgij Legationem demandauit, extant eo argumento ad Cardinalem Polum literæ subiectis verbis conceptæ.

Henricus Catholicos decipit.

Polum vt occidatur curat Hẽricus, & occisori quinquaginta millia aureorum promisit.

Paulus reuocat Romam Cardinalem Polum.

Cardinali Polo.

Dilecte fili noster. Ad dolorem, quem capimus ob non sequutos eos, ad quos te miseramus pios effectus, illud accedit, quod circumspectionem tuã frustrà tot laboribus, & periculis obiecimus: verùm sicut illuminat conscientia rectè actorum, & laudanda etiam sine effectu pia voluntas, ita hoc tua pietas, & virtus nobis innuit, quod publica tantùm causa dolens, nihil priuatis periculis commotus es, sicut tuę, ac Venerabilis Fratris Episcopi Veronensis literæ nobis testantur; quo etiam animo nos hic fili sumus, vt debemus, Deoque gratias agentes, omnia eius iudicio, & voluntati permittimus, itaque cùm te, & periculis eximere, atque tua opera, & consilio apud nos vti cupiamus, multaque sint hoc difficili tempore, in quibus tua prudentia plurimum nobis sit opportuna, te hortamur, tibique iniungimus, vt receptis præsentibus, cùm primò commodè poteris, ad nos redeas, venturus nobis gratissimus. ***Datum Romæ vltima Iunij MDXXXVII. Anno III.***

Paul. III. lib. breu. an. 3. pag. 384.

Quo verò per Germaniam incolumis redire posset, Pontifex Regem Romanorum exorauit, vt Leodio reuersum sua auctoritate ab insidijs, & vi hostium vindicaret.

Regi Romanorum.

Reuocamus ad Nos Dilectum filium Reginaldum Card. Polum Legatum nostrum, Leodij, sicut Tua Maiestas scit, nunc commorantem, ne is diutiùs in illis locis, sine fructu aliquo, & cum suæ salutis, quæ inimicorum insidijs continuè appetita est, periculo versetur; cùmque nos, vt debemus, anxij valdè, & solliciti simus, nequid eidem Cardinali in Germania noceatur, Maiestatem Tuam rogamus, vt pro communi honore ad Venerabilem Fratrem Archiepiscopum Coloniensem, ad quem nos etiam scribimus, omnesque alios, quorum per loca idem Cardinalis transiturus est, scribere, & mittere velis, efficacemq; cum illis operam dare, vt idem Cardinalis securè per Germaniam ad nos redire possit, &c. ***Datum Romæ apud S. Marcum XXI. Iulij MDXXXVII. Anno III.***

Paul. III. lib. breu. an. 3. pag. 479.

Peruenit Romam saluus Cardinalis Polus, atque in Senatu habito XIX. Octobr. Legationis suæ successum exposuit, vt narrant Acta Consistorialia, cui Pontifex militarem custodiam contrà Regias insidias attribuit. At Henricus furens in matrem Poli, neptem Eduardi IV. olim Regis ex Gregorio Duce Clarentię, posteà carnificinam exercuit, vt suo loco dicetur, addimus modo hoc anno mense Octobri, Henricum ex Iana Semera, quàm tertijs nuptijs duxerat, Eduardũ filiũ conciratæ in Catholicos persequutionis futurũ propagatorẽ susceptisse; is verò nascens, matri mortẽ attulit: nam cùm ob difficultatem partus Medici significassent Henrico, an saluum vellet filium, an matrem, cum ille masculæ prolis habendæ esset cupidiſſimus, nec aliæ vxores illi essent defuturæ, saluti filij matris damno consuli iussit, itaque cùm parturienti medica arte vterus nimium laxatus fuisset, illa dolorum sæuitia extincta est.

Acta Consist. m.s. Car. Spad. fig. n. 133. pag. 322.

45 Adducta est hoc anno in graue discrimen Polonia, cùm nonnulli impij in ea hæreses semina spargerent, sed Poloni Præsules coacta Piortkouiæ Synodo communi consensu, sanctiſſima con-

Digitized by Google

constantia impijs restiterunt, ac Poloniæ Rex grauioribus Edictis Nouatores compressit, cui etiam ab hostibus appetito Pontifex nummarium subsidium transmisit, vt subiectæ literæ ostendunt.

Venerabilibus Fratribus, Episcopis, ac Dilectis filijs Abbatibus, & Capitulis Ecclesiarum Regni Poloniæ.

Paul. III. lib. brev. an. 3. p. 531.

In Poloniam Hæretici inuadunt, ab Episcopis reprimuntur.

Venerabiles fratres, & Dilecti filij salutem, &c. Literæ vestrę Piorkouię datæ cùm maximam nobis molestiam attulerint; multò sanè maiorem attulissent, nisi hoc semen à Sathana iactum per sapientiam istius Optimi Regis extinctum iam esse confideremus, niuè eædem vestrę literæ nobis confirmassent, vos, vtcumque futurum esset, nunquam tamē ab officio, & dignitate vestra discessuros esse. Qua vestra pietate, ac ea cura, & protectione, quam vobis debemus, necnon periculo dicti Regis, ac istius Regni adducti, licet nos in multo maiore essemus, non defuimus eidem Regi de præsenti subsidio (quantumcumque ex periculis, & necessitatibus nostris, quibus ob Turcā iam in Italia constitutum, maximè premimur) quod cōuellere potuimus prouidere. Sicut igitur firmiter confidimus Maiestatē d. Regis pro sua inclyta in Ecclesiam probitate curaturam esse, ne talia vlteriùs audiantur, ita vos Venerabiles Fratres, & dilecti filij hortamur, vt vestri officij, ac iurisiurandi memores, ac pro vestra prudentia perpendentes, quid vobis in posterum hæc principia afferre possint, virtutem, & constantiam vestram in tuendis Ecclesiæ iuribus, & libertate Ecclesiastica conseruanda semper exhibeatis, sicut vos esse facturos promisistis, & nos speramus. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum die XVIII. Augusti MDXXXVII. Anno III.*

Bloss.

46 Quoad Turcicam irruptionem attinet, ob nefanda Caroli V. & Francisci Gallorum Regis dissidia, ac bella, Christianum Imperium in maximum discrimen adductum est, cùm, illis in mutua viscera vertentibus arma, ac parum, vel nihil proficientibus in bellicis suis consilijs, Solymannus Turcarum Imperator prædæ Christianorum inhians, simul Neapolitanos, Dalmatas, Venetos, Hungaros inuaserit. Ineunte quidem anno reformidans illius tyrannidem Clissij Arcis munitissimæ Regulus, sed tenuiorum opum, Pontificis, ac Ferdinandi Regis auxilia implorauit, nec illi defuit Pontifex, vt docent hæ literæ.

Paulus Clypsiæ Regulo auxilia mittit, vt se à Turcis defendat.

Communitati Clisij.

Paul. III. lib. brev. an. 3 p. 68.

Dilecti filij salutem, &c. Vidimus literas vestras libenter, & earum latorem Presbyterum Andream gratè accepimus, quoniam ex ijs constantia vestra, & fortitudo, atque optimus ad repugnandum animus nobis clarè innotuit, nè dubitate filij, atque optimo animo estote, nos enim nullatenus vobis defuturi sumus auxilio. Anconæ est, & iam apud vos esset, si per hyemem, & maris turbines licuisset; speramus tamen propediem isthic futurum, & forte antequam hic vester Nuntius ad vos reuertatur, ita siquidem omni conatu, atque adhortatione instamus, vt primo quoque tempore nauem soluant, interea filij viriliter in Domino agite, & omnia dura, omnes angustias sustinete, vt nefariæ gentis iugum effugiatis, Christus quippè Deus noster tutabitur gregem suum, & nos, quod profuturum vobis esse viderimus, nihil omittemus. *Datum Romæ die XX. Februarij MDXXXVII. Anno III.*

Petrus Paulus Gualter. in Diario. Iouius hist. sui temp. lib. 36.

47 Proximo mense acceptam ad Clissam insignem cladem refert Petrus Paulus Gualterius Aretinus, [Die (inquit) XI. Martij conflictus apud Clissiam inter Christianos, & Turcas, Christianis in fugam versis,] erat autem Clissa Oppidum supra Salonam Vrbem clarissimam, natura, & arte præmunitum, maximèque ad arcendas Barbarorum incursiones opportunum, ac iam diutius Croiccius Toparcha insultantium Turcarum vim sustinuerat, fueratque à Paulo Pontifice conscriptis Anconæ cohortibus, tormētorumque idoneo apparatu instructus, pariquę studio Ferdinandus Romanorum, Hungariæque Rex duo millia Germanorum auxiliaria Duce Nicolao Turriano submiserat. At Turcæ, vt arctiùs Clissam premerent, duas munitiones excitarant, quas Croiccius, antequam perficerentur, diruendas censuit, dumque in eo opere distractus esset, Amuratus Turca ab Illyrici Prætecto missus, tanto impetu in nostros imparatos irrupit, vt Germanos, Italosque terga vertere coegerit, Croiccium que Regulum fugientem interceperit, obtruncaritq;, cuius capite Clissanis ostentato tanto illi terrore perculsi sunt, vt desperatis rebus vacuum Oppidum victori reliquerint, prout Spalatenses etiam qui ad expugnandū Castellum Maleuicinum copias eduxerant propè Salonam, Veneto Præfecto tormenta in Turcas dirigere detrectante, ne fœdus infringere videretur, quod iam Turcæ violarant: cumulata est ea iactura alio graui incommodo, cùm Amurates Nadinam Arcem in Iaderensi agro (corrupto auro custode) occupasset, ex quo multæ deindè in Venetos excursiones factæ, quamquam ex alio Veneti Duce Camillo Vrsino parta damna in Dalmatia Turcis rependerunt Ostrouizza, & Obroatio expugnatis, ac deletis. Cæterùm Veneti euoluto post sæculo Clissam nostro æuo receperunt.

Clypsia expugnatur à Turcis.

Turca Illyricum maximis cladibus vexat.

48 Cùm verò Solymannus maximos terra, mariq; apparatus bellicos instrueret, de ijs certior factus Pontifex Piceni Legato dedit imperia, vt muniendis Portubus operam daret, copiasque ad sustinendas incursiones expeditas teneret.

Legato Marchiæ, seu eius Vice-legato.

Paul III. lib. brev. an. 3. p. 62.

Cùm (inquit) immaniissimus, idemque potentissimus Turcarum Tyrannus, multis iam mensibus, nihil aliud egerit, atque agat, quàm aduersus nos numerosissimam classem, validissimum exercitum, mari, terraque instruere, apparatusq; eius maritimi, ità Italiæ, & præcipuè isti nostræ Prouinciæ sint proximi, vt paucarum horarum velificatione littoribus nostris classem exponere possint, propterea quę apparatum nostræ defensionis multò priùs requisiuissent, quam primum requirerent, nos tamen, qui nostros populos præteritis afflictos calamitatibus respirare, & recreari nostris temporibus maximè cupimus, id facere, hucusque distulimus, vicit postremò charitatem nostram grauitas appropinquantis periculi. *Datum Romæ IV. Martij MDXXXVII. Anno III.*

Decretos hac de causa, cum ampliissimis mandatis tres Cardinales ad necessaria pro hoste propulsando comparanda, referunt Acta Consistorialia.

Romæ apud Sanctum Marcum XXIII. Iulij MDXXXVII. Deputauit tres Reuerendiss. Cardinales, videlicet Capita Ordinum super rebus Turcarum, vt ea quæ parare opus erat ad propulsandum bellum, quod infertur Italiæ, & Christiano nomini ab ipsis Turcis, prouideant, & curent deferenda toti Collegio.

Acta Consist. ms. Car. Spad fig. n. 133. p. 131.

Defixit etiam omnes curas, vt ad propulsandos Turci-

Paulus laborat, vt pacem inter Imperatorem, & Regem Galliæ conciliet.

Turcicos impetus, Cæsarem, Gallorumque Regem mutuo fœdere coniungeret, misitque ad Cæsarem Marium Episcopum Reatinum, vt Christianæ Reipublicæ pericula illi exponeret, de quo hæc ad Couosium Cæsareum Senatorem arcanorum consiliorum participem scripsit.

Conos.

Paul. III. lib. brev. an. 3. p. 99.

Moti Christianitatis periculis, quæ tibi, & omnibus nota sunt, & populo Christiano maximè imminere cernuntur, etsi hoc idem toties frustrà egimus, tamen vt ad extremum partes nostri muneris exequamur, mittimus ad Cæsaream Maiestatem Venerabilem Fratrem Marium Episcopum Reatinum. (Et infrà.) Vides res miseræ Christianitatis in summo nunc versari discrimine, quam bellum intestinum excdit intus, externum Turcarum oppugnabit foris, hisque illud etiam malum accedet, quod per hæc Concilij vniuersalis celebratio res tàm opportuna, & salutaris perturbabitur, omnibus autem his cladibus vna pacis conciliatio medebitur, &c. *Datum Romæ die XV. Februarij MDXXXVII. Anno III.*

Exaratis eodem die literis ad Gallici Regij Scrinij Magistrum eum rogauit, vt Francisco Regi pacem suaderet, ne Italiam Turcarum furori, vastitatique obijceret. [Veremur (inquit) ne hoc verè maximi appàratus Turcarum in miseram Italiam (quod nemini dubium est) irrupturi, si eam bello intestino quassatam inuenerint, facilè ad extremam ruinam deducant.

Martin. Bellans comment. lib. 8. Iouius lib.

49 Inter armorum fragores non sunt auditæ Pontificiæ preces, atque in Belgio, vtrinque exercitus ad mutuas Populorum cædes excurrerunt, Hisdinum à Gallo Rege extremo Martio expugnatum est, verùm Belgæ magno terrore, furoreque in Galliam irruperunt, ac Fanum Sancti Pauli cæperunt impetu, ac ciuium horrida strages ad quatuor millia facta, Montrolium etiam (cùm Ciues metu aufugissent) ijs vacuum relictum. At dum ea parte crudeliter, & impiè Christianus sanguis funditur, Solymannus ducentis Turcarum millibus, conscriptis comparataque validissima classe Italiam sibi subijcere meditabatur, cuius periculi magnitudine afflictus Pontifex medio Iunio monuit Cæsarem, vt ab imminenti discrimine, pacta cum Gallo Rege concordia vindicaret, mitteretque ad Sedem Apostolicam Oratorem cum ampliſſimis mandatis ad Pontificis sententiam in suis controuersijs admittendam.

Solymannus Italiã inuadere cogitat.

Paulus III pericula timens Cæsari pro pace scribit.

Imperatori.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 318.

Chariſſime, quod semper timuimus, & futurum denuntiauimus, vt vnà cum Christianiſſimo Rege dissensio in perniciem totius Christianitatis esset redundatura, id maximo cum dolore nostro videmus hodiè ità propinquum esse, vt ferè in foribus hostem habeamus: non enim dubitamus Maiestatem Tuam audiuisse, quod ad nos hic, & ad tuos in Regno Neapolitano, vt propinquiores, crebris Nuntijs in dies affertur, Turcarum classem, quam scis esse numerosiſſimam, contra Apuliæ littora stare in anchoris paratam, atque instructam, vtinamque eo tempore, quo Maiestas Tua has literas leget, non etiam vela dediſſe, & in Italiam descendiſſe audiamus, quid enim illam prohibet, aut quid potiùs non incitat ad veniendum? cùm Tua, & eiusdem Christianiſſimi Regis arma, quæ illam auertere possent, in mutuum acuantur, exitium, aditum communi illi Dei, & Christianitatis hosti amplum præbeant. Nos igitur, qui horum metu ne acciderent semper auxij fuimus, nunc aduenientibus his dolorè animo maximum capimus, non tàm quod primi ferè hanc cladem ob propinquitatem passuri videmur, quàm quòd nostra auctoritas, quæ ex Deo tota est, nostræque preces, & literis, & Nuntijs quampluribus toties apud vos interpositæ, nullum hactenùs locum inuenerunt vestris discordijs componendis, cùmque Prædecessores nostri maiora sæpè odia Regum Christianorum solo nutu extinxerint, nos soli, qui neminem vestrum læsimus, indigni simus, qui à vobis in re tam necessaria, & salutari audiamur. Sed etsi toties repulsi à vobis sumus, non tamen cessabit ad extremum vsque spiritum vox nostra, clamabimus cum Propheta quoad licebit, nec vltrà vnquam in nobis huius cõmunis exitij culpa residebit. Quamobrẽ, fili chariſſime, quemadmodum, & cum ipso Rege, Christianiſſimo alijs nostris literis facimus, & quem id ipsum facturum speramus, te per verum Dominum Iesum denuò rogamus, eiusque auctoritate nobis in Beato Petro tradita vrgemus, velis statim aliquem ex tuis, cum omni celeritate ad nos mittere de tuis cum eodem Rege Christianiſſimo discordijs plenè instructum, & cum pleno mandato ad acceptandum id quod communis parentis officio, beneuolentia inter vos componere annitemur, vt eisdem vestris dissensionibus, vel compositis, vel in aliud tempus dilatis, in præsentia grauiſſimo huic periculo occurrere, illudque à ceruicibus miseræ Christianitatis vobiscum propulsare possimus, quemadmodum hæc diffusiùs suis, & particulariùs Nuntius Noster Tuæ Maiestati explicabit, cui solitam fidem habere velit. *Datum Romæ apud S. Marcum XVI. Iunij M DXXXVII. Anno III.*

Conceptis eodem argumento literis Pontifex Gallorum Regem vrsit, vt Oratorem pro componendis cum Cæsare controuersijs, mitteret.

Regi Christianiſsimo.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 319.

Chariſſime, &c. In hoc grauiſſimo periculo, quod nunc Italiam, & post illam vniuersę Christianitati à Turcis imminet, illud præter communis exitij metum nos maximè angit, quod Sereniſsimus Cæsar, & Maiestas Tua, quorum insignis est pietas, & in quibus tanquam in supremis Christianorum Principum luminibus omnis spes Christianitatis nititur, armis dissidentes, occasionem eisdem Turcis præbuerunt ad Christianitatem inuadendam; quid enim aliud dicamus, quàm quod est veriſsimum, & omnibus manifestum, illos non tàm suis viribus, quàm nostris discordijs fretos, Italiam nunc occupare statuisse, quandoquidem vobis concordibus nunquã tentare auderent, acceditque ad dolorem nostrum, quod licet sæpè Romani Pontifices Prædecessores nostri maiora etiam Regum Christianorum dissidia solo nutu composuerint, etiam nullo tunc à Turcis metu cogente, nos tamen, qui neminem vestrum læsimus, tot literis, & Nuntijs tàm sæpè vobiscum repetitis, & in tanto Christianitatis discrimine nihil proficere ad vestram concordiam potuimus; sumus igitur in maximo dolore, perindè ac periculi grauitas postulat, nec tam ex eo angimur, quòd primi ferè omnium nos cum nostro Statu Ecclesiastico hanc cladem subituri videmur, quam quod nostra auctoritas, quæ ex Deo est, apud ipsum Cæsarem, & Maiestatem tuam re, & nomine Christianiſsimam pro Christianitatis salute hactenùs valere nõ potuit. Quamuis autem in hoc pio opere, tàm sæpè repulsi, & frustrà defatigati, non tamen cessandum nobis existimamus, quin idem sæpiùs repetamus, & cum Propheta

phera clamemus,noſtrum officium ad extremum, vſque ſpiritum,Deo, & Chriſtianitati præſtemus, itaque quod cum ipſo Cæſare alijs noſtris literis nuper egimus, cum Maieſtate Tua nunc agimus, illam per communem Dominum Ieſum rogantes, eiuſque auctoritate nobis in B. Petro tradita vrgentes, & cum lacrymis adſtringẽtes,vt offenſionibus tuis Deo condonatis, vel in aliud tempus dilatis, communi Chriſtianitatis, præcipuèque Italię,& Statui S.R.E.,quam tui Maiores ſemper defenderunt,conſulere velit, & mittat inſtructum mandatis, vt cum Cæſare de omnibus controuerſijs componat, aliquemuè ex tuis intimis iſtinc recentiorem cum neceſſaria celeritate ad nos mittere de tuis cum ipſo Cæſare differentijs plenè inſtructum, & cum pleno mandato ad acquieſcendum ei, quod nos communis parentis officio, & beneuolentia inter Vos componere annitemur, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum die XVII. Iunij MDXXXVII. Anno III.*

50 Incitarat Franciſcus Gallorum Rex Ioannis Foreſtij Legati opera Solymannum ad inuadendum Regnum Neapolitanum, dum ipſe in Inſubriam irruperet, ſuaſeratque, Cæſarem non ijs valere præſidijs, vt vtrique reſiſtere poſſet (occœcarat nimirum illum furor impius, vt non aduerteret impendentem Diuinam vltionem, quæ eius ſtirpem penitùs extinxit, Galliamque poſteà innumeris malis oppreſſit). Cęterum eius conſilia ſperato exitu caruere, quippè Belgarum armis, ità exercitatus eſt, vt in Inſubriam expeditionem condicto tempore educere non potuerit, eoque cunctante Solymannus in Regnum Neapolitanum traijcere non auſus eſt, tantus verò terror vniuerſis erat offuſus ex Turcico bellì apparatu,vt Italiæ ſalus ex vnica Cæſaris,Gallique Regis concordia pendere crederetur, ad quam iterum, iterumque medio Iulio Paulus Cæſarem flectere pertentauit.

Paul. Iouius hiſt. ſui temp. lib.36.

Franciſcus Rex Galliæ Solymannũ ad inuadendam Italiam inuitat.

Paulus III pro pace iterum Cæſari ſcribit.

Imperatorì, &c.

Hoc tempore, fili chariſſime, nihil habemus vrgentiùs, quod cum Maieſtate Tua agamus, quàm quòd ſalus communis, & commune officium nobis imponit, quodque iam ſępiùs cum Maieſtate Tua,recenterque cum proximis noſtris literis egimus, vt quoniam Turcæ tanto apparatu terreſtri, & maritimo nos inuaſuri propediem ſunt,velis pro vniuerſæ Chriſtianitatis ſalute animum deflectere, vel ad pacem, vel ad concordiam aliquam, qua media imminens omnibus periculum propulſare poſſimus, de quo quidem periculo, & quo in ſtatu res miſeræ Italiæ nunc ſitæ ſint, etſi tui perſcribent ad te idem, tamen Ioannes Poggius certus, & recens Auctor, Tuæ Maieſtati particulariùs referet; tota quidem Italia, præcipuèque tuæ, ac noſtræ ditiones in ancipiti diſcrimine verſantur, vnicumque remedium in concordia inter Te, & Regem Chriſtianiſſimum, & agnoſcunt, & implorant, quapropter Maieſtatem Tuam per eum, cuius nomen profitemur, Chriſtum Dominum cum lacrymis rogamus, vt priuatis tuis rationibus, vel affectibus eidem Domino condonatis,vel in aliud tempus dilatis concordiam ſalutarem, & neceſſariam inire, atque ad nos, qui communis parentis officium,& affectum ſemper geſſimus, & geremus, aliquem ex tuis intimis, cum plenis ad incundam concordiam mandatis mittere velis; &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die XV. Iuly MDXXXVII. Anno III.*

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 394. pag. 456. repetitur ſub 15. Iul.

51 Confectas,affecto iam anno,inter eos Principes inducias Pontificio ſtudio inferius viſuri ſumus, nunc geſta à Turcis cum Chriſtianis prælia recenſeamus. Accenſum ad bellum in Chriſtianos Solymannum, atque à Perſico bello auerſum ferunt, cùm ipſi perſuaſum eſſet, nefas eſſe infectari bello Perſarum gentem, Mahometis cultui addictam, fingebantque Sacerdotes Mahometani, illum apud Sultaniam ſæuos ventorum turbines,niueſque ab irato Mahomete pertuliſſe,glorioſiſſimaſque palmas ab eo de profligatis Chriſtianis more Maiorum colligendas. [His perſuaſionibus (inquit Iouius) adductus Solymannus terra, marique vno tempore Italiæ arma inferre conſtituit, tanta celeritate expediti conſilij parata claſſe, & terreſtribus copijs è Thracia ſiniſtrorum per Theſſaliam proficiſci iuſſit, vt penè prius improuiſus in Epirum peruenerit, & cum ducentis armatorum milibus circà Macedoniæ oram ad Aulonem conſtiterit, quàm profectus à noſtris crederetur.] Habebat verò in exercitu Ioannem Foreſtium Galli Regis Oratorẽ,& Troilum Pignatellum Neapolitanum exulem, qui illum de ratione in Italia belli docebant,ſed Gallus Orator, qui defectionis ad Turcas Interpres Neapolitanis futurus erat,læthali morbo in Apolloniæ Portu oppreſſus, ad Tribunal Chriſti abreptus eſt,præmiſſa verò pars claſſis, extremis Iulij diebus Brunduſium, Hydruntumque inſignes Vrbes egregijs præſidijs permunitas, prætergreſſa, in Caſtrenſes vertit impetus,quorum Regulus Mercurinus Cartinaria militiæ non aſſuetus,atque ad reſiſtendum imparatus,necnon blandis Troili verbis delinitus, deditionis verba nuncupauit ea pactione, vt Barbari ab omni maleficio temperarent, ſed ij mox Oppidum diripuere, captiuoſque lectiſſimos ad claſſem deduxere, atque excurſionibus ſubitis Salentinum tractum enaſtarunt: extremæ cladis terror iam Regnum Neapolitanum concuſſerat, ſi Solymannus cum exercitu toto traieciſſet; iſque Italiam ex Apolloniæ Portu proſpectabat, ſi cœpta proſpera ſuccederent,in eam irrupturus: cùm Diuinum Numen tantam peſtem ab Italia auertit inexpectato caſu; nam Alexander Contarenus Trierarchus, priuatis de cauſis infenſus Turcis, cùm Turcicis triremibus occurriſſet,nec Turcę illum debita honoris ſignificatione proſequerẽtur, roſtra direxit in Turcas incitatis remigibus, hoſtileſque duas triremes perforatas demerſit, tùm etiã, cùm Ianusbeius Solymanni Legatus Corcyram aduheretur duabus triremibus,nec arroganter militarem ſalutationem Trierarchis Venetis præſtaret, illi in Turcicas triremes facto impetu Turcas in Acroceraunium littus ſe eijcere coëgerunt, qui poſteà à Iatronibus Acroceraunijs capti fuere, quas triremes deſertas Andreas Auria Cæſarianæ Claſſis Præfectus, quòd grauiter eliſæ eſſent, incendit, tùm minoris aluei nauium claſſem Mauræam commeatu onuſtam intercepit, tùm ſulcando ſollicitè maria, Portuſq; explorando, duodecim Turcarum triremes acerrimo prælio cæpit, demerſitue; vehebantur his Prætoriani ordinis Ianizzeri, & lectiſſimi Equites, quos Spaches appellant, qui pugnando occumbere, quàm ſe dedere maluerunt: inſigni hac clade affectus ab Auria Solymannus, geminataque iniuria laceſſitus à Venetis, Barbaruſſam cum octoginta triremibus aduerſus Auriam nauigare iuſſit; cùmque omnia in Neapolitano Regno ſuis aſperiora in dies fieri audiret, Vrbes maritimas

Solymannus cõtra Italiam arma mouet, & reijcitur.

Iouius hiſt. ſui temp. lib.36.

Petr. Paulus Aretin.

auge-

augeri præsidijs, equestres copias, quas in Salentinum agrum transmiserat à Prouinciæ Præfecto fortiter impugnari, atque in excursionibus interimi, tùm Petrum Toletanum Proregem, Neapoli egressum cum validissimo exercitu ad prælium comparari: Regem verò Galliæ, nec transisse Alpes, necdum ad inuadendam ex aduersa parte Italiam copias instruxisse, è Procerum sententia, Neapolitanæ traiectionis, spe difficilioris, consilia abiecit, Classemque reuocauit ex Italia, de quo Auria Pontificem mox certiorē fecit literis suis, quæ in Cardinalium Senatu lectæ fuere, vt narrant Acta Consistorialia.

Acta cōsist. M. s. Card. Spad. fig. n. 133. pag. 3246.

,, Romæ VII. Septembris MDXXX VII. ,, literæ Illustris Principis Andreæ Auriæ lectæ ,, sunt ad Oratorem Imperatoris de discessu ,, exercitus Turcarum ex Italia, quam ingenti ,, Classe inuaserat.

Solymannus contra Venetos arma mouet.

52 A Neapolitano Regno auertit arma in Venetos Turca. Quo tempore Pontifex sumpta (ex rixa inter Venetos, & Turcas enata) occasione, Venetum Ducem, misso Internuntio, sollicitauit, vt pro Christiana re defendenda cum Cæsare arma in Turcas coniungere vellet.

Duci Venetorum.

Paul. III. lib. brev. an. 3. pag. 517.

Dilecte fili, cùm metus communis à Turcis imminens, Nos valdè anxios, & sollicitos pro publica salute habuerit, multò plùs nunc habet, postquam de traiectione hostium in Apuliam, & occupato Castro, cæterisque inter vos, & illos subsequutis audiuimus, itaque statim mittendum duximus Dilectum filium Fabium Mignanellum nostræ Aulæ Lateranensis Aduocatum, præsentium exhibitorem, Virum Nobis sua virtute, ac sua, & suorum continua nobiscum familiaritate valdè gratum, super nonnullis ad communem salutem spectantibus, quæ Tuæ Nobilitati ex parte nostra referet. Hortamur igitur Nobilitatem Tuam in Domino, vt pro sua, tùm pietate, tùm prudentia præsentem rerum statum, & occasionem perpendens, vniuersalis periculi, in quo etiam suum includitur, defensionem pro Christi nomine, totiusque Christianitatis, præsertimque Italiæ communis Patriæ suscipere, ipsumque Fabium, & cum fide audire, & votiuè expeditum ad nos remittere velit, prout ab ea speramus. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum V. Augusti MDXXXVII. Anno III.*

Solymannus cum Venetis pacem tractare renuit.

53 Tentarunt quidem Veneti cunctis humanitatis officijs illatum Turcis à Trierarchis iniuriam expiare, ac disciplinam naualem primùm à Turcis violatam demonstrarunt, sed mulcere Solymannum non potuere, cùm odia in eis, vt imbecilliores effundere statuisset, quòd Auriam Portu recepissent. Porrò Auria, dum illum insectaretur Barbarossa, in Messanę Portum se receperat, quem acceptis militum supplementis duodecima Augusti iterum in Græciam, cum triginta sex triremibus vela intendisse narrat Diarij Romani Auctor, additque decimaoctaua Augusti die Turcas ex Apulia versus Appolloniam discessisse: renocati nimirum fuerant à Solymanno ad Corcyræ expeditionem aduersum Venetos, quibus capitalis odij clades denuntiabat. Liberata verò à Turcico terrore Italia, Pontifex Numini grates egit, ac Cæsari de versis in irritum Solymanni conatibus gratulatus, illum hortatus est, vt veteres cum Gallo simultates abijceret, pacemque pro redintegranda re Christiana, cum eo componeret, vt Turcarum retundi tyrannis, hæreseosque impietas comprimi possent.

Pet. Paul. Gualterius in diar.

Cæsari.

Paul III. lib. brev. an. 3. pag. 491.

Charissime in Christo fili noster salutem, &c. Postquam Dei prouidentia effectum est, vt iterum impijssimus Turcarum Tyrannus, Regna Tua, ac Fratris, ad Pannoniam olim, nunc ad Apuliam irrito conatu inuaserit: ac tot simul Classes, tanti terrores, tot minæ, tot belli apparatus, dispendiosi, & graues, nobis, Deo protegente, innoxij in vanum ceciderint, Serenitati Tuæ, & Vniuersis Christianis, ac Nobis ipsis gratulamur hanc victoriam, & incredibili ex ea gaudio affecti sumus; nunc verò, fili noster charissime, primùm Diuinæ Bonitati gratiæ sunt agendæ, eaque solemnibus votis, sacrisque propitianda est, quæ tortuosum colubrum excidia nostra meditantem à ceruicibus nostris auertit, atq; vt sciremus hoc diuinitùs factum non expectata contraria vlla vi, sponte à tanto furore, & rabie in fugam est versus. Deindè id agendum, & cogitandum omni ope, & studio annitendum est, ne (vt Apostolus ait) in vacuum gratiam Dei recipiamus, sed grati tanto muneri, ac benignitati, quo nobis viam ostendit, quo ducit sequamur, ac ne quid tale in posterum euenire queat cauentes tutelæ, ac victorię ipsius perpetuę fundamentum, concordiam tandiu exulantem restituamus, in quo Maiestatem Tuam, per viscera misericordię Dei rogamus, & obtestamur, vt omni affectus, compendijque ratione posthabita (vt pium Principem decet) quidquid irarum est, quidquid diffidij etiam, aliquid propriæ vtilitatis, & priuati commodi, iniurias, lites, odia, simultates, & Christiani pietati, & fidelium, simul omnium vtilitati condonet, receptura pro terrenis cœlestia, pro fragilibus solida, pro caducis æterna, ac cùm primum licebit iter in Italiam paret, cùm vt defensioni rerum suarum, ac totius simul Italiæ, & Christianę Reipublicę, si quid communis hostis post hac audere perrexerit, præsens incumbat, & maiora acceptis incommoda inimicis rependat, tùm vt ad huiusmodi ineundam concordiam habiliorem nobis ex proximo præstet affatum, tùm verò, vt vniuersali Concilio ad hæreticorum extirpationem, & fidelium stabilimentum proximè celebrando, operam simul nauet, & operam simul, & præsentiam suam opportunè exhibeat, quo iustiùs, gloriosiùs, salubriùs, Diuinitati acceptiùs opus fieri vix potest. Non dubitamus fœlici aduentu tuo, & Mahometanorum audaciam, & hæresum venena, & omnia fideles vexantia contusum iri, pacem, concordiam, quietem in foribus fore, atque eò rem denique exitus desideratos habituram, vt qui discordię spe immaniter grassati sunt, nostrique ita opprimendi audaciam ceperant, (licet Tigridis in morem in littore nuper sęuierit irrita feritas) concordia, vt speramus, Principum conciliata, non modo fortunis nostris imminere desistant, ac perniciei Dominici gregis vltrà non inhient, sed suis etiam rebus timere cogantur, ac forsitan proprijs sedibus ejciantur, itaut tam diuturno nefarię tyrannidis statui tandem finis fiat iusto Dei iudicio, & fidelium virtute: quod Omnipotens ipse, & Misericors pro solita pietate concedat, qui fideles suos castigat interdum, sed morti non tradit. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum VII. Septembris MDXXXVII. Anno III.*

54 Medio Septembri Pontifex ad Venetos contrà Turcarum tyrannidem confirmandos sacrum fœdus cum Cęsare, & Venetis aduersus communem hostem pepigit, quo represso Concilium

cilium quantocyus celebrare ad comprimendas hæreſes magis magiſque in dies debacchantes meditabatur. Quare de conſenſu Cardinalium edidit Bullam, qua Concilium ipſum ad Kalendas Maij proximè futuras prorogauit.

Paulus, &c. Ad futuram rei memoriam.

56 Benedictus Deus, & Pater Domini Noſtri Ieſu Chriſti &c. qui ſecundùm multitudinem miſerationum ſuarum iugum, quod ceruicibus Chriſtianorum perfidiſſimus Turcarum Tyrannus imponere molicbatur, ſola virtute mirabilium ſuorum confregit, atque diſſipauit: vndè nos cum vniuerſa Dei Eccleſia meritas ipſi gratias agimus, quòd tantam nobiſcum miſericordiam fecit, vt ſine timore de manu inimicorum liberati, in ſanctitate, & iuſtitia ſeruiamus illi; quodq; de vniuerſali inter Chriſtianos pace, tanto ſtudio à nobis hactenùs procurata, melius iam ſperare, & ſacroſanctum Oecumenicum Concilium, quod anno proximè præterito indiximus, tranquillato, nunc omnium animo, & frequentiore Chriſtianorum conuentu poterimus celebrare.

Sanè ſuperioribus menſibus, cùm appropinquante tunc termino, prædictum vniuerſale Concilium celebrandi Ciuitas Mantuana, quam ad id in ea celebrandum elegeramus, nobis (nihil tale expectantibus) impedita fuiſſet, tempus celebrationis huiuſmodi ad Kal. Nouembris proximè futuri, vt interim de alio loco cogitare poſſemus, prorogauimus, hancque prorogationem Chriſtianis Principibus, & Prælatis notam fecimus. Cùm autem de loco prædicto ad hunc maximè opportuno aſſiduè cogitaremus, interim ſupradictus impijſſimus Turcarum Tyrannus ingentiſſimis, ſi vnquam anteà, copijs, terra, marique comparatis, velut Chriſtianum Orbem deuoraturus, iam Italiæ partem, igne, ferroque deuaſtare cœpit, magno, & manifeſto vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ periculo; niſi repentè miſericors Deus nobis affuiſſet, qui ſancti nominis ſui hoſtes, non humanis auxilijs, ſed mirabili dexteræ ſuæ potentia, è finibus Chriſtianorum ità auertit, vt non diſcedere, ſed fugere potiùs nullis perſequentibus, viderentur.

Nos verò, licet durante periculo ſupradicto, eſſemus pro parte noſtra circa remedia, contra tantam tunc imminentem calamitatem procuranda, & pacem inter Chriſtianos Principes conciliandam, eorumque animos contra communem fidei hoſtem excitandos, continuò intenti, non tamen propterea deſtitimus, etiam de loco ipſo celebrationi huiuſmodi accommodo eſſe ſoliciti, ſed requiſita non ſemel per literas, & Nuntios noſtros Chriſtianorum Principum opinione, ſi quid haberent, quod ſuper loco prædicto ad nos referendum exiſtimarent, vndè in certam, & determinatam eius electionem deuenire poſſemus, cùm ab eis nihil certi, aut quod inter ſe ſuper hoc conuenirent, acciperemus, & tempus maiore in dies Eccleſiæ detrimento præterflueret, nequaquam etiam hac in parte officio noſtro deeſſe voluimus: ſed omnibus diligenter perpenſis, cognoſcentes nullum vſquam alium locum huic celebrationi magis idoneum, quàm in Dominio Venetorum haberi poſſe, cum prædictis Venetis paternè tunc egimus, vt aliquam è ſuis Ciuitatibus huic tàm ſancto operi peragendo nobis accommodarent. Qui tametſi iam tùm ab initio Turcici motus, quando à nobis de hoc ſunt requiſiti, vicinorum periculis, deindè etiam ſuis ipſorum non parùm impediti eſſent, cùm Turcarum Tyrannus Corcyram ipſorum ditionis Inſulam, vnum è præcipuis Chriſtiani Orbis propugnaculis, validiſſima obſidione infeſtaret, tamen pro veteri ſua in Deum pietate, ergà vniuerſam Chriſtianam Rempublicam amore, ſuam Ciuitatem Vicentiæ, aëris ſalubritate, vbertate ſoli, ſitus, & locorum amœnitate, alijſque ad id requiſitis commoditatibus præſtantem, & nemini iure ſuſpectam, ad dicti Concilij celebrationem nobis benignè, & libenter conceſſerunt. Verùm cùm, impedimentis obſiſtentibus ſupradictis, vix poſt conceſſionem huiuſmodi nobis ſignificatam, tantum temporis, vt præfertur, anteà prorogati ſupereſſet, vt de hac loci accòmodatione Principes, & Prælatos ad huiuſmodi Concilium conuenturos poſſemus reddere certiores, nedum ipſi intra terminum Kal. Nouembris antea præſtitutum ad Ciuitatem ipſam Vicentiæ ſe conferre valerent, celebrationem huiuſmodi in aliud magis opportunum tempus differre coacti ſumus. Re itaque cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus maturè diſcuſſa, & examinata, habita etiam iam ingruentis hyemis ratione, initium celebrationis huiuſmodi ad vernum tempus multò mitius, & Kal. Maij proximè futuri anno Domini MDXXXVIII. de eorumdem Fratrum noſtrorum conſilio prorogauimus, prout per præſentes prorogamus, hortantes, vt, iuxtà formam, & tenorem literarum indictionis Concilij prædicti aliàs per nos factæ, & in Domino requirentes omnes, & ſingulos Chriſtianos Principes, & Prælatos, circa terminum Kal. Maij ſupraſcriptum ad antedictam Ciuitatem Vicentiæ ſe conferant, in qua ad Dei laudem, & gloriam, Eccleſiæque ſanctæ ſuæ pacem, ſalutem, & incrementum, hanc ſanctam vniuerſalem Synodum, fauente Domino, dicta die inchoare, & ſucceſſiuè ad optatum finem perducere omninò decreuimus; Nulli ergò, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVII. VIII. Idus Octobris Pontificatus Noſtri anno III.*

57 Cæſarem deinde, vt præſentia ſua Concilium cohoneſtaret, vel Oratores ad illud mitteret, ſuis literis ſolicitauit, alioſque Reges per Internuntios certioresfecit; quare Ferdinandus Romanorum Rex ſe interfuturum Concilio, ſi gerendarum in Regnis ſuis grauiſſimarum rerum moles permitteret, vel Oratores ampliſſimis inſtructos mandatis, Præſuleſque Regnorum ſuorum ad illud miſſurum, Pontifici ſubiectis iſtis literis pollicitus eſt.

Sanctiſſimo.

Beatiſſime, &c. Reddidit nobis Sanctitatis Veſtræ breues literas ſuus apud Nos Nuntius Reuerendiſſimus Epiſcopus Mutinenſis, ſincerè Nobis dilectus, in quibus tùm cauſas commemorat prorogati hactenùs vniuerſalis Concilij, & cur celebrationem in Kal. Maij proximè futuri de Reuerendiſſimorum S.R.E. Cardinalium conſilio diſtulerit, tùm verò nos impensè hortatur, vt quia ſibi ab Illuſtri Duce, Senatuque Venetorum Vicentia Ciuitas ad celebrandam Synodum ob loci ſitum, hoſpitiorumque commoditatem, annonę copiam, ſalubremque aëris temperiem, omnibus conuenturis apta, idoneaque conceſſa eſſet, ad eandem Synodum, cùm dies ceſſerit, vel nos ipſi, ſi poſſimus, proficiſcamur, vel Oratores noſtros Regnorumque noſtrorum Prælatos eiuſdem Synodi celebrationi intereſſe curemus. Equi-

Ext. in To. 13. de Cõc. m. s. Arch. Vat. fig. n. 3200. p. 291. Ferdinãdi Reg. Romanorum literæ.

dem facere non poſſumus, quin Beatitudinis Veſtræ tàm paternam curam de Chriſti Religione, ſanctaque fide noſtra ſuſceptam meritis laudibus proſequamur; quippè quem omnes cogitationes, omnia ſtudia, omnes denique conatus ſuos ad Catholicæ fidei defenſionem, ac Chriſtianæ Religionis incrementum deſtinaſſe videamus. Qua de re, etſi nunquam dubitauimus, magnam tamen lætitiam accepimus, Sanctitati Veſtrę ſummę curæ eſſe, vt perturbatis Chriſtianitatis rebus, afflictæque Religioni per Concilij celebrationem exoptatum remedium afferat. Nam quod ad nos attinet, ſuperuacaneum arbitramur noſtrum in eo negotio animum toties Beatitudini Veſtræ oſtenſum, & declaratum identidem teſtari: etenim quemadmodum ſemper ſtudio habuimus, vt pietatem noſtram, quam Deo, eiuſque Sanctę Eccleſię debemus, ne quiſquam iure deſiderare, aut reprehendere poſſet, ita ſanè in Concilij illius ſacroſancti negotio, id quod partium, & officij noſtri erit, haud negligemus præſtare; ſic planè, vt omnes homines intelligant nos in ijs, quę verè Catholicum Principem, atque Regem decent, quantò maximam poſſumus curam, atque operam libenter ſoluere.

Ferdinandus Romanorum Rex Paul. III. commendat pro ſtudio Concilij celebrandi.

Quamobrem cùm id Sanctitati Veſtrę de nobis perſuaſiſſimum eſſe debeat, eamque pariter de Sacrę Cęſareę, & Catholicę Regię Maieſtatis animo ad hanc rem propenſo, quęque optima polliceri ſibi poſſe non ignoremus, Beatitudini Veſtrę reſpondendum duximus, nos ſcilicet pro eo, vtque conuenit, dictę Synodo præſentia noſtra inter eſſe cupere, atque velle, ſi vllo modo rerum noſtrarum ſtatus, & conditio permiſerit, vel ſi fieri non queat, ſedulò tamen curaturos fore, vt Oratores noſtri omninò nomine noſtro interueniant, & ex omnibus Regnis, Prouincijſque noſtris, quamplurimi Prælati Eccleſiaſtici Ordinis ad eãdem celebrandam accedant. Quod reliqui eſt precamur à Deo Optimo Maximo, vt Sanctitatis Veſtrę pios cogitatus, atque ſtudia ad nominis ſui gloriam, ſanctęque eius Eccleſię defenſionem proſperet, atque augeat, cui nos reuerenter commendamus. *Datum in Oppido noſtro Crempſis XV. Decembris MDXXXVII.*

58 Affulſit per hos dies ſpes concordiæ inter Carolum V. & Franciſcum, nam medio Auguſto induciæ trimeſtres inter Gallos, & Belgas percuſſæ fuerant, vt refert Diarij auctor: quod confirmat Martinus Bellaius, additque eodem tempore ſuppetias à Gallo Rege Taurinenſibus obſeſſis ab exercitu Cæſareo ſubmiſſas fuiſſe: medio verò Octobri Gallorum Regem fortiſſimo ſuccinctum exercitu Alpes tranſcendiſſe; ex cuius irruptione cùm noui motus in Italia formidarentur ob varia partium ſtudia, Pontifex, qui concordię interpretem, & communem parentem agere decreuerat, clientibus Romanę Eccleſię edixit, propoſita bonorum proſcriptione, ne quis alterius Principis aduerſùs alterum ſtipendia acciperet.

Martinus Bellaius comment. lib. 8.

Paul. III. ſub grauiſſimis pœnis prohibuit, ne ſui ſubditi alienis Principibus in militia deſeruiant.

Vniuerſis, & ſingulis ſubditis noſtris mediatè, vel immediatè ſubiectis, etiam Baronibus, Domicellis ac feudatarijs præſertim Prouinciæ noſtræ Ciſpadanæ, Salutem &c.

Paul. III. lib. breu. an. 3. pag. 659.

Intelligentes augeri in dies ardorem belli, hinc à Cęſarianis, inde à Chriſtianiſſimi Regis militibus, & exercitibus in locis Pedemontanis Prouincię noſtrę Ciſpadanæ proximis; nos, qui officium noſtrum inſequendo, ſemper neutrarum partium fuimus, pacem ac concordiam inter ipſos Principes totis noſtris viribus procurauimus, prout continuò procurare non deſinimus; ne quid noſtræ profeſſioni huiuſmodi contrarium à noſtris ſubditis emanet, ſaltem quòd non debitè vigilauerimus, nobis imputari poſſit, opportunè prouidere volentes, vobis omnibus & ſingulis in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, necnon rebellionis, ac confiſcationis omnium bonorum (*& infrà*) incurrendis pœnis præcipimus, ne aliquos aut Capitaneos, aut milites alicuius ex dictis partibus (*& infrà*) aut pro his vel illis arma capere audeatis &c. *Vltima Octobris MDXXXVII. anno III.*

59 Operam conciliandis tùm hiſce Principibus dabant Maria Hungariæ Regis vidua, atque Eleonora Regina Galliæ Sorores, & Margareta Regina Nauarrę Franciſci Regis ſoror ampliſſimis ab vtroque Rege fultę mandatis, atque inducias pepigere, cùm Franciſcus Rex Inſubrię immineret, de quibus hęc Martinus Bellaius narrat. ,, [Die Nouembris XXVIII. anni MDXXXVII. ,, Carmaniolę, vbi Rex erat, inducię publican- ,, tur, necnon Aſtę apud Vaſtium, quę ad ſecun- ,, dum, & vigeſimum Februarij inſequentis diem ,, conſtarent. Triduo poſt Vaſtius Carmaniolam ,, Regem ſalutatum venit, à quo ſumma huma- ,, nitate excipitur; & quoniam in ipſo inducia- ,, rum pacto conuenerat, vt vtrinque delecti Leu- ,, catæ coirent, vt de integra & firma pace inter ,, potentiſſimos Principes conſtituenda inter ſe ,, agerent, Rex ob eam cauſam in Galliam redi- ,, re decreuit] proximo à promulgatis inducijs die dimiſſæ ſunt vtrinque copiæ. Reuerſus verò Lugdunum Gallorum Rex, Ioannem Cardinalem Lotharingum, & Monmorantium Ducem Leucatam miſit, vt de pace cum Cæſarianis agerent. Pontifex verò optatiſſimæ illius pacis inter eos Principes adſtringendæ cupidus, pro ea promouenda Legatos decreuit, vt ea confecta, bellum ſacrum in Turcas geri, ac Concilium œcumenicum iam indictum celebrari poſſent; ad Galliæ verò Regem proficiſci iuſſus eſt Rodulphus Pius Carpenſis tituli S. Priſcæ Cardinalis, de quo ſubiectæ extant literę.

Martinus Bellaius comment. lib. 8. Petr. Paulus Gualt. in diar.

Pio pace Legatos mittit Paulus.

Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime &c. Magna nuper lætitia affecti ex nuntio induciarum inter te, & chariſſimum in Chriſto filium Noſtrum Carolum Romanorum Imperatorem, ſemper Auguſtum, affinem tuum factarum, ſpeque inde ſubſequuturę pacis, & egimus Deo Omnipotenti maximas gratias, quòd tantum beneficium vniuerſæ Chriſtianitati præſtiterit, & Maieſtatem tuam in Domino ſummè collaudauimus, quòd ad pacem tandem pium animum deflexerit, qua in re nos præter communem ſalutem (quę ab hac concordia certiſſimè dependet) illud quoque noſtram auget lętitiam, quod quemadmodum Paſtorali Noſtro Officio conueniebat, per Legatos, Nuntios, & literas, pluribuſque cum ea officijs id ita curauimus, vt nunquam ab ea cogitatione, & actione deſtiterimus, ſicut Maieſtas tua non ignorat. Nunc quoque eadem cupiditate anxij, & ſi optatiſſimæ pacis deſiderio flagrantes, vt ea ſubſequuta, ſancta expeditio, te etiam, vt ſperamus, coadiuuante, ſuſcipi, & generale Concilium per nos indictum meliùs celebrari poſſit; veterem etiam morem ſequuti Apoſtolicę Sedis, quæ & curandis, & ſuo interuentu roborandis Principum concordijs adeſſe conſueuit, non contenti noſtro apud te Nuntio, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Car-

Paul. III. lib. breu. 3. pag. 736.

dinalium consilio, dilectum filium nostrum Rodulphum tit. S. Priscæ Presbyterum Cardinalem de Carpis nuncupatum, nostrum, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatum ad Maiestatem tuam mittimus, quod etiam cum dicto Carolo Imperatore, ad quem etiam alium Cardinalem Legatum mittimus, pariter agimus, tuę Maiestati de hac tanta sua gloria, & bonitate gratuletur, & eam nostris verbis, ac precibus ad pacem ipsam concludendam hortetur, tùm si qua in re tua Maiestas, ac præcipuè in roboratione ipsius pacis interuentum Sedis Apostolicæ more Maiorum desideranerit, habeat præsentem Legati nostri operam. Oramus igitur Deum Omnipotentem, vt nos, & Christianitatem vniuersam, medio bonitatis tuæ, compotem huius fœlicissimi voti reddere, tuamque Maiestatem sospitem ad Christi fidelium tutelam, & Christianæ Reipublicę propagationem quàm diutissimè conseruare dignetur: sed cùm hæc omnia pleniùs idem Cardinalis Legatus Tuæ Maiestati explicaturus sit, nos consultò in his breuiores, solùm Maiestatem tuam hortabimur, vt eundem Cardinalem Legatum virum (vt nosti) doctrina, & virtute conspicuum, tuæque Maiestati deditum, benignè suscipere, eiusque verbis fidem haud minorem præstare velit, quàm si nos ipsi præsentes colloqueremur, quod recipiemus a Maiestate tua gratissimum. *Datum Romæ XII. Decembr. MDXXXVII. Anno IV.*

60 Missus pariter est Christophorus Iacobatius ad Cęsarem, quem Pontifex hortatus est, vt pro communibus pijs consilijs ad exitum perducendis animum ad pacem flecteret.

Imperatori.

Paulus III. lib. breu. an. 3. pag. 505.

Magna nuper lætitia affecti ex nuntio inducia-rum inter te & charissimum in Christo filium nostrum Franciscum Francorum Regem Christianissimum, affinem tuum, factarum, speque inde subsequuturæ pacis (*Et infrà*) vt ea subsequuta, sanctam expeditionem aduersus Turcas, ad quam nos tecum colligauimus, tecum sumamus, & generale Concilium per nos indictum prosequamur (Repetitis nonnullis, vt in literis ad Galliæ Regem datis subditur), de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, dilectum Filium nostrum Christophorum tituli S. Eustachij S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Iacobatijs nuncupatum, nostrum, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatum ad Maiestatem tuam mittimus &c. *Dat. XXII. Decęb. MDXXXVII. Anno IV.*

61 Quod autem ad Turcicam expeditionẽ attinet, illata est à Solymanno Corcyræ tàm funesta vastitas, vt supra sexdecim Corcyreorum millia omnis ætatis, & sexus capta in seruitutem adduxerit, Vicos omnes, & Pagos, & Oppidula incenderit; tamen Angelocastrum, & Corcyream Vrbem, (cui duo Patritij Veneti Aloysius Ripa, & Simon Leonius præerant) maximis moliminibus obsessam, capere non potuit. Extractę itaque obsidionis tędio, cùm ipsi renuntiatum esset, eam Arcem, opere, & milite permunitam, videri inexpugnabilem, ac veritus, ne Veneta & Cęsarea classes coniunctę in ipsum irruerent, Constantinopolim reuerti constituit. Cùm vtrobique & Corcyræ, & in Salentinis ambitiosa & iniqua consilia fracta doleret: id tamen iustitiæ specimen præbuit, vt Castrenses, qui deditione facta abrepti in seruitutem insigni perfidia fuerant, diligenter perquisitos, & nauigijs impositos, reduci in patriam iusserit, auctoresque maleficij

Paulus Iouius hist. sui temp. lib. 36.

Solymannus læuo bello Venetos vexat.

supplicio affici: humanitatis enim illecebra Christianos ad defectionem pellicere cupiebat. De hac Solymanni expeditione dissoluta hæc memorat Diarij Vaticani Auctor. [XXIII. Septembris habitæ sunt supplicationes in S. Petro, & relatum Turcas discessisse à Corcyra.] Cęterum Solymannus reuersus Constantinopolim dedit mandata Cassano Bassæ, vt Nauplio, & Epidauro Veneti Imperij Vrbibus exceptis reliquis in Peloponeso bellum inferret, Præfectisque Illyrici imperauit, vt Veneti nominis Oppida finitimo bello vexarent. Barbarossa etiam aduersa tempestate actus, cum Buthrotum appulisset, eductis copijs, Oppidum adortus diripuit, atque deleuit, Veneti verò Scardonam in Dalmatia Vrbem Turcici Imperij captam funditus euerterunt, ad Obroatium tamen cęsi profligatique sunt.

Petr. Paul. Gualt. in diario.

Paulus Iouius vbi suprà.

62 At longè grauior clades Ferdinandi Regis exercitui in Hungaria à Turcis illata est, de qua antequam agamus, præmittendum visum est, Pontificem Hungariæ ex Turcico iugo liberandæ cupiditate ardentem studia omnia defixisse, vt inter Ferdinandum, ac Ioannem Reges pacem componeret; illiusque interpretem adhibuisse Sigismundum Regem Poloniæ, quem summis precibus rogauit, vt Christianam Rempublicam tanto beneficio afficeret.

Regi Poloniæ.

Paulus III. lib. breu. an. 1. 1535. pag. 286.

Pro pace inter Ferdinãdum, & Regem Hungariæ Ioannem Paulus III. Regẽ Poloniæ interponit.

Charissime &c. Inter cęteras curas, quas nobis præsentium temporum calamitas, & nostri ratio officij imponit, illa in primis affixa nobis hæret, vt dissidia Principum Christianorum communis exitij causam præbentia conemur tollere, & conuertere ad pacem, à qua salus communis dependet, ac nos quidem in his nobis propinquioribus Regionibus inter Serenissimos, Cæsarem, & Francorum Regem, non cessauimus hactenus, neque cessamus quotidiana instantia id curare, cuius laboris nostri effectum vtinam aliquando à Deo Omnipotente mereamur. Nos certè nihil, quod ad nos pertineat, vnquam prætermittemus, istinc autem, Fili charissime, vbi Rex Romanorum, & Ioannes Wayuoda de Regno Hungariæ diffident, qua dissensione via communi hosti Turcæ ad nostrum exitium patefacta est, non habemus quemquam Principum, in quo magis niti debeant spes nostræ, quam in te, quem ob singularem pietatem, & in rem Christianam studium, scimus velle, & ob auctoritatem cum vtroque illorum speramus posse id perficere, quod cupimus; eò siquidem magis, quòd hanc ipsam rem optasti semper, & aliàs studiosè curasti; ita vt nihil officij, & ardoris tui in eo omiseris: sed etsi tunc Sathanæ artibus effectum est, vt illud sanctum opus à te inchoatum impediretur, non tamen debes, optime, & pientissime Rex, in eorum præsertim te amantium, & sanguine, vel beneuolentia tibi coniunctorum reconciliatione, & in communi salute constituenda, quæ ab hac concordia maximè dependet, atque in Religione nostra, vt semper es solitus, defendenda defatigari, imò semper putare tibi glorioſum, pro Diuino honore, & publica salute laborare, etiamsi tua salutaria, & pia monita non audiantur. Tuam igitur Maiestatem de veteri in hac re nauata opera maximè collaudantes, Deumque illi retributorem, & orantes, & futurum confidentes, hortamur, & per ipsum communem Dominum rogamus, velis eandem piam actionem te dignissimam resumere, & in eisdem Principibus ad concordiam reducendis, in quo scimus Tuæ Maiestati, pro singulari

eius prudentia, modos, & vias suadendi, & id efficiendi non defuturas. Nos quidem tantùm in sapientia, & probitate tuę Serenitatis reponimus, & auctoritati eius apud vtrumque eorum tribuimus, vt vel tua, vel nullius alterius opera, hoc maximum beneficium Christianitati posse præstari confidamus, in quo rogamus Deum Omnipotentem, vt Maiestatem tuam prosperare dignetur ad gloriam sanctissimi nominis sui, omniumque eius fidelium securitatem, ac tuæ Maiestatis in cœlis præmium, & in terris perpetuam celebrationem. *Datum Romæ die XXII. Maij MDXXXVII. Anno III.*

Acta Consistor. m.s. Car. Spad. fig. n. 133. pag. 317.

63 Florebat pietatis laude Rex Poloniæ, atque singulari in Sedem Apostolicam obseruantia, hæreseſque à Regni sui finibus strenuè arcebat, quem hoc anno Oratoris amplissimi opera, vetere instituto, rituque solemni, Regia obsequia addixisse Pontifici in publico Cardinalium Senatu referunt Acta Consistorialia. At Turca in eum Tartaros concitauit, vt domestico implicitus bello periclitanti Hungariæ subsidiarias copias submittere non posset, ad quos depellendos, cùm exercitum instrueret, Pontifex decem millium aureorum munus contulit.

64 Ex duorum Regum, qui Hungariam ferro flammaque partiebantur, dissidio, insolescentes Turcæ Hungaros contrarijs studijs discissos continuis cladibus atterebant, de quibus conquerenti Episcopo Zagrabiensi Pontifex præsentem Christianæ rei statum miserum exposuit; additque quanto studio eos Reges, necnon Gallum, ac Cęsarem conciliare inter se niteretur, vt omnium arma in Turcas verterentur.

Venerabili Fratri Simoni Episcopo Zagrabiensi.

Paul. III. libro breu. anno 3. pag. 300.

Venerabilis frater, Salutem. Ex tuis ad Venerabilem fratrem nostrum Laurentium Episcopum Prænestinum Card. Campegium literis, magno cum dolore cognouimus istius Regionis clades, & tantam tuorum Oppidorum, ac prouentuum diminutionem; quæ etsi audita ante à nobis, nunc particulariùs cognita, molestiam nobis renouarunt, eò etiam magis, quòd ira Domini adhuc vigente, frustra in remedijs adhibendis laboramus: nam nec nostræ preces à Christianis Principibus audiuntur, & à Concilio celebrando per Ducem loci, in quo illud indixeramus, excluſi sumus, coactique & mutare locum, & tempus prorogare. Accessit etiam nouus metus à Turca, qui classem numerosissimam contra Italiam habet instructam, nosque cum populis nostris, & ipsa Italia in maximo periculo versamur, & in componendis præsidijs nostras vires omnes absumimus; quamobrem Venerabilis frater in communi calamitate & mœrore, communis sit consolatio, fixa in Deo Patre misericordiarum, eumque iugiter deprecemur, vt leniore, quàm meruimus, pœna contentus, pacem suis fidelibus largiatur, nec tamen intereà, quantum fieri poterit, à nobis cessabimus repetere, & continuare suasiones concordiæ, hinc inter Serenissimos Cæsarem, & Francorum Regem, istinc inter Regem Romanorum, & Ioannem Wayuodam, qua in re etiam nunc quotidiana instantia laboramus; quo in opere, si Deus nostris actionibus fauere dignabitur, non diffidimus fore, vt damna, & clades, quas passi sumus in eos, qui nobis intulerunt, conuertantur, tandemque miseræ Christianitati reddatur à Domino optata tranquillitas. *Datum Romæ XIX. Maij MDXXXVII. Anno III.*

65 Continuis Turcarum, qui è præsidijs in Christianorum damna erumpebant, excursionibus lacessitus Ferdinandus Rex, fallacium inducIarum specie deludi se à Turcis amplius non ferendum censuit; nam Mahometes, qui Solymanni nomine Tauruno præerat, multo æstu, validisque armis supra triginta Castella Regiæ ditionis in suâ potestatem redacta, Bosnensi præfecturæ adiecerat, inter quæ vnum, cui Exechij nomen indictum erat, Templo, & Monasterio profanatis, instar Arcis fortissimæ permunierat; atque ex ea in Christiani Imperij terras excurrens, rapinis omnia fœdabat. Ad hunc edomandum, Ferdinandus exercitum florentissimum ex Bohemis, Hungaris, Germanis, Italisque eximio bellico apparatu instructum conflauit, eò maiori alacritate, quod inducijs inter Cęsarem, Gallumque confectis, noua præsidia sibi à fratre submittenda sperabat: potiturusque Exechio, Taurunum expugnare moliebatur; sed conceptæ rei benè gerendæ spes contrario euentu elusæ conciderunt, etenim Simon Zagrabiensis Episcopus, qui commeatuum affluentiam in castris erat pollicitus, tardiùs, & malè eos submini strabat, desidia curatorum rei frumentariæ, itinerumque difficultate. Cùmque ad Exechium extremo Autumno promota essent castra, in primo hostium concursu, Paulus Bachitius Hungarus, militari laude conspicuus, globo ictus interfectus est, cuius Ducis mors maximum terrorem nostris incussit, vt fame afflicti, ad recessum spectarint. Cùmque nostros vrgerent Turcæ Cazzianeri Ducis ignauia, effusa fuga exercitus Christiani consequuta est, cùm nulla certa ad pugnam consilia explicarent Duces; adeò vt in perturbatos irruentes Turcę, maximam stragem Christianorum ediderint, ac spolia ampliſſima retulerint. Ea clades inter alias funestissimas illatas Christiano nomini luctuosissima existimata est, tùm quia lectissimus equitum, peditumque flos (Ducis culpa) non virtute deletus interijt, tùm ob gentium, quæ eo luctu funestatę sunt, varietatem, tùm ob bellici instrumenti, ac tormentorum iacturam, tùm quia in cęteris prælijs victoria Turcis ipsis multo cruore semper constiterat, in hoc verò vnus tantum cædendi labor fuit. Porrò Cazzianer castrorum, signorumque desertor, proditionis accusatus, cùm in carcerem esset coniectus, ex eo profugit, defectionemque ad Turcas meditatus, cùm Sdrinium ad scelus pellicere pertentaret, ab eo Religionis nomen, Regemque offendere verito, obtruncatus est. Nondum illius cladis fama ad Pontificem peruenerat, cùm pro redintegranda inter Ioannem, & Ferdinandum Reges concordia, vt Hungari mutuo constricti fœdere in Turcas vires coniungerent, Internuntium suum instruxit hisce amplissimis mandatis.

Paul. Ion. lib. 36. Surius in comment. Martin. Bellaius comment lib. 8.

Ferdinandi Regis exercitum Turcæ delent.

Episcopo Mutinensi Nuntio Hungariæ.

Paul. III. lib. breu. anno 4. pag. 699.

Venerabilis frater, Salutem. Nouit tua fraternitas inter cęteros, quanto semper studio pacem, ac concordiam inter Christianos Principes conciliare fategerimus, & quæ nostræ actiones ab initio vsque Pontificatus Nostri in sedandis discordijs fuerint, in quo non omisimus Regnum etiam istud Hungariæ, quod semper Christianitatis antemurale aduersus Turcas habitum est, ab intestinis diſſidijs tranquillare, nunc verò, si vnquam antea in id incubuimus, nobis maximè incumbendum esse hoc tempore existimantibus, non ab re visum est, nostram isthic auctoritatem denuò ad pacandum ipsum Regnum interponere. Quamobrem volumus, ac tibi iniungimus, vt pacem

Digitized by Google

tem hanc, & concordiam, his, apud quos opus eſt, noſtra ex parte, ac noſtro nomine ſuadere, noſtramque & huius Sanctæ Sedis auctoritatem in eo interponere, ipſamque pacem concludere, omni ſtudio, & conatu procures, ſuper quo pleniſſimam tibi (de cuius fide, & prudentia plurimum confidimus) facultatem concedimus. Hortantes, ac rogantes in Deo Domino, omnes & ſingulos præſertim, Reges, Duces, Marchiones, ac Barones, cæteroſque Dominos temporales, & omnes, quibus ea ſuper hoc ex parte noſtra referes, plenam & iudubiam fidem habentes, monita noſtra pro Dei ſeruitio, & Reipublicæ Chriſtianæ quiete, & ſecuritate ſuſcipere, & piæ intentioni noſtræ ſatisfacere velint. *Datum Romæ XXII. Nouembris MDXXXVII. Anno IV.*

Adductum Ioannem ad concordiam proximo anno viſuri ſumus, paucis verò poſt annis extinctum eſſe, relicto puero, cuius tuendi ſpecie Hungariam maxima ex parte ſuæ ſeruituti Turcæ ſubiecerunt.

Chriſtiernus Rex Daniæ hæreſim Lutheranam diffundit.

Hoc pariter anno Chriſtiernus eius nominis III. Rex Daniæ, poſt expugnatas Regni ciuitates, ei hæreſim amplectenti, ſubijci detrectantes, inauguratus primus omnium ab hæretico prædicante Ioanne Bugenhagio Pomerano, quem Lutherus ad ipſum direxerat, abdicata prorſus omni Religione Catholica, atque Lutheraniſmo in eius locum intruſo, cunctos Regni Epiſcopos, qui eidem, pro orthodoxa fide tuenda, ſtrenuè ſeſe oppoſuerant, in carcerem detruſit: & tanquam rebellionis, aliorumque criminum reos ſubdolè conuictos, Senatus conſilio, in remotum perpetuumque amandauit exilium; ac redditus, prædiaque Eccleſiarum in Regium fiſcum redegit: ita tamen, vt collegijs Canonicorum conſeruatis Sacerdotia, ac Canonicatus ipſemet Rex aulicis ſuo arbitratu conferret. Pro ſeptem autem Epiſcopis, qui tùm Chriſtiano Daniæ populo præerant, totidem Lutherani ab ipſo Bugenhagio, Summi Pontificatus ibi exercendi munus ſibi temerè arrogante, ſuffecti fuere. Quæ autem exhinc mala fuerint oborta in Noruegia, quam ſibi Chriſtiernus ſubegit, Ioannes Magnus Vpſalenſis Archiepiſcopus, ac Sedis Apoſtolicæ Legatus, qui pro ſuo exercendo munere plurimùm laborauit, nec non eius frater, ſucceſſorque Olaus in vitis Pontificum Vpſalenſium pleniùs deſcripſere.

Metrop. Vpſal.

66 Contigit hoc anno ineunte ſeptima Ianuarij funeſtiſſima cædes Alexandri Medices Ducis Florentiæ, patrata à Laurentio Medice ipſius conſanguineo viro leuioris ac maligni ingenij, qui antea quatuor ſtatuarum marmorearum Romæ in arcu triumphali Conſtantini magni arte expolitiſſima ſculptarum capita præſecta, nocte intempeſta Florentiam aufugiens pertulerat.

In Comm. hoc anno.

,, [Debebat (ſic de eo inquit Laurentius Surius) ,, ille Princeps fidem ſeruare coniugi, debebat ,, vereri tremenda Dei iudicia, qui non reſpicit ,, perſonam Principum, ſed indiſcriminatim ple- ,, rumque ſeueriſſimè in hominum flagitia ani- ,, maduertit: quod quia non fecit in id genus ,, horrendæ mortis incidit, vt ſuo ſummo malo ,, doceat ſapere mortales, ne ipſis ſimilia eue- ,, niant: nam vt ſint permulti qui diù impunè ,, vitam viuunt impuram & ſceleratam; tamen ,, etiam innumeri inopinatis caſibus in ipſis ſce- ,, leribus opprimuntur & ruunt præcipites in ,, ſulphureas gehennæ æſtuantis carnificinas ,, nunquam inde emerſuri.] Patrati ſceleris conſcientia ardens Laurentius Medices non vocauit ad libertatem Florentinos, ſed eadem ipſa nocte inſtar Caini fugiens Florentia ſe proripuit Bononiam; nec tutum ſe in Chriſtiano Imperio opinatus, perfugit ad Turcas: cùmque Solimannus intellecto facinore illum execraretur, metu percitus Venetias ſe contulit, atque à duobus Volaterranis militibus, qui Alexandri Ducis extincti memoriam colebant, contrucidatus eſt. Porrò Alexandri Medices mors tribus diebus celata eſt à Proceribus Florentinis, ne qua ſeditio oriretur: atque præteritorum bellorum pertæſi, ne in ſe iras Cæſaris aſperarent, conſentientibus votis, Coſmum Medicem octodecim annorum iuuenem, magna Cardinalis è Cybo ſolertia, Principem delegerunt, qui ingenti virtute, & laude Principatum adminiſtrauit.

67 Claudimus hunc annum fœliciſſimo Hieronymi Æmiliani Patritij Veneti Clericorum Regularium Congregationis Somaſchæ Inſtitutoris obitu, cuius præclara geſta plurimis approbata miraculis Auguſtinus Turtura conſcripſit: Inter quæ admirabilis ille odor ab eius oſſibus promanans præcipuè memoratu dignus eſt; cuius præclarus teſtis extitit Diuus Carolus Borromæus; cùm aliquando in templum ingreſſus in ipſo limine ob ſuauiſſimum odorem in tantam raptus eſt admirationem, vt adſtantibus dixerit, ibi alicuius inſignis ſancti corpus requieſcere; mox petijt ſancti Viri ſepulchrum ſibi oſtendi, ad quod perductus, iuſſit inde accipi aliquot illius corporis oſſa, quæ manu ſua ſacri thuris honore venerari voluit ſummo pietatis ſenſu delibutus.

IESV CHRISTI

Anno 1538.

PAVLI III. Anno 5. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 20.

1 ANno Chriſti milleſimo quingenteſimo octauo, Indictione vndecima, Pauli Pontificis monitis, ac iuſſu plures in Germania Antiſtites varias collegerunt Synodos; vt ſerpentis hæreſcos virus in tantam animarum perniciem vbique ſe latè diffundens eorum ſolertia reprimeretur; ac ipſi ad œcumenicum Concilium validioribus fulti rationibus ac argumentis quantocius accederent. Primùm Proteſtantium conatibus maximè ſemper obſtitit Albertus è domo Brandeburgica Princeps Cardinalis Archiepiſcopus Moguntinus, cuius præclara geſta, acerrimumque in Lutherum, eiuſque praua dogmata ſtudium, in præcedenti Annalium noſtrorum Tomo fuſiùs recenſuimus. Deinde Oſnaburgenſis, Monaſterienſis, Traiectenſis, Mindenſis Epiſcopi hoc pariter anno Diœceſanas coëgerunt Synodos, vt tanto vitiorum hæreſumque morbo ſuccurrerent. Hoc idem pertentauit Erardus Cardinalis, Epiſcopus Leodienſis, Sedis Apoſtolicæ à latere Legatus, indicta ad diem octauam Ianuarij Cleri conuocatione; verùm, reluctante Clero inferioris Ordinis, & relicto Leodio Louanium tranſmigrante, vbi multa contra conatus pij Præſulis pro reſtituenda diſciplina Eccleſiaſtica deſudantis molitus eſt, ità eius labor irritus euaſit; maximè quòd paulò poſt præmatura morte abrectus eſt. In cuius laudē hæc ſcribit Surius, Sleida- ,, nus coarguens, [Circa hæc tempora mor-

Plures Synodi in Germania contra hæreticos collectæ.

,, tuus

Surius in comment. hoc anno

Erardus Card. Leod. Epiſc. obijt, qui Miſſarum ſuffragia adhuc viuens ſibi fieri inſtit.

,, tuus eſt Erardus Cardinalis, & Epiſcopus ,, Leodienſis, qui multos Lutheranę ſectę ad- ,, dictos malè acceperat; quod Sleidanum malè ,, habet, ideoque ſcribit, illum ſibi ſepulchrum, ,, & exequias anniuerſarias longè ante obitum ,, fieri curauiſſe, non tàm pietatis, quàm oſten- ,, tationis cauſa, quòd eſſet gloriæ cupidiſſi- ,, mus. Ità Sleidanus magna fiducia profert ſen- ,, tentiam etiam in arcana pectorum conſilia, ,, quæ ſolus Deus nouit. Sed hoc licet Euange- ,, lium Lutheri complectentibus, verùm Chriſti ,, ſectatoribus non licet. Certè Miſſæ ſacrifi- ,, cium, & viuis, & vita functis prodeſſe, tàm ,, eſt certum ex ſanctiſſimorum Patrum irrefra- ,, gabilibus teſtimonijs, vt meritò pudere debeat ,, omnes, qui id negare audent.]

Nec deſtitere ipſimet Proteſtantes ſua conuenticula, ad conſtabilienda praua ipſorum dogmata peragere. Brunſuuici primùm in Saxonia menſe Maio huius anni, ac deinde Iulio ſequenti Iſennaci in Thuringia conuenerunt; vt quæ in fœdere Smalcaldico, ad extirpandam Catholicam fidem, atque ad opprimendos Eccleſiaſticos, eorumdemque bona, decreta fuerant, totis viribus executioni mandarent.

Laingæus in vit. Cal. Florem. Remund. lib. 7. cap. 7.

2 Ad Caluinum modò paululum deflectamus, cuius potiſſimùm ſtudio factum eſt, vt Geneuæ populus diem Paſchæ abſque vlla communione, vti fidelibus mos eſt, pertranſierit. Hic vbi Geneuæ ad miniſtri munus admiſſus fuit, Farello adhærens (vt ſuprà vidimus) Cauraldum, alioſque ſui ſceleris conſilijque participes, blandis partim verbis, auri partim montibus promiſſis facilè in ſuam impiam ſententiam pellexit. Inter alia Apoſtolicam Catholicāque Eccleſiam execratus, diem Dominicum in diem Veneris permutari, atque in eo ab omnibus corporis operibus abſtinendum eſſe docuit. Præterea, id quam vocant hæretici cœnam, in pane fermentato, non autem in azymo iuxtà communem Eccleſiæ Romanę conſuetudinem fieri dictitabat. At conatibus eius (vt à Florēmundo Remundo refertur) Magiſtratus vrbanus, & Syndici ſeſe oppoſuerunt, nihil antiquius habentes, quàm cum vicinis ſuis, ac confœderatis, & præſertim cum Bernenſibus eamdem religionem, maximèque in cœna adminiſtranda formam retinerent. Verùm Caluinus natura ferox nemini omninò cedere voluit; hoc ad ſui augendam exiſtimationem pertinere arbitratus, ſi à nemine quidquam ſibi præſcribi pateretur: immò audaciſſimè priuatim ac publicè, nec à conuicijs aliquando ſe abſtinens ſuam conſtabilire ſententiam conatus eſt: quamuis à Theodoro Beza mendaciſſimo eius aſſentatore vir placidiſſimo ornatus ingenio prædicetur. Quem tamen meritò ſic irridens Laingeus,

Caluini audacia ac pertinacia inabolēdis Geneuæ Eccleſiæ ritibus.

,, [Nam miniſtri (inquit) nihil fecerunt verba, & preces tanti viri, & tamen nihilominus, ,, ſi Theodoro Bezę credimus, hic Caluinus eſt ,, vir leniſſimo, ſuauiſſimo ingenio, imò po- ,, tius diuiniſſimo natus. Ecce iſtos miſerrimos ,, hæreticos quàm impudenter mentiuntur. Hęc ,, bella, & venuſta videntur eſſe argumenta vr- ,, gentia, & efficacia, quibus Beza vult ſuum ,, patrem, & amicum Caluinum, æqualem Diuo ,, Paulo, qui de ſe ipſo ſcribit, *Quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Sed quis niſi expers ,, omnis rationis facilè videt, quàm hic miſer- ,, rimus hæreticus ſit diſſimilis noſtro diuino ter ,, maximo Paulo. Caluinus videbat totam Vr- ,, bem turbari propter mutationem cęremonia- ,, rum, quam fieri volebat, & periculum, quod ,, inde accidere poſſet inter nobiles Bernenſes, ,, & Geneuenſes; & tamen nihilominùs pertinax ,, & implacabilis nebulo ſuæ damnoſæ & perni- ,, cioſę inhærebat ſententiæ.] Quare quemdam magiſtrum, cui à Senatu concionandi, cœnamq; adminiſtrandi munus commiſſum fuerat, maledictis, iniurijſque innumeris onerauit, ac anathemate percutere, Deique iram, æternamque damnationem ei minitari ſatanico concitus furore auſus eſt; adeò vt miſer ille minis exterritus clanculum ſe ſubduxerit. Sic itaque non ſine graui ſſima offenſione Paſchatis feſtum abſque Paſchali celebritate, ac Communione hoc anno Geneuæ abijt: ac propterea Caluinus cum ſocijs vnanimi Procerum illorum conſenſu ab Vrbe, eiuſque ditione abſque mora recedere coactus fuit. Argentoratum igitur conceſſit, à Bucero amicè ac humaniter exceptus; vbi ſuas vterque opiniones cum Lutheri delirijs permiſcendo, rurſus nouam Religionis formam commenti ſunt. Quamuis autem Bucerus non in omnibus cum ipſo teneret, liberam tamen ei, quæ vellet, dicendi, docendiquè poteſtatem permittebat. Inſtituta etiam hoc anno Argentorati ſchola iuuentutis, auctore potiſſimùm Ioanne Sturmio Iuriſconſulto, & primario Senatore: cùmque hæreſis cauſa plures è regno Galliæ, & Belgij Prouincijs fugientes, in eam Vrbem ſe recepiſſent, Senatus Argentinenſis Templum illis conceſſit, vt Synagogam conſtituerent; cuius curam Caluinus tunc ſuſcepit adminiſtrandam. Qui etiam viduam cuiuſdam Anabaptiſtæ Idelettam Buriam matrimonio ſibi iunxit, ne à Bucero, qui abiecto cucullo iuuenculam ſibi adſciuerat, eaque mortua, duas deinde, vnam poſt alteram, ſuperinduxit, diſcreparet. Quorum incontinentiam ſic execratur ,, Floremundus. [Videmus iſtos Reformatores ,, ad nullam aliam rem tanta cupiditate, atque ,, ardore conuolaſſe, quā ad inceſtas huiuſmodi ,, nuptias: quæ ſanè Reformatio longè diſcre- ,, pat ab ea, quam S. Ioannes virginitate ſua ,, inſtituit, & conſilio ſuo approbauit.]

Fœdus initum contra Turcas à Principibus Chriſtianis, & apparatus ad bellū.

3 Inſtauratum eſt etiam hoc anno ſolemne armorum fœdus inter Pontificem, Carolum Imperatorem, Ferdinandum Romanorum, Bohemiæ, Hungariæque Regem, ac Venetos ad frangendos impetus Solymanni Turcarum Imperatoris, qui ex noſtris diſſenſionibus inſoleſcens Italiæ inhiabat; ac tantos terra, marique apparatus bellicos inſtruebat, vt fama increbreſceret, Claſſem quingentarum triremium ab eo adornari: propterea quæ ſumpta ſunt conſilia de tanta Claſſe imponenda mari, quanta numquam antea apparata fuiſſet; nempè ducentarum triremium, & centum nauium maioris aluei, non comprehenſis eo numero, ijs quas Luſitaniæ Rex, ac Melitenſes Equites coniuncturi forent. Ferdinandus verò Romanorum Rex ſe obſtrinxit ad educenda è Germania in Turcas quinquaginta peditum millia, equitum verò quatuor millia & quingentos. Tum Pontifex etiam ſibi id munus aſciuit, vt omnem operam ad alios Chriſtianos Reges ad ſacram hanc ſocialem pro tuenda Chriſti fide, euertendaque Turcica tyrannide expeditionem pelliciendos collocaret, de quo fœdere Petrus Paulus Gualterius Aretinus in ſuis Diarijs ità tradit. ,, Octaua Februarij lecta ſunt in Conſiſtorio ca- ,, pitula fœderis inter Papam, Cæſarem, & Ve- ,, netos contra Turcam.] Deſcripta ſunt ea à Blaſio Cæſenate Magiſtro Ceremoniarum ſubiectis verbis.

Diar. Blaſ. de Caſena pag. 576. Capitula fœderis Pauli III. cũ Cæſare, & alijs Principibus Chriſtianis contra Turcas.

4 1538. 8. Febr. Hæc ſunt capitula fœderis & ligæ per Sanctiſſ. in Chriſto Patrem & D. N. D. Paulum Diuina Prouidentia PP. III, ac Sereniſſimum, & Potentiſſimum Principem D. Carolum V. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hiſpaniarum, & vtriuſque Siciliæ Regem Catholicum, tàm ſuo, quàm Sereniſſimi etiam Regis Romanorum eius fratris nomine, nec non Illuſtriſſimum Ducem, Senatum, & Dominium Venetorum contrà Turcas initorum. Ad obſeruantiam huius confœderationis conuenerunt, & capitula fecerunt, quòd S. D. N. ſuo & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ cum conſilio Reuerendiſſimorum S. R. E. Cardinalium offert, & promittit dare, ſoluere, & contribuere in hac ſancta expeditione, tàm defenſiua, quàm offenſiua contra Turcas, ſextam partem totius impenſæ, quæ fit tàm mari, quàm terræ quomodocumque. Illuſtris autem Marchio de Aguilar Cæſareus Orator in nomine Sereniſſimi Cęſaris, vt ſuprà, promittit, & offert, quòd Cęſarea Maieſtas contribuet tres ſextas partes, ideſt medietatem totius impenſæ.

Item D. Marcus Antonius Contarenus nomine Illuſtriſſimi Venetorum Dominij promittit, & offert, quòd Dominium Venetorum contribuet duas ſextas partes, videlicet tertiam partem totius impenſæ.

Quæ expeditio debeat fieri præſenti anno cum triremibus ducentis, & nauibus centum, peditibus quinquaginta millibus, Alemannis equitibus quatuor mille & quingentis, adiuncta idonea quantitate tormentorum cum ſuis munitionibus, & alijs rebus neceſſarijs, & durante hac ſancta confœderatione debeat continuari expeditio contrà Turcas, & id in futurum cum viribus ſupradictis ad conſeruationem communium Statuum, & offenſionem hoſtium prædictorum.

Item, quòd S. D. N. debeat armare triremes triginta ſex, quarum corpora, quatenus Sanctitas Sua vſque ad dictum numerum non habeat, dentur Sanctitati Suæ ad dictum numerum à prædicto Dominio Venetorum.

Item, quòd Cęſarea Maieſtas debet habere in Claſſe triremes octuaginta duas, & alias totidem Dominium Venetorum, quæ faciunt omnes, cum ſupradictis triginta ſex, numerum triremium ducentarum: declarando, quòd impenſa, quam faciet Dominium Venetum præfatum, vltrà triremes ſexaginta ſeptem, quæ facerent ſuam tertiam partem vſque ad numerum, quem armabit in commodum ſuæ Maieſtatis, ſuppleatur, & reficiatur ipſi Dominio in nauibus, quas armabit Sua Maieſtas, prout æquum eſt, & conuenit.

Item, quòd dictæ centum naues armentur per Cęſaream Maieſtatem vltra illas, quæ poſſent ſperari à Sereniſſimo Rege Portugalliæ, in quibus centum nauibus impenſa, quam Maieſtas ſua faciet, excedens ſuam medietatem, reficiatur illi à S. D. N. & Dominio prædicto pro rata portione impenſæ, quæ ad quemlibet ipſorum pertinet, & pro nauibus armatis & galionibus, quos prędictum Dominium habebit, impenſa ipſis admittatur pro portione debita, prout æquum eſt, & conuenit.

Item, quòd pedites quinquaginta mille eius qualitatis, quæ ſupradicta eſt, conducantur à confœderatis eo numero per eorum quemlibet, quem requirit portio impenſæ cuiuslibet ipſorum, ad quam rationem etiam ſimili modo conducantur equites quatuor mille & quingenti, & quantitas tormentorum cum ſuis munitionibus neceſſarijs.

Item, quòd Principibus, & Potentatibus Italiæ aſſignetur portio illa impenſę, quæ videbitur S.D.N. quę portio veniet in commune beneficium hoc fœdus contrahentium, & Religio Rhodiorum debeat concurrere ad hanc ſanctam expeditionem omnibus ſuis viribus.

Item, quòd comprehendatur Sereniſſimus Rex Romanorum, pro quo dictus Marchio nomine Cęſareę Maieſtatis de rato promittit, obligando ſuam Regiam Maieſtatem, quòd habebit exercitum validum in partibus Hungariæ contra Turcas, in quem exercitum contrahentes prædicti non habeant quidquam impendere; & è conuerſo ſua Regia Maieſtas nihil habebit impendere in eas vires, cum quibus fiet expeditio ab iſtis partibus, prout æquum eſt, & conuenit.

Item, quòd S. D. N. paternis exhortationibus debeat requirere Sereniſſimos Reges Poloniæ, & Pruſſiæ, & cęteros fideles Chriſtianos, qui auxilio eſſe poſſunt huic ſanctę expeditioni, vt toris eorum viribus communi Chriſtianorum ſaluti, & ſanctæ huic expeditioni ſint auxilio.

Item, quòd reſeruetur locus honoratiſſimus Regi Chriſtianiſſimo, tamquam vni ex principalibus, qui ſi intrauerit in hoc fœdus, portio illa impenſę, quę pertinebit ad ſuam Chriſtianiſſimam Maieſtatem, ſic in augumentum virium expeditionis vltra illas vires, quę promptę eſſe debent vigore præſentium capitulorum, & eodem modo reſeruetur locus honoratiſſimus cæteris Regibus, & Principibus Chriſtianis.

Item, quòd confœderati ſupradicti teneantur & obligati ſint quilibet eorum parata habere vires ſuas per menſem Martium proximum, aut celeriùs ſi fieri poterit.

Item, quòd Capitanei generales expeditionis ſint, Illuſtris Dux Vrbini Terræ, & Illuſtris D. Andreas Doria Princeps Malphitanus Mari.

Item, quòd victualia, quę quotidiè conſumuntur, ſi ea defecerint in aliquo loco aliquibus ex confœderatis, poſſint capi ex terris, & locis illorum, ad quos fuerint, honeſto tamen pretio, & quòd teneantur extractiones apertæ ad beneficium expeditionis, præſertim cùm debeat quilibet confœderatorum facere ſtatim prouiſionem victualium, quàm maiorem poterit.

Item, quòd differentiæ, & controuerſiæ omnes, quæ poſſent oriri quacumque de cauſa in hac expeditione, arbitrio S. D. N. decidantur. Oremus igitur Deum Omnipotentem, vt Sanctitas Sua, cum Maieſtatibus, & Illuſtriſſimis Duce, & Dominio prædictis, in tàm ſancta, & ſalutari expeditione proſperare, & optatos ſucceſſus populo Chriſtiano concedere dignetur, quod & futurum in eiuſdem Dei benignitate, & cauſæ pietate confidere debemus. His addit Angelus Maſſarellus Pontificis ſolertiam commendans.

Diarium Cæc. Trid. Auctore Ang. Maſſar. Secret. m.s. Arch. Vatic. pag. 6.

,, [Nec propterea fœderis inter Cęſarem, & ,, Venetos initi executionem prætermiſit: die ,, enim VIII. Februarij in eodem Senatu dictæ ,, confœderationis capitula confirmauit, quæ ,, tamen IV. Idus eiuſdem menſis, Sacris in Baſi- ,, lica Principis Apoſtolorum peractis, iterum ,, repetita, & publicata fuerunt, nec non Domi- ,, nus Marcus Grimanus Patriarcha Aquilegien- ,, ſis Claſſis Pontificię Prefectus deſignatus fuit, ,, qui die III. Martij ex Vrbe recedens Corcy- ,, ram versùs cum triremibus Pontificijs iter ,, arripuit.]

5 His conſentiunt, quæ Pontifex ad Poloniæ Regem ſcripſit, à quo ſummis precibus contendit,

die, vt vires suas cum Ferdinando Rege coniungeret aduersus Turcas, qui Calabriæ littora, Corcyramque, & plurimas Ægei maris Insulas vastauerant, ac ingentes Christianorum multitudines in seruitutem abduxerant, cum eximiæ occasiones repetendæ de ijs vindictæ deessent.

Regi Poloniæ.

Chariſſime &c. Credimus Serenitatem tuam non ignorare, quemadmodum communis hostis Turca superiore anno in Italiam Classe numerosissima transgressus, Calabriæ littora miserabiliter vastauerit, ac diripuerit, indeque Corcyram, & plurimas Ægei atque Ionij maris Insulas Christianas latè depopulatus, multa Christianorum millia in seruitutem abduxerit, partem eorum remo adhibuerit, Classemque ita auxerit, & continuè augeat, vt quingentas triremes hoc Vere instructas habiturus, terraque, & mari bellum atrociſſimum contra Italiam gesturus, haud dubiè sit; quo metu, ac totius Christianitatis periculo impulsi, Nos, ac Cæsarea Maiestas, cum Republica Veneta, huic etiam periculo propinquiores, fœdus, quod proximo Autumno aduersus eundem Turcam iniueramus, his proximis diebus confirmauimus. Numerum peditum quinquaginta millia, equitum quatuor millia, & quingentos, triremes ducentas, naues centum cum tormentis bellicis, & alijs necessarijs in bellum descripsimus (ratis huius impensæ partibus cuique nostrum distributis.) Nos prætereà ipsi, quibus primas huius officij partes Pastoralis persona imponit, omnes Christianos Principes ad hoc bellum accendendi curam Nobis sumpsimus; iamque Sereniſſimos Romanorum Regem a sua parte bellum gesturum fœderi inclusimus, & Regem Portugalliæ cum numero nauium non contemnendo affuturum speramus; nec diffidimus etiam Regem Christianiſſimum, pro sua, & maiorum suorum pietate, & gloria, conuersurum pia arma ad tutelam communis salutis, & Religionis. Quam ob causam (præter eam generalis Concilij celebrandi) nos propediem iter arrepturi sumus, vt si fieri possit, colloquium cum eodem Rege, & Cæsarea Maiestate habeamus, & boni aliquid (adiutore Domino) conficiamus. Tuæ verò Serenitatis etiam specialis mentio in capitulis fœderis est habita, propterea quod neminem Christianorum Regum habemus, cui tua pietas in bellis aduersùs infideles, & schismaticos gerendis cedat, aut in hoc genere laudis exercitatior sit, vel glorioſior. Licet igitur non ignoremus, Te Tartarico bello occupatum hoc tempore esse, tamen Maiestatem tuam in Christo Iesu, cuius sancta Religio, & fidelis populus in discrimen maximum adductus est, hortamur, rogamus, & adstringimus, vt omni humana ratione (sicut & Veneti pientiſſimè fecerunt) Diuino honori posthabita, tam pio fœderi te quoque adscribens, opem, & contributionem aliquam, quæ te digna, & tibi visa sit, ad communem Christianitatis defensionem destinare, vnà cum ipso Rege Romanorum affine tuo in partem huius sanctiſſimi belli coire velis, quòd cum pietatis tuæ causa facturus sis, etiam nonnihil redundare poterit ad tuorum Regnorum securitatem. Fallitur enim, Fili chariſſime, si quis se ab hoc periculo remotum, & longinquum putat, cum visceribus, & quasi corde Christianitatis concussis, extrema tuta esse non possint. Nos autem, ac nostri confœderati ita magnas & graues impensas in tantum exercitum, & classem subituri, ita ex præterito exhausti sumus, vt non publicis, non priuatis facultatibus, aut nostris, aut nostrorum populorum, nedum Clericorum, & Religioſorum pepercerimus, sed piorum omnium auxilio egeamus, & à te, pientiſſimo Rege, in tàm pia causa expectemus. Quòd si tempus aduenerit, ſicut ex Dei misericordia sperandum est, vt hac expeditione fœliciter peracta, tuæ Maiestati cum fœderatis nostris viciſſim opitulari possimus, non deerit Maiestati tuæ voluntas, ac potiùs desiderium nostrum, tùm à nobis ipsis id faciendi, tùm eosdem fœderatos inducendi, vt de optimo, ac benemerito de Christiana Republica Rege, communibus opibus, ac studijs benemereantur, quemadmodum hæc pleniùs & particulariùs dilectus filius noster Cardinalis SS. Quatuor Protector apud Nos tuus Tuæ Maiestati perscribet. *Datum Romæ apud S. Petrum die XXIX. Februarij MDXXXVIII. Anno IV.*

Paul. III. lib. brev. anno 4. pag. 85. Polonię Regē hortatur Paulus, vt suas vires coniungat cū Ferdinando aduersus Turcas.

6 Non instructę quidem fuere ducentę triremes, & naues centum, sed tanta tamen Classis conflata est, vt ad ducentas partim triremes partim naues ascenderit, cuius supremum imperium Andreæ de Auria maritimæ rei peritia florentiſſimo delatum, de qua dignitate illi Pontifex gratulatus est, addiditque, vt ipse, qua apud Cæsarem polleret gratia, illum ad colloquium cum Pontifice, & Gallo Rege hortaretur, ac Nepotem cum eximio triremium numero ad ferenda Venetis subsidia contra Turcas, qui Insulæ Cretæ insidiabantur, submitteret.

Maritimæ classis cōtra Turcas parate supremū Imperium Andreæ Auriæ cōfertur.

Non sustinuisse Andream in hoc bello expectationem, ac spem virtutis, quam de se concitarat, imò aliorum Ducum, qui ad hostem delendum promptiſſimi erant, ardorem extinxisse, ac fœdus violasse visuri sumus.

7 Inter hos eminebat Ferdinandus Gonzaga Prorex Siciliæ, de quo inferiùs. Præerat verò Venetæ Classi Vincentius Capellius. Pontificiæ verò Classi præfectus est Grimanus Patriarcha Aquilegienſis, vt cum Venetis coniunctiſſimis consilijs sentiret; cui à Pontifice decima Februarij vexillum Romanæ Ecclesię, sacra prece solemni ritu lustratum, fuisse traditum, scribit Petrus Paulus Gualterius Aretinus in Diario, confirmatque Blasius Cæsenas: cùmque ex fœdere triginta sex triremes sumptu Ecclesiastico instruendæ, sustentandæque essent, Pontifex Sacerdotibus in nonnullis Prouincijs decimas indixit, de quibus hęc mense præcedenti Paulus ad Lusitaniæ Regem scripserat.

Pontificię Classi cōtra Turcas præest Patriarcha Aquilegienſis. *Petrus Paulus Gualter. Aretin. in Diar. Vat. Blasius Cęsenas.*

8 Vt hęc sacra expeditio fœliciùs confici posset, atque etiam augeri, Francorum Rege illi adiuncto, cuius exemplum alij etiam Reges sequuturi viderentur, Pontifex, licèt ætate affecta, ad confinia Italiæ proficiſci constituit, ad colloquium cum Cęsare, & Franciſco Rege celebrandum, in quo vetera eorum diffidia extinguere, eorumque arma, Christiano sanguine madentia, in Turcas conuertere sperabat; ad quos ad id comparandos, Senatu habito decimo nono die Decembris superioris anni, duos Cardinales, Iacobatium ad Cæsarem, Carpium ad Regem Legatos decreuisse vidimus. Habiti quidem fuere Leucatę conuentus inter Cęsaris, Regisque Oratores pro conficienda pace, sed post diuturnam moram, disceptationemque nil effici potuerant, atque ad extremum inducias in semestre tempus à vigesima secunda Februarij prorogarant: itaque antequam eę effluerent, Pontifex vtrumque Principem ad colloquium, pro re Christiana à præsenti

Paulus III. cum Imperatore, & Rege Gallię Nicię conuenire decreuit, vt pax inter illos firmaretur. *Petrus Paulus Gualter. in Diario. Martinus a Bellatus comment. lib. 8.*

ſenti exitio vindicanda, pellicere ſtatuit. Cùmq; Niciam Prouincię vtrique accommodam delegiſſet, Carolum Ducem Sabaudiæ rogauit, vt Niciam, eiuſque Arcem, pro celebrando eo Conuentu, Pontificiæ poteſtati ad tollendas iniquas ſuſpiciones permitteret.

Ducì Sabaudiæ.

☞ *Paul. III. lib. breu. anno 4. pag. 86.*

Dilecte fili &c. Nobiſcum, qui hoc tempore ad fulcienda miſeræ Chriſtianitatis pericula toti incumbimus, piè conſentias, ſicut te dignum eſt. Cùm enim initio Pontificatus Noſtri ipſam Chriſtianitatem acceperimus tot concuſſam calamitatibus, intus hęreſibus, & noſtrorum Principum diſcordijs eam atterentibus, foris autem maximis Turcarum apparatibus ei imminentibus, nos vnicum remedium à concordia eorumdem Principum dependere videntes, eaque per tot Legatos, ac Nuntios, & literas noſtras fruſtrà tentata, omnem eius perficiendæ ſpem in congreſſu, & colloquio noſtro cum eiſdem Principibus collocauimus: locum autem ipſius colloquij (omnibus perpenſis) in Ciuitate tua Niciæ elegimus, tùm quia nobis, & vtrique partium commoda eſt; ita vt alia reperiri non poſſit commodior, tùm ob alios etiam reſpectus, qui conſideratione in hoc digni ſunt. Quapropter Nobilitatem tuam omni ſtudio rogamus, vt nobis hoc iter longinquum pro rebus vniuerſæ Chriſtianitatis publicis, in quibus tuæ priuatę noſtra quoque procuratione includentur, ſuſcepturis, ipſam Ciuitatem, etiam cum Arce, ob anguſtiam ipſius Ciuitatis, accommodare, & in poteſtatem noſtram (vt omnis prorsùs ſuſpicio tollatur) pro hoc breui tempore tradi facere, nobiſque ſuper hoc quamprimum reſcribere velis. Nos enim hac ſpe freti, iter propediem verſus ipſam Ciuitatem Niciæ, ne quid temporis, vel occaſionis omittamus, arripiemus. *Datum Romæ vltima Februarij MDXXXVIII. Anno IV.*

9 Graui tùm dolore Sabaudus afficiebatur ex morte Catharinæ Coniugis Luſitanæ affinis Cęſaris, ex cuius conſilijs cùm totum Cęſari ſe addixiſſet, à Nepote Franciſco Rege Principatus parte maxima fuerat ſpoliatus, quam cùm pacis inter Cęſarem, Regemque, beneficio recuperare ſperaret, Pontificijs votis morem geſſit: itaque rei Chriſtianę reſtituendę cupidiſſimus Paulus Cardinalium Senatum coëgit vigeſima Martij, in quo Vincentium Cardinalem Neapolitanum declarauit Legatum in Vrbe, in ſuo ab ea receſſu: ac Cardinales Campegium Epiſcopum Sabinenſem, Simonetam Presbyterum, & Brunduſinum nuper ad purpuram aſſumptum creauit Legatos, vt inchoando Vicentiæ Concilio præſiderent.

Alex. Car. Farneſ. in Act. Coñſiſt.

Tres Legati pro Concilio Vicentiæ inchoando eliguntur.

Suſceptam hanc à Paulo profectionem, tùm vt Reges inter ſe conciliaret, tùm vt Concilium, eorum ope fretus, celebrare poſſet, commemorat Angelus Maſſarellus.

Angel. Maſſarel. in Diario Con. Trid. m.s. Arch. Vat. p. 8. Paulus III. Roma diſcedit Niciam verſus.

„ Quoniam (inquit) ad Concilij celebrationem, Chriſtianorum Principum pace, & vnione maximè opus eſt, paxque ipſa licet diù, & toties efflagitata ſequuta adhuc non fuerat: ipſemet Pontifex, poſt multorum hactenus fruſtrà miſſionem Legatorum, literarum, Nuntiorumque, ſæpè dictas Cæſaream, & Chriſtianiſſimam Maieſtates perſonaliter adire decreuit, dieque XXIII. eiuſdem Menſis ex Vrbe diſcedens, Niciam verſus iter agreſſus eſt.

10 Cùm verò Ciues Lucenſes de Pontificis itinere certum recepiſſent nuntium, ſtatim per duos Oratores ad pedes ſuæ Sanctitatis prouoluti magnis, & humillimis precibus poſtularunt, vt eos ſolueret à vinculo Interdicti Eccleſiaſtici, quo irretiti detinebantur, quia Clerum iniuſtis tributis, non requiſito Apoſtolico beneplacito, vexauerant; & inſuper, vt eorum Ciuitatem ſua præſentia illuſtrare dignaretur. Benignè Pontifex petitis annuit. Quarè VII. die Aprilis maxima, & ſolemni pompa, Pontificijs indutus veſtibus ingreſſus in Vrbem, vbi vſque ad diem VIII. eiuſdem Menſis (breui quidem tempore, peroptans quàmprimum Niciam peruenire) moram traxit. Hinc primò Parmam, deinde Placentiam venit, vbi ſubſtitit per aliquot dies; nam XXV. eiuſdem menſis, habito Senatu Cardinalium de prorogando Concilio, quod Vicentiæ indictum erat, promulgaſſe decretum, narrant Acta Conſiſtorialia.

Hiſt. Lucenſis manuſc. Tuccy.

Paulus III. Lucenſes ab interdicto abſoluit, & ad eos accedit inuitatus.

„ [Placętię die Iouis XXV. April. MDXXXVIII. „ fuit Conſiſtorium Cardinalium, licèt S. D. N. „ ideò tres ſuos, & Apoſtol. Sedis Legatos ad „ Concilium præmiſerit, videlicet Reuerendiſſi„ mos Cardinales Campegium, Simonetam, „ & Brunduſinum, quòd ſe in conciliandis Chri„ ſtianis Principibus occupatum videbat, in „ die Kal. Maij proximè futura, quo tempore „ Oecumenicum vniuerſale Concilium per San„ ctitatem Suam indictum inchoari debebat in „ Ciuitate Vicentiæ ad id deputata, perſonali„ ter eſſe non poſſe. Tamen cùm neminem ex „ ijs, qui ad dictum Concilium conuenturi ſunt, „ ad ipſam Ciuitatem Vicentiæ, adhuc peruenisſe intelligeret, & non ſine eorum præſentia „ Concilium ipſum inchoandum foret, hæſita„ ret, ab ipſo Concilio in præſentia inchoando „ de Fratrum conſilio ſuperſedendum eſſe decre„ uit, diemque ipſam Kal. Maij diſtulit in aliam „ diem per Sanctitatem Suam declarandam, de„ cernens, quòd ante declarationem huiuſmo„ di, etiamſi poſt dictam diem Kal. Maij fieri „ contigerit, ipſum Concilium nullo modo „ cœptum, nec apertum ſit, nec eſſe cenſeatur, „ nec per aduentum dictæ diei Kal. Maij incipi„ at, aut aperiatur. Non obſtantibus, &c.] At de his paulò inferiùs. Proximo die ex ea Vrbe Paulus ſollicitauit Alphonſum Cardinalem Luſitanum, vt pro re Chriſtiana prouehenda ad Curiam accederet.

Acta Conſiſt. m. s. Card. Spad. fig. n. 133. pag. 341.

Concilij prorogatio.

Alphonſo tit. SS. Io: & Pauli Cardinali Portugallię nuncupato, &c.

Vides tu ipſe Fili noſter, Nos non ætati noſtrę, non viarum difficultatibus, non laboribus, aut periculis vllis peperciſſe, vt afflictam Chriſtianitatem, per Chriſtianorum Principum concordiam, & Concilij celebrationem, quantum in nobis eſt, conſolemur, & ad illos nos ipſos proficiſci, & interim tres ad hanc Legatos miſiſſe, quamobrem non debes, & tu in his publicis vigilijs obdormire, &c. *XXIV. April. MDXXXVIII. Anno IV.*

Paul. III. libr. breu. 3. p. 161.

Dum ageret Placentiæ Pontifex, antequam Genuenſium ditionem ingrederetur, Genuenſes miſſis quatuor Oratoribus, nempè Conrado Riualdo Iureconſulto, Iacobo Grimaldo, Iacobo de Auria, Hectore de Fliſco, habita per Conradum Riualdum prudenti, elegantique oratione, pia obſequia illi in Cardinalium Senatu addixere. Interea Cardinales Legati ad Cæſarem, & Gallorum Regem decreti redierunt, atque in Se-

natu legationis ſuæ geſta expoſuere, vt eadem Acta referunt.

Acta Conſiſt. vbi ſupra.

Ineunte Maio Placentia digreſſus Paulus: dum Alexandriæ VI. Maij verſaretur, cùm Veneti decretum, quo ducenta ducatorum millia ſubſidiaria pro ſuſtentandis Turcici belli ſumptibus imperarant, abrogaſſent, Pontifex, qui libertatem Eccleſiaſticam eo decreto violatam queſtus erat, vt Venetis aſperrimo implicitis bello ſuccurreret, decimas Clero Vencto impoſuit ad centum octuaginta ducatorum millia conficienda, quæ in belli Turcici ſumptus conuerterentur, à Pontificio Internuntio exigenda. Alexandria Saonam ſe contulit Pontifex, ac decimaſeptima Maij cum octodecim triremibus Cęſaris Niciam applicuit, & hoſpitatus eſt in Eccleſia Sancti Francifci Fratrum Minorum.

Iib. breu. diuerſ. ſign. nu. 2903. pag. 67.

Paulus III. Niciam applicuit.

11 Promiſerat quidem Pontifici Dux Sabaudiæ, illum Niciæ arce exceptum iri; ſed aduerſis deinde ſuſpicionibus ſuffuſus, ne à Cęſaris, vel Gallis arx illa munitiſſima interciperetur, promiſſis non ſtetit; vt narrat Nicolaus Theupulus, vnus ex Oratoribus à Republica Veneta miſſis, vt Pontificem comitarentur, atque ineundo congreſſui pro pace redintegranda intereſſent, in relatione poſt reditum in patriam facta. Commendat verò maximè Pauli III. pium ardorem pro inſtauranda publica pace inter Cæſarem, Regemque Gallorum; vt eorum arma, tùm in hæreticos, tùm in Turcas conuerteret, magnamque ſui in eo vrgendo opere admirationem concitaſſe, vt nullis parceret laboribus, non ætatis ſenio affectæ, non itineris difficultatibus, non corporis incommodis, non ſumptibus profundendis, non animi moleſtijs, non vitæ periculis. At ſubijcit ardentiori potiùs, quàm maturo conſilio ſuſceptum ab eo fuiſſe opus hoc difficillimum, ſola ſpe concepta ex relatione Legatorum Cardinalium, nimirum Iacobatij ad Cęſarem, & Carpenſis ad Franciſcum Regem.

Theupulus in narratione Italica.

Agente Niciæ Pontifice Gallorum Rex ſolicitatus ab eo nuntiorum concitatiſſimis equis excurrentium opera, vigeſima prima Maij Villamnouam peruenit, miſſiſque Oratoribus tarditatem acceſſus ob aduerſam valetudinem excuſauit. Prius verò acceſſerat Cęſar decima octaua Maij triremibus inuectus, atque a Cardinalibus exceptus; Pontificem itaque Chriſtiano more veneratus, cum eo colloquium integra hora inijt, relictiſque cum Pontifice præcipuis adminiſtris ſanctioris ſui conſilij, Villam-francam redijt, atque die vigeſima prima Maij ad radices montis à Villafranca ad Nictam porrecti, defixis in amœno prato tentorijs, ab hora vigeſima prima ad vigeſimam tertiam Cęſar cum Pontifice ſermones contulit.

Paul. Iouius, bellatus comment. l. 8.

MS. Arch. Vat. to. 11.

12 Interea Dux Sabaudiæ pretioſiſſimum paſſi Chriſti monumentum, ſcilicet ſacram Syndonem afferri Niciam iuſſerat, vt Pontifici, Cęſari, & Regibus, & Cardinalibus oſtenderetur. Duobus interiectis diebus Galliæ Rex filijs ſuis ſtipatus Pontificem adijt, atque in publico Cardinalium Senatu obſequium illi detulit, vt narrat Diarij Auctor.

Rex Galliæ Pontifici obedientiam præſtat.

,, [Die ſecunda Iunij Rex Franciæ venit in
,, S. Laurentium ad locum paratum pro collo-
,, quio inter eum, & Papam, diſtantem à Ni-
,, cia per vnum milliare. Comitati ſunt Regem,
,, Cardinalis Ghinuccius, & Cardinalis Conta-
,, renus. Cum Rege fuerunt Rex Nauarræ, Del-
,, phinus, Dux Aurelianenſis, & Comeſtabilis.

Paul. Iouius hiſt. ſui temp. lib. 37.

,, Rex oſculatus eſt pedes Papæ, & dedit ei obe-
,, dientiam. Poſtea fuerunt ſimul Papa, & Rex
,, vſque ad occaſum Solis.] Pertentauit Paulus, vt ipſi Reges, ſe præſente, hortanteque in mutuum complexum, & colloquium adducerentur, ſed nunquam id ab ipſis eblandiri potuit, itaque vtriuſque Regis præcipuos adminiſtros Regiorum arcanorum participes in colloquium de pace adduxit. Non deſtitiſſe tamen Pontificem, quamuis pacis ſpes cecidiſſet, ab ipſius tractatu, oſtendunt Acta Conſiſtorialia, quæ afferunt, Paulum deputaſſe pro hac re tres Cardinales, videlicet Reuerendiſſimum Oſtienſem, Ghinuccium, & Cæſarinum, qui ituri eſſent nomine Collegij legati ad Imperatorem, & ad Regem Chriſtianiſſimum, vt ipſę Pontificis literæ proximo die ad Garſiam tit. S. Suſannæ Presbyterum Cardinalem
,, datæ indicant. [Nos profectò in rebus ardu-
,, is, & totius Chriſtiani nominis ſalutem ſpe-
,, ctantibus tractandis, concludendiſque toti in-
,, cumbimus, nihilque omninò omittimus, quod
,, pacem Principibus, & reditum in gratiam
,, priſtinam, Chriſtianaque in communes hoſtes
,, arma transferre ſuadeat, huic operi diu no-
,, ctuque inuigilamus, &c. *Datum in Domo Sanctæ Franciſci extra muros Nicienſes VI. Iunij MDXXXVII. Anno IV.*]

Detegit Paulus Iouius cauſam, cur Reges parum pio, & ſubagreſti conſilio in mutuum colloquium arbitro Pontifice deſcendere detrectarint.

Paul. Iouius l. 37.

,, [Mutua (inquit) ambitione correpti, cum
,, hic parta armis, poſſeſſaque retinenda omni-
,, nò, defendendaque ſtatueret, ille verò Gal-
,, liam Ciſalpinam, quam nuper non obſcuro
,, iure poſſediſſet, pro dignitate ſui nominis
,, repetendam arbitraretur, nullo concordiæ
,, arbitro ſibi opus eſſe exiſtimabant, quod
,, vtrique aliud detrahendum concordiæ cauſa
indicaret.

13 Expetebatur ea pax continentibus omnium piorum votis, ad quam Cardinales vtrumque Regem hortabantur, è quibus Iacobus Sadoletus, quid cum ijs egiſſet, datis ad Georgium Ducem Saxoniæ literis, ita expoſuit.

Iac. Sadolet. lib. 11. epiſt. ad Georg. Ducē Saxoniæ 441.

,, Niciam veni, vt potui (& *infrà*) egi priuato
,, officio, vt cum vtroque Principum colloque-
,, rer, deque eiſdem rebus, cùm illis agerem,
,, ſuaderemque, vt ciuilibus extinctis diſcordijs
,, Chriſtiano nomini, ob eorum diſſenſiones præ-
,, cipuè laboranti, & ab hoſtibus Turcicis in ex-
,, tremum penè iam diſcrimen adducto, coniun-
,, ctis animis ferrent opem, hoſteſque comprimerent. Relinquerent hanc tanti nominis,
,, tantæque gloriæ hæreditatem liberis ſuis, quæ
,, quidem hæreditas, neque ijs, qui illam reli-
,, quiſſent, neque ijs, qui accepiſſent, vnquam
,, eſſet interitura; nam cætera, opes, diuitiæ,
,, honores, imperia, omnia fluxa, & caduca
,, exiſtere, neque quemquam ea ſcire, quanatù
,, ſibi, aut ſuis manſura ſint: hoc pietatis erga
,, Deum ſpecimen, hoc officium verè Chriſtiano-
,, rum Principum, ſine vlla controuerſia fore
,, ſempiternum. In his ſermonibus, cùm vter-
,, que Princeps aptè admodum mihi, atque hu-
,, manè reſponderet, perſpexi optimum animum
,, Chriſtianiſſimi Regis, Cæſaris autem virtu-
,, tem, & animi magnitudinem vehementer pro-
,, bani.

,, Die octaua Iunij (inquit Auctor Diarij) Re-
,, gina Franciæ, & Delphina, & Regina Nauar-
,, ræ & filiæ Regię, cum plurimis alijs venerunt
,, ad

Petr. Paulus Gualt. diar. t. 11.

Digitized by Google

Paul. Ioui. lib. 37.

,, ad oſculandum pedes Sanctiſſimi Domini No-
,, ſtri in primis veſperis.] Addit die duodecima ſpem pacis reuixiſſe, teſtaturque Paulus Iouius, famam fuiſſe, Cęſarem Mediolanenſis Principatus poſſeſſionem Aureliæ Duci Franciſci filio iure fiduciario collaturũ, vt parta pace Gallorum armis & opibus aduerſus Turcas vteretur.

Martin. Bellains lib. 10.

Miſcuit noua colloquia Pontifex cum Gallo Rege die decima tertia, ac decima quinta Reginam Nauarræ Franciſci ſororem prandio excepit, cùmque de pacis ratione conſtare non poſſet, decennales Inducias inter Cæſarem, Gallorumque Regem concilianit, vt refert Auctor Diarij.

Decennales inducię inter Cæſarem, & Gallum ſtatutæ ſunt.

,, [Die (inquit) decimaoctaua Iunij factę ſunt
,, Inducię decennales inter Cęſarem, & Gallum.]
Confirmat id Iacobus Sadoletus in literis ad Georgium Ducem Saxoniæ, ac Martinus Bella-

Iacobus Sadoletus lib. 11. Comment. lib. 8.

,, ius, cuius poſtremi hæc ſunt verba. [Tan-
,, dem cùm nulla ratio pacis inundæ poſſet in-
,, ueniri, Inducias decennales proponere cœpit
,, (Summus Pontifex) ſperans fore, vt tanto
,, ſpatio, quę penitùs animis inſediſſe videban-
,, tur, euelli poſſent: ità indncias in decem an-
,, nos paciſcuntur, & mox ambo ſe ſeruaturos
,, iureiurando Papa ſequeſtro confirmant, do-
,, mum quiſque reuertitur.]

14 Adhibitam à Paulo Pontifice ſummam diligentiam pro componenda pace inter Cęſarem, & Regem, ac nullas paſtoralis officij partes prętermiſiſſe refert memoratus Theupulus Orator Venetus, qui non modo pręſens interfuit, ſed etiam Regiorum arcanorum fuit particeps: ſed contrarias obſtirmataſque diſſentientium eorumdem Principum voluntates flecti non potuiſſe refert,

Difficultates pacẽ impedientes.

ac non obſcura etiam multæ diffidentię ſigna fuiſſe, quoniam Rex Galliæ Niciam nunquam accedere voluit, ac propterea Pontifex loco quatuor milliaribus diſſito cum illo colloquia tenuit. Interceſſere etiam grauiſſimæ difficultates circa capita pacis iam ante inter eos Matriti, & Cameraci confectæ. Subdit idem Theupulus ſe à Pontifice, & Cæſare factum certiorem, magna actum contentione, vt Gallorum Rex armorum fœdus cum ipſo contra Turcas, & Lutheranos percuteret, Concilium Oecumenicum etiam promoueret, atque ab amicitia & ſocietate Regis Angliæ diſcederet, quo fœdere inito certis legibus ſe Mediolanenſem Ducatum fiduciario iure ſecundo Franciſci filio Duci Aurelianenſi traditurum pollicebatur.

Cõditiones pacis à Cæſare propoſitæ.

15 Circa eas Leges grauiores ortæ diſſenſiones: nam Gallus flagitabat, vt actutum fiduciaria ea collatio fieret à Cæſare, ac ſe mox illo fœdere obſtricturum. At Cæſar expetebat, vt Galliæ Rex mox vrbes arceſque Sabaudiæ Duci ereptas reſtitueret; ac lapſo triennio Mediolanenſem Principatum Duci Aurelianenſi cum Cæſarea nepte ſecundogenita Ferdinandi Regis Romanorum matrimonio coniuncto collaturum pollicebatur: quę omnia ipſemet Theupulus Venetus Orator in patrio Senatu ſeſe à Rege accepiſſe proteſtus eſt.

16 Prętermittendum non eſt, quod Paulus Iouius tradit nempè Cæſarem Pontificis amicitiam prętaſſe, eamque affinitate aſtrinxiſſe, collata in matrimonium Margarita Auſtriaca filia vidua Octauio Pontificis Nepoti adoleſcenti, cui antea Nouariam dono contulerat, eiuſque coniugium expetenti Coſmo Florentiæ Principi repulſam obieciſſe, ne ſi Inducię infringerentur, Pontifex in Gallorum partes inclinaret, ex cuius acceſſione Cæſareæ vires debilitandæ forent.

17 Narrat Paulus Gualterius Pontificem die vigeſima Maij Nicia diſceſſiſſe, quem Cæſar comitatus eſt vſque Genuam, ac die vigeſima quarta Iulij Romam fœliciter appuliſſe, magnoque Senatus Populique Romani plauſu exceptum fuiſſe, Mox lætitiam auxerant Nuntiorum Apoſtolicorum apud Imperatorem, & Regem Gallorum epiſtolę, quibus ipſos Reges colloquutos ſimul fuiſſe, & amanter ſe mutuò amplexos in portu ad Aquas Marianas in Prouincia referebatur. De hoc colloquio ait Martinus Bellaius. [Poſtquam

Cæſar, & Rex Galliæ in nul colloquu tur.

,, Auenionem peruenisſet (ſcilicet Franciſcus
,, Rex) à Cæſare nuntium accepit, cupere ſe am-
,, pliùs cum eo colloqui, ſi ad foſſas Marianas
,, proficiſci non recuſaret, ſe libenter eò ventu-
,, rum. Paret Rex, & Cæſar cum eo in conci-
,, nente prandium ſumit, cum maxima beneuo-
,, lentiæ, & amicitiæ ſignificatione, poſteà
,, Rex Ceſaris triremem ingreditur, ibi de re-
,, bus maximis colloquuntur, quos inter ſe ſer-
,, mones habuerint, neſcio, vnum illud ſcio,
,, nihil re ipſa perſpectum fuiſſe, quod collo-
,, quium illud in commune bonum aliquid at-
,, tulerit.]

18 Vilum eſt Cæſarem ijs officijs delinire Franciſcum Regem voluiſſe, cùm Cæſareæ copię ex Africa in Siciliam tranſlatę, defraudatæ meritis ſtipendijs, rebellaſſent, & pariter in Inſubria tumultus, ob graſſationes effuſas in Inſubres concitarent, adeò vt nil propiùs abeſſet, quàm vt Inſubres correptis armis conſcinderent Hiſpanos, vt Mediolanenſis Orator Cæſari expoſuit, ni militarem licentiam caſtigaret. Cæterùm ille Principum congreſſus, effuſis amoris ſignificationibus ornatiſſimus, ſpes pacis ingentes omnibus attulit, adeò vt Cardinalis Sadoletus Georgio Duci Saxoniæ ſcripſerit, eorum Principum colloquia, non ſolùm optatę pacis ſigna & indicia, ſed etiam certiſſima pignora haberi: qua de re reuerſus Romam Pontifex ſolemnes ſupplicationes quatuor diebus habendas indixit, vt Deus mutuam animorum coniunctionem inter Principes

Paul. Iouius l. 57.

Iac Card. Sadolet. lib. 9.

,, conſeruaret. [Eò quod (inquit Blaſius Cæſe-
,, nas) iam ad inuicem ſe coniunxerant vt Fra-
,, tres, in bona vnione, cuius rei Auctor Pon-
,, tifex fuerat.] Extant verò Pauli literæ ad Margaretam Reginam Nauarræ, Franciſci Regis ſororem, quę literis refertis omnibus obſeruantię, & ſtudij ſignis, obſequia Pontifici deuouerat, quibus hortatur, vt ſancitam inter Franciſcum, & Cæſarem concordiam alere niteretur.

Blaſius Cęſenas tom. 11. Vat.

Reginæ Nauarræ.

Paul. III. lib. breu. anno 4. pag. 390.

19 Chariſſima, &c. Summè gratum à Tua Serenitate recipimus, & gratias quoque ei agimus, quod hanc fiduciam & ſpem ſuarum rerum, quas noſtras eſſe ducimus, in nobis collocet, ſicut certè poteſt, & ſemper poterit meritò collocare: Sumus ſiquidem Tuæ Serenitati paterna, & ſingulari charitate affecti, non ſolùm, vt Reginę, & tanti Regis ſorori, verùm etiam, vt omni virtute inſigni, & conſpicuæ, quodque in proximo congreſſu noſtro cum Cæſare, & Fratre tuo Rege Chriſtianiſſimo, in te vniuerſalis boni curam, ſtudiumq; pietatis perſpeximus, vt nihil à nobis, & hac ſancta Sede, quam tantoperè veneraris, & colis, non tibi debitum eſſe cognoſcamus; proindè cùm ex ea reconciliatione animorum, quę Dei

mu-

munere tunc ſequuta eſt, tantum vniuerſę Chriſtianitati commodum, & beneficium ſit collatum, quantum pro tua ſapientia perſpicis. Te in Chriſto filia, omni noſtri cordis affectu hortamur, vt ipſum Chriſtianiſſimum Fratrem tuum, & ſua bonitate, & tuis pijs conſilijs in his concordiæ, & pacis ſtudijs conſeruare, & augere ſatagas, quę immortalem ei laudem, cum communi omnium Chriſtianorum ſalute pepererunt, &c. *Datũ Romæ apud S. Marcum VII. Auguſti MDXXXVIII. Anno IV.*

20 Nec modò redintegrata eſt inter Cęſarem, & Gallorum Regem ſequeſtra pax, ſed etiam compoſita fuere vetera inter Ferdinandum Bohemię, Ioannemque Hungarię Reges diſſidia: quare meliorum rerum ſpe recreatus Pontifex, Hieronymum Aleandrum Cardinalem in Hungariam proficiſci iuſſit, vt pactionum inter Ferdinandum, & Ioannem Hungarię Reges initarum fœdera, Apoſtolica auctoritate confirmaret, tùm ob præterita bella collapſam diſciplinam Eccleſiaſticam in priſtinum decus, dignitatemque vindicaret, vt ſubiectæ teſtantur literę.

Dilecto filio Hieronymo tit. Sancti Chryſogoni Preſbytero Cardinali Brunduſino nuncupato ad Regnum Hungariæ noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato, &c.

Paul. III. l. breu. an. 4. p. 369. Hieronymum Cardinalem Aleandrũ in Hungariam mittit, vt pacẽ auctoritate Apoſtolica cõfirmet.

Cùm in principio Pontificatus Noſtri Chriſtianos Principes inter ſe diſſidentes, & ob id Chriſtianitatem armis, & bellis oppreſſam, & penè vaſtatam videremus, noſtri muneris eſſe iudicauimus, pro illorum concordia ad ea remedia recurrere, ad quæ Prædeceſſores Noſtri confugere conſueuerunt. Denique in primis publicis votis, ac rogationibus precati ſumus, vt pro ſua pietate pacem fidelibus ſuis noſtro tempore reſtituere dignaretur, & deindè ad ipſos Principes conuerſi, eos, per literas, Nuntios, & Legatos pluriès hortati ſumus, vt odia deponerent, animos ad inuicem conciliarent, ſubditos ſuos, & quaſſatam Italiam, aliquando per concordiam conſolarentur: quod cùm difficiliùs ſuccederet, illud facere non omiſimus, vt poſthabita ætatis noſtræ iam decrepitæ ratione, poſtpoſitis terreſtrium, & maritimorum itinerum incommodis, chariſſimos in Chriſto filios noſtros, Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum Nicię conueniremus, pacemque eis ſuaderemus, quam etſi in totum concludere non potuimus, illud tamen Dei clemẽtia, & Sancti Spiritus gratia nos coadiuuantibus effecimus, vt ab ipſis Carolo Imperatore, & Francorum Rege per Inducias decennales ab armis ceſſatum ſit, non intermiſſo pacis tractatu, pro quo vterque eorum particulares ad nos Nuntios breui miſſurus eſt. Vt autem eiuſdem Dei miſericordia vberior, & plenior nobis appareret, eodem ferè tempore in Regno Hungariæ, in quo diutiſſimè certatum fuerat, odijs, ac diſcordijs depoſitis, ad pacem, & concordiam deuentum eſt. Nos verò duplici hac lætitia affecti, gratias Deo Omnipotenti, pro duplici hoc munere agere non deſinimus, & quoniam ipſi paci noſtram, ac Sanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, pro eius roboratione interponere per nos ipſos non poſſumus, ſicut vellemus, id per aliquem alium omninò exequi decernimus. Quamobrem Prædeceſſorum noſtrorum etiam in hoc morem ſequuti, circumſpectionem tuam, ſingulari doctrina, præcipuaque probitate, & integritate inſignem, noſtrum, & eiuſdem Sedis ad ipſum Regnum Hungarię Legatum de latere de Venerabilũ Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio creantes, & deputantes, teque eò deſtinantes, tibi noſtram, & dictæ Sedis auctoritatem in dicta pace interponendi, & tàm in ipſo Regno, quàm in alijs locis, ad quæ deueneris, ſeù per quæ tranſieris, alia omnia, ſtatum Eccleſiaſticum, ob publicas calamitates turbatum, concernentia, cęteraque faciendi, & exequendi, quæ ad præmiſſa neceſſaria fuerint, ſeù quomodolibet opportuna, plenam facultatem, & auctoritatem concedimus per præſentes. Age igitur fili noſter dilecte, cum Dei, & noſtra benedictione, tuiſque inſtitutis, noſtręque de te expectationi reſpondeas, ſicut in Dei gratia, & tua bonitate ſperamus. *Datum Lucæ die IV. Iulij MDXXXVIII. Anno IV.*

21 Cùm porrò Ioannes Hungariæ Rex, miſſis ad Pontificem literis, Hungariam à Turcis cinctam periculis, vt illi periclitanti opitularetur, commendaſſet, ſignificaſſetque Turcas Hungariæ proculcandæ, ſibique ſubijciendæ inhiare, vt euerſo eo Regno, Chriſtiani Imperij propugnaculo, iter ſibi ad Italiam expugnandam (more veterum gentium barbararum) ſibi ſternerent: Paulus Ioanni Regi de pace confecta gratulatus, eumdem certiorem fecit de miſſo à ſe Hieronymo Cardinale pro eadem confirmanda, ac reſtituendo in Hungaria Religionis ſplendore, preceſque addidit, vt pietati aſſerendę, retundendęque Turcicæ tyrannidi ſtuderet; ſpemque iniecit, poſt hàc eum tutò, & fœliciter Regno potiturum, tantoſque bellicos apparatus inſtrui aduerſum barbaros, vt qui terrebant antea, modo timere diſcerent.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanni Hungariæ Regi Illuſtri.

Paul. III. lib. breu. pag. 420.

Chariſſime. Venerabilis Frater Noſter Epiſcopus Agrienſis, & Tuæ Maieſtatis ad Sereniſſimum Cæſarem miſſus ex Padua, in itinere literas tuas fidem ſibi facientes ad nos miſit, mandataque Tuæ Serenitatis ea fuiſſe nobis ſcripſit, vt ipſe præſens ſi non longè à recto ſuo itinere nos conuenire poſſet, nomine Suæ Serenitatis nos adiret, officioſèque veneraretur, nobiſque deindè iſtius Regni ſalutem ſtudioſè commendaret, tùm ob multa millia animarum, quę in eo ſunt, tùm ob periculum vniuerſę Chriſtianę Reipublicę imminens: ſiquidem Hungariam ad inuadendam Italiam maximè opportunam eſſe, ac ſemper fuiſſe, ſicut multarum olim barbararum Nationum irruptiones teſtantur, neque nunc Turcarum tyrannum aliam ob cauſam id ipſum moliri, quam vt per Hungariam commodiùs Italiam occupet, ac diripiat, ſicut hæc pleniùs à Dilecto filio Franciſco Marſupino etiam accepimus. Gratias igitur agimus Tuę Serenitati, & pro viſitatione noſtra tuo Oratori iniuncta, & pro monitione, excitationeque noſtri officij, quod circa animarum ſalutem, & publicam omnium Chriſtifidelium curam pręcipuè verſatur. Tùm verò Deo Omnipotenti agimus longè maximas, & immortales gratias, quòd eius benignitate, pacem inter te, & Sereniſſimum Regem Romanorum, vidimus conſtitutam, qua iſtud Regnum (diſcordia afflictum) recreatum iri confidimus. Tuam etiam Maieſtatem iuſtiſſimis laudibus proſequimur in Domino, quòd illa prudenter, & piè, tùm ſui, tùm aliorum Chriſtifidelium Regnorum ſaluti proſpexerit, paceque inita, ſuæ, cęterorumque ſecuritati conſuluerit. Nos quidem, fili, exuberamus gaudio, & lęti-

lætitia exultationi, pro tot, & tantis simul beneficijs à Diuina clementia nobis conceſſis, vt indè Cæſare, & Chriſtianiſſimo, hinc te, & Romanorum Regibus, ex tanta diſſenſione ad concordiam verſis, metum in ſpem, mœrorem in gaudium verterimus, ac non modò, iam non timeamus metum, verùm etiam de ſaluto ſecuri noſtrum in ipſos hoſtes translatum, iam eſſe confidamus: in quo quidem perficiendo, nihil noſtris laboribus, aut facultatibus, aut periculis parſuri ſumus, ſanguinem etiam noſtrum libenter profuſuri, vt tàm cæterorum Chriſtifidelium Regnorum, tùm præcipui tui, quod in ſpeciali protectione Apoſtolicæ Sedis, & antemurale totius Chriſtianitatis, præcipuèque Italiæ, ſicut Tua Maieſtas veriſſimè commemorat, ſemper fuit, ſecuritatem noſtro tempore ſtabiliamus. Itaque cùm peruenisſet nuper ad Nos lætiſſimus de veſtra concordia Nuntius, ſtatim Dilecto filio noſtro Hieronymo Aleandro Tit. S. Chryſogoni Presbytero Cardinali, quē antea ad partes vobis vicinas pro alijs etiam negotijs Rempublicam Chriſtianam, fidemque Catholicam concernentibus, Legatum noſtrum mittere decreuimus, iniunximus, vt etiam ad vos veniret, & noſtro, ac huius Sanctæ Sedis nomine, vobis gratularetur, & in ipſa concordia ad illius maius robur, ac perpetuitatem, Apoſtolicam auctoritatem de Prædeceſſorum noſtrorum more interponendi, aliaque faciendi, quæ ad ipſius Regni ſalutem, ac veſtram, & veſtrorum conſolationem pertinerent, ei conceſſimus facultatem, ſicut ex eo, quem propediem ad vos peruenturum, ſperamus, Tua Maieſtas vberiùs intelliget, quam confidere in Domino, & in futurum optimè ſperare volumus: his enim duabus conſtitutis concordijs, fœdereque antea per nos cum Cæſare, ac Venetis inito Dei miſericordia, ſuos fideles benignè reſpexiſſe videtur, vt à Turca, deinceps ſit ſecuritas, Tuaque Maieſtas in ſuo Regno tutò, ac fœliciter degere, Sanctam Religionem ſolito feruore percolere, ac Deo Omnipotenti gratias aſſiduas quietè agere poſsit: ad quod, atque ad obſeruantiam perpetuam huius ſanctiſsimæ pacis, cultumq; ſolitum Apoſtolicæ Sedis, nomine licet non neceſſario, tamen ex abundantia charitatis noſtræ, Maieſtatem Tuam plurimùm hortamur, eique omnem proſperitatem exoptamus. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum VIII. Auguſti MDXXXVIII. anno IV.*

Turcicum bellū contra Turcas *Paulus Iouius hiſt. ſui temp. lib. 37.*

22 Dum Viterbio verſaretur Pontifex, relatum illi eſt, Turcas bello maritimo vexare Venetos, atq; ad Cretam inuadendam Claſſem miſiſſe: nec ſęua Barbarorum conſilia latuerant Venetos, qui prętер cęteros Legatos ad Pontificem, Cæſaremque Nicienſi colloquio diſtrictos, miſerunt Nicolaum Tiepolum, & Marcum Antonium Cornelium, qui poſtularent, vt Claſsis Cæſarea, Pontificiaque, quantocyùs apparatæ ad nauigandum eſſent, ne rei gerendæ tempus inane effluereret: atque inter Pontificem, Cæſarem, ac Venetos Oratores conuentum erat, vt Andrea Auria in reuehendo in Hiſpaniam Cæſare impedito, Ferdinandus Gonzaga Prorex Sicilię ſupremum in expeditione Imperium haberet, quem Pontifex monuit, vt Claſſem, quam inſtructam habebat, Venetę coniungeret, ad Turcas Creta propulſandos; talibus datis epiſtolis.

Ferdinando de Gonzaga Pro-Regi Siciliæ.

Paul. III. *lib. breu. an. 4. pag.* 327.

Dilecte fili Nobilis Vir ſalutem, &c. Cùm chariſsimus in Chriſto filius noſter Carolus Imperator, Andrea Auria Duce, ac triremibus eius (ad expeditionem contra Turcas deſtinatis) ob ſuum in Hiſpaniam reditum indigeret, ne res interea Chriſtiana detrimentum pateretur, Niciæ priùs, deindè Genuæ, inter nos, & Maieſtatem eius, Dominiumque Venetorum conuenit, vt totius expeditionis onus Nobilitatis Tuæ humeris imponeretur, atque vti in Inſula opportuniſsimè, & quaſi in rem præſentem proptiſsimus eras, collecta vndique Nauium, & triremium Claſſe, quotquot in Regno Neapolitano, aut Sicilia, aut alibi Cæſareæ ditionis forent, Claſſi noſtræ, & Venetorū, te ſine mora adiungeres, quod noſtris, & Maieſtatis ſuæ literis tibi illicò ſignificatum eſt. Poſt autem illius diſceſſum in Hiſpaniam, & noſtram verſus Vrbem regreſsionem, recentibus Nuntijs nobis allatum eſt, Turcas, opportunitate temporis vſos, Cretæ imminere, ex quo magis nobis, & pro amore, quo nos ſemper eximio proſecutus es, & pro rei neceſsitate, quæ moram non admittit, viſum eſt denuò ardentiore ſtudio inſtare, vt collecta quanta maximè potes Nauium, triremiumque multitudine, Claſsi noſtræ, & Venetorum, te coniungere properes, quo tantum periculum noſtris ceruicibus depellatur, & ſi quid illuſtrioris operis perfici interea non poterit, quod ſummè cuperemus, ſaltem res integra in ſequentem annum ſeruetur, quo, Deo fauente, expeditio, vt ſperamus, omnibus numeris ſuis conſtabit. Tuæ prudentiæ, & fortitudinis, in præſentia erit, vt ad paratum gloriæ locum omni conatu nitaris, & opinione, ac ſpei de te conceptę, non deſis. *Datum Viterbij XVIII. Iulij* 1538. *Anno IV.*

23 Narrat Paulus Iouius Barbaroſſam Turcicę Claſsis Præfectum, cum centum, ac triginta triremibus Helleſponto, & Gallipoli prouectum, primos impetus impreſsiſſe ad Canæam, quę olim Cydonia dicta eſt; ſed Grittum Patritium, qui Vrbi præerat, & maioribus, minoribuſque tormentis magnam Turcarum ſtragem feciſſe, facta eruptione, ad canendum receſſum Barbaroſſam adegiſſe, itaut multos, qui ad prædandum excurrerant, deſeruerit, qui à Cretenſibus interfecti ſunt. Inde ad Rethimū Vrbem nobilem verſus eſt belli Turcici furor; ſed Rethimenſes appropinquantes Turcicas triremes maioribus tormentis concuſsas, magno illato damno, auerterunt. Mox Barbaroſsa Candiam, Cytheam olim dictam, quæ toti Inſulę nomen dedit, procedens, eamque contemplatus, quòd munitiſsimam omnium putaret, eam adoriri non eſt auſus. Cùmque ab exploratoribus didiciſſet, Chriſtianam Claſſem milite, tormentiſque ornatiſsimam, Cretę opem allaturam, Creticis littoribus abſceſsit, atque is Cretenſis belli fœlix exitus fuit. Vt verò poſtea Chriſtiani (ob diſsidia) rem malè geſſerint, dicetur inferiùs.

Lib. 37.

Barbaroſſa Creta repellitur.

24 Reflorescere Chriſtiana res, ex mutuo tantorum Regum fœdere, ac noua lux oboriri viſa eſt, adeò vt Paulus piiſsimis hortatibus Cæſarem inflammare niſus ſit, vt ad Conſtantinopolim expugnandam, expeditionem florentiſsimam duceret, cui ſe comitem adiuncturum obtulit, operamque ad ſubſidia, tùm nummaria, tùm bellica illi comparanda collocaturum ſpopondit.

Paulus Cæſarem hortatur, vt Conſtantinopolim inuadat, & auxilia promiſit.

Imperatori.

Paul. III. *lib. breu. anno 4. p.* 549.

Chariſsime, etſi nobis cum Maieſtate Tua laudatione, potiùs quàm adhortatione opus eſſe videmus, ad te in ſanctiſsimam expeditionem contra Turcas accedendum, propterea quòd in dies, cum magna noſtra lætitia audimus, te in hoc om-

nes cogitationes, actioneſque tuas conſumere, cominus agere, omniaque præparare, quæ ad tanti molem belli pertineant, tamen pro noſtro officio, quod eſt nobis, principaliter in hac re promouenda à Deo iniunctum, ſponte currentem pietatem, & virtutem tuam in his noſtris incitandam duximus, ne quid in tanta re tantum celeritatis requirenre, etiam ſuperuacui officij noſtri prætermittamus. Vides enim, fili chariſſime, ac pro tua ſapientia facilè proſpicis, quem in locum res Chriſtiana deducta ſit, vel ſummi periculi, ſi cunctatiores fuerimus, vel ſalutis victoriæ, ſi in apparando ſtudium, & in exequendo celeritatem adhibeamus: nunquam quidem maior temporis opportunitas, reique benè gerendæ facultas oblata eſt. Ac ſi velimus Dei Omnipotentis beneficia commemorare, quæ nobis hoc tempore indulgentiſſimus Pater exhibet, ſuperuacuam rem agamus, cuinis enim facilè apparent, nemoq; non videt Diuinam bonitatem his manifeſtis ſignis, quaſi vocibus, ad hoc bellum nos excitare. Primùm quidem Nobis Maieſtatem Tuam ea virtute, ſapientia, ac pietate Principem, eaque Regnorum opulentia, & fortiſſimorum militum copia, Cæſarem dedit, qui pietate velles, & potentia poſſes Rempublicam Chriſtianam à metu ſæuiſſimorum hoſtium liberare: cuius pia mens ad hoc bellum, tàm peranimata, inſtructaque fuit. Deindè verò, vt nihil nos à ſanctiſſimi huius belli ſuſceptione remorari poſſet, pacem, & concordiam, hinc inter Sereniſſimos Ferdinandum Romanorum Regem Fratrem Tuum de Chriſtiana Republica optimè meritum, & Ioannem Hungariæ Regem, hinc inter te, & omni laude dignum Chriſtianiſſimum Regem Affinem tuum conciliauit: in quo Nobis magno Dei beneficio affecti videmur, ipſique Deo gratias maximas agimus, quòd eam reconciliationem tua, cum Rege Chriſtianiſſimo, quæ Vniuerſæ Chriſtianitati maximè opportuna, ac ſalutaris fuit, veſtra quidem, vtriuſque pietate, ſed nonnulla etiam noſtra opera, & labore perfecta eſt, quem nos quidem Regem Chriſtianiſſimum, vt optimum, & præſtantiſſimum Principem pro ſua, Maiorumque ſuorum conſuetudine, & gloria, tunc ſanctiſſimo bello non defuturũ ſperamus. Accedit his etiam Nobilium Venetorum, multum terra, plurimum mari, potentium, pia nobiſcum, & cum Tua Maieſtate antea inita, & nuper renouata confœderatio: quæ omnia, cùm Diuini fauoris certiſſima ſint indicia, opportunitatemque rei gerendæ præbeant maximam hoſtis: etiam non minorem nobis imponit neceſſitatem. Is enim noſtro nomini infenſiſſimus, noſtrorumq; Maiorum diſcordijs potentiſſimus factus, non contentus tot Regnis, tantaque Orbis parte, Chriſtiano ſimul Imperio, & Religioni ademptis, tuæ permaximè Maieſtati, quam, & odit, & reformidat, infeſtus Viennam tui Fratris bis inuaſit, Claſſe in Africam miſſa Tunetem bis occupauit, vt ex ea quaſi Arce Italiam, atque Hiſpaniam teneret obſeſſas. Vtrinque autem, cùm perſonaliter illuc aduolaſſes, tua virtute repulſus. Aucta poſtea in immenſum Claſſe, ſuperiore anno Regni Neapolitani littora diripuit: nec aliud, nunc cogitat, quàm quomodo reliquam cunctam Chriſtianitatem, ac præſertim tua, noſtraque & confœderatorum Venetorum occupet, & abſorbeat: eoque deducta res eſt, vt vel vincendum nobis, vel pereundum, aut ſæuiſſimo hoſti ſeruiendũ ſit. Licèt igitur, noſter fili chariſſime, maxima præſtiteris, ac præſtes, maiora tamen à te expectantur: illa enim priora ad nihilũ recíderent, niſi, quæ reſtant adijcias, hoſtis ſiquidem irritatus, potiùs quàm fractus, acrior poſtea conſurgere poſſet in noſtram perniciem. Itaque non hortamur modo Maieſtatem Tuam, ſed etiam oramus, vt ſicut facere eam audimus, omni ſtudio, omniq; inſtantia rem vrgeat, ac ſe in hanc ſanctiſſimam expeditionem, primo Vere ineundam, accingat, nullumque temporis punctum à prœparatione, inſtructioneque eius vacuam elabi ſinat. Et quoniam de honore Dei Omnipotentis, de vniuerſali periculo, de communi ſalute, agitur, cui, ad Dei maximum honorem tuendum, vel ſi vitam profundere oporteat, deeſſe non debemus, velis ſicut antea in Germaniam, deindeque in Africam, ità nunc haud minore in re, immò etiam maiore, ad caput hoſtium ipſe proficiſci, vt tua præſentia, & tuis animos augeat, & hoſtibus minuat. Nec nos quidem, fili, quamquam admodum ſenes, & viribus inualidi, pium hunc laborem refugimus, vt noſtræ etiam perſonæ miniſterio, nodum contributione pecuniæ, communi profimus. Quòd ſi vitam quoque Deo reddere in tàm pio opere nobis liceat, ad fœlicitatem reputabimus. Tolle igitur nobiſcũ ſanctę Crucis vexillum, in quo Conſtantinus Prędeceſſor tuus vicit, vindica honorem Dei Omnipotentis fœdatum, Ius Romani Imperij concerptum: ſicut etiam nuper in Africa, ità nunc in Europa tot millia Chriſtianorum, qui hoſti ſæuiſſimo indigna, ac miſera ſeruiunt ſeruitute exime, deniq; ſecuritatem Chriſtianitatis, quam hoſtis tamdiù impunè vexauit, pro tuo officio, virtute, ac dignitate, conſtitue. Nos quidẽ ipſi quantum vndique præſtare poterimus, vel officio noſtro in adhortando, vel auxilio in contribuendo, tibi non deerimus; pactã ex fœdere pecuniam in promptu habituri ſumus: hinc que ad prædictos, & alios Reges, indè ad Principes Germanię, & iſtuc quoque ad Prælatos tui Regni, quos tua opera conuocatos audimus, literas dedimus, vt omnes communem cauſam, communi contributione coadiuuare velint, ſicut eos pro officio, & pietate ſua eſſe facturos ſperamus. *Datum Romæ XV. Octobris MDXXXVIII. Anno IV.*

Decimas Hiſpano Clero imponit Paulus pro bello Turcico.

25 Extant eæ in Libro Breuium, quibus Hiſpano Clero ſignificat ſuſceptum in Turcas bellum ad ſeruitutem impiorum auertendam, tuendamque Religionem, ac longè ſatius eſſe, partem opum in communem opem conferre, quam inſolescenti hoſti omnia reſeruare, maximè cùm in ea cauſa ad fundendum etiam ſanguinem debeant eſſe paratiſſimi.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs Capitulis Eccleſiarum Regnorum Hiſpaniæ.

Paul. III. lib. brev. an. 4. p. 495.

In eo nunc, ſicut noſtis, omnes ſimul Laici, Eccleſiaſticique periculo verſamur, quod à perfidis Turcis, in noſtram perniciem armatis, imminet; propter quod nos, cum Cæſarea Maieſtate, ac Venetis ſanctiſſimam contra eos expeditionem ſuſcepimus, vt niſi ad commune incendium reſtinguendum communi ope accurratur, communiter omnibus ſit pereundum, multoque magis expediat partem aliquam ob ſalutem conferre, quàm cum certo exitio cuncta amittere, id verò cùm conueniat omnibus ad prudentiam, Eccleſiaſticis etiam conuenit ad pietatem, vt ſcilicet ſanctam Religionem, communemque Populorum nobis commiſſorum ſalutem, in tempore neceſſario, non ſolùm parte facultatum, quas pia illorum liberalitate conſequuti ſumus, verùm etiam

pro-

proprio(si necesse fuerit) sanguine tueamur. Quãobrem Fratres Venerabiles, & dilecti filij, cùm in communi periculo, & vestrum quilibet includatur, nosque ipsi, licet Ecclesiasticæ facultates, ob calamitates proximorum temporum, valdè imminutas acceperimus, graui tamen contributione nos onerauimus, vt non solùm nostra, nostrorumque Subditorum, sed omnium, vbique Christianorum defendantur. Vos quoque decet, nostro exemplo, coadiuuare sanctissimam hanc expeditionem. Nullo enim tempore, nullaq; in re magis pium Deo obsequium præstare poteritis, breuique tempore, sicut in eiusdem Dei misericordia sperandum est, hostibus victis, salutem quietam, & securitatem vobis perpetuam acquieueritis. Itaque cùm Cæsaream Maiestatem literis nostris adhortemur ad expeditionem accelerandam, & eo personaliter, prout rei magnitudo postulat, proficiscendum, vos hortamur in Deo Domino, vt nobiscum, & cum dicta Maiestate, quæ Regnis, vxore, ac liberis suis relictis, tot impensas, labores, & pericula pro publica salute subitura est, cõmune totius Christianitatis, & totius quoque Regni hostem pia contributione propulsetis, &c. *Datum Romæ XV. Octobris MDXXXVIII. Anno IV.*

Pontifex, vt à Deo pro Christifidelibus opem ,, impetraret hæc statuit: [XVII. Octobris ,, MDXXXVIII. fuit Consistorium, S.D. N. de- ,, creuit supplicationem in terris confœderato- ,, rum, cum Indulgentia Plenaria pro orantibus ,, contra Infideles, propter bellum, quod cum ,, Turcis hoc anno, Terra, Marique geritur.

26 Quid porrò à sociali Classe gestum sit hoc anno, pudet referre. Propulsato fœliciter (vt diximus) Cretę Insula Barbarossa, Andreas Auria, Præfectus Classis Cæsareæ, postquam reuexisset in Hispaniam Cæsarem, collectis passim militibus, superato Messanæ freto, ad Corcyram Insulam cursum intendit, & cum Vincentio Capellio Venetæ Classis Præfecto, Autumno appetente se coniunxit. Grimanus verò Patriarcha Aquilegiensis, qui Pontificiæ Classi prærat, Præuesam Oppidum in Actiaco Promontorio sitũ, adortus, à Turcis ex Ætolia accitis, repulsus est, nonnullis in recessu interfectis, nõ tamen pertæsus audacis consilij, cùm angustias Ambracij Sinus explorasset, & hostium Classem in toto Sinu stantem in anchoris perspexisset. Florentissima porrò erat Classis Christiana, in qua septuaginta duæ naues onerariæ erant, ac centum & triginta quatuor triremes, præter alias naues Classem comitantes, adeò vt numero, & viribus superaret Turcicam: ad quam opprimendã sumpta sunt bellica consilia, sed ea in ancipites, contrariasque sententias distracta sunt, vt sine vllo impedimento Barbarossa Classem centum, & quinquaginta nauigiorum ex angustijs Ambracij Sinus in apertum Pelagus eduxerit. Defuit etiam tùm pugnandi occasioni Andreas Auria, licet vincendi præclara spes affulgeret, atque à Vincentio Capellio, & à Patriarcha ad pugnam vrgeretur, ductisque mari varijs gyris, ex naualis peritiæ inani ostentatione, demùm turpem fugam, ridente Barbaro capessiuit, cùm hostis, septem, qua naues, qua triremes nostras, sibi propinquiores, cępisset, incendisseue. Porrò Barbarossa fugientes nostros ad Corcyram insequutus, eos ad pugnam prouocare insolentissimè est ausus, Auria tamen, frementibus cæteris Ducibus, nec ferentibus ad tantum dedecus abijci Christianam virtutem, Portu se continuit. Cùmque (pudore victus) pugnæ tandem assentiretur, tandiu prolata est consultatio, vt Barbarossa parta contentus gloria in Ambracium Sinum se receperit. Vertit tùm Christiana Classis impetus suos in Castrum nouum Turcicæ ditionis in Rizonico Sinu, quod prima impressione expugnatum est, magnaque multitudo in seruitutem abducta. Cùm verò id Oppidum ex fœderis legibus deberetur Venetis, tamen Auria veteranas cohortes Hispanas præsidiarias ad quatuor millia Oppido imposuit, quod ægerrimè tulit Venetus Senatus, vt damnare sacrum fœdus cęperit.

27 Nauplium, & Epidaurum in Pelopponeso, quæ Venetæ erant ditionis, obsideri, acerrimèque oppugnari iussit, at Barbarossa, ob fugatam Christianam Classem, animis elatior, ad Neapolitanam expeditionem vires conuertit, vt Castrensibus præsidiarijs opem ferret, sed Diuina virtus eum deleuit, atque à Regno Neapolitano auertit exitium: pars enim eius Classis Africo, & Austro iactata illisa est scopulis Acroceraunijs, de quo hæc Petrus Paulus Gualterius in Diario refert. ,, [XXIV. Nouembris nuntiatum est Romæ, per- ,, ijsse naufragio vndecim triremes Classis Tur- ,, carum propè Valonam, & postea res confir- ,, mata est.] Maiorem numerum alij recensent, vt apparebat ex armamentis, & naufragij fragmentis, quæ toto ferè Dalmatico littore natantia, atque iecta videbantur: ea clade debilitatum, perturbatumque Barbarossam, eductis Classibus persequendum Capellius alijs Ducibus suadebat, cum quo Ferdinandus Gonzaga sentiebat, sed restitit Auria causatus, sibi in Italiam redeundum esse, ac continuò ventis vela expandit, Capellio in eum, vt in Veneti nominis veterem hostem, contumeliosam rationem effundente, vt qui exploratæ victorię defuisset, & Christiani nominis gloriam inertia importuna dehonestasset. Cùmque aduersi rumores de eo spargerentur, ferunt, Auriam eos contempsisse, cùm omnia reuocaret ad commodum Cęsaris, qui Turcico bello implicitos Venetos, atque à prępotente hoste viribus, & opibus exhauriendos, terrestris Imperij Vrbibus spoliare posset.

28 Nec feliciùs succesisse Turcarum res terra, quàm mari; cùm enim terrestris eorum exercitus in Valachiam, & Moldauiam irrupisset, Valachi fœdus armorum cum Rege Poloniæ percussere, cùmque ob ingruentis aduersę tempestatis incommoda, reditum pararet è Moldauia, à Valachis, & Moldauis irruentibus ex parte concisus est, extremaque eius agmina deleta, quorum clade Rex Poloniæ, qui cum Valachis pacem fanxerat, Pontifici significauit, & lectæ fuerunt in Consistorio sub die VII. Octobris MDXXXVIII. eius literę, quę annunciabant talem pacem. Et in Consistorio XXV. Octobris eiusdem anni Sanctissimus retulit discessum exercitus Turcarum ex Moldauia.

29 Eodem anno Solymannus Turcarum Imperator, cùm primùm Baburij Cambaiæ Regis Nuntijs, deinde eo cæso, à Mamudio Rege ad Lusitanos Diensi Arce pellendos, Mogoremque sibi infestissimum bello lacessendum prouocaret, de Lusitanis ex India depellendis, atque Orientis Regnis ad suum Imperium adiungendis consilia, conatusq; omnes adhibuit; Classem ad Suezium maris rubri Portum instruxit opera Abrahemi purpurati florentissimam, in qua maiores naues erant sexaginta quatuor, quarum pleræque remis agebantur, ad quas etiam Cambaicæ septem, & Malabaricæ tres accessere, huic præfectus est Soly-man-

Castrum nouum à Christianis expugnatur.

Pars Classis Barbarossæ naufragio perijt.

Paulus Iouius lib. 37.

M.S. Vat. Tom. 11.

Sanius in comment.

Infelix exitus Christianæ Classis contrà Turcas paratæ.

Paulus Iouius lib. 37

Alex. Farn. in Act. Cõsist.

Act. Cõsist. m.s. Card. Spad. fig. nº 133. p. 351.

Ioannes Petr. Maffeus hist. Indic. libr. 11.

Solymannus cogitat expellere ex India Lusitanos.

Iymannus Ægypti Præſes bello exercitatiſſimus. Is Adenũ profectus, quingentos milites ægritudinem ſimulantes, ac in Vrbem à validis militibus tranſuectos, in Vrbem Rege hoſpitium comiter præſtante, induxit, in quorum lectulis arma ſub veſte contecta fuere: dein in naues Regem venire iuſſit: periculoſa imperia reſpuentem, ficti illi ægroti, accincti armis, ad Claſſem inuitum perduxere: quem Solymannus, ob liberiores voces, ex prætoriæ nauis antenna, ſuſpendit, Vrbeque direpta, præſidiũ illi impoſuit. Ex eo Portu, vt ab Imperatore iuſſus erat, Goam curſum intendit, ad eam Turcico Imperio ſubijciendam. Verùm in itinere mutato conſilio, Dium flexit, ac cum Sofare viro Principe, de Cambaiæ Regno occupando conſilia contulit, Diumque obſidione cinxit. Eius conſilia ſuſpecta Rex Proceresque Cambaiæ habuere, commeatumque, eius caſtris, magno Luſitanorum commodo, inferri vetuere. Porrò ille grauiores impetus in Rumæum Caſtellum, cui præerat Patiecus, impreſſit, adeò, vt magna murorum parte diruta, cùm obſiſti ampliùs nõ poſſet, Luſitani præſidiarij (ſaluis, præter arma, rebus, & corporibus) deditionem fecerint. Res autem mira tum accidit, nam cùm ſignifer Turcæ Vexillum Chriſti Domini quod in ſummis mœnibus de more defixum erat, deiecíſſet, eiuſq; loco illud impuri Mahometis erexiſſet, Ioannes Petreius, pio ardore accenſus, ſocios ad vindicandum contumeliam inuitauit, quem ſex ſunt ſequuti. Ille, ſe victum dedititiumque ſequutus, euulſo Mahometis ſigno, Chriſti Signum reſtituit. Mox accurrere victores, minaſque talia auſuris intentarunt, nil valuere minæ, nam vix digreſſi erant, cùm Petreius, & ſocij pio ſtudio perciti, afflicta Mahometis effigie, Crucis Signum extulere: eos id Diuino impulſu egiſſe euentus edocuit, nam cùm perciti rabie Turcæ obtruncaſſent Chriſtianæ dignitatis aſſertores, atque in mare deiecíſſent, hæc ,, ſubſequuta refert Maffeius: [Hinc mira viſu ,, dictuque res, militum Chriſti cadauera, Diuino ,, ſcilicet nutu, ne honore ſepulchri carerẽt, obli- ,, quo Euripo, contra vim æſtus rapidiſſimi, ,, ſponte ad ipſam Luſitanæ Arcis portam eua- ,, ſere. Haud obſcuro ſanè documento, cùm ,, tanta ſit corporum diuinitùs habita ratio in ,, terris, quàm glorioſa fuerint eorum animis ,, in Cœlo præmia perſoluta.] Rumæo autem Caſtello potiti Turcę, vires omnes in Dienſem Arcem, terra marique effudere: ſed Turcicos conatus conſtantia Luſitana fregit: aſperrima omnium poſtrema dimicatio fuit triplici acie ſtructa, barbaris in mœnia aſſidentibus, in qua tormentorum librandorum Magiſter exhauſtis pilis ferreis, dentem ſibi ex ira excuſſit, excuſſumque, ac inditum tormento in hoſtem contorſit. Demũ duobus menſibus in obſidione conſumptis, Solymannus tribus ſuorum millibus amiſſis, commeatuũ difficultate fatigatus, ac Nonij Proregis Indiæ aduentu territus, Dienſi Vrbe incenſa, noctu tanta trepidatione copias in naues recepit, vt quingentos ſaucios, magnamque tormentorum partem reliquerit, & qui Indiæ Regna ſubacturus venerat, in Arabiam trepidus auſugit. Feſto omnium Sanctorum die, parta ea victoria eſt, atq; Luſitani Inſulam totam ſine certamine recepere; quorum nominis gloria per Aſiam, Africam, & Europam celebrata eſt, ac Prætecti Syluerię effigiem Franciſcus Galliæ Rex inter præſtantiſſimorum virorum Icones repoſuit.

30 Opus fuit Pontifici arma ſumere in Guidobaldum de Ruuere. Defixus enim ille fuerat a cenſuris Eccleſiaſticis ob Camerinum, Piſaurum, ac nonnulla alia loca Eccleſiaſticæ ditionis occupata, à quibus ſimul cum Franciſco Maria Vrbini Duce Patre ſuo ſolutus fuerat, cùm ad ſacram militiam aduerſus Turcas eſſet profectus. At voti reus priora abiecerat conſilia, quare in eum Paulus arma conuertit; curaque huius belli commiſſa fuit Cardinali de Sancto Angelo, ſic ſe habent Acta Conſiſtorialia. *b*

,, [Romæ die XXIX. Nouẽb. MDXXXVIII. ,, fuit Conſiſtorium, S.D.N. deputauit Legatum ,, de Latere ſuum, ac Sedis Apoſtolicæ Reue- ,, rendiſſimum D. Ennium Cardinalem Sancti ,, Angeli ad bellum Camertinum, & Vrbina- ,, tem, contra Guidobaldum de Ruuere inobe- ,, dientem, & contumacem.] At breui ſedatum hoc bellum concordia proximo anno viſuri ſumus. Nunc de Concilio Vicentiæ indicto agendum eſt.

31 Non defuiſſe Paulum Pontificem muneri ſuo pro celebrando Concilio, ſed calamitatem temporum illi obfuiſſe memorat Petrus Paulus Gualterius. Quod demonſtrant etiam ipſa acta Conſiſtorialia ſcripta ab Alexandro Cardinali ,, Farneſio. *c* [VIII. Ianuarij MDXXXVIII. ,, fuit Conſiſtorium, Sanctiſſimus deputauit, ,, pro rebus ad Concilium pertinentibus, nouẽ ,, Cardinales: videlicet, ex ordine Epiſcoporũ ,, Reuerendiſſimos DD. Hoſtienſem, & Sabi- ,, nenſem; ex ordine Presbyterorum Reueren- ,, diſſimos DD. Ghinuccium, Simonettam, ,, Contarenum, Theatinum, & Sadoletum; ex ,, ordine Diaconorum, Reuerendiſſimos DD. ,, Cęſarinum, & Polum; Et in Conſiſtorio XII. ,, Ianuarij lectæ fuerunt literæ Regis Roma- ,, norum de rebus Concilij.] Et maxima animi contentione ad illud celebrandum incubuiſſe, licèt omnia ſuis votis aduerſarentur, refert Iacobus Sadoletus Cardinalis in literis ad Fridericum Nauſeam eximium in Germania Concionatorem, propugnatoremq; Fidei Catholicæ. ,, [De Concilio quod queritur, Pontifex ſtat in ,, ſententia, & quamquam permulta ſunt, quæ ,, nos hic retineant, in primiſque diſcordiæ no- ,, ſtrorum Principum, atque eius periculi ſuſpi- ,, cio, quòd à Turcis grauiter impendat, quod- ,, que omnia itinera omnibus penè in locis in- ,, feſta ſunt, vt qui conueniant ad Concilij diẽ ,, futuri non ſint, præter admodum paucos, ſi- ,, cut & vobis Germanis patere, ac perſpicuum ,, eſſe non dubitamus. tamen & de profectione. ,, Pontifex loquitur, & iam ad iter aliqua para- ,, re incipit, noſque ſumus moniti, vt expediti ,, ad tempus eſſe debeamus. Itaque puto fore, ,, vt exacto tempore ieiunij hinc proficiſcamur.] Addidit, de exitu rerum timendum magis, quàm ſperandum videri hac de cauſa: [Etenim partim ,, mores hominum, partim etiam maiorum opi- ,, niones, ita corruptæ ſunt, vt medicinam nul- ,, lam ſalutarem inueniam, præſertim exaſpera- ,, tis animis, & aduerſus verum contumacibus. ,, VIII. Kal. Martij MDXXXVIII.]

De ijſdem Pontificijs ſtudijs pro celebrando Concilio, hæc narrat Angelus Maſſarellus. ,, [Ad Concilij celebrationem Sanctitas Sua ,, omne ſtudium conuertens. Die XIII. kalend. ,, Aprilis tres de latere Legatos, Reuerendiſſi- ,, mos videlicet Laurentium Epiſcopum Sabi- ,, nenſem Campegium, Iacobum tit. S. Apolli- ,, naris Simonettã, ac Hieronymum tit. S. Chry- ſogoni

a Pet. Paul. Gualter. Blaſius Caſ. Diar. m.s. Vat. to. 11.

b m.s. Card Spad. to. 133. p. 346

c Acta Con ſiſt. vbi ſup.

Iacobus Sadoletus lib. 10. Studia Pauli pro Cõcilij celebratione.

Angel. Maſſarell. in Act. Conc. Trid. m.s. Arch. Vat. fig. n. 318 & pag. 51.

m.s. Card. Pij fig. to. 64. p. 333.

,, fogoni Brunduſinum S.R.E. Cardinales Vincentiam Concilij præſidentes deſtinauit, conceſſa eis facultate ea omnia faciendi, quæ in huiuſmodi negotio quomodolibet neceſſaria, & opportuna iudicarint, datis ſuper his literis Romæ XX. Martij MDXXXVIII. ab Incarnatione, Pontificatus Sui anno IV. infraſcripti tenoris.

Pro celebrando Vicentiæ Cõcil. decreti Legati 20. Martij 1538.

32 *Paulus &c. Venerabili fratri Laurentio Epiſcopo Sabinenſi, & dilectis filijs Iacobo S. Apollinaris, & Hieronymo S. Chryſogoni tit. Presbyteris Cardinalibus Noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Legatis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Ad prudentis patrisfamilias officium ſpectat, ea, quæ legitima cauſa obſiſtente, perſe ipſum efficere non poteſt, præſertim quando talia ſunt, quæ moram non patiuntur, vtque per alios idoneos fiant, diligenter curare. Cùm itaque nos duobus ferè ab hinc annis, ſperantes Chriſtianã Rempublicam, quæ inteſtinis fidelium odijs, & bellis, ac infidelium perſequutionibus grauiter afflicta, & debilitata erat, in priſtinam reſtitui dignitatem, pacemque inter Chriſtianos Principes inter ſe diſſidentes reintegrari, & fieri contra infideles generalem expeditionem, atque per eos occupata à nobis recuperari, ac vineam Domini, quam aper de ſylua depopulatus eſt, eiectis inde vulpeculis, quæ eam demoliri ſatagunt, ad debitam redigi culturam, ſacrum œcumenicum, & vniuerſale Concilium (certo tunc declarato tempore) celebrandum de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium indixerimus Mantuam, & deinde dicto tempore ex iuſtiſſimis cauſis prorogato, immutato conſilio Vicentiam, tamquam locum idoneum, & opportunum ad ipſum Concilium celebrandum, Ciuitates elegerimus, & deputauerimus, prout in diuerſis noſtris literis continetur. Et interim conſiderantes, fruſtra præmiſſa ſperari poſſe, videlicet Chriſtianis Principibus, vt præfertur, inter ſe diſſidentibus, & mutuis offenſionibus ſe inuicem perturbantibus, pacem inter eos, præſertimque inter chariſsimos in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regẽ Chriſtianiſsimum, à quibus totius ferè Chriſtianitatis ſtatus pendet, ſummo deſiderio procurare non ceſſauimus, licèt fruſtra hactenus per literas, Nuntios, & Apoſtolicæ Sedis Legatos non ſemel miſſos tentauimus; & conſtitutum celebrandi Concilij huiuſmodi tempus inſtet, dieſque inchoandi cùm propè adſit. Nos, qui nihil aliud, dies, noctesque cogitamus, quàm ea omnia facere, per quæ præmiſſa ad effectum perduci poſsint, decreuimus tandem, nulla ætatis noſtræ (iam valdè ingraueſcentis) ratione, ad Ciuitatem Niciæ, ad quam, vt præfertur, Imperator, & Rex conciliandæ inter ſe concordiæ ſpe nobiſcum conuenient, ſummo ſtudio procurauimus perſonaliter nos conferre; ſperantes, ita Deum cauſæ ſuæ adfuturum; vt & vires nobis ſubminiſtret, quibus longi huius itineris, & laboris pericula ſuperemus, & quam tantopere optauimus, & procurauimus, inter præfatos Principes pacem, à qua vniuerſalem etiam Chriſtianitatis vnionem ſperamus, Diuino aſpirante auxilio, conſequamur.

Ne autem ſanctum celebrandi Concilij initium impediatur, quod fortè nobis contingeret, ſi nobis circa iter prædictum impeditis, & propterea perſonaliter eò accedere non valentibus, nullus noſtro illuc nomine mitteretur, vos doctrina, probitate, prudentia, & rerum experientia claros, & probatos cum plena, & libera, ac omnimoda Legatorum de latere poteſtate, ac ſpeciali, & expreſſo mandato, cum ratihabitionis, & alijs clauſulis in ſimilibus apponi ſolitis, de ſimili fratrũ noſtrorũ eorumdẽ conſilio, auctoritate noſtra, præſentium tenore conſtituimus, & deputamus; Voſque ad dictam Ciuitatem Vicentinam pro generali Concilio celebrando, vt præfertur, electam, & deputatam, tanquam pacis Angelos deſtinamus; vobiſque, aut vni ex vobis, nomine, & auctoritate noſtris ipſi Concilio præſidendi, & in illo pro veſtra pietate, & ſapientia, omnia proponendi, ordinandi, & de ipſius Concilij conſilio decernendi, & ſtatuendi, quæ in præmiſsis, & circa ea neceſſaria eſſe, ſeù opportuna, & alia ad honorem, & laudem Dei pertinere noueritis, etiamſi magis ſpeciale mandatum exigant, plenam, & liberam auctoritate prædicta, tenore præſentium, concedimus poteſtatem, & facultatem &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. XIII. Kal. April. Pontificatus Noſtri anno IV.*

M. Card. Creſcentius. F. Vigil.

His addit Angelus Maſſarellus [Antequam ,, autem dicti Legati Vicentiam peruenirent, ,, cùm nullus Prælatus ibi comparuiſſet, Pontifex, ne Concilium fruſtra, & abſque dignitate ,, inchoaretur, mandauit ipſis Legatis Vicentiã ,, deſtinatis, ne illud kalendis Maij, ſicut de,, cretum fuerat, aperirent, ſcriptis ad eos literis ,, in forma Breuis, tenoris infraſcripti.

33 *Venerabili fratri Laurentio Epiſcopo Sabinenſi Campegio, & dilectis filijs Iacobo tit. Sancti Apollinaris Simonetta, & Hieronymo tit. S. Chryſogoni Brunduſino, Presbyteris Cardinalibus nuncupatis in Ciuitate Vicentia Noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Legatis.*

Venerabilis frater, & dilecti filij noſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet Nos cùm in conciliandis inter ſe Chriſtianis Principibus occupati, in die Kal. Maij proximè futuro tempore, quo œcumenicum vniuerſale Concilij per nos indictum inchoari debeat in Ciuitate Vicentiæ ad id deputata, perſonaliter eſſe non poſſe videremus, vos noſtros, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatos deputauerimus; tamen cùm neminem ex ijs, qui ad dictum Concilium conuenturi ſunt, ad ipſam Ciuitatem Vicentiæ adhuc perueniſſe intelligeremus, & an ſine eorũ præſentia Concilium ipſum inchoandum eſſe hæſitaremus, habita ſuper hoc cum Venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, ab ipſo Concilio in præſentia inchoando de ipſorum Cardinalium conſilio ſuperſedendum eſſe decreuimus: quamobrem volumus & vobis iniungimus, vt donec aliud à nobis ordinatum fuerit, ab ipſius Concilij inchoatione ſuperſedeatis, contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. *Datum Placentiæ ſub Annulo Piſcatoris die XXV. Aprilis MDXXXVIII. Pontificatus Noſtri Anno IV.*

Paucos Præſules Vicentiam conueniſſe referunt plures Authores, confirmatque eorum dicta Pius IV. in diplomate indictionis Concilij Tridentini, de quo factus certior Paulus III, exiguas, & tenues ſpes affore, vt ſolemnes Epiſcoporum cœtus cogi poſſent, antequam Kalendæ Maij appeterent, diem inchoandæ Synodi extraxit ad incertam diem ab ipſo deſignandam, de quo

hæc

hæc memorat Angelus Maſſarellus, qui etiam Pontificium Diploma ſubijcit.

Ang.Maſſarell. in act. Conc.Trid. ms. Vatic. fig.n.3189 pag.536.

☞ Differtur dies inchoationis Cõcilij ad arbitrium Pontificis

,, 34 [Pontifex (inquit) reſeruat ſibi declarationem diei, quo Concilium poſt Kal. ,, Maij aperiri debeat.

Paulus &c. Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex, ſupra gregem Dominicum Paſtor Diuina conſtitutus diſpoſitione, ad ea ſuæ vigilantiæ curam adhibere conſueuit, per quæ ſcandalis, & diſſidijs, quæ inter ipſius gregis oues, præſertim ex varijs interpretationibus oriri poſſent, obuietur. Hodie ſiquidem, cùm ad notitiam noſtram deueniſſet, quòd nullus ex ijs, qui ad Concilium conuenturi ſunt ad Ciuitatem Vicentiæ pro celebrando Concilio, in die kalendarum Maij proximè præteriti inchoando deputatam, peruenerit, habita ſuper hoc cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ab ipſo Cõcilio in præſentia inchoando, de ipſorum fratrum conſilio ſuperſedendum eſſe decreuimus, dilectis filijs noſtris, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatis ad dictam Ciuitatem occaſione dicti Concilij deſtinatis iniungentes, vt donec aliud à nobis ordinatum fuiſſet, ab ipſius Concilij inchoatione ſuperſederent, prout in noſtris in forma Breuis literis deſuper confectis pleniùs continetur. Cupientes autem ante omnia occaſionem dubitationis aut difficultatis, quæ circa inchoationem, aut apertionem dicti Concilij, aut aliàs circa ipſum Concilium, modo aliquo, oriri poſſet, tollere, & amputare, de eorumdem fratrum conſilio, & aſſenſu, ſtatuimus & ordinamus, non ſolùm dictum Concilium, etiam poſtquam dicta dies kalendarum Maij venerit, inchoandum, aut aperiendum non eſſe, verùm etiam generaliter diem ipſius Concilij inchoandi in aliam diem, per nos de dictorum fratrum conſilio declarandam, differendum fore, prout differimus. Declarantes, quòd ante declarationem huiuſmodi per nos, vt præfertur, faciendam, etiamſi eam poſt diem dictam kal. Maij fieri contigerit, ipſum Concilium nullo modo cœptum, nec apertum ſit, nec eſſe cenſeatur, nec per aduentum dictæ diei kal. Maij incipiat, aut aperiatur, aut incipi, ſeu aperiri valeret: immo dies ipſa inchoandi, aut aperiendi Concilij ante declarationem prædictam, nullo modo cadat, aut veniat, nec venire, aut veniſſe quoquo modo dici poſſit, aut debeat, neque ab omnibus, quauis auctoritate fungentibus, ſublata eis quauis alia iudicandi, ac interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & interpretari debere decernimus; non obſtantibus indictionis, & prorogationum dicti Concilij literis, in quibuſuis conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo &c. *Datum Placentiæ anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. VII. Kal. Maij Pontificatus Noſtri anno IV.*

M.Card.Creſcentius. Bloſius electus Fulginatenſis.

35 Viſum eſt Pontifici, conſulendos eſſe Cæſarem, & Franciſcum Regem Francorum de celebrando Concilio, vt mutua animorum conſenſione ad Præſules ad illud è ſuis Regnis mittendos conſpirarent. Eos verò prorogandum cenſuiſſe Concilium ob Turcici belli apparatum narrat Iacobus Sadoletus Cardinalis in literis *a* ad Ioannem Cochlæum datis, nullam verò retardãdi illius datam à Pontifice occaſionem ſcribit *b* Angelus Maſſarellus his verbis. [Qui quidem Le,, gati, & Præſidentes applicuerunt Vicentiam ,, kal. Maij, quæ dies conſtituta fuerat ad ipſum ,, Concilium inchoandum; ingreſſique ſunt Ci,, uitatem ſolemni Legatorum de latere more.] Cùm deeſſet Præſulum numerus idoneus ad inchoandam Synodum, Legati gerendis rebus ſuperſedere, deque tertia prorogatione actum eſt.

a Sadolet. lib. 11.

b Ang.Maſſar. vbi ſup.

Ea maximè de cauſa, quòd Carolus V. Imperator, & Franciſcus I. Gallorum Rex in ſua Regna reuerſuri flagitarent à Paulo Pontifice, vt Præſulibus Regnorum ſuorum moram aliquam veniendi ad Concilium indulgeret, quòd in Senatu Cardinalium decretum Genuæ narrant acta *a* Conſiſtorialia.

a Alex. Farneſ. Card. in act. Conſiſtorial. ms. t. Card. Sped. fig. n. 133. pag. 350.

,, [Genuæ XXVIII. Iunij MDXXXVIII. præ,, ſenti, fuit congregatio Cardinalium, & in ea ,, S. D. N. precibus Sereniſſimi Imperatoris, & ,, Chriſtianiſſimi Regis, aſſerentium, ſe deſide,, rare reuerti ad Regna, & Dominia eorum, à ,, quibus per plures menſes abfuerant, darique ,, aliquam dilationem Prælatis ſuorum Regno,, rum, & Dominiorum ad veniendum ad Con,, cilium, præmiſſis attentis, & quod etiam per ,, literas Legatorum ſuorum exiſtentium in Ci,, uitate Vicentiæ certior factus eſt, quòd nemo ,, ex conuenturis ad Concilium adhuc illuc per,, uenerit, præuia declaratione mentis ſuæ, ,, quòd per hoc non intendit præiudicare, aut ,, aliquo modo derogare literis in Ciuitate Pla,, centina ſub plumbo VII. kal. Maij proximè ,, præteriti ſuper materia Concilij emanatis, & ,, contentis in eis, conuenturos huiuſmodi vſque ,, ad feſtum Paſchatis Reſurrectionis D. N. Ieſu ,, Chriſti proximè futuri voluit expectari, man,, dans dictis Legatis, vt quibuſcumque alijs ,, quacumque dignitate &c. ne interim circa ce,, lebrationem Concilij huiuſmodi procedant, ,, aut ſe circa id intromittant, volenſque, quòd ,, ſuper voluntate, mandato, & declaratione ſuis ,, huiuſmodi, binæ, vel plures etiam ſuper ſingu,, lis literæ expediri poſſint.] Referuntur eadẽ ab Angelo Maſſarello in Diario Concilij Tridentini.

Tertia prorogatio Concilij. *Acta Conc. Trid. Auct. Ang. Maſſ. ms. t. Arch. Vatic. fig. n. 3188. pag. 54. & in alio ms. t. Vatic. inſcripto Diar. Concil. Trid. p. 9. ms. t. Card. Py fig. tom. 64. p. 334. b Ext. in Actis Ang. Maſſarelli pag. 55.*

Tertia prorogatio Concilij, & eius cauſa.

,, [Cæterùm cùm Legati Apoſtolici præfati ,, per nonnullos menſes expectando, Vicentiæ ,, permanſiſſent, & id Pontifici literis notum ,, feciſſent; & eodem tempore Sereniſſimus Im,, perator, & Chriſtianiſſimus Rex, necnon ,, Ferdinandus Rex Romanorum Prælatos Re,, gnorum ſuorum ad ipſum Concilium venien,, dum per aliquod tempus expectari, & vt aliam ,, habendi Concilij, rurſus tempori prorogatio,, nem decerneret, à Sua Sanctitate petijſſent, ,, Pontifex, ne tantorum Principum voluntati ,, deeſſet, Concilij celebrationem huiuſmodi vſ,, que ad feſtum Paſchatis Reſurrectionis Do,, mini Noſtri Ieſu Chriſti anno MDXXXIX. ,, differendam declarauit, ipſiſque Legatis, & ,, omnibus alijs, ſi qui iam Vicentiæ conueniſ,, ſent, ne interim circa dictam celebrationem ,, ſe intromitterent, mandauit, publicata Bulla ,, tenoris infraſcripti.] *b*

☞

Ad futuram rei memoriam.

Vniuerſi populi Chriſtiani curam, licet Nobis immeritis, Diuinitus conceſſam, ſuſtinẽtes in terris, officij Noſtri partes eſſe putamus, vt ſi quid idem populus ob temporum conditiones facere omiſerit, quod ad pietatem erga Deum pertineat, per nos, vt id commodè exequi valeat opportune prouidentes, præcipuè Principum votis, & precibus nos ad id impellentibus. At cùm ſtatum

Chri-

Digitized by Google

Christianitatis, hinc diuersis hæresibus turbatum, inde dissidentibus inter se Christianis Principibus, Turcarum minis, ac violentiæ expositum viderimus, œcumenicum vniuersale, ac generale Concilium Mantuæ primò, & deinde (Mantua nobis denegata) in Ciuitate Vicentiæ indiximus, spem certam in ipso Deo reponentes, posse nos per illud ipsas hæreses extinguere, & facilè Turcarum impetus retundere. Præteritis autem mensibus, cùm tempus ipsius Concilij celebrationis instaret, nosque propterea quòd ad Ciuitatem Niciæ proficiscebamur, vt pacem, & concordiam inter Chariſſimos in Christo filios nostros Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, & Francorum Regem Christianissimum, toties per literas, Nuntios, & Legatos nostros frustra tentatam, per nos ipsos, si qua via fieri posset, conciliaremus, ipsi Concilio personaliter interesse statuto tempore nequiremus, tres Legatos nostros, & Apostolicæ Sedis, videlicet Venerabilem fratrem Laurentium Episcopum Sabinensem, & dilectos filios Iacobum S. Apollinaris, ac Hieronymum S. Chrysogoni Presbyteros S. R. E. Cardinales Vicentiam misimus, nosque ad Ciuitatem Niciæ profecti, ibi vtriusque Principis colloquium, quod antea magna cum instantia procuraueramus, habuimus, & à Dei misericordia tandem impetrauimus, vt si non plenam pacem, in quam omnes neruos nostrarũ actionum, tùm intendimus, & reconciliationem animorum, Induciasque decennales ante nostrum inde discessum viderimus constitutas.

Cùm autem antea, & nuperrimè nostri Legati ad nos scripserint, neminem ex conuenturis Vicentiam ad Concilium venisse, & vterque Princeps, facta per nos in ipso colloquio de celebratione Concilij mentione, sua quisque Regna, à quibus diù abfuerat, reuisere cupiens ipsos conuenturos, quorum magna pars cum ipsis Principibus erat, ad propria, ad tempus aliquod, redire cupiebat, ad veniendum ad ipsum Concilium expectari; idemque chariſſimus quoque in Christo filius noster Ferdinandus Romanorum, atque Hungariæ, & Bohemiæ Rex Illustris, pro Prælatis Regnorum suorum per suas literas petierit. Nos considerantes præsentem statum Christianitatis generali omnium Nationum, ac frequentia personarum conuenturarum ad Concilium, si vnquam antea, in præsenti indigere; existimantesque cæteros conuenturos, vt ipsius colloquij finem viderent, aduentum suum ad dictam Ciuitatem Vicẽtiæ distuliſſe (magno Dei beneficio) iactis inter ipsos Principes pacis fundamentis, illamque interim pleniſſimè confectum iri, sicque Concilium ipsum feliciùs ac sanctiùs celebrari, & optatos fructus inde colligi posse, sperantes, ipsos conuenturos ad veniendum ad ipsum Concilium, vsque ad festum Paschatis Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi proximè venturi, expectandos duximus, & expectari volumus, ipsis Legatis, omnibusque, & singulis alijs quacumque dignitate fulgentibus, ad quos quomodolibet spectare possit, ne interim circa ipsam celebrationem procedant, aut modo aliquo se intromittant, in virtute sanctæ obedientiæ mandantes. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. *Datum Genuæ anno Incarnationis Dñi MDXXXVIII. IV. Kal. Iulij Pontificatus Nostri anno IV.*

Confirmant id de prorogato ad proximi anni sacrum Resurrectionis Domini diem Concilio literæ Pauli ad Internuntium in Gallia agentem, quibus encyclicas eo argumento scriptas literas promulgare atque ad Præsules transmittere iussus est.

Nuntio Franciæ.

Paul. III. lib. brev. an. 4. pag. 401.

Venerabilis frater, salutem &c. Quod nuper Niciæ cum consilio, & voluntate Serenissimi Cęsaris, & istius Christianissimi Regis concluſimus, nosque facturos eis polliciti sumus, vt Prælatos suorum, & aliorum Regnorum, qui ad Concilium per nos Vicentię indictum intra terminum vltimo prorogatum venire ob qualitates temporum non potuerant, ad aliud commodum tempus expectaremus, id quàm primùm Genuæ fuimus, cum Dei nomine, & de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio elegimus, tempus expectationis in festum Resurrectionis Dominicæ proximè futurum distulimus, literasque Apostolicas id continentes expediri, & Vicentiæ primùm publicari, indeque ad Regna Christiana transmitti iussimus, vt omnibus conuenturis innotescant. Tuæ quoque fraternitati exemplum authenticum ipsarum literarum mittentes, tibi mandamus, vt ipsi Regi Christianiſſimo, rem per nos ita, vt constitueramus, factam esse significes, & deinde istic publices, quòd vt facilius facere possis, tibi alia complura exempla litterarum eorumdem istic imprimi faciendi potestatem concedimus, eisque sic impressis, ac sigillo tuo, & tui Secretarij subscriptione munitis, plenam fidem præstari debere decernimus. *Datum Velitris XXVII. Augu. MDXXXVIII. anno IV.*

Literæ encyclicæ de prorogatione Cõcilij ad diẽ Resurrectionis Dominicæ.

36 Extortã porrò temporũ calamitatibus, ac necessitate eam prorogationem scripsit Iacobus Cardinalis Sadoletus ad Georgium Ducem Saxoniæ his verbis. *a* [Cùm tui desiderij euentum iam bona ex parte videamur nacti, duobus Principibus amicitia iunctis, bello tetro, atque exitioso per inducias dilato, aut (quod ego malim) penitùs sublata, spe pacis iniecta quàm auidissimè cuncti, & ardentissimè expectamus, reliqua *ab* cura, & cogitatio conuentus *publici*, qui in Vrbe Vicentia loco opportuno, & libero, omnes, qui Christiana Religione censentur, est indictus: post aliquas temporum prorogationes, quas necessitate fuisse expressas, qui sine cupiditate iudicant, possunt facilè cognoscere. Eo in conuentu, si concursus fuerit is, qui ad rem tantam requiritur, non diffido fore, quin ad iniustam cuiusque potentiam, sed ad bonum commune Concilia conferantur. Præsertim si Tu, & qui virtutum, ac religionis tuæ imitatores sunt, Concilio interesse studuerint. (Et paulò post) Non igitur quero, quo pacto in Concilio me geram, sed quemadmodum erga aduersarios Lutheranos mihi agendum sit, qui primùm dubito interfuturi sint Concilio, nec ne; Quãquam si pax vobis diuino beneficio donata fuerit, Imperatore Carolo soluto à bellicis curis, facilè (vt arbitror) cogi poterunt, vt interfint.]

a lib. 11 ep.

Pauli perspicui labores, & vigilantiſſima cura pro celeri Concilij celebratione, talem vim non habuerunt, vt subtrahere eum possent à morsibus viperinorum dentium Soauij: qui calumniosè in sua satyrica mẽdaciorum coaceruatione, ita audacter dixit. [Quando Imperator, & Christianiſſimus Rex, Paulo obsecundare noluerunt,

con-

consentiendo, vt suorum Regnorum Præsules Vicentiam peterent, cum tanta animi quiete negationem audiuit, vt omnes benè in dubium verterent, an affirmationem, vel suæ petitionis negationem exoptaret.] Sic Soauius carpens (vt solet) Paulum quasi à Concilio abhorrentem. Sed quàm manifestè calumnietur, luce clariùs ostendit Cardinalis Sadoletus, qui tunc temporis sequebatur Pontificem, & præsens fuit, quando isti duo Principes Concilij dilationem petierunt; & ita loquitur in *a* epistola ad Ioannem Cochlæum;

a lib. 11. ep.

„ [Hæc certè postrema eius prorogatio, rogantibus, & contendentibus ambobus Principi-

b ibid.

„ bus facta est.] Et de eadē re in alia *b* epistola, sic cum Episcopo Vpsalensi loquitur. [Et Pontifex Maximus (quod ego scire tunc potui)

„ ad omittendum Concilium, non sua sponte, „ sed duorum summorum Principum consilio, „ fuit adductus, qui, & negabant, tempus idoneum esse tantæ agendæ rei, quæ, & tranquilliorem Christianæ Reipublicæ statum, & otiū „ à Turcis, ac Fidei hostibus requirat.] Ita Sadoletus. Dilationis Concilij causas, sequenti anno videbimus. Modò ex ipsis causis pro præsenti dilatione ab ipso Imperatore adductis, scilicet non tuta pax, & non quieta tempora, clarè patet, vt in antecedentibus annis, diximus Clementem VII. optimo consilio nunquam acquieuisse conuocationi Concilij, quamuis Imperator maximo affectu coadunari peteret, quia summa prudentia tunc temporis cognoscebat, quod nūc Imperator ipse fatetur, temporum tranquillitatem maximam, quæ tunc desiderabatur, talem coadunationem Concilij requirere. Modò ad historiam redeamus.

37 Perturbati Concilij Vicentiæ indicti fama vulgata, Lutherus, vt Lutheranos maligno odio in Ecclesiam excitaret, abalienaretque ab adeundo Concilio, vel ab eius decretis suscipiendis, deterrimum librum edidit, in quo articulos impietate contaminatissimos, cum Augustana Protestantium confessione pugnantes, atque infames, partimque à Magistro Cacodæmone, vt ipsemet antea promulgarat, acceptos, describit, quos à suis Concilio proponi volebat: hos verò eruditè confutauit Ioannes Cochlæus, atque inconstantiam Lutheranæ doctrinæ in luce collocauit, vt ipse in suis Commentarijs enarrat his

Cochlæus in act. & scri. pt. Lutheri hoc anno.

„ verbis. [Cùm, inquit, Concilium generale „ esset indictum Vicentiæ celebrandum, Luthe- „ rus Theuthonicè euulgauit articulos, quos à „ suis vellet Concilio suo nomine proponi. Cō- „ tra quos Cochlæus pro honore, & salute Germanicæ Nationis respondens, rogauit, ne „ articuli vsque adeò absurdi, & impij proponantur Concilio, eò quòd pudori, ac risui forent apud reliquas Nationes. Nam plerique ex ijs articulis sunt confessioni Lutheranorum, quæ Augustæ fuerat Cæsari, & toti Imperio exhibita, contrarij: ver. grat. In confessione aiunt, falsò accusantur Ecclesiæ nostræ, quòd Missam aboleant, retinetur enim Missa apud nos, & summa reuerentia celebratur. At secundus Lutheri articulus, quem Concilio proponi velit, sic habet: Oportet Missam in Papatu, maximam, & horrendissimam esse abominationem, eò quòd directè, & violenter pugnat contra hunc principalem articulum. Sola fides in Christum nos iustificat. Ait autem Cochlæus, grauiorem inde fore ruborem proponentium in Concilio, quia secundus funda-

Cochlæus Lutheri articulos de Concilio confutauit.

„ tur super primum, qui multipliciter de falso „ conuictus, & in nulla scriptura fundatus est.] De hac Lutheranorum leuitate, fideique inconstantia, hęc grauiter Surius commemorat. *a* [Etsi „ turpissimum est in Religionis negotio diuersa, „ & quod hodie affirmas, cras negare, hodie „ asserere, quod heri negabas, tamen hoc „ apud Lutherum, & eius prȩclaram sobolem „ non valdè turpe putatur, imò verò frequens, „ & solemne est, vt eorum scripta testantur.]

Surius in comment. hoc anno.

Porrò de Cochlęi in Lutherum libro, deque Hęresiarchę impudentia, hęc eidem Cochlęo Iacobus Sadoletus Cardinalis scripsit.

Iac. Sadol. lib. 11. to. Cocl.

„ [Librum tuum in illas vesanas Lutheri declamationes legi summa cum voluptate, vehe- „ menterque probaui. Arbitror posse me affirmare, rarò adhuc vidisse quidquam in eo genere editum, quod distinctiùs mihi, & accommodatiùs scriptum videretur: atq; ex ea quidem doctrina, quam ego maximè probo, non „ spinosa, & cauillosa, sed plana atque illustris, „ è puris sacrarum literarum fontibus deprompta: quamobrem miror, illum hominem impurissimum, ita ferreum os ad contentionem „ studia afferre, vt eum neque vitæ, neque impietatis suæ pœniteat. Sed illum vlciscetur „ improbitas sua. Ego quodam alio in Opere, „ quod nunc cudo, habeoque in manibus, „ nonnulla infector Lutherana dogmata, quæ „ maximè ad reuellendam Christi Religionem „ intenta sunt.] Additque idem Sadoletus in „ eadem epistola. [Decet (inquit) istorum „ (nempè Lutheranorum) insolentiam non exasperare conuitijs, quo in genere maximè exultant ipsi, sed mansuetudine retundere, quod „ proprium officium Christiani hominis est. De „ Concilio spem non amisi, benè enim sentio de „ Pontifice Maximo. Hæc certè postrema eius „ prorogatio rogantibus, & contendentibus „ ambobus Principibus facta est: maioribus curis districti mihi videntur, præsertim tanto „ conflato aduersus Turcas bello.

Iac. Sadol. lib. 11. to. Cocl.

38 Actum est de cōcordia inter Lutheranos, & Catholicos, interprete Ioachimo Marchione Brandeburgensi, qui licet, à paternis exemplis, atque à fide Catholica, ad carnis licentiam Lutheranam defeciisset, in Cæsaris tamen fide perstiterat, nec Smalcaldico fœdere se irretierat: tùm Ferdinandus Rex Romanorum significarat Pontifici concordiam cum Principibus Lutheranis promoueri posse, si Virum peritia rerum gerendarum insignem, in Germaniam mitteret. Itaque ad id munus delectus est Hieronymus Aleander Cardinalis, multiplici scientia, linguarum cognitione ornatissimus, longoque etiam cum Germanis, atque hæreticis, vsu exercitus, instructus est amplissimis mandatis Legatus, vt Germanos ad pristinam de fide cum Romana Ecclesia consensionem reuocaret, vt subiectum Diploma docet.

Agitur de cōcordia cum Lutheranis.

Dilecto filio Hieronymo tit. S. Chrysogoni Presbytero Cardinali Brundusino nuncupato ad partes Germaniæ, Nostro & Apostolicæ Sedis de latere Legato,
Salutem &c.

Paul. III. lib. brev. anno 4. p. 395.

Christiani Orbis, & fidelium omnium custodiam, & curam, ab vnigenito Dei Filio Saluatore Nostro, Nobis diuinitùs commissam, licèt non æquis meritis habentes in terris, ad officium nostrum pertinere existimamus, diuisam ipsius Ecclesiam ad vnionem, & vnum corpus reducere, cùm præsertim pijs Principibus Christianis nos

cōa-

coadiuuãtibus faciliùs id ſucceſſurum ſperemus. Inſuper ex literis venerabilis fratris Ioãnis Epiſcopi Mutinenſis,apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Romanorum, & Hungariæ,& Bohemiæ Regem Illuſtrem, Nuntij noſtri, intelleximus,ipſum Regem eius eſſe ſententiæ, vt illi Germani, qui à S. R. E. corpore ſe ſubtraxerunt, ad ipſius Eccleſiæ vnionem aliqua ratione reducantur, petijſſeque ad hoc aliquem probum, & idoneum virum per nos mitti, ipſius enim vnionis concluſionem haud difficilem futuram retulit eidem Regi dilectus filius Nobilis vir Ioachimus Marchio Brandeburgenſis Sacri Romani Imperij Elector, qui, ſicut accepimus,in eorumdem Germanorum reductione, ac pace, & concordia ineunda ſe libenter interpoſuit, veſtigijs bonę memoriæ Ioachimi genitoris ſui inhærendo, qui ſimilium bonorum,& ſanctorum operum ſtudioſiſſimus ſemper fuit, & claræ memorię Fridericum olim Marchionem Brandeburgenſem gentilem ſuum in hoc imitando, qui in Bohemis ad vnionem ipſius Romanæ Eccleſiæ, à qua etiam ſe ſubtraxerant,reducendis,egregiam, & laudabilem operam nauauit. Nos verò, qui ſimul ipſorum Germanorum ſalutem exoptamus, ſimulque ſperamus ex eorum vnione maiora auxilia ab vniuerſa Germania contra Turcas Chriſtianitatem inuadere parantes haberi poſſe, eiuſdem Regis iudicium prudentiſſimum, ac ſapientiſſimum iudicantes, ſicut ſemper fecimus,ab eius voto non diſſentimus, præſertim chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, cum quo de hoc in Ciuitate Ianuæ egimus, in eandem ſententiam venieute: quamobrem cùm circumſpectionem tuã pro nonnullis alijs negotijs, vniuerſam Chriſtianitatem concernentibus,ad partesGermaniæ mitteremus, tibi curam hanc demandare voluimus. De tua itaque doctrina, prudentia, probitate, religione, ac veteri in ſimilibus experientia confiſi,tibi noſtro, & eiuſdem Sedis nomine ipſorum Germanorum vnionem his medijs, quæ à religione Chriſtiana, & orthodoxa fide non diſcrepent, procurandi facultatem concedimus per præſentes. *Datum Lucæ anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. IV. Non. Iul. anno IV.*

39 Demandata eidem Legato Prouincia eſt, vt cùm ad Regnum Bohemiæ eſſet acceſſurus, Huſſitarum, Piccardorum,Calixtinorumque reliquias, ab Eccleſiæ coniunctione diuulſas, Ferdinandi Regis auctoritate ſuffultus, adiutuſque, ad gremium Romanæ Eccleſiæ traduceret.

Paulus &c. Dilecto Hieronymo tit. S. Chryſogoni Presbytero Cardinali Brunduſino nuncupato ad Regnum Hungariæ, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Legato, Salutem &c.

Paul. III. lib. brev. ann. 4. pag. 396.

Admonet nos exemplum Euangelici Paſtoris, qui relictis nonaginta nouem ouibus, ad exquirendam vnam deperditam properauit, vt oues ab ouili Apoſtolico deuiantes ad orthodoxa paſcua omni ſtudio, ac ſolicitudine reducere ſatagamus. Cùm itaque nos hodie te ad Regnum Hungariæ pro interponenda noſtra, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate in pace, quæ in dicto Regno ſuperioribus diebus facta eſt, à nonnullis alijs peragendis, noſtrum, & eiuſdem Sedis Legatum de latere deſtinauerimus, tuque in tuo ad dictum Regnum itinere, Regno Bohemiæ propinquaturus ſis; nos cupientes, vt ea pars dicti Regni Bohemiæ, quæ humani generis hoſte,zizaniæ ſatore procurante,ab vnione S.R.E. per plures annos ſe ſubtraxit, ad ipſius Eccleſiæ gremium noſtris temporibus reuertatur, maximam ſpem huius noſtri deſiderij conſequendi in tua doctrina, probitate, religione, ac dexteritate repoſuimus; & hãc curam demandare tibi decreuimus: quamobrem tibi committimus, vt prouinciam hanc alacri animo ſuſcipiens,hoc negotium, quod maximè nobis curæ eſt, ad effectum perducere procures, quod quidem intereueniente,præcipuè chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Hungariæ ad dicti Regni Bohemiæ Regis Illuſtris, auctoritate, quam nobis pro re certa pollicemur, tibi ſucceſſurum eſſe non dubitamus. *Datum Lucæ die IV. Iul. MDXXXVIII. anno IV.*

40 Quæ verò à Ioachimo Marchione Brandeburgico geſta ſint pro reſtituenda Germaniæ priſtina concordia, refert Surius, illum à Ioanne Hungariç Rege præmonitum, quod Solymannus in Germaniam expeditionem meditaretur, illumque impendens diſcrimen ſignificaſſe Saxoniæ Duci, eumque rogaſſe, vt certam ineundæ concordiæ rationem perſcriberet, ſe enim acturum cum Ferdinando Rege, vt Cęſarem ad eam proclinaret. Rem Saxo cum Haſſię Lantgrauio contulit, demum ad ęquas concordię leges flecti non potuere, nec ad veritatis lucem, merſi errorum caligine oculos attollere dignati ſunt: immo in peruicacia obfirmati, negarunt aduerſus Turcam Cęſari ſe coniuncturos, niſi Cęſareus Senatus, ipſos in ius cauſa religionis vocare inhiberetur, bonorumque Eccleſiaſticorum direptionem ipſis impunè permitteret. Subornati nimirum fuere Lutherani Proceres à nequiſſimis Con-
,, cionatoribus, [qui Principibus ſuis (inquit
,, Surius) ſub verbi Dei ſpecioſo titulo multa
,, perſuaſere, quę à verbo Dei penitùs abhor-
,, rerent.]

Surius in comment.

Saxoniæ Dux, & Lantgrauius concordiam reſpuere.

Nulla itaque re geſta, Cardinalem Brunduſinum proximo anno è Germania reuerſum, narrat Angelus Maſſarellus in Diario.

Ang. Maſſarellus in Diar. m. s. Arch. Vat. p. 96.

,, Cùm Ferdinandus Romanorum Rex Suæ
,, Sanctitati ſignificaſſet,ſibi videri non adeò dif-
,, ficilè inter Catholicos, & Proteſtantes con-
,, cordiæ tractationem futuram, ſi Sanctitas Sua
,, in Germaniam aliquem probatæ exiſtimatio-
,, nis, & vitæ, ſacrarumque literarum peritia
,, præſtantem Virum tranſmitteret:Sanctitas Sua
,, Reuerendiſſimum Dominum Cardinalem
,, Brunduſinum de Latere Legatum, tùm ad
,, ipſam Germaniæ Prouinciam, tùm Regiã Ro-
,, manorum Maieſtatem deſtinauit, vt ſi qua
,, media forent, quibus aliquis amicabilis con-
,, cordiæ tractatus haberi poſſet, exquirerent,
,, qui Cardinalis ex Vicentia, vbi adhuc Conci-
,, lij Legatus agebat, XIII. Auguſti 1538. rece-
,, dens,Germaniam verſus iter aggreſſus eſt, quæ
,, in Prouincia per annum, & vltrà immoratus,
,, cùm nihil certi, aut Reipublicæ Chriſtianæ
,, vtile fieri potuiſſet, Romam, quam XV. De-
,, cembr. MDXXXIX. intrauit, à Sua Sanctitate
,, accerſitus eſt.

41 Hoc anno Vvittembergenſes Lutherani, inter ſe grauiter diſſenſere, nam cùm Ioannes Iſlebius ex primis Lutheri deliris dogmatibus deliram quoque concluſionem rectè duceret, fideles ad bona opera Diuinæ legis non obſtringi, atque effrænatam iuuentutem ad ſectam, quæ Antinomorum dicta eſt, Lutherus in Proteũ verſus, eum dam-

Diſſident inter ſe Lutherani

damnauit, atque ad Palinodiam adegit, licet eodem se, cum eo telo confoderet, de quo hæc Ioannes Cochlæus memorat.

Cochlæus in Actis, & scriptis Luth.

„ Vvittembergæ multa fuit contentio contrà quosdam Lutheranos, qui legem operum reijciebant, sicut anteà docuerat ipsemet Lutherus. Multis igitur disputationibus aduersus eos contendit, quas probrosè Antinomos vocabant. Cochlęus autem vt ostenderet ipsum magis reprehensibilem, quàm illos: aduersus quintam eius disputationem, quæ septuaginta propositiones cõtinebat, edidit CLIII. propositiones, quarum initium sic habet. Considerate quęso Lutherani quicumque docti estis, atque diserti, qualis sit noui Euangelij Architectus, Dux, & Princeps vester Lutherus, qui reprehensionis, contentionisque incessabili studio, pacisque, & vnitatis odio perpetuo nihil pensi habet, quòd sibiipsi sit contrarius, dummodò alijs quacumque occasione contradicere queat.] Miratur iure Surius stoliditatem hominum, qui garrulo illi veteratori crediderint, cùm vnam, atque eandem rem modo assereret, modò confutaret. [Nec quidquam, (inquit) tàm absurdum ab illo fieri potuit, quod non putarent homines, perperam ab eo instituti purum purum esse Euangelion.] Obseruat idem Auctor, inter Lutheranos Parœcias inuasisse plures, qui Sacerdotio non erant initiati, ex quo id dignum accidit, vt qui Sanguinis Dominici sub speciebus vini hauriendi cupiditate à ritu catholico desciuerant, nudum panem, & vinum pro Christi Corpore mirè illusi caperent. [Nullis (inquit) initiati Sacris parœcias administrandas suscipere non dubitarunt, qua in re obseruandum est arcanum Dei iudicium, quod illi, qui contra Ecclesiæ sanctionem Calicem sibi vsurpare voluerunt, Catholicosque Sacrificos criminabantur, quòd ipsis alteram speciem malignè suffurati essent, tales accepere Pastores, qui cùm nullam haberent conficiendæ Eucharistię potestatem, ac nihilominùs Sacramenta ipsis porrigerent, non aliud sanè, quàm merum panem, & vinum præberent, vtraque illis specie penitùs subtracta, & sic quidem par fuit puniri obstreperos, & refractarios, qui desertoribus, ac seditiosis Monachis potiusquam totius Ecclesiæ iudicio obtemperare voluerunt.

Surius in Comment.

42 Hoc tempore Caluinus Hæresiarcha flagitio cœpit nomen vnà cum secta latè diffundere. Hic licet cum Zuinglio præsentiam Corporis, & Sanguinis Christi negauerit, finxit tamen, horum energiam in Sacramento suo fictitio contineri, de cuius inanibus deliramentis hæc scribit Surius.

Surius in Comment.

Caluinus, nec cum Luthero, nec cum Zuinglio cõuenit in dogmate Sacratissimæ Eucharistiæ.

„ Quia mendacium nunquam diu constare sibi potest, mira quadam versutia, ita suum de Eucharistia dogma vanissimum tractat, vt neque Lutheranis penitùs accedat, neque Zuinglianis, sed vtrisque quibusdam præstigijs illudat, dum ait Carnem Christi naturalem, & esse, & non esse in Eucharistia, quorum illud Lutherani, illud verò Zuingliani docent, ad extremum tamen in Zuinglij partes propensior est, dum affirmat in Cœna Domini per fidem excipi efficaciam quandam, & vim de Carne Christi in cœlo sita defluentem; sed nihilominus de re tanta (quod necesse est à vero aberranti accidere) ferè semper pugnantia loquitur, quam ob causam Lutherani eum præstigiatorem, & sophistam vocant, quibus „ sic respondet, impostorem eum & esse, & agere, verba illius facilè declarent.

Hunc errorem horrendis alijs blasphemijs cumulauit infeliciſſimus homuncio. [Vt, Quòd scelera, & flagitia omnia Deus in homine operetur. Quòd lex, & voluntas Dei sæpè inter se contrariæ sint. Quòd Diabolus iubente, & volente Deo mentiatur in cordibus hominum, & multa alia non verbis, sed flammis tartareis vindicanda.] Subdit Auctor, insigni prodigio, ipsius doctrinam damnatam à Diuino Numine, cùm ille eam mendacio confirmare affectaret, & verbo viuum, ac sanum hominem occidisse, cùm ad vitam eum reuocasse instar Pauli videri exambiret. [Persuasit (inquit Surius) misero cuidam, vt se pateretur tanquam mortuum in Templum deportari: fecit ille, consentiente etiam eius coniuge. Porrò Caluini consilium erat, vt hominem coram populo iuberet redire ad superos, seu reuiuiscere, hominemque mox sese erigente, tam inaudito miraculo certam omninò, & sacrosanctã in Orbe terrarum doctrinam inuexisse videretur. Sed, ò Dei clementiam! quæ perfidiosi hominis astum incredibilem noluit latere mortales, vt sic maturè ab eius cõsortio se remouerent. Miser ille, qui in Templum illatus fuit viuus, mortuus indè elatus est. Cùm enim Caluinus propius accessisset, & si sua doctrina vera esset, cùm iuberet, resumpto spiritu surgere, vt homo callidus laqueo, quem alijs tetenderat, ipse strangularetur, & omnes intelligerent falsissima esse, quæ miseris pro verbo Dei venditaret. Nihil prorsùs se commouit homo, quippè omni huius lucis vsura repente priuatus. Porrò coniux illius ea re comperta, eiulatu, & clamore animi omnia replere cępit ob opinatũ dolorem. Sed Caluinus eã egregijs pollicitationibus delinit, ne rem latiùs propulsaret.] Ex his improbitatem, & hypocrisim eorũ, qui omnibus fraudibus, fallacijsq; sacrosanctam Romanę Ecclesiæ auctoritatem, fidemq; ab Apostolis acceptã conuellere aggressi sunt, cernere libet; hic verò impostor sectæ suę homines religionis reformatæ dixit, forma planè Diabolica reformatę, & concinnatæ. Irrepsit ea pestis in Galliam, quã posteà cædibus, incendijsq, deformauit, nec Venusinus Comitatus illius contagij immunis extitit, ad quem ab hac lue vindicandum Iacobus Sadoletus Cardinalis eximiam operam nauauit, vt ipse testatur his literis.

Sadolet. lib. 12.

Alex. Farnes. 475.

„ Cùm me in hæc loca ex Nicia essem recepturus, vt curam, & vigilantiam adhiberem, quod ad hosce populos in recta religione continẽdos pertinet; quòd audiebatur Lutheranos in hisce regionibus valdè increbrescere, quod ego idem quoque multorum literis cognoueram. Itaque hàc postquam veni, quid egerim, & Carpentorati, & Auenione quomodo insidias omnes eiusmodi rerum, suspiciones que compresserim, quam nunc omnia composita sint, & sedata, malo eum (nempè Pontificem) ex literis aliorum cognoscere, quàm ex meis. Certè eam, & voluntatem, & obedientiam, quam illius Sanctitati debeo, perpetuam præstabo, &c.] *Carpentorati IV. Kal. Octob. MDXXXVIII.*

43 Hoc anno Augustinus Taruisinus Concionator Ord. Augustiniani, cum Lutheranæ impietatis argutijs, conciones suas fœdasset, delatus esset, atq, Senensem Populũ in Religione orthodo-

Augustinus Taruisinus suas propositiones ab hæretica pugnat suspicione.

xa conſtantem valdè offendiſſet, in ius vocatus, propoſitiones ſuas ſaniore ſenſu molliuit, ac clementer à Pontifice habitus, apud Senenſes, adhibita ſubiecta interpretatione, purgare ſe iuſſus eſt in publica concione.

Formula prædicationis data Magiſtro Auguſtino Taruiſino Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Paul. III. lib. brev. an. 4. pag 90.

Sanctitas Sua iudicans iuſtum fore, vt vndè Populus ille (nempè Senenſis) ſcandalum paſſus eſt in perniciem, indè erigatur in ſalutem, voluit, & tibi mãdauit, vt in dicta Ciuitate Senarum in publica prædicatione, eam doctrinam, quam nobis explicaſti, & te tenere dixiſti, ità clarè, & diſtinctè dicas (prout infrà.)

I. Deus miſit Filium ſuum in Mundum, vt per ſuam paſſionem, & mortem, homines ſaluos faceret, non tamen paſſio Chriſti omnes ſaluos fecit, ſed quoſdam ſic, quoſdam non, propter ipſorum culpam, & hoc eſt, quod Theologi dicunt, Chriſtus ſatisfecit pro omnibus ſufficienter, non tamen pro omnibus efficienter.

II. Prædeſtinatio à D. Paulo toties prædicata neminem cogit ad operandum benè, nec ad ſalutem æternam, ſed quicumque obſeruant mandata Dei, & rectè operantur, ſpontè, & liberè, (cum auxilio tamen diuinæ gratiæ) benè operantur, & ſic perſeuerantes vſque ad mortem, vitam conſequuntur æternam, & omnes tales, ſic facientes Deus *infallibiliter videt, cognoſcit*, & *diligit*.

III. Multi Sancti, quando erant in hac vita, fecerunt aliqua mala opera, ſicut Dauid, qui commiſit adulterium, & homicidium, & talia opera erant vitia, & peccata, & Deo diſplicebant, & ſi in talibus perſeueraſſent, vel in articulo mortis in peccato mortali inuenti fuiſſent, Deus non dediſſet eis vitam æternam, ſed damnaſſet eos in Infernum.

IV. Deus aliquos homines punit, & damnat ad Infernum, non quia ſimpliciter ſic vult, ſed propter illorum peccata; quæ non coacti, ſed liberè perpetrarunt, & in quibus obſtinato animo perſeuerant vſque ad mortem, vel in tali articulo in peccato mortali inuenti ſunt, à quibus peccatis ſi conuerſi fuiſſent, non illos damnaſſet.

V. Multi, nunc exiſtentes in Inferno, dum eſſent in iſta vita fuerunt aliquando in gratia Dei, & fecerunt aliqua opera bona, & grata Deo, & meritoria vitæ æternæ, in quibus ſi perſeueraſſent eam conſequuti fuiſſent, ſed quia non coactè, ſed liberè talia bona opera reliquerunt, & ad crimina conuerſi ſunt, perierunt.

VI. Omnes ritè baptizati purgantur à peccato originali, ac reconciliantur Deo, ex quibus tamen aliqui damnantur, quia non perſeuerant in gratia, ſed liberè conuertuntur ad peccata, in quibus perſeuerant, vſque ad mortem, vel in eius articulo inuenti ſunt.

VII. Cùm Sancti dicunt liberum arbitrium poſt peccatum Adæ in nobis claudicare, non intelligunt, quòd non poſſumus eligere, & refutare quæcumque volumus: ſumus enim liberi ad volendum, & nolendum, ad eligendum, & refutandum, ſed per talem claudicationem intelligunt pronitatem, qua inclinamur magis ad malum quàm ad bonum, & ideò oportet multum aduertere, ne talem ſequamur inclinationem: ſimiliter intelligunt, quòd non habemus merum imperium ſuper appetitum ſenſitiuum; multi enim motus partis ſenſitiuæ inſurgunt contra noſtrum velle, ſicut dicit Paulus: [Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c.]

VIII. Communis opinio Theologorum eſt, quòd pueri decedentes ſine baptiſmate, tantùm priuantur vita beata, & nullam aliam patiuntur pœnam; aliqui tamen tenent ex verbis Beati Auguſtini, inter quos præcipuè eſt Gregorius de Arimino, quòd etiam cruciantur igne Inferni, nec ab Eccleſia aliqua iſtarum eſt determinata; ideò abſque peccato hæreſis poteſt hæc ſecunda opinio probabiliter teneri, vtpotè, quæ veritati Catholicæ non repugnat: conſultiùs tamen eſſet maiorem partem ſequi.

Hieronymus Arebiepiſcopus Brunduſinus manu propria ſubſcripſi.

Frat. Thomas Badia Mag. Sac. Palatij manu propria ſubſcripſi.

44 In Anglia Henricus Rex in grauiora prolabens flagitia à Cromuelo ſcelerum adminiſtro incitatus, hoc anno triginta ſex Franciſcanos morte affecit, vt narrat Nicolaus Sanderus.

Sander. libr. 1. de Schiſm.

Triginta ſex Franciſcani ab Henrico VIII. Angliæ necitraduntur

„ Tenebantur (inquit) in cuſtodijs ab aliquot
„ iam annis Religioſi multi Ordinis S. Franci-
„ ſci de Obſeruantia, quorum vitam eo vſque
„ produxerat Thomæ Vrislæi fauor, qui Regi
„ erat à conſilijs; nunc autem cùm eorum nul-
„ lus adduci poſſet, vt voluntati Regiæ ſubſcri-
„ beret, nec dubitaretur, quin eorum exemplo
„ nonnulli alij conſtantiores fierent: propoſitum
„ fuit Regi, vt aliquid tandem de eis ſtatueret,
„ ille quamquam omnes perdere cuperet, veritus
„ infamiam, quòd eſſent multi, aliquid tamen
„ Vrislæi gratiæ tribuere volens, ex eis, qui re-
„ manſerunt (nam in carcere nonnulli ſuum
„ diem obierant) delegit quoſdam ad varia ſup-
„ plicia, ex quibus Antonium Brorbeum vene-
„ randum Sacerdotem, tàm Græcè, quàm He-
„ braicè excellenter doctum ad decimumſextum
„ Kal. Auguſti funiculo, quo cingebatur ſtran-
„ gulandum curauit: Thomam verò Belchia-
„ mum Virum etiam doctiſſimum, licet adhuc
„ iuuenem, fame enecauit in carcere Londinenſi,
„ qui Noueporta dicitur, tertio nonas Auguſti.
„ Reuerendus autem Pater Thomas Cortus, ge-
„ neris etiam nobilitate conſpicuus, ſquallore
„ carceris extinctus eſt ſexto Kal. Auguſti. Tri-
„ ginta verò, & duo alij eiuſdem Ordinis Reli-
„ gioſi bini, & bini emittebantur ferreis catenis
„ inuicem colligati, vt in alijs Regni carceribus
„ minori populi querela, & murmuratione mo-
„ rerentur, atque hæc erat illa gratia, quam
„ Henricus de Franciſcanis amico ſuo Vrislæo
„ faciebat.
„ Inſignem autem Chriſti Confeſſorem Ioan-
„ nem Foreſtium eiuſdem inſtituti Monachum,
„ cuius antea non ſemel meminimus, voluerunt
„ Rex, & Cromuelus maioribus in Cœlum cru-
„ ciatibus emittere, eò quòd, & Reginæ Catha-
„ rinæ dilectus fuiſſet, & reliquis confidentiùs
„ reſtitiſſe Regis Primatui dicebatur; vndè ad
„ decimum Kal. Iunias in Campum Fabrum
„ Londini eductus, ad furcas duas duabus cathe-
„ nis ad brachia colligatis attollebatur, ſuppo-
„ ſitoue lento ad pedes igne, miſerabili ſpecta-
„ culo, ad mortem vſque, crudeliſſimè torreba-
„ tur. In cuius etiam inſigniorem contume-
„ liam, Imaginem quandam, ſeù Statuã ligneam
„ magnæ molis ex Vvalia allatam, eò quòd ni-
„ mio populi concurſu celebrari dicebatur, vnà

,, cum illo comburendam curarunt. (Et infrà.)
,, Ac ne in illos tantum, qui in terris agerent
,, ius habere Rex Henricus videretur, nonnihil
,, etiam in cœlites audendum putauit. Itaque
,, cùm videret Cromuelus Imagines quasdam
,, Sanctorum, itemque monumenta Martyrum
,, in honore apud plebem Christianam esse, plu-
,, rimaque donaria quotidiè offerri, Henrico
,, Auctor fuit, vt omnes Angliæ Sanctorum Ima-
,, gines celebriores, ad quas præcipua erat ho-
,, minum frequentia, atque deuotio, quasque
,, Deus velut diu piscinam Bethsaidæ, quæ
,, ab Angelo Dei commota, cum qui prior in
,, illam descendisset, à quacumque infirmitate
,, sanabat, præcipuis quibusdam miraculis po-
,, pulo suo commendauerat, vnà cum memorijs
,, Martyrum auro, & argento refertis, è medio
,, tollerentur, atque hoc artificio, dum se Idola
,, abominari fingerent, manifestum sacrilegium
,, perpetrabant. (Et paulò post). Erant autem in
,, vniuersa Anglia tres Martyrum Anglorum
,, præcipuę, maximęque celebrationis, ac ve-
,, nerationis memoriæ; Prima Sancti Albani, qui
,, primùm (quod scitur) in illa Insula sub Dio-
,, cletiano Imperatore anno Domini trecentesi-
,, mo sanguinem pro Christianæ fidei confes-
,, sione effudit, adeò vt meritò Anglorum Pro-
,, tomartyr appelletur. Secunda, erat Edmundi
,, Regis, qui propter eandem fidem à Paganis
,, extinctus fuit anno Christi octingentesimo
,, septuagesimo primo. Tertia, D. Thomæ Ar-
,, chiepiscopi Cantuariensis fuit, qui pro iusti-
,, tia, & Ecclesiasticæ libertatis defensione plu-
,, rima passus sub Henrico Rege secundo, mar-
,, tyrij palmam assequutus est anno à partu Vir-
,, ginis millesimo centesimo septuagesimo pri-
,, mo. Horum trium Martyrum (præter cæ-
,, teros) insignia erant monumenta catholici po-
,, puli, & pijssimorum Principum liberalitate,
,, tùm instituta, tùm aucta, & ornata, plurimis-
,, que donarijs pretiosissimis cumulata, quæ
,, omnia Hēricus inuasit, ac diripuit, ac indigni-
,, tate polluit, vt vir quidam doctus, ac pius, qui
,, sacrilegio interfuerat, his verbis de eo quæra-
,, tur. O si in vitam redijsset huius impij Ty-
,, ranni pius parens Henricus VII. qui tot, &
,, tantis monumentis Ecclesiam Angliæ decora-
,, uit, vidissetque à filio, quem ille tanta cura
,, educandum curauerat, ea omnia diruta, quæ
,, non solùm ipse eius Pater, verùm etiam om-
,, nes ante eum Christiani Angliæ Principes
,, Deo dedicassent, maledixisset (scio) horæ, in
,, qua illum genuerat, & diei, quo in lucem
,, prodijt, tam infaustum, pijssimæ Familiæ,
,, monstrum!]

Henricus Diuum Thomam Cantuarienſem ſacrilegè in iudiciũ vocat.

45 Subdit Auctor. Etsi Henricus aduersum omnes Sanctos bellum susceptsset, tamen capitaliore odio Diuum Thomam insectatu, quod is, pro defensa Ecclesiæ dignitate, ac libertate martyrij palmam retulisset, ac tantis honoribus cultus esset, vt maximis opibus illius monumentum auro, argento, gemmisque radiaret, impietate, iraque, & auaritia æstuans, viginti sex plaustra Boũ, vt Regius Quæstor tassus est, auro argento, & sacra veste, inde raptis, onerata auexit, vt ex alijs Templis, & Sacellis thesauros ingentes corrasisse credatur. Quod verò Gentilitium, & Turcicum furorem superat, erecta impietatis, vel Atheismi scena, Sanctum innumeris à Deo miraculis illustratum in iudicium vocauit, damnauitque. Quare impius Tyrannus iusta sententia damnari meruit à Pontifice, qui seruato iudiciorum ordine, primùm rem nefandissimam, atque inauditam in Cardinalium Senatu exposuit, vt referunt Acta Consistorialia.

,, Romæ die XXV. Octobris MDXXXVIII.
,, fuit Consistorium. S.D.N. significauit nouam
,, sæuitiam, & impietatem Regis Angli, qui
,, corpus Beati Thomæ Cantuariensis comburi
,, iusserat, & cineres spargi, & dari vento, expi-
,, lata Arca, & vasis aureis, & lapidibus pretiosis,
,, quorum magnus numerus in ea Arca inerat.
,, Quapropter Sanctitas Sua deputauit Reueren-
,, dissimos DD. Cardinales Campegium, Ghi-
,, nuccium, Contarenum, & Sancti Sixti, qui de
,, his rebus, inter se consultarent, & Suæ Sancti-
,, tati referrent.] Re diligenter discussa, visum est medio Decembri hanc decretoriam sententiam in eum ferendam, in qua post recensita impia illius gesta, iudiciariumque ordinem seruatum, hæc subduntur.

Angl. 183. Acta Conſiſt. M. 1. Card. Spad. ſ. 3. n. 350.

46 Dum ad dictarum literarum executionem deueniendum esse statuissemus, cùm nobis per nonnullos Principes, & alias insignes personas persuaderetur, vt ab executione huiusmodi per aliquantũ tempus supersederemus, spe nobis data, quod interim ipse Henricus Rex ad cor rediret, & resipisceret, Nos qui vt hominum natura fert, facilè credebamus, quod desiderabamus, dictam executionem suspendimus: sperantes, vt nobis spes data erat, ex ipsa suspensione correctionem, & resipiscentiam, non autem pertinaciam, & obstinationem, ac maiorem delirationem, vt rei effectus edocuit, peruenturam. Cùm itaque resipiscentia, & correctio huiusmodi, non solùm postea sequuta non sit, sed ipse Henricus Rex quotidiè magis se in sua feritate, ac temeritate confirmans, in noua etiam scelera proruperit, quippè, qui non contentus viuorum Prælatorum, & Sacerdotum crudelissima trucidatione, etiam in mortuos, & eos quidem, quos in Sanctorum numerum relatos vniuersalis Ecclesia, pluribus sæculis venerata est, feritatem exercere non expauit. Diui enim Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, cuius ossa, quæ in dicto Regno Angliæ potissimùm ob innumera ab Omnipotenti Deo illic perpetrata miracula in Cuitate Cantuariensi seruabantur, postquam ipsum Diuum Thomam, ad maiorem Religionis contemptum, in iudicium vocari, & tanquam contumacem damnari, ac proditorem declarari, fecerat exhumari, & comburi, ac cineres in ventum spargi iussit, omnem planè cunctarum gentium crudelitatem superans, cum ne in bello quidem hostes victores sæuire in mortuorum cadauera soliti sint. Ad hæc omnia ex diuersorum Regum, etiam Anglorum, & aliorum Principum liberalitate donaria ipsi Arcæ appensa, quæ multa, & maximi pretij erant, sibi vsurpauit, nec putans ex hoc satis iniuriæ Religioni intulisse, Monasterium Diuo illi Augustino, à quo Christianam fidem Angli acceperunt, in dicta Ciuitate dicatum, omnibus thesauris, qui etiam multi, & magni erant, spoliauit, & sicut se in belluam transmutauit, ita etiam belluas, quasi socias suas, honorare voluit, feras videlicet in dicto Monasterio (expulsis Monachis) intromittendo, genus quidem sceleris non modò Christifidelibus, sed etiam Turcis inauditum, & abominandum.

Paul. III. in Bullar. conſt. 8.

Paulus Henricũ irerum damnat.

Cùm itaque iste morbus à nullo, quantumuis peritissimo Medico alia cura sanari possit, quàm putridi membri abscissione, nec valeret cura huiusmodi absque eo quod nos apud Deum hanc causam

causam nostram efficiamus, vlteriùs recordati, ad dictarum literarum, quas ad hoc, vt Henricus Rex, eiusque complices, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces, etiam super excessibus, per eum nouissimè, vt præfertur, perpetratis, intrà terminum eis, quoad alia per alias nostras literas prædictas respectiuè præfixas se excusare, alias pœnas ipsis literis contentas incurrant, extendimus, & ampliamus publicationem, & deindè, Deo duce, ad executionem procedere omninò statuimus, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVIII. XVI. Kalend. Ianuarij Pontificatus nostri Anno IV.*

47 Celebrata est hoc anno trina Cardinalium creatio, de prima hæc referunt Acta Consistorialia. *Acta Consist. p. 345.*

„ XIII. Martij MDXXXVIII. fuit Consisto-
„ rium, in quo S.D.N. creauit in S.R.E. Cardi-
„ nales Reuerendissimum D. Archiepiscopum
„ Brundusinum, & Nicolaum Caietanum Pro-
„ thonotarium Apostolicum.] Eadem repetuntur à Blasio Cæsenate Rituum Sacrorum Magistro. *Blasius Cesenas. in Diar.*

Aleandri virtutes insignes commendarat apud Paulum, Iacobus Sadoletus extremo superiori anni his literis. *Hieronymus Aleander laudatur à Sadoleto.*

„ Incredibile est Pater Sancte, quantùm dolo-
„ rem acceperim, quòd summus, & doctissimus
„ vir Hieronymus *Aleander Brundusinus* Ar-
„ chiepiscopus ab eo honore exciderit, ad quem
„ ego vocatus sū. (Et mox) Multa enim collecta
„ sunt in eo homine magna, atque præstantia,
„ quæ in cæteris fingenda vix insunt, eaque om-
„ nia, maximè & huic tempori, & huic causę
„ necessaria. Linguarum summa cognitio, Con-
„ ciliorum, rerumque, quæ ad eam rationem
„ pertineant, omnique memoria, scientiaque ad-
„ mirabilis, vsus, & consuetudo, cum exteris
„ Nationibus, ac cum Germanica Natione præ-
„ sertim, in qua diu, & acriter, addo etiam fœ-
„ liciter, negotia Catholicæ fidei tractauit.

Ob eximiam peritiam in rebus gerendis ex Nicensi itinere illi demandatam Legationem in Hungaria, Bohemia, atque Germania vidimus. *Blasius Cesenas in Diar.*

Promotus est secunda creatione XIX. Octobris Petrus Compostellanus Archiepiscopus ad Cardinalitiam dignitatem, & Titulo Presbyterali insignitus, atque id datum gratiæ, & precibus Margaretæ Austriacæ, cui regendæ præerat, docet Petrus Paulus Gualterius. *Petr. Paul. Gualt. in diar.*

Demum XXII. Decembris auctus est Cardinalium Senatus ex variarum gentium Præsulibus præstantissimis, quorum nomina ità recensentur in Actis Consistorialibus.

„ Romæ die XX. Decembr. fuit Consistorium
„ Secretum S.D.N. absoluit Reuerendos Ioan-
„ nem de Toledo Ordinis Prædicatorum Epis-
„ copum Burgensem, & Petrum de Manriquez
„ Episcopum Cordubensem, ac Robertum de
„ Lenoncourt Episcopum Catalaunensem, nec-
„ non Dauidem N. Scotum Episcopum Mirapi-
„ censem à vinculo, quo illis Ecclesijs tenebantur, & eos assumpsit ad honorem Cardinalatus. Præterea Sanctitas Sua reseruauit in pectore Cardinalem Italum ad instantiam
„ Christianissimi Regis, & alterum ad instan-
„ tiam Venetorum.] Quinam verò hi fuerint, describunt Acta sequentis anni XXIV. Martij anni sequentis in Consistorio. [Pronuntiauit

Alex. Card. Farnes. in Act. Cōsist. fig. n. 133: p. 360. *Blasius Cesenas in Diar.* *Acta Cōsist. p. 363.*

„ Petrum Bembum Ciuem Venetum, & Ordi-
„ nis Sancti Ioannis Hierosolymitani, virum
„ doctrina, & eloquentia nostræ ætatis facilè
„ Principem in S. R. E. Cardinalem.] Alter fuit Hyppolitus Ferrariensis, de quo in Actis Consistorialibus ad XXVII. Octobr. anni sequen-
„ tis. [S.D.N. recepit ad pedes, manus, & o-
„ sculum Reuerendissimum D. Hippolytum
„ Cardinalem Ferrariensem, deditque ei pileum
„ rubeum in signum Cardinalatus cum soli-
„ tis cæremonijs.]

Hoc anno etiam Octauius Farnesius promotus fuit ad Præfecturam Vrbis, vt Acta narrant Consistorialia sub nomine Alex. Card. Farnesij con-
„ scripta, & sic dicunt: [Penultima Octobris
„ fuit Consistorium secretum. S.D.N. deputauit,
„ & constituit Præfectum Almæ Vrbis Illustris-
„ simum D. Octauium Farnesium Fratrem meum
„ germanum in quintodecimo, vel circa anno
„ constitutum, cum dispensatione super ætate,
„ quod officium vacauit per obitum Francisci
„ Mariæ de Ruuere.] *Acta Consistor. m. s. Card. Spad fig. n. 133, p. 356.* *Octauius Farnesius Vrbis Præfectus creatur.*

Non prætermittimus Paulum extremo anni exciuisse ad se Alphonsum Cardinalem Regię Lusitanæ Principem, vt eius consilio in rebus arduis veteretur.

Cardinali Portugalliæ, &c.

Omninò, fili noster, molestissima est nobis hæc cunctatio tua, dedecetque te, & florentem annis, corpore validum, non esse hoc tempore nobiscū, nec fuisse nuper Niciæ in illo congressu Summorum Principum, cùm tot senes, & valetudinarij S.R.E. Cardinales, nos, & ipsos annis graues eo sequuti essent, nullique labori, aut periculo suo pepercissent, tuæ verò præsentiæ necessitas etsi tunc magna, nunc non minor est: expeditio contra Turcas vrgenda, extirpandæ hæreses, reformandi mores, Concilium vniuersale celebrandum, multaque ad illius præparationem necessaria, ac salutaria præmittenda, quæ nobis ex consilio Fratrum nostrorum agenda sunt, ab his autem tantis, & tàm arduis consultationibus, te abesse, qui tanta auctoritate, & gratia ex tuo genere, tantaque virtute ex tua natura præditus es, indecorum tibi, & nobis, fili, est, tibi etiam propè impium, nobis te toties vocantibus non obtemperare, cùm, & Cardinalatus, & aliarū tantarum dignitatum ratione nobis omninò obedire tenearis, &c. *Datum Romæ XXI. Decembr. MDXXXVIII. Anno V.* *Paul. III. lib. brev. an. 4. pag. 625.*

Extremo anni Florentiæ funestissimus casus obtigit, quo docentur Christiani, quanto periculo nimia Librorum Gentilium lectio vsurpetur à nonnullis, qui contemptis Christi, Sanctorumq; exemplis, Ethnicorū exempla sibi imitanda proponunt, ac inanis eloquentiæ gentilitiæ philtro inescati, improuidè latentia venena sorbent, hæc enim Petrus Paulus Gualte-
„ rius narrat in Diario. [Die XX. Decem-
„ bris nuntiatum est Romæ Philippum Stroz-
„ zium (is à Cosmo Duce captus tenebatur)
„ seipsum iugulasse, & reliquisse scriptum, se
„ sciuisse mori, vbi viuere nesciuisset, & paulò
„ ante mortem legisse vitam Catonis ex Plu-
„ tarcho.]

Digitized by Google

IESV CHRISTI

Anno 1539.

PAVLI III. Anno 6. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 21.

Sequentes narrationes ex literis Cardin. Alex. Parmes. excerpta sunt, & in alijs scriptis apud Palatium, tom. 1. lib. 4. c. 9. 10.

1 ANnum à partu Virginis trigesimum nonum supra millesimum quingentesimum, indictione duodecima, lacrymis veri doloris repletum videbimus propter auctam in Germania, maximo cum detrimento Catholicæ Religionis, hæreticam luem, ex Lutheranorum Principum superba audacia, cùm sicut ipsis placebat, moderari omnia vellent. Quinimmo timor non modicus inuasit, ne in apertum bellum contra Cæsarem, Catholicosque omnes prorumperent, & timendi occasio ex fœdere Catholico processit. Opera namque indefessi Matthęi Helt Religionis Catholicæ zelantissimi Propugnatoris fœdus initum fuerat inter Cæsarem, Regem Ferdinandum eius fratrem, duos Duces Bauariæ, Georgium Ducem Saxoniæ, aliosque Catholicos Germaniæ Proceres, vt seditiosæ Smalcaldicæ Lutheranorum coniunctioni se opponerent, cui fœderi Pontifex se etiam adiunxit, vt subiectæ literæ ad Duces Bauariæ, qui eundem Pontificem de Lutheranorum maligna mente certiorem fecerant, ostendunt.

Lutheranorum audacia, & timor ab illis.

Surius in Comment.

Dilectis filijs Nobilibus viris Vvillelmo, & Ludouico Bauariæ Ducibus.

Paulus III. lib. brev. anno 5. pag. 189.

Dilecti filij salutem. Eximia, & singularis Nobilitatum Vestratum pietas, omni commendatione, & laude, apud nos, & omnes digna est, quòd illa, pro tuenda Fide Catholica nulli, neque labori, neque impensæ parcendum vmquam duxerint, sicut, & sæpè aliàs, & nunc maximè fecerunt, cùm ad nos dilectum filium Georgiũ Stokamer, familiarem suum, virum prudentem miserunt, ac de Lutheranorum motibus exoriri, istic incipientibus, nos edocuerunt; quæ vestra vigilantia (meritò) nobis fuit summè accepta, & grata, hæc est enim cura omnium, maximè nostro pectori infixa, nosque tam premit, quàm debet, itaut quamuis bello Turcico toti intenti, atque occupati simus, grauissimisque impensis propè obruamur, non tamen simus istam quoque partem, quantum vsque præstare poterimus, vnquam negaturi: sed omnes rationes, & necessitates nostras superaturi: quamobrem, & hæc statim Cæsareæ Maiestati significauimus, simusque eam ad hoc nobiscum susciendum, adhortati, & istuc ad dilectum filium Cardinalem Brundusinum Legatum nostrum scripsimus, vt super his cum Serenissimo Rege Romanorum, & Nobilitatibus Vestris agat quàm diligentissimè, vt in commune consuli, & opportunè prouideri possit. Nos quidem, vel nostra sponte, atque officio adducti, vel vestra probitate, ac studio incitati, omninò decreuimus, quantum quidē nobis licuerit, huic rei non deesse, omnesque in eo difficultates nostras peruincere, sicut hæc etiam pleniùs ex literis dicti Georgij, quòcum simus diffusiùs collocuti, Nobilitates Vestræ intelligent. *Datum Romæ XIX. Ianuarij MDXXXIX. Anno V.*

Paulus fœderi catholico se adiungit.

2 Dum igitur de hoc firmando fœdere agebatur, aliquæ literæ Ducis Henrici de Brunsuich Catholici fœderis Principis, in manibus Lantgrauij Hassiæ, qui ex præcipuis Smalcaldicæ confœderationis vnus erat, peruenerunt, quas cùm legisset, suspicari cæpit, ne armorum impetus aduersus Lutheranos verteretur. Qua de re irritatus, & à communi Protestantium discrimine, & ab illata sibi contumelia, qua epistolæ illæ eum penè dementem declarabant, omni studio elaborauit, vt socij conuentus Smalcaldici, ad agendum de tanto periculo Francfordiam conuenirent. Hoc interim spatio Pontifex, Imperator, cæterique Catholici Principes, rectè considerantes, plenam difficultatibus, periculisque rem esse Lutheranorum depressionem armis pertentare, eò quòd Protestantes adeò aucti essent, qui ni superarent, pares saltem Catholicis numero essent; idcircò de concordia agendum cum Protestantibus satiùs esse decreuerunt. Præsertim, quod iam Pontifex Marchionis Brandeburgensis rogatu, vt anno superiori diximus, Cardinalem Alexandrum suum à Latere Legatum, in Germaniam miserat, vt de concordia inter Catholicos, & Lutheranos ageret; & insuper quia multi Lutherani Concionatores, maximèque duo quasi aliorũ Coryphei Philippus Melanchthõ, scilicet & Martinus Bucerus concordiam cum Catholicis optare videbantur. Sed Io: Cochlæus, cui versutia istorum versipellium benè cognita erat, fraudem, vt magis incautos deciperent, & non pacem tale istorum desiderium iudicabat, de qua re ita Gasparo Contareno Cardinali scripsit.

De concordia cũ Lutheranis agitur

Reuerendissimo Domino, Illustrisi. Principi Contareno S.R.E. Cardinali Tit. Sanctæ Mariæ in Aquiro Domino suo colendissimo.

Io. Cochl. in mss. Arch. Vat. sign. n. 3224. in fine.

Reuerendissime Domine, clarissime, ac nobilissime Princeps. Philippus Melanchthon simulat quidem in plerisque scriptis suis desiderium pacis, & concordiæ, vbi autem serio de pace cum ipso agitur, nihil est eo intractabiliùs, nihil vafriùs, nihil proteruiùs. (Et paulò post.) Dolet mihi, spargi nunc famam, quòd Papa miserit ad eum, nescio quem Italum, qui ei promittat quingentos quotannis ducatos, vt in Italiam se recipiat, immò ex Vrbe scriptum esse audio, si non sit satis promittere quingentos, vt promittant mille. (Et infrà.) Nollem ab eo illudi falsis blanditijs Papam, & Cardinales. Scio enim neminem hostilius contrà eos viginti iam annis egisse, neque adhuc video vllum beneuolentiæ, erga vos signum, nec credo, cum vllis pollicitationibus à Vittemberga, aut à falsa doctrina distractum iri, & si vellet ipse, non permitteret ipsi Princeps Elector Saxonius, in cuius terra degit, cum, & fide data obstrinxit eum, ne discedat. Sed nec Bucero vllam puto habendam esse fidem, quamuis blandè scribat, aut pacem offerat, Apostata enim est, nunc Zuinglij, nunc Lutheri partium, qui modò Augustæ, modò Argentorati, modò in alijs Imperij magnis Ciuitatibus plebes aduersùm Papam, & contra Clerum in odium concitat; semper vagus, versipellis, & malignus, qui nuper à Lantgrauio Hassiæ Lipsiam missus est, in tractatu multa contra sectæ dogmata largitus est, quæ postea scripto comprehendit, nostrisque tradidit, paulò tamen post aliud transmisit scriptum, quo nihil sæuiùs, aut maligniùs hactenùs in omnem Clerum vnquam prodijt. Non est igitur credendum fraudulentis huiusmodi hominum blanditijs, & simulationibus. *Missæ X. Kalend. Martij M D X X X I X. Deuotus Sacellanus Io: Cochlæus.*

Simulati, & versipelles Lutherani Theologi fingunt pacem optare.

Attamen sperantes maximum ex concordia bonum oriturum, cùm Francfordiæ Protestantes conuenissent, illuc suos Legatos, vt cum Protestantibus de concordia agerent, miserunt Imperator

Protestantes Francfordiæ cõueniunt, & ibi de concordia agitur.

rator Io: Vessalium Archiepiscopum Lundunensem, Ferdinandus verò cum summa potestate, Electores Palatinum, & Brandeburgensem, qui omnes ad conuentum, cum sequenti Instructione accesserunt.

Summarium Instructionis Regis Romanorum data Oratoribus suis destinatis ad Dietam Lutheranorum Francfordiæ, vnà cum Archiepiscopo Lundoneñ Oratore Cæsareo.

M. S. Card. Sped. tom. 15. p. 398.

3 Oratores missi ad Dietam Francfordieñ die 5. Februarij 1539. Viennæ, fuerunt tres, Archiepiscopus Lundeñ pro Cæsarea Maiestate, & Melchior à Lambeg, & Doctor Iacobus Francfurter pro Maiestate Regis Romanorum habuerunt in mandatis, vt cùm primùm Francfordiam venissent, redderent Illustrissimis DD. Ludouico Palatino Rheni, ac Ioachimo Marchioni Brãdeburgẽsi Electoribus Principibus literas credentiales Suæ Maiestatis.

Deindè narrent, Legationem eorum ideò à suis Regibus decretam, quod superioribus Mensibus ipse Elector Brandeburgensis, dum Rex Romanorum Budissinæ Lusatiæ esset, rediderit Maiestatem suam per literas certioré, se valdè cupere causam litigiosæ Religionis, inter Cæsaream Maiestatem, & Protestantes (sic enim Lutheranos appellant) concordatam esse. Maiestatem Suam, tùm in se recepisse dare operam apud Cæsarem Fratrem, vt id tanquam *Religioni Christianæ* vtilissimum, executioni mandaretur. Itaque perstitisse, quod promiserat, eos verò Palatinum, & Brandeburgensem fuisse subditis, vt sciunt mediatores.

His tanquam per proœmium dictis, narrarent à principio, quòd anno 1532. transactum fuisset Norimbergæ inter Cæsaream Maiestatem, & Lutheranos, ne scilicet aliquid innouaretur in causa fidei, vsque ad futurum Concilium, quæ Inducias etiam Ratisbonæ, ac demùm Cadani confirmatæ, & renouatæ fuerunt, quamobrem expostularent, eas Inducias non fuisse à Lutheranis obseruatas, sed contra multis modis violatas, nam cæremoniæ veteres abrogatæ; Clerus bonis suis spoliatus, & multa alia ab ipsis Lutheranis, contra fas, & ius commissa fuerunt.

Cùmque ipsi Lutherani in iudicium Cameræ Imperialis ab ipsis spoliatis vocarentur, & condemnarentur ad restitutionem bonorum occupatorum, semper contumaces fuisse, causantes huiusmodi spolia pertinere ad causam fidei, de qua cognitio in Norimbergensi Dieta reiecta esset ad futurum Concilium, quam quidem rem, quoniam iure tueri non possent, desciuisse à Camera Imperiali, & libellos etiam in eam edidisse, non sine læsione Cæsareæ Maiestatis, & Regiæ. Quod etsi meritò Maiestatē Suã impellere potuisset ad exposcendas pœnas pro tali iniuria, tamen ea causa tolerasse, quo semper ab omni motu, & seditione in Imperio Maiestas Sua aliena fuisset; sed vereri tandem, nisi deinceps dicto audientes fuerint, irresuperabiles exitus Lutheranis ipsis imminere. Ad hæc adduceretur metus Turcarum, qui iam sibi viam aperuerunt, ad inuadendam Germaniam, proindè nisi maturè rebus Germanię cõsulatur, omnia in maximo periculo esse, quasi necessarium foret, tollere discordias, quæ defensionem Germaniæ impediunt: cui rei Maiestatem Cæsaream egregium principium dedisse in faciendo ligam, & confœderationem contra Turcas.

Ad concordiam autem faciendam nulla via breuior videtur, quàm si excessus commissi reciderentur, & abusus tollerentur; præterea debent orare prædictos Palatinum, & Brandeburgensem, vt quoad possint, Lutheranos à malo proposito suo demoueant, ac repellant, vel si id non possit impetrari, efficiant saltem, ne eorum veneno alios infectent, immò volentes ad se accedere, excludantur, ex debito obligationis Norimbergensis, quam concordiam ad sanum intellectum reducere debent: id si fiat, se non desperare, quin posteà in Articulis Religionis facilior concordia sequatur, vbi ista opportunè præcederent.

4 Quòd si Protestantes contenderent permanere in sua excusatione, & asserant, nihil contra concordata tentasse, sed omnia obseruasse, tunc Oratores prædicti, debent ad confutandam hanc exceptionem, producere declarationem ad instantiam ipsorummet Protestantium emanatam, vt appareat executionem eorum nullo fundamento niti, & in summa id obseruandum esse, quod in hoc negotio omnia in eo dirigantur, & noua hæc concordia, nihil noui afferat, sed per eam priora concordata corroborentur, illæsque maneant.

Si itaque sperent negotium hoc modo componi posse, debent ante conclusionem Dietæ petere auxiliũ contra Turcas, demonstrando, ob expugnatam, nuper Moldauiam, quanto in periculo res Germaniæ versentur: nam manifestum esse ex fide dignorum relationibus, Turcam id animi habere, vt primo Vere in Hungariam, vel in alias Prouincias finitimas impetum faciat, & hac de causa se nunc Andrinopoli continere, & magnum annonæ apparatum facere.

Quarè nullum tempus dandum esse, ne propter angustiam temporis Comitia Imperialia indicenda, cùm ista temporis consumatio destructionem Germaniæ pariat, sed potiùs statim subsidium pro petitione vniuscuiusque, quemadmodum in Comitijs Ratisbonæ conclusum fuit, cum effectu parandum.

Præterea ostendant Comitia Imperialia si cogerentur, damnosa fore, ante initam concordiam litigiosæ Religionis.

Si verò Lutherani noluerint prædictam concordiam inire, sed petierint, negotium sopiri secundùm articulos ab Electore Brandeburgensi transmissos, tunc Oratores replicent, tales, vel similes articulos, neque à Cæsarea, neq; à Regia Maiestatibus acceptandos, seù approbandos esse, nam in eis consentiendo, viderentur facere contra decreta orthodoxæ Ecclesiæ, quod facere nolunt, quapropter debent adhortari ipsos Electores, vt ità dirigant Lutheranos, vt à tàm enormibus articulis abstineant, & iustis medijs, & Christianis articulis contenti maneant.

Si verò post omnem adhibitam diligentiam status rerum ad priorem concordiam non possit reduci, quod tamen Sua Maiestas non potest credere, tunc Oratores curabunt, saltem in hanc formam concordiam ipsam redigere, scilicet; Quòd omnes Iuris processus Religionem concernentes, qui in iudicio Cameræ Imperialis pendent, ad vnum annum proximè futurum

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMA

Digitized by Google

turum ſuſpendantur, ità tamen, quod è conuerſo ipſi Proteſtantes, etiam in omnibus cauſis, nullis exceptis, pacificè ſuperſedeant.

Quòd Eccleſiaſtici amplius bonis ſuis, non ſpolientur.

Quòd cæremoniæ Eccleſiæ, perindè, atque nunc ſunt, inuiolatè ſeruentur.

Quòd Lutherani neminem ad ligam eorum prouocent.

Quòd ſi quis vltrò, immò eorum ſocietatem ambiret, non recipiatur, ſed omnia in eo ſtatu, quo nunc ſunt, perſeuerent.

Quòd ſi huius anni tempus breuius videatur, proponatur annus cum dimidio, ac demum concedantur anni duo integri, dummodo interim neceſſarium auxilium contra Turcas non ſuſpendatur ad futura Imperialia Comitia, ſed illud nunc paretur, & deducatur.

Poſtremò Oratores caueant, à minimo iota huius Inſtructionis recedere, nec in aliquod conſentire, quod Cæſarea, & Regia Maieſtas non poſſint coram Deo, & hominibus defendere.

Quòd ſi huiuſmodi concordia vniri non poſſit, Oratores, debeant tantiſper prorogare, donec Cæſarea Maieſtas de his omnibus certior reddatur, & ab eo reſponſum habeant; ita tamen, quòd interim nihil innouetur, ſed præſens pacis ſtatus illæſus maneat.] Hucuſque Inſtructio.

5 De concordia in conuentu actum fuit, & tandem ex multis tractationibus, ſequens valdè pernicioſum decretum Religioni Catholicæ prodijt in lucem.

Extant in m.s. Franciſci Card. Barb. tom. 3678. p. 20

Dei gratia Nos Ludouicus Palatinus apud Rhenum, Dux Bauariæ; & nos Dei gratia Ioachimus Marchio Brandeburgenſis, Pomeranię, Caſſuborum, Vandalorum, in Sileſia Croſnæ Dux, Burggrauius Norimbergenſis, Princeps in Rugeñ, Sac. Romani Imperij Archidapifer, & Archicamerarius, ambo Electores.

Receſſus Francfordienſis conuentus pernicioſus Catholicis.

Fatemur, & præſentibus notum palàm facimus, quoniam ex Norimbergenſibus Inducijs anno MDXXXII. inſtitutis, & erectis, diſſenſio quędam accidit, & Sacratiſſimus, Inuictiſſimuſque Princeps, & Dom. Dom. Carolus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniæ, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ Comes, in Habſpurg, Flandriæ, & Tyrolis, Dominus noſter clementiſſimus ex ſpeciali Imperiali miti animo, & bonitate, ad amicam, ſubditamque interceſſionem Romanorum Regiæ Maieſtatis Domini noſtri gratioſi, & noſtrum iam nominatorum Electorum, tanquam mediatorem, atque ex ſingulari propenſione, grauiſſimorum ſollicitudinis, & curarũ plenorum temporum, & extremæ neceſſitatis, ac periculorum Sacro Imperio Germanicæ Nationis, vniuerſæque Chriſtianitati imminentium, vt tandem noxia Religionis Chriſtianæ controuerſia, & diſcordia in vniuerſum tollatur, & in Chriſtianam concordiam, & vnitatem componatur, periculoſaque inter Sacri Imperij Ordines diffidentia, & diſſimulatio exterminetur, amor, pax, quies, vnitaſque plantetur, crudeliſſimo Chriſtiani nominis hoſti Turcæ, eo perſeuerantiùs, fortiùs, magiſque ſeriò reſiſtatur, atque ità, vel ſemel vtraque, & conſcientia, & infelix Chriſtianus ſanguis, in quem Tyrannicus ille hoſtis longo tempore, ſine vlla vtili, & frugifera reſiſtentia immaniſſimè ſæuijt, liberentur, ſeruentur, & protegantur. Et præcipuè, vt ad Chriſtianum, amicumque de Religionis negotijs colloquium, eò commodiùs peruenìri poſſit, conſenſit, & admiſit, vt hæc Dieta in hunc locum indiceretur, & per nos ad decentia, & tollerabilia media, ac via tractaretur. Inſuper propter eandem cauſam Reuerendum D. Io: Electum Archiepiſcopum Lundenſem, Poſtulatũ Conſtantienſem, Epiſcopum Rocchildenſem Cæſareæ Suæ Maieſtatis ad Germaniam Oratorem generalem, cum plenaria poteſtate miſit, & Romanorum Regia Maieſtas ſubſcriptos Regiæ Suæ Maieſtatis ordinatos, & conſtitutos, & Commiſſarios quoque deſtinauit, adeò quod nos per diligentem noſtram, & ſeriam tractationem negotium deciderimus, concluſerimus, & in receſſu redegerimus, eo quod ſequitur modo.

6 Principio Romanorum Imperator, vt eiuſmodi inter ordines diffidentia è medio tolli, & extingui, & vt ad præfatum Chriſtianiſſimũ colloquium eò commodiùs peruenìri poſſit, tùm etiam ex Imperiali clementia, & benignitate, eis, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, eiuſdem Religionis, nunc confœderati pacẽ, & inducias ad menſes quindecim à data præſentium incipienda prima Maij proximè futura, vult concedere, & per literas afficurare, ita quòd præfatos Auguſtenſis confeſſionis, eiuſdemque Religionis confœderatos harum tempore induciarum, nemo propter Religionem armis inuadere, violenter opprimere, debellare, aut aliqua qualicumque inſidioſa practica contra eos vti audeat. (Et infrà.) Item, omnes contra Proteſtantes in his iam dictis cauſis incepti Proceſſus per Imperialem Maieſtatem ex ſpeciali gratia, & propter bonum pacis, & Imperialis Cameræ, & alijs iudicijs, pari ratione contra Mindenſes Bannum Imperiale, & præſentium, & Norimbergenſium induciarum tempore, cum effectu ſuſpendi, & in cauſis conſimilibus contra eos procedi minimè debet. Et ſi præterea aliquis, qui Auguſtenſis ſit confeſſionis, & eiuſdem Religionis, nunc confœderatus præſentium, atq; etiam Norimbergenſium induciarum tempore ob præfatas cauſas iudicialibus Proceſſibus vlterius peteretur, & grauaretur, proceſſus tales, clauſula decreti irritantis in Norimbergenſis Imperialis pacis afficuratione incorporatæ, tenore nunc, vt tunc, & tunc, vt nunc caſſati, & annullati ſint, & per Cæſaream Maieſtatem ad partium grauatarum petitionem ſpecialiter caſſentur, & annihilentur.

Præterea contra eos, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, eiuſdemque Religionis nunc confœderati coniunctione diuiſim præfatarum induciarum, & pacis Norimbergenſis, vt ſupradictum eſt, tempore, exceptio inhabilitatis ratione religionis eorum, & fidei, quod in iudicio ſubſiſtere, aut iure agere, aut reſpondere non poſſint, in iure contra eos non practicetur, nec admittatur, ſed eis ſine huiuſmodi exceptionis reſpectu iura adminiſtrentur, & admittantur.

Contrà ſæpedicti, qui Auguſtenſis ſunt confeſſionis, eiuſdemque Religionis ſunt con-

,, fœderati, harum tempore induciarum, propter ,, Religionem, neminem, cuiuſcumque ſtatus, ,, aut conditionis fuerit, armis inuadere, vi op- ,, primere, debellare, aut qualicumque doloſa ,, practica circumuenire audeant, neque etiam ,, harum Induciarum, & quindecim menſium ,, tempore, quemquam à nouo in ſuam confœ- ,, derationem pelliciant, inuitent, aut recipiant, ,, ita tamen, quòd etiam harum Induciarum ,, tempore, propter Auguſtenſem confeſſionem, ,, & eiuſdem Religionem, nemo oppugnetur, ,, aut grauetur, & ipſa Cęſarea Maieſtas ex ſpe- ,, ciali gratia, & propter bonum pacis, apud ,, partem alteram cauere vult, vt quoque harum ,, Induciarum tempore nemo in eorum confœ- ,, derationem recipiatur.

,, 7 Præfati, qui Auguſtenſis ſunt confeſſio- ,, nis, & eiuſdem nunc Religionis confœderati, ,, tempore Induciarum quindecim menſium, Ec- ,, cleſiaſticos vbicumque habitauerint, ſiuè in ,, Prouincijs ſuis, ſiuè extrà, redditibus, cenſi- ,, bus, immobilibus bonis, quæ hactenùs poſſe- ,, derunt, & adhuc poſſident, minimè ſpoliare, ,, & priuare præſumatur.

,, Tertiò, cùm ſperandum non ſit, vt conſtans, ,, & firma pax, conſcientiarum quies, charitas, ,, amicitia, & recta, veraque in Imperio confi- ,, dentia conſequi poſſit, niſi in Religione, tan- ,, quam cauſa principali, bona Chriſtiana, con- ,, ſtans concordia fiat, præfatus Imperatoris ,, Orator conſenſit, vt Romanorum Cæſarea ,, Maieſtas Dietam fore prima Auguſti proxi- ,, mè ventura, Norimbergæ celebrandam indi- ,, cat; ibi Ordines Romanę Eccleſię adhęrentes, ,, & Status Auguſtenſis confeſſionis, cum eiuſ- ,, dem Religionis, nunc confœderatis, vtrinque ,, per ſeipſos, aut ſi magis placet, per ſuos Ora- ,, tores comparere debent. Sic tamen, vt miſſi ,, ab vtraque parte, boni, tractabiles, docti, ſa- ,, pientes, Deum timentes, pacis, & honeſtatis ,, amatores ſint Viri, non cerebroſi, non conten- ,, tioſi, non duri, & ceruicoſi, atque etiam, à ,, quibus mittitur Ordinibus, ſua ſecum affe- ,, rant teſtimonia. Hi ſtatus, aut eorum Orato- ,, res de numero perſonarum doctorum Theolo- ,, gorum, & grauium, ſapientiumque laicorum, ,, pro iam dicta conditione, de duplici concor- ,, dabunt ordine, ſine exceptione, videlicet ma- ,, iori, & minori, quos fidei cauſa, primùm ,, quidem per maiorem electorum Virorum or- ,, dinem, poſt per minorem proponatur, de ea ,, Chriſtianè, pacificè, & benignè vtrò citròque ,, conferatur, & ad Chriſtianam concordiam ,, elaboretur, & poſt id, de quo tractatum, & ,, definitum eſt, omnibus Statibus, & Ordinibus ,, comparentibus indicetur.

,, Et quamuis nos prædicti Principes Electo- ,, res, tanquam mediatores ad cauſæ vtilitatem, ,, ex noſtris perſonis, & in Imperatoris eſſet ,, arbitrio, ad Pontificiæ Sanctitati ſignifican- ,, dum, ſi fortè eandem Dietam Sua Sanctitas ,, per ſuos Nuntios inuiſere velit, tamen hi, qui ,, Auguſtenſis ſunt confeſſionis, & eiuſdem Re- ,, ligionis confœderati, ex cauſa, quòd Papam ,, pro Chriſtianæ Religionis Capite non tene- ,, ant, neque agnoſcant, & proindè proteſta- ,, tioni eorum priùs factæ aduerſetur, conſentire ,, noluerunt, vt in hanc concordiam vocaretur, ,, putant etiam ſuperuacaneum eſſe, ipſum ſuos ,, Oratores, in prædicta Congregatione, & col- ,, loquio, vt præfertur, habere. (Nonnullis alijs ,, interiectis ſubditur.) Extrà has Inducias om- ,, nes Anabaptiſtæ, & aliæ impiæ, non Chriſtia- ,, næ ſectę, & factiones, quę Auguſtenſis con- ,, feſſionis, & confœderatorum doctrinæ conſen- ,, tanea non docent, neque ſub Romana fuerint ,, Eccleſia, excludantur. Hæc namque à noſtra ,, parte non tolerantur.

,, 8 Auguſtenſis confeſſionis Ordines, eiuſ- ,, demque Religionis confœderati ad auxilium ,, contra Turcam pertinentes debent, & vo- ,, lunt vnà cum alijs Ordinibus in ea re ſe para- ,, re, & firmare. Porrò ſex Electores, & alij ,, Principes prędipui, & Ordines Imperij Roma- ,, ni, Cæſareęque Maieſtatis nomine conſcriban- ,, tur, & inducantur, vt Oratores ſuos, & Con- ,, ſiliarios, cum plenaria poteſtate proxima Do- ,, minica *Exaudi* Wormatiam ordinent, quò qui ,, ſunt Auguſtenſis confeſſionis, & eiuſdem Re- ,, ligionis confœderati, ſuos Oratores quoque ,, mittent, exhibituros contra Turcas auxilium, ,, vt de eo quemadmodum, & antea in Dieta ,, Ratisbonenſi propoſitum eſt, & promiſſum ,, vlteriùs ad id præſtandum, & perficiendum ,, conſultari, & concludi poſſit, & quicquid per ,, Electores Principes, & Generales Imperij Or- ,, dines, per potiorem, ſiuè maiorem partem ,, in hac re bonum, ac neceſſarium viſum, & con- ,, cluſum fuerit, id ab eis, qui Auguſtenſis ſunt ,, confeſſionis, eiuſdemque Religionis confœde- ,, rati, vnà cum alijs Imperij Ordinibus ample- ,, ctatur, & obſeruetur. (Et nonnullis interiec- tis, additur.)

,, Proindè nos mediatores Cęſareę Maieſtatis ,, Oratori conſuluimus, ipſumque eo induxi- ,, mus, vt propter pacem, & auxilium contra ,, Turcas, per id non impediretur, conſenſerit, ,, quòd hic Receſſus ad Imperatorem mittatur, ,, vt poſſit ſuper eo Sua Maieſtas deliberare, & ,, quod clementiſſimę ſuæ voluntati, ac animo ,, placuerit, concludere. (Poſt nonnulla alia in ,, calce decreti, hæc adiecta ſunt) Atque in ve- ,, ritatis robur, nos Romanorum Cęſareę, & ,, Regiæ Maieſtatum, Orator, & Commiſſarius, ,, & nos ambo Electores, nempè Palatinus, & ,, Brandeburgenſis mediatores, & nos Io: Fede- ,, ricus Dux Saxoniæ, quòd his Regiæ Maieſta- ,, tis Romanorum Regis titulo non conſenſerim- ,, mus, ſed circa Cadanenſem, & Viennenſem ,, concordiam permanere volumus. Et nos Phi- ,, lippus Lantgrauius Haſſiæ Comes in Catze- ,, nellenbogen, & poſtea nos Conſul, & Magi- ,, ſtratus Ciuitatis Francfordiæ ſigilla noſtra his ,, appendi fecimus. *Datum, & actum Franc- fordiæ ad Mœnum. Sabbato XIX. Aprilis à Natiui- tate Chriſti Domini Noſtri MDXXXIX.*

Litera Alexandri apud Palauic. tom. 1. lib. 4. c. 8. nu. 11.

Huiuſmodi concordia, ſic firmata, Catholicis omnibus, non modò propter Religionis detri- mentum, verùm etiam propter politica Imperatoris, & Regis Romanorum damna, maximo- perè diſplicuit. Archiepiſcopus verò Lundenſis propriæ conſcientiæ, pro præſtito conſenſu, ſti- mulis agitatus, vt ſuam cauſam defenderet, ſta- tim Pontifici literas dedit, & veloci curſu Hiſpa- niam ad Imperatorem petijt, ſperans, ſe poſſe ijs ſuadere, huiuſmodi concordiam neceſſariam fuiſſe, & vtilem etiam ſummoperè futuram. Sed Cardinalis Alexander Legatus Pontificis, quem præ cęteris hoc concordię decretum offenderat, & Ferdinando voce, & Pontifici opera ſui à ſecretis familiaris Romam ad hoc miſſi, perſuaſit, omne adhibendum eſſe ſtudium, vt Imperatori tale

Agitur de reſcindendo decreto cõcordiæ cõuentus Francfordienſis.

decretum non esse ab eo approbandum, demonstrarent. Qua de re, cùm Ioannem Riccium Montepolitianum in Hispaniam Paulus decreuisset transmittere, vt ab Imperatore extrahendi ex Sicilia frumenti, quo caritatis tempore suis populis subueniret, facultatem obtineret: dedit etiam illi in mandatis, agendi cum Cæsare, de hac iniqua concordia rescindenda, eique sequentem tradidit instructionem.

M. S. Francisci Card. Barberini to. n. 267.

9 Cum eo nefario decreto Francfordiensi niterentur Lutherani Germanos omninò ab obsequio Sedis Apostolicæ diuellere, Pontifex, Internuntij opera, Cæsarem monuit, vt illud decretum Cæsarea auctoritate rescinderet: conceptum enim id fuisse contra mentem Cæsaris, ac contra mandata Oratori data, nec confirmari posse, nisi Cæsar à fide, & obsequio Sedis Apostolicæ, cuius se primogenitum appellat, deficere videretur; nec sine etiam maximo damno Cameræ Imperialis iudicia dissolui: malè obstringi Cæsarem, ne quindecim mensium fluxu ius suum in Gueldriam contra Ducem Iuliacensem persequi posset. Saxoniæ Electorem apertè Regis Romanorum creationem oppugnare, nec Religionis tantùm causa, sed alijs de causis Cæsareę prudentię non incognitis permoueri: non enim Cæsarem latere, vt Fratri Regi, Viennę illuserit, cùm post promissum pro illius creatione consensum, acceptis iuribus beneficiarijs à Rege, re infecta discesserit. Verti etiam maximo damno rei Catholicæ, quòd nullus Catholico fœderi accedere possit, sequestræ illius pacis flexu, cùm multi accessuri illi forent, ex quorum coniunctione Lutheranorum vires debilitandæ erant. Principes omnes Catholicos decretum illud Francfordiense damnare, nec à Cæsare confirmandum opinari, ita vt à magno Principe Germano hæc concepta verba scripta ,, sint. [Nihil vmquam nebulosius esse actum, ,, quam quod actum est per Lundensem, & Re- ,, gios Commissarios in illa Dieta.]

Quã pernitiosum fuerit Religioni Catholicę decretum Francfordiense.

10 Questus porrò est grauissimè apud Cæsarem de Lundensi Archiepiscopo ob Sacramenti, quo se obstrinxerat Pontifici, Religionem violatam; acceptorumque à Sede Apostolica beneficiorum immemorem extitisse, necnon contra Cæsarea mandata iniquis Lutheranorum postulatis, cum maximo Sedis Apostolicæ dignitatis damno, nec minore Cæsareę Maiestatis iniuria assensisse: certissimè constare venalem Lundensis animum à Lutheranis corruptum fuisse, ab Augustensibus duo millia aurcorum supra quingentos accepisse, promissaque illi annua quatuor millia aurcorum à Rege Danię Lutherano ex vectigalibus Lundensis Archiepiscopatus: illum in rebus Hungaricis perfidè se gessisse, ac nefaria meditatum, callere fraudibus, & dolis, seque in Hispaniam non vocatum contulisse, vt mendacijs Cæsaream Maiestatem subornaret: egregiè enim in caput suum mentitum, cùm finxit adactum necessitate, se pactæ cum Lutheranis concordię assensisse, quòd tunc duodecim millia peditum in auxilium Lutheranorum arma sumpsissent, collectas enim tantùm fuisse copias ad quatuor, vel quinque millia, quę non Lutheranis, sed Henrico Duci Wittembergensi studebant, quibus territi Lutherani impulere Lundensem, vt Henricum Ducem Wittembergensem Cæsareo nomine deterreret, ne cogeret nouum exercitum, dum de pace cum Lutheranis colloquia conferret. Cùm verò idem Lundensis persuadere niteretur Cæsareę Maiestati, vt Lutheranos in susceptis erroribus toleraret, ac propterea sponderet Germaniam vniuersam ad ipsius nutum flectendam, circumagendamque, monuit Cæsarem Pontifex Lundensem à vero admodum aberrare.

Archiepiscopus Lundensis pecunia à Lutheranis corrũpitur.

11 In primis omninò alienum esse à Cæsareę Maiestatis dignitate, talia ipsi referri, cùm ipsa sit firmissima Catholicorum columna, fidei Christianæ, & Sacrosanctę Ecclesię propugnaculum, cum semper Religionem, & publicę rei Christianę commoda priuato commodo prętulerit: non deesse alias rationes iustas, & honestas, quibus Germania pacari possit: non defutura Cæsari Pontificia auxilia pro Hęreticis frangendis; ac cœcis ipsis manifestum esse decretum Francfordiense mandari operi non posse, nisi vniuersa Germania ad Lutheranissimum deficeret, quod sanè contingere facilè poterat. Cæsaream auctoritatem defecturam, cum Lutherana secta omne Rectorum iugum excutiat, & libertatem vnam prædicet: parum videre Lundensem, qui perdita Religione, aut discrepante inducta, Imperium seruari posse arbitretur: triste eius rei exemplum esse Imperium Orientale, quod vbi à vera Religione, & obsequio Romani Pontificis, & Sanctę Sedis Apostolicę desciuit, accisis paulatim viribus cecidit in seruitutem Turcarum, qui eo occupato singulis annis tyrannidis suæ terminos proferunt; parum notas videri Lundensi Lutheranorum fraudes, qui semper maligno, & improbissimo animo egerint cum Cæsarea Maiestate, ac dissidiorum de Religione componendorum specie, Religionem delere semper moliti sint.

Dietæ Germanicæ temp. r Religioni Catholicæ obfuerunt.

12 Tristia esse illius rei exempla, Dietam Spirensem anno huius sæculi XXVI. Norimbergensem anno XXXII. Cadanensem anno XXXIV. quando Dux Vldericus Wittembergensem Ducatum recuperauit, constititque eos motus a Lantgrauio, socijsque Lutheranis concitatos fuisse, non Religionis causa, sed vt ille Ducatus Regi Romanorum adimeretur: eius rei etiam exemplum esse colloquium Viennense, quando Elector Saxoniæ acceptis regalibus, electioni Regis Romanorum celebratæ assentiri noluit, id etiam constare ex postrema execranda Dieta Francfordiensi, in qua plura capita non spectantia ad Religionem ius Cæsareum lædunt. Non deerant eo argumento plures aliæ rationes, quas silentio premi significauit Pontifex, quòd de optima Cæsaris voluntate præsideret. His expositis de rescindendo decreto Francfordiensi, cùm Cæsarea Maiestas, atque alij Principes Christiani optimè agnoscerent, ob difficultates temporum, celebrari tunc non posse Concilium œcumenicum, quod iamdiù indixit Pontifex, ab eodem consultum est Cæsari, vt de Comitijs Imperialibus celebrandis cogitaret, ad eos motus compescendos, disturbandumque Nationale Concilium, in quo innumeri errores Cæsarcorum Administrorum culpa admitti possent, nec minora damna in Cæsaream, & Regiam Maiestatem ex huiusmodi Concilio redundarent, cùm ex eo manifesta Schismata, tàm in sacro, quàm in prophano statu emersura essent.

13 Consuluit etiam, vt indicendo Conuentui Ordinum Imperij Cæsar interesset, ac si non posset, eos constitueret Procuratores, vt admissi (eo absente) errores non patrarentur: interea omni studio, & contentione Catholicorum fœdus augere, atque ad se nonnullos ex aduersarijs pellicere niteretur; mitteret etiam aurum milita-

Digitized by Google

ſe, vt fœderatis adderet animos, fluctuanteſque ad ſe pertraheret. Certiorem etiam reddidit Cæſarem, à ſe Internuntium decretum iri ad Principes Catholicos, ad eos in ſacro fœdere confirmandos, qui etiam aurum ſubſidiarium ſpondeat, pendatque, ſi bello decernendum ſit, pro tuenda Religione, aſſerendaque Sedis Apoſtolicæ, Cæſareæque Maieſtatis auctoritate. Optimum etiam fore, Hiſpanas copias, vel Italicas ſpecie belli Turcici mittere in Germaniam, eaſque in ditione Regis Romanorum ſuſtentare, vt ingruente neceſſitate in hoſtem ſint comparatæ, accinctæque. Videri etiam propalanda in Germania, quæ Rex Angliæ recenter pro emendandis ſuis erroribus geſſerit, vtque illius ad veram Religionem reuocandi ſpes affulgeat, cùmque maledicta ſecta Lutherana in Poloniam irrepere affectet, Oratoris opera Poloniæ Regem hortetur, vt tantum malum arceat: mitti quoque ea de cauſa Internuntium, qui filio Poloniæ Regis luſtratum ſacra Pontificia prece enſem deferat, præſtarique etiam in ea re poſſe optima officia à Romanorum Rege.

Maria Regina Cæſaris ſoror Lutheranis fauet.

14 Significauit etiam Pontifex Cæſari, ſe ea Religione, qua de gerendo optimè Pontificatu Deo obſtrictus ſit, permotum paternè queri de Maria Regina Cæſaris Sorore, quæ clandeſtinè factioni Lutheranæ faueat, eamque efferat; ſubmiſſiſque hominibus, cauſam Catholicorum deprimat, atque optimè ab Adminiſtris Cæſareis conſtituta impediat. Certiſſimè conſtare Pontifici, ipſam, quo tempore Smalcaldiæ initum eſt Lutheranorum fœdus, Oratorem in eo conuentu tenuiſſe; cùmque Adminiſtri Cæſarei Catholicorum Principum fœdus promouerent, atque Electores Rheni conſtituiſſent, illi nomina ſua adſcribere, Reginam Mariam, accepta ea fama, Treuerenſi Archiepiſcopo literas dediſſe, quibus vetuit id fœdus amplecti, à quo Cæſaris voluntas abhorreret, atque ita id ſanctum opus diſcuſſum, eademque ſtropha alios Electores ab eo fœdere reuocaſſe: quæ Mariæ Reginæ literæ ab Archiepiſcopo Treuerenſi miſſæ fuere ad eum Cæſareum Adminiſtrum, qui eam ſubſcriptionem vrgebat, de quibus Cæſar ipſe certior fieri potuerit. Significatum etiam eſt Cæſari, eamdem Reginam, quo tempore Galliæ Rex mittebat ad Regem Romanorum Oratorem Epiſcopum Laſcuerenſem, vt cum Regia Maieſtate, & Legato Apoſtolico de Religionis aſſerendæ rationibus conſilia conferret, ſcripſiſſe Abbati Vincentio Cæſareo apud Gallum Regem Oratori, ne Epiſcopum Laſcuerenſem ſine nouis Cæſareæ Maieſtatis mandatis proficiſci ſineret. Quibus cauſis permotus Pontifex cùm in animum inducere non poſſet Reginam Mariam à tot Catholicis Principibus trahentem originem, cum Cæſare, Regeque Romanorum accerrimis Eccleſiæ Catholicæ, ac fidei propugnatoribus educatam, in ea crimina ſpontè ſua labi potuiſſe, ſed potiùs ab improbis Adminiſtris ad conſilia improbiſſima inclinatam, impulſamque, propterea Cæſarem hortatus eſt, vt ſalutis animæ procurandæ, honoriſque Cæſarei tuendi ergò, ſedulam operam ad præfocanda in ſuo fomite grauiſſima ea mala nauaret: interea omni ſtudio Pontificem incubiturum, vt Electores Principes fœderi Catholico ſe coniungant, vireſque omnes ad conflanda auxilia adhibiturum. *Ex Ital.*

15 Hæc vbi Cæſar ab Internuntio Pontificio accepit, ac ſimul deferri pro aſſerendo Religionis ſplendore auxiliaria arma, atque vltimum Francfordienſe decretum perpendiſſet, Pontificia circa id monita ſummę prudentię laude commendauit; & quia Pontifex referebat ad Cęſarem, quid in ea re conſilij ſuſcipiendum eſſet, ac temporis vrgebat neceſſitas, nec id decretum ratum habendum, nec prolixiores circa illud nectendas moras, reſpondit Cæſar Pontifici, ſe decretum Francfordienſe iuſta lance libraſſe, comperiſſeque contra dignitatem, auctoritatemque Sedis Apoſtolicæ conflatum, atque adeò ratum non habuiſſe, nec quidquam circa id decretum, ſine aſſenſu Pontificio acturũ: porrò animaduertendum, ne aberrantes à Fide Catholica efferantur in extremam deſperationem, ex denegata illius fœderis confirmatione, atque in extrema flagitia prorumpant, temporumque difficultate, acerbitateque, ac Turcici belli terrore, & diſcrimine in rem ſuam vtantur, & inſoleſcant, ſeque etiam ex arcano fœdere Regi Angliæ coniungant, eorumque gratia fulti terrorem incutiant nonnullis, qui in Fidei Catholicæ conſtantia hactenus perſtiterunt. *M. S. Francisci Barberini fig. n. 2678. pag. 33. Ex Ital.*

16 Quod ad Comitia Ordinum Imperij celebranda in cauſa Religionis attineret, poſt conuentum Ratisbonenſem fuiſſe animaduerſum, rem eſſe periculi plenam alia indicere Comitia, perpenſa maximè ſanctione Ordinum Imperij, ſine Cæſareæ Maieſtatis aſſenſu edita, nimirùm, vt Papa Clemens de conuocando Concilio rogaretur, quo non conuocato, Cæſar Imperiali auctoritate illud certo temporis flexu conuocaret, ac ſi huic muneri is deeſſet, vt ipſi Ordines Concilium Nationale cogerent, pro componendis Religionis diſſidijs, pacandaque Germania, aliiſque circa Diuina conſtituendis. Ex eo verò tempore res ſemper in peiorem ſtatum prolapſas, ac Lutheranos magnam Germanorum partem in ſuam opinionem pellexiſſe: atque adeò apud omnes conſpicuum, & exploratum exiſtimatum eſſe, ſi noui Ordinum conuentus fierent, non compoſitis priùs fidei, ac Religionis diſſidijs, decreta ex ijs eruptura Fidei Catholicæ aduerſantia, exitialiaque Sedis Apoſtolicæ auctoritati; ac licèt Cæſar certi quid de ſe ſtatuere non poſſit, antequàm cognouerit, qui ſequuturi ſint rerum exitus poſt expugnatum Caſtrum nouum, quæue ſint Turcarum conſilia; tamen æqua lance libratum eſſe ac iudicatum, non debere Cæſaream Maieſtatem conuentui omnium Ordinum Imperij intereſſe, ne quid ipſa præſente contra auctoritatem Pontificis, Sediſque Apoſtolicæ decernatur: tunc enim non futurum in Cæſaris poteſtate, vt huic malo remedium adhiberet, ac niſi Cæſar eum Sedis Apoſtolicæ reſpectum ob oculos propoſitum haberet, Cæſareæ Maieſtatis, Regiſque Romanorum commodis verſum iri, vt Comitijs intereſſent, in quibus Imperatoriam Regiamque auctoritatem confirmaturi eſſent.

Cæſar nouum conuentum, nouumq; colloquiũ in Germania proponit.

17 Interim viſum eſt Cæſareæ Maieſtati, ſi Pontificia Sanctitas rem approbaret, indicere alium conuentum in Germania, reformandi decreti Francfordienſis gratia; eaque occaſione, eoque tempore Viros ſapientes, ac pacis cupidos pro Religionis diſſidijs componendis in colloquium vocare, cui Pontificij Internuntij, Cæſariſque, & Regis Romanorum, aliorumque Principum Catholicorum Germanorum Oratores cum aberrantium Principum Oratoribus intereſſent, ad quod etiam Rex Chriſtianiſſimus nomine Regio virum inſignem mitteret, vti ſe

missurum postremis literis ad Cæsarem datis sponderat.

Præterea cùm . . . . . optimè ad hæc, & alia pro fide asserenda, & pro hæresum extinctione propensa sit, huic operi summopere conferre, vt ipsa Catholico fœderi defendendi sui causa, inito inter Cæsarem, Regem Romanorum, ac Principes Catholicos adhæreat (rem enim ipsius Sanctitate dignam, atque exemplum aliis egregium præbituram, maximè cùm fœdus illud non sit offensionis causa; exinde enim Catholicorum animi confirmandi, aberrantesque faciliùs ab errore reuocandi sint) propterea que apud Germanos Trapezitas vim auri insignem deponat ad minus quinquaginta aureorum millia, cùm Cæsar nomine suo centum quinquaginta millia aureorum in stipendia militum in eo sociali bello numerarit: ac quia tempus rati habendi decreti Francfordiensis in mensem Octobris proximè futuri desiturum erat, ne res in apertum bellum cum aberrantibus erumperet, scripsit Regi Romanorum, vt nouum conuentum indicat.

18 Verùm huiusmodi concordia parum profuit, nam non solùm, vti sperabatur, hæresis Lutherana coërcita non fuit, sed magis in dies velut cancer vbique serpebat, sicuti Ioannes Cochlæus Cardinali Gasparo Contareno nunciauit. *a* [Ridicula enim sunt, quæ isti homines attentant, nihilo seriùs tamen per ea demetunt, ac rapiunt totum tractum Aquilonis, non modò Saxoniam vniuersam, cum ora tota maris Baltici, sed & ampla Daniæ, Sueciæque, & Norwegiæ Regna, in quibus innumeros ordinauit Sacerdotes tales Pomeranus nouus ille Episcopus Wittembergensis, & nunc ex terris nostris ad eum, atque Lutherum viritim accurrunt sartores, sutoresque depauperati, & nouarum rerum cupidi, qui tales Sacerdotes fieri cupiunt. (Et paulò post:) Procrastinatur de anno in annum generale Concilium, interim verò secta hæc ita crescit, & inualescit, vt totam occupet Terram. Kal. Iulij MDXXXIX.] Et Cochlæum non aberratile luce clarius patuit, cùm hoc anno, post mortem maximopere lugendam Georgij Ducis Saxoniæ verè Catholici, tota illa Prouincia Lutherum receperit. Qui, cùm viueret, in omnibus locis, quæ in Lusatia, Misnia, Saxonia obtinebat, incorruptam Catholicæ fidei puritatem asseruerat, cuius mortem planxit Iacobus Sadoletus Cardinalis literis *a* ad Ioannem Cochlæum datis.

a Io. Cochl. ext. in ms. Vat. fig. n. 3224. circa medium Lutherana hæresis semper crescit.

a Sadolet. lib. 11. epist.

,, Tanto dolore sum affectus, vt moderari mihi ipsi non queam; quid enim est, quod me amantissimum talium Virorum, & rei Christianæ publicæ, maiori dolore conficere potuerit, quàm tanti Principis mors, quæ, vt ipsi forsitan matura, rei quidem publicæ extitit peracerba, mihi verò tantum mœroris, tantumque luctus attulit, vt penè mihi solus in hac calamitosa conditione temporum videar esse relictus, qui cùm die, noctuque de Republica cogitans, in hoc curas consumerem omnes meas, vt aliquando reconciliata Ecclesiæ vnitate, in pace, & otio debitum cultum Deo tribueremus, maximam cuius rei spem in illo sapientissimo Principe repositam habebam, quo nunc sublato, quid est, quod sperare amplius, aut quod nostris conatibus, & consilijs confidere debeamus? Quamquam solet Deus, cùm ad desperationem penè res ipsa nos deduxerit, subitas interdum spes, & improuisa auxilia fidelibus suis ostendere: etenim video pericula, quæ impendent, tuque satis planè omnia perscribis. Datum Carpentorati VII. Idus Iulij MDXXXIX.]

Subtatum illum veneno vnà cum filio, qui paulò ante præcipiti morte obierat, grauissima suspicio fuit, eiusque flagitij Lutheranos auctores fuisse indicant literæ Ioannis Cochlæi *b* ad Gasparem Cardinalem Contarenum datæ.

,, Dolorem nobis auget fermè in immensum horrenda de toxico suspicio, per quam Populus Dresdensis vehementer furebat in Meicum, quando inopinata morte præripiebatur filius, suppressus autem Patris auctoritate aliquantisper popularis fremitus, nunc ex patris ipsius obitu vehementer recrudescit, atque inualescit suspicio, suspicantibus pluribus ambos Principes nostros veneno perijsse, mouentur autem ad suspicandum ex accelerato vtriusque obitu. (*nonnullis de pietate eius interiectis addit*) Pastor Dresdensis, celebrata coram eo Missa, Communionem sacram, & extremam Vnctionem ei impertijt, cùm dixisset Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum, atque crebro gratias Deo agens, dixisset: Benedictus Dominus Deus in omnibus operibus suis, expirauit XX. Aprilis MDXXXIX.]

b Io. Cochl. in lit. ad Card. Contar. 1539. ext. in ms. Arch. Vat. fig. num. 3224. post. med. Georgius vnà cum filio veneno extinctus.

19 Nullos itaque Georgius *c* Dux Saxoniæ reliquit liberos, atque vt Henricum fratrem, eiusque filios Mauritium, & Augustum ad Religionem Catholicam reuocaret, hæredes scripsit ea lege, ne formam Religionis immutarent, nisi parerent, Ditiones suas in Cæsarem, ac Ferdinandum transfudit, donec vel frater, vel eius liberi, vel ex ea familia proximior conditionem impleret.

c Francisc. Belcar. lib. 22. n. 35.

At dum missi Oratores ad Henricum Ducem se conferunt, vt ei legem eam proponerent, Dux Georgius discessit è viuis, atque Henricus Dux continuò Ditionem omnem occupauit, eamque Lutherana hæresi infecit, Lutherumque Wittemberga impiorum Concionatorum turma succinctum, Lipsiam accersiuit; ac delira Hæretici mendacia pro Euangelio suis clientibus obtrusit. Abolitus tunc est pius mos in Misnæ Vrbis Ecclesia principe, diuinarum laudum nocturnis, diurnisque horis, sine vlla intermissione celebrandarum ab ijs, qui raro eximiæ in Deum pietatis exemplo, statis horis, in eo sacro concinendi munere sibi inuicem succedebant, cœlestes Angelorum sine interrupto labore Deum laudantium choros imitaturi. Ita antiquæ Religionis facies in ijs locis mutata, ac deformata est. His subijcit Surius. [Hæc faciebant Principes persuasi à Luthero, alioqui præ insita Germaniæ Principibus spectata generositate, numquam talia facilè attentaturi, quanquam in eiusmodi grauissimis rebus, nihil priuata auctoritate, sed totius Christiani Orbis consensu, omnia cum summa deliberatione & exacta maturitate transigi oportebat. Non enim satis erat Lutherum dicere hæc, & pleraque alia rectè, & ex verbi Dei præscripto fieri, cùm Hæreticorum omnium ea perpetua fuerit consuetudo, vt quæuis absurda, & impia in Orbem commenta inueherent, ea tamen verbo Dei consentanea, & ex verbo Dei profecta assererent; sed oportebat Christiani Orbis sustinere sen-

Henricus recipit Ducatum Georgij post eius mortem.

Io. Cochl. hoc anno.

Sur. in commen.

,, ten-

Digitized by Google

,, tentiam. Id quidem generoſos Principes, & ,, reliquos Germaniæ Magiſtratus magis decuiſ- ,, ſet.]

20 Pontifex verò cùm ingraueſcentis hæreſeos graſſationes plurimùm lugeret, aſſerendæ fidei ardore æſtuans animum applicuit, vt Catholicos, & præcipuè Principes a familiari Hæreticorum conſuetudine abſtraheret, quare cùm Hieronymum Rorarium Nuntium ad Regem Poloniæ Sigiſmundum ſeniorem deſtinaſſet, illi dedit in mandatis, vt Regi perſuaderet, eijcere è domo Regia impios impoſtores, ne filio ſuo hæreſis venenum propinarent. Quod ex ſequenti inſtructione, quam Pontifex Rorario dedit, innoteſcit.

☞ Paul. III. lib. breu. anno 5. pag. 346.

Inſtructio de his, quæ dilectus filius Hieronymus Rorarius Camer. & Nuntius Noſter agere debet, Noſtro, & Apoſt. Sedis nomine apud Chariſſimum in Chriſto filium Sigiſmundum Poloniæ Regem.

Gratulabitur Maieſtati Suæ idem Nuntius Noſter de matrimonio inito inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Ioannem Hungariæ Regem, & Eliſabeth filiam ſuam, noſque illis omnem fœlicitatem optare.

Referet inde prout ſuprà ad Romanorum Regem paucis quibuſdam mutatis.

Declarabit inſuper nos ægerrimè tuliſſe intelligere, quoſdam eſſe non Dei filios apud ſummæ ſpei adoleſcentem filium ſuum, qui bonam, puramque mentem eius labefactare nituntur, & in perniciioſiſſimas hæreſes inducere, quæ miſeræ illi Germaniæ exitio fuere, & egregio documento eſſe poſſunt, quàm aptæ ſint ad quodcumque etiam firmiſſimum Regnum ſubuertendum, nos certo certius habere Maieſtatem ſuam latere hæc, nec enim huiuſmodi homines auſuros talia perferre ad aures illas, quæ ſemper bonis piiſque operibus patuere, & his, quæ in Omnipotentis Dei cultum, & Sanctæ Suæ Sedis Apoſtolicæ dignitatem redundant: non temerè Maieſtati Suæ longam vitam elargiri miſericordem Deum, nempè, vt poſſit, dulciſſimi filij ſui vitam inſtituere, & iuuenilem ætatem, quæ ad malum citiùs, quam ad bonum lubrica eſſe ſolet, diuinis præceptis, veluti quibuſdam frænis cohibere, & paternam ſemitam ingredi docere. Hoc, vt tantò alacriùs facere poſſit, noſtramque erga ſe paternam charitatem agnoſcat, & adoleſcens ad benè de Chriſtiana Religione, & Sanctæ Sedis Apoſtolicę dignitate promerendum animetur, prout ipſe Pater fecit, facitque, mittere nos pileum, & enſem in ſacratiſſima Natalis Domini ☞ nocte benedictos &c.

21 De Sacro, ac myſtico hoc munere ad Sigiſmundum iuniorem tranſmiſſo extant Pontificis ad eum literæ, quibus hortatus eſt, vt Regnum Poloniæ ab hæreſeos lue vindicaret, nec à circumiectis finitimis Hæreticis contaminari ſineret, tùm amantiſſimis verbis dilectionem paternam, qua illum complecteretur, explicuit; diuinum illi patrocinium comprecatus eſt, tùm in defendenda Eccleſiæ dignitate, tùm in bello aduerſus barbaros, alioſque fidei hoſtes gerendo, ſolemni denique ritu enſem, & pileum luſtratos ſacra prece in Natalitio Domini à Gneſnenſi Archiepiſcopo illi inter ſacra myſteria tradendos ſignificauit.

Sigiſmundo Secundo Poloniæ Regi Illuſtri.

Chariſſime &c. Conſueuerunt Romani Pontifices in ſacratiſſima Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti nocte, quotannis enſem cum pileo ſolemni cęremonia benedicere, & alicui Chriſtianorum Principum dono mittere, quem & hoc ſacro munere ornent, & ſpirituali virtute aduerſus Sanctæ Eccleſiæ, & Catholicæ fidei hoſtes muniant, quòd ſi quando anteà, Fili chariſſime, nunc maximè, cum & Turcæ contra nos bellum gerunt, & hæreſes Sanctam Eccleſiam lacerant, perneceſſarium eſt, cum verò nos exemplum noſtrorum Prędeceſſorum ſequuti ipſum enſem cum pileo in proxima Natalis Dominici nocte ſolemniter benedixiſſemus, & ad quem potiſſimum mitteremus eos, animo volueremus, Tua in primis Maieſtas Nobis occurrit, quæ digniſſima eo munere nobis videretur; id enim cùm ætati, & virtuti congruit tuæ, tuique clariſſimi genitoris, tùm etiam vtriuſque veſtrum præſtantiſſimæ Religioni, & in Deum, & Sanctam Eccleſiam deuotioni aptiſſimum eſt. Ad te igitur, quem Catholicum Principem, & huius Sanctæ Sedis deuotiſſimum filium habemus, & peculiari charitate, atque affectu proſequimur, hunc enſem cum pileo per dilectum filium Hieronymum Rorarium Nuntium noſtrum præſentium latorem mittimus, Deum ſuppliciter deprecantes, vt tibi, qui vnà cum præſtantiſſimo Rege Patre tuo veſtrum Regnum venenis hęreſum vicinarum numquam inquinari paſſus es, omnem fœlicitatem concedat, dexteram eius firmet, caputque tuum hoc pileo, vi Spiritus Sancti per columbam figurati, protegat ad tutelam Sanctæ Eccleſiæ, & Catholicę Fidei, aduersùs tùm communes noſtrę Religionis, tùm particulares Catholicæ fidei hoſtes, tuamque iuuentam, indole maximæ virtutis ſplendentem, veſtigiiſque paternæ fortitudinis gradientem, ad ſummum gloriæ, & laudis culmen perducat. Tu igitur pro tua pietate hoc munus noſtrum Chriſtiano affectu, & deuota veneratione ſuſcipies, nec tàm muneris qualitatem, quàm myſterium, & vim ſpiritualem eius perpendes, ob quæ maximi quique Principes, ſemper ſe hoc munere valdè à Sede Apoſtolica honeſtatos putauerunt, ſicut & Te pro noſtra in Te beneuolentia, tuaque pietate exiſtimaturum ſperamus. Vt autem donum ipſum debita cum cęremonia, ſicut a nobis benedictum eſt, Tuę Serenitati tradatur, mandamus Venerabili fratri Archiepiſcopo Gneſnenſi, vel cuiuis alteri Catholico Antiſtiti per te eligendo, vt ſolemni Miſſa in aliqua Eccleſia per te pariter eligenda, ab eo in tua præſentia celebrata, poſt eius ſolemnia dictum enſem cum pileo Tuę Maieſtati ex parte noſtra aſſignet &c. *Datum Romæ apud S. Petrum XXIX. Iunij MDXXXIX. Anno V.*

☞ Blof.

Paulus III. lib. breu. anno 5. pag. 180. Roſam auream Paulus III Sigiſmundo filio Sigiſmundi Regis Poloniæ mittit.

Conſeruatam hactenus in Polonia incorruptè fidei puritatem, ſcripſit Ioannes Cochlęus proximè ineunte anno ad Epiſcopum Veronenſem; at Brandeburgenſem Ditionem ad Lutheraniſ- ,, mum hoc anno deſciuiſſe. [In Regno Po- ,, lonię omnia adhuc ſeruantur, quę ſunt Catho- ,, licę Religionis. Cęterum Marchio Brande- ,, burgenſis Elector, nuper inſtinctu Philippi ,, Melanchonis, Luthericam fecit ordinationem ,, in Terris ſuis, vocatis ad eam Dietam Pro- ,, uincialem tribus Epiſcopis, è quibus vnus ,, Brandeburgenſis conſentiſſe dicitur, & Miſſam ,, Theutonicè celebraſſe, in qua ſub vtraque ,, ſpecie communicauerat Principem, & Auli- ,, cos eius. Audio & Vicelium, qui apud ip- ,, ſum Berlini eſt, ad eam rem cooperari, non- ,, dum tamen certum habeo, quid faciat.]

Io. Cochl. ad Epiſ. Veronenſem ext. in m. s. Arch. Vat. fig. 3224. circa fin.

22 Interim Pontifex cùm in Eccleſia priſti-

num

num Sanctitatis nitorem restituere, ac Romanę Curię corruptelas, quę temporum prauitate inoleuerant, delere percuperet, iam superiore anno, doctrina & probitate conspicuos Viros huic operi præfecerat, à quibus ex arcano consilium pijssimis refertum sententijs Paulo datum fuerat. Quod cùm apud Lutheranos peruulgatum fuisset, mox Lutherus hostis sanctitatis, morum corruptor, & disciplinæ osor, nefarium libellum edidit, quo contendebat stultè, & impiè ea sanctioris disciplinę instituta cum suo figmento impio pugnare; cùm ipse eo statuisset fide sola iustitiam comparari, aduersante contra Apostolo: *Non auditores verbi, sed factores Legis iustificabuntur*. Aduersùs Lutherum autem, & Sturmium, qui non adeò procaci impudentia calamum strinxerat, scripsit Ioannes Cochlæus, vt ipse narrat.

Cochlæus in Actis & scriptis Lutheri.

„ Euulgatum fuerat egregium quoddam consi-
„ lium de reformanda Ecclesia, & emendandis
„ Romanæ Curiæ abusibus à septem doctissimis,
„ ac integerrimis Viris, ipsi Pontifici in secreto
„ datum, nempè à Cardinale Contareno, Car-
„ dinale Theatino, Cardinale Sadoleto, Cardi-
„ nale Polo Anglico, Archiepiscopis Salernita-
„ no, & Brundusino, Episcopo Veronensi, Ab-
„ bate S. Georgij Veneto, & à Fratre Thoma
„ Magistro Sacri Palatij. Hi igitur circa finem
„ sui consilij ita subiunxerunt: Hæc sunt, Bea-
„ tissime Pater, quæ pro tenuitate ingenij no-
„ stri colligenda esse duximus, & quæ nobis
„ corrigenda viderentur. Tu verò pro tua bo-
„ nitate, & sapientia moderabere: nos certè,
„ si non rei magnitudini, quæ nostras vires lon-
„ gè superat, conscientiæ nostræ satisfecimus,
„ non sine maxima spe, vt sub te Principe videa-
„ mus Ecclesiam Dei purgatam, formosam
„ vt columbam, sibi concordem in vnum cor-
„ pus, consentientem cum æterna tui nominis
„ memoria. Sumpsisti tibi nomen Pauli, imita-
„ beris, speramus, charitatem Pauli, electus fuit
„ ille, vt vas, quò deferret nomen Christi per
„ Gentes, te verò speramus electum, vt nomen
„ Christi iam oblitum à Gentibus, & nobis
„ Clericis restituas in cordibus, & in operibus,
„ nostras ægritudines sanes, oues Christi in
„ vnum ouile reducas, amoueasque à nobis iram
„ Dei, & vltionem eam, quam meremur, iam
„ paratam, iam ceruicibus nostris imminen-
„ tem.]

Contra hoc pium, ac salutare optimorum Virorum consilium duo prodierunt libelli, vnus à Ioanne Sturmio editus Latino sermone, alter in Germanicum idioma translatus à Luthero, appositisque in margine annotationibus impijs contaminatus: Sturmius verò Rhetoricam Argentinæ profitebatur, ad quem & scripsit Cochlæus breuem libellum, qui inscriptus est, Æquitatis discussio super consilio delectorum Cardinalium &c. in quo inter cætera sic ait ad Sturmium:
„ Attamen nihil dùbito epistolam tuam longè
„ æquiori animo à doctis, & grauibus Viris legi
„ quàm Theutonicam aduersus Viros illos Lu-
„ theri interpretationem. Tu enim à conuitijs
„ nonnihil temperas: Lutherus autem non ve-
„ retur, tantos Viros, quorum eruditionem, vi-
„ tæque integritatem (quam & tu fateris) nouit,
„ ac laudat vniuersa Italia, dicere perditos, ac
„ deploratos nebulones. Tu Latinè scribis, vt
„ queant intelligere, quid reprobes, & quid re-
„ prehendas, atque quid ampliùs ab eis deside-
„ res: Lutherus autem Theutonicè ad rudes
„ Germaniæ plebes, illos nequiter traducit, si-
„ cut fecit olim aduersùs Ezechiam Regem im-
„ probus Rapsaces. Tu eos in quibusdam laudas,
„ ac probas: Lutherus absque discrimine cun-
„ cta refutat, etiamsi tam manifestè bona sunt,
„ quæ illi dicunt, vt à nemine nisi ab impijs, &
„ insanis, sensuque communi carentibus, repre-
„ hendi queant: ipse per calumniam in contra-
„ rium retorquet sensum, tamquam fictè, ac
„ dolosè, aut per ironiam mentisque peruersi-
„ tatem dicta sint. Tu hortaris illos ad cœpta
„ perficienda, ille verò dira eis imprecatur pro
„ eiusmodi pacis, & reformationis consilio. Tu
„ Synodum generalem non omninò renuis, aut
„ respuis, ille compluribus libellis, varijsque
„ figmentis, & picturis, atque Theutonicis
„ rhythmis omnem Synodum œcumenicam ca-
„ lumniatur, ac recusat. Tu spem aliquam ad
„ concordiam nobis relinquis, ille iampridem
„ nobis minatur bellum perpetuum, vt nec vi-
„ uus, nec mortuus, vllam nobis pacem, aut
„ quietem sit permissurus &c.

Quamquam autem Lutheri impietas adeò conspicua esset, tamen Sectarij immensis eum laudibus efferre, & conferre cum B. Paulo Apostolo non perhorruerunt, atque Eliam illum appellarunt, quorum impudentiam refregit Caluinus Hæresiarcha, qui in immanem draconem excrescens, Luthero inferior videri nolebat: ac verè obiecit Lutheranis Scripturam ab ijs turpiter, ac pudendum in modum corruptam, vt D. Ioannis Baptistæ spolijs Lutherum exornarent: quamuis enim non negarent in Ioanne Baptista factum, quod de venturo Elia prędixerat Malachias, volebant tamen de Luthero intelligi hoc vaticinium, quòd sit Elias ille, per quem restituenda fuerint omnia; atque hisce mendacijs populos fascinarunt, quibus quadrat illud Esaiæ: *Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum*. Quàm præclarè enim omnia ab eo restituta sint, corruptæ Scripturæ, scelerum omnium inducta licentia, conflatæ hæreses, euersa Templa, bellisque ciuilibus fœdata Germania, testantur.

Surius in comm. hoc anno.

23 Hoc anno prima die Maij Isabella Imperatoris vxor è mortali vita decessit, cuius pulchritudinem, cùm in horribilem, fœtidamque deformitatem a morte non post multos dies conuersam considerasset Franciscus Borgia Dux Gandiæ, decreuit alij Domino, qui corruptioni non subiaceret, totis viribus deseruire, quare post mortem suæ vxoris, relicto sæculo, in nascente Orbi, maximo spirituali bono Religione Soc. Iesu, ei adscribi voluit, ibique cùm ad perfectionis culmen peruenisset, meruit, post nonaginta & nouem, à sua morte, annos, inter Sanctos referri à Clemente X. Summo Pontifice, anno à Natiuitate Domini MDCLXXI. Defuncta igitur Imperatrice, Paulus Pontitex Cardinalem Alexandrum Farnesium Nepotem suum Legatum à latere Imperatori destinauit, vt consolatorijs verbis eius dolorem deliniret, hisque ampliſſimis mandatis eum instruxit.

Francisci Borgiæ conuersio & canonizatio.

Primum, vt de pace cum Rege Galliæ ageret, pro qua firmanda Ducatum Mediolanensem Regi Galliæ tradere necesse erat; quare dum Pontifex Cæsarem, vt eo decederet, hortabatur, publico magis bono, quàm temporalis status Ecclesiæ securitati, propter Vrbes Parmæ, & Placentiæ, atque suæ Domus vtilitati prouidebat: Octauius enim Nepos, cùm gener esset Imperatoris, huiusmodi

Digitized by Google

modi Mediolanenſis Ducatus ceſſionem minimè approbaſſet: ideòque duo ad maiorem pacis conſtabiliendæ firmitatem matrimonia Imperatori proponebat, videlicet, vt Duci Aurelianenſi Regis Galliæ filio propriam traderet filiam, ipſeque in coniugem filiam Franciſci Regis duceret: at Imperator pacis tractatui, non autem matrimonijs benignas porrexit aures.

24 Secundò, Legato demandatum fuit, vt de re Anglica ageret, ſcilicet, vt Imperatorem ſedulò excitaret, vt vnà cum Galliæ Rege Oratores ad Henricum Angliæ Regem mitteret; ei conteſtando, ni pareret Eccleſiæ, ab eo ſe abalienaturos, ac aduerſus ipſum arma ſimul ſuſcepturos. Cæſar ſe excuſauit potiſſimùm, quia cùm Lutherani in Germania plures ſint, ac inopes, ad primum belli rumorem contra Angliam, turmatim illùc, vbi Henricus pecunia abundabat, & militibus egebat, aduolaturos: iamque quatuor mille pedites Germani in oris Oceani morarentur ad ſuppetias Anglo adminiſtrandas: Ideò Cæſaris ſententia fuit, vt Lutherani priùs deprimerentur, in quorum ſubſidium Henricus in pace viuens, nec quadrantem commodabit. Legatus autem ijs rationibus non acquieſcens, aſſerebat Sedis Apoſtolicæ dignitatem requirere, vt ſaltem Oratores, qui conteſtarentur contra Anglos, decernerentur. Imperator autem, expectandum eſſe, quid Cardinalis Polus (qui poſtquam cum Cæſare collocutus fuerat, iter ſuum in Galliam direxerat, & Carpentoràti morabatur, timens Regis Angliæ inſidias) cum Galliæ Rege egerit, reſpondit.

Tertium negotium de Concilio erat; de quo nihil certi Legatus diſcedens à Pontifice in mandatis habuit, ſed quid in primo Conſiſtorio à Cardinalibus decerneretur, antequam ad Cæſarem perueniret, Pontifex ſe ſignificaturum promiſit.

Paulus optat Cõcilũ conuocare *M. S. Card. Bernard. Spadæ to. 133. pag. 346.*

25 Pontifex Concilium cogere maximè percupiens nouos elegit Legatos, vt illud quantocyus aperirent; ſcilicet Cardinales Prænestinum de Campegio, Simonettam, & Brunduſinum, cum facultatibus in literis latiùs expreſſis, vti aſſerunt Petrus Paulus Gualterius in Diario, confirmatque Angelus Maſſarellus qui addit, Pontificem die 21. Maij extraxiſſe Concilium ad tempus incertum ex cauſis in literis latiùs exponendis, quas ſubijcimus.

Cauſæ, propter quas S. D. N. ad præſens prorogat celebrationem Concilij.

☞ *M. S. Franciſci Card. Barberini pag. 2677. pag. 9.*

26 In primis quia Sereniſſimus Imperator & Chriſtianiſſimus Rex Franciæ, ob conuentum tàm primum, quàm ſecundum, diù abfuerunt à locis eorum ſolitæ reſidentiæ, & vnus ex eis venit extra Regna ſua, alius de vno extremo venit ad aliud extremum Regnorum ſuorum. Volunt ad dicta loca eorum reſidentiæ redire, ne eorum Regna, & Dominia, ex eorum abſentia vlteriùs patiantur, & ipſi deſiderent perſonaliter intereſſe Concilio, & ſtatus temporum requirit, vt ipſi, vel ſaltem vnus eorum ſit præſens in Concilio; ad hoc, vt ipſum Concilium fructum, qui ſperatur, & neceſſarius eſt, pariat.

Poſt indictionem Vicentini Concilij.

Item, cùm cœptus ſit tractatus pacis, & in fœdere nunc inter iſtos duos Principes inito ſit concluſum, quod ipſe tractatus continuetur, & adhuc vterque Princeps Miniſtros ad S. D. N. mittat, adeò quòd ſpes verisimiliter haberi poſſit, quòd breui pax hęc concludetur: videtur expediens, quod reſeruetur celebratio Concilij in tempus concluſionis dictæ pacis, quia tunc erit plena reconciliatio, non ſolùm inter dictos duos Principes, ſed etiam inter alios diſſidentes, cùm omnes ferè ab iſtis duobus pendere videantur, & ſi Concilium celebretur facta vera reconciliatione, multò plus boni poterit inde ſperari, cùm ſine reconcilatione non ſit amor, & ſine amore nulla charitas, & ſine charitate, vt Apoſtolus teſtatur, nihil boni.

Item, cùm inter Chriſtianas Nationes, Germanica vna ex principalibus habeatur, & ſit, & in ipſa diuerſę ſint inter Magnates, & Eccleſiaſticos diſcordiæ, adeò quòd ipſis ſtantibus, cùm quiſq; propria domo relicta, magis rebus ſuis timeat, nulla videatur haberi poſſe ſpes, quòd ad ipſum Concilium veniant; expedit celebrationem Concilij differri adhuc, vt interim poſſint dictæ diſcordiæ ſedari, & facta inter eos reconciliatione, & vnione, ac animo in tranquillitate poſito, poſſit eorum aduentus ad Concilium ſperari, & quòd ad hunc finem expediat Concilium prorogari, ſentit Cæſarea Maieſtas, & Sereniſſimus Rex Romanorum, qui etiam aſſerunt, ſe inter ipſos Magnates reconciliationem, & vnionem ſperare, quod non eſt credendum ab eis ſine fundamento fieri, tùm ob eorum prudentiam, tùm ob experientiam rerum Germanicarum.

Item, cùm dubitetur, quòd Turcarum tyrannus cum validiſſimo exercitu ſit afflictam Hungariam aggreſſurus, vt eam in totum ſuæ tyrannidi ſubijciat, quo facto ſatis videri poteſt, quod cum euidenti periculo totum Chriſtianitatis reſiduum remaneret: & cum ad reſiſtendum infidelium furori videatur decens eſſe (prout etiam ſeruatur) quòd perſonę Eccleſiaſticę interueniant, illæ præſertim, quæ ſtatum Epiſcopalem habent, prout multi Prælati tàm in Germania, quàm in Hungaria habent, & ſi eodem tempore neceſſe eſſet, illos Prælatos vacare Concilio, & defenſioni aduerſus infideles, cogerentur alterum dimittere, ideò videtur expedire, vt tutior pars eligatur. Eſt autem tutius, quòd celebratio Concilij, quę tanto tempore dilata eſt, etiam ad aliquod modicum tempus differatur: quam quòd vacando Concilio permittatur Turcarum tyrannus fieri dominus Regionum Chriſtianarum. Tunc enim fruſtra celebraretur Concilium. Et certè nulli dubium eſt, quòd imminente Germaniæ, & Hungariæ periculo, quod nunc imminet, nullus ex illis Prælatis inde diſcederet, vt ad Concilium veniret, & ſic omnes iſti deficerent in Concilio, quòd ſi vmquam generale, ſeu vniuerſale fiat, expedit, vt nunc ſit generaliſſimum, & vniuerſaliſſimum.

Nullus Vicentiæ cõparet.

Item, licèt S.D.N. iam ſunt duo menſes, miſerit tres Cardinales Legatos Vicentiam, cauſa celebrandi Concilij, nullus tamen adhuc ibi ad hunc finem comparuit, nec auditur, neque videtur aliquod ſignum, quòd de proximo aliquis ſit illùc venturus. Quare non ſolùm videtur expedire, ſed neceſſarium eſſe, quòd fiat huiuſmodi prorogatio.

☞ *Ang. Maſſarell. vbi ſup. tom. 13. de Concilio m. s. Archiv. Vatic. n. 320. pag. 294.*

Scribit Angelus Maſſarellus earum literarum exemplum tranſmiſſum fuiſſe ad Imperatorem, atque ad Reges, & Principes X. Iunij, ad quas Ferdinandus Rex, qui eandem prorogationem etiam expetiuerat, ſubiectis verbis reddito reſponſo, Pontificium illud decretum commendauit.

Ferdinandi Regis Romanorũ literæ.

Beatiſſime, &c. Redditæ ſunt nobis Beatitudinis Veſtræ literæ à Reuerendo ſincerè nobis dilecto Ioanne Epiſcopo Mutinenſi, illius, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Nuntio ad nos remiſſo:

ex

ex quibus Concilij celebrationem Sanctitati Veſtræ in magis idoneum tempus ſuſpenſam eſſe intelleximus; id quod noſtro quidē iudicio à ſe tùm ſapienter, tùm prudenter factum fuiſſe videtur, ob preſentis nimirùm temporis ſtatum, rerumque publicarum conditionem. Neque dubium nobis eſt, quin eadem Beatitudo Veſtra conſilium ſuum deinceps quoque, cum Sacrę Cęſareæ, & Catholicę Regię Maieſtatis voluntate coniungat, ita vt quamprimùm expediens fuerit, Concilij inchoandi, celebrandique curam non ſit abiectura. Commendamus nos pro ea, qua decet, obſeruantia, Sanctitati Veſtræ obſequenter humiliterque. *Datum Viennæ XVIII. Iulij MDXXXIX.*

27 Interim vigilantiſſimus Pontifex magnum, & ſæuum bellum Turcicum illis diebus Chriſtianitati toti imminere pręuidens, vt eam ab impiorum armis defenderet, totas vires collocauit, qua de re Sigiſmundo Regi Poloniæ reſcribens, eum vehementer hortatur, vt toto conatu Turcicis armis ſe opponat.

Sigiſmundo Regi Poloniæ.

Paul. III. lib. breu. an. 5. pag. 42.

Chariſſime &c. Literas Serenitatis Tuæ recepimus, in quibus pio affectu Nobis gratularis de concordia per Nos inter Cæſaream, & Chriſtianiſſimam Maieſtates conciliata, Noſque ob eam rem multis, atque humaniſſimis verbis laudas, quòd officium exequuti noſtrę perſonę conueniens, grauibuſque periculis eo facto Chriſtianitatem vniuerſam liberauerimus, quæ tuæ Serenitatis erga Deum, & Rempublicam Chriſtianam pietas te digniſſima, nobiſque gratiſſima ſuit, vt debuit. Noſtræ verò laudes à te ob amorem largiùs congeſtæ, ſi humanos reſpicimus affectus, gratæ nobis admodum eſſe poſſunt, tamquam à clariſſimo, & laudatiſſimo Principe profectæ, gratiaſque pro illis Tuæ Serenitati agimus, ſed eſt hæc omnis, fili chariſſime, laus, & gratulatio ad Deum Omnipotentem referenda, qui ſicut antea noſtris prouocatus offenſis, eorum Principum corda tām indurari permiſerat, mox inenarrabili ſua clementia, repentinoque ſui Numinis inſtinctu duritiem eorum Principum molliuit, animos flexit, ſuiſque fidelibus in tempore opportuno ſubuenit, ne attriti inter ſe diutius, mox præda hoſti potentiſſimo fierent, qui ſanè iamdudum mutuo noſtrorum concurſu gaudens, ita in occaſionem noſtri exitij intentus, inſtructuſque eſt, vt ei nullo pacto obſiſti potuiſſet, niſi hoc ſubito Dei beneficio arma, atque iræ à noſtris cepoſita fuiſſent. Non igitur nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, Tuum hoc munus fuit, tua benignitas, nihil enim antea nos, neque literis, neque Nuntijs, neque Legatis noſtris proficere vnquam potuimus, donec ſplendor tuæ miſericordiæ ſubitus erupit. Tibi igitur gratias agimus, quas poſſumus, neque enim poſſumus, quantas debemus, eo etiam iuſtius, quòd nos, licèt indignos, & meritis impares, huius tui Cœleſtis beneficij operatores, & miniſtros eſſe voluiſti. Laudamus igitur, fili chariſſime, pro hoc munere largitorem ipſius muneris Deum, ac Dominum noſtrum, agamus ei gratias pro tanta eius clementia, oremuſque ſupplicite, vt hoc eius beneficium, ſicut præſtitit maximum, ita velit eſſe perpetuum, quo Chriſtianorum ſalus, ac ſecuritas ſtabiliri, & certiùs confirmari poſſit, non ſolùm hoſtili ſoris metu, verùm etiam hæreſibus domi ſublatis. Ad quorum etiam medelam, & belli Turcici proſecutionem; ad quod nos hortaris, agnoſcimus pietatem tuam, quod verò opem, & operam tuam in id offers, etiam gratias agimus, rogamuſque, vt nobiſcum vnà, qui, Deo teſte, in hoc omni cura incumbimus, hanc te digniſſimam actionem ſuſcipias, neque enim dubitamus, quin tua, tamque pręſtantiſſimi Regis auctoritas, virtus ac fœlicitas, Nobis maximo adiumento in his eſſe poſſit, &c. *Datum Romæ III. Februarij MDXXXIX. Anno V.*

28 Dum his indefeſſo ſtudio incumberet Pontifex, excepit nuntium ex Hungaria à Ioanne Rege, Turcas, initæ inter ipſum, ac Ferdinandum concordiæ odio, vires ad Hungariam occupandam conflare, atque ex eo Regno, ſi Turcicæ ſubijceretur ſeruituti, tyrannidem ad reliqua Chriſtiani Imperij Regna inuadenda prolaturos, qua noua accepta fama permotus, Hieronymum Rorarium ad Ferdinandum Romanorum, Bohemiæ, Hungariæque Regem miſit pro neceſſario bellico apparatu ad Turcas retundendos inſtruendo.

Ferdinando Romanorum Regi.

Paul. III. lib. breu. anno 5. pag. 181.

Chariſſime &c. Fuit apud nos Ioannes Statileus electus Tranſyluanienſis, qui Regis ſui nomine expoſuit nobis quantum, & quàm certum periculum illi ſuæ parti Regni Hungarię immineat, niſi ei maturè prouideatur: Nos autem ſcientes, non poſſe partem illam Hungariæ incendi vt non eadem flamma pars tua, & reliqua Regna ardeant, & ſi contingat (quod Deus auertat) Regnum illud in impias Turcarum manus incidere, patentem portam recludi ad reliqua Chriſtianitatis Regna inuadenda: idcircò celeriùs, quàm opinabamur, mittere decreuimus ad Te primùm, & deindè ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sigiſmundum Poloniæ Regem, ipſumque Ioannem Regem Hungariæ, dilectum filium Hieronymum Rorarium Camerarium, & Nuntium noſtrum, quem Maieſtati Tuæ deuotiſſimum eſſe nouimus. Is multa Tecum ſuper hac re noſtro nomine aget, mentem noſtram explicabit, Tuam requiret, & ne cui occaſioni illi opitulandi deſimus, conſilio, auxilioque Tuo ſingula aget, quę in rem facere videbuntur, huic Maieſtas Tua plenariam in omnibus fidem adhibebit, ſibique perſuadebit, ſalutem, decus, incrementum ſuum, ſuorumque Liberorum non ſibi magis quàm nobis curæ eſſe. *Datum Romæ apud S. Petrum XXIX. Iunij MDXXXIX. anno V.*

29 Inſtructus eſt Pontificius Internuntius ad hæc promouenda ampliſſimis mandatis, iuſſuſque eſt ſignificare Ferdinando Regi, ſe continentibus precibus vrſiſſe Franciſcum Gallię Regem, vt pacem firmiſſimam cum Cæſare conſtabiliret, armaque in Turcas verteret, eaque etiam de cauſa deſignatum Epiſcopum Tranſyluaniæ proficiſci ad eum iuſſiſſe, vt eum ad capeſſendam Turcicam expeditionem inflammaret, atque Alexandrum Farneſium Cardinalem ad Cæſarem Legatum decretum, tùm cauſas, ob quas Internuntius in Hungariam ac Poloniam decretus eſſet, expoſuit, denique certior fieri flagitauit, quis copiarum numerus ex Germania, ex Bohemia, ex Polonia, atque ex Hungaria aduersùs Turcas educi poſſet.

Inſtructio de his, quæ dilectus filius Hieronymus Rorarius Camerarius Noſter agere debet, Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ nomine, apud Sereniſſimum in Chriſto filium Noſtrum Ferdinandum Romanorum Regem.

Paul. III. libro breu. anno 5. pag. 347.

Poſt ſalutationem Noſtram &c. Referet paternam Noſtram erga Maieſtatem Suam charitatem

tem, & quàm grata mente acceperimus, Maieſtatem ſuam depoſitis & armis, & omni odio, pace conueniſſe cum Ioanne Rege, quando ex eorum diſſidio nil niſi Reipublicę Chriſtianę pernicioſum expectari poterat: hoc nos pręuidentes miſiſſe ab initio ſtatim Pontificatus Noſtri eundem Hieronymum Nuntium, qui noſtra auctoritate, atque conſilio, ſemina diſcordiarum euelleret, ſopiret ſimultates, animoſq; paterno amore iunctos, ad concordiam, & veram pacem reduceret, qui ſi tunc auditi, & paterna monita noſtra, quibus debebant auribus, excepta fuiſſent, ceſſaſſent clades, & vulnera vtrinque illata, nec Chriſtianæ fidei perpetuus hoſtis tyrannus, eos in nos ſpiritus concepiſſet. Cæterùm, quoniam præterita, vt infecta ſint, corrigi nequeunt, hortabitur nomine noſtro, vt quod Maieſtate Sua in primis dignum eſt, & facturam minimè diffidimus, initam ſemel pacem, & concordiam inuiolatam ſeruet, & in hoc fugiat illorum conſilium, quos aut ſperatum lucrum, aut priuata odia agitant. Non poterat Maieſtas Sua ſe meliorem conſultorem adhibere, prudentia, probitate, virtute ſua duce, & comite, cuncta fœliciter auſpicabitur, & fœliciùs perficiet: neque hoc loco tacebit, quantum concordia inter omnes Chriſtianos Principes,, hoc potiſſimùm tempore, ſit neceſſaria quod niſi omni cura prouideatur, quomodo rebus Chriſtianis ſuccurrendum ſit, breui eſt timendum, ne imminentibus hinc Turcis perpetuis noſtræ fidei hoſtibus, & hinc Hæreticis, plùs etiam, quàm nunc putemus, premamur: hoc iampridem nos animo reputantes, & pręuidentes, longum illud & difficile iter Niciam vſq; ſuſcepiſſe, paruam, aut nullam ingraueſcentis ętatis noſtræ rationem habentes, dummodò ſaluti Chriſtianitatis conſuleremus, duorumque maximorum, & potentiſſimorum Principum, Imperatoris ſcilicet, & Francorum Regis animos, qui plùs nimio accenſi feruebant, molliremus; itaque cum Dei auxilio decem annorum inducias inter eos pepigiſſe, quę pacis initia & fundamenta forent, & nunc non ceſſare, vt ad perfectionem ſolidæ, & veræ pacis perueniatur, ad quam quidem pacis perfectionem, cùm ab Epiſcopo Tranſyluano, qui præteritis menſibus à Rege ſuo ad nos miſſus fuit, valdè hortaremur, tamquam ad rem multis de cauſis Reipublicæ Chriſtianæ vtiliſſimam, impuliſſe etiam ipſum Tranſyluanum, iter cum omni feſtinatione illuc arripere, quo præterquam quod Hungariæ neceſſitates, & quibus prematur periculis, exponeret, & induceret eos ad veram pacem, & ad ſanctam, atque neceſſariam expeditionem in Turcas capeſſendam; neque hoc contentos, allato ad nos nuntio de obitu chariſſimæ in Chriſto filiæ olim noſtræ Imperatricis, cupientes Cæſareæ Maieſtati relinquere, teſtatum, pro eo ac debueramus, ægrè caſum illum tuliſſe, non ſatis nobis ſatisfacere viſi, ſi per conſuetos Nuntios tantùm Maieſtatem Suam conſolaremur, niſi dilectum filium noſtrum, ac ſecundùm carnem nepotem Alexandrum S. R. E. Vicecancellarium mitteremus, qui inter cętera huic rei omni ſtudio incumberet: qua in re cùm tot labores noſtros ſperemus non incaſſum caſuros, hortabitur tamen magis idem Camerarius noſter Maieſtatem Suam, vt pacem cum Ioanne Rege initam ratam, ac ſanctam habeat: rationes verò quibus id maximè perſuadere poteſt, quod à nobis longo ſermone intellexerit, memorię, & prudentiæ ſuæ fidentes non repetemus, quamuis multæ ſint & efficaciſſimæ. Demùm exponet Maieſtati Suæ cauſam protectionis ſuæ in Hungariam, & Poloniam, quam à nobis habuit in mandatis. In Poloniam quidem, vt pileum, & enſem in ſacratiſſima Natalis Domini Noſtri nocte benedictos, quo munere clariſſimi Reges, ob aliquod inſigne erga Sedis Apoſtolicæ meritum decorari ſolent, Sigiſmundo iuniori Regi genero ſuo donet; vt tantò alacriùs Eccleſię defenſionem meminerit ſe ſuſcipere debere, & noſtram paternam charitatem agnoſcat. In Hungariam verò, vt literas Apoſtolicas de prouiſione Epiſcopatuum Epiſcopis ipſis conſignet, exigatque ab eis, quod pro huiuſmodi expeditionibus iure debetur, quæ pecunia exponi debet pro muniendis his locis contra Turcas, quæ opportuniora videbuntur. (Et paulò infrà.) Itemque declarabit idem Camerarius noſter Maieſtati Suæ, nos cùm à Tranſyluano perquireremus de generali expeditione ſumenda, & modum, & numerum, & qualitatem gentium percunctaremur, quibus opus eſſet, & quid Maieſtas Sua, quid Poloniæ Rex, qui huic incendio proxima, atque iuncta Regna habent, collaturi eſſent, reſpondiſſe nullum ad id mandatum habere, itaque cupere nos ab ipſis intelligere modum expeditionis generalis futuræ, numerum, & qualitatem gentium, & quantum ipſi pro ſua, ſuorumque Regnorum, & reliquæ Chriſtianitatis ſalute conferre velint, vt cæteri Chriſtiani Principes tanto faciliùs, & alacriùs inducantur &c.

30 De his omnibus certiorem etiam fecit Paulus Ioannem Hungariæ Regem, cui ad propulſandum Turcam ſtudio, & opera non defuturum eſſe pollicitus, tùm optimas ſpes illi iniecit ob concordiam, quam Cęſar, & Francorum Rex pepigerant, denique ob Chriſtiani nominis dignitatem iuſta à Deo præmia collecturum perſuaſit.

Ioanni Hungariæ Regi.

Chariſſime, &c. Orator tuus dilectus filius Ioannes Statileus electus Tranſyluanienſis ob ſingularem prudentiam, probitatem, rerum experientiam, maximè nobis gratus, induxit nos vnà cum dilectis filijs noſtris Ghinuccio Cardinale Sancti Angeli, & Alexandro Farneſio S. R. E. Vice-cancellario noſtro, ſecundùm carnem nepote tui ſtudioſiſſimis, vt quod antea in animo conceperamus, citiùs abſolueremus, dilectum filium Hieronymum Rorarium Camerarium, ac Nuntium noſtrum ad chariſſimos in Chriſto filios noſtros Ferdinandum Romanorum, Sigiſmundum Poloniæ Reges, & ad te mittendi communi conſilio, auxilioque Regni tui incolumitati conſulturi, prout etiam nunc iuxtà vires, non deſinimus, quod vt certiùs contingat, non ceſſamus chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Imperatorem, & Francorum Regem Chriſtianiſſimum hortari, monereque aſſiduis Nuntijs. Quam rem, & antea præſentia noſtra feceramus longo itineri, & labori intolerabili ingraueſcentem ætatem noſtram ſubijcientes, ſperanteſque propediem agniturum te, non vanam operam noſtram cecidiſſe. Audire potuiſti Nos, cùm adhuc in minoribus eſſemus, nomini, dignitatique tuæ non defuiſſe: recordari potes, cùm primùm diuino Numine ad hunc Apoſtolatus apicem aſciti ſumus, ad te priuſquàm vllum alium Chriſtianum Principem eundem Rorarium Nuntium noſtrum direxiſſe. Confide nos nullo tempore, quantùm nobis licuerit, tibi defuturos, quia pro Regni

Paul. III. lib. brev. an. 5. pag. 182.

gni tui salute personam etiam nostram, si ea vsui esse videbitur, alacres offeremus. (Et infrà,) Hortamur te, vt adhibeas illi fidem, talem te erga Religionem Christianam, nosque, & Sedem Apostolicam præstes, qualem hactenùs præstitisti, confidasque misericordem, & iustum Deum cumulatè tibi, seminique tuo omnia relaturum. ☞ *Datum Romæ apud Sanctum Petrum XIX. Iunij MDXXXIX. Anno V.*

Fœdus Christianorum contra Turcas dissoluitur.

31 Inceptum erat anno superiore à confœderatis Christianis bellum contra Turcas; sed pudet dicere, quàm malè à Christianis id gestum sit; dissolutum enim est sacrum fœdus, quod superiore anno, tanto animorum ardore sancitum fuerat; Veneti enim, cùm Andreas Grittus Dux extremum diem vigesima octaua Decembris obijsset, indignati quòd Auria, violato fœdere superiore anno, hostis delendi spreuisset occasionem, Solymannum de pace postulauerunt: Andreas verò Auria, qui Veneta, & Pontificia Classibus coniunctis pugnam detrectarat superiore anno, multò minus cum sola Classe Cæsarea irrumpere in hostes ausus est, cùm numero longarum Nauium impar esset, marisque liberam possessionem hosti concedere cogeretur; hinc Solymannus ad Castrum nouum recuperandum, terrestres, ac maritimos exercitus conflauit. Præfecitque terrestri exercitui triginta millibus equitum, peditumque Vlamanem, maritimo verò Barbarossam, qui florentissima Classe nonaginta triremium, biremium triginta, ac trium Mahonum inuectus Castri noui incolas inuasit, qui licèt initio Turcarum stragem non modicam edidissent, tamen hostes varijs impressionibus factis, Turrim primùm occuparunt, & mœnium partem prostrauerunt, perque ruinas irrupere, adeò vt Hispani in medio foro, ad extremum militaris virtutis edendum exemplum, se conglomerarint; tristique casu obuenit, vt imbre decidente, puluis sulphureus flammam non conciperet, catapultas displodere non possent, sagittisque configerentur, atque ità ad vnum omnes interfecti sunt, licèt aliqui labore fessi, abiectis armis, pacem, precariamque vitam flagitarent; perculsi ea clade, qui in Arce inferiore versabantur, cùm omnis subsidij spes adempta esset, deditionis verba nuncuparunt, salutemque pacti à Barbarossa, circiter numero octingenti in fidem recepti sunt, ac Byzantium asportati, excepto Macinio Mongaia, qui cùm ob virtutis militaris famam à Barbarossa sollicitaretur impensiùs, vt ad impietatem Mahumeticam deficeret, illeque constantissimè fidem profiteretur, ceruice abscissa, dignam cœlo vitam expleuit. Ea verò inflatus victoria Barbarossa, Rizzanum Oppidum adortus, Venetos præsidiarios solo terrore expugnauit, inde cùm Cattaro Vrbi inhiaret, à Matthæo Bembo Præfecto, effusa globorum procella, repulsus est, nec postea quidquam in Venetos tentauit, cùm Induciæ inter eos, ac Turcam promulgatæ essent. Contigit Castri noui clades ad septimum Idus Augusti (inquit Iouius) de qua Petrus Paulus Gualterius in Diario memorat. [Decimo septimo Augusti nuntiatum est Romæ, Turcas die septima huius expugnasse Castrum nouum oppidum, quod ibi à Cæsare tenebatur.] Ad farciendam cladem, vel grauiores auertendas, cogendis nummarijs subsidijs dedit operam Pontifex, atque hæc Cardinali Toletano imperauit.

Paulus Iouius l. 37.

Barbarossa Castrum nouum recuperat.

Petr. Pau. Gualt. Arct.

Cardinali Toletano.

Dilecte fili noster, vt opitulemur Serenissimo Cæsari Hispaniarum Regi Catholico, qui licet exhaustus proximis contra Turcas bellis, nunc cum Classe, & multis armatorum millibus in eos missis furoriq; eorum, Italiam, & Hispaniam inuadere cupientium, acriùs se oppositi, grauissimasque tàm pro Ecclesiasticis, quàm pro cæteris tutandis impensas sustinet, maioresque vires, & copias in annum sequentem pro communi salute fortiùs tuenda, paraturus est, impositimus, eiusque Maiestati concessimus duas quartas fructuum Ecclesiasticorum Hispaniæ pro præsenti, & futuro annis. (Et infrà.) Nullum enim tempus, fili noster dilecte magis opportunum, vel necessarium offerri poterit cunctis Ecclesiasticis, quàm hoc, in quo vel communi, vel propriæ saluti defendendæ opes Ecclesiasticæ ad pia opera destinatæ profundi debeant, vt illas retinere saluas ab hostibus possimus, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XIX. Augusti MDXXXIX. Anno V.* ☞

Paulus III. lib. breu. an. 5. pag. 182.

Data fuere eadem imperia Cardinali Burgensi, atque Cordubensi, & Hispalensi Archiepiscopis. Ex Lusitania pariter præsidia Pontifex comparaturus pro sustinenda belli Turcici mole, Cardinali Vlyssipponensi scripsit.

Cardinali Vlyssiponensi.

Quo in periculo vniuersa Christianitas, & præcipuè Italia nostra versetur, hostibus Turcis validissima cum Classe illi imminentibus, & quàm necessarijs de causis Decimas, cùm in ipsa Italia, atque Hispania, tùm in isto etiam Portugalliæ Regno imposuerimus, non attinet, tuæ prudentiæ commemorare. (Et infrà) Castronouo, quod præsidio Serenissimi Cæsaris tenebatur, nunc expugnato, neminem Cardinalium voluimus, nec ipsos etiam Nepotes nostros à tàm necessaria contributione esse immunes, &c. *Datum Anconæ I. Octobr. MDXXXIX. Anno V.* ☞

Paulus III. lib. breu. an. 5. pag. 339.

32 Dum subsidia vndique Cæsar pro sustinendis Turcici belli sumptibus comparat, ac Populos acerbioribus indictis vectigalibus atterit, Gandauenses in eum rebellionem mouent, ac reliquas Belgij Vrbes pellicere ad defectionem pertentant, prætuliſſe tùm fidem commodo Gallorum Regem memorat Martinus Bellaius. [Gandauenses tributis obtriti cædunt Magistratus Cæsarianos, Regiæ fidei, ac potestati se permissuros significant, maximas alias Vrbes coniurationis futuras participes pollicentur. Rex conditionem repudiat sacramenti memor, monetque Cæsarem, Belgium spectare ad defectionem.] His difficultatibus implicitus Cæsar, cùm præsentia sua tantùm motos tumultus posset compescere, anceps consilium inijt, vt se Gallorum Regis fidei, & integritati committeret, ac tùm fama increbuit eos pacem inter se sanxisse, adeò vt Petrus Paulus Gualterius hæc referat in Diario. [Die XXIV. Nouembris Cardinalis Farnesius creatus fuit Legatus ad Cæsarem, & Regem Franciæ, vt nomine Domini nostri gratularetur eis de pace inter eos facta, & hortaretur eos ad agendum ea, quæ pacem sequerentur, & de Concilio.] Confirmasse Cæsarem, se Gallo Regi, vel alteri ex Liberis Ducatum Mediolanensem traditurum, refert Martinus Bellaius, atque magnificentissimè exceptum, deductumque à Regis Liberis addit, quod confirmat Surius, ac de illius pietate hæc memorat. [Eo ipso tempore deprehensus est à Legatis sororis eius Mariæ, quæ Belgio præ-

Martinus Bellaius comment. lib. 8. Surius in comment. hoc anno. Guicciar. in Commentar. Paulus Iouius l. 29. Franciscus Belcarius lib. 22. n. 33.

Diar. Vat. m.s. Bibl. tom. II. Blasius Cæsen. in Diario.

Cardinalis Farnesius Legatus ad Cæsarem, & Regem Galliæ.

Martinus Bellaius comment. lib. 8.

,, præerat, iſque non ſemel per noctem duabus, ,, aut tribus horis, vtroque flexo poplite in cu- ,, biculo, nigris vndequaque pannis tecto, ora- ,, re. Porrò ea precandi ratione eum quotidiè ,, vſum fuiſſe conſtat. Orabat mane duabus ,, plus minus horis, totidem nocte vel veſperi, ,, inde poſtquam ſe induiſſet, accedebat etiam ,, mane ad auſcultandum Sacrum.] De eadem Cardinalis Farneſij Legatione Angelus Maſſarellus etiam hæc tradit.

Angelus Maſſarell. in Diario Con. Trid. m. s. Arch. Vat. p. 11.

,, Non prætermiſit Sanctitas Sua omnem ope- ,, ram, & laborem, vt interim pax Reipublicæ ,, Chriſtianæ redderetur, itaque cùm Cæſar Bel- ,, gis ad defectionem ab eo incitatis, defectio- ,, nis huiuſmodi comprimendæ gratia per Gal- ,, liam amiciſſimè, & cum Gallorum Rege ma- ,, gno beneuolentiæ, concordiæque indicio trau- ,, ſiens, in Belgas profectus fuiſſet, Sanctitas Sua ,, vt dictarum Maieſtatum animos maioris affe- ,, ctionis vinculo paterno affectu reconciliaret, ,, atque propterea Concilium commodiùs cele- ,, brari poſſet, Reuerendiſſimum Dominum Ale- ,, xandrum Sancti Laurentij in Damaſo Diaco- ,, num Cardinalem Vicecancellarium ſuum ſe- ,, cundùm carnem nepotem ad ſæpè fatos Cæſa- ,, rem, & Chriſtianiſſimum Regem Legatum ,, VIII. Kal. Decembr. MDXXXIX. conſtituit, ,, qui XXIV. Nouembris ex Vrbe diſcedens iter ,, Galliam verſus arripuit.] Addit Blaſius Cæ- ſenas, miſſum Legatum, vt cùm ex redintegratæ amicitiç legibus Cæſar Franciſci Regis filiam vxorem ducturus diceretur, in tanta lætitia, Regumque coniunctione, nomine Pontificis, & Sacri Senatus, vtrique gratularetur.

Blaſius Ceſenas Mag. Cæſen.

Porrò Imperator Galliam fermè totam emenſus, à Franciſco Rege obuiam progreſſo, in Oppido, cui Lochiæ nomen eſt, ſalutatus, cum eo conſilia de rebus grauiſſimis contulit die duodecima Decembris, de quibus hæc refert Martinus ,, Bellainus. [Suadet Regi, vt Venetos, miſſis ,, Oratoribus à meditato fœdere Turcico, ob ,, crebra, & grauia accepta damna, ad id incli- ,, natos, reuocet, ac terra, & mari ſumma con- ,, iunctione in Turcam expeditionem ſuſcipe- ,, rent.] At de ea legatione, deque Cęſaris profectione in Belgium proximo anno agemus.

Cæſar per Galliam tranſiens Belgium petit.

Petr. Paulus Gualt. Arct. in Diario Martin. Bellainis comment. lib. 8.

33 Sed cùm hæreſes in dies vbique incrementum ſumerent, & finitimas Prouincias pernaſuræ clàm ſerperent, ad eas reprimendas Pontifex Iacobo Cardinali Sadoleto Cenſoris fidei munus demandauit, vt Auenionem, & Comitatum Venaiſinum ab ea peſte vindicaret.

Cardinali Sadoleto.

Paul. III. lib. breu. 5. pag. 217.

Dilecte fili noſter. Graui animi noſtri perturbatione venena Lutheranæ hęreſis in noſtris Ciuitate Auenionis, & Comitatu Venaiſino in dies diſſeminari audiuimus, fatoreſque eorum eò confidentiùs agere, quòd ætatem, inualitudinemque Legati noſtri forſan credant minus aptam, ac deſpiciant, quamobrem cupientes ea ſemina, antequam conualeſcant, extingui, habenteſque opportunam in iſtis locis tuæ circumſpectionis præſentiam, quę etiam ſuam Eccleſiam, & Diœceſim Carpentoratenſem in dicto Comitatu ſitam, pro ſuo officio, ac pietate ab his labibus tueri debet, & celebribus ſuis ſcriptis Religionem Catholicam, aduerſus huiuſmodi hæreſes, non ſemel defendit: eidem tuæ circumſpectioni, de cuius virtute, prudentia, ſingularique pietate, & doctrina, plenam in Domino fiduciam obtinemus, hanc curam, dictas hæreſes in Ciuitate Auenionenſi, & Comitatu Venaiſino prædictis, extinguendi, & ab illis totam noſtram ditionem purgandi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium demandamus, dantes tibi pleniſſimam poteſtatem, & facultatem, per te, vel alium, ſeù alios, omnes dictam hęreſim ſeminantes, eiſque conſilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes, inquirendi, repertos culpabiles puniendi, ſeù puniri faciendi, &c. *Datũ Romæ V. Iunij MDXXXIX. Anno V.*

Non defuit officio Iacobus Cardinalis, atque auctoritate ſua, & doctrina, Nouatorum inſolentiam coërcuit, clementia tamen magis, quàm vi ingenia vinci ratus, eam primùm explicuit, quam ſeueritatem adhiberet, deque ſuis pijs ſtudijs, & laboribus hæc ad Alexandrum Cardinalem Farneſium reſcripſit.

34 Multa quotidiè ex me commoda, atque adiumenta his Populis proueniunt, quòd diurnis, nocturniſque meis cogitationibus hoc conſequar, vt & pace, & concordia eos contineam, & propulſem hinc impios, qui veritatem Catholicæ Religionis conantur euertere, quorum niſi ego huc veniſſem, magna iam copia in his locis exiſteret: nunc meis vigilijs, atque curis fit, vt illi non modò ad nos, ſed ne ad vicinos quidem noſtros ſe audeant conferre. Contingit enim peropportunè, vt cùm apud Populos etiam remotiores fides mihi non parua ſit, tùm verò Senatoria conſilia, quæ Gallicanis præſunt Prouincijs, vt Aquenſe, vt Tholoſanum, vt Gratianopolitanum, meo non minimùm teſtimonio moueantur. Itaque cùm his paucis diebus Diploma ad me Pontificium eſſet allatum, quo datur mihi in Lutheranos inquirendi, atque animaduertendi poteſtas, accepi equidem illud venerabundus, & gratulans, gratiaſque de eo Summo Pontifici egi. Sed quod ad vſum illius poteſtatis pertinet, equidem ſi neceſſe erit vtar, dabo operam tamen ne ſit neceſſe. Nam quibus ego armis libentiùs vtor, ea, vt leuiora ſunt ad opinionem, atque ad aſpectum, ità ad conuincendos improborum animos longè ſunt validiora, cùm non terror ab illis, neque ſupplicium, ſed veritas ipſa, ſed & Chriſtiana in primis manſuetudo confeſſionem erroris corde magis quàm ore prolatam exprimit. *Datum Carpentoratí IV. Kal. Auguſti MDXXXIX.*

Iacob. Sadol. l. 12.

Haud impari ſtudio Sadoletus compeſcendæ Iudęorum audaciæ incubuit: qua de re extat præclara eiuſdem ad Cardinalem Farneſium hoc anno conſcripta epiſtola, cuius ſaltem partem, vt in Annalibus Eccleſiaſticis inſeratur, dignam ,, duximus. Poſt plura. [Agam fortiter, vtar ,, que libertate, quam tribuit mihi Deus: neque ,, eum Principem, cui omnia debeo, cuius exi- ,, miam laudem virtutis, probitatis, ſapientiæ ,, vllis hominum ſermonibus infringi, aut immi- ,, nui iniquiſſimo animo patior, falſis aſſenta- ,, tionibus in errorem inducam, ſed dicam aper- ,, tè, vt ſe res habet. Qui poteſt videri amore ,, Religionis in ſuis Prouincijs Lutheranos perſe- ,, qui, qui in eiſdem Prouincijs tantoperè ſuſti- ,, net Iudæos? Nulli enim vnquam vllo à Pon- ,, tifice Chriſtiani tot gratijs, primilegijs, conceſ- ,, ſionibus donati ſunt, quot per hoſce annos ,, honoribus, prærogatiuis, beneficijs, non auc- ti ,, ſolùm, ſed armati ſunt Iudæi. Ac cæteris qui- ,, dem fidelibus, & optimè meritis, noua iuris ,, beneficia, ad propulſandam, ſi qua illata ſit, ,, iniuriam conceduntur; Iudęis ſolum ad infe- ,, rendam. Quamquam non eſt iſta Pontificis ,, opti-

,, optimi culpa, sed eorum qui ad suum ex Iu-
,, dæis quæstum Pontificis nomine abutuntur,
,, de quibus honestius est vos existimare, quàm
,, me scribere. Iudęi quidem opibus referti fau-
,, toribus insolentes, inter has plebes, tamquam
,, inter pecudes lupi grassantur. *(Et infrà)*: Et
,, in his nuper duo, quæ maximè valentia sunt
,, ad auertendos Christianos, scilicet nutu ibi,
,, quod volunt, consequuntur, nec est quicquam
,, iàm sanctius, & ad reconciliandam Ecclesia-
,, sticam dignitatem, quæ propè omnis iam
,, pridem amissa est, vtilius quàm fouere Iudę-
,, os: quibus (quod omnibus sæculis inauditum
,, est) licitum sit, solis tanta frui apud Magi-
,, stratus auctoritate, & gratia, vt ad impetran-
,, dum omnia, quæ poscunt, eorum accusatio
,, audiatur sine reo, causa cognoscatur sine te-
,, ste, sententia feratur sine iudicio. Et hæc vos
,, tandem quomodo ab his trans Alpes natio-
,, nibus accipi existimatis, quarum in oculis,
,, & in conspectu posita sunt? Quæ nationes ca-
,, rent omnes hac Iudęorum peste, nec abomi-
,, nantur peius quicquam, quàm Iudæorum
,, nomen, quos tantopere vident istic in delicijs
,, esse. In tantane defectione animorum omnium
,, iam à nobis gentium (planè enim dico om-
,, nium, quod ego ita esse intelligo: vos haud ita
,, sentitis, propterea quod auribus vestris vulgò
,, homines blandiuntur) in tantane inquam de-
,, fectione omnium, & propè execratione au-
,, ctoritatis Ecclesiasticæ, magno Reipublicæ
,, præsidio futurum putatis, si sic alueritis, si sic
,, extuleritis Iudæos? Fideles autem, & paupe-
,, res populos vestros sic lacerari ab illis, & di-
,, ripi neglexeritis? Porrò in hæc loca, quod tu
,, transiens nosse potuisti, Prouinciæ maximè
,, concurrunt Italia, Hispania, Gallia, atque
,, Anglia: è quibus, qui hàc iter faciunt homi-
,, nes, conscios eos esse huiusmodi querelarum,
,, easque domum ad suos referre, sanè existi-
,, mationi vestræ, & communi saluti non ex-
,, pedit, &c.

Surius in comment. hoc anno

35 Hoc anno Henricus Angliæ Rex scriptum nefarium edidit aduersùs Pontificem, qui Concilium Vicentiæ tùm indixerat, ex qua contumelia Pontifici illata exultarunt Lutherani; verùm quantùm ab ijs alienus esset Henricus demonstratum est, nam cùm Lutheranæ Sectæ Magistri seditiones (quales spirat Lutheranum dogma) excitarent in Anglia, Henricus ad eas compescendas in publicis Ordinum Comitijs, veterem Religionis formam seruandam sanxit in propositis sex Quæstionibus, de quibus publica Acta hæc habent.

,, Tandem post longam super his articulis de-
,, liberationem, post consultationes plurimas,
,, post argumenta instituta, vltrò, citròque con-
,, nexa, omnium, tàm Regiæ Maiestatis, quàm
,, vtriusque Senatorij Ordinis, & Plebis in hunc
,, Senatum coactæ, summo consensu fuit, & est
,, resolutum, decisum, ac statutum eo modo, ac
,, forma, qui sequitur. In primis in beatissimo
,, Altaris Sacramento per virtutem, & efficaciam
,, potentissimi verbi Christi, simul atque illud
,, Sacerdos ore locutus fuerit sub forma panis,

Henricus VIII. contra Lutheri Sectam leges edit.

,, & vini naturale Corpus, & Sanguinem Domi-
,, nicum conceptum ex Maria Virgine realiter
,, adesse, & post consecrationem, nullam panis,
,, aut vini, aut aliam, quàm Christi Dei, & ho-
,, minis remanere substantiam.
,, Secundò, Communicare sub vtraque specie,
,, non est omnibus hominibus iure diuino ne-
,, cesse ad salutem, credendumque est, & non
,, dubitandum, quoniam in carne sub specie pa-
,, nis sit verus Sanguis, & cum Sanguine sub spe-
,, cie vini sit Diuina Caro, tam diuisim, quàm
,, coniunctim.
,, Tertiò, Sacerdotes, postquam initiati sunt
,, Iure Diuino non possunt vxores ducere.
,, Quartò, Vota castitatis, siuè viduitatis à
,, viro fœminaue non temerè facta, Iure Diuino
,, sunt obseruanda.
,, Quintò, Missas priuatas in hac Regis Angli-
,, cana Ecclesia, ac Congregatione admitti, ac
,, celebrari, simul & bonum, & necessarium
,, est; per quas probi Christiani, quorum vita
,, respondet, pariter & bona, & diuina solatia,
,, & beneficia indè recipiunt, Missasque celebra-
,, ri Iuri Diuino quadrat.
,, Sextò, Expedit, necesseque est auricularem
,, confessionem retineri in Ecclesia Dei. Quo-
,, circà Regiæ Maiestatis auctoritate, ac sum-
,, mo, vtriusque Ordinis Senatorij, plebisque
,, in hunc Senatum coactæ consensu, in hunc mo-
,, dum, qui sequitur, latum est Senatusconsul-
,, tum. Qui vel in hoc Regno Angliæ, vel alio
,, quouis Regiæ Maiestatis dominio post duo-
,, decimum diem Iunij, qui proximè sequetur,
,, verbo, scripto, prælo, fictitijs characteribus,
,, aut alio quouis modo publicè concionantur,
,, docent, dicunt, affirmant, declarant, dispu-
,, tant, aut ratiocinantur secus quàm iam di-
,, ctum est, in illos tanquam hæreticos, grauissi-
,, ma constituit Rex supplicia, aut etiam in eos,
,, qui consilio, aut re, tales iuuerint.

36 In Hibernia, cùm Georgius Archiepiscopus Armachanus defecisset ad Hæreticos, Pontificia sententia exauctoratus est, atque in eius locum Robertus Vvancop doctrina, & pietate celeberrimus suffectus est, vt tradit Alexander Farnesius in Actis Consistorialibus.

Nauatam à Roberto in confutandis hæreticis insignem operam inferiùs visuri sumus. Pluribus verò à Religione Catholica deficientibus in Europa, plures in America Barbari ad eam se conferebant: referunt enim Acta Consistorialia, hoc anno in Ciuitate Regali nouum Episcoparum fuisse institutum, ità vt sacra iura peteret ab Archiepiscopo Hispalensi.

37 Auctus est exeunte anno Sacer Senatus nouo Cardinalium supplemento, inter quos adlectus est Marcellus Ceruinus Neocastrensis Episcopus, magnarum virtutum laude florentissimus, ad quem extant subiectæ Pauli literæ.

Dilecto filio nostro Marcello, S. R. E. Presbytero Cardinali Neocastrensi.

Paul. III. Lib. breu. anno 12. pag. 289.

Dilecte fili noster. Si labori præmium, fidei gratitudo, honor virtuti debetur, tu in labore, & cura negotiorum nostrorum indefessus, in fide probatus, in virtute conspicuus, ita te dignum omni nostra benignitate reddidisti, vt parum nobis videretur, si te in liberalitate, in opibus, nisi in benificentia, in honoribus prosequeremur; nam nec tu sola virtute contentus, nobiscum fuisti, sed merita erga nos, & Apostolicam Sedem adiecisti: conueniebat igitur, vt cùm dignitas Cardinalatus, seù virtuti, seù meritis tribui soleret, tibi potissimè tribueretur, qui simul vtroque eorum insignis es; itaque, vt & grato Principi te operam locasse scires, & in futurum cum dignitate etiam merita augeres, hodiè te inter cæteros Cardinales à nobis creatos adnumerauimus,

Marcellus Ceruinus Cardinalis creatur.

mus, mittimuſque ad dilectum filium Alexandrum Cardinalem de Farneſio S. R. E. Vice-cancellarium Legatum, & Nepotem noſtrum birretum rubeum de more à Nobis benedictum, qui illud pari lætitia, qua ipſi miſimus, tibi affignet. *Datum Romæ XIX. Decembris MDXXXIX. Anno VI.*

Alex. Farneſ. Card. in Actis Conſiſt. m.s. Card. Spad. fig. 133. pag. 377.

Agebat Internuntium Marcellus vnà cum Alexandro Farneſio, qui (vt diximus) ad Carolum Cæſarem, & ad Gallorum Regem Legationem fungebatur. Porrò Marcellus è Cardinalitio gradu poſteà ad Pontificalem prouectus eſt, in quo Marcelli II. nomen retinuit: deſcribitur ea Cardinalium promotio ſubiectis verbis in Actis Conſiſtorialibus.

„ 38 XIX. Decembris MDXXXIX. fuit Conſiſtorium. S D.N. de conſenſu, & conſilio „ RR. DD. meorum S. R. E. Cardinalium, & „ auctoritate Dei Omnipotentis, BB. Apoſto„ lorum Petri, & Pauli, & ſua creauit, & aſ„ ſumpſit in S. R. E. Cardinales Reuerendiſs. „ DD. Federicum Fregoſium Epiſcopum Saler„ nitanum, Petrum Epiſcopum Gebennenſem, „ ac Antonium Aurelianenſem, ac Vbertum de „ Gambara Terdonenſem, Aſcanium Ariminen„ ſem, ac Paulum Pariſium Nuſcanum, necnon „ Marcellum Ceruinum Neocaſtrenſem, & Bar„ tholomæum Guidiccionum Aprutinum, Epi„ ſcopos, Magiſtrum Dionyſium Generalem „ Ordinis Seruorum, Henricum Borgiã electum „ Squillacenſem, Iacobum Sabellum Protho„ notarium Apoſtolicum, & demùm Sua Sancti„ tas reſeruauit vnum in pectore, pro quo Re„ uerendiſſimorum DD. Cardinalium vota „ ſumpſit.

Acta Conſiſt. pag. 378.

„ Proximo anno ad XXVIII. Ianuarij aſſigna„ uit Titulos, videlicet Reuerendiſſimo Vberto „ de Gambara Sancti Syluestri, Aſcanio Sanctæ „ Potentianæ, Paulo Pariſio Sanctæ Balbinæ, „ Bartholomæo Guidicciono Sancti Cæſarij in „ Palatio, Dionyſio S. Marcelli, & donauit eis „ annulos de more.

Eadem tradunt Petrus Gualterius Aretinus, ac Blaſius Cæſenas Rituum Magiſter, qui addit: Henrico Borgiæ Ducis Gandiæ filio datum Tit. Sancti Nicolai inter Imagines, ſed illum in ipſo iuuentæ flore Viterbij obiiſſe. Et Fregoſium Cardinalem ad Vrbem vocatum, vt ſubiectæ indicant literæ.

Dilecto filio Noſtro Frederico Fregoſio S. R. E. Presbytero Cardinali Salernitano nuncupato &c.

Paul. III. lib. brev. pag. 550.

Hodiè in Conſiſtorio noſtro ſecreto magna quidem noſtra voluptate; ſed non minore Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſtudio, tuarumque virtutum frequenti commemoratione, te eiuſdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem in Dei nomine creauimus, quemadmodum aliorum complurium literis tibi perſcriptum iri non ambigimus: multorum enim beneuolentiam tibi, ac literis, cæteriſque tuis laudibus comparaſti: quamobrem, fili noſter, te hortamur, vt à Deo, ac nobis in participationem ſollicitudinis, ac curarum præſentium vocatus, non dubites, quamprimùm venire ad nos, qui, quo iudicio te elegimus, eadem beneuolentia complectemur, vt nobis, & S. R. E. cuius inclytum membrum iam es, opera, aſſiduitate, conſilioque tuo aſſiſtas, noſtræque ſpei reſpondeas, &c. *Datum Romæ XIX. Decembr. MDXXXIX. Anno VI.*

Florebat hoc tempore Granatæ ſanctitatis, & eloquentiæ Apoſtolicæ nomine, ac per totam ferè Hiſpaniam celebrabatur Ioannes Auila Sacerdos clericus, probatiſſimus virtutis magiſter, ac ſcriptor egregius, à Diuo Ignatio de Loiola, à Sancta Thereſia, aliiſque inſignioribus illius ætatis Viris mirum in modum excultus: *hic*, cum præfatæ Iſabellæ Imperatricis cadauer Granatam perductum fuiſſet, vbi tunc Regia ſacra Ædes magnificentiſſimè conſtructa, ad condendas Regum exuuias deſtinata erat, funebrem de ea habuit concionem. Ab huius itaque Apoſtolici prœconis de Mundi fallacia, ac vanitate mirificè tunc differentis ſermone non modicum animo ſuccenſus Franciſcus Dux Gandiæ, plura cum Ioanne colloquia habuit, quibus concepta perfectioris vitæ ſemina, eo dirigente, ad optatam ſegetem perducerentur. Accidit quoque, quod ad hunc præclariſſimum Verbi Dei concionatorem, ſacra glorioſi Martyris Sebaſtiani recurrente feſtiuitate, in Eremitorio eidem Martyri dedicato, quod è Regione Alhambræ Vrbis Granatenſis arce ſitum eſt, prædicantem auditurus acceſſit Ioannes de Deo: cuius ardentiſſimis ſermonibus, ac validiſſimis argumentis adeò compunctus eſt, vt finita oratione in lacrymas ſolutus, ac ſolo ſtratus, pectus tundere, voces diuinæ miſericordiæ imploratrices emittere, capillos, barbamque euellere cæperit: mox manu in libros prophanos iniecta, vnguibus, dentibuſque omnes dilacerauit: pioſque verò, vtileſque cuicunque petenti, ac imagines ſacras, & quidquid habebat librariæ ſuppellectilis gratis elargitus eſt. Ita breui factum eſt, vt expoliatus omninò, nuduſque appareret, nihil præter induſium, & femoralia retinens. Ad Magiſtrum Aulam deindè deductus, totius vitæ curſum compendio ei explicuit, ſuaſque culpas cum ingenti lacrymarum imbre aperuit: enixè eum rogans, vt ipſum in ſuam clientelam reciperet. Cuius ſalutaribus monitis in Chriſtianæ Religioſęque vitę caſtris adeò profecit, vt Ordinis de Hoſpitalitate Inſtitutor deinde effectus, charitatis, patientię, cęterarumque virtutum, prophetiæ quoque, ac miraculorum gloria clarus, totam ferè Hiſpaniam in ſui admirationem breui pertraxerit: de quo aliàs recurret nobis dicendi locus.

Claudimus hunc annum, fauſto ac fortunato Societatis Ieſu natalitio. Nàm cum Sanctus eiuſdem fundator Ignatius vnà cum Socijs per duos ferè annos in nonnullis Romæ Templis Diuino verbo ad omne Chriſtiani officij munus populum inflammaſſent, ac plebe pueriſque vicatim Chriſtianæ legis prœcepta inſtillaſſent, pauperum quoque neceſſitatibus quacunque poſſent ope, auxilioque, de aliena magis quàm de ſua egeſtate ſolliciti, prouidè paternèque ſuccurriſſent, ſaluberrimam illam naſcentis Eccleſiæ conſuetudinem, crebræ ſcilicet peccatorum confeſſionis, & fractionis panis longo ſæculorum flexu interruptam reuocaſſent; ac plura pia opera, quæ vel ad puellarum miſerandarumque Virginum pudicitiam tuendam, vel ad fœminarum à flagitioſo vitę genere redeuntium pœnitentiam ritè exercendam, vel ad cathecumenorum, atque à Iudæis, vel à Saracenis conuerſorum fidem conſeruandam pertinebat, Deo propitio inchoaſſent: necnon à varijs locis, prouinciiſque remotioribus magis in dies poſtularentur, vt literis, ac pietate, formandis moribus, ac ingenijs acuendis vbique proximorum commodis deſeruirent, hoc anno

cum

cum Sodalibus de condenda egit perpetua Societate; & vt erat communi ipsorum consensione decretum, instituti formulam in quædam capita breuiter digestam Pontifici Maximo Apostolica auctoritate firmandam, nactus opportunitatem Tiburtini recessus, quò se Pontifex è negotiorum turba receperat per Cardinalem Contarenum eidem addictissimum suppliciter obtulit: quam Paulus iussam à Sacri Palatij Magistro Thoma Badia prius cognosci, ab eoque approbatam, vt ipsemet vidit, ac diligenter expendit, *Spiritus Dei* (inquit) *est hic*, Ignatij, sociorumque pia studia pluribus commendauit; subiecitque se iam animo præsagire, Societatem hanc tùm institutam, afflictis Ecclesiæ rebus non leui præsidio, ac ornamento fore. Quod Summi Sacerdotis Christique Vicarij testimonium optimè completum fuisse tandem vniuersa profitetur Ecclesia; cùm in recurrente anniuersaria Sancti Ignatij festiuitate iuxtà præscriptam à Sede Apostolica in sacris de eo lectionibus formam, in tanti viri, Societatisque eius commendationem ità decantet. *Vt constans fuerit omnium sensus, etiam Pontificio confirmatus oraculo, Deum sicut alios alijs temporibus Sanctos Viros; ita Luthero eiusdemque temporis hæreticis Ignatium, & institutam ab eo Societatem obiecisse.*

IESV CHRISTI

Anno 1540.

PAVLI III. Anno 7. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 22.

1 ANno à Virginis partu millesimo quingentesimo quadragesimo, indictione decimatertia agitata sunt plura colloquia à Catholicis cum Lutheranis ardentissimo studio Cæsaris, qui benevolentia demulcere feroces eorum animos, atque ad officium pellicere nitebatur; sed ea irrito exitu dissoluta sunt; cùm Lutherani superbia elati pristinos errores abijcere detrectarent, immò fidei lumine orbati proteruè noua errorum figmenta conflarent; de quibus accuratiùs agetur inferiùs: nunc quod ab Alexandro Cardinale decreto excunte anno superiore ad Cæsarem & Franciscum Galliæ Regem Legato, vt inter eos expetitam continentibus omnium fidelium votis pacem conciliaret, gestum sit expendamus. Peruenit Lutetiam Cardinalis Legatus pridiè quàm Cæsar Lutetiam ingrederetur; nec de pace sancienda sermonem inferre potuit, nisi Cæsar in Belgium se contulisset: nam subtili arte transegerat cum Gallo, vt de pace in Gallia non ageretur.

Paulus Iouius lib. 29.

,, [Ne si alienæ potestatis factus (inquit Paulus Iouius) in solo nuper hostili minus liberè minusque vtiliter de pace transigeret, totius institutæ liberalitatis suæ gratiam defloraret, quando ea demum apud omnes opinio foret, quæ facile tolli non posset, vt ipse nequaquam ex animo & satis generosè, sed ignobili metu & cœco pudore circumscriptus ad iniquas pacis conditiones descendisse crederetur.] Ità Cæsar Gallorum animis in vlteriores spes traductis magnificentissimè habitus à Francisco Rege, Regijsque liberis stipatus septima Ianuarij in Belgium se recepit: post cuius discessum Cardinalis Farnesius Legatus Pontificia mandata, precesque exposuit Francisco Regi de firmissima pace inter ipsum, ac Cæsarem sancienda, de auxilijs ad retundendam Turcicam tyrannidem conferendis, de Henrico Angliæ Rege, ac Lutheranis ad Ecclesiæ coniunctionem, & obsequium reuocandis, cui Gallorum Rex nitidè respondit, se aperto & sincero animo Imperatori significasse, pactas induciarum leges sanctissima Religione culturum: fœdus verò armorum cum Angliæ Rege & Lutheranis percussum integris rebus suis nondum rescindi posse, nisi grauiora pericula in se conuerteret, priùs enim pacem arctissimam inter ipsum Cæsaremque adstringendam, qua confirmata res Christiana ciuilibus afflicta bellis reflorescceret, tyrannisque Turcica retunderetur. Addidit sibi gratissimum fore, vt Legatus ipse ad Imperatorem se conferret, & cum eo de pacis legibus, ac de coniugio inter filium Regium & Cæsaris neptem conciliando contrahendoque ageret. Adijt etiam Cardinalis Legatus Monmorantium Magistrum equitum, arcanorum omnium Regiorum consiliorum participem; rogauitque, vt pro mandatis Pontificis conficiendis restituendaque pristinæ dignitati Christiana re studia sua coniungeret; cui Magister equitum tùm Cardinali respondit cum Regia sententia consentiens reddidit; consuluitque, vt ambo Cæsarem in Belgium abeuntem sequerentur, tùm maximis laudibus Pontificium pium ardorem pro instauranda pace amplificandaque re Christiana, ex quo ingentium rerum spes maximè efflorescebant, commendauit.

2 Suspensæ tunc erant omnium mentes maxima pacis expectatione, cùm Cæsar Mediolanensem Principatum vni ex Francisci filijs se restituturum spopondisset, vt Martinus Bellaius asserit, & Gallicis armis aduersus Lutheranos, & Turcas vsurus crederetur. Sed cùm Belgium attigisset, Gallorum Regis spes elusit, ac primùm cùm de concordia conditiones perscribendæ forent, moras extraxit, integrumque tractandæ pacis negotium in Ferdinandi Regis aduentum reiecit; nihil enim dum Cæsar in Gallia fuerat, egerat de pace, sed vt instructus erat artibus, finxerat, minus vtiliter, minusque liberè de pace tractaturum se, dum in aliena ditione esset, totiusque institutæ liberalitatis suæ gratiam defloraturum, quando ea omnes imbueret opinio, non generosè liberalitatem explicuisse, sed ignobili metu ad iniquas conditiones descendisse: ità Gallorum spes illusa. Bellaius nullo firmo fundamento, vt simulatum promissorem Cæsarem accusat, demonstratque absque ratione spem dedisse concedendi Gallo Regi Mediolanensem Ducatum, vt securum transitum per Galliam obtineret; nam Rex nec verbum Legato Farnesio de tali spe protulit, immo, sicuti paulò superiùs diximus, contentus erat, vt conditiones Induciarum seruarentur, & quando cum Cardinali Ceruino (qui, vt postea dicemus, ad Imperatorem Legatus proficiscebatur) de pace egit, nec minimo verbo questus est de promissione Ducatus Mediolanensis à Cæsare facta, & non obseruata, sed solummodò, vt suo loco videbimus, dixit: Imperatorem sibi Belgium obtulisse, dummodò omnibus, quæ in Italia possidebat, & omnibus, quorum spem possidendi habebat, se abdicaret, seque oblatam permutationem respuisse, contentum in conditionibus Induciarum permanere.

Pallauic. hist. Conc. Trid. tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 6.

3 Coactis igitur à Cæsare Belgarum, Germanorumque copijs, in Gandauenses, qui ob imperata noua vectigalia seditionem mouerant (vti

Gandauenses ad obedientiam Cæsaris redeunt.

su-

Digitized by Google

ſuprà meminimus) procurrit: ij verò cùm pacem ab eo cum Gallo Rege occultis legibus confectam, vt fama percrebuerat, putarent, nec vlla expectarent ſubſidia, ſupplices veniam erroris petiere, portaſque venienti aperuere: at is coniurationis Principes captos in foro gladio percuti iuſſit, populo ignouit, libertates, ac iura creandorum Magiſtratuum abrogauit, pecunia ad Arcem extruendam mulctauit. Terruit ea res liberas Germaniæ Ciuitates, Cæſareaque fœlicitas pariter Henricum Angliæ Regem adeò perterrefecit, vt Cæſarem ſibi conciliare niteretur.

Paul. Ioui. l. 39.

Peperit etiam is aduentus Cæſaris maximos in animis Germanorum motus, nam Catholici ex eo exultarunt, tanquam illius præpotentibus armis ex tyrannide Hæreticorum eſſent vindicandi: Hæretici verò tanquam ſcelerum ſuorum vltorem formidarunt: at prudentiſſimi, rerumque gerendarum vſu ſpectabiles cenſuerunt nil præclari hoc ſecundo aduentu à Carolo V. geſtum iri, magis quàm primo, cùm nollet frangere armis Hæreticos, ſed ad concordiam, nunquam coituram, pellicere pertinaciſſimos, de quo extat in M.S. Vaticani tabularij hæc grauiſſima oratio tunc habita.

M.S. Arc. Vat. fig. lib. T. pag. 427.

„ 4 Quid is faciet, poſtquam ex Hiſpanijs „ exacto decennio in Germaniam redijt, alijs in„ terrorem, alijs in ſolatium.

„ Auguſtæ nihil egit, quod quidem ad Religionis pacem attinet. Bruxellæ, quæ reliqua „ ſpes?

„ Nam ſicut expectauit omnis Eccleſiaſticorum turba innumeris gemitibus, vt Cæſar adueniret, ità nunc, quando aduenit, expectatur „ à pleriſque, vt ſublatis tam diutinis, tamque odioſis, atque non ferendis Germaniæ diſſidijs „ concordiam, ac vnanimitatem inter nos Chriſto Duce ſtatuat.

„ Tria igitur omninò proſpicio, quorum„ vnum faciat Cæſar neceſſe eſt, aut enim curabit, vt in vnum corpus vltrò redeant contrariæ partes, aut vt Lutherana pars, ſi contumaciter æquis conditionibus reluctetur, ordinaria „ poteſtate reprimatur.

„ Aut vt ſuperbia illa, ſi coërceri non queat, „ morbo ſuo relinquatur, & reformentur Eccleſiæ à Sectis nondum occupatę.

„ Excutiam hæc tria, quando ita libet, & neceſſarium eſſe video.

„ Partes contrariæ inter ſe acerbioribus diſſident odijs, quàm vt ſpes vlla ſit, concordiam „ ſtabilem fore, nam neutra pars in ea dogmata, „ in has obſeruationes, moreſque ex animo conſentiet, cuiuſmodi nunc annis fermè viginti „ vehementi ſtudio damnauit.

„ Quòd ſi coaleſcent, vnaque rurſus efficietur Eccleſia, quo nihil vnquam optatius; dixeris ſummam diuini Spiritus operationem„ interceſſiſſe, & maius eſſe miraculum, quàm „ ſi quiſpiam ex mortuis noſtra hac tempeſtate „ ſuſcitaretur.

„ De ſecundo idem metus ſubit, etenim ſi armis quantumlibet iuſtis impetantur Lutheriſtæ, quid futurum aliud niſi lamentabile Germaniæ totius exitium.

„ Accedit fœderis ſchiſmatici firmitudo, quam „ frangere difficillimum fuerit, niſi fortè ſuaſtratagemata norint Cæſariani: neque enim„ Euangelio prohibendo, ſed nefarijs auſibus „ coërcendis Cæſar poteſtatem excellentiorem„ habet. Exerit, non opprimit Religio, ſed ilata vis à ceruicibus noſtris depelli debet. Catholici varijs modis angultantur in Germania: „ hi tot malis liberari cupiunt. Equidem ipſe„ nullius vnquam belli (iuſti etiam) fuæſor fui, „ ſed ineundæ concordię, quemadmodum hactenus, author ſemper fuero.

„ Tertium verò certiùs futurum, vtpotè prævaleſcente rerum difficultate, nullum fore, neque tentatæ concordię locum, neque ancipitis „ belli fructum.

„ Eapropter oportebit Monarchas, vel nolentes pati, vt ſecta ſuo libitu, quemadmodum cœpit, tot Germaniæ Prouincijs imperitet, atque captiuis, & miſeris Eccleſijs dominetur.

Io. Cochl. ad Card. Contar. ext. in m.s. Arch. Vat. ſign. n. 3224. in fine.

5 Et quidem Germaniæ morbus talis erat, vt remedijs validis indigeret, vt videre eſt conſiderata miſera Germani Cleri conditione, cùm Hæretici diripiendarum opum Eccleſiaſticarum auaritia furentes, Sacerdotum opes inuaderent, ijſque hæreſeos precones effuſe locupletarentur, vt queritur Ioannes Cochlæus in literis ad Gaſparem Cardinalem Contarenum his verbis.

Lutherani ſpoliãt Germanũ Clerum.

„ Noſtri in Germania Eccleſiaſtici Prælati, „ an ignauia, an deſperatione langueant, ſuorum „ vbique patientes cenſuum accitionem, ac decrementum: Lutherani verò nullis parcere fatagunt curis, laboribuſque, & ſumptibus: excogitant varias rationes, & ordinationes, quibus ſtabiliant ſectam ſuam. Ordinant Superintendentes nouos, ſcilicet Epiſcopos, quibus „ dant poteſtatem ordinandi Presbyteros, & „ Diaconos, vnicuique in ſuo diſtrictu: in Scholis verò diligentiſſimè inſtruunt pueros, & „ ſuæ doctrinæ commendatione, & Papiſtarum „ odio, ac deteſtatione: atque vt animoſi fiant „ ad prædicandum populis, exercent eos quibuſdam ex poſtilla Lutheri declamationibus. „ Suarum præterea Eccleſiarum miniſtris largiùs amplificant ſtipendia, quemadmodum„ & Scholarum rectoribus ex abolitione Miſſarum priuatarum. Audio equidem in hac ampla, & egregia Ciuitate Vratiſlauienſi, quæ „ iam vltrà XV. annos perpetuò lutherizat, ſupra quingenta Beneficia ſimplicia, quæ Altari „ vacant, aboleuiſſe Senatum, & in communem „ ciſtam omnes fructus, & reditus illorum„ conuertiſſe, vnde Scholis ſuis, Eccleſiarumque „ miniſtris largiùs, quàm antea, tribuant ſtipendia. Hoc tamen à me ſcriptum nollem reſcire Senatum. Itidem fit Magdeburgi, Hamburgi, & per totam ferè Germaniam, vbicumque inualuit hæreſis iſta, vt mihi ſanè difficillimum videatur è pectoribus hominum„ eradicare hanc luem, quam in teneris annis „ imbibunt in Scholis, & in publicis Concioni„ bus, atque etiam domi ex librorum lectionibus; „ Deo tamen omnia poſſibilia ſunt, &c.] *Ex Vratiſlauia Feria III. poſt Dominicam Lætare„ MDXL.*

Depingit triſtem eandem Germanicæ Eccleſiæ faciem accuratiſſimè Ioannes Eckius in literis ad eundem Cardinalem, illique pro reſtituenda collapſa diſciplina Eccleſiaſtica optima conſilia ſuggeſſit.

Illuſtriſſimo Cardinali Gaſparo Contareno.

6 Reuerendiſſime Pater. Lugubrem Eccleſiarum Germaniæ ſtatum amplitudini tuæ depingam, vt qui præ alijs Eccleſiæ reformationem„ animo habeas, & Sanctiſſimum D.N. efficaciùs moneas, & Collegas ad fidem faciendam excites:

nam

Io. Eckius ad Gasp. Card. Cõtar. ext. in m.s. Arch. Vat. sign. n. 3224. post medium.

nam cor lapideum mouere posset (quid si Christianum) tot animarum, pro quibus Christi Sanguis fusus est, iactura, ac æterna damnatio, tot Ecclesiarum deuastatio, tot Monasteriorum desolatio, cessatio cultus Diuini, Sacramentorum profanatio, pro quibus oculos erigimus in Dan, & Bethel, omni spurcitia, impietate, ac blasphemia Sacra contaminantes: Diuis Cœlitibus in cœlo veneratio subtrahitur, miseris animabus suffragia in Purgatorio non dantur, cessant Sacra Missarum, Beneficia extinguuntur, Ædes, Census, Agri, Possessiones Ecclesiarum, ac Monasteriorum à profanis Laicis, & auara Nobilitate diripiuntur, Thesaurus, Clenodia, Calices conflantur, Reliquiæ proijciuntur, Ornatus pretiosus auro, & gemmis distinctus dissipatur, Altaria subuertuntur, Imagines Crucifixi, Marię, & Sanctorum deturpantur, conspuuntur, & confringuntur. Prælati, ac omnis Ordo Ecclesiasticus, specialiter Papa in primis, cum Cardinalibus, ac Episcopis infamatur; ac peiùs audit, quàm vel Pilatus, vel Antiochus, vel Turcarum Emir, aut Tartarorum Cham. Parùm est si Papa Antichristus, si Cardinales capita Bestiæ, Episcopi serui Draconis, Roma olim omnibus Christianis venerabilis, Meretrix Babylonica, Monachi Corui, & Lupi, Sacerdotes Lemures dicantur: atrociora in dies meditantur, famam seruientium Deo proscindunt crudeliter ineptissimis cantilenis, infamibus libellis, inhonestissimis picturis, rhythmis infandissimis: pro Euangelio proferuntur hæreses, errores, seductiones, ac blasphemiæ, vt nec via, nec verbo, nec exemplo, neque habitu, neque deuotione vllus Christianus animus appareat. Cœlibatus Cleri in perpetuum Meretricium, Monialium virginitas in prostibula, Monachorum vota in scurrilitatem, ieiunia in luxum turpem, abstinentia in voracitatem, sine pudore, sine conscientia vertuntur. Dies deficit ad hæc mala explicanda. Crede mihi Reuerendissime Pater, adhuc peiora, & magis nefanda perpetrantur.

Et quia ab initio hæresibus non est itum obuiam, cancer iste latissimè serpit (Scintilla parua Lutherus) quia non fuit mox extincta ea scintilla, totam Germaniam incendio suo deprædata est. Dùm Eckius in arenam Lipsię, contra Bestias Lutherum, & Carolostadium disputaturus descenderet pręuia Summi Pontificis licentia, tunc tempus erat hoc Monstrum conficiendi, & Hydram illam comburendi. Verùm Romæ fortè contemnebatis hunc Fraticellum; sed Germani cum magno fauore auscultarunt ei ob plausibile argumentum, quod ab initio tractabat, nundinationis scilicet Indulgentiarum, & abusus Curiæ Romanæ, quos nemo non abominabatur. Quanto plausu excipiebatur distinctio sua, quod Curiam Romanam, non Ecclesiam Romanam protestabatur se improbare.

Imprudentes Archiepiscopi, & Episcopi, ad hæc ridebant, tacitè sperantes se liberandos à grauaminibus Curię Romanę, & diris exactionibus in confirmationibus, collationibus pallij, priuilegiorum violationibus, iniquis intrusionibus, enormibus dispensationibus, ac similibus. Ad pauca aspicientes hanc totam tempestatem arbitrabantur lapsuram in Romam, animos in spem libertatis erigebant, nescientes hoc esse initium dolorum, ac seruitutis. Fratres (id est Monachi) huic malo non se obiecerunt, quòd, vel Frater Fratrem non lęderet, vel quòd recenti facto Capnionis absterriti Sedem Apostolicam sensérunt inclementiorem, quæ per eos acta non solùm non defensabat, sed ludibrio, & risui exposuerat. Hoc idem videtur tres celebriores in Theologia Academias Parisiensem, Louaniensem, ac Colonienſem retraxisse, vt seriò se contra hæreses accingerent ad lectulum Salomonis defendendum: nam illorum sententias (semper apud Sedem Apostolicam maximi habitas) floccifecit, vnde versifices turpissimis libellis famam illorum Theologorum proscinderunt. Scholę alię quoque tacuerunt, docti enim Viri videbant se negligi, nullis honorati beneficijs, vel dignitatibus; & si quando à Romanensibus Curtisanis molestabantur (vt Viri docti) aliquando maluerunt cedere, quàm se litibus Romæ inuoluere, vti Vinphelingio optimo Theologo, & Doctori Zinzelio Prædecessori meo contigit, & mihi in hunc diem euenit. Solus ergò fui congressus cum Bestijs istis, donec socius mihi accurreret Hieronymus Emser Vir optimus, & doctissimus; nam Prælati, & Canonici, & qui pinguia habebant Beneficia à Sede Apostolica, plùs muti erant (sicut hodiè sunt) quàm pisces: immò maius aliquando fuit mihi periculum ab illis, quòd partes Lutheri fouebant, & me persequebantur; vndè Libellus prodijt sub Titulo indoctorum Canonicorum in Eckium, vbi Lutherum Paulo fermè æquabant cum puritate Euangelij, & donis Spiritus, Eckium autem indoctum, Sophistam, Pontificis adulatorem calumniabantur.

Luther deindè, vt populares inescaret, prodijt cum viuendi licentia, ieiunia libera dixit, & carnibus vesci diebus prohibitis indulsit, confessionem sustulit. Iam laici ei manus dabant, & in nassam eius peruenerunt: quo audacior factus, in Monasteria irruit, & abolenda censuit, vota nullius momenti asseruit; fretus autem Monachorum, & Monialium salacitate, etiam Sacerdotibus vxores permisit: quibus Sectam suam adeò auxit, vt multa millia in errorem traxerit. Cum Missa gradatim in abyssum descendit; nam primùm Communionem sub vtraque specie suadebat, deinde Euangelium, & Epistolam Theutonicè legebat in Missa, & negato Purgatorio, sustulit primos, septimos, trigesimos, & anniuersarios: eò deindè prolapsus, vt negaret Missam esse Sacrificium, & posteà in vniuersum abegit priuatas Missas; sufficere autem vni loco vnicam Missam docuit. Zuingliani his successibus elati Missam penitùs sustulerunt. Ita factum est, vt Laici, extinctis Missis priuatis, inutilem censuerint Cleri, ac Monachorum multitudinem, eisque Sacra interdixerunt, Matutinas horas canonicas, ac cæremonias omnes: spoliarunt ipsos priuilegijs, & immunitatibus Ecclesiasticis, subiecerunt omnem Clerum Magistratui profano, aut loco expulerunt: quo factum est, vt in exilium pulsus sit, aut seruitute Laica premeretur, & vel nouam Religionem Lutheri acceptare, vel mutos sedere à Diuinis laudibus otiosos, & vacuos.

7 Vt verò magis condoleas Ecclesiæ Germaniæ, ac altiùs ingemiscas, quàm latè serpserit hoc malum, breuibus exponam, & à capite Germaniæ incipiam. Grisones Curienses, exceptis Valesijs, omnes infecti sunt. Ex Heluetijs, Zuingliani sunt, Bernates, Thuricenses, Basileenses, Schafhusiani, Glarenses, Apocellenses, Gallenses, & alia Oppida libera cum his fermè triginta: soli Lucernenses, Vrienses, Suitij, Vndewaldenses,

ſes, Zugij, Friburgenſes, & Solodurenſes, puſillus Grex, in antiqua Religione perdurant. In Sueuia Prælati adhuc perſeuerant, & Nobiles liberi; pauciſſimi ex illis hæreſim ſequuntur: ſed Ciuitates fermè omnes apoſtatarunt, Auguſta, Vlma, Nordlinga, Meminga, Kempten, Eiſten, Bibracum, Lindau, Conſtantia, Eſſelinga, Reutlinga, Hallia Sueuorum, Hailbruna, ad hæc totus Ducatus Wittembergicus, vbi fuerunt tredecim ditiſſima Monaſteria Virorum, ſeptem Eccleſiæ Collegiatę, plura quàm bis mille beneficia curata, & ſimplicia, taceo Monaſteria Fratrum, & Monialium.

In Franconia porrò Marchionatus Brandeburgenſis Georgij, cum tot Oppidis, Monaſterijs, Eccleſijs Collegiatis, ac Parochijs in vniuerſum hæreſim ſequitur, cum aliquibus Comitatibus: Nurembergam item, Wiſſemburgum, Wingenium cum pluribus alijs Oppidulis adhærentibus. Thuringiam, Miſniam, & Saxoniam omnes perdidimus, poſt Catholici Ducis Georgij obitum. Marchia antiqua, & noua abierunt peſſum, poſteaquam Marchio Elector, cum Fratre poſt obitum patris optimi Principis, hoc anno in ſectas ſe contulerunt, vbi tot Epiſcopatus, Monaſteria, Eccleſiæ Cathedrales, Oppida innumera, terra latiſſima, & populoſiſſima. Abijt tota Haſſia, totus Ducatus Luneburgenſis, Ducatus Brunſuicenſis pro maiori parte, ſimiliter & Ducatus Mechelburgenſis cum tota Holſatia, Stromaria, Pomerania, Pruſſia: item vtraque Dania, Suecia, Norwegia ampliſſima Regna: ſoli Henricus, & Ericho Duces Brunſuicenſes, & Albertus Dux Mechelburgenſis exul in tàm vaſtis Regionibus ſunt in obedientia Sedis Apoſtolicæ. Prætereo maximas ibi Ciuitates Imperiales, Lubecum, Brunſuicum, Magdeburgum, Bremam, Goſlariam, Milhauſen, Frankenhauſen, Gorlicium, cum pluribus alijs.

Ad Rhenum reuertamur, ſub Heluetijs occurrit Argentoratum cum alijs Oppidis, Veiſſemburgo, Landaro, Wormatia, quæ pro maiori parte perijt, Francfordia famoſiſſimum Emporium, Marchia Badenſis corruit pro magna parte, nam & Sacerdotibus vxores permiſit, Monachis exeundi facultatem; maior pars cæremoniarum adempta, vtriuſque ſpeciei communio cõceſſa, delectus ciborum neglectus, ac ſub Duce Friderico paulatim res labuntur. Magna ſpes erat, reuerſum ex Hiſpanijs puniturum Ciues Lutheranos, qui in eius abſentia duos Prædicatores Lutheranos inſtituerant Laicos Ambergæ, & communionem ſeruabant ſub vtraque ſpecie. At ille nihil fecit, niſi quòd remouit Laicos Prædicatores, & eis Communionem ſub vtraque ſpecie permiſit; ſed à Sacerdote Lutherano adminiſtratur.

Sub Rege omnia ſunt ſalua, licèt plures habeat clandeſtinos Lutheranos ex Baronibus, & Nobilibus Auſtriæ. Sleſia pro maiori parte eſt infecta, & præcipuè Wratislauia: Illuſtriſſimi Principes noſtri Bauariæ Duces Willelmus, & Ludouicus nullam hæreſim tolerant, vt nè mutire verbum quiſpiam ſuper eo audeat, tanta ſeueritate puniunt à Religione deuiantes. Habent Monaſteria opulenta ſeptuaginta tria, Eccleſias Collegiatas ſeptem, Oppida triginta quinque, Caſtella ſeptuaginta duo, Arces nobiles, Villas innumeras. Ex Ducibus Palatinis, Bauariæ Elector, & alij ſunt boni; tamen excedentes non ità puniunt, excepto Ioanne Duce in Hundſruch, cum filio Duce Friderico, qui eſt optimus: alioquin vltrà Rhenum ſunt boni.

Habes, Reuerendiſſime Pater, quàm longè latèque graſſata ſit lues, & omni anno nouos ſibi conciliat confœderatos, & auctior viribus intumeſcit.

8 Quàm ergò difficilè ſit illos omnes reducere ad ouile Chriſti, pro tua prudentia, & eruditione facilè intelliges, ſolet enim hæreſi coniuncta eſſe pertinax obſtinatio, & obſtinata pertinacia. Deindè Principes, & Superiores, qui alios ſeduxerunt, verecundabuntur non modò, quia alios in tantos errores impulerunt, ſed quòd debent haberi, & reputari rei, ob tot ſacrilegia, blaſphemias, & impietates. Porrò difficile eſt aſſueta relinquere, difficilius ad diſſueta redire. Si in decem, quindecim, aut viginti annos non ſunt confeſſi, non vſi cęteris cęremonijs, non ieiunarunt, obſorduernnt in excommunicatione, quis dabit, vt ex corde redeant? Inſuper quot ab infantia ſunt in his erroribus nutriti, & educati, & ità obſurduerunt, vt neſciant fidem noſtram, ſolas hæreſes per omnem vitam crediderunt, nec ſciant aliud, egent nouo Catechiſmo. Prætereà, quàm difficile erit, Sacerdotes ſeparare ab vxoribus, Monachos, & Moniales reſumere habitum, repetere Monaſterium. Et poſtremò omnium difficillimum reſtituere Eccleſijs, & Monaſterijs, ac Beneficijs ablata. Ipſorum aliqua ſunt iam ſæpiùs vendita, aut aliter alienata; Eccleſiæ, & Monaſteria, Cœmeteria in vſum profanum alienata, hìc mille orientur difficultates.

Etſi omninò redire ſpontè voluerint, & non potentia ſęculari obſtinatè errorem defendere, vbi habebimus Monachos, vt ad priorem ſtatum reducantur Monaſteria? Vbi accipiemus Sacerdotes pro Parochis, & Curatis? (*Et infrà.*) Quantum laboris erit reformare Eccleſias Cathedrales, potiſſimum vbi ſoli Nobiles canonicantur? nam vbi ſunt viginti quatuor, triginta, aut quadraginta Canonici, vix quinque ex eis, aut ſex ſunt Sacerdotes. Scio Eccleſiam Cathedralem, in qua ſunt quinquaginta quatuor Canonici, & ex omnibus ſolùm tres ſunt Sacerdotes, cùm optima, & pinguiſſima habeant beneficia: & (quod cum dolore dico) quot ſunt in omnibus Cathedralibus, quorum aliqui nunquam orant, alij rarò horas Canonicas recitant, Theologiæ nullus ſtudet? (*Et paulò poſt*) Noui ante paucos dies Eccleſiam, vbi neque Epiſcopus, neque Præpoſitus, neque Decanus fuerunt Sacerdotes. (*Et poſt nonnulla*)

Multa ſunt generalia ſtudia in Germania, Baſileenſe, Friburgenſe, Tubingenſe, Ingolſtadienſe, Viennenſe, Heidelbergenſe, Moguntinum, Treuirenſe, Ertfurdenſe, Lipſenſe, Wittembergenſe, Francfordienſe ad Oderam, Colonienſe, & Louanienſe, ex quibus Baſileenſe, Tubingenſe, Ertfurdenſe, Lipſenſe, Vittembergenſe, & Francfordienſe ſunt in manibus Hęreticorum; & tamen promouent Doctores in ſingulis facultatibus. Idipſum attentare dicitur Heſſus in ſtudio Marcpurgenſi, quod ipſe propria auctoritate inſtituit: & ad hæc ſtudia Lutherana confluit maior turba Scholarium. Monui in literis pridiè ſcriptis, vt his priuilegia demerentur, vt promoti deinceps non haberentur pro promotis, ſed ad eundem gradum recipiendum eſſent inhabiles; & quòd Beneficiati actu eſſent beneficijs priuati, & ad recipiendum beneficia eſſent inhabiles, etiam toto anno ſequenti, quo illud ſtudium exierint, cum ſimili-

milibus, & optimis clauſulis hoc debuiſſet factum eſſe ante viginti annos. Papa Leo, cùm ſecunda vice me vocaſſet ad Vrbem, pollicebatur ſe omninò id facturum, ſola enim Wittemberga erat tunc in facto: ſed repente mors hunc intrà Menſem abſtulit, &c. [Conſului Legato, inſtituenda Collegia, in quibus iuuentus ad Ordines Sacros allicereтur, eruditione, pietateq; inſtructa.] Vale, & ſalue Purpurati Senatus decus, & ornamentũ. *Eichſtet XIII. Martij quadrageſimo ſupra ſeſquimilleſimum.*

Et hæc dicta ſint de infœlici Statu Germaniæ, ſequamur modò Hiſtoriæ ordinem.

Surius in comment.

9 Dum Gandaui ageret Cæſar, Proteſtantium Oratores ad eum acceſſere, ac vt ſe purgarent, turbarum culpam in Catholicos deriuarunt, impudentiſſimoque mendacio addidere, Deum hoc tempore Euangelij luce Germaniam colluſtraſſe, quaſi antehàc Germania, cum abiecta barbarie, euerſiſque Idolis Chriſtum coluit, Euangelium non didiciſſet, ſed iam illud ab Apoſtatis, flagitijs omnibus contaminatiſſimis acceperit, his addit Surius alia iniqua eorum poſtula-

Lutheranorum Oratores iniqua poſtulant a Cæſare.

,, ta. [Vrgebant Legati illi, vt Camerę Iudicibus ,, non liceret pro illis ferre ſententiam, qui ſe ,, quererentur rebus, & facultatibus ſuis ſub E- ,, uangelij prætextu priuari, quales quærimo- ,, niæ à Clero Catholico, & Monaſticæ vitæ cul- ,, toribus, tùm non rarò ad Cameræ iudicium ,, deferebantur. Dicebant Catholici ſe rebus ſuis ,, iniuria ſpoliari: aſſerebant contrà Euangelici ,, iure id fieri, quòd falſam colerent doctrinam, ,, &c. In hac autem Controuerſia non licebat ,, Catholicis ad ſupremum Imperij iudicium ,, prouocare, ſed oportebat eam ferre ſenten- ,, tiam, quam Apoſtatæ, & inceſtis polluti nu- ,, ptijs Monachi ſuis Magiſtratibus perſuaſiſſent ,, veram eſſe, & prorsùs Euangelicam. Hoc mi- ,, ſerum erat, & calamitoſum, & tamen ſic ha- ,, bebat pura doctrina noui Euangelij. Cęſar co- ,, gebatur ob temporum iniquitatem, pleraque ,, diſſimulare.] Edoctus verò experientia, quanta mala peperiſſet negligentia in laxandis Nouatoribus licentiæ frænis, nè idem in Belgio contingeret, quod acciderat in Germania aſſerendæ Fidei Catholicæ ſtudio, nè Belgæ ex impiorum librorum, qui circumferebantur, lectione, prauis erroribus irretirentur, atque ab orthodoxa Religione deficientes, libertatiſque illecebra prolectati, ſeditiones concitarent, grauiſſimo hoc Edicto omnes, qui Lutheri, & aliorum Hæreſiarcharum peſtiferos libros diuenderent, aut retinerent, capitali ſupplicio affici iuſſit.

Cochlæus in act. & ſcriptis Lutheri hoc anno.

10 Nos maturo, ac benè deliberato conſilio, atque etiam cum conſilio, & conſenſu charę Sororis noſtræ Reginæ Douagieræ Hungariæ, & Bohemiæ, &c. Regentis, & Gubernantis in Terris noſtris, & ſimiliter cum ſupremo conſilio noſtro, & ſententia ordinamus, & ſtatuimus, pro Edicto, & perpetua lege, vt ſequitur: Primùm, vt nemo cuiuſcumque ſtatus, aut conditionis fuerit, poſt hęc debeat apud ſe habere, vendere, portare, dare, legere, prædicare, docere, tolerare, defendere, impertiri, aut diſputare, ſiuè occultè, ſiuè manifeſtè, de doctrina, de ſcriptis, & libris, quos fecerunt, aut facere poterunt, Martinus Lutherus, Ioannes Hus, Marſilius de Padua, Oecolampadius, Vlricus Zuinglius, Philippus Melanchthon, Franciſcus Lamperti, Ioannes Pomeranus, Otto Brunfelſius, Iuſtus Ionas, Ioannes Purpuri, & Gorcianus, aut alij auctores de eorum ſecta, ſimiliter & omnes

Cæſar in Belgio prohibet libros Hæreticorũ.

alię ſectę ab Eccleſia reprobatę. Neque etiam doctrinas ab eorum adhęrentibus, fautoribus, & fœderatis, neque etiam noua Teſtamenta impreſſa, apud Adrianum de Bergis, Chriſtophorum de Remunda, Ioannem Zell. Phraſes Scripturę diuinę, interpretationem nominum Chaldæorum, Epitomen Topographicam Vadiani, Paralipomena rerum memorabilium, Hiſtoriam de Germanorum origine, Eobani Heſſi opera, Dominicas precationes Griphij, Methodum in præcipuos Scripturæ Diuinæ locos, Eraſmi Sarcerij Cathechiſmum, &c. Et ſi quis huiuſmodi libros apud ſe habeat, vt confeſtim comburat, ſub pœnis (ſiquis comperiatur, contra vlla ſupraſcripta puncta feciſſe) declarandis, & exequendis, nempè viros gladio feriendos, mulieres viuas defodiendas, ſi modò errores ſuos tolerare aut defendere deſierint; ſi autem in erroribus, & hęreſibus perſeuerare velint, igne ad mortem adigendi ſunt, & omnis eorum ſubſtantia fiſco noſtro applicanda eſt.

In Comm. hoc anno

De hoc Cæſareo edicto præfatus Surius diſſerens ità ſubdit [Hoc verò & ſi plerique permoleſtè ,, ferunt, putantque omnibus eiuſmodi librorum ,, lectionem permitti debere, tamen conſultiſ- ,, ſimè fit; nec eſt in Eccleſia nouum, ſed etiam ,, longè ante mille annos tempore Nicenæ illius ,, ſanctiſſimæ Synodi: non modò enim ipſa Sy- ,, nodus Arrij, & Sectatorum eius libros comburi ,, iuſſit, verùm etiam Conſtantinus Imperator ,, Chriſtianiſſimus capitis ſententiam tulit in eos ,, omnes, qui eos occultaſſent libros, & non ſta- ,, tim combuſſiſſent. Pauci ſunt eo iudicio prę- ,, diti, vt poſſint verum à falſo ſecernere, & multi ,, quidem hoc iudicium ſibi tribuunt, & legunt ,, indiſcriminatim ſcripta quorumcunque, ſed ca- ,, pti verſutiſſimorum hominum blandiloquen- ,, tia, dant pœnas confidentię & temeritatis ſuæ. ,, Certè de Apoſtolis, & eorum diſcipulis Ire- ,, næus ſanctiſſimus, & Apoſtolorum ætati pro- ,, ximus Scriptor libro tertio contra hæreſes ,, teſtatur, eos ne verba quidem commutaſſe ,, cum quopiam eorum, qui veritatem adulte- ,, rant, atque deprauant. Nec dubium quin illi ,, Magiſtratus non rectè conſulant ſubditis ſuis, ,, qui in ſuis ditionibus, & vrbibus permittunt ,, palam proſtare damnatos codices, & ſcripta ,, hæretica. Nàm nulla ferè alia re tàm multi ,, capiuntur, & pereunt apud Catholicos quàm ,, quod eiuſmodi pernicioſos libros facilè ſibi ,, comparare poſſunt, diſſimulante interim Ma- ,, giſtratu, in quem illorum perditio, vt veren- ,, dum eſt, redundabit. Hoc obiter admonere ,, viſum fuit, vt pius lector nouerit, non ſolùm ,, non reprehendendos, ſed etiam præcipuo ſtu- ,, dio, & amore complectendos Pontifices, Im- ,, peratores, Reges, Principes, & Magiſtratus ,, omnes, qui è toris ſuis ditionibus damnatos ,, libros proſcribunt, eorumque lectione ſubditis ,, omnibus interdicunt: perinde vt ſuis liberis ,, parentes illi, qui modis omnibus cauent, nè ,, quid ab illis toxici, aut exitialis cibi potuſue ,, ſumatur.] Vtinam tàm ſalubre præfati Auctoris monitum in omnium Chriſtianorum Principum animis fixum hac noſtra etiam ætate maneret; adeò vt diuino excitati ardore inſurgerent aduersùs eos, qui huiuſmodi librorum, vel hæretica prauitate, vel erronea nimis periculoſaque doctrina aſperſorum proſcriptionem, Apoſtolicę Sedis etiam diplomate ſignatam, cum magno Chriſtianorum ſcandalo irrident, paruipendunt, iniuſtèque editam verbis, ſcriptis, ac factis impiè

pro-

proclamant. Ad obſtruenda ora iſtorum hominum loquentium iniqua, ſufficiat Gallicanorum Antiſtitum Concilij Turonenſis ſecundi anno Chriſti 567. celebrati præclara confeſſio. *Quis Sacerdotum contra decreta talia, quæ à Sede Apoſtolica proceſſerunt, agere præſumat? Et quorum auctorum valere poſſit prædicatio, niſi quos Sedes Apoſtolica ſemper aut intromiſit, aut apocryphos fecit, & patres noſtri hoc ſemper cuſtodierunt, quod eorum præcipit auctoritas.* Labbè to. 5. Concil. can. 20. Franciſcus quoque Rex Galliæ Kalendis Iunij huius anni ſeueriſſimum promulgauit edictum aduersùs propagatores hæreſeos Lutheri, ſociorumque eius, quod extat inter Conſtitutiones Regias datum apud Fontembliaudi, ſeù Bellę aquæ. Quin etiam Lutheri dogmata Angliæ inuiſa plurimùm fuiſſe ſubijcit Surius In comm. hoc anno. „ [Sub hoc tempus Legati Proteſtantium ex „ Anglia redierunt, ac narrauerunt ſtatum Religionis in Anglia; & quemadmodum Rex ipſe Henricus in familiari colloquio dixiſſet, „ Proteſtantium Theologos de præcipuis quibuſdam controuerſis rebus non rectè ſentire. Nàm „ etſi Rex ille propter diuortium à Pontifice, „ qui illud probare noluit, abalienatus erat, tamen Lutheri dogmata pleraque prorsùs è ſuo „ Regno profligauit.] Quamuis autem à Cęſare, à Galliæ, & Angliæ Regibus atque ab alijs Principibus nefanda Lutheri doctrina damnaretur, attamen in pluribus Germaniæ partibus, à quibus mirum in modum ille colebatur, peſtiferum virus in maximam animarum perniciem latiſſimè diffundebatur. Cuius potiſſima cauſa ea erat, quod eius impia dogmata laxioris viuendi formæ habenas cuilibet præberent; quod præcipuè Cardinalis Hoſius animaduertit, Eraſmi Roterdami teſtimonium in medium proferens, ita de Lutheri aſſeclis differentis [Circumſpice mihi ſodalitatem iſtam Euangelicam „ quot habet adulteros, quot temulętos, quot decoctores, quot alijs vitijs infames? &c. Per hoc „ quod ipſi vocant, Euangelium, non corrigi ſcribit homines, vt potius videantur deteriores; „ nec fieri vt peccare deſinant, ſed vt peccent impunitiùs.] Nunc ad Hiſtoriam reuertamur.

De pace inter Cæſarem, & Regem Galliæ agitur. 11 Eluſit Cęſarei Edicti ſeueritatem improborum audacia, grauiſſimoſque propterea bellicos tumultus in Belgio, & Hollandia poſteà concitatos viſuri ſumus. Cùm verò Cæſar colloquia cum Fratre Ferdinando Rege pro explicandis in rebus arduis conſilijs peregiſſet, pro ſancienda cum Gallo Rege pace, delectos ab eo pro conficiendis legibus Oratores Ioannem Lotharingium, & Annæum Memorantium euocauit, propoſuitque conditiones amplas quidem, & auguſtas, Galliſque, & Reipublicæ Chriſtianæ profuturas, ſed à Franciſci Regis mente, ac ſtudijs penitùs alienas. In primis aſciturum ſibi in generum Carolum Franciſci filium, atque eum ex iure Auguſtæ Maieſtatis, & dotali nomine Belgarum Regem effecturum (quo nil aptius Franciſco Regi contingere poſſe videbatur, quàm, vt alterum è duobus Liberis Galliæ Regem deſignatum, alterum nouo Belgici Regni florentiſſimo diademate inſignitum, eſſet habiturus, qui fraterna quidem ope, coniunctiſque animis duo Regna opulentiſſima tueri, ac Lutheranorum contumaciam facilè frangere poſſent, bellaque inter Belgas, & Gallos oriri ſolita prefocarent.) Mediolanenſem verò Principatum, ardentiſſimis votis expetitum tradere noluit, nè Italicum Imperium in diſcrimen adduceret, ſibique ex Hiſpania per Liguriam in Germaniam iter obſtrueret: has pacis leges, quæ à Gallis maximè expetendæ fuiſſent, Franciſcus, opinione ſua deceptus, ſpreuit, quas poſt grauiſſima geſta bella admiſiſſe viſuri ſumus, vetereſque inter vtrumque Principem ſuſpiciones, ac diſſenſiones recruduerunt.

Paul. Iouius l. 39. 12 Quamuis Cardinalis Farneſius Legatus redintegratam hanc pacis actionem ex ſparſa ſolum in vulgus fama cognouiſſet, ex flagrantiſſimo tamen ſtudio conficiendi data à Paulo Pontifice imperia, perducendæq; ad optatum finem concordię, quam pij omnes enixè expetebant, confirmatamq; opinabantur, magna illius promouendæ conſtabiliendæque incenſus cupiditate, Nuntio Pontificio adhibito interprete rei veritatem ex Cęſaris ore elicere pertentauit. At Nuntio ſciſcitanti reſpondit Cęſar, Se in nullo vnquam negotio maioribus difficultatibus implicitum fuiſſe, vel anxio magis animo fluctuare poſſe, quàm in hoc pacis cũ Franciſco Galliarum Rege negotio. Quo reſponſo ad Legatum perlato, maximum ille dolorem inde traxit, cùm gloriam ſanciendæ firmiſſimæ pacis, de qua plures illi erant gratulati, ereptam perſpiceret; vehemenſque ſuſpicio, ſed inanis illius animum inuaſit, ne Cæſar ſub vana ſpecie tractandæ pacis diutiùs apud ſe illum detineret; atque Galliæ Rex opinaretur, eum longiores moras trahere apud Cæſarem, vt coniungendæ paci incumberet, indeque ſpe pacis illius in bellico apparatu ad propulſandum Cæſarem inſtruendo ſegnior euaderet; ſiniſtramque de Legato tanquam ſibi infenſo ſuſpicionem conciperet: decreuit itaque redeundi ex aula Cæſarea veniam poſtulare à Pontifice, eamque obtinuit: cumque Nuntius Pontificius, qui apud Cæſarem agebat, ſignificaſſet, Legatum de reditu ad Romanam curiam conſilium ſuſcepiſſe, Cęſar laudauit illud ob imminentes feruidos appetentis æſtatis calores, tùm quia pax niſi longo dierum fluxu confici, ac firmari poſſet, cum exigeret neceſſitas, vt prius, Ferdinandus Rex frater in Germaniam ſe conferret pro Religionis diſſenſionibus pacandis, ac quadam concordiæ forma cum Lutheranis componenda; qua ſancita in Belgium reuerſurus eſſet; quæ confici vix poſſent niſi duorum menſium interuallo: ingratum & acerbum accidit hoc reſponſum Legato, vt ſine confecta pace diſcedere cogeretur. Sed grauiorem dolorem attulit Pontifici, qui eam maxima contentione adſtringere nitebatur, vt Chriſtianorum Principum vires aduersùs Turcicam tyrannidem coniungeret; ac pro excindenda funditùs hæreſi Concilium œcumenicum celebraret; propterea enim grauiore ſenio affectus multis ſe itinerum laboribus attriuerat, ac nullis ſumptibus in mittendis Nuntijs, & Legatis Cardinalibus pepercerat, vt ex literis ad Regem Poloniæ, qui ſacram in Turcas expeditionem confici optabat, redditis patebit.

Regi Poloniæ.

Paulus III. lib. breu. anno 6. pag. 167. 13 Chariſſime. Venit ad Nos, cum literis, & mandatis Serenitatis Tuæ Venerabilis Frater Ioannes Wilamnoski Epiſcopus Camenecenſis Orator Tuus, ac nomine Serenitatis Tuæ, coram Nobis in Sacro noſtro Conſiſtorio expoſuit pia deſideria, atque exhortationes tuas, vt ad ſuccurrendum rebus Chriſtianitatis laborantibus, vniuerſale Concilium celebrare, & expeditionem aduersùs Turcas aggredi velimus: quibus intellectis, Nos vnà cum Venerabilibus Fratribus Noſtris Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinalibus, præſtantiſſimam animi tui pietatem ſem-

ſemper Nobis agnitam, & in luce totius Chriſtianitatis poſitam abundè recognouimus: nam, & puritatem Catholicę Religionis, quam reſtitui cupis in tuis Regno, & Dominijs, ſemper conſeruaſti, & ex bellis pro Chriſtiana, & Catholica Fide geſtis, nomen in Terris, præmium in Cœlis immortale tibi peperiſti. Nos verò, fili chariſſime, eo gratiorem tuam legationem, exhortationemque habuimus, quò ea, quæ ſuades, nos etiam noſtro officio adducti, & voluntate incenſi, ſemper non modò optauimus, & procurauimus, verùm etiam ex parte inchoauimus, & quantum in nobis fuit, præſtitimus: nam & Concilium indiximus, ſicut ſcis, & quia, nec illud celebrari, nec expeditio contra Turcas ſuſcipi, ſine Chriſtianorum Principum concordia poterat, ſicut Tua Serenitas pro ſua prudentia non ignorat, non contenti literis, Nuntijs, ac Legatis ſæpiùs ad hoc fruſtrà miſſis, Nos ipſi nulla ſenectutis noſtræ, vel laboris, aut periculi ratione habita, Niciam pro reconciliandis eorum animis nauigauimus, eiuſque (quantacunque poſteà ſequuta eſt redintegrati inter illos amoris ſignificatio) Nos certè poſt Deum omnipotentem authores fuimus: ſuperiore quoque anno eandem ob cauſam nepotem noſtrum Cardinalem de Farneſio Legatum in Hiſpaniam miſimus, hodièque in Flandria habemus, vtinam ſortituri euentum, quem omnes cupimus. Bellum verò in Turcas ab hinc triennio, quibus cùm potuimus ſuſcepimus, & gerere cœpimus, nec in nobis, aut de hoc, aut de Concilio celebrando vlla vnquam mora futura eſt, niſi à cæteris deſtituamur, ſine quorum ope, & aſſenſu Nos ſoli fruſtrà laboraremus. Deus igitur Omnipotens illuminare dignetur ipſos Chriſtianos Principes ad eam, quam nobiſcum Tua Serenitas optat, veram, ac plenam concordiam, ſine qua nihil boni ſperari poteſt. Tuam verò Serenitatem omni noſtri cordis affectu, & commendatione proſequimur in Domino, omnique laude digniſſimam iudicamus, quòd, ſe cùm omni tempore, tùm hoc quoque, Catholicum, & pientiſſimum Principem præſtiterit, illam in eodem Domino, non tàm ex neceſſitate ſua, quàm ex beneuolentia noſtra exhortantes, vt in hoc ſancto propoſito, vtriuſque rei promouendæ, perſeuerare, & quantum in ſe eſt, ope, conſilio, auctoritateque ſua, nobis adeſſe velit, ſicut eam eſſe facturam, & ſperamus, & confidimus, &c. *Datum Romæ XXIII. Aprilis MDXL. Anno VI.*

14 Dum Cardinalis Farneſius geſta legatione apud Cæſarem in Belgio, repetendæ Romæ facultatem à Pontifice expectaret, inopina res vehementer illius animum perculit; Granuellanus Cæſareo nomine illi ſignificauit, indicendum neceſſariò Spiræ vigeſima tertia Maij conuentum Ordinum Imperij; atque trium ab eo die hebdomadarum ſpatio à Principibus Catholicis, & Lutheranis ex vtraque parte æquali numero viros doctrina inſignes deligendos, qui coram Pontificio Adminiſtro de Religionis diſſenſionum cauſis miſcerent colloquia, atque in aliquam concordię formam conuenirent. Indecorum maximè Legato viſum eſt, Cæſarem adeò voluntatibus Principum Lutheranorum ſeruire, vt noua Sathanæ ſynagoga pari ſe honore cum Eccleſia Catholica conferret; cùm pertinaciſſimi apoſtatæ atque in impietate obfirmati ex huiuſmodi colloquijs inanis gloriolæ auram aucupari, viruſque latiùs effundere meditarentur; ideoque reſpondit Legatus Granuellano, Pontificem ab huiuſmodi colloquijs abhorrere animo, cùm ex ijs graniora ſemper mala emerſiſſent, impiaque dogmata apud nouarum rerum cupidos ventilarentur, nec pio, & ſyncero conſilio, ſed ſceleratiſſimo colloquium efflagitarent; propterea que ſibi data à Pontifice imperia, vt colloquia huiuſmodi diſturbaret, cum Religionis cauſa in totius Eccleſiæ Præſulum cœtu œcumenico diſcuti deberet: attamen à Cardinalis Ceruini & duorum Internuntiorum reſponſo ſe non receſſurum pollicitus eſt. Tum Ceruinus ſubdidit Granuellano, an Cæſar, & Ferdinandus Rex conſilium de ineundo colloquio poſcerent? an verò quod iam de colloquio celebrando ſanxerant, ſibi renuntiarent? eo poſtulato anxius, & implicitus Granuellanus, cùm non occurreret animo, quid certi & explorati reſponderet, aliò ſermonem conuertit, ac perſuadere niſus eſt, huiuſmodi colloquium neceſſarium, nec à Pontificia voluntate alienum, modò Norimbergenſis cœtus decretum, quo ſancitum erat, ne Pontificij Adminiſtri huiuſmodi colloquijs intereſſent, reſcinderetur. At fruſtra Granuellanus contendebat, extremam habendi colloquij neceſſitatem incumbere; cùm luce clarius demonſtratum eſſet à Ceruino, Ratisbonenſem conuentum. non colloquium paucorum Catholicorum Lutheranorumque, ſed Concilium œcumenicum poſtulaſſe, quod ipſe Legatus Pontificio nomine ſanctiſſimè ſpondebat celebratum iri. Verùm Pontificis, Legatique pia ſtudia Cæſar, ne Lutheranos exaſperaret, tunc promouere contempſit: Iam enim pro Concilio œcumenico infidum & inutile colloquium promiſerat: adeò vt nec Legato ſignificandæ rei Pontifici per tabellarium concitatiſſimis equis Romam procurſurum temporis mora indulgeretur; cùm iam Legato Pontificis mentem notam eſſe reſpondiſſet. Ceruinus tamen adhuc conſtantiſſimè vrgebat captum fuiſſe à Cæſare ac Ferdinando Rege inopinatum illud conſilium, colloquij videlicet de rebus fidei ineundi cum Lutheranis, contra Pontificis mentem, à qua ipſe Granuellanus abhorruerat, ſenſeratque, id colloquium graniora pericula trahere, ac damna rei Catholicæ illaturum; ideoque Legatum nullo modo à Pontifice antea inſtructum fuiſſe, quo pacto in re tàm graui ſeſe gerere debuiſſet. Sed cùm nihil Ceruinus his rationibus proficeret, Cardinalis Legatus ira paulum efferueſcens receſſit, ſed Ceruini Pontificij Internuntij opera altera die ſcriptum edidit, tranſmiſitque ad Cæſarem, quo illud colloquium pro conciliandis Religionis diſſidijs indictum, grauiſſimis adductis argumentis abrumpendum demonſtrauit.

15 XXI. Aprilis MDXL. Heri cùm Reuerendiſſimus D. Legatus audiuiſſet Illuſtrem D. de Granuella nomine Cæſareæ Maieſtatis, & Sereniſſimi Romanorum Regis proponentem, Maieſtatibus ſuis videri vtile, & neceſſarium ad tollenda diſſidia Religionis in Natione Germanica, quæ iam ſatis ſuperque Chriſtianam pietatem labefactarunt, & quotidiè magis labefactant; necnon ad prouidendum rebus contra Turcam, (quod exploratum ſit Turcam hoc anno Hungariam valido apparatu petiturum) conuentum Catholicorum Principum ad feſtum Trinitatis Spiræ haberi, in quo primum tractaretur de augendo fœdere Catholicorum, ac de nonnullis rebus Religionis, quæ fortè poſſent concedi Statibus Proteſtantibus; quæ tamen non eſſent de eſſen-

M.S. Fr. Ciſci Card. Barberini fig. 2677. pag. 74. Sententia Reuerendiſſ. Legati ſuper conuentu habendo Spiræ.

sentialibus catholicæ nostræ fidei; & illis semel constitutis inter Catholicos Principes deindè alius conuentus cum nonnullis Principibus Protestantium post tres sequentes hebdomadas fieret, in quo de concordia Germaniæ in fide, & de auxilio contra Turcas tractaretur, adhibitis etiam ad hunc conuentum Oratoribus Christianissimi Regis, &c. Cùmque idem Illustris Dominus de Granuella super hoc peteret sententiam Reuerendissimæ Dominationis suæ; licet nonnulla tunc dicta fuissent, tamen quia concluſum est, vt Reuerendissima Dominatio sua cogitaret, ac proponeret Maiestatibus suis, qua ratione videretur sibi posse, saluis rebus Religionis, prouideri periculis Turcicis, ita sententiam, quo decet pudore, profert.

Debent ante omnia prædictæ Maiestates, pro comperto habere, Sanctissimum Dominum Nostrum veram pacem, & vnitatem Germaniæ optare; quæ tamen pax & vnitas non diuidat eam ab Ecclesia, & constituat perpetuum bellum cum Deo. Nihil etiam magis optat Sanctitas Sua quàm sæuientis Turcæ atrociſſimi, & potentissimi hostis conatus posse communibus Christianorum votis, ac viribus propulsari, & comprimi. Verumtamen quod ad præsentem materiam conuentus Protestantium, & Catholicorum spectat, immò de Religione, & pace Germaniæ tractandum est; hæc putat animaduertenda. Cæsarea, & Regia Maiestates pro sua prudentia meminisse debent de Religione sæpiùs tractatum fuisse cum Protestantibus, sed præsertim Augustæ, vbi cùm diù disputatum fuisset præsentibus omnibus Statibus Imperij à multis viris doctissimis, nihil tamen propter tortuosos recessus aduersariorum potuit concludi. Tandem præsentarunt ipsi Cæsareæ Maiestati Confessionem suam Augustensem, quæ quidem Confessio, licet in multis sit reprehendenda, nihilominùs nullo modo fuit ab eis obseruata; quinimò in multis articulis contrarium fecerunt ac faciunt. Multos etiam alios articulos in illa Confessione præteritos habent dissentientes à fide Catholica, qui etiam, quando opus erit, ostendi poterunt. Itaque si cum eis tractandum erit de Religione, cùm sint tamquam anguillæ lubrici, nihil omninò certi in manibus Catholicorum haberi poterit.

Sed & superiori anno cùm Regia Romanorum Maiestas pro sua pietate optaſſet, ac sperasset (suadente Marchione Brandeburgensi Electore) aliquam viam concordiæ posse inueniri, cœpti sunt Francfordiæ tractatus partium, verùm in primo limine iterum aduersarij in lapidem impegerunt, ostendentes, quàm alienum animum habeant à concordia; quippè qui excusso semel iugo obedientiæ, non reformatum Summum Pontificem, sed nullum, nec remotos abusus aliquos à Sede Apostolica, sed Sedem ipsam destructam velint. Ex quo principio quæ potest concordia sperari, cùm omnimodam perniciem in primis Sedis Apostolicæ, & eius partis quærant, deinde (hac destructa) totius Ordinis Ecclesiastici perturbationem? Quòd si anno superiori id fecerunt in viridi, quid nunc facient in arido, cùm videant pacem cum Rege Gallorum nondum concluſam, & Turcam iam Hungariæ imminentem? opportunitate enim temporum erunt insolentissimi, neque patientur à suis sententijs, quibus pertinaciter hærent, dimoueri; cùm præsertim maxima sit diuersitas inter partes, non vnius, aut alterius (vt falsò asseritur) articuli, sed multorum, & pluſquam quinquaginta articulorum. Addendum est etiam, quod nescitur, cum quibus sit tractanda concordia, cùm non omnes eadem sentiant. Lutherani hoc volunt, illud petunt Zuingliani, vt reliquas Sectas omittamus.

16 Verùm demus, adhuc concordiam posse fieri, & Protestantes etiam ad obedientiam Sedis Apostolicæ adduci, id nullo modo fieri potest, nisi multa Protestantibus permitterentur, quæ etiam essent prohibita de iure positiuo, veluti Communio sub vtraque specie, & connubia Sacerdotum, & similia: non debent tamen sine publica auctoritate, & consensu in Ecclesia innouari. Et si fortè opponeretur, quòd confirmatio eorum, quæ ipsis permitterentur ratione pacis & concordiæ, siuè à Sede Apostolica, siuè à Concilio postea peti possit, certum est tamen, quòd is consensus non expectaretur, sed statim in eum vsum repentè sibi gratissimum venirent. Quo facto Germania iam vnita inter se, & receptis ritibus, qui sibi placerent, nullam curam ampliùs gereret de Concilio: ex quo sequeretur diuisio corporis, & vnitatis Ecclesiæ, cùm hi vsus & mutationes, neque in Hispania, neque in Gallijs, neque in Italia, neque in reliquis Prouincijs Christianitatis essent receptæ. Quòd si etiam posteà generale Concilium has mutationes non approbaret, immò contrarium statueret, quæ spes esset reducendæ ampliùs Germaniæ in suis opinionibus iam pridem confirmatæ.

Præterea periculum est, ne Protestantes multa de sua opinione concedant, modò id vnum à Catholicis obtineant, vt vnà omnes à Sede Apostolica deficiant, cùm id solum maximè cupiant, & in votis habeant. Quòd si euenerit (vt est valdè timendum) tunc non esset in potestate Maiestatum Suarum prouidere. Quemadmodum accidit de Concilio indicendo in Dieta Ratisbonensi; de qua re constitutionem Status Imperij sine auctoritate Cæsareæ Maiestatis fecerunt, sicut Sua Maiestas aliàs Sanctissimo Domino Nostro significauit, quare vt alia omittamus, ex his paucis possent Cæsarea, & Regia Maiestates cognoscere, quid sperandum sit ex amicis huiusmodi tractatibus, & colloquijs cum eis habendis.

17 Quod autem ad pacem Germaniæ spectat, non sine animi dolore ac pudore proferri possunt, quę subijciuntur.

Fuit Vormatię primùm de pace tractatum, & concluſum, deinde factę fuerunt Norimbergenses Induciæ inter vtrumque Statum, Protestantium scilicet, & Catholicorum, addito etiam Cæsareo Ratisbonensi mandato: vbi tot emanarunt mandata Maiestatum Suarum sub pœna Prouincialis pacis, & banni Imperialis, tamen possunt videre Maiestates Suæ, vbi tot conuenerint Principes subscripti & iurati, vbi tot emanarunt mandata Maiestatum Suarum, additis grauissimis pœnis; nihil tamen obseruatum fuisse, quinimmò spretis omnibus, Inducię illę sæpiùs fuerunt violatę, & partes Protestantium nouis confœderationibus contra pacta adauctæ, accessione nonnullorum Principum, sicut Regis Daniæ, Ducis Wittembergensis, & aliarum etiam nonnullarum Ciuitatum, mutatione facta Religionis in diuersis locis, & Prouincijs contra pacem, & iusiurandum.

Ex quibus, ne longiores simus, facilè conijci potest, quæ spes futuræ pacis sit habenda. Durante enim pace, tùm libris, tùm minis, tùm practicis, aliquot quotidiè seducunt ex omni hominum genere, cùm facile sit, vbi Religio refrixerit,

xerit, euocare homines è diuina vita ad molliorem, è continenti ad voluptuosam, ex obedientia ad libertatem, neque seducunt homines solùm, sed Ecclesias diripiunt, Episcopos ejiciunt, Religionem profanant, atque id impunè: immò in tantum progressi sunt, vt integerrimum, & reuerendissimum Imperialis Cameræ Iudicium diuellere conentur, vt eo diuulso, & auctoritas Cęsareę Maiestatis in Imperio concidat, & ipsi impunè in omnium bona, ac vitam grassari possint. Nulla igitur spes firmæ, & diuturnæ pacis ex amicis tractatibus haberi potest, nisi eam pacem velimus, quæ & omnem dignitatem Sedis Apostolicæ in primis opprimat, & Catholicam Religionem conculcet, ac omnem Ecclesiasticum ordinem confundat, & destruat.

Hæc omnia, Reuerendissimus D. Legatus non ignorat, Cæsareæ, & Regię Maiestatibus esse manifesta, ac multò plura in hanc sententiam, quæ hic colligi breuitatis studium non permittit. Restat nunc tractandum, qua via, & ratione prouidendum sit periculo Turcico, saluis rebus Religionis.

18 Periculo Turcico prouideretur, si ab vtrisque, Catholicis scilicet, & Protestantibus, auxilium Maiestatibus Suis tribueretur: sed dubitatur id non posse impetrari, nisi priùs inter eos de Religione conuenerit. Igitur, cùm publica res Religionis in vniuersali Concilio, non autem in Dietis particularibus tractanda sit, cùmque Catholici semper optarint Concilium, vt patet per Ratisbonensem Recessum, & per capitula ligæ Catholicæ, proponit Reuerendissimus Legatus Maiestatibus Suis, vt velint hoc Concilium œcumenicum statim prosequi, & celebrari: hoc enim modo, satisfactis Catholicis, non poterunt auxilium denegare, & res Religionis remittentur Concilio, vt decet. Et quantum ad Protestantes, incutietur ipsis ex hoc Concilio maximus terror, & videntes rem seriò tractari, timebunt rebus suis, & sic erunt tractabiliores, & magis obedientes Maiestatibus Suis, vt qui iam sentient sibi esse resipiscendum, & redeundum ad cor, & fortè venient & ipsi, & mittent ad Concilium, præsertim si cognouerint Maiestates Suas nolle ampliùs pati hæreses in Germania, sed velle, vt in ipso Concilio, hoc est Regia via, vniantur. Est etiam rationi consentaneum, cùm res fidei, & Religionis pertineant ad omnes Christianorum Prouincias, vt omnium votis componantur, ex quorum consilio & auctoritate, si quid aut in Religione mutandum, vel corrigendum, immutetur, & corrigatur (nam respicere oportet non solùm ad Germaniam, verùm etiam ad Hispanias, Galliam, Italiam, & reliquas Christianorum Prouincias) neque credendum est, quòd, si quid ob quietem Germaniæ noui in Religione fiat sine scitu, & permissione aliarum Prouinciarum, id posse carere aut magna calumnia & scandalo, aut pernicioſissimo exemplo. Præterea si quid priuatim in Germania constitueretur, quod ab alijs Prouincijs non probaretur, esset magnum monstrum in corpore Christi, quia Ecclesiæ membra non cohæreret, & vnitas non seruaretur.

19 Fuit etiam mos antiquus, & ab Apostolis traditus ad hæc vsque tempora conseruatus, vt in controuersijs fidei Concilium semper adhiberetur, quo sequestro, ac medio controuersiæ omnes firmarentur, & pax restitueretur; neque erit difficile hoc Concilium celebrare, quod omnes pij homines continuis precibus, & votis à Deo, & à Summo Pontifice efflagitant, vt inter alios fecit paulò ante Rex Poloniæ per proprium Legatum, imprimisque ipsi confœderati fœderis, siue ligæ Catholicæ: inter quos, vt suprà dictum est, in vno articulo constitutum est, & iuratum, vt velint totis viribus suis procurare Concilium, quod in dieta Ratisbonensi, vt suprà dictum est, sine auctoritate Cæsareæ Maiestatis fuit conclusum.

Tempus etiam est opportunum: nam dum Cæsarea Maiestas, & Christianissimus Rex Gallorum sunt in hoc tractatu pacis, cuius sperari potest, Deo dante, finis optimus; cùmque tanta inter Maiestates Suas facta est coniunctio animorum, & tot signa beneuolentiæ omnibus ostensa, omnium Prouinciarum suarum Prælati, tutò, & commodè conuenire poterunt. Accedit insuper securitas conscientiarum in primis Cæsareæ, & Regiæ Maiestatum, deindè etiam reliquorum Principum Catholicorum, qui in priuatis tractatibus aliquid vel approbare, vel permittere possent, vel fortè ipsis inuitis decerneretur, quod esset in magnam Dei offensam, & animarum perniciem, vt suprà dictum est. Quòd si ad Concilium reiectum erit, Maiestates Suæ, & reliqui omnes vacabunt omni culpa.

Nec omittendum est, Concilium futurum vtiliſſimum Maiestatibus Suis, quia durante eo, omissis tractatibus Religionis, & ad Concilium reiectis, interim quę sibi vtilia, & necessaria erunt, commodè pertractabunt.

20 Conuocato igitur, vt dictum est, Concilio, & exclusis omnibus priuatis tractatibus Religionis, Maiestates Suæ poterunt, quos sibi videbitur, & Catholicos congregare, & cum eis tractare de augendo fœdere Catholico, quod fœdus quantò erit magis validum, & potens, tantò erit vtilius: nam eo aucto, & corroborato, vel Protestantes patientur se adduci ad Concilium, ac eius determinationi se (vt debent) subijcient; vel si erunt obstinati, illo ipsomet fœdere poterunt Maiestates Suæ vti, ad eos corrigendos, & ad saniorem mentem reducendos post Concilij decretum. Atque hæc quidem dicta sint, quantum ad Religionem attinet.

Quantum verò ad imminens periculum Turcæ, Reuerendissimus D. Legatus in primis, vt sępiùs ex mandato Sanctitatis Suæ fecit, non cessat hoc Cæsareæ Maiestati cum omni affectu repetere, vt pax primùm cum Christianissimo Rege Gallorum concludatur; ab ista enim pace pendet salus Reipublicæ Christianæ; nam si illa non concluderetur (quod Deus auertat, & quod tamen non speratur) dubium est, an concordes vires totius Christianitatis possint viribus potentissimi illius hostis resistere, cùm domi non adeò plena esset securitas. Sed huius pacis vtilitatem multifariam ideò nunc explicare minus est necessarium, quòd sæpius de ea actum sit cum Cæsarea Maiestate.

21 Poterunt etiam Maiestates Suæ, reiectis (vt dictum est) tractatibus Religionis ad Concilium, interim cum Principibus Catholicis de auxilio contra Turcam stabilire sine vlla mora: tùm etiam stabilito Catholicorum fœdere, acceptato per Maiestates Suas Concilio, & accisa Protestantium spe de Religione peruertenda, & bonis Ecclesiasticis diripiendis, Maiestates Suæ, & reliqui Germaniæ Principes suadere possent Protestantibus, vt ad Concilium venirent nulla omissa ratione,

tione, vel cautione honeſta, quæ illos adducere poſſet, non eſſet neque à ratione alienum, neque difficile, vt ſuprà dictum eſt, aliquid etiam auxilij ab ipſis contra Turcam obtinere.

Si autem Maieſtates Suæ abſque mala concordia Religionis nihil contra Turcam obtinere poſſent; videndum eſt, quod ſit maius detrimentum, & quid cedat in maiorem Dei offenſionem, An ipſius Dei verum Cultum, ac Religionem deſtrui (quod fieret, quando Germania in malo per concordiam conueniret) an ipſius Germaniæ auxilio contra Turcam deſtitui? Non enim facilè diſcerni poteſt (vt Chriſtianè loquamur) qui ſint inimiciores Chriſti, Proteſtantes, an Turcæ? quia hi captiuant, & occidunt corpus, illi captiuas ducunt animas, & in perditionem trahunt: non cogunt hi Religionem mutare, illi ſub ſpecie boni corrumpunt Religionem, ac deſtruunt.

His igitur omnibus diligenter perpenſis poterunt Maieſtates Suæ rectius deliberare quid, & quomodo agendum. Reuerendiſſimus D. Legatus eſt huius ſententiæ, vt Concilium ante omnia conuocetur, & celebretur hoc anno, vt in conuentibus Germaniæ nihil de Religione tractetur, vt fœdus Catholicorum augeatur, & corroboretur; vt eo fœdere aucto, Proteſtantes omnibus modis ad Concilium alliciantur: interim verò concludatur pax cum Rege Gallorum, & colligantur auxilia ex omnibus partibus contra Turcam.

Illud etiam in fine non omittendum eſt, quòd antequam tractatus amicabiles perficiantur, & auxilium Imperij ſtabiliatur, elapſum erit tempus occurrendi hoc anno Turcæ, & pro anno ſequenti negotium auxilij ferendi poterit meliùs tractari in communi loco, Concilij votis contra communem inimicum. In his tamen prędictus D. Legatus remittit ſe ſingulari prudentiæ Sereniſſimarum Maieſtatum Suarum, quibus omnia fideliter optat contingere. Subditur in eodem M. S. quodnam a Cæſare reſponſum Legato redditũ ſit.

M.S. Frã ciſci Card. Barberini to. 2637. pag. 22.

„ 22 Imperator breuiter ſic reſpondit. [Et „ quoad Concilium, à ſe expetitum, procuratum- „ que, vt modo quo conuenit celebrari poſſit, „ perſpicuum eſt; non cogi poſſe niſi Principes „ Chriſtiani conſentiant, & ſuos ad id Oratores „ mittant, Germanos illud extra Germaniam „ non poſtulare, nec opere Concilij periculis à „ Turca imminentibus occurſum iri. Quoad „ pacem ſpectaret, ſignificauit, eam à ſe apertè, „ & procurari, promouerique apud Regem „ Chriſtianiſſimum, ſe honeſto contentum fu- „ turum, nec illi conſectandæ defuturum, nec „ iam defuiſſe.] Quamuis hæc publico ſcripto reſpondiſſet Imperator, attamen ob ſcriptum illud Ceruini, quod per manus aliorum, & præcipuè in Romana Curia commorantium, tranſmittendum audierat, animo paululum perturbatus eſt: quare demceps graues quidem oppoſitiones in eo Legati ſcripto contineri, ac potiſſimùm debuiſſe prius de his colloquijs Pontificem certiorem fieri, quam illa indicerentur, faſſus eſt; nihilominus à cœptis reſilire noluit, ſed calamitate temporum, atque anguſtia ſe vrgeri ſubiecit, vt ſex dierum fluxu conuentum Spirenſem indiceret, in quo tamen Pontificiæ dignitati, atque auctoritati debitus honos deferendus eſſet; prætexuitque à Principibus Imperij maximo ambitu rogatum, vt ad tollenda bella ciuilia, quibus plurimus ſanguis fundendus eſſet, colloquium de ſopiendis Religionis controuerſijs placidè, & amanter iniretur. Tranſmiſſæ verò ad Principes Imperij, Cæſareæ literæ his verbis conceptæ fuerunt.

Reſpõſio ad ſcriptũ Legati.

Epiſt. Farneſ. apud Palauic. to. 2. lib. 4. cap. 10. n. 16.

Literæ Imperiales, & Cæſareæ Maieſtatis ad Proteſtantes,

23 Altogeniti, Illuſtres, Amici Electores, & Principes. Nos hic amicè, & fraternè cum amabili, & dilecto fratre noſtro Romanorum Rege de pluribus moleſtiſque negotijs, quæ hoc tempore in Sacro Romano Imperio Germaniæ Nationis reperiuntur, & præ oculis ſunt, præſertim quæ de litigioſis Religionis Chriſtianæ cauſis res ipſa flagitabat, locuti ſumus, & cum dilectione ſua concluſimus, quod in his nos benignè atque liberè ad quietem, & ſalutem Germaniæ cum Dei Optimi Maximi ope, & auxilio agere velimus, & quantum ad nos attinet, nihil omiſimus cogitandum, quod ad pacis, atque concordiæ hafum controuerſiarum profectum vtile, & neceſſarium viſum, & futurum ſit, ſicut hanc noſtram egregiam propenſamque animi voluntatem à principio, ad hoc vſque tempus veſtræ dilectiones inprimis, deindè omnes homines re ipſa ita eſſe experti ſunt, nam pro viribus ſemper facultatibuſque noſtris in Sacro Romano Imperio bella, ſeditiones, ſanguinis effuſiones prohibere, & ne fierent, opem ferre, & auxiliari libenter voluimus, qua in re, vt ſperamus, quantum præſtari potuit, debuitque, præſtitimus nulla diligentia induſtriaque omiſſa atque neglecta. Hoc verò paterno, & beneuolo animi affectu in vos operati ſumus, modò is apud veſtras dilectiones, & in Religione confœderatos talis eſſe exiſtimetur, neque in contrariam partem eum accipiant, atque eo abutantur, & modò dilectiones veſtræ adhuc ſint in ea opinione, quemadmodum ſæpiùs obtulerunt, quòd ad perpetuam pacem, quietemque amplectendam animati ſint, cum obtulerint ſe oſtendere, & declarare velle, in Religionis cauſa per ſe non ſtare, quò minus concordia, atque coniunctio Eccleſiæ fiat, vnde quamuis iam multis ante annis amici tractatus, & labores noſtri vehementiſſimi ſuſcepti, ob diſſidium de Religione excitatum, nihil ad pacem profecerit, ſed in peius quotidiè labi viſa res ſit, vnde alia ex alia difficultas ſubuata fuerit, ita vt niſi huic malo ſtatim celerrimèque occurramus, timendum ſit futuram Imperialium Statuum diſſipationem, & ſeditiones, bellaque exoritura. Tamen pro inſita naturalique noſtra clementia, & bonitate, deeſſe noluimus, quin veſtris dilectionibus, & ſuis confœderatis ſocijs, ad hoc ſemel appoſitum, accommodatumque locum, veluti noſtram, & Imperij Ciuitatem Spiram, aut ſi ea ob peſtis morbum non eſſet tuta, vicinam aliquam Vrbem, per amabilem, & dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem eligendam, deſignauimus, vbi ad ſextam Iunij menſis diem proximè futuram conuentus debeat celebrari, permittique vobis omnibus, vt omni dilectione, diligentia, & maturitate ibidem tractetis, vt graue hoc diſcordiarum onus, quo tota iam Germania periclitatura per diuinæ gratiæ prouiſionem omni æqua iuſtaque ratione, & via deijciatur, ſperantes, veſtras dilectiones, cum ſuis ſocijs, & amicis, talem noſtram benignam, atque beneuolam voluntatem maiori cum fructu, quam hactenus factum ſit, ad animum reuocaturos, & ita cauſas iſtas Religionis trutinaturos, facturoſque omnia, vt nos, & dilectus frater noſter Romanorum Rex, alijque obedientes Status, quorum etiam partem conuenire voluimus, vt omnes denique & ſinguli vtriuſque ſexus

Cæſaris literæ ad Proteſtãtes pro conuentu Spirenſi.

Digitized by Google

ſexus homines, cogitare, & proſpicere poſſint, quòd veſtrum plures ad pacem, quietemque potiùs, quàm ad bella, ſeditionemque inclinati ſunt.

24 Quapropter his noſtris literis Dilectionibus veſtris, ſuiſque ſocijs, & amicis Dietam conuentum ad eam diem & locum indicimus, deindè petimus beneuolè, ſerióque mandamus, vt ad præſcriptum tempus ibi perſonaliter adeſſe debeant, neque vllis ab hoc negotio remoueantur impedimentis, niſi Diuina eis poteſtas obſtiterit, & legitimè corporis morbi accedere prohibuerint, quòd ſi accideret, tamen fideles aliquos ſuos Conſiliarios, & Oratores ad pacem, quietem, atque concordiam inclinatos, & ad cognitionem dictarum cauſarum idoneos mittat cum omni integra facultate, abſque vlla exceptione concludendi, præcipuèque cum perfecta, & abſoluta informatione, & inſtructione animi, mentiſque dilectionum veſtrarum, qui quidnam ipſi facere cupiant, liberè exponant, non ſecus ac ſi illi perſonaliter intereſſent, quæ etiam omnia ſuis confœderatis omnibus, dilectionem veſtram ſignificare volumus, non ſine vlla dilatione, vt etiam ipſi ad id officium peragendum ſtatim mittant, nam & frater noſter dilectus Romanorum Rex, noſtro nomine, & ſua etiam cauſa, diuino fauente auxilio, ad decretum præfixumque tempus ad hunc locum perueniet, & perſonaliter comparebit, qui veſtris dilectionibus, & ſuis confœderatis vtriuſque noſtrum nomine, animum, mentem, in præfatis cauſis declarabit, vnà ad petitiones veſtrorum Legatorum apud nos hic factas plenè reſpondebit: qua in re veſtræ dilectiones cum ſuis confœderatis, vt ſperamus, pro patrię ſuæ bono ita debent ſe paratos & obedientes præſtare, vt ipſa diſſidia, atque incommoda, quæ oriri (ſi ſecus fieret) poſſent, finiantur tandem, & componantur, vt deindè alij Imperij defectus reſtaurari, & commodiùs curari poſſint. Atque vt veſtræ dilectiones, & ſui ſocij ad eundem conuentum ſtatim, & abſque metu veniant, volumus per præſentes literas noſtras ſaluum conductum, cautionemque dare, quòd nullo modo, neque accedentes, neque recedentes ad Patrios vſque lares, violentiam patiantur, & de Norimbergenſibus Inducijs, ſicut promulgatæ fuerunt, omninò confidere debebunt, quia contra eas nihil, neque nos agere volumus, neque ab alijs fieri permittemus, adiecto tantùm hoc pacto, vt dilectiones veſtræ pacificè, atque tranquillè ſe habeant, ad violentiæ inferendæ occaſionem neminem prouocent, quemadmodum de veſtris dilectionibus, & ſuis adhærentibus minimè dubitamus, & benignè beneuolèque recognoſcere volumus. *Datum Gandaui II. die April. anno MDXL.* Adduntur hęc in veteri manuſcripto.

M. S. Franciſci Car. Barberini fig. 1677.

25 Talia Cæſar ſcripſit, quamuis ante paucos dies audierit ſequens conſilium.

„ [I. Doctor Matthias differuit Gandauij cum „ Cæſarea Maieſtate de componendis Germa- „ niæ rebus: cùmque demonſtraſſet aberrantes, „ ſpecie Religionis, opes Eccleſiaſticas inuade- „ re: addidit, neceſſarium eſſe, vt omnes pareant „ iudicio Cameræ, ſiuè foro Imperiali. II. Ne „ vi & bello res agatur, ſed ad eam referatur. „ III. Vt qui vim adhibuerit, à fœdere Catho- „ lico plectatur. IV. Vt Religionis controuer- „ ſiæ tractentur, vel à Concilio generali, aut „ nationali, cui adſint Internuntij, vel Admi- „ niſtri Pontificij. V. Vt articuli à veteribus „ Concilijs deciſi in controuerſiam non addu- „ cantur: aberrantium tamen contraria dubia „ ſoluantur. Ni priùs iuſtitia firmetur, & con- „ ſtabiliatur, omnes alios conuentus diſceptan- „ tium de Religione irritos futuros, ac tumul- „ tuum plenos; fœdus verò Catholicum maxi- „ mè corroborandum: quo corroborato, vt re- „ nitentes caſtigari poſſint, controuerſias arti- „ culorum fidei facilè conſopitum iri.

„ Porrò neceſſariam reformationem abuſuum „ Curiæ Romanæ; tollatur Beneficiorum plu- „ ralitas, Epiſcopi, & Parochi cogantur ad re- „ ſidentiam, & reliqua, quæ Sanctiſſimus Do- „ minus tractat, perficiantur: pace verò cum „ Gallo Rege compoſita, hæc feliciùs ſucceſ- „ ſura.

Ex Ital.

26 Accepta redeundi poteſtate Cardinalis Legatus, exeunte Aprili ex Aula Cæſarea diſceſſit, nec ſine fructu geſta eſt ab eo legatio; nam ſtudium maximum collocauit, vt inter Catholicos Principes contra Lutheranos Eccleſiaſticarum opum raptores firmiſſimum fœdus inſtauraretur, vt Maſſarellus in Diario refert. Porrò digreſſus Farneſius è Germania inferiore, cùm iter per Galliam ageret, adijt Franciſcum Regem, ſignificauitque ſe omni quidem ſtudio incubuiſſe, vt pacis ſanciendæ conſilia promoueret: ſed cùm longiores moras rei magnitudo traheret, non diutiùs permanendum in Belgio cenſuiſſe, præter enim conceptas ſpes, conſtituendę inter Gallorum Regem, ac Cæſarem pacis conſilia ob difficultates temporum neceſſariò differri. Pios etiam ſtimulos addidit Regi, vt aduerſùs hæreticos aſperiora edicta promulgaret, ne Gallia ea peſte infecta ciuilibus belliſ arderet. Admiſit Rex pia illius monita atque ſaluberrima pro Religione Catholica aſſerenda propulſandiſque impiorum clam ſua venena diffundentium conatibus tulit, habitumque benignè, & peramanter Cardinalem Farneſium, ex Aula Gallica dimiſit.

Iam Pontifex à Marchione de Aghilar Cæſareq in Aula Pontificia Oratore audierat indictum Spiræ Conuentum, tùm ex literis Cardinalis Farneſij acceperat celebrandum eſſe inter Caiholicos Doctores, ac Lutheranos colloquium, prudentiaque inſignes viros iudicaſſe, vt in Cæſaris, aut Ferdinandi Aula aliquis Legatus Cardinalis verſaretur, ne quid aduerſùs Sedis Apoſtolicæ dignitatem Lutheranorum dolo decerneretur: demandaraque propterea à Pontifice eſt Cardlnali Ceruino, qui in Vrbem cum Cardinale Farneſio erat rediturus, Legatio ad Cæſarem & Ferdinandum Regem, vt docent Acta Conſiſtorialia. *M.S.Car. Spada to. 133. pag. 383.*

„ [XII. Maij fuit Conſiſtorium, S. D. N. crea- „ uit ſuum, & S. R. E. Legatum à latere Reue- „ rendiſſimum Ceruinum Cardinalem Neoca- „ ſtrenſem ad Cæſaream Maieſtatem & Sereniſ- „ ſimum Romanorum Regem, ac Dietam, qua- „ tenus opus eſſet, cum facultatibus in literis „ exprimendis.] Pontifex verò ſequentem Epiſtolam de hac re Imperatori ſcripſit.

Cæſari.

27 Chariſſime, &c. Dilectus filius Alexander Cardinalis de Farneſio S. R. E. Vicecamerarius, Nepos, & Legatus apud te noſter ſuis literis, & tuus etiam apud nos Orator tuis verbis, nobis proximè ſignificarunt, decreuiſſe Maieſtatem tuam in hac ſua in Germania præſentia, vnà cum Sereniſſimo fratre ſuo Rege Romanorum omni quidem ſtudio, & celeritate adhibita, tranquillare illas

Paul. III. lib. breu. ann. 6. pag. 298.

illas Germaniæ res, tanto iam tempore ob diſſenſionem fidei Catholicæ fluctuantes, pacem per hæc illis Eccleſijs, ac rectè ſentientibus populis procurare. Nos proinde tuo nomine requirentes, ac ſummopere ſuadentes, vt cùm in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis proximè futuro inchoari hæ Maieſtatum Veſtrarum actiones debeant, nos pro noſtro officio, & Catholicæ fidei cauſa, Legatum iſtuc noſtrum aliquem ex S. R. E. Cardinalibus mittere vellemus; quibus intellectis, & ad Venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales de more per nos delatis, & ſi nobiſcum omnes, tùm magnitudine rei, quanta grauiorem hoc tempore cuncta Chriſtianitatis non habet, tùm anguſtia temporis perturbabantur, vt nec agenda conſulere, nec ipſum Legatum, qui in tempore illuc peruenire poſſet, hinc expedire poſſemus, tamen inclytam pietatem, ac bonitatem Maieſtatum Veſtrarum reputantes, & in illis poſt Deum omnes ſpes noſtras reponentes, Legatum iſtuc mittendum decreuimus. Sed cùm nulla ratio iniri poſſet pro ſumma breuitate temporis, vt hinc à nobis ipſum Legatum expedire poſſemus, commodum nobis, eiſdemque fratribus noſtris, ac potiùs neceſſarium viſum eſt, vt dilectum filium noſtrum Marcellum Cardinalem Neocaſtrenſem, quem apud Nepotem & Legatum de Farneſio habebamus, & ad nos iam vocaueramus, ex itinere ad Maieſtatem Tuam remittere, tamquam etiam de his ipſis Maieſtatis Tuæ deliberationibus non parum inſtructum. Eum itaque ex itinere, quo ad nos habebat regredi, ad Maieſtatem Tuam cum Dei nomine Legatum noſtrum, & huius Sanctæ Sedis mittimus, qui Noſtra, & dictæ Sedis negotia, præſertim fidem Catholicam concernentia cum eadem Maieſtate Tua (ad cuius auctoritatem omnia, quæ in Germania apud Sereniſſimum tuum fratrem agentur, referenda non dubitamus) agat, & curet, & ſi è re viſum fuerit, etiam ad eundem Sereniſſimum fratrem tuum pro eadem Religionis cauſa progrediatur. Hortamur igitur eandem Maieſtatem Tuam in Domino, vt ipſum Marcellum Cardinalem Legatum virtute, prudentia, & probitate præditum, atque ex his nobis intimè gratum, & probatum ſolita humanitate, ac benignitate excipere, & cum fide ſemper audire, ac Catholicam Eccleſiam, quæ, ſi vnquam antea te Aduocatum, ac Primogenitum ſuum hoc tempore reſpicit, tua ope ac bonitate complecti velis, ſicut te facturum ſperamus, & idem Legatus hoc copioſiùs explicabit. *Datum Romæ XII. Maij MDXL. Anno VI.*

28 Demandatæ ſibi legationis munere perfunctus Marcellus Ceruinus Cardinalis, cùm iter carpſiſſet per Galliam, Franciſcum Gallorum Regem ſalutauit, quem Rex omni humanitatis & officiorum genere complexus eſt. Contulere illi inter ſe longos ſermones de pace ſanciendа inter ipſum Regem, & Carolum V. Imperatorem, ſed immenſæ obſtabant difficultates, cùm Franciſcus Rex maxima obtinendi Principatus Mediolanenſis cupidine arderet, adeò vt Cardinali Ceruino ſignificarit, nolle ſe Mediolanenſis Ducatus iure hæreditario abdicare, nec quidem palmo terræ ceſſurum, quam in Italia poſſidebat (quibus verbis Pedemontanam ditionem & Marchionatum Salutiarum connotabat) etiamſi Cæſar ampliſſimum totius Belgij Principatum in eum ac poſteros transfundere vellet. At Cæſaris animus ab hoc longè abhorrebat, cùm partum armis Principatum Mediolanenſem retinere vellet, ad aſſerendum ſibi reliquarum Italicarum ditionum Imperium. Addidit verò Franciſcus Rex ſe induciarum pactarum cum Cæſare Leges religiosè culturum, ſeque in illius amicitia conſtanter ac peramanter permanſurum. Aperuit ſubinde Legatus Regi cauſas, quæ permouerant Pontificem ad decernendam eam legationem ad Imperatorem, cùm ob agitanda inter Catholicos, & Lutheranos de controuerſijs Religionis colloquia, Religio in diſcrimen ab impijs in perfidia obfirmatis adduceretur; Regiamque Maieſtatem precibus vrſit, vt Religionis cauſam defendendam ſuſciperet: cui Rex ſubdidit, damnari à ſe eos conuentus, & colloquia cum Hæreticis, qui debeant cogi ad officium, non audiri; cùm non conuerti, ſed ſimplices ſubornare, ac laqueis ſuis irretire meditentur. Ornauit Franciſcus Rex verba operibus ac mandata dedit Franciſco Oliuario Regio Oratori in Germanicis conuentibus, vt Catholicæ Religionis cauſam, dignitatemque ſummo ſtudio aſſereret: expleuit ille iuſſa, à quo flagrantem pietate orationem pro defendenda auita fide contra impoſtorum perfidiam ad Germanici Imperij Ordines habitam viſuri ſumus.

Diſcedens è Gallia Cardinalis Ceruinus Legatus ad Imperatorem in Belgio agentem ſe contulit: intereaque Pontifex Principes Eccleſiaſticos Germaniæ, qui pium ardorem in defendenda Religione Catholica, euertendiſque hæreticorum nefarijs conſilijs explicuerunt, hortatus eſt vt ad Spirenſes conuentus ſe conferrent, fideique Catholicæ dignitatem ab impiorum vaſanis conatibus vindicarent, quo argumento datæ ſunt hæ literæ ad Cardinalem Moguntinum.

Dilecto filio Noſtro Alberto tit. S. Petri ad vincula S. R. E. Cardinali Moguntino Sacri Romani Imperij Electori.

Paul. III. libro breu. anno 6. pag. 325.

Dilecte fili Noſter Salutem. Non accidit nobis hactenus ita frequenter ad circumſpectionem tuam ſcribere, cauſamque ſanctæ fidei, & Apoſtolicæ auctoritatis tibi commendare; propterea quòd pietas tua nullis vnquam noſtris ſtimulis eguit, ſemperque læti audiuimus, ac perſpeximus, te in ea cura talem fuiſſe, tantumque ſtudij, & feruoris tui poſuiſſe, quantum triplex tuæ dignitas Cardinalis, Electoris, & Primatis requirebat, quod à te, fili Noſter dilecte, in hoc maximè Spirenſi conuentu firmiter expectamus. Etenim ſi cæteri Catholici Principes Catholicam Religionem tueri communi officio debent, quantò magis circumſpectio tua, quæ tot ſimul vinculis Apoſtolicæ, Eccleſiaſticæ, mundanæque dignitatis ad id adſtringitur; quamobrem ita ages in hoc Spirenſi conuentu, vt vbicumque vſus venier, quemadmodum tua multiplex dignitas poſtulat, quantumque Nos, & S. R. E. Cardinales confratres tui expectamus, hoc tempore, quo ſanè nullum vnquam tibi offeretur commodius tuæ virtutis oſtendendæ, tuoque officio, honori, ac dignitati ſatisfaciendi: ſed nos, vt diximus, adhortationem tecum neceſſariam nunquam duximus, laudationem potiùs paramus, quòd te, qualem cupimus, præſtiteris; ſuper quibus latiùs alloquetur circumſpectionem tuam Venerabilis frater Ioannes Epiſcopus Mutinenſis Nuntius Noſter, cui fidem præſtabis indubiam. *Datū Romæ XIV. Maij MDXL. Anno VI.*

Digitized by Google

29 Eminebant inter alios Principes defendendæ pietatis orthodoxæ gloria conſpicuos Bauariæ Duces, quos Pontifex literis excitauit, vt tùm in conuentu Spirenſi, tùm in alijs ſolemnibus Ordinum cœtibus, pro reſtituenda Germaniæ Religione, excindenda hæreſi, aſſerendaque auctoritate Apoſtolica pia ſtudia collocarent.

Ducibus Bauariæ.

Paul. III. lib. breu. an. 6. pag. 327.

Dilecti filij, Nobiles Viri, Salutem &c. Cùm audiſſemus de Spirenſi conuentu, has literas Noſtras libenter, atque in primis ad Nobilitates veſtras dedimus, quas in auctoritate, potentia, & pietate eximias, in amore autem Noſtro præcipuas, atque intimas habebamus. Si quis enim noſtrorum Prædeceſſorum veſtras Nobilitates aut dilexit, aut magni fecit pro veſtris maximis in Deum, & Apoſtolicam Sedem meritis, ij certè nos ſumus, qui nulli eorum cedamus, cùm etiam veſtra officia non minùs illorum, quàm noſtris præſtita temporibus ad noſtram obligationem, remunerationemque pertineant. Vtinam aliquando cum Catholica fide, noſtra quoque iſtic reſtituatur auctoritas, vt quàm piè Nobilitates veſtræ ſenſerint, quàm fortiter ſe geſſerint, quàm in commune ſuis conſilijs, atque geſtis profuerint, cum plena gratiæ relatione els oſtendere poſſimus: ſumus tamen interim, ac ſemper erimus ſtudio, ac deſiderio incenſi erga omnem veſtram, veſtræque Nobiliſſimæ Familiæ dignitatem, nihilque vnquam ſe nobis offeret tam difficile, atque arduum, quod ad veſtrum commodum, aut honorem pertineat, modò per Deum id nobis liceat, quod non libenter alacriterque faciamus: quo magis filij vos hortamur, etſi beneuolentia magis adducti, quam neceſſariò id facimus, vt in ſolita laude conſtantiæ, & pietatis veſtræ perſeueretis, & quod in omnibus conuentibus, domi, foriſque cum immortali veſtra gloria ſemper feciſtis, etiam in hoc Spirenſi conuentu, & vbique vſus veniet, fidem Catholicam, Deique & Sanctæ eius Eccleſiæ honorem commendatum habeatis, veſtraque auctoritate, virtute, & gratia tueamini; Nos enim, qui veſtra vetera in Nos officia grato animo, & iucunda memoria conſeruamus, & ſi nihil ad noſtram huius Sanctæ Sedis erga vos beneuolentiam addi videtur poſſe, tamen, quem ex his, quæ inſtant veſtris beneficijs cumulũ adicturi ſimus, dicet eis Venerabilis frater Ioannes Epiſcopus Mutinenſis Nuntius Noſter, cuius verbis Nobilitates veſtræ fidem præſtabunt indubiam. *Datum Romæ XIV. Maij MDXL. Anno VI.*

30 Celeberrimos etiam doctrinæ fama Epiſcopos Paulus ad hunc conuentum proficiſci iuſſit, atque inter hos Ioannem Fabrum Epiſcopum Viennenſem rerum geſtarum cõtra hæreticos gloria florentem, ad quem multis laudum ornamentis decoræ extant hæ literæ.

Ioanni Epiſcopo Viennenſi.

Paul. III. lib. breu. anno 6. pag. 326.

Venerabilis frater. Et ſi amor erga te Noſter magnis tuis meritis, & laboribus conciliatus, noſtrumque de tua ſingulari virtute iudicium augeri nunquam poſſe, nobis antea videbatur; Literæ tamen dilecti filij Alexandri Cardinalis de Farneſio Nepotis, ac Legati noſtri, ac Venerabilis etiam fratris Ioannis Epiſcopi Mutinenſis Nuntij Noſtri maximum cumulum ad noſtram erga te beneuolentiam addiderunt: nam de tuis in nos officijs recentibus, pijs, & ſalutaribus, tàm in præparatorijs huius Spirenſis conuentus, quàm in aſſidua propugnatione Sanctæ fidei contra eius aduerſarios exhibitis abundè teſtati, mirificam tuam pietatem nobis expreſſerunt, quæ, etſi erat antea nobis exploratiſſima, tamen confirmari à te eam in dies, & augeri lætiſſimè audiuimus. Sumus igitur erga te omni voluntate propenſi, ac ſtudio incenſi, tuaque officia, ac merita memori (vt decet) animo conſeruamus parati in quaque occaſione, quæ Nos gratos efficere poſſit, oſtendere omnibus, te Nobis eſſe gratiſſimum, & quamuis tuę pietati, quæ tota in Deum intenditur, Cœleſtia à Deo præmia reſeruentur, interim tamen noſtra quoque non deerit tibi gratitudo, quam tu vndique dictis, ſcriptis, omni tuo labore, & ſtudio continuè elicis, ſed hæc idem Deus gubernabit. Nos te interea ex beneuolentia noſtra potiùs, quàm tua neceſſitate hortabimur, vt cœptis inſiſtas, & ſi quando pietatis, prudentiæ, ac doctrinæ tuæ neruos intendiſti, in hoc maximè Spirenſi conuentu annitaris, & efficias, vt ſanctiſſimi labores tui fœlicem exitum ſortiantur, quod à te ita expectamus, vt pro certo, & explorato habemus, &c. *Datum Romæ XIV. Maij MDXL. Anno VI*

31 Conſignatæ ſunt eadem temporis nota literæ ad Herbipolenſem Epiſcopum conſpicuum doctrina, atque defendendæ fidei Catholicæ conſtantia illuſtrem, quem monuit, vt omni ſtudio ac diligentia incumberet, ne quid in conuentu indicto, & colloquijs cum Lutheranis habendis quippiam à Religione Catholica diſſonum, vel auctoritati Apoſtolicæ aduerſum decerneretur.

Epiſcopo Herbipolenſi.

Paul. III. lib. breu. anno 6. pag. 326.

Venerabilis frater, in hac noſtri animi moleſtia, quam ex iacturis tot iſtic animarum, ac læſione diuini honoris meritò capimus, non parum nos conſolatur tua fraternitas, quæ ſingulari prædita virtute, integritate, prudentia, in veteri ſua conſtantia tuendæ Catholicæ Religionis, & communis dignitatis perſeuerauit, & continuè perſeuerat, quam ob rem audientes de conuentu Spirenſi, mandauimus venerabili fratri Ioanni Epiſcopo Mutinenſi Nuntio noſtro, vt fraternitatem tuam ſalutaret à nobis, & quædam ei ex parte noſtra ad communem ſanctæ fidei cauſam facientia referret. Hortamur igitur fraternitatem tuam ex animo, & ſi potiùs ex abundantia amoris noſtri, quam ex tua neceſſitate, id nos facere agnoſcimus, vt in curſu laudis tam trito perſiſtens, & extremum hunc vitæ laudabiliter geſtæ actum ſigillo glorioſo obſignans, & concludens in id piè elaboret, & contendat omni ſua auctoritate, & ſtudio, ne quid in his tractatibus, aut Catholicæ Religioni, aut Apoſtolicę Sedi detrimenti fiat &c. *Datum Romæ XIV. Maij MDXL. Anno VI.*

Paul. III. lib. breu. anno 6. pag. 327.

Inſignes quoque fidei pugiles Ioannem Eckium, & Ioannem Cochlæum, hortatus eſt Pontifex, vt in curſu ſolito laudis, ac pietatis perſtarent, ac vbicumque occaſio ferret, ad aſſerendam fidei incorruptæ puritatem, piam operam ſtrenuè nauarent. Non defuerunt illi ſuo muneri, ac veteres palmas de Lutheranis partas recentioribus cumularunt.

32 Io. Cochlæus refert hunc conuentum Spira Haganoam tranſlatum fuiſſe, quòd peſtis in deſignata priùs Vrbe ſæuiret. Ad illum igitur Pontifex Moronum Nuntium deſtinauit qui eximia prudentia & rerum gerendarum peritia erat

præ-

Io. Cochl. in Actis & ſcript. Lutheri hoc anno.

præditus, ac tum apud Ferdinandum Romanorum Regem Internuntium Pontificium agebat, ad quem tranſmiſſa eſt ſubiecta inſtructionis formula.

Litera Card. Cerſini apud Pallauic. tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 4.

Si contrà Sedis Apoſtolicæ reuerentiam aliquid decernatur (quod coram Ferdinando Romanorum Rege tàm pio Principe non eſt credendum) ſtatim Nuntius indè diſcedat, & ſuam in aliqua propinquarum Vrbium ſedem figat, & quod de die in diem accidit, Legato Ceruino nunciet.

Reſpõſio data à Põtifice Nũtio Morono pro Dieta Haganoenſi.

Fugiat de Religione diſputationes, quæ ſi inter Catholicos, & Lutheranos oriantur, vt noſtri benè inſtructi ad iſtas accedant, curet, euentuſque omnes diligenter exquirat, ſed nihil ſuã firmet auctoritate.

De temperamentis ſi aliqua proponantur, per tabellarium Pontificem moneat, nihilque ſtatuat ſine ipſius conſilio.

Oſtendat, Pontificem libenti animo paratum eſſe, dummodò requiratur, Legatum mittere, quandò certus ſit, cum debito honore in Dieta excipiendum eſſe. Porrò Cęſar cinſque Adminiſtri in Haganoenſibus comitijs Ceruini Legati præſentiam expetebant, ſed ille eorum votis non aſſenſit, vtmorem gereret Pontifici; quamuis ea comitia Imperialia ſine alicuius Legati Apoſtolici præſentia non comprobaret. Premenda verò ſilentio non ſunt monita à viro doctrina inſigni ac ſapientia clariſſimo data, cum Spirenſes conuentus agendi forent, antequam Haganoam transferrentur, circa Lutheranorum ac Zuinglianorum inter ſe diſſentientium controuerſias. Nec non Anabaptiſtarum, aliorumque Notatorum, qui nullam certam colebant fidem, maximoſque conſcientiarum æſtus patiebantur.

Memorandarum rerum pro futur conuentu Spirenſi breue Compendium anno MDXL. Menſe Maio.

M. S. Franciſci Card. Barberini fig. 2678. pag. 88. & 89.

33 Ad Spirenſem conuentum primò omnium neceſſarium erit, ex quo Lutherani cum Zuinglianis, licèt hucuſque reciprocis fœderibus, & colligationibus, & forſan in gerendis rebus tempori bus conuenerint, tamen de veritate Euchariſtiæ, & præſentia Chriſti in Sacramento Altaris hucuſque nunquam conuenire potuerunt, & illa hæreſis trahit poſt ſe (tanquam cauda Draconis) varias, & multiplices diſſenſiones. Oportet itaque vt ſciatur priùs, an conuenerint, non ſophiſticè, quemadmodum hucuſque per viginti annos egerunt, ſed verè, ac ſolidè in hac præcipua & maxima Euchariſtiæ materia.

Pari modo, ex quo Lutherani non ſunt Iconoclaſtæ, ſeù Imaginum confractores, ſed Imaginem Domini Noſtri Ieſu Chriſti Crucifixi, Beatæ Virginis Mariæ, Apoſtolorum, & Sanctorum omnium illęſas, & intactas eſſe permiſerunt: Zuingliani verò dixerunt, Idololatras eſſe omnes quotquot Imagines, vel in Eccleſijs, vel in domibus, vel in triuijs, aut compitis haberent. In his itaque duobus articulis, hoc eſt in Euchariſtia, & Iconibus, ſeù Imaginibus vertitur cardo diuerſitatis inter Lutheranos & Zuinglianos. Neceſſe eſt itaque intelligere, an à ſuo errore Zuingliani decedere velint, nec-ne. Videntur Lutherani propiùs accedere ad veritatem pœnitentię, & maximè Sacerdotalis Confeſſionis, & quarumdam aliarum rerum, vtpotè de adminiſtratione Sacramentorum, cęremonijs, & alijs rebus. Vt itaque aliquid certi, & firmi ſtatuatur, oportet, declaratio fiat, vt conſtituatur vnanimitas. Sed vehementiſſimè timendum eſt, quòd Zuinglianorum Prędicatores non poſſent reducere Populum, & quemadmodum ex multis apparet, & à multis locis auditur, quòd Populus clamat ſe malle in totum redire ad Eccleſiam Catholicam, quàm à ſuis Prędicatoribus, hodiè vnum, cras aliud audire, propterea hęc occaſio non erit negligenda, ſi per vnum, aut alterum modum, & maximè per medias perſonas vna Ciuitas poſt aliam reduci, & reuocari poſſet, quemadmodum de Norimbergenſi, & quibuſdam alijs Ciuitatibus bona ſpes eſt. Sunt enim Æraria ipſorum exhauſta, & incipiunt faſtidire ſuos ſuperbos, & inexplebiles Prædicatores; & qui non longè ſunt à Comitatu Tirolenſi, timent ſibi. Communitates quoquè maximè grauantur toties, & ferè quotidiè contribuere Lutheranis, ac Principibus, Capitaneis, Oratoribus, Nuntijs, & maximè Prædicatoribus, quos cum vxoribus, & pueris coguntur alere maximis impenſis. Ità vt ſæpè ſuſtentari in vna Ciuitate facilius potuerint olim decem Sacerdotes, quam hodiè vnus illorum Prædicator. (*Et paulo poſt.*)

Inter tractandum, antequam inchoetur tractatus, oportet reuidere Edictum Vormatiæ, Bullam Leonis Papæ, Receſſus Imperiales, & maximè vltimum Receſſum Dietæ Auguſtanæ. (*Et infrà.*)

Prouidendum eſt, & ſummopere cauendum, antequam de coniugio Sacerdotum, Monachatu, votis Monaſticis, & ſimilibus rebus tractatus fiat, vt intelligatur, & reſciatur ab aduerſarijs, cùm ipſi damnent Anabaptiſtas, & quoſdam alios Hæreticos, quidnam ſtatuere velint de multis alijs erroribus, partim expreſſis à Prædicatoribus, partim in publicum editis; nam etſi Lutherus, Philippus, & alij retractauerint aliquos, & proprios errores, non tamen omnes, nihilominùs liberè Libelli, & tractatus tenentur, & ſunt in manibus hominum cum maximo ſcandalo & interitu multarum animarum. Iſta tamen omnia bono modo, ac pacificè dinumerare oportet, vtpotè quomodo Lutherus diſſideret à ſe, Lutherani non conuenirent inter ſe: nec ſatis eſſet illis non conuenire cum Catholicis, ſed etiam, quòd propriè illorum diuerſæ opiniones in cæremonijs, & Eccleſiaſticis ritibus nullam concordiam haberent. Apud illos quoque nihil certum, nihil firmum, nihil ſtabile eſſet, quemadmodum vnitatem requirit Eccleſia ab Oriente in Occidentem, à Meridie in Septentrionem. Circa Sacramentum, & veritatem Sacramenti Euchariſtiæ, atque Communionem ſub vtraque ſpecie, oportet valdè cautè agere, ne contingat, quod accidit in Bohemia, & maximè formidandum eſt, vt quemadmodum ex permiſſa Communione ſub vtraque per Bohemiam orti ſunt, & ſuccreuerunt Piccardi, ita & contingat per Germaniam, & hic inculcare oportet quomodo iuxta teſtimonium eorum, qui fuerunt in primitiua Eccleſia, poſt Reſurrectionem Chriſti primus vſus fuerit ſub vna ſpecie, &c.

Tranſlato Spira Haganoam conuentui præfuit Ferdinandus Rex Romanorum, cùm Carolus V. alijs negotijs implicitus teneretur, ſecumque duxerat Ioannem Fabrum Epiſcopum Viennenſem, qui de Lutheranis ad priorem cum Romana Eccleſia coniunctionem ſollicitan-

dis hoc consilium dedit, vt exponeretur ijs, Germaniam fide Catholica susceptam, diuitijs, amplitudine Imperij, gloria, ciuili concordia, Vrbium conditarum numero, bonorumque omnium affluentia effloruisse, cùm antea inculta syluis, solitudinibusque horreret; ex quo verò hæresis eam infecisset, discordias, bellaque, & omne malorum genus in ea pullulasse, ob ortas varias Sectas, nec Lutheranos inter se vnquam concordiam constituere posse, licèt eam in diuersis suis comitijs pertentauerint, ex quo pateat Rituum Sacrorum, ac Sacramentorum immutationem à Deo profectam non esse: nil itaque tutius esse, quàm si ad fidem Catholicam reuertantur; si quæ verò temporum vitio irrepsere corruptelæ, eas vetere more, atque instituto à Concilio Oecumenico castigandas, morumque nitorem restituendum, in quo etiam de retundenda Turcica Tyrannide agi possit. Consuluit etiam proponendum secundo loco Lutheranis, iniquè oppressum fuisse Ecclesiasticum Ordinem, atque opulenta Monasteria iniustè inuasa, Iurique consonum, vt restituantur, dandamque operam ab Abbatibus, vt Gymnasia pro erudienda iuuentute aperiantur, in Augustana confessione Lutheristas Prædicatores silentio pressisse turpiores suas hæreses, atque ab ea longè discessisse; monuit etiam cauendum, ne quid Religionis Catholicæ dignitati contrarium nouaretur.

Principum tractatus primæ Propositionis ad Lutheranos videtur in duobus debere, & posse comprehendi punctis. Authore Ioanne Fabro Episcopo Viennensi. Ex Haganoa anno MDXL. Mense Maio.

Ext. in mss. Fran. Car. Barb. sig. num. 2678. p. 36.

34 Primò, quòd bonis persuasionibus inducantur, vt redeant ad vnitatem Ecclesiæ, reiectis & repudiatis à se varijs, & inter se pugnantibus doctrinis.

Quid agẽdum in conuentu Haganoico cum Lutheranis, ex Io. Fabro Episcopo Viennen.

Secundò, quòd per Sacram Regiam Hungariæ, ac Bohemiæ Maiestatem, tanquam pacis amatorem, promittatur in causa resipiscentiæ gratia Sacræ Cæsareæ Maiestatis, in ijs, quæ violenter, & contra pacem publicam egerunt circà Monasteria, Ecclesias, & Prælatos.

Primus Punctus posset ex illis fundamentis proponi, quòd Lutherani memores esse possint, quomodo Germani, & qui Romano subiecti fuerunt Imperio à tantis sæculis, semper cum alijs Regnis, & Prouincijs totius Christianitatis, vnam Fidem, vnam Religionem, eadem Sacramenta, eosdem Ritus communi quasi deuotione tenuerint, & inclyta Germaniæ Natio in cultu, & veneratione Dei ferè omnes alias Nationes superauerit, & præcelluerit, ex qua vnanimi Religione, & in Deum deuotione, ex locis desertis fertilissima terra facta, & Vrbes, ac Ciuitates ædificatæ, & extructæ, & ampliatæ sunt, & (quod omnium est maximum) ex hac Germanica charitate, non solùm pax communis seruata est, sed etiam cæteri hostes Germaniam inuadere ansi non sunt, non ignorantes, quòd Germani sua vnitate, & vnanimitate ita coniuncti essent, vt vniuscuiusque alterius iniuria videretur esse quasi propria; quàm pulchra, & quàm sancta, nunquam satis laudata fuerit hæc amicitia, concordia item & vnitas, qui pacis, vnitatis, & fraternitatis obseruator est, cogitare potest.

35 Cùm verò annis superioribus per diuersos Prædicatores, Doctores, & Magistros, antiqua Religio immutata in multis, & varijs, & maximè circa Sacramenta, & nonnulla dogmata diuersarum Hæresum & Sectarum locum habere cœperunt, proh dolor! immutata sunt hominum corda, & hic populus, qui antehàc vnanimis erat, diuisus est, & qui priùs animo valdè deuoto suis Potestatibus obedierunt, feroces, rebelles, durę ceruicis, & vsque adeò inobedientes sunt, vt etiam non solùm in multis locis, sed & ferè per totam Germaniam seditiones, & tumultus suborti fuerunt, populus quoque ille, qui per totum annum certum orandi, & viuendi ritum, & ordinem habere, & obseruare consueuerat, varijs, & peregrinis doctrinis, ritibus, & cęrimonijs ita distractus est, vt multis in locis, neque veteris, neque nouiter institutæ Religionis ratio habeatur; & vtinam non sint quam plures, qui planè impij, & sine Deo viuant. Quæ, & qualia, quàm absurda nonnulli scripserunt, res ipsa testatur, sine dubio si Principes, & Magistratus aliquando cognouissent, vel hodiè noscerent, quàm damnabilia scripsissent, & prædicassent, atque forsan hodiè docent eorum Concionatores, dudum repulsam passi essent.

36 Nemo negare posset, quòd non solùm, ipsi dissentiant à Catholicis, seù potiùs ab Ecclesia Catholica, & ab ijs, sine dubio, qui per Spiritum Sanctum Scripturas Dei Sacras interpretati sunt, sed etiam, quòd ipsi in magnis, & præcipuis Fidei Articulis non consentiant, neque concordent, etiamsi concordiam inire sæpè, & in multis Dietis tentauerint. Quæ res certo est argumento, quòd noua illa Sacramentorum, & Rituum Ecclesiasticorum immutatio à Deo esse non potest.

Existentibus itaque his turbinibus nihil esse securiùs, nihil denique diuiniùs potest, quàm redire ad Ecclesiam Catholicam, & interim tàm grauiter, & sępè pugnantia, atque dissidentia dimittere dogmata, nam omninò Christifidelis ab Ecclesia Catholica dissidere non potest, neque debet, quòd si quędam differentię, vel etiam dubia supersint, & (quod maximè necessarium est) si quę reformatio tàm in capitibus, quàm in membris fienda est, siuè etiam è medio tollendi abusus, quòd hoc fiat eo ordine, & instituto, quo semper vsi fuerunt omnes Maiores, & Prædecessores Nostri. Quotiès enim aliqua differentia suborta est in rebus Fidei, Religionis, Rituum Ecclesiasticorum, siuè etiam morum, semper ad generale Concilium volebant recurrere; non solùm ipsi, sed etiam diuersorum temporum Imperatores, Reges, & Principes, ita vt etiam hoc emplastro, vel hac medicina diuina Concilij vsi sint Apostoli, & post hos, omnes Apostolici Viri; præsertim, cùm antea aliquoties in Dietis Imperialibus concluſum sit, vt celebretur vniuersale Concilium, à quibusdam autem hucusque fuerit impeditum, quòd illud necessarium remedium pro bono totius Christianitatis quæratur, & adhibeatur. In quo quidem Concilio posset tractari, & concludi vnanimiter, quomodo tota Christianitas sese à Turcis tueri posset. Hęc, & ijs similia, & fortè multò prudentiora viderentur prima Propositione proponenda, cum omni mente pacifica, & meliori modestia.

37 Iam verò, quod ad secundum Punctum pertinet, apparet quòd ea, quæ sequuntur, proponi

poni possint, nempè quòd ignorare non possint Protestantes, quomodo multa Monasteria, tàm Virorum, quàm Mulierum, prętereà Cathedrales Ecclesię, & alia Beneficia Ecclesiastica à pijs Christifidelibus, & sępè Romanis Imperatoribus, Regibus, & Principibus fundata fuerint, & eorumdem pro tempore Imperator, Protector, & Aduocatus fuerit semper, & hodiè sit. Cùm verò personas ibi sub Monastica Regula viuentes eiecerint, & Bona Monasteriorum vnà cum Clenodijs Ecclesiarum sibi appropriarint, & venditarint, ipsi tanquam prudentes iudicare possint, factum hoc valdè præsumptuosum esse: & cùm variæ, & multæ partes per eosdem læsæ iustitiam implorent in eo iudicio, quod omnibus per totum Romanum Imperium commune est, & esse debet, quod ad illorum instantiam communis iustitia debeat eis denegari, non iustum est: cùm omninò nihil pretiosius, nihil præstantius per Imperium habeat Sacra Cæsarea Maiestas, quàm hoc vnicum iudicium pro præsenti pace, & iustitia intertenenda. Cùm autem non modò graue, sed fortè intolerabile sit, diutius impedire iustitiam, propterea cogitent ipsi, & deliberent de modo restitutionis, & conueniendi.

Post hæc posset tractari, quomodo Monasteria, & eorumdem Bona restituerentur suis Ordinibus, & Prælatis, & Clenodijs ablatis, & interea cessis fructibus, quia vix obtineri poterit (vt illa restituantur) quod oporteret hic conniuere, & habere patientiam; sed quòd ipsi vellent abolere omnem Monasticam vitam, & omnem Monachatum, & sub prætextu Scholarum, nihil restituere, hoc impium esset. Illud autem laudabile foret, quòd singuli Abbates, & Prælati Monasteriorum iterum instaurarent Scholas, in quibus honestè viuere possent.

38 Et quoniam in Dieta Augustensi ex Protestantibus nemo fuit ausus aperire quàm absurda, quàm impia, & à Christiana Religione aliena, propriæ quoque, & oblatæ confessioni contraria Lutherani Prædicatores prædicarint, scripserint, & in vulgus spargerint (timebant enim omnes Protestantes irritari, & commoueri posse) Principes, & Magistratus, Lutherani & Zuingliani, eorumque sequaces, persuadere sibi cœperunt, suos Prędicatores ab omni ineptia, & iniquitate immunes, & liberos esse. Cùm verò Sole meridiano clarius sit, Lutheranos Prędicatores, non solum contra Catholicam Ecclesiam scripsisse, & docuisse plusquàm ducentas hæreses, abominationes, & errores (taceo de ijs, quę innouarunt, & immutarunt in Religione circà Sacramenta, Ritus, & Cęremonias Ecclesiasticas) & verisimile est, si Principes resciret illas contrarietates, & peregrinas doctrinas, etiam propriæ confessioni contrarias, & inter se pugnantes, nunquam posthàc illorum prędicationibus fidem tantam darent, & haberent; eapropter non inutile fore videtur, quòd ista eis meliori modo obijciantur, non vt Sacra Regia Maiestas, vel Electores, aut alij Principes hoc faciant, sed hoc onus, & hanc faciendi prouinciã finerent facere per Theologos Catholicos, ad quos rectè, & verè pertinet huiusmodi commemoratio, & hoc modo videntur semper processisse Lutherani, qui quidquid dicunt, quidquid proponunt, semper in doctos illorum reijciunt; simili passu videtur etiam bono, modesto, ac pacifico modo faciendum, nam sunt pleraque vsque adeò absurda, vt etiam nemo mediocriter Christianus probare possit In hac actione cautè, & diligenter perspicienda sunt, quæ in Edicto Imperiali Vormatiensi, Dictis Nurembergensibus, Spirensi, Augustana, & Ratisbonensi reformatione pro rebus fidei, ac veteris Religionis sancita, & decreta sunt, ne quid temerè in præiudicium Ecclesię, & salutis animarum fiat, & permittatur. Hactenus Io. Faber.

39 XII. Iunij Ferdinandus Rex Haganoę Catholicorum Principum cœtus coëgit, ac ijs proposuit lapso pręterito decennio, Cæsarem Augustę non potuisse Lutheranos ab hęresi ad coniunctionem Ecclesiæ reuocare ob Turcicæ irruptionis terrorem, coactumque fuisse cum ijs Inducias pacisci, at eas atrociter à Lutheranis violatas, pluresque fœderis Catholici ab ijs subornatos, inque eorum partes pellectos, tùm ab ijsdem Ecclesiastica bona direpta, atque occupata; quoties verò iudicio postulati fuerint ab iniquè oppressis apud Cæsarei Senatus Iudices, toties petulanter iudicium contempsisse, libellisque nefarijs facinus tutatos. Cùmque nullum maius malum in Imperio oriri potuerit ipso Religionis diffidio, superiore anno in Francofurtensi conuentu, pertentatum Palatini Comitis, & Marchionis Brandeburgensis opera, an Religionis diffidium conciliari posset, cùm ex iustitiæ administratione disturbata Imperij Status conuelleretur, propterea que ex Hispania in Belgium iter fecisse, seque ab eo vocatum esse, vt tot malis consuleretur. Conuersa itaque consilia ad sedandum Religionis dissidium, vt ità ad obsequium reuocentur, propterea que cœtus Catholicorum Principum prius indictos, vt de agendis cum Protestantibus decernatur, incunturque rationes ad eos in concordiam alliciendos, & Schisma delendum: rem itaque in eo sitam, vt vel stabili sequestra pace sancita à Concilio Oecumenico extinguatur hæresis, aut armis excindatur. Consulti sunt Principes, quis idoneus apparatus instrui posset pro asserenda Religione, tuenda pace, Imperijque Maiestate, ac iuribus defendendis, ne Catholici spe auxilij destituti ad Lutheranos desciscant, longè quidem potiùs optandam esse concordiam, cùm Turca imminear Germaniæ, atque adeò ad illius rationes explorandas hortatus est, vti ex sequenti longa Oratione constat.

Die XII. Iunij M. D. XL. Haganoæ in inferiore Alsatia Propositio facta per Serenissimum Romanorum Regem Catholicis Statibus omnibus Imperij.

40 Romanorum Regia Maiestas, nihil dubitat Electores, & Principes, qui ad hanc Dietam venerunt, & Consiliarios, & Oratores missos à Statibus Imperij absentibus, non ignorare in nostra antiqua, & diù obseruata Catholica Fide, & Religione, inter Status Sacri Romani Imperij multis iam annis Controuersias, & Schismata exorta esse, ex quo Cęsarea Maiestas, iam ante decennium ex innata sua Christiana mente, idque exigente officio Imperiali decreuerit ex Hispanijs ad Germaniam se conferre. Et primò in Comitijs Augustæ habitis cum Sua Regia Maiestate, & Electoribus, Principibus, & alijs Sacri Romani Imperij Statibus, adhibuerit omnem diligentiam cum Protestantibus ad tollendas, & complanandas huiusmodi discordias, vt fieret Christiana vnitas, & conformitas, illud autem apud Protestantes nullum habuisse locum, nec vlla honesta, aut tolerabilia media ad reducendos eos ab errore idonea accepta fuisse. Eo igitur tempore Recessum factum esse, quem Electores, & Prin-

M. S. Francisci Car. Barb. fig. 2679. pag. 39. Propositio facta à Ferdinando in cõuentu Haganoę.

Digitized by Google

Principes, Conſiliarioſque, & Oratores non ignorare ſciat.

Verùm non attento illo Auguſtenſi Cæſareo Receſſu, & Dieta, multos, qui nunc ſunt Proteſtantes, qui in eodem Imperij conuentu Cæſaream deliberationem ſponte acceptauerant, & ſigillis obſeruare promiſerant, ſegregauiſſe ſe à Cęſarea Maieſtate, & ab alijs obedientibus Imperij Statibus, alios Proteſtantes, qui & hunc Receſſum Auguſtenſem acceptauerant, præter promiſſionem ſuam ſibi eos adiunxiſſe in fœdere ſuo, & recepiſſe.

Poſt tractatum autem Auguſtenſem, Cæſaream Maieſtatem, iterum ijſdem incumbentem in Dieta Ratisbonæ celebrata, omnem adhibuiſſe operam, & diligentiam, ſicut omnibus manifeſtum eſt: vt Chriſtiana rurſùs vnitas, & concordia ſequeretur, omneſque errores, vt par erat, amouerentur. Verùm ne illic quidem quidquam agere potuiſſe cum Proteſtantibus, durante enim eo tractatu communem hoſtem Turcam violenta incurſione contra Germaniam irruiſſe, ex quo Cęſaream Maieſtatem pro totius Chriſtianitatis, & præcipuè Nationis Germanicæ conſeruatione coactam fuiſſe Inducias agere cum Proteſtantibus in cauſis Religionis controuerſiam attingentibus, quæ Inducię, quomodo, & qua temporum conditione, immineute Turca, & quæ vtilitate factæ ſint, & quis fructus ex eis proueneriť, Electores, & Principes, præcipuè autem Moguntinum, & Palatinum earum Auctores, nihil penitùs ignorare.

Veruntamen cùm Cęſarea Maieſtas huiuſmodi Inducias per Maieſtatis Suę edicta, & proclamata diuulgatas, ac corroborata: ſperaret omninò obſeruari, ac executioni demandari debere, Proteſtantes tamen eas neglectas, & contemptas multis modis violaſſe, & non ſolùm (vt dictum eſt) multos ex Statibus, qui in confœderatione Auguſtenſi comprehenduntur, ad ſe traxiſſe, verùm etiam Eccleſiaſticorum bona, in ſuis, & in alienis ditionibus ſita, multis in locis violentas manus iniecíſſe, multas præterea inhoneſtas mutationes, ac nouitates contra Inducias introduxiſſe.

Quòd ſi ob hæc, & alia eiuſmodi contrà ius, & æquitatem facta ad Iudicium Imperialis Cameræ, quod eſt eorum ordinarium & ſupremum Forum, accuſati & citati fuerint, ac iure medio contra eos proceſſum ſit, non ſolùm contumaciter, & temerè citationem, & proceſſum Iudicij Camerarij contempſiſſe, verùm etiam ipſos Iudices, Aſſeſſores, ob id Libellis publicis, ac famoſis petulanter, & iniuriosè prouocaſſe, ſubſannaſſe, ac ſpreuiſſe. Quæ omnia in contumeliam, & detrimentum auctoritatis prædictæ Cęſareę Maieſtatis, ac Sacri Romani Imperij ſupremi Iudicij, vti omnibus publicum, & manifeſtum eſt, prouenſſe.

41 Et licèt hæc omnia, vtrique Imperiali, & Regiæ Maieſtati grauiſſima fuerint, ſententiam tamen, ac animum Suarum Maieſtatum, (vtpotè quæ ſemper optarint, nullum malum in Sacro Romano Imperio, ex huiuſmodi diſcordia Religionis, atque ex inobedientia, quę ob eam ſubſequuta eſt, exoriri poſſe) eſſe, & ſemper fuiſſe, vt per pacificos tractatus Chriſtiana vnio fieret, vt ante omnia noſtra vera Religio, ſicut à Prædeceſſoribus noſtris laudabiliter obſeruata fuit, coleretur, vtque pax, & vnio in Sacro Imperio plantaretur, quam ob cauſam ſuperiore anno Maieſtates Suas per duos Electores, Comitem ſcilicet Palatinum, & Marchionem Brandeburgenſem in conuentu Francfordię habito, iterum tentaſſe, ſi ad tolerabilia media, & vias veniri potuiſſet, ſed quid tractatus ille profeciſſet, cùm ad arbitrium Cęſareę Maieſtatis, & ratificationem factus fuiſſet, vtriuſque Electorem, & alios etiam ſcire; quem tractatum, cùm Cęſarea Maieſtas multis rationabilibus cauſis ratum habere non poſſet, Maieſtas Sua ex optima ſua voluntate, & recta ſententia, quæ in omnibus actionibus ſuis hactenùs cognita fuit, conſideraſſe, quòd ſi huiuſmodi mores, & ſchiſmata, & ex ijs prænarrati contemptus, & inobedientiæ diutiùs tolerarentur, ea non concorditer, vel aliàs ad complanationem, & normam redigerentur, certò certiùs id breui omnibus Statibus Sacri Romani Imperij, ac toti denique Chriſtianitati magnum detrimentum, & perniciem allaturum.

Ad quod euitandum, Cæſaream Maieſtatem permotam, præſentem tractatum, tanquam de re grauiſſima in manus ſumpſiſſe, & propterea ex Hiſpaniæ Regnis ad hæreditarias Prouincias ſuas inferioris Germaniæ, non modica cum difficultate, & incommodo, Imperio propinquiùs veniſſe, & Romanorum Regiam Maieſtatem ad ſe vocaſſe, vt imminentibus malis rectiùs prouideri poſſet.

42 Cùm autem, vtraque Maieſtas ante oculos poſuiſſent omnia, quæ hoc tempore nociua, ac periculoſa eſſent in Sacro Imperio, & accuratè ea conſideraſſent, Maieſtates Suas inueniſſe, inter alia pericula, hanc cauſam, ac diſſidium Religionis Sacro Romano Imperio in primis valdè nociuum, ac detrimentoſum eſſe, ideò expedire, & fructuoſum fore exiſtimaſſe, præcipua capita, tùm Eccleſiaſtica, tùm Sæcularia, inter Electores, & Principes Romani Imperij conuocare, & eorum prudens conſilium, & rectam ſententiam ſuper his intelligere, qua via ſcilicet, & quibus modis omnes reuocati tractatus iterùm in manus ſumi, ac tractari poſſint, & tandem diuturnus hic error, & quaſi inextricabilis ad tolerabilia, & Chriſtiana media amicè, & tranquillè reduci, Proteſtantes ad Chriſtianam vnitatem, & debitam obedientiam trahi, & omnes aliæ offenſiones, vel violenter, & de facto actiones prohiberi, & impediri poſſint, vt ità demùm ad expeditionem aliorum Sacri Imperij negotiorum per generalem conuentum, vel alio modo peruenirí poſſit. Cæſaream igitur Maieſtatem ob hæc præſentem conuentum Statibus, qui ſunt adhuc antiquę Religionis ad Dominicam Trinitatis indixiſſe; Proteſtantes autem poſt quatuordecim dies conuocaſſe, vt ante aduentum eorum, ſuper difficili hoc, & magni momenti tractatu, maturè conſuli poſſit, vt ad aduentum eorum in tractatibus vtiliùs prouideatur. Maieſtatem etiam Cæſaream in animo habuiſſe ad hunc conuentum (nam in eo omnium ſalus poſita eſſe videtur) in propria perſona venire, ſi ob alia magna, & difficillima negotia licuiſſet, quapropter cùm id non potuerit, Regiæ Maieſtati perſuaſiſſe, vt hanc cauſam communi nomine ſuſciperet, ex quo Maieſtatem Suam Regiam nulla habita ratione diuturnæ abſentiæ ſuæ è Regnis ſuis, nec plurimorum negotiorum ad Prouincias ſuas reuerti cogeretur, huc ſe contuliſſe ea pietate, & mente, vt ea omnia ageret, ac fideliter procuraret, quæ vtriſque Maieſtatibus commiſſo officio conueniant, ac deceant, in quo Suam Maieſtatem, nullam temporis, impen-

Digitized by Google

impenſarum, laborum, diligentiæ, ac moleſtiæ, rationem eſſe habituram ſpecialem, ac ſine dubio præſentes Electores, ac Principes, necnon Oratores, & Conſiliarios abſentium omnia ea curaturos, quę Chriſtiano nomini, ac Germanicę Nationi, ac ipſis pręcipuè futura ſunt ad vtilitatem, ſalutem, & commodum, in primis autem Deo Omnipotenti honorifica, ac ad eius laudem & gloriam augendam.

43 Vt autem Electores, & Principes, & eorum Conſiliarij, & Oratores Cæſareæ Maieſtatis propoſitum plenè intelligerent, & ſuper hoc conſilium ſuum, & ſententiam ſtabilire poſſent, Suam Maieſtatem Regiam exhibere omnibus illic præſentibus harum copiam, quibus Cæſarea Maieſtas Proteſtantes ad hunc tractatum conuocauit, & eis indicit amico, & benigno animo, mentem ſuam & voluntatem eſſe, illa omnia agere in hac cauſa hoc loco poſita, & promouere, & conſeruare, quę vtilia & neceſſaria erunt ad conſeruationem noſtræ Catholicæ Religionis, ac tandem velle quęrere omnia media, ſicut Imperatorem decet, vt ad pacem, & conformitatem Chriſtianam diffidium hoc redeat, & ſchiſma, & error per æquas pacificas vias, & media, auferri poſſit.

Simili etiam mente, & animo præditam eſſe Maieſtatem Suam, & eaſdem Maieſtates in hoc tractatu coſdem reperiendos fore, qui hactenùs in alijs negotijs reperti fuerunt gratioſi, videlicet Imperialis, & liberalis animi, quòd Cęſaream Maieſtatem ſibi iniunxiſſe dixit, vt omnibus præſentibus Electoribus, & Principibus, abſentium verò Oratoribus nomine ſuo ſignificaret, ſicut iam fecit; quocirca tàm ſuo, quàm Cæſareæ Maieſtatis nomine Electores, & Principes, & eorum Conſiliarios, & Oratores amicè, & benignè monebat, petens & magnitudinem, & periculum huius cauſę intimo corde, ac profundiſſimè recipere velint, & conſiderare, quanta pernicies communi Chriſtianitati, & in primis Germanię, non ſolùm in rebus temporalibus, ſed etiam in perditionem animarum ex ea proueniunt. Quapropter Suæ Maieſtati indicare velint conſilium, & ſententiam ſuam, quomodo, & qua via hæc cauſa iterum in manus ſumeretur, præſertim iuxtà tractatum Auguſtæ habitum in his Articulis, in quibus tunc conuenerunt, & quomodo cum Proteſtantibus ad tolerabilia, & honeſta, & Chriſtiana media deueniretur, vt reducerentur ad Chriſtianam vnitatem, & concordiam, & ad obedientiam Cæſareæ Maieſtati, & Sacro Romano Imperio debitam; ac indè perpetua pax, quies, & vnio ſequeretur.

44 Cùm verò error iſte, & ſchiſma (proh dolor!) tàm latè ſerpat, vt neceſſarium ſit, aut (vt ſupra dictum eſt) per Chriſtianum tractatum, firmas Inducias, & ordinarium Concilium ad concordiam reduci, aut de facto auferri, & vi extirpari, vtpotè ſi Proteſtantes ſpreta omni opera omnium, & diligentia, ad æquam conformitatem, & ad æquos tractatus durè nimis perſiſterent (quod quidem vtrinſque Maieſtati intelligere moleſtiſſimum eſſet) eos Principes Electores præſentes, & abſentium Oratores conſiderare velle, qua ratione defenſio neceſſaria pro conſeruatione pacis, & iuris in Sacro Imperio ſuſcipi poſſit, vt omnes ſecuri à quotidianis vexationibus, & iniurijs Proteſtantium præterito tempore illatis, & quę quotidiè inferuntur, permaneant, ac qui ſunt veteris Religionis ſuum ius, & bona retinere poſſint, ne ſpes, & fiducia Religionis noſtræ, quæ hactenùs laborauit, concideret, per hoc eis occaſio daretur eodem modo, quo Proteſtantes, deſciſcendi, & rebellandi.

Quam quidem defenſionem Cæſarea Maieſtas præuideri, & præparari vellet, cùm inſpiciat, quàm magna, & quàm nociua mala in hoc Imperio ex hoc oriri poſſint, cùm præſertim communis Chriſtiani nominis hoſtis Turca magnam aduersùs nos expeditionem paret, & vt ex omnibus locis exploratores affirmant, velit Germanicam Nationem bello aggredi, ad quod periculum pręcauendum Cęſarea Maieſtas eò magis neceſſarium conſiderauit, quibuſcumque vijs, & rationibus fieri poſſet, ad amicam concordiam hoc ſchiſma promoueri. Turcę enim potentiſſimi hoſtis intentionem, & auiditatem non vnum Regnum, atque Nationem attingere, & ſi bellum in Imperio gereretur, eum hoſtem per diſſidia Statuum Imperij, validiorem, & audaciorem fore, itaut longè diſtantibus, & remotis propinquior fieri poſſet: quod quidem ſine dubio malum præcaueretur, per communem Chriſtianam concordiam, ex qua multiplices vtilitates Romano Imperio, & eius Statibus ad exiſtimationem, & ſalutem manare poſſet. Ad illa igitur omnia Cæſaream Maieſtatem, vt dictum eſt, in animo habere totis viribus omne auxilium, & operam ſuam conferre, nihilque omiſſurum in eis, quod nomini, & dignitati, & altitudini Imperialis gradus decens fuerit.

Idem etiam facturam Regiam Maieſtatem, ſicuti Regem Chriſtianum decet, nulla habita ratione corporis, & facultatum ſuarum.

45 Lapſo triduo reſponderunt, poſt nonnulla verborum officia, Ferdinando Regi Romanorum Principes Germaniæ Catholici, concordiam, ſublatis Religionis diſſidijs cum aduerſarijs Proteſtantibus expetendam, modò cum diuina gloria coniuncta ſit, atque ex ea Imperij publica pax concilietur, poſtularuntque, vt Rex modum huius beneuoli colloquij, & per quos ineundum eſſet, nitidè panderet.

Reſponſio Catholicorum facta Regiæ Maieſtati die XV. Iunij MDXL.

Extant in m.s. Fran. ciſci Card. Barb. fig. 2687. p. 43. Reſponſio Catholicorum Principũ in conuẽtu Hagenoæ.

Gratioſæ Romanæ Regiæ Maieſtatis Cæſareæ Domini Noſtri gratioſiſſimi ore tenùs, ac in ſcriptis propoſitæ nomine, & pro parte Romanæ Cæſareæ Maieſtatis Domini Noſtri omnium gratioſiſſimi in exordio præſentis indictæ Dietæ Electoribus Principibus, qui in propria perſona comparuere, ac abſentium Oratoribus, & Conſiliarijs, pręſentem Controuerſiam Sanctę Noſtrę Religionis, quæ per aliquot annos in Germanica Natione fuit, concernentia exhibita, cum enarratione omnium tractationum per Cæſaream Maieſtatem, hucuſque propter iſtam cauſam gratioſè, beneuolè, ac amicè factarum, & quid ex illis ſequuturum ſit, etiam cum declaratione, quàm gratioſo affectu Cęſarea Maieſtas ad dictam cauſam inclinata, & affecta ſit; atque quàm gratioſè quoque tùm Cæſarea, tùm Regia Maieſtas in ſæpè dicta cauſa ſeſe offerat, prout id à Regia Maieſtate pluribus verbis ore tenùs, & in ſcriptis deductum, propoſitum, ac prælectum eſt, quę omnia in omni humilitate Electores, Principes, atq; abſentium Oratores auſcultauerunt, atq; intellexerunt: quique Electores, Principes, atque abſentium Oratores ſeſe optimè recordari humillimè fatebantur, gratioſæ illius ac fidelis inclinationis, quàm Romana Cęſarea Maieſtas, à principio regimen Imperij ſuſcepit, ad Sacrum Romanum

Ger-

Germanicæ Nationis Imperium ſemper habuerit, ac quàm gratioſo ſtudio, & diligentia adhoc vt antehàc ſpe in peractis Imperialibus Dietis in propria perſona non abſque parua ſuorum hæreditariorum Regnorum, ac Prouinciarum damno, tùm grauibus impenſis, curis, & laboribus, multis modis ſtuduerit, & conſequenter per amicas, & conuenientes tractationes quorumdam Electorum, ſæpiùs quàm ſemel omnem impenderit operam in iſtiuſmodi controuerſia, quemadmodum ante illam hucuſque in Chriſtiana Religione fuit, & eſt, per apta media, & vias, ad veram, & certam concordiam redigendi, vel eò rem deducere, per quod quies, pax, & vera vnitas in Sacro Germanicę Nationis Imperio ſuſtentari poſſit; ita quòd à Sacra Cęſarea Maieſtate nihil hucuſque deſideratum ſit, quod ad Suam Cæſaream Maieſtatem, tanquam primum Chriſtianorum, ac clementem Cęſarem requiratur. Quę omnia etiam Sacra Regia Maieſtas ſuo quoq; tempore fideliter pręter cętera negotia, quę Romano Imperio quotidiè incumbunt, pręuenit; vndè etiam apertè conſequutum eſt, quòd hactenùs quies, & pax in Sacro Romano Imperio conſequutæ ſunt, quem gratioſum, Cæſarcum, ac fidelem affectum ergà Sacrum Romanum Imperium à Sua Cæſarea Maieſtate exhibitum, quamquam multifariam gratioſam adhibitam diligentiam, ſtudium, ac curam, necnon à Sua Maieſtate conceſſas tractationes propter hanc cauſam factas, tam gratioſas, & clementes Regiæ Maieſtati promotiones; atque petitiones Cæſareæ, ac Regiæ Maieſtatum benignas, oblationes, Electores Principes, ac abſentium Oratores, nomine, & pro parte ſuorum Dominorum in ſumma humilitate cognoſcunt, atque Sacræ Cæſareæ Maieſtati tanquam Domino ſuo gratioſiſſimo, ac ſubſequenter Sacræ Regiæ Maieſtati maximam, & humillimam gratiam pro prædictis habent, ac agunt ergà præmemoratam Cæſaream Maieſtatem in omni debita obedientia, ac ergà Regiam Maieſtatem humiliter promerendam, ad quamque gratiam agendam dicti Electores, Principes, ac eorum, qui abſunt Oratores, & Conſiliarij eò magis ſeſe obligatos agnoſcunt, quod ij ex ſupradictis propoſitionibus clarè intellexerunt, Cæſaream Maieſtatem antehac præſtitam diligentiam, & operam adhuc præſtare inclinatam eſſe, ac nihil omiſſuram, quo huiuſmodi grauis diſcordia, ac in noſtra Religione diſſenſio, per Chriſtiana aliqua media, atq; vias inter Sacram Suam Cæſaream Maieſtatem, ac Proteſtantes Status tolli, aut ſopiri poſſit; qua ſublata, quies, pax, & vnitas foueri, alijſq; neceſſarijs, quæ Imperium attingunt, vel illi incumbunt, ſuccurrere poſſint: prout, & quemadmodum Sacra Cęſarea Maieſtas ex alto Cęſareo intellectu, Chriſtianoque affectu iſtiuſmodi benignam concordiam pro aptiſſima, ac vtiliſſima ad promouendam Sacri Imperij omnem vtilitatem via, & modo clementer reputauit, atque iudicauit. Quam Suæ Cæſareæ Maieſtatis fidelem Chriſtianam, ac neceſſariam meditationem, Nos Electores Principes, ac abſentium Oratores, & Conſiliarij nequaquam meliorem reddere noſcimus, ſed cùm ſentimus ſimul cum Sua Maieſtate, quòd illa Sacro Romano Imperio nihil laudabilius, nihil omnibus Statibus vtilius, quod ad vniuerſorum vtilitatem tendat, eſſe poſſit, quàm quòd diſcordias Religionis cauſa, inter Cæſaream Maieſtatem, ac Status Proteſtantes per apta, ęqua, ac Chriſtiana remedia, & media amicè ad veram, & perfectam concordiam reducere, quo quies, quo pax ſuſtentetur, aliaque Sacri Romani Imperij neceſſaria negotia ſuſcipiantur, atq; promoueantur, eo, ac tali modo, & via, quemadmodum in Sacro Imperio, laudabili vſu deductum, & in euentum, quòd vocati Electores, & Principes coniuncti, & diuiſi, vel quòd ex illis Cęſareę Maieſtati ad hanc amicam, & benignam tractationem, quam Compromiſſarij, vel Compoſitores idonei, & apti eſſe potuerunt; in hoc Electores Principes, item abſentium Oratores, & Conſiliarij in locum ſuorum Dominorum ſeſe in omni humiliatione offerunt, ita quod in Cęſareę, ac Regię Maieſtatum mandato, & petitione, quantum ad fidelem ſuam operam, & laborem attinet, nihil prętermittatur, ideò quòd ſciant, Suam Cæſaream Maieſtatem peculiarem in hoc complacentiam habere, ſperant quoq; id confidenter à Deo Optimo Maximo, modò in primis honos, & gloria eius quęratur, ac vera pax Sacri Imperij, ex qua omne bonum emanat, promoueatur, Omnipotentem Deum, ad huiuſmodi propoſitionem Diuina gratia clementer, ac abundanter aſpiraturum, quo eiuſmodi diſcordia ad Chriſtianam concordiam, & vnitatem reducatur.

46 Et poſteaquam Cæſarea Maieſtas de omnibus prętcritis benignis tractationibus per Compromiſſarios, in illis, quæ neceſſaria ſunt, ſatis ſit informatus, præcipuè in quo Statuum tractatio, vnioque tempore quieuerit, ac permanſerit, omninò Electores, Principes, ac abſentium Oratores iſtius ſunt ſpei, atque confidentiæ, Cæſaream Maieſtatem præmemoratam, cum Regia Maieſtate ſufficienter interloquutam deliberaſſe, ac in illa media, & vias concluſiſſe, quę ad prędallegatam diſcordiam amouendam, cum fructu, & commodo amplecti poſſint.

Et vt Electores, Principes, ac abſentium Oratores fidelem ſuam opinionem, mentem, & deliberationem Regię Maieſtati eo confidentiùs, liberiùs, ac maiori cum fructu aperire poſſint, & proponere id quod ad maiorem negotij promotionem eſſet idoneum, atque ad hanc cauſam proficuum æſtimauerint, gratioſam mentem, atque propoſitum Cęſareę Maieſtatis in hoc negotio cognitam habere poſſint; & ideò humiliter petunt, quòd ſi Cęſarea, ac Regia Maieſtas in aliquod medium, aut viam concluſerint, aut ſecum deliberauerint, nempè quomodo, quando, & per quos Compromiſſarios talis amica tractatio ſuſcipi debeat, ac tractari, vt Regia Maieſtas eiuſmodi Electoribus, Principibus, ac abſentium Oratoribus (modò Suę Maieſtati hoc non ſit graue) aperire gratioſè dignetur: nam humiliter ſeſe offerunt ad eiuſmodi initum colloquium deliberare, ac concludere velle, atque Regię Maieſtati in locum Cæſareæ Maieſtatis fideles ſuas tractationes, ac mentem ad honorem, & vtilitatem Cæſareę, & Regię Maieſtatum, necnon Sacri Imperij in omni obedientia referre, nihilque intermittere, quod illos, ſeù Sacri Imperij membra facere oportet, quod Electores, Principes, & abſentium Oratores Regię Maieſtati ad ſua ore tenùs, ac inſcriptis prolata propoſita hoc tempore, quin humilitate, qua decet reſponderent, omittere non potuerunt, vlteriùs Regię Maieſtatis Suę gratioſum animum, ac mentem humiliter expectantes.

47 Proximo die expoſitus eſt concordię pertractandæ modus: in primis decreti quatuor Principes ex vnaquaque parte futuri concordiæ interpretes, qui colloquio pręeſſent, vt deligerentur

tur Viri docti, & pacis amantes, qui in eo colloquio inter ſe controuerſias conferrent; vt ea quę agitata ab his forent, vim decreti non haberent, ſed ad Cęſaream mitterentur, quę deindè in alio conuentu à Cęſare indicendo, cui ipſe interſit, & ad quem vocentur Legati Romani Pontificis, referantur, vt Religionis controuerſiæ omnes in Oecumenico Concilio, poſtea dirimantur, interea ſpoliati Eccleſiaſtici, & Monachi ſuis reſtituantur Eccleſijs, atque Induciæ, maiore, quàm antea Religione, obſeruentur. Quæ in ſcriptis tradita ſunt Proteſtantium Oratoribus.

Scriptura exhibita Oratoribus Principum Proteſtantium die XVI. Iulij MDXL. nomine Regiæ Maieſtatis, & quatuor Mediatorum deputatorum.

Quamquam Romanorum Regia Maieſtas Dominus Noſter clementiſſimus, hunc præſentem conuentum ad id clementiſſimè inſtituerit, necnon Sacræ Cæſareæ Maieſtatis propoſitum, voluntas, & intentio ad eum finem tetenderit, vt in hoc loco principium ad Chriſtianam concordiam diſſidentis Religionis fieret, & in præſentia Electorum, & Principum eò efficaciùs, & fructuoſiùs tractentur, Regia tamen Maieſtas Sua vnà cum deputatis Electoribus, & Principibus conſiderat, quòd ex multifarijs incidentibus, & vrgentibus cauſis, & impedimentis, & præcipuè cùm Proteſtantes, Elector, & Principes perſonaliter non comparuerint pro hac vice, ad fructuoſam tractationem, & Chriſtianam concordiam, commodè hoc in loco procedi non poſſit.

N. S. Franciſci Card. Barberini ſig. n. 2678 pag. 80. Scriptura exhibita Proteſtantibus in conuentu Haganoæ

Quapropter ne hic inſignis conuentus multorum Electorum, & Principum, atque etiam abſentium Oratorum, & Conſiliariorum, ſine fructu aliquo, & effectu diſſoluatur; quinimmò vt cauſa, quæ Chriſtianum principium ſortita eſt, ex eo etiam conſequenter Chriſtianam promotionem ſortiatur, ex quo pax, quies, & vnitas in Sacro Imperio Germanicæ Nationis conſeruetur, Regia Maieſtas Sua ſimul cum prædictis deputatis Electoribus, & Principibus, tanquam cum his, qui controuerſiam Religionis iuxtà Cæſareæ Maieſtatis deſiderium Chriſtianis vijs, & medijs propoſita optarent, cauſam in eo terminarunt, vt alia Dieta, & locus quemadmodum nunc, liberaretur, ſine tamen præiudicio Auguſtenſis tractatus, & concluſionis, ad amicum, non tamen concluſiuſi tractatum, & colloquium proponi, & euulgari poſſet, ad quod colloquium præſentium Electorum, & Principum, & etiam abſentium pariter, & Proteſtantium Statuum aliquæ doctæ intelligentes, & pacificæ perſonę in pari numero (quæ nihilominùs hic deputandæ erant) deputentur cum eo mandato, vt ibi Proteſtantium confeſſionem in manus ſumant, & ſuper omnem, & quemlibet punctum, ſigillatim, amicè, & Chriſtianè, & ad Sacram Scripturam conformiter, attamen ſine concluſione, colloquantur, & omnem poſſibilem operam nauent, vt omnes Articuli, de quibus eſt controuerſum, ad Chriſtianam vnitatem, concordiam, & verum intellectum deducantur.

Item, vt quatuor illi deputati Electores, & Principes, perſonaliter (in caſu autem iuſtæ neceſſitatis) per ſuos inſignes, & ad hunc tractatum idoneos Conſiliarios, in prædicto amico tractatu, & colloquio tanquam mediatores maneant, & aſſiſtant.

Item, vt liberum ſit Pontificiæ Sanctitati, ac Cæſareæ Maieſtati ad eorum voluntatem, & beneplacitum, ſi velint, ſuos Conſiliarios, & doctos ad huiuſmodi tractatum, & colloquium ordinare, & præſentes habere.

Item, quòd omnes Oratores, Conſiliarij, Theologi, miſſi, & familiares, qui ad futuram Dietam deputabuntur, aut mittentur, Romanorum, Cæſareæ Maieſtatis, & Sacri Imperij, liberam, & firmam ſecuritatem, & ſaluum conductum habeant ad Dietam, in Dieta, & ab Dieta, & loco vſque ad ſuam Patriam, habitationem, & huius pleni ſalui conductus ſecuritate tutò vti poſſint.

Item, quidquid in illa Dieta ex vtraque parte pro cõſtanti Chriſtiana compoſitione diſſidentis Religionis, tractatum, compoſitum, & deliberatũ fuerit, de eo mox Cæſaream Maieſtatem, quatuor Electores Principes, tanquam mediatores, certiorem reddant.

Item, interim Sua Cæſarea Maieſtas ab Electoribus Principibus obedienter rogetur, vt generalem Dietam Imperialem, quàm celerrimè indicat, atque illi in Germania perſonaliter interſit, in qua pariter Maieſtatis Suæ, atque etiam Pontificię Sanctitatis Legatis, atque omnibus Statibus Imperij prædicti, amici tractatus, & colloquij relatio fiat, & vlterius cauſæ controuerſiarum Religionis, per viam alicuius legitimi Concilij, aut alterius Chriſtianę confirmationis, ad decentem concluſionem, & concordiam perducantur. Inſuper in alijs Sacri Romani Imperij Germanicæ Nationis grauibus, & ponderoſis occurrentijs neceſſarij tractatus habeantur.

Item, cùm nonnulli ex Statibus, & alij conquerantur, quòd Proteſtantes ipſos de facto ſpoliauerint, & ad determinationem iuris in ſuo grauamine, & petitionem venire non poſſint, conſideratur vlteriùs à Maieſtate Regia, & à deputatis Electoribus, & Principibus, vt ſpoliatis ad bona Eccleſiaſtica ſibi erepta, vſque ad futuram Chriſtianam concordiam, vel ad aliam ordinariam determinationem controuerſiæ Religionis iure reſtituantur, aut ſecundùm ordinarij iuris diſpoſitionem permittatur Imperij iuriſdictio, & ordinatio, ne quis conqueri poſſit, quòd concluſionem ſui grauaminis, ac petitionis legitimum ius conſequi nequeat.

Item, vt vſque ad concordiam, aut etiam legitimam ordinationem diſſidentis Religionis in Sacro Romano Imperio, quies, pax, & vnitas effectualiter conſeruetur, atque introducta diſſidentia inter Status amoueatur, Regia Maieſtas vnà cum deputatis Electoribus, & Principibus, ſummè neceſſarium exiſtimat, aliquas rurſus conſtantes, & pacificas Inducias ſtatui, quæ Induciæ magis integrè, & inuiolabiliter, quàm fortè hactenùs factum eſt, ſeruentur, & manuteneantur, atque in aliquot menſes vltrà finem communis Imperialis Dietæ extendantur, & in eis præcipuè exprimatur, quòd pertineant tantummodo ad eos, qui ante Norimbergenſes Inducias Auguſtanæ confeſſioni adhæſerunt, ita vt Proteſtantes nullius eorum, qui poſteà eorum Religionem acceperunt, neque in iure, neque extra ius, patrocinium, & protectionem ſuſcipiant, neque eorum quemque, qui in Auguſtenſi receſſu obnoxij, & comprehenſi ſunt, ad ſe trahant, vel recipiant, ſed ab omni iniuria, & vi prorsùs abſtineant, neminemque præter ius, & æquitatem grauent.

48 Interfuit huic Haganoenſi conuentui Franciſci Francorum Regis Orator, qui ad Cæſareas preces miſſus fuerat, ac luculenta oratione propoſuit XVI. Iulij non adducenda eſſe in controuerſiam fidei Catholicæ dogmata, quæ tot Mar-

tyrum ſanguine, Sanctorum Patrum teſtimonijs, ac Miraculis innumeris à Deo confirmata eſſent, ſed ſi aliquæ corruptelæ vitio temporum irrepſiſſent, Gallorum Regem adhibiturum operam ſuam apud Pontificem, vt eæ emendentur, diſciplinæque Chriſtianæ ſplendor refloreſcat.

Gallici Oratoris Sententia ex eius Oratione ad Status Imperij habita.

☞ *M.S. Franciſci Card. Barbarini fig. 2678. pag. 46. Oratio Oratoris Gallici in Dieta Haganoenſi.*

Chriſtianiſſimus Rex, cùm intellexiſſet diem ad ſedandas Germaniæ controuerſias Spiræ fuiſſe indictam, moxq; iuſtis de cauſis hic, vt omnia ad pacem, & tranquillitatem deducerentur, memor primogenituræ nominis ſui, ſtatuit nos ſuo nomine intereſſe. Acceſſit ad hoc hortatio Imperatoris Caroli (quem honoris cauſa nominamus) perpetuo fœdere, & amicitia Chriſtianiſſimo Regi coniuncti, qui, vt aliquem ſuo nomine deputaret, eflagitauit. Rex itaque Chriſtianiſſimus nos huic ſui vice tranſmittendum ſtatuit; in primiſque vobis pariter omnibus ſalutem, & fœlicitatem ex animo precatur.

Cæterùm, quod ad negotium cum his, quos Proteſtantes vocant, attinet; Regi Chriſtianiſſimo nullo pacto conſultum videtur, vt in controuerſiam per Germanos trahi debeat id, quod multis iam anteactis ſæculis veterum probatiſſima dogmata, ſequentibus ſignis, ac Miraculis, in hunc vſque diem nobis tradiderunt, cùm veteres, doctrina, probitate, ac auctoritate, nos longè anteceſſerint. At ſi qui adſunt, quos abuſus vocant, quorum nonnullos inter noſtri Ordinis homines eſſe inficias, non imus, in hoc, vt Chriſtianiſſimus Rex egregiam ſuam, & debitam voluntatem demonſtret, pollicetur omnem operam, & ſtudium eò collaturum, vt in primis Summum Pontificem, vti fidelis, exoret, ſuadeat, & hortetur, vt primo quoque tempore abuſus tollatur, in melinſque emendanda reformentur: nec veretur, quin Sua Sanctitas ad hoc facilem ſeſe præbeat, hocque medio arbitratur Chriſtianam Religionem inconcuſſam fore, quæ vt Chriſti tunica vnita eſſe debet: ſimulque Rex Chriſtianiſſimus pollicetur, Germaniæ vnitatem omni diligentia, & opera procuraturum, ad hoc enim multis de cauſis tenetur. Primogenitura namque Chriſtianiſſimi nominis ſui hortatur ſimul, & origo, quam ex Germanis non ſine animi hilaritate deduxiſſe gaudet. Religionem itaque per manus ſibi à parentibus traditam, conſeruandam, & veſtrum omnium emolumentum, & decorem promouendum debens, & lubens, pollicetur.

☞

49 Cùm de exponendis capitibus colloquij inter Catholicos, & Lutheranos ageretur, Ferdinandus Rex partes dedit Ioanni Cochlæo, quem ad hunc conuentum Vvratislauia exciuerat, vt ex Actis colloquij Auguſtani, quæ ipſe decennio ante ſcripſerat, & quæ ab Hieronymo Veho Scrinij Magiſtro Badenſi tradita fuerat Regiæ Maieſtati, compendium breue colligeret, atque de viginti octo Articulis confeſſionis Auguſtanæ, animi ſui ſententiam, nitidè explicaret, quidnam cum optima conſcientia, Religione, & ſalua fide pacis redintegrandæ gratia poſſet, aut deberet admitti. Nec defuit ſuo muneri Ioannes Cochlæus, ,, vt ipſemet narrat. [Is, inquit, per omnes Ar- ,, ticulos ſingillatim, quid conceſſum, & quid ,, reprehenſum, aut negatum fuerit, commemo- ,, rans, quàm breuiſſimè potuit, affirmauit, ſe id ,, religioſè, cum ſumma fide feciſſe, ſicut coram ,, Deo intendat confiteri, & in extrema mortis ,, hora, & in nouiſſimo die. In fine tamen adie- ,, cit, complures alios eſſe contra Catholicam ,, fidem, Lutheri, complicumque eius Articulos, ,, qui in confeſſione illa omiſſi, in aliorum ,, ſcriptis euulgati ſint, ſine quorum diſcuſſio- ,, ne, & conciliatione, firma pax, aut concordia ,, conſtitui non poterit.] Conceptum verò erat ſubiectis verbis illud Ioannis Cochlæi ſcriptum, quò fides Auguſtana excuſſa eſt.

Io. Cochl. in actis, & ſcrip. Luth. hoc anno.

Conſilium Domini Ioannis Cochlæi ſuper XXVIII. Articulis Auguſtenſibus; Regi Romanorum exhibitum die XVII. Iunij MDXL. Haganoæ.

☞ *M.S. Franciſci Card. Barberini n. 2637. p. 22. Reſponſio ad Articulos Auguſtanæ confeſſionis, Io. Cochlæi.*

Sereniſſime, & Potentiſſime Rex, Princeps, ac Domine Clementiſſime, poſteaquam Regia Maieſtas Veſtra clementer ſingulari fiducia iniunxit, ac mandauit mihi ſub conſcientia mea, quemadmodum, & apud Deum, & apud Maieſtatem Veſtram confidam ſuſtinere, ac defendere, indicare, quodnam in XXVIII. Articulis Proteſtantium Principum, ac Statuum confeſſionis; quàm Auguſtæ in Comitijs Imperialibus Cæſareæ Maieſtati omnium clementiſſimo Domino meo, ante annos decem exhibuerunt, non à Catholica Eccleſia tolerandum, aut acceptandum, ſi quo modo in ijſce Articulis per amicum tractatum cum eis concordari queat, quo Germanica Natio rursùs ad pacem, & vnitatem in fide, & vera Religione reducatur.

Super eiuſmodi igitur Chriſtianũ mandatum Regiæ Maieſtatis Veſtræ, ſententiam meam, quàm breuiſſimè fieri poterit, obedienter indicabo, humillima cum prece, vt Regia Maieſtas Veſtra non ſecùs accipiat, quàm ex intimo corde, abſque omni affectione humana, ſummo cum deſiderio pacis, & vnitatis, quemadmodum corã Deo Omnipotente, tùm in extrema mortis hora, & in nouiſſimo Iudicij die confiteri intendo, à me factum eſſe.

De Summa Trinitate. ART. I.

In hoc Articulo, nihil mihi diſplicet ex eorum confeſſione.

De Peccato Originali. ART. II.

Hic concordauimus cum ipſis Auguſtæ in delectu: cui ſententiæ adhuc ſto, & acquieſco.

De duobus naturis in Chriſto. ART. III.

In hoc Articulo itidem, cum eis per omnia concordes ſumus.

De Iuſtitia Fidei. ART. IV.

Auguſtæ in delectu ſuper hoc quarto Articulo concordauimus, nempè vt non doceatur, quòd ſola fides iuſtificat; ſed quòd omittatur hæc vocula: *Sola*; quemadmodum, & Cæſarea Maieſtas vnà cum alijs Principibus, & Statibus in receſſu Imperiali indicarunt, atque mandarunt: parit enim ſcandala in populo, & negligentes circa bona opera reddit homines. Cùm igitur in Scripturis nuſquam dicatur: *Sola fides iuſtificat*; ſed contradicat manifeſtè ſua in Epiſtola Sanctus Iacobus, & populus per hoc ad bona opera indeuotus, ac piger redditus ſit (ſicut manifeſtum eſt) foret vtique, & commodiùs ad pacem, & magis ædificatorium, ad piam vitæ conſeruationem, hanc ſcandaloſam de ſola fide contentionem omittere; quemadmodum, & Sanctus Iacobus, Auguſtinus, Cyprianus, alijque Sancti fecerunt, & euaſerunt. Auguſtin. de fide, & operibus. Cyprian. in ſerm. de lapſis: & docere populum, vt non ſola fide, ſed etiam contritione, & dolore cordis, oriſque confeſſione, & operis ſatisfactione peccata remouere,

Iac. 2.

Deum

Deum placare, & iuſtitiam adipiſci ſtudeat, atque deinceps à peccatis caueat, & non ſuperbiat, aut temerè confidat de ſola fide.

De miniſterio verbi, & Sacramentorum.

ART. V.

De hoc quoque Articulo concordia in delectu facta eſt, quæ permanere, & rata haberi poteſt.

De bonis Operibus. ART. VI.

Pſal. 61. Matth. 16. Apoc. 2.

De hoc quoque concordatum eſt iuxta tenorem concordiæ circa quartum Articulum: eſt vtique magis ædificatiuum coram populo docere, quòd Deus bonis operibus det præmium, & reddat vnicuique ſecundùm opera eius, ſicut Scriptura multifariam atteſtatur, quàm clamare, quòd ſola fides valeat coram Deo, opera Deus non curat, quia clamor iſte ſcandaloſus eſt, & falſus, & manifeſtè contra Scripturam, Iacobi II.

Luther. in capt. Babylon.

De Eccleſia. ART. VII.

De hoc quoque concordatum eſt in delectu: & proculdubio commodiùs eſt ad pacem, & veritati conformiùs docere, ac tenere, quòd ſit vnica, vera, Catholica Eccleſia per totum Orbem terrarum dilata, quemadmodum Dauid, Paulus, Auguſtinus, alijque Sancti dicunt: *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, quàm quod nunc contendunt aliqui, quòd ſola pars Lutheri ſit vera, generalis, & Catholica Eccleſia: nuſquam enim Luthero, ſicut Petro, dictum eſt: *Paſce oues meas*; & pars Lutheri nondum eſt triginta annorum; Eccleſia verò ſtetit, iam MD. annis, & permanebit vſque ad conſumationem ſæculi Matth. XXVIII. & Io: XIV. Æquiùs eſt igitur, vt pars Lutheri reconciliet, & coniungat ſe vniuerſali Eccleſiæ, quàm vt tota, & vniuerſalis Eccleſia ad partem Lutheri accedat.

De malis Miniſtris Eccleſiæ. ART. VIII.

De hoc quoque concordatum eſt. Errauerunt, itaque Donatiſtæ, Vvicleuiſtæ, & alij, qui dixerunt, quòd Sacerdos peccato mortali obnoxius non poſſit Eccleſiæ miniſterium, aliquod facere, aut Sacramentum vllum adminiſtrare: quam ſanè opinionem Lutherani quoque nunc prætendunt, ac vrgent dicentes, quòd Papiſtæ nullum Dei cultum ritè peragunt, ſed meram abominationem, & idololatriam faciunt in Eccleſia. Hoc autem ad nullam deſeruit pacem, nec eſt conſonum veritati.

De Baptiſmo. ART. IX.

Hic quoque concordatum eſt, cum eis aduerſus Anabaptiſtas; ac bonum eſſet, & æquum, vt Lutherani hic iterum conformarent ſe nobis in antiquitùs vſitata Baptiſmi forma, cum Oleo, Chriſmate, Sale, Exorciſmo, alijſque Ritibus, & Cæremonijs, quæ ſemper à temporibus, vſque Apoſtolorum (vti Sanctus Dionyſius teſtatur) obſeruata fuerunt; hoc ſanè melius foret, quàm quod abſque omni Scriptura, contemptim, & in deſpectum Catholicæ Eccleſiæ, antiquos, & laudabiles ritus reijciant, & aboleant: atque per hoc in ſchiſma minimè neceſſarium ſe dedant, & gratias Spiritus Sancti in Baptiſmo præpediant.

De Sacramento Euchariſtiæ. ART. X.

De hoc quoque Articulo concordatum eſt cum eis contra Zuinglianos, & Anabaptiſtas, nempè quòd realiter eſt ibi verum Corpus, & verus Sanguis Chriſti, non ſolùm ſignum, aut figura. Hic autem vehementer neceſſarium eſſet, tùm ad pacem, tùm ad ſalutem animarum, vt Proteſtantes concordarent nobiſcum de tranſubſtantiatione panis, & vini, atque etiam de cultu, & veneratione huius Sacramenti, tanquam eius, in quo ſubſtantialiter adeſt verus Deus, Creator, & Redemptor Noſter iuxtà antiquam, & laudabilem Catholicę Eccleſiæ conſuetudinem. Prętereà vt hoc Sacramento charitatis, & vnitatis non abuterentur ad diſcordiam, & ſuperuacuam contentionem, qua incipiunt diſputare quandiù maneat Corpus Chriſti in Hoſtijs. vt vocant conſecratis; vndè in grauem incidunt errorem, quo conſecratam Hoſtiam, quæ vel in Monſtrantia circumfertur, vel in Ciborio pro Infirmis reſeruatur, Idolum vocant, & vinum conſecratum, quod eis poſt Communionem remanet in Calice, effundunt in terram velut aquam.

De Confeſſione. ART. XI.

De hoc Articulo non fuit tunc concordatum: poſteà verò protulerunt Proteſtantes in delectu ſententiam ſuam in ſcriptis ſub tribus ſanè punctis. Primò, quòd omitti non debeat confeſſio, propter conſolatoriam abſolutionem. Deindè, quod ex ea diſcamus ſublimem, & ſalutarem poteſtatem clauium. Tertiò, quòd bonum ſit populum aſſuefacere ad confeſſionem, in qua ſua accuſet peccata, quantum poſſibile eſt, vt conſcientia per abſolutionem conſoletur. Quòd ſi hæc tria puncta ſeriò acceptarunt, ac profitentur, non foret difficilè in his cum eis concordare. Maxima enim eorum querela eſt, quòd omnia peccata ſua confiteri debeant Sacerdoti, quòd impoſſibile eſſe dicunt. Nos autem neminem ad impoſſibilia cogimus quemadmodum ipſi nobis imputant; ſed petimus dumtaxat, vt vnuſquiſque omnia peccata ſua, quorum ſibi conſcius eſt, confiteatur, vt nullum ex humano pudore ſcienter reticeat, vt eò melius ſciat Confeſſor peccatori conſulere; quiſquis enim non integram facit Confeſſionem ſcienter, facit eam fraudulenter. Contra hoc ait Scriptura Hierem. LXVIII. *Maledictus, qui opus Domini facit fraudulenter*: quicumque autem verè pœnitet, ac dolet de peccatis ſuis, is ait cum Dauide, Pſalm. XXXVII. *Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.*

De Pœnitentia. ART. XII.

De hoc quoque articulo concordatum eſt in delectu de tribus partibus Pœnitentiæ, niſi quod ipſi alijs vtuntur verbis; Nos autem vocamus tres partes Pœnitentiæ, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem iuxta antiquum vſum Sanctorum Patrum Cypriani, Ambroſij, Auguſtini, &c. Ipſi verò nolunt hanc vocem, [Satisfactio,] licet ea vſi fuerint non ſolũ Sancti Patres, verùm etiam Sacra Concilia, & quidem antiquiſſima. Quòd ſi proterui hic eſſe nolint, poterit de hoc quoque concordia fieri: Chriſtus enim non ob id pro peccatis noſtris ſatisfecit, vt nos pro eis nihil ſatisfaceremus; ſed dedit nobis exemplum, vt ſequamur ipſum, tollentes Crucem noſtram, Matth. XVI. & agentes pœnitentiam, Matth. XI. Luc. XIII. alioqui potuiſſet Corinthius ille peccator contra Paulum dicere: Noli mihi vllam iniungere pœnitentiam, quia Chriſtus pro me abundè ſatisfecit. Et contra hoc eſt Paulus in II. Cor. VII. & Rom. VI. vbi ait: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita exhibete ea ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.* Summa, non eſt contra Euange-

lium pœnitentiam agere pro peccatis, licèt pro eis satisfecerit Christus; nam ipsemet seriò mandauit pœnitentiam agere in principio medioque, & fine Euangelij, Matth. IV. Luc. XIII. & XXIV. Meliùs itaque fiet, & ad concordiam conducibiliùs, vt Sãctorum Patrum, antiquorumque Conciliorum vsum relinquamus inuiolatum, quàm vt de hoc scandalosè clametur; *Christus satisfecit; nihil est cum satisfactione nostra;* quia populus fit per hoc indeuotus, & piger ad bona opera.

De vsu Sacramentorum. ART. XIII.

De hoc quoque concordatum fuit in delectu & foret vtique melius antiquam retinere doctrinam super hoc, nempè Sacramenta nouæ Legis multò efficaciora esse Sacramentis veteris Legis, nec esse illa tantummodo signa diuinæ voluntatis erga nos, sicut nunc aliqui dicunt, verùm efficientia, vasa, & instrumenta, per quæ gratiam Dei consequimur; quapropter iniquè docetur, ea non dare, aut afferre gratiam ijs, qui benè vtuntur eis, & per se ipsos obicem non ponunt, tamquam fides sola cuncta faciat. Esset præterea ad pacem conducibiliùs, si Sacramentorum numerus septenarius integer esse fineretur, quàm scandalosè dicere tantùm duo, aut tria esse Sacramenta: talis enim haud necessaria nouitas, nihil ædificationis in populis affert secum, quemadmodum experimur quotidie.

De ordinatione Ministrorum. ART. XIV.

Articulus iste in verbis quidem suis reprehendendus non est, in sensu autem aduersatur nobis. Nec debet in Ecclesia publicè docere, aut Sacramenta administrare, nisi ritè vocatus. Hæc sanè verba bona sunt, & recta: Protestantium verò sensus, & vsus non est rectus, ordinariam enim vocationem eripiunt Episcopis, & dant eam Laicis. Eligunt præterea Apostatas quosdam Monachos, quibus prætensam tribuunt potestatem ordinandi Presbyteros, & Diaconos. Hoc autem totum præsumptuosa, & friuola nouitas est contra vsum Christi, & Apostolorum eius, qui non Laicis, sed Episcopis huiusmodi ordinationem, atque vocationem commiserunt. Quare longè magis proficuum ad pacẽ foret relinquere Episcopis antiquitùs institutam, & vsitatam potestatem, quæ & in Scripturis bonum habet fundamentum; quamquam Principes, & Magistratus Ciuitatum, vocationem absque scitu, & voluntate suorum Episcoporum, qui non gratis, aut frustra vocantur, locorum Ordinarij arrogant sibiipsis, ac friuolè præsumunt Pastores, & Concionatores secundùm libitum suum, & instituere, & destituere, dantque vanam, & nullam quibusdam potestatem Apostatis, qui nunquam sunt legitimè in Episcopos ordinati, ordinandi Presbyteros, & Diaconos: id quod antea in Ecclesia Catholica nunquam est auditum. Cùm igitur iactitent, se nihil noui dicere, aut incipere, meritò debent à tali desistere nouitate, & aliorum deinceps officium minimè vsurpare.

De Cæremonijs, & Ritibus Ecclesiæ. ART. XV.

Hoc in articulo vellemus eis citò consentire', si ex fundamento Scripturæ demonstrarent, nostras Cæremonias, & antiquos Ecclesiæ Ritus contra Euangelium esse, sicut dicunt. At adhuc non demonstrarunt, quòd laudabilis, & antiquus vsus consecrandi, aut benedicendi, Salem, Aquam, Vinum, Herbas, Placentas, quæ ipsi contemptim pro mero habent ludibrio, sit contra Euangeliũ: quandoquidem in eo nusquam est prohibitus, & bonum habet fundamentum in Paulo 1. Tim. 4. quòd sanctificetur per verbum, & orationem. Similiter non est contra Euangelium seruare Processiones: in Ecclesia sanctificatis vestibus, Calicibus, alijsque vasis, & ornatibus circa Missam, & Diuina Officia vti; accendere luminaria, thure fumigare. Idcircò esset ad pacem & vnitatem multò cõmodiùs Ritus, & Cæremonias, quarum magna pars, etiam Apostolorum temporibus, in vsu fuit, sicut Diuus testatur Dionysius, inuiolatas relinquere, & eas vbicumque abolitæ sunt, rursus instaurare, quàm temerè irridere, ac friuolè abolere. Dant enim populo bonas occasiones ad deuotionem cordis, ad timorem, & honorem Dei, quemadmodum docet experientia: per hæc tamen nolim inutiles, & superstitiosas Cæremonias defendisse; sed desidero multò potiùs, vt vbicumque reperiuntur confestim amoueantur.

De Potestate sæculari. ART. XVI.

Hic quoque cum ipsis concordes sumus contra errores Anabaptistarum, & aliorum, qui putant nullam debere inter nos Christianos esse potestatem sæcularem, quemadmodum & Lutherus ipse in quibusdam scriptis suis sentit. Hæc sunt verba eius in libello de Potestate Sæculari. *Inter Christianos nec debet, nec potest esse, sed vnusquisque alteri æqualiter subiectus est. Sicut Paulus ait Rom. 12. Vnusquisque alterum habeat pro suo Superiore.* Item, *Inter Christianos gladius esse non potest, idcircò non potes eo inter & super Christianos vti.* Ex his, & id genus alijs Lutheri dictis verisimile est, & rusticorum seditionem, tumultum, & Anabaptistarum errorem ortum habere. Si igitur stabilis debeat erigi pax, & concordia, summè necessarium erit, vt huiusmodi tàm scandalosi libri Lutheri tollantur.

De extremo Iudicio. ART. XVII.

De hoc quoque articulo concordatum fuit in delectu. Interim verò permultæ opiniones fatuæ pseudoprophetarum in Saxonia, præsertim circũ Vvittembergam de nouissimo die, sunt in lucem prolatæ, quæ sanè populum vsque adeo territum, dubiumque, ac stupidum reddebant, vt plerique agricolarum, neque agros colere, neque seminare voluerint, tamquam nouissimus dies præ foribus iam esset, ac certissimè hoc vel illo die, hac vel illa hora venturus esset. Huic fatuitati causam præbuerunt nouæ sectæ & Suermerorum vesaniæ, cùm vnicuique licere, ac liberum esse permittatur aduersus antiquam Ecclesiam noui aliquid in medium proferre: tametsi clarissimè in Scriptura Matth. XXIV. & Act. I. testetur Christus ipse tempus illud neminem certò scire, quod Pater in potestate sua sibi reseruauit.

De libero arbitrio. ART. XVIII.

De hoc quoque concordatum est in delectu. At hic quoque necessarium foret, vt erronei, & scandalosi libri illorum Concionatorum, præsertim Lutheri, & Philippi Melanchonis, contra liberum arbitrium euulgati reuocarentur ab eis, & abolerentur, in quibus sanè vehementi contentione docuerunt, hominem non habere liberum arbitrium, sed Deum operari in nobis, & bonum, & malum, ipsumque esse causam efficientem peccati in homine; ac omnia fieri ex absoluta necessitate, vt aliter fieri nequeant, quoniam homo nullam habeat arbitrij voluntatis suæ libertatem; nec sit in ipso facere & non facere, sed in Deo, qui vniuersa in homine operetur

ſiuè bona ſint, ſiuè mala; vndè adhuc multi homines errant, ac dicunt, ſic vult me habere Deus, ſic, & ſic oportet me facere, aliter fieri non poteſt.

De cauſa peccati. ART. XIX.

Et hic per omnia concordatum. At in contrarium iacent nobis in via ad ſcandalizandam iuuentutem, priores annotatores Philippi Melanchthonis in Pauli ad Rom. Epiſt. in quibus ſanè permultæ ſunt propoſitiones huic articulo contrariæ. Exempli gratia, cùm ait certum eſſe, quòd omnia à Deo fiant, ſiuè bona ſint, ſiuè mala. Item, quòd Deus non ſolùm permittat creaturis, vt operentur, ſed quia ipſemet propriè omnia operetur in eis; & ſicut S. Pauli vocatio, eſt proprium opus Dei, ita & adulterium Dauidis, immò, & proditio Iudæ Iſcariotis fuerit propriũ opus Dei. Quomodo autem debet ſtabilis conſtitui, aut ſeruari in fide pax, & concordia, vbi eiuſmodi ſcripta, & dogmata in populo; præſertim in iuuentute, quæ Philippo adhæret, manent, & non reuocantur, nec abolentur?

De Fide, & bonis operibus. ART. XX.

De hoc articulo excitata eſt ſcandaloſa, ſuperuacanea, ac diuturna contentio in populo per Lutherum, quæ tam facilè tolli poſſet, ſi antiquam ſententia noſtra non pateretur calumniam, nec malè intelligeretur, ac interpretaretur: etenim non dicimus nos, opera ſine fide placere Deo, aut ex ſeipſis mereri abſque charitate, & gratia, remiſſionem peccatorum, Cœlum aut vitam æternam; ſed dicimus, quòd neque ſola fides, neque ſola opera ſimul Deo placeant, nobiſque ad vitã meritoria ſint, ſi per charitatem fiant. Sic Paulus ait Gal. V. Promiſit enim Deus eiuſmodi operibus mercedem reddere? Matth. X. XIX. XXIV. & XXV. Luc. XIX. quòd & Paulus teſtatur II. Cor. IX. & I. Timoth. VI. Nemo profectò negare poteſt Deum eſſe iuſtum Pſal. X. Si ergo mala opera punit ſempiterno ſupplicio, exigit vtique eius iuſtitia, vt bona opera remuneret ſempiterno gaudio, quemadmodum verba Chriſti clarè & apertè conteſtantur. Matth. XXV. & Io: V. Adde, quòd immenſa bonitas, & miſericordia ſecundùm ſeipſam, magis propenſa eſt ad remunerandum bonum, quàm ad puniendum malum; Scriptum eſt enim Iac. II. *Miſericordia ſuperexaltat iudicium*; Quapropter benè poſſent ſcandaloſa contra merita bonorum operum ſcripta, & dogmata, ac prædicationes Concionatorum tolli, ac aboleri; eiuſmodi enim criminationes fiunt, multò magis contra Dei gratiam, quæ eſt præcipua cauſa bonorum operum, & eorum meriti potiùs, quàm ipſa ſecundùm ſe opera: Immò Deus ipſe per hoc blaſphematur, ipſe enim in nobis operatur non ſolùm bona opera, ſed etiam bonam voluntatem, ſicut ait Apoſt. II. Cor. III. & Phil. XII. & Propheta Oſea XV. Idcircò non eſt, vt nos multum gloriemur, aut præſumamus ſuperbè de bonis operibus noſtris; nos enim ea non ex nobiſmetipſis, ſed ex Deo habemus. Sic Paulus docet I. Cor. IV. & Rom. II. atque facilè poſſet tolli iſta de operibus contentio, ſi nos rectè intelligere vellent aduerſarij, & multò ſanè meliùs foret, vt nos ex vtraque parte ſtuderemus in charitate Chriſti, & vnitate fidei, multa opera bona facere hic ſuper terram, & velut theſaurum hic comparare, quem poſteà in Cœlis certiſſimè inueniremus, ſicut docet nos Chriſtus Matth. VI. & Apoſt. XIV. Mercedem verò bonorum relinquamus indubitatæ promiſſioni, & miſericordiæ Domini Dei commiſſam, quam multis hac de re diſputare verbis, & per hæc bona opera omittere, & negligere, velut infructuoſas arbores coram Deo inueniri.

De interceſſione, & inuocatione Sanctorum. ART. XXI.

De hoc quoque articulo tractatum eſt in delectu, ſed non planè concordatum. Admiſerunt quidem nobis, quòd omnes Angeli, & Sancti in Cœlo coram Deo pro nobis intercedunt, & quòd memorias, & feſta eorum, in quibus Deum rogamus, vt Sanctorum interceſſio nobis ſit proficua, benè obſeruare poſſumus; ſed nolunt Sanctos inuocare, quando id Scriptura non iubet. Dicebant tamen, ſe nemini prohibere ne inuocet, neque enim hoc Scriptura vlli prohibuit. At in facto longè aliud apud eos cõſuetum inuenimus, quandoquidem non ſolùm inuocationem, ſed etiam Imagines, & memorias, & feſta Sanctorum abiecerunt, & nos eam ob rem idolatras vocauerunt: quoniam verò ea temeritas & nouitas multum ſcandali in populo, & irriſionis apud ſciolos ſemidoctos, vti manifeſtum eſt, excitauit, multò meliùs foret huiuſmodi contentionem, velut ſuperuacaneam, ſcandaloſam, ac nocuam obijcere, & vnumquemque noſtrum ſequi Sanctorum ſalubrem doctrinam, piamque, & ſanctã conuerſationem, vt & nos, per eorum veſtigia gradientes, æternam coronam aſſequi valeamus. Non eſt enim aliquis propterea idolatra, ſi quem Sanctorum in Cœlo veneratur & inuocat. Scriptura namque Sanctos non vocat Idola, ſed filios Dei, fratres, & cohæredes Chriſti, immò & Deos, non quidem natura, ſed gratia, & participatione æternæ beatitudinis, Pſal. XXXI. quos Pater ipſe Cœleſtis honorat Io: XII. & eorum ſanctitatem multis declarat miraculis. Quoniam igitur hæreſis Vigilantij ante mille, & centum annos, & à D. Hieronymo multis Scripturæ teſtimonijs confutata, & ab Eccleſia Catholica reiecta, & damnata fuerit, meritò deberent Proteſtantes, à tam antiquo errore ſe abſtinere, & cum vniuerſali potiùs Eccleſia Sanctos vnanimiter venerari, & inuocare.

De vſu vtriuſque ſpecici Euchariſtiæ. ART. XXII.

Circa hunc articulum non eſt plenè concordatum in delectu ex hac ſanè ratione, cùm pacis amore vellemus eis vtriuſque ſpeciei vſum relinquere, petitum eſt ab eis, vt id fieret confeſſione præuia, quod ipſi acceptarunt, vt Prædicatores eorum dicerent populo, non eſſe iniuſtum, aut peccatum ſub vna ſpecie communicare, nec præceptũ eſſe Laicis ſub vtraque ſpecie communicare: eſſe præterea ſub qualibet ſpecie totum Chriſtum Deum & hominem ſubſtantialiter. Et ſi quis inter eos ſub vna ſpecie communicare velit, vt ei non denegaretur. Denique vt ſpecies vini nunquam porrigeretur niſi ſub Miſſa, & non portarent eam per plateas ad infirmos. Ad hæc reſponderunt illi poſt longam diſputationem, ac declarationem, ſe non damnare eos, qui vel olim, vel etiam nunc ſub vna ſpecie communicauerint, nec reputare hoc eis in peccatum; ſed nolle ſe, vt ipſorum Prædicatores id populo prædicent. Hinc itaque apparet magis proteruiam quamdam, quàm neceſſitatem eſſe, propter hunc articulum ſe à Catholica ſeparare Eccleſia: quandoquidem ipſimet in delectu confeſſi ſunt, non eſſe peccatum ſub vna ſpecie communicare. Iudicet ergo vnuſquiſque ſecundùm conſcientiam ſuam, an non ſit mul-

multò meliùs, & ſalubriùs extra Miſſam ſub vna ſpecie communicare in vnitate Eccleſiæ ſecũdum longam, ac generaliter in pleriſque Concilijs approbatam conſuetudinem, quàm ſub vtraque ſpecie in ſchiſmate, & ſeparatione ab vniuerſali Eccleſia contra antiquitùs obſeruatam conſuetudinem Eccleſiæ in rebellione, contra vtramque Poteſtatem, cum horrendo dedecore, & abuſu Venerabiliſſimi Sacramenti, quòd Sacratiſſimũ Charitatis, & Vnitatis ſignum eſſe debet, ſicut Paulus docet I. Cor. X. & XI. ab ipſis autem peſſimo abuſu vſurpatur in ſignum diſſidij, & ſchiſmatis; atque ità non aliter, quàm ad iudicium, & æternam damnationem ſumi poteſt extra Eccleſiæ communionem, & Catholicam vnitatem. Attamen ſi vnus iſte articulus pacem, & vnitatem impediturus eſſet, mallem eos in hoc relinqui cũ diſpenſatione proprio arbitrio pro ſubditis ſuis. Sub hoc ſanè moderamine, vt vſum vnius ſpeciei, quem Catholica tenet Eccleſia, non damnent, ne contra eam prædicare aut ſcribere ſuis permittant vſque ad iudicium, & ſententiam Concilij generalis.

De coniugio Sacerdotum. ART. XXIII.

De hoc articulo non eſt concordatum in delectu. Habent illi quidem grauem aduerſus nos obiectionem, quòd tot Presbyteri cum impudicis (proh dolor!) mulieribus ſe coinquinant, & caſtitatem non ſeruant. Attamen non debet propterea ſtatus cœlibatus, & conſtitutæ caſtitatis damnari, aut aboleri. Nemo enim ad eiuſmodi ſtatum ſuſcipiendum compellitur, aut cogitur, ſed vnuſquiſque libera voluntate in eum ſe dedit, ac immittit, ſicut alius Matrimonij ſtatum ſuſcipit. Iam ſcimus omnes, non licere vxorato coniugium ſuum relinquere, & in alium ſtatum ſe conferre; ſic & Eccleſiaſtico Presbytero, aut Monacho non debet licere, ſtatum continentiæ relinquere, & Matrimonium inire: ſicut enim maritus vouet vxori, ita Eccleſiaſticus vouet Domino Deo. Si ergo ſtatus coniugij non tollitur propterea quod multa in eo peccata, & diuerſi generis mala, & adulteria à malis perpetrantur, quia multi inueniuntur probi, qui Matrimonium ſuũ iuſtè obſeruant; ſic neque ſtatus Presbyterij, cœlibatus, & continentiæ tolli debet propter malos, qui ſtatum ſuum per incontinentiam tranſgrediuntur ac deſœdant, quia inueniuntur adhuc multi (Deo ſit laus) probi Sacerdotes, Monachique, ac Moniales, qui ſtatum ſuum illicito concubinatu non commaculant. Quoniam verò apud nos Germanos admodum frequens eſt, (proh dolor!) icandaloſus Presbyterorum in ſeculo concubinatus, præſertim apud Plebanos in Pagis, qui communiter cum ancillis rem domeſticam gubernare neceſſitate quadam coguntur, vbi ſtramen, vt dicitur, igni propinquum eſt, ibi leui caſu accendi poteſt. Libenter ab alijs audire velim, atque etiam ſimul cum alijs pro mea ſimplicitate in commune conſulere, quanam ratione huiuſmodi mala, & ſcandala queant auerti; res profectò magni eſt momenti, & magna, ac matura indiget deliberatione: nam tàm dedecoroſa licentia, carnaliſque libertas, quæ nunc à multis apoſtaticis Presbyteris, Monachiſque, ac Monialibus leuiſſimè, ac impudentiſſimè in prætenſo eorum Matrimonio attentatur, & comperitur, antea numquam audita, aut comperta fuit: quapropter indiget articulus iſte graui, & matura conſultatione. Ego autem, velut omniũ minimus, agnoſco me longè imparem ad iudicandum de hac re. Sunt quidem in delectu nonnulla propoſita media; ſed vxoratis Apoſtatis, non ſunt viſa tolerabilia; idcircò indigeret articulus iſte tractatu ſpeciali, qui hic nimis longus foret.

De Miſſa. ART. XXIV.

Hoc in articulo benè concordare poſſunt, ſi nos audire, ac rectè intelligere vellent, & Apoſtatarum proteruia tàm magna, & ferox non eſſet: eorum enim cauſæ contra Miſſæ Sacrificium nimis leues ſunt, è quibus hæ duæ ſunt præcipuæ. Prima, quòd Paulus ait Hebr. X. Chriſtus ſemel oblatus. Secunda, quia multi Presbyteri propter nummos Miſſas celebrant. Ad primam cauſam reſponſum eſt in delectu, Chriſtum tripliciter oblatum eſſe. Primò, typicè, & figuraliter in Agno Paſchali. Deindè corporaliter per cruciatum in Cruce velut hoſtiam cruentam. Tertiò, ſpiritualiter, in myſterio honorificè, & ſine omni cruciatu, & ſanguinis effuſione in gratiam, & memoriam corporalis, & cruentæ illius victimæ, quæ in Cruce pro nobis oblata fuit, quemadmodum Chriſtus ipſe, & poſt eum Paulus Apoſtolus eius claris verbis nobis præceperunt, vt hoc faciamus in ipſius commemorationem, annuntiantes mortem eius donec veniat. Et benè Miſſæ oblationem vocamus Sacrificium myſteriale, & repræſentatiuum, victimamque incruentam. Contra quam ſanè nullam poſſunt Proteſtantes iuſtã, aut rationabilem cauſam prætendere, aut proferre. Cùmque in delectu interrogarentur, cur nam omittunt in Miſſa Sacrum Canonem, reddebant de hoc rationes tres, ſed leues, pueriles, ac friuolas. Primò, quia in peccatum mortale reputamus Canonem omiſiſſe. Secundò, quia Canon plerumque oblationis, & ſacrificij mentionem facit. Tertiò, quia in Canone Sanctos inuocamus. Ad has eorum rationes breuiter reſponſum eſt, quamuis reuera graue ſit peccatum mortale omittere Canonem in Miſſa, de hoc tamen Canon ipſe nihil dicit, quod autẽ de Sacrificio loquitur, hoc de myſtica oblatione, quàm nos myſteriale repræſentatiuum, ſeù rememoratiuum, & incruentum vocamus, Sacrificium intelligitur. Ad tertiam denique dictum eſt, licet iniquum non ſit inuocare Sanctos, non inuocantur tamen in Canone. Nullam igitur iuſtam habent aduerſus Canonem rationem, ſed mera eſt proteruia, atq; temeritas, quòd Canonem omittunt, & cijciunt. Quòd autem auaritia apud nonnullos Presbyteros huic ſe immiſcet Sacrificio, abuſus eſt, & propter eum non debet Miſſa, bonum, & ſanctum opus aboleri, quemadmodum non aboletur Matrimonium, licet plerique propter diuitias vxorem ducant. Quoniam igitur Laici aliqui probroſè, ac odioſè dicunt Miſſarios Sacerdotes vendere Dominum Deum noſtrum vno groſſo, aut barzio, eſſeque proinde ipſos peiores Iuda, qui Chriſtum Dominum non vno, ſed triginta groſſis vendiderit; hæc profectò grauis eſt iniuria, inuidioſaque calumnia aduerſus pauperes Sacerdotes, quibus Paulus claris verbis permittit, vt de Altari viuant, qui Altari deſeruiunt I. Cor. IX. & Chriſtus ipſe ait, quòd dignus ſit operarius cibo & mercede ſua. Quapropter non ſunt abolendæ Altarium confeſſiones, & Miſſæ priuatæ, quia non eſt iniquum eos de Altari viuere, qui Altari ſeruiunt. Fiunt præterea multa hinc inde in Monaſterijs, & in Canonicorum Collegijs Miſſæ priuatæ ex mera deuotionis pietate, non propter munera, aut pecunias vllas. Idcircò non ipſæ

Miſſæ

Miſſæ, ſed dumtaxat abuſus aboleri debent.

De Confeſſione. ART. XXV.

De hoc articulo dictum eſt ſupra, & ſuper hoc vno præcipuè conſiſtit contentio. An teneatur homo omnia confiteri peccata, de quibus ipſe ſibi conſcius eſt, & nullum ſcienter obticere in confeſſione. Ad hoc reſponſum eſt Auguſtæ in publica confutatione aduerſus illorum confeſſionem ex D. Hieronymo in hæc verba: *Si quem Serpens Diabolus occultè momorderit, & nullo conſcio impietatis veneno infecerit, ſi tacuerit, qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus ſuum fratri & Magiſtro voluerit confiteri, quod ignorat Magiſter, qui linguam habet ad curandum, ei facilè prodeſſe non poterit; ſi enim erubeſcat ægrotus vulnus Medico confiteri, quod ignorat medicina non curat.*

De diſcrimine ciborum. ART. XXVI.

Cùm peterent noſtri in delectu, vt Proteſtantes velint ſe vniuerſali conformare Eccleſiæ in diſcrimine, & ciborum, & temporum, in ieiunijs, & feſtis diebus, in Proceſſionibus, & in alijs Eccleſiæ cęremonijs, & conſuetudinibus, illi reſpõſum ſuum in ſcriptis obtulerunt in hanc ſanè ſententiam. Primùm, quòd vniuerſales Eccleſiæ cęremonias libenter nobiſcum velint, pacis, & vnitatis gratia conformiter obſeruare, dummodò ex eis non fiat, vel grauamen conſcientiarum, vel neceſſarius Dei cultus. Secundò, quòd nolint publicè admittere eſum carnium in ſextis ferijs, & Sabbatis. Item, in ieiunijs quatuor temporum, & in vigilijs Natiuitatis Chriſti, Pentecoſtes. Verum quadrageſimale ieiunium dicebant nimis longum eſſe, ideò diuidi debere. Tertiò, quòd etiã communia feſta obſeruare velint, quibus populus permaneret in conſuetudine audiendi verbum Dei. Quartò, quòd conſuetas cantationes, lectioneſque, & diuina officia in diebus feſtis celebrare velint. Quintò, quòd etiam conſuetas Proceſſiones, & Litanias in diebus Rogationum, vt vocantur, velint obſeruare, vt per eas populus ad cultum Dei adhortaretur. Quòd ſi ſeriò ità ſentirent circa hæc quæque puncta bona, nimirum foret, hæc ad vnitatem præparatio ad inuenienda media, quibus ſe nobiſcum & cum vniuerſali Eccleſia planè conformarent.

De Votis Monaſticis. ART. XXVII.

De hoc articulo admodum grauiter, & copioſè per multas Scripturas, & per exempla Sanctorum Patrum in publica confutatione reſponſum eſt, ſed etiam in delectu ſunt de hoc egregia quædam puncta in ſcriptis propoſita cum petitione hac, vt ab illis acceptarentur. Ad quæ illi reſponderunt, quòd Monachis, & Monialibus quotquot adhuc manent apud eos, in Monaſterijs ſuis liberum eſſe debere vſque ad futurum Concilium ſiuè manere, ſiuè exire. Secundò, quòd eiuſmodi perſonæ monaſticæ non debeant impediri, aut inquietari in ſua conuerſatione, & in ſuis veſtibus & cęremonijs. Tertiò, quòd eas velint ab omni vi, & violentia, quantum poſſibile ſit, tueri ac protegere. Quomodo autem hæc interim ab eis obſeruata ſint, publicè manifeſtum eſt: vnde vereor, illos magis attendere ad bona temporalia, quàm ad Fidem, & Religionem eiuſmodi perſonarum. Nos autem præterire, ac tranſuolare non poſſumus, ſed tenemur vota manutenere; quandoquidem verbum Dei tot in locis Scripturæ, quemadmodum Cæſarea indicat confutatio, tàm ſeuerè præcipit, vt vota Deo promiſſa reddantur, & obſeruentur. Nam & ipſimet Proteſtantes in Apologia ſua dicunt, licita vota ſeruari debere, ſicut præterea quòd nemo debet alios bonis ſuis ſpoliare, & exuere: Sciunt enim, quod peccatum non dimittitur, niſi ablatum reſtituatur. Sciunt denique verbum Dei, quod ſcriptum habetur: Leuit. XXVII. quidquid Domino Deo ſemel dedicatum eſt, in alios vſus conuerti non debet, ſed Deo ſanctum iugiter permaneat. Quòd ſi auaritia & impius mammo eos non obſeſſos, & omninò excœcatos tenet, eſſet cum ipſis de hoc quoque articulo ſuper tolerabilibus medijs tractandum.

De Poteſtate Epiſcopali. ART. XXVIII.

Epiſcoporum poteſtas, & iuriſdictio efficaciter in confutatione ex ſacris literis demonſtrata, ſed & ipſorum confeſſio affirmat, quòd vtraque poteſtas Eccleſiaſtica, & ſæcularis debeat propter mandatum Dei religioſè obſeruari, ac honore affici tamquam ſumma Dei beneficentia in terris. Præterea in delectu propoſuerunt hac de re ſcriptum quoddam Proteſtantes, in quo ſic ſtatuebant. Primò, vt Epiſcoporum regimen, & poteſtas manuteneri debeat; nolint tamen per hoc Epiſcoporum abuſus, & negligentias iuſtificaſſe. Secundò, quòd velint procurare, vt Epiſcopis debita exhibeatur obedientia, atque vt ipſorum Paſtores ordinarijs Epiſcopis præſententur, vt Epiſcopi eorum exceſſus corripere valeant. Tertiò, vt Eccleſiaſtica iuriſdictio in Eccleſiaſticis cauſis non impediatur. Quartò, vt Epiſcoporum excommunicatio in cauſis Eccleſiaſticæ iuriſdictionis non impediatur, ſi ſecundùm dictamen Sacræ Scripturæ exerceatur. Quomodo autem hæc omnia intermedio tempore obſeruauerint, in luce eſt palam omnibus. Si autem ſeriò ità ſentirent, ſicut verba ſupradicta ſonant, ſperandum ſanè foret, vt ſuper hoc quoque articulo poſſint pax & concordia per licita media comparari, ac erigi.

CONCLVSIO.

Hæc eſt, Sereniſſime, ac Potentiſſime Rex, Clementiſſime Domine, ſimplex mea deliberatio ſuper XXVIII. Articulis Proteſtantium confeſſionis in hanc breuem redacta ſummam, quam equidem Regiæ Maieſtatis Veſtræ ſublimiſſimo intellectui, & iudicio prorſùs, & per omnia ſubiectam eſſe volo, & reſeruatam. Nolo præterea ignorare Maieſtatem Veſtram, quòd adhuc alij ſunt permulti Articuli, aduerſus Catholicę Eccleſiæ doctrinam, & ordinationem per Lutherum, alioſque id genus ſuæ ſectæ Concionatores, publicis ſcriptis in populos longè latèque in Sacro Romano Imperio euulgati, & in lucem editi, qui in ipſorum confeſſione neque contenti, neque commemorati ſunt, ſine quorum ſana determinatione, & conformatione nulla ſtabilis pax, & Chriſtiana vnitas poterit concludi, aut erigi. Vbi igitur Regia Maieſtas Veſtra volet, poterit videre, ſcire, haud grauarim aliquos eorum, & quidem bono in numero indicabo: ſine hoc enim veram, & perfectam vnitatem concludere non poterimus.

Excellentiſſimæ Regiæ Maieſtatis Veſtræ.

Deuotiſſimus Sacellanus
Ioannes Cochlæus Canonicus Vratislauienſis.

50 Cùm in colloquium deſcenſum eſſet, nulla concordiæ ratio explicari potuit, cùm Bucerus, Brentius, & Oſiander, qui veluti Simię Maieſtatis Pontificiæ, ſe Seruos Seruorum Chriſti inſcribebant, in hæreſi, & ſchiſmate eſſent pertinaciſſimi, prędamnatoſque Auguſtæ errores, tan- Beleat. lib. 22. n. 43.

tanquam canes reuersi ad vomitum assererent. ,, [Lutherani (inquit Ioannes Cochlæus) in ,, publicis tractatibus nolebant ratam habere ,, conciliationem eorum Articulorum, qui Au- ,, gustæ in Septenorum colloquio concordati ,, fuerant.] Excusabant se (inquit Franciscus ,, Belcarius) [Protestantes nihil Augustę cer- ,, tò pronuntiatum.]Ex quorum assertione constabat, nihil certi, apud eos haberi, cùm nouam semper fidem cudere, & recudere vellent. Cùm itaque post longam disputationem, nihil cum ipsis constitui posset, maximè propter Saxonis, & Lantgrauij absentiam, quæ duæ Protestantium columnæ erant, ab eorum enim placitis Nouatores pendebant, Ferdinandus, postridiè Idus Iulij, conuentum de conciliandis dogmatibus controuersis Vvormatiam transtulit ad diem VI. Kalend. Nouembr. ita tamen, vt nihil de Augustano Imperij decreto decederet, & Romano Pontifici ius suum integrum relinquatur, si Legatos mittere Vvormatiã velit. Interea donec his de Religione decidatur, Sacerdotes pristinis iuribus, ac bonis restituantur, Induciarumque beneficio tantùm potiantur, qui ante Norimbergensem conuentum in Protestantium societatem adlecti erant. At Protestantes Ferdinãdi decreto non assensere, ac Senatui Spirensi parere, vel rapta bona Ecclesiasticis restituere recusarunt, ac professi sunt se Romano Pontifici, si Legatos Vvormatiã mittat, solitos Pontificij Primatus honores non delatu- ,, ros, [iam Franciscum Regem (addit Belca- ,, rius) cum Cæsare haud conuenturum intelle- ,, xerant; idcircò se contumaciores præbebãt.] Ob infelices hos Haganoensis conuentus exitus Ioannes Eckius Gaspari Contareno, quem iam ante ad eum conuentum decretum vidimus, sed eius profectionem ob iustas causas retardatam, gratulatus est, quod Haganoam non venisset: futilia omnia esse colloquia cum Lutheranis, Conciliorum, & Sanctorum Patrum authoritatem ab ijs obtineri, ratione vinci nolle: Scripturasque in alienos sensus ab ijs distorqueri, efferari magis Comitiorum Imperij decretis, cùm Imperator legum vim additis armis non exerceat in pertinaces, qui nouis maleficijs, ac direptionibus in dies vires suas augeant.

Ioan. Cochleus in Actis, & scriptis Lutheri.

Franc. Belcarius lib. 23. n. 44.

Cõuentus Haganoẽsis sine fructu, obstinatione Lutheranorum dissoluitur. Ferdinandus conuentum Vvormatiam transtulit.

Reuerendissimo Domino Illustrissimo Principi Domino Gaspari Contareno S. R. E. Cardinali in Aquiro.

Nulla spes fuit rei benè gerendæ in Comitijs Haganoæ ob Cęsaris absentiam, vnde pauci Principes se eò contulerunt, & in primis Episcopi nostri, vltra quam dici potest, supinam habent negligentiam in Religionis causa; nam ex nostro angulo defuerunt Brixinẽsis, Constantiensis, Curiensis, Passauiensis, Frisingensis, Ratisbonensis, Basileensis, Herbipolensis, Bambergensis, Eistetensis Episcopi; solus Augustensis interfuit, qui non ex toto candidus est Erasmicis scriptis nonnihil infectus. (Et paulò post) Abstulerunt nobis Comitia illos duos magnos viros Archiepiscopũ Treuerensem magnum zelatorem Religionis, qui non modo Oppida, & Terras Præsulatus sui, sed & totam Diœcesim seruauit puram & incolumem à peste Lutherana, & Zuingliana. Alter ibi mortuus fuit Ericho Dux Brunsuicensis, qui tredecim prælijs campestribus interfuit semper victor. Boni moriuntur, tyranni autẽ & hæretici triumphant, & in huiusmodi actis Comitialibus efficiuntur efferati magis, & obstinatiores, cùm nullam prorsus videant executionem.

Io. Eckius in lit. ad Gasp. Card. Contaren. legatum. ext. in m.s. Arch. Vat. sign. n. 3224. fol. medio.

Similis infelix exitus formidandus est Vvormatiæ, si habuerit progressum. Satis disputatum est: nolunt vinci rationibus, nolunt premi Conciliorum, aut Sanctorum Patrum authoritate: Ecclesiæ consuetudinem, ac vsum floccipendunt. Scripturas eis obiectas lacerant, & torquent; ideò frustra teritur tempus, & nouis libellis hæreticissimis edendis occasio datur.

In nostratum Chronicis reperio Federicum, huius familiæ Marchionem Brandeburgensem, Principem per omnia Catholicum, indixisse conuentum Bohemis, & Catholicis doctis Norimbergam, vt super articulis controuersis disputarent, sperans, se rem gratam facere Sedi Apostolicę. At Domnus Apostolicus re intellecta, indignatus sub censuris & pœnis disputationem prohibuit: quantò minùs has procaces obduratorum disputationes admisisset super certissimis Religionis nostræ articulis toties ab antiquissimis Sacrosanctis Concilijs decisis, & determinatis! Ego cum S. Paulo dico: ***Vtinam abscindantur, qui vos conturbant.***

Cùm ergo toties experti sint Romani Pontifices, oculis suis viderit Cæsar, nil profuisse colloquia illa cum sectis habita, sed semper obfirmata pertinacia, deteriores abierint, nec seruauerint fidem Cæsari, scilicet, ne quidquam amplius nouarent, ne aliquem Principem, Comitem, vel Ciuitatem in Sectam, & Societatem reciperent, nè aliquod Monasterium, Episcopum, vel quamcumque Ecclesiam suis iuribus destituerent, aut in possessionibus turbarent, cum similibus, quæ omnia, Punicam fidem sequuti, lacerarunt, nec Deum reueriti, nec homines timentes, perfidè fregerunt: & si quando Episcopi vel Abbates illos in ius vocant Cameræ Imperialis, mox Saxo, Hessus, & impiorum cohors sæuit, minatur, excipit, & ex spolijs agrorum, reddituum, ædificiorum, villarũ, arium, faciunt causam fidei. Itaque huic nodo durior quærendus est cuneus, vel Sacri Concilij generalis adhibenda est authoritas, quod saluberrimum fuit hæresibus extirpandis XXVI. Augusti MDXL.

52 Saluberrimũ erat Ioannis Eckij consiliũ, vt Principibus mutuo fœdere coniunctis œcumenici Concilij authoritate pertinacia hæreticorum frangeretur, sed Pontifici Cæsar dissensit, vt narrat Angelus Massarellus: [Cæterùm cùm ille ,, modus curandæ in conuentibus, tractandæque ,, concordiæ ad maiores potiùs concitandas ,, dissensiones aptus videretur, iterum genera- ,, le Concilium, tanquam vnicum in fidei se- ,, dandis discordijs antidotum, Sanctitas Sua ,, Cæsareæ Maiestati per Reuerendissimos Do- ,, minos Marcellum Legatum, & Ioannem Mo- ,, ronum Nuntium supradictos obtulit. At Cæ- ,, sar Protestantibus Concilij celebrationi mi- ,, nimè assentientibus, denuò tractandæ in Im- ,, perialibus conuentibus concordiæ modum ,, aggressus est, Vvormatienseque colloquium ad ,, XXVIII. diem Octobris MDXL. antequam ,, Haganoensis conuentus dissolueretur V. vide- ,, delicet Kalend. Augusti habendum indixit, ,, in quo colloquio tùm Catholicorum, tùm ,, Protestantium deputati aliquot amicè, non ,, tamen concluſiuè, articulos Religionis inter ,, se conferentes, aliquod pacis medium perscru- ,, tarentur, ad quam fanè colloquutionem, etiam ,, Sanctitas Sua Reuerendissimum Dominum ,, Thomam Episcopum Feltrensem Nuntium ,, Apostolicum, vnà cum aliquibus doctis viris

2 Diar. Cõcil. Trident. auctore Ang. Massarello secr. m. s. Arch. Vat. p. 126 & aliud m. s. sig. n. 3192. pag. 207.

dire-

,, direxit. Et quoniam in dicto Vvormatienſi ,, conuentu nihil à colloquutoribus concluden- ,, dum fuerat, omnia ad Imperialem Ratisbo- ,, nenſem Dietam, quam ad VI. diem Ianuarij ,, MDXLI. celebrandum Cęſar indixerat, remiſſa ,, ſunt.] Et idem confirmatur in Actis Conſiſto- ,, rialibus. [Prima Octobris MDXL. Sanctiſ- ,, ſimus Dominus Noſter creauit Suum, & Sedis ,, Apoſtolicæ Nuntium Reuerend. Dominum ,, Thomam Epiſcopum Feltrenſem cum quibuſ- ,, dam alijs probis Viris in Breui Sanctitatis Suę ,, nominādis ad Dietam ſiuè colloquium Vvor- ,, matienſe intuitu Cæſareæ Maieſtatis, vt inter- ,, ſit rebus tractandis, & diſcutiendis.]

Alex. Farn. in act. Conſiſtorial. m. t. Card. Spad. fig. n. 133. p. 387

53 Infœliciſſima erat horum temporum conditio, adeò vt exiguæ ſpes eſſent Hæreticorum ad tramitem ſalutis reuocandorum, maxima autem imminerent periçula ne dolis ſolitis plures Catholicos irretirent, ad impietatem in his colloquijs pellicerent; quare Ioannes Faber Epiſcopus Viennenſis, in propugnanda fide Catholica acerrimus, hæc monita dedit.

M.S. Præc. Card. Barb. fig. 2678. p. 126.

Monita ſuper futuro conuentu Vvormatienſi in cauſa Fidei, & Religionis, authore Epiſcopo Viennenſi.

☞ Monita Io. Fabri conuentu Vvormatienſi.

Cum Lutheri, & Lutheranorum etiam ipſorũ, & Zuinglianorum, neque ſcripta, neque prædicationes, multò minùs Eccleſiaſtici ritus, adminiſtratio Sacramentorum, inſtitutiones, reformationes viſitationes inter ſe conueniant, neceſſariũ & vtile erit, vt ad manum hæc ſint Legatis, Oratoribus, & Nuntijs Pontificijs, Cæſareis, & Regijs, quibus pars aduerſa inter ſe diſſidens, diſſentiens, & ferè in nullo conueniens, vincatur, & melioribus reducatur modis, & vijs, ſi enim vnquam oportuit, Eſaiæ Prophetiã compleri, vt qui ſtat ſuper montem Sion annuntiet ſcelera eorũ, & peccata, nunc opus erit. Priùs nec Auguſtæ, nec Ratisbonæ, nec Haganoæ Pontificij Paſtores auſi fuerunt abominationes, hæreſes, & impietates, nec verbo quidem, commemorare aduerſarijs, ſed fuerunt veluti canes muti, iuxtà Prophetam latrare non valentes,

Quis autem dubitaret, ſi aduerſæ partis Principes, & ductores, intellexerint, quæ tanta abominatione contra Deum, imò contra omnem Religionem à ſuis Pſeudoprophetis, quos illi ſuos doctos, & Doctores vocant, ſcripta fuiſſent, nunquam ſuſtinuiſſe, eos in deſtructionem Eccleſiæ Catholicæ tanta moliri? Propterea de omni conuentu redierunt quaſi victores, quia nemo quidquam aduerſus eos loqui auſus. Quòd ſi in illo colloquio hæc occultata fuerint, quis alius exitus erit, niſi vt reliqua pars Chriſti fidelium dilabatur, & corruat. Nam Lutherani ſuorum ſeductorum verba putant aurea eſſe, & præterea quòd reliqui Principes adhuc neſcientes, quantam impietatem intulerit Lutheriſmus, putarunt cauſam eorum non eſſe iniuſtam, ſed ſanctam, & piam, & ſic tandem prævalebit defectio, & à fide diſceſſio, ſed ad hæc oportet, Legatos, Nuntios, Oratores, & illorum adiunctos, armatos eſſe, & inſtructos exemplaribus aduerſariorum, ita vt in publico, & ſecreto conſeſſu, in congregationibus, etiam ſeorſim, & in occulto, poſſint originalia ipſorum aduerſariorum exemplaria cõtinuis hiſce viginti ſex annis in publicum, & per totum Orbem diffuſa, edita, & ſparſa, oſtendere, & in promptu habere. Hæc res, hoc factum, & hæc inſtructa armatura terrebit aduerſarios, & eorum adhęrẽtes omnes, ſuper omnia enim vincit veritas.

Creuit, & tantum prævaluit Lutheriſmus, quòd nulla, vel modica ratio habita eſt doctorum hominum, & qui fortes, & conſtantes erant, pro magna parte mortui ſunt, & pauciſſimi ſuperſtites manſerunt, qui poſſint, & audeant reſiſtere, & qui contradicere immo prævalere poſſent, vix habent panem, minùs vnde impenſas Impreſſoribus numerent, propterea de die in diẽ deficit vna poſt aliã, & ſpoliantur Eccleſiæ, exulant Prælati, Grex, & Ouile Chriſti Paſtorem non habet, ſed hæc omnia nihil, vel parum efficient, niſi reformatio morum, & abuſuum fiat &c.

54 Pontifex huius colloquij curam Feltrenſi Epiſcopo commiſit, qui in iſtis agendis negotijs magna fruebatur experientia, eò quòd ſemper Cardinali Campegio fratri ſuo in varijs ſimilibus Legationibus ſemper adhęſiſſet; nam exiſtimatum fuit duobus potiſſimum de cauſis, vt Nuntius nomine Pontificis huiuſmodi colloquio aſſiſteret. Primò quia Ferdinandus ardenter concordiam optabat, ſperans Regnum Romanorum, quod aliquis Principum in controuerſiam redigebat, hoc medio in ſe firmare, poſſęque Hungariam ab Ottomanicis armis defendere; quare ſi Pontifex non miſiſſet Nuntium, exiſtimaturus de facili eſſet, concordiam illi non placere, & Auſtriaci, eorumq; adhærentes ſibi ſuaſiſſent, Pontificem tanto bono illius adeò Catholicæ domus Nationis Germaniæ, totiuſque Chriſtianitatis impedimẽto fuiſſe. Secunda, quia cũ Lutherani, in Dieta Haganoenſi totis viribus ſe oppoſuiſsẽt, ne in illo congreſſu Pontificis Miniſtri adeſſent, tamen decretum fuit, vt Imperator eos inuitaret, qua de cauſa Lutherani cum proteſtatione declararunt, ob hoc Pontificem, vt Caput Eccleſiæ nõ cognoſcere. Quare niſi Nuntius adfuiſſet, forſan percrebuiſſet opinio, in hac contentione Lutheranos viciſſe. Igitur non Cardinalem Legatum, ſed Nuntium, cùm talem petijſſet Imperator, Pontifex elegit, cui ſequentem tradidit inſtructionem.

Qua de cauſa Nũtium miſit Pontifex ad conuẽtum Vvormatienſẽ.

Inſtructio data Epiſcopo Feltrenſi in Germaniam ituro nomine Pauli Papæ Tertij.

M.S. Card. Bernardini Spadæ to. 15. p. 945.

Cùm & pluribus literis, Legati, & Nuntij Noſtri apud Cæſaream Maieſtatem, & alterius item Nuntij apud Sereniſſimum Ferdinandum Romanorum Regem nomine agentium, eſſet nobis ſignificatum, fuiſſe in conuentu nuper Haganoæ celebrato, decretum, vt vndecim docti, & prudentes Viri Germani pro parte Catholicorum illius Nationis, & totidem pro parte eorum, qui ſe Proteſtantes appellant, ad quod dum inter ſe colloquium die 28. huius menſis Vvormatiæ habendum conuenientes parati, & abſque vllis contentionibus, aut diſputationibus, ac etiam earum, quę illic tractabuntur, deciſiones aliquas, honeſta via, rationeque excogitent, per quas ad compoſitionem diſſidij, quod in Religionis cauſis dudum apud Germanos ortum in dies creſcit, Auctore Domino, poſtea deuenire poſſit; optareque prędictos Imperatorem, & Regem, atque adeò nobis filiali reuerentia ſupplicare, vt aliquem Prælatum ad ſupradictam Ciuitatem Vvormatiæ mitteremus, qui vnà cum ſuis Oratoribus, quos illuc miſſuri ſunt, cauſam orthodoxæ fidei pro viribus procurent, & Catholicorum deputatos conſilio, & doctrina dirigant, Proteſtantes verò, ſi qua fieri poſſit in rectam viam reducere nitantur.

Inſtructio data Feltrenſi Epiſcopo pro conuentu Vvormatienſi.

Nos licèt ex eo, quòd iſtos ſuper Religione tra-

ctatus aliqua auctoritate noſtra, & huius Sanctæ Sedis Apoſtolicę factos, non ſolùm non probare, verùm etiam damnare, & quoad fieri poſſet, prohibere deberemus.

Tamen exemplo Domini (cuius vices, licèt immeriti, in terra gerimus) quantum per ipſius gratiam poſſumus imitari cupientes, ſicut ille ob ſalutem humani generis, è ſupremo Cœli ſolio, in infimam terram deſcendere, & immenſitatem Diuinitatis ſuæ, modicæ humanæ carnis imbecillitatẽ non contemptui habere, & tandem acerbiſſimam mortem pati dignatus eſt; ita nos officij noſtri eſſe duximus, non ſolùm exteriorem gloriam, verùm etiam vitam ipſam propriam, ſaluti ouium nobis creditarum omninò poſthabere.

Hanc ob cauſam, & præſertim precibus prædictorum Imperatoris, & Regis incitati, aliquem noſtro nomine ad prædictam Ciuitatem mittere deliberauimus. Te Venerabilem fratrem Thomam Feltrenſem Epiſcopum ob tuam egregiam doctrinam, vitæ integritatem, & in rebus tam Aulicis, quàm Germanicis, experientiam, præceteris idoneum iudicauimus, quem ad tam ſanctum, ac laudabile opus tractandum mitteremus,

Verùm quia materia ipſa, de qua agitur, admodum ardua, & difficilis ſit, & plùs vident oculi, quàm oculus, & ſicut Sapiens non ſemel dicit, erit ſalus, vbi multa conſilia ſunt, accedit ad id, quod prædictis Imperatore, & Rege, qui, & ipſi cum ſuis Oratoribus ad prędictum colloquium, aliquos diuerſarum diſciplinarum, & præſertim Sacræ Theologiæ Profeſſores ſe miſſuros ſignificarunt, vt idem nos faceremus commoniti, & rogati ſumus, vnde noſtri, vnà cum ſuis coniuncti, multò meliùs negotium fidei promouere poſſint; idcircò, & nos tibi nonnullos pios, probos, & in varijs ſcientijs, & linguis peritos Viros ad hoc iter, & adeò pium negotium, cum Dei auxilio capeſſendum, adiunximus, quorum tu conſilijs, & ipſi te Duce, & huius negotij Moderatore, mandata noſtra, quæ ſequuntur, fideliter, & diligenter pro viribus exequi ſtudeatis.

Vt omnem ſpem, & fiduciam veſtram ponatis in ſincero corde.

Reſponſionem Proteſtantium datam Comitibus de Manderſcheyd, & nouæ Aquilæ.

Articulos eorundem datos Cęſareę Maieſtati Gandauij hoc anno 1540. menſe Martio.

Denique conuentus Haganoę hoc eodem anno habiti, receſſum 28. Iulij concluſum.

E quibus omnibus vnà cum his, quæ Epiſcopus Mutinenſis Nuntius noſter, qui & ipſe ex mandato noſtro Vvormatiam hac de cauſa ſe cõferet, vobiſcum communicabit, amplam, & facilem eorum, quæ in huiuſmodi negotio tractare habent, doctrinam, & inſtructionem capietis.

Omittimus hic eos libros, quibus ad reddendam rationem eius, quam profitemini fidem, & ad reductionem errantium, in teſtimonium requiſitæ iam per eos doctrinæ, vobis opus eſſe optimè noſtis.

Quia tempus breue eſt, & neceſſe eſt, quantò citius fieri poteſt, habita tamen bonæ valetudinis conſeruandę ratione, iter veſtrum peragatur.

Cùm igitur perceperimus, duo itinera eſſe Vvormatiam eundi, alterum per Mediolanum, & Suitenſes, & Baſileam, vnde Sedo flumine, breui, & cõmodiſſimè Vvormatiam eundo deſcenditur multò breuius, & per quod non tam diù per terras ſuſpectas ſit immorandum. Alterum per Tridentum, & longiùs, & pluribus ſuſpectis locis, non tamen, vt per Suitenſes, quoad montes ita aſperum, & quoad populos adeò infenſos interſectum. Per vtrum eatis vobis eſt benè conſiderandum, & per quod elegeritis cautè ambulandum. Non enim dubitamus, multos in hac Vrbe eſſe Germanos, quid vobis, de credita vobis Prouincia ſcripturi ſint in Germaniam, aut forſan ſcripſerint. Propterea ab ijs, qui vtriuſque itineris periti ſunt, tùm hic, tùm Senis, & Florentię & Bononię, per quas Ciuitates omninò vobis tranſeundum ſit, informationem capiatis, & modum, cui adſit ſaluus conductus, quo poſſitis cum Dei adiutorio iter veſtrum tutè peragere.

Et ſi fortè ad iter per Suitenſes faciendum ſaluusconductus deeſſet, per Tridentum, & Sereniſſimi Romanorum Regis terras eundum eſſet. Tridenti autem capto conſilio à Venerabili fratre noſtro Epiſcopo eius Ciuitatis, vel ſi fortè ipſe abeſſet, à dilecto filio nobili viro N. Caſtellano prędictę Ciuitatis pro Romanorum Rege Prefecto, quos ambo, vt in rebus gerendis prudentes, ita etiam in fide maximè Catholicos, & huic Sanctę Sedi optimè affectos eſſe plurimùm gaudemus, & volumus, vt eis optimum noſtri animi hac de cauſa in ipſos affectum ſignificetis. Iter veſtrum quod illinc etiam duplex ſcinditur, proſequi poteritis, & ſi Oenipontem prędicti Romanorũ Regis peculiarem Regiam, magis conſulerent, illic à Regio Senatu ſaluiconductus diplomata, vnà cum ductore itineris, id quod facilè, & libenter Legatis, & Nuntijs noſtris id petentibus pro bonitate illius Principis ſemper concedi, conſueuit. Licèt autem intelligamus Cęſaream Maieſtatem, publicaſſe iam edictum ſaluiconductus omnibus ad colloquium Vvormatienſe acceſſuris profuturum, tamen non poſſumus vos, non monere, vt omne ſtudium adhibeatis, quo tutum ad locum vobis decretum perueniatis, in quo pręter ſaluosconductus procurandos, etiam proderit particularem ſupraintendentem, & tacitè, & abſque vlla oſtentatione iter veſtrum facietis; in hoc autem articulo propterea multum ſumus immorati, quia non parum Reipublicæ intereſt, ne quid ſiniſtri in via (quod Deus auertat) patiamini.

Cùm Vvormatiam, auxiliante Deo, incolumes peruenerit, nihil vobis antiquius ſit, quàm vt ſignificato aduentu illuc Domino Epiſcopo Mutinenſi conſilia veſtra, & commiſſionem vobis datam cum illo liberè communicetis, deinde vnà ſecum colloquium procuretis Oratorum Cęſareę, & Regię Maieſtatum, eorumque Doctorum, qui cum illis eò acceſſerunt, & in primis Venerabilis fratris Epiſcopi Attrebaten. & dilecti filij Alberti Pighij, quos & ipſos vobiſcum illi conuentui intereſſe volumus, è quibus ſtatum Religionis, & Colloquij, Deputatorum, ſi iam inceptum fuerit, intelligetis, conſilium inter vos ineatis, quando, & quomodo vobis cum Dei nomine, aliquid negotiari inchoandum ſit.

Sed illud pręcipuè memineritis, vt vos (pręſertim in principio) magis audiendi, & quę ab alijs dicuntur obſeruandi, quàm veſtra conſilia aperiendi ſtudeatis. Audiens enim Sapiens ſapientior erit, vt inquit Salomon, & iuxtà Diui Iacobi pręceptum: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram; de quo quamuis vos commonere ſuperfluum

ſium ſit, non ab re tamen fortaſſe fuerit, indicaſſe.

Nullus tamen per ſe, vel cum Catholicorum, vel cum aduerſariorum Deputatis, aut alijs quibuſcumque, quicquid tractare audeat, niſi re tecum, & cum cæteris, quos tecum hac de cauſa mittimus, communicata.

Quòd ſi quis veſtrum fortè aliquid foris intellexerit eorum, quę ad rem facere videbuntur, ad eoſdem quamprimùm referat, & ad te inprimis, quem huius negotiationis Gubernatorem conſtituimus, cæteros verò conſiliarios adiunximus.

Et quoniam ad aures noſtras peruenit, à nonnullis etiam fide dignis, ſubdubitatum eſſe ex aliquibus indicijs, facilè fieri poſſe, vt aliqui ex his, quos Catholici ſuo nomine deputarunt, partim non ſanè recto pede in fide procedant, partim non in hanc Sedem animo ſint affecti, ea propter omnem adhibebitis curam, vt ſi qui ſint tales, vt quinam illi ſint, intelligatis, id, quod Epiſcopo Mutinenſi in iſtis Regionibus diù verſato facilè percipere erit.

Ab illorum autem non ſincerorum colloquio, & conſuetudine, ſicut omninò abſtinere non adeò conſultum eſſet, ne cum detrimento cauſæ publicæ, & ipſi (ſi qui erunt tales) & ij, à quibus deputati fuerint, irritentur, ita parciùs, & cautiùs cum illis negotiari vos oportebit, & quando vnà cum alijs verè Catholicis ad vos ibunt, generalibus verbis, & cauſa fidei minimè præiudicialibus tunc vtendum eſt.

Item, vobis obſeruandum erit ab alijs omnibus, ſeu palàm, ſiue clàm non benè ſentientibus cuiuſcumque ſint ſtatus, aut conditionis, quibus neceſſariò eſſet aliquid vobis tractandum.

At cum Deputatis verè Catholicis, quoties vel per ſe vos viſent, vel à vobis pro loco, & tempore inuitati fuerint, omnia, quæ agenda erunt, liberiùs, & apertiùs conferetis, non ſolùm doctrina, & conſilio, ſi opus fuerit, eos iuuabitis, ſed etiam ad piè, & prudenter, & pacatè cum aduerſariorum Deputatis tractandum negotium Religionis, inſtruatis, & quodammodo dirigatis, commonendo eos, vt à rixis, & contentionibus abſtineant, & zelo fidei pacis, ac charitatis omnia pertractentur.

Si verò fortè contingeret, vt Deputati Proteſtantium, vel ſpontè, vel ab aliquibus alijs honeſtis perſonis inducti, vel alia quauis bona occaſione oblata colloquium veſtrum quærerent, eos benignè, & amicè excipiatis, & cum eis loquendo, & negotiando, non minùs prudentia, humanitate, pietate, & dexteritate, quas in vobis nouimus eſſe ſitas, quàm doctrina vtemini, ſignificantes eis, nos eſſe maximè promptos vnitatem fidei in omnibus quidem ouibus nobis commiſſis, ſed præcipuè illius inclytæ Nationis procurare, ad quod aſſequendum nos boni Parētis omne officium impleturos dicetis, modò illi ſe obedientes filios exhibeant.

Commemorabitis etiam dextro quodam modo, quot, quantaque damna paſſa ſit Eccleſia Dei, & præſertim Germanica Natio ex iſtis in Religione diſſidijs, quantoque maiora pericula immineant, non ex inteſtinis, verùm etiam infidelium bellis, quæ omnia non difficulter tollerentur, ſi velint ad Eccleſiam redire.

Quòd ſi aliqua in Eccleſia reformare, aut concedi petent, ea certa, & clara, ſcriptiſque commendata vobis exhibeant, ad nos quamprimùm tranſmittenda, quæ ſi talia erunt, vt ſaluo Dei honore, & conſcientia noſtra, concedi poſſint, & vos iſtic eis bona ſpe fauebitis ad ſequendum ea, quæ petunt, & nos re ipſa oſtendemus, eſſe benignos, & pacis, charitatiſque maximè cupidos.

Si verò ijdem Proteſtantium Deputati pertinaces in ſuis opinionibus perſeuerēt, aut vos verbis, & modis ſubaſperis tractarent, vos tamen à veſtra ſolita loquendi, & agendi modeſtia nequaquam recedatis, quinimmò tam apud ipſos, quàm alios quoſcumque vbique iuxta animi noſtri deſiderium, charitatem, vnitatem, & pacem ſemper profitemini, ſed in hoc neceſſe, eo vtamini temperamento, vt tam Proteſtantium Deputati, quàm alij quicumque cognoſcant, non ex deiectione animi, aut quòd cauſæ noſtræ diffidatis, ſed ex benignitate naturæ veſtrę, & Apoſtolica doctrina, quæ contentiones ab Eccleſia Dei eliminat, modeſtiam, & bonitatem veſtram procedere.

Non deſperamus autem, ſi res ad iſtos terminos mutui inter vos, & Proteſtantium colloquij, & alicuius honeſti tractatus reducatur, & vos cū modeſtia, humanitate, prudentia, & charitate, ſicut confidimus, agetis huiuſmodi tractatus, quin iſtud in Religione diſſidium, ad aliquam bonam & certam viam dirigi poſſit, inde mox vnitas, & pax Eccleſiæ loco, & tempore, & debitis modis perficienda, auctore, & fautore Domino, ſubſequatur, quòd ſi Deus nondum concedere nobis dignabitur, Nos tamen, & datæ vobis eo commiſſionis, & vos ſuſcepti laboris nequaquam pœnitere debebit, cùm actiones noſtras pro officio, & ratione, implorato Numine, dirigere, illarum verò ſucceſſum à Domino expectare debeamus.

Et hæc propriè ſunt, quorum in genere, & veluti quadam formula vos commonefaciendos exiſtimauimus, cætera, quæ non pauca pro mutabilitate rerum, de nouo emergere, facilè poſſunt, ea tam ex his regulis per nos datis, quàm ex prudentia veſtra gubernanda, & quod dicitur conſilium in arena capiendum vobis relinquimus.

Quæ verò ad merita huius cauſæ, & articulos controuerſos attinet, non eſt, quòd vos inſtruamus, cùm incertum ſit, quibus potiſſimùm tunc inſiſtere aduerſarij velint, & conſummata doctrina veſtra vlterius inſtructione non indiget.

Illud tamen in hac re certiùs explicandum vobis iam nunc duximus, quòd cùm Lutherani multa errata falſo impugnent Sedi Apoſtolicæ, cōtra quæ poſteà ſcribentes, in ea facilè, & erronea refellentes, ſic aures populi captant, & animas eorum inficiunt; idcircò maximè profuturum putamus, cauſæ veræ fidei, ſi vel cum Proteſtantium Deputatis loquentes, vel etiam cum alijs hominibus, qui vbique hac fraude ſunt ſeducti, detegeretis, & redargueretis hos malos dolos, obſeruate tamen ſemper, quas vobis toties inculcauimus modeſtiæ, & prudentiæ regulas, vt ne propterea ad contentiones, & rixas deueniatis, cùm vos, non ad diſputandum, aut altercandum, aut aliquid, & quod in eo colloquio tractaretur probandum, decidendum, aut concordandum illuc mittamus, ſed pro ſatisfactione officij noſtri, & ad Cæſareæ Maieſtatis, Sereniſſimi Romanorum Regis preces, ad aſſiſtendum, & conſulendum Deputatis Catholicorum, ad ſuadendum aduerſarijs, reductionem, & pacem; ſin minùs ad explorandum, & intelligendum eo-

rum consilia, & quo tandem tendere videantur, perscrutando, in quo non solùm summa diligentia, sed & maxima prudentia, & cautela vobis vtendum erit, ne fortè decretum propositum nostrum maiorem concitet perturbationem.

Etsi aliqua vobis spes, & via pacis, & reductionis illorum illucescèret, de ea, & omnibus alijs, quę illic dicentur, fient, aut contingent notatu digna, ad nos per literas quamprimum referatis, congruum, & opportunum vobis quàm celerrimè accepturi responsum.

In summa autem, ita pro virili vestra, cum Dei auxilio agere studeatis, vt si fidei, & huius Sanctę Sedis causa ex nostra negotiatione melius promoueri non possit, saltem non ad deteriorem, quàm in quo nunc est statu, vestra culpa, de quo tamen nequaquam timemus, perducatur.

Poteritis autem sępè, & copiosè scribendo facilè nos de omnibus certiorē reddere per tabellarios, qui vigesimo quoquo die, vltrò citrèq; in Flandriam, & illinc Romam, commeantes per Spiram, Vvormatię admodum vicinam, transire consueuere, sed & vbi res postularet, eo iam propriū Cursorem ad nos illinc expedire poteritis.

Dominus Noster Iesus Christus consilia, & actiones nostras gubernet, & vos incolumes illùc ducere, & cum laborum vestrorum optatis fructibus, ad nos reducere, & Ecclesiam suam pacare, & amplificare dignetur, qui est super omnia Deus benedictus in sęcula sęculorum. Amen. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die XI. Octobris MDXL. Pontificatus Nostri Anno VII.* Scripsit etiam eidem Feltrensi Episcopo Pontifex sequentem Epistolam.

Venerabili Fratri Thomæ Episcopo Feltrensi Nuntio Nostro.

Paul. III. lib. brev. an. 6. pag. 406.

Venerabilis Frater. Cum nuper à Cæsarea Maiestate Nobis significatum fuerit, conuenturos esse propediem Vvormatiæ aliquot hinc à Catholicis Germaniæ, indè à Protestantes se vocantibus eiusdem Nationis deputatos, qui amicabili colloquio inter se absque vllis contentionibus, vel disceptationibus habito, super dissidio Religionis, quo dicta Natio iam per aliquot annos laborat, aliqua media, & rationes (citrà tamen vllam decisionem) excogitent, per quæ posteà ad reconciliationem, & vnitatem fidei inter eos deueniri possit: fuerimusque propterea ab eadem Maiestate requisiti, vt quemadmodum Cæsarea Maiestas, & Serenissimus etiam eius Frater Ferdinandus Rex Romanorum, eo missuri sunt, ita nos etiam aliquem Prælatum nostro nomine, & secum aliquot doctos, & probos Viros ad hunc laudabilem finem illuc mittere vellemus, quò etiam dicta Maiestas, & Sereniſſimus Rex Oratores missuri sunt. Nos, qui nihil magis hoc tempore concupiscimus, quàm Sanctæ Ecclesiæ vbique vnitatem, & vt illa fortissima, & inclyta Natio, quæ semper antemurale totius Christianitatis est habita, ad vnanimem in fide consensum, & tranquillitatem reducatur, à dicta etiam Maiestate requisiti, & ad tàm pium opus coadiuuandum, te, cuius doctrinam, ac prudentiam habemus perspectas, & vnà tecum aliquot alios probos, & doctos Viros ad dictam Ciuitatem Vvormatiæ destinantes, tibi mandamus, vt vnà cum mittendis ab eisdem Cæsare, & Rege Romanorum, omnem detis operam nostro nomine, nihilque agere, & curare prætermittatis, vt dicta reconciliatio, & ad fidei vnitatem reductio sequi possit, cuius nostri desiderij, ac tuæ operæ effectum Deus Omnipotens nobis concedere dignetur. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum die I. Octobr. MDXL. Anno VI.*

56 Adiunxit illi Pontifex eruditione exultissimos Theologos, atque inter eos Albertum Pighium auctoritatis Apostolicæ aduersus Nouatores acerrimum defensorem, quem subiectis literis ad tuendam Ecclesiæ causam incitauit.

Alberto Pighio.

Paul. III. lib. brev. an. 6. p. 405

Cùm ad colloquium Vvormatiæ proximè habendum, vnum ex Prælatis nostris à Cæsarea Maiestate requisiti, missuri essemus, eique adiuncturi aliquos doctrina, & pietate præstantes Viros, non fuimus dubij, quin te, vel in primis illis adnumeraremus, scimus enim quali eruditione sis, & quàm pium animum geras, & quantum hæc Sancta Sedes in te confidere possit, apud quam diù versatus, cùm virtutis, tùm obseruantiæ in illam tuæ nobis monumenta reliquisti, quæ nos grato animo conseruamus. Cùm igitur nullum tempus habiturus sis aptiùs, in quo tua excellens doctrina, atque erga Deum pietas, & in nos obseruantia elucere possit, libenter ad pium hunc laborem vocantes, hortamur, vt ad dictum colloquium in tempore destinato te conferas. Eaque inibi vnà cum Prælato nostro, quem propediem missuri sumus, ac cæteris per nos mittendis, præcipuèque Venerabili Fratri Nostro Antonio Pernott Episc. Atrebatensi in honorem Omnipotentis Dei, assertionemque Catholicæ fidei, & Apostolicæ Sedis, agas, & cures, quæ te digna, & nostræ in te spei consentanea sunt, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum IV Octob. MDXL. Anno VI.*

57 Extant eo argumento ad eumdem Atrebatensem Episcopum Pontificis literæ his verbis conceptæ.

Venerabili Fratri Antonio Pernott Episcopo Atrebatensi.

Paulus III. lib. brev. anno 6. pag. 408.

Venerabilis Frater salutem. Cùm ad id colloquium, quod Vvormatiæ super rebus Catholicæ fidei propediem habendum est, à Cæsarea Maiestate requisiti, statuerimus hinc mittere vnum ex Prælatis nostris, eique aliquot doctrina, & pietate præstantes Viros, tùm hinc, tùm aliundè ex diuersis locis conquisitos, adiungere, qui à nobis ad hoc deputati vnà cum eodem nostro Prælato rem Catholicæ fidei agant, & tueantur, occurrit nobis in primis tua fraternitas, quæ studijs literarum recens, & noua dignitate conspicua pro eruditione posset, & pro pietate sua vellet vtrinsque laudis primitias Deo offerre, & in eius sanctum obsequium, vim ingenij, & doctrinæ suæ exponere, sicut ea dignum est, itaque hac spe freti tuam fraternitatem hortamur, vt pium hunc laborem suæ maximè dignitati, & virtuti congruentem, libenter suscipiens ad id colloquium in tempore destinato se conferat, ibique vnà cum Prælato nostro, ac cæteris, quos mittimus, ea agat, & curet, quæ ad honorem Dei Omnipotentis, tutelamque Catholicæ Religionis, & Apostolicæ Sedis redundent, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum IV. Octob. MDXL. Anno VI.*

58 Cùm Vvormatiam omnes accessissent, vigesima quinta Nouembris tractationi initium dederunt, quamuis Imperator abesset, eò quòd, vt vulgatum fuerat, Belgicos motus non penitùs compressisset, sed reuera, vt secretò Granuellanus (cui Imperator mandauerat, vt suo nomine

Epist. Moro ad Card. Farnesium apud Palauic. to. 1. lib. 4. c. 12. n. 1.

collo-

colloquio adeſſet) Pontificijs dixit; Imperatorem Vvormatiam non eſſe acceſſurum, quia Oratorem Anglicum expectabat, qui lento gradu iter agebat, vt eum Vvormatiæ reperiret; ſed Imperator, nec Vvormatiæ, nec in alio Germaniæ loco, cum eo conuenire, diſpoſuerat, ne illic omni ſtudio aleret diſcordias, quas valdè vtiles ad pacem in Anglia conſeruandam cognoſcebat. In primo congreſſu, ſic Granuellano conſulente, Nuntius Pontificius nõ adfuit, cũ illa prima actio plena futura eſſet officiorum, ſed Sedes in loco vbi Nuntius ſedere debebat, poſita fuit, in dubium tamen venerunt, timentes de aliqua Lutheranorum inſolentia, an Nuntius ſuam eſſet dicturus Orationẽ; ſed Granuellano pro Lutheranis promittente, decretũ fuit, vt ad captandos Pontificiorum animos, eis oſtendendo Pontificis deſiderium ergà concordiam, etiam ipſe oraret. Die igitur vigeſima quinta Nouembris Granuellanus „ [Orationem habuit, qua Cæſaris, Ferdi- „ nandique abſentiam excuſauit, quam verò, „ vterq; omnium Imperij Ordinum conſenſum, „ præſertim in cauſa Religionis, exoptent, multis „ verbis explicauit, quot quantęque ex diffidijs „ calamitates acciderint, quę porrò impendeant, „ addidit: Vt modeſtè in vnum conſenſum re- „ deant, nec ſua pertinacia, vetera diſſidia con- „ tinuent, orauit: id enim Deo in primis, deindè „ Cęſari, Ferdinandoque fore gratiſſimum, vni- „ uerſę autem Germanię omni ex parte ſalutare. „ Poſtridiè de Scribis, qui ſingula exciperent „ actum eſt: vtrinque bini delecti fuerunt.

„ 59 VI. Idus Decembris Thomas Campe- „ gius Feltrenſis Pontifex, Pontificius Legatus „ orationem habuit de pace Chriſtianis omni- „ bus, Germanis autem in primis neceſſaria, „ quorum ceruicibus Turcę immineant, pro- „ loquutus, Germanięque vicem miſeratus, Pau- „ lum Pontificem omnia tentaſſe, vt huic malo „ mederetur, Concilium Vicentiam indixiſſe de- „ clarauit, vbi nulli, aut rari conuenerint. Cę- „ ſarem quoque Vvormatianũ hoc colloquium „ inſtituiſſe, Ratisbonenſis conuentus, vbi Cę- „ ſar aderit, veluti quoddam præludium: ſe de „ Pontificis mandato, Cęſariſque conſenſu ac- „ ceſſiſſe, precari, vt vnam concordiam, verum „ Chriſtianorum ſcopum ſibi proponant, Pau- „ lum quidem, ſi quid in ea re præſtare poſſit, ſe- „ dulò, vt omnibus ſatisfaciat, laboraturum.]

Addit Belcarius, Principes, qui, vt huic colloquio præeſſent, decreti fuerant, edixiſſe, ne acta colloquij, niſi cum deſignatis ad illud communicarentur, neuè diuulgarentur, priuſquam referrentur ad Cęſarem, ac de Proteſtantium doctrinæ capitibus; de iuriſiurandi formula, de colloquutorum numero, & ſuffragiorum ratione, longam altercationem fuiſſe, nulloque modo Proteſtantes à ſuis opinionibus diſcedere ſtatuiſſe, reiectamque diſceptationem ad Ratisbonenſes cœtus, quod Angelus Maſſarellus confirmat his verbis.

„ Et quoniam in dicto Vvormatienſi conuen- „ tu, nihil à colloquutoribus concludendum fue- „ rat, omnia ad Imperialem Ratisbonenſem „ Dietam, quam ad VI. diem Ianuarij MDXLI. „ celebrandam Cæſar indixerat, remiſſa ſunt. Ita ex hoc colloquio Vvormatienſi non alij fructus decerpi potuere, quàm quod Philippus Melanchthon, & Bucerus Hęreſiarchæ, tanquam Hęreſeos cymbala, tinnitu impio, audientium aures infecerunt, non enim, vt ad bonã frugem redirent, poſcebant colloquia, ſed vt eloquentiam venditarent, famamque apud ſuos colligerent, quarè mox editis peſtiferis libellis, acta euulgarunt, vt refert Ioannes Cochlęus, qui præcipua actorum Vvormatienſium capita perſtringit.

„ Poſt longam ſanè tractationem cum Do- „ minis Præſidentibus habitam; duo diſcepta- „ uerunt de Peccato originali collocutores, D. „ Ioannnes Eckius, & Magiſter Philippus Me- „ lancthon, de quo quidem Articulo diſpu- „ tandi non feciſſent finem, niſi Cæſaris Com- „ miſſarius Illuſtris Dominus de Granuella, „ qui mox abiturus erat, delectum feciſſet, ac „ binos ex vtraque parte conſtituiſſet, qui eum „ Articulum in quatuor puncta redactũ vtcum- „ que concordarunt, de reliquis autem nihil „ agi ibi potuit.] Non erant nimirum ad concordiam comparati Lutherani, cùm inani expectatione Cæſarem deluderent, ne armis, eorum pertinaciam frangeret, quo verò aſtu viſi ſint aſſentiri Catholicis in controuerſia de Peccato ori- „ ginali (Iouius illuſtrat.) Iam de Peccato ori- „ ginali Proteſtantes ſe cedere fatebantur, vtpo- „ tè, qui aſtuto conſilio, cùm dociles, tùm veræ „ doctrinæ cupidi exiſtimari cupiebant, vt con- „ ceptam infamiam obſtinatæ diſſenſionis effu- „ gerent, & tùm demùm in reliqua veterum „ ſanctionum capita ad conuellendam Romani „ Pontificis auctoritatem ſæuiùs, atque liberiùs „ graſſarentur, ſi in re nequaquam leui, à priore „ ſententia diſceſſiſſent, ſed eam alternæ diſpu- „ tationis contentionem Granuellius, quaſi iam „ bonæ ſpei plenus, qui aliquid pio pacificato- „ re non indignum conſequutus videretur, ad „ Ratisbonenſem conuentum reiecit.]

60 His inanibus colloquijs Cæſarem malè tempus abſumpſiſſe à Lutheranis illuſum, & maximarum rerum gerendarum occaſiones amiſiſſe proximo anno viſuri ſumus. Ex his verò latiùs diffundendæ hæreſeos anſam captarunt Nouatores, ac ſcripta calumnijs in Catholicos referta „ ſparſere, quas Surius ita refellit. [Aiunt, Ca- „ tholicos magna crudelitate graſſari in homi- „ nes innocentes, ijs verbis Imperatorem, Regem „ Franciæ, multoſque alios Catholicos Princi- „ pes, obliquę crudelitatis inſimulant, propte- „ rea quòd de Hæreticis ſupplicium ſumerent, „ quas ipſi vocant homines innocentes, & ta- „ men etiam Proteſtantes ſeuerè animaduerte- „ bant, haud dubiè inſtigati ab iſtis in Sacra- „ mentarios, & Anabaptiſtas, qui ſe non minùs, „ atque Lutherani innocentes iactitabant. Quæ „ verò illa innocentia eſt, homines à Chriſti cor- „ pore, quod eſt Catholica Eccleſia abſtrahere, „ & in peſtilentiſſimos errores inducere, quos „ neceſſe eſt, non aliud, quàm ipſam mortem „ ſempiternam conſequi? Latrones atroci ple- „ ctuntur ſupplicio, quòd corpora iugulent, & „ iſti animarum parricidæ, tanquam innoxij „ nullas tantæ immanitatis pœnas dabunt. „ Aiunt ſe in ſuſpicionem vocari, quaſi non „ emendationem Eccleſiæ, ſed commoda ſolùm „ ſua ſpectent, & has calumnias longè, latèque „ diſſeminari, quo vera Religio, & ipſi in odium „ adducantur? Quis hic non videat iſtorum im- „ pudentiam? Si Eccleſiæ emendationem ſpe- „ ctabant, cur non manſerunt in ſuis cœnobijs? „ Cur tot iam olim damnatos errores ab Inferis „ excitarunt? Cur Germaniam fœdiſſimis Reli- „ gionis diffidijs horrendum in modum diſtra- „ xerunt, & has tantas errorum tenebras, au- „ dent vocare puram doctrinam, audent dicere, ſe

Initium Vvormatienſis colloquij *Litera Nuntij apud Palauic. vbi ſupra n. 3. Epiſt. Nuntij Moroni apud Pala. vbi ſup.*

Franciſc. Belcar. Ep. Metenſ. libr. 22. n. 48.

Surius in comment.

Paul. Ioſius lib. 39.

Colloquia cum Hæreticis ſemper incrementa Hæreſibus dedere. *Surius in Comment. hoc anno.* Calũniis, quas Hæretici Catholicis opponebat, Surius reſpondit

Conuentus Vormatienſis, hoc fructu diſſoluitur. *Ang. Maſſa. rel. in Diar. ms. Arch. Vat. fig. n. 3190. p. 207. Paulus Ioſius lib. 39. Io. Cocl. in act. Luth.*

,, se filij Dei, nomen, & Euangelium profiteri? ,, (Et infrà) Iam verò quantam habet vanitatem, ,, & impudentiam, quod aiunt, in his literis se ,, nihil contra veteris Ecclesiæ formulam docere, ,, cùm certissimum sit, & à nostris abundè ostensum, eos pro Euangelio, & Dei verbo hominibus, nihil ferè obtrudere aliud, quàm crassissimos, & iam olim damnatos errores: & ne ,, parum sit, tàm scelerate esse mentitos adijciunt ,, mox aliud, tàm insolens, & prodigiosum ,, mendacium, vt non stylo, sed Magistratus ,, sceptro, & seuera animaduersione vindicandum sit. De Pœnitentia (inquiunt) docebatur ,, frigidè, & perplexè; de Gratia per Christum ,, accepta, de condonatione Peccatorum, ne ,, verbum quidem. In re tàm aperta, quàm ipsa ,, lux meridiana palàm coarguit, quid possumus ,, aliud, quàm & istorum deploratam malitiam, ,, & illis fidem commodantium dolere cœcitatem? Quis verò possit mederi hominibus, qui ,, tam luculenter imponi sinunt? Legantur vel ,, soli Doctorum Scholasticorum libri, & penè ,, vsque ad fastidium comperientur de Christi ,, gratia, & peccatorum remissione dixisse. Non ,, ergò isti quadam animi imbecillitate, aut ,, ignoratione, sed obstinata, & deplorata malitia hæc, & id genus alia multa in miserorum ,, certissimam perniciem confingunt. (Addidere ,, in literis ad Granuellanum.) Protestantes non ,, defuturos colloquio, actioni conciliationis, ,, sed ita, vt Scriptura duce verum exquiratur, & ,, Christus solus pro Iudice agnoscatur, quam ,, cantilenam illi bellissimi Theologi perpetuò ,, cantillant, quasi non eadem voce, & multi alij ,, superiorum temporum vsi sint. Sed aduertat ,, dolum, Lector, volunt Scripturam valere, sed ,, itaut penès ipsos sit facultas eam interpretandi. Quæ verò tàm impia possit extare hæresis, ,, quæ non libenter hac ratione Scripturam solam Iudicem patiatur. O nimium simplices ,, Christianorum animos, qui hanc versutorum ,, hominum vafritiem non aduerterunt! Non est ,, nobis controuersia cum illis de Scripturis, sed ,, de sensu Scripturarum, hanc illi volunt petere è suis parum sanis cerebris, nos illum petendum esse dicimus ex perpetuo Catholicæ Ecclesiæ consensu: verùm hoc illi prorsùs refugiunt, quia sciunt dogmata, & priuatas, falsasque opiniones suas, ab hoc publico totius ,, Orbis Christiani consensu discrepare. Interim ,, Scripturas crepant, apud imperitos, sed docti facilè intelligunt, tam nihil pro illis facere ,, germanum Scripturæ sensum, quàm nihil suffragatur mendacio veritas, & qui tandem fieri ,, possit, vt bona fide ad Scripturas prouocent, ,, cùm ipsam suam confessionem Augustanam, ,, pleraque dogmata sua non semel mutarint. ,, Potest ne verum esse, quod tam varium est? aut ,, potest cum tanta inconstantia vllum habere ,, commercium incommutabilis Scripturæ Diuinæ veritas?

Conati sunt Protestantes Gallorum Regem officiosis literis delinire, conciliareque sibi aduersus Cæsarem, pertentarunt etiam Henricum Angliæ Regem sibi coniungere; sed is ipsos etiam arguit, non rectè in pluribus de fide sentire. Cùm verò Ratisbonæ conuentus proximo anno cogendus esset, pro ventilandis controuersijs, Ioannes Cochlæus nonnulla opuscula edidit pro illustranda fidei Catholicæ puritate, vt ipse memorat his verbis:

Sur. in comment. hoc anno.

,, Quoniam alius conuentus à Cæsare indictus ,, erat Ratisbonæ celebrandus, in quo per aliud ,, colloquium de Religione agendum erat, Co- ,, chlæus Moguntiæ breuem edidit libellum, & ,, Latinè, & Germanicè in septimum Augustanæ ,, confessionis Articulum de vera Ecclesia; vbi ,, ostendit eam non esse apud Lutheranos, sed ,, apud Catholicos, ex eo enim Articulo tota ,, Religionis controuersia pendere videtur. Edi- ,, dit & eum libellum ibidem, quem inscripserat ,, De Ordinatione Episcoporum, & Presbyterorum, & de Eucharistiæ consecratione ante- ,, quam abiret Ratisbonam.

Io. Cocl.

61 Perturbari cœpta est, ac fluctuare in Hungaria Christiana res ob inopinatam Ioannis Hungariæ Regis mortem, adeò vtcùm superiore anno ob pacem inter eum, ac Ferdinandum confectam Hungarici Regni res reflorescere viderentur, demùm accepto hoc vulnere, ob enata dissidia, adeò concidere, vt ea Hungariæ pars, quæ Ioanni parebat, Turcica seruitute oppressa fuerit. Extulerat signa Ioannes Rex aduersus Maylatum Transyluaniæ Præfectum rebellem; nondum confirmata ex recenti morbo tenui, & imbecilla valetudine; cùmque editi in lucem filij ex Isabella Sigismundi Regis Poloniæ filia lætus Nuntius in castra venisset, & vnà cum Proceribus publicam de suscepto Regni hærede lætitiam Regali conuiuio celebraret, infirmam valetudinem iniquis poculis obtriuit, febrique reuocata, breui interijt, cùm prius filium testamento hæredem Regni renuntiasset, Georgiumque Episcopum Varadiensem, ac Petrum Vicchium reliquisset, Procereſque esset obtestatus per Hungarici nominis antiquum decus, ne externæ gentis Regem in Hungaria imperare paterentur: quo suprenæ voluntatis decreto fœdus cum Ferdinando Rege percussum violauit, in tabulis enim conscripti, obsignatique fœderis, diserte fuerat appositum, vt si Ioannes vita excederet prior, Ferdinandus totius Hungariæ Imperio potiretur, cui pactioni plures Ptincipes subscripserant, vt Hungaria in pristinum decus, amplitudinemque restitueretur, ea tamen pactio in arcanis habita fuerat, ac suppressa, ne Solymannus ex ea offenderetur. Ioanne autem Rege extincto, Hungari suæ salutis, nominisque Christiani immemores, stare fœderi detrectarunt, ac miserè Ioannem Exechium Quinqueclesiensem Episcopum, & Stephanum Verbetium Oratores, cum amplissimis muneribus ad Solymannum, vt Ioannis Hæredem Stephanum, cuius capiti solemni ritu Coronam auream D. Stephani primi olim Hungarorum Regis imposuere, in clientelam acciperet, cuius rei fama, cùm ad Pontificem affluxisset, ad auertenda impendentia pericula, cum Cardinalibus varia consilia inijt, vt referunt Acta Consistorialia.

Paul. Iouius lib. 39 Isthuanfy.

Sur. in comment. hoc anno.

Io. Hungariæ Regis morte Regnũ illud perturbatur.

,, XXIV. Nouembr. Cùm Sanctitas Sua vide- ,, ret inter Principes Christianos pacem perfici ,, non potuisse, tametsi de eodem Sanctitas Sua ,, & coram, & crebris Legationibus, partim ad ,, Cæsarem, partim ad Christianam Maiestatem ,, paterna charitate tentauerit. Cùmque ex bel- ,, lo in Hungaria post mortẽ Ioannis Hungariæ ,, Regis, inter Sereniſſimum Ferdinandum Re- ,, gem, & Reginam à dicto Ioanne relictam orto, maximè timendum esse iudicaret, ne futuro ,, anno à Turcis, Terra, Marique res Christianę, ,, vsque adeò in Italia inuaderentur, præsertim ,, renouata pace inter Illustrissimum Dominium ,, Venetorum, & Tyrannum Turcarum, & Germaniæ

Alex. Farnes. Car. in Act. Consistor. m. 1. Card. Spad. fig. n. 133. pag. 393.

,, maniæ Religionis diffidio ardente, maturè occ-
,, currendum, & anteuertendum, eſt arbitratus,
,, prouiſiones faciendas propoſuit.] Fueræ ex variæ conficiendæ pecuniæ rationes pro ſtipendijs Militum comparandis. Ad coniungendos etiam mutuo fœdere Hungaros, literas dedit ad Hungariæ Præſules, quibus damnauit eorum conſilium, qui puerum hæredem Turcicæ clientelæ committendum ſenſerant, monuit præſentem caſum, iam ante præuiſum fuiſſe, atque ex fœderis legibus diremptam controuerſiam, cauerent, ne Græcorum exemplo Turcas excirent in auxilium, eandemque demùm, ac illi calamitatem paterentur.

Archiepiſcopo Strigonienſi.

☞ *Paul. III. lib. hiſt. an. 6. pag. 378.*

62 Venerabilis Frater ſalutem. Audito per Nos obitu claræ memoriæ Ioannis Regis, ſanè præter dolorem ex morte Chriſtiani Principis ſuſceptum à nobis, non parum etiam perturbati fuimus, quod veriti ſimus ex proximis iſtius Regni cladibus, ne quid ea res non ſolùm vobis, ſed etiam cæteræ Chriſtianitati periculi afferret, neuè aliqui iſtic motus, in his tantis Chriſtianorum perturbationibus, nunc orirentur; id autem eò magis timere cogimur, quòd intelleximus (id quod cupimus omninò eſſe falſum) protectos iam iſtinc eſſe Oratores publicos ad Turcarum Tyrannum, qui cum eo agant, tributumque polliceantur, vt is relictum filium Ioannis Regis in ſuam defenſionem ſuſcipiat, & in eo ſtatu, quo Pater eius fuit, remanere ſinat, Gubernatore Regni interim conſtituto. Qua quidem re nihil potuit nobis accidere acerbius, cùm enim iſtud Regnum ex diſcordijs veſtris anteà afflictum, ac lacerum, poſtea ex pace, inter eundem Ioannem, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Romanorum Regem inita, recreatum videremus, bonaque ſpe duceremur, eandem pacem omni ſtudio à vobis, qui præſertim in ea interueniſſetis, eſſe conſeruandam: cùm præcipuè ſicut à fide dignis relatum nobis eſt, hic ipſe caſus fuerit ante in dicta pace præuiſus, ac deciſus, quid audiri potuit veſtro nomine indigniùs, quàm pace turbata, ſpretiſque fœderibus, tùm nouis, tùm priſcis, etiam ab hoſte Chriſti auxilium petere, eidemque hoſti viam patentiorem ad cætera Chriſtianitatis aperire, & Hungariam Turcis facere vectigalem? ſed Nos, vt diximus, falſa hæc eſſe cupimus, & ſperamus, non enim modò de Prælato inſigni, qualis tua fraternitas eſt, ſed ne de Chriſtiano quidem homine facilè credi poſſunt, cùm impietatem multis modis contineant. Quiduis certè pati, ac ſubire ſatiùs fuiſſet, quàm ad hæc confugere, licèt igitur à fraternitate Tua nihil expectare debeamus, quod indignum ea ſit, tamen cùm iſtius Regni, quod etiam antemurale cæteræ Chriſtianitatis eſt, ſalute tantùm ſimus ſolliciti, quantùm noſtri officij ratio, noſtrorumq; Prædeceſſorum conſuetudo, ac noſter ergà vos amor poſtulat, fraternitatem Tuam cum affectu, omnique inſtantia hortandam duximus, & pro bono iſtius Regni, omnium quoque Chriſtianorum vniuerſali, monemus, & vrgemus, vt pro tua virili, pacem in iſto Regno omni tuo ſtudio, & opera conſeruare, paciſque fœdera tueri cures, tibi nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub noſtræ indignationis pœna præcipientes, vt omnium hoſtium Chriſti conſortium tanto detrimento à vobis expetitum, ab eodem Regno penitùs excludas, ne belli cauſis, & ſeminibus inter vos renatis, atque ex veſtra, quod Deus auertat, diſcordia, noua occaſio Turcis præbeatur, iſtius Regni ad extremum interitum deducendi, ac ſibi tandem ſubijciendi, ſicut in Græcia fecerunt, cuius miſerabile exemplũ ante oculos vobis ſit: in hoc fraternitas Tua rem pietate, prudentia, ac perſona tua dignam, & Nobis, qui nihil aliud, quàm iſtius Regni ſalutem, & communem ſecuritatem ex hoc petimus, faciet valdè gratam. ☜

Datum Romæ apud S. Marcum III. Octobris MDXL. Anno VI.

63 Conceptæ ſunt eadem verborum formula literæ ad Varadienſem, Agrienſem, Quinqueclieſienſem, Tranſyluanumque Epiſcopos, tum alios ſeptem Prælatos, ſiuè Abbates: contempſere ij infeliciter Pontificis monita, ac vnà cum Proceribus, ſpecie tuendi Hungarici nominis, Chriſtianæ fidei cauſam prodidere, ac tandem poſt grauiora bella, Turcicæ ſeruitutis infame, & crudele iugum ſubierunt, vt ſuo loco dicetur. Interea Ferdinandus, cùm miſſo Oratore Reginam Viduam de fœderis legibus certiorem feciſſet, atque ampliſſimos illi redditus, atque filio Septuſianam Prouinciam ſponderet, ſi Regni poſſeſſionem reſtitueret, illaque Sigiſmundum Patrem arbitrum conſtitueret, adderetque non futurum honeſtum Ferdinando Viduam lacrymis conſumptam, puerumque vagientem in cunis, bello obruere. Rem conficiendam celeritate ratus, auxilio Cæſaris exercitum immiſit, Vicegradum impetu cæpit, Peſtum, Vaciamq; ſine vulnere in poteſtatem redegit, plures Hungaros Proceres, ſibi cõciliauit, Albam regalem obtinuit, Budamque obſedit, Turcæ verò à Regina in auxilium exciti fuere, vt proximo anno dicetur. Eò verò liberiùs armorum molem vertere in Hungaros potuere, quod Veneti, cum ijs fœdus inſtauraſſent, de quo VII. Iunij Pontifex in Senatu Cardinalium verba fecit.

Paul. Ioa. lib. 39.

Ferdinandus contra Hungaros bellum mouet.

Alex Farneſ. Card. in Actis conſiſt.

64 In Anglia Henricus Rex, cùm iam ante omnium Monaſteriorum opes, ac cenſus expilaſſet, in eam egeſtatem clariſſimo diuinæ in eum, ac ſuorum impia ſacrilegia vindictæ exemplo lapſus eſt, vt ad eam leuandam pluſquam, ac fermè mediam tertiam bonorum partem ab Anglis omnibus abraſerit, atque omnia Equeſtris Ordinis Rhodij vectigalia fiſco addixerit, tanto vero odio pios eſt inſectatus, vt Vilſonum Virum primarium, & Sampſonem Epiſcopum Ciceſtrenſem ea ſola de cauſa in carcerem coniecerit, quòd eleemoſynam erogaſſent in quoſdam pauperes in cuſtodijs, propter negatum Eccleſiaſticum Regis Primatum fictitium detentos; pariterque Richardum Farmerum bonis omnibus exuerit, perpetuò damnarit carcere, quod liberalitate pios cõplexus eſſet; Ioannem Neuellum ob cultam fidem Catholicam, & popularem gratiam morte affecerit, tùm ad habenas liberiores laxandas, tyrannidi, legem iniquiſſimam tulerit, vt ſi quis abſens, atque in dicta cauſa læſæ Maieſtatis damnaretur, non minus rectè damnatus eſſet, quàm ſi Duodecimuirali iudicio (apud Anglos ſolemni) lata in eum fuiſſet ſententia. Væſanæ legis ſuaſor Cromuelus fuit, omnium ſcelerum adminiſter, idemque eius legis vim primus ſenſit, atque ab Ordinibus Regni hæreſeos, perduellio, vitio repetundarum, furtorum, homicidiorumque damnatus eſt, affectuſque capitali ſupplicio, nulla illi purgandi ſui permiſſa poteſtate: mirabantur Populi, Henrici Vicarium in cœleſtibus, ad Inferos emandatum.

Nicol. Sander. libr. 1.

Henricus VIII. Angliæ Rex ſæuit in Anglos.

,, Omnibus denique in ore fuit. [Vidimus im-
,, pium ſuperexaltatum, & eleuatum, ſicut ce-
,, dros Libani, & tranſiuimus, & ecce non erat,

& quę-

,, & quæſiuimus eum, & ecce non eſt inuentus locus eius.] Diſcant mortales flagitio quæſitam Principum gratiam ſæpè in odium verti, & improbam fœlicitatem in carnificinam deſinere.

Sander. lib. 1.

Sublato Cromuelo, non deſtitit Henricus in Catholicos ſæuire, & Luciferi in terris Vicarium agere, dum Chriſti Vicarium ſe venditabat: ad tertium enim Kal. Auguſti tres Theologos Doctores Catholicos morte affecit, quos vt ignominia grauiore pertereret, totidem Zuingliana hæreſi infamibus Presbyteris Apoſtatis coniunxit, ,, vt narrat Sanderus. [Henricus quamquam ,, iam non ſolùm à Bolenis, Cromuelo, cæteraq; ,, domeſticorum peſte, verùm etiam ab Anna ,, Cliuenſi, Principumque Germanorum neceſ- ,, ſitudine liberatus, in amicitiam Cæſaris pro- ,, pendere inciperet, vxoremque nouam ex Ca- ,, tholica ſatis familia duxiſſet, pro ſumma ta- ,, men naturæ ſuæ ſuperbiſſima infelicitate, qua ,, nunquam videri voluit erraſſe, aut cuiuſquam ,, conſilium, magis quàm ſuum ſequutus eſſet, ,, ſtatuit, cœptam in Catholicos crudelitatem ,, proſequi, vndè ad tertium Kal. Auguſti, tres ,, Viri Catholici, Theologique Doctores, Tho- ,, mas Abelus, Edouardus Pouellus, & Richar- ,, dus Ferherſtonus, eò quod Sereniſſimæ Ca- ,, tharinæ Reginæ cauſam olim defendiſſent, & ,, nunc Regis poteſtatem Pontificiam nõ agno- ,, ſcerent, extremo ſupplicio affecti fuerunt: quo ,, etiam ipſo die tres Hæretici Zuingliani, Bar- ,, nus, Gerardus, & Hieronymus perditi Presby- ,, teri, ob hæreſim Zuinglij mortem obierunt; fa- ,, ctum eſt autem Henrici iuſſu in maiorem Reli- ,, gionis contemptum, vt bini, & bini vimineis ,, cratibus innexi, per plateas ad locum ſuppli- ,, cij traherentur ſic, vt ſinguli Catholici, cum ,, ſingulis Hæreticis in eadem crate coniungè- ,, rentur, quod Dei Seruis ipſa morte grauius, ,, & intolerabiliùs videbatur. Cùm autem Pala- ,, tinus quidam ex Henrici Aula, hos ſic ad mor- ,, tem duci cerneret, aliumque ab alio ſe auerten- ,, tem, vultuq; & voce, conſortium deteſtantem, ,, petijt, quænam cuique cauſa mortis eſſet, cùm- ,, que accepiſſet, alios ob Religionem Catholi- ,, cam defenſam, alios ob eandem impugnatam ,, morti eſſe adiudicatos: ne, inquit, in poſterum ,, ego Regiæ Religionis ero, hoc eſt nullius.

,, Quarto autem nonas Auguſti Laurentius ,, Cochlus Prior Cœnobij Dancaſtrenſis: vnà ,, cum tribus Monachis, & duobus Laicis Ægy- ,, dio Horno, & Clemente Philpotto, quod nol- ,, lent Eccleſiaſticum terreni Regis Primatum ,, iuratò confiteri, excluſi è terris, ad cœleſtem ,, æterni Regis gloriam tranſmiſſi ſunt.

65 Hoc anno Pontifex ad perpoliendos Cleri mores intentus, cœptam iam ante diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtituendæ actionem promouit, vſuſque præſtantiſſimorum Antiſtitum in ea re opera, Epiſcopum Veronenſem exciuit his literis.

Epiſcopo Veronenſi, &c.

Paul III. lib. brev. an. 6. pag. 141.

Tuam probitatem, diligentiam, ac fidem; temporibus fœlicis recordationis Leonis X. & Clementis VII. Prædeceſſorum Noſtrorum agnouimus, & quantus in agendis rebus eſſes, cum admiratione perſpeximus. (Et infrà.) Et vocatus ad nos pro reformatione morum, & poſteà in vlteriorem Germaniam pro rebus grauiſſimis miſſus, vtrobique tua virtute nobis certiùs explorata, maius tui deſiderium accendiſſes, iam tandem Frater Venerabilis eſſe noſter debes. ,, etſi nunquam non fuiſti noſter, ſed quem vſum tuæ probitatis in tua particulari Eccleſia cepimus, concedat iam nobis illa, vt eundem pro vniuerſali Eccleſia hoc tempore capiamus, in qua ſanè multò ampliores campi ſe tibi offerent, in quibus tua virtus eluceat, & exerceatur: quamobrem cùm reformationem ipſam, quam cùm apud nos eſſes, inchoauimus, nunc proſequamur, & concedente Domino perficere intendamus, tuaque in hoc integritas, grauitas, & prudentia, magno nobis vſui, præſertim in re iam tibi agnita, eſſe poſſit, hortamur te; tibique in virtute ſanctæ obedientiæ iniungimus, vt quàm primùm poteris, cum tuo alioqui commodo ad nos venire matures, &c. *Datum Romæ XXVII. Aprilis MDXL. Anno VI.*

Reformationi incumbit Paulus.

De nauato ſtudio hoc anno à Paulo pro inſtauranda diſciplina Chriſtiana hæc referunt Acta Conſiſtorialia.

Acta Conſiſt. fig. ms. 133 p. 386

,, VI. Auguſti fuit Conſiſtorium. Sanctitas ,, Sua deputauit Reuerendiſſimos DD. meos ſu- ,, per reformatione, videlicet pro Camera Apo- ,, ſtolica, & Tribunali Vrbis, RR. DD. Ioannem ,, Dominicum Epiſcopum Oſtienſem Decanum, ,, Ghinutium, & Polum pro Rota, & Cæſarinum ,, de Monte, & Guidiccionum pro Cancellaria ,, Apoſtolica, Grimanum, Brunduſinum, & Ru- ,, dolphum, pro Pœnitentiaria, Contarenum, ,, Sancti Sixti, & Marcellum Cardinalem, vt in- ,, uigilent, & curent ea, quæ circa reformatio- ,, nem concluſa ſunt, & ſancita inuiolabiliter ,, obſeruentur, &, vbi opus fuerit, Suæ Sanctitati ,, referant.

Addunt eadem Acta, flagitante Luſitano Rege inſignitam fuiſſe proximo menſe Elborenſem Eccleſiam Archiepiſcopali dignitate.

Alex. Card. Faro. in Actis Conſiſtor. ms. Car. Spad. fig. 133. p. 388.

,, XXIV. Septembr. MDXL. S.D.N. diſmem- ,, brauit Eccleſiam Elborenſem, olim Suffraga- ,, neam Eccleſiæ Metropolitanæ Vlixbonenſis ,, vacantem per obitum Alphonſi Car. Portugal- ,, liæ, & erexit in Metropolitanam, cui fuerunt ,, aſſignatæ pro Suffraganeis, Syluenſis, & Sep- ,, tenſis Eccleſiæ, & Sanctitas Sua tranſtulit Re- ,, uerendiſſimum Henricum Infantem Portu- ,, galliæ à Bracharenſi ad dictam Elborenſem.

66 Adductus etiam eiuſdem Ioannis Luſitani Regis precibus, qui vnà cum Imperio Religionem Chriſti propagare ambiebat, Paulus miſit in Indias Franciſcum Xauerium Legatum Apoſtolicum ad Barbaras Gentes à Dæmonum ſeruitute ad Chriſti cultum traducendas, qui munere Apoſtolico, adeò ſtrenuè functus eſt, vt Indiarum Apoſtoli nomen retulerit, innumeriſque miraculis clarus, Sanctorum faſtos auxerit. Quantam verò demiſſionem, cum accepta dignitate coniunxerit, memorat Turſellinus in eius vita. Profecturus in Indiam Pontificem adijt, pedes de more oſculaturus fauſta ab eo precatione luſtrandus, certaſque ab eo Indulgentias petiturus, à quo humaniter exceptus, hæc fermè verba audi- ,, uit. [Ingentes Diuinæ Benignitati grates ,, ago, habeoque, quòd me Pontifice reuerſura ,, ſit in Indiam fides, quæ ab Apoſtolis olim ,, introducta, paulatim barbaris illarũ gentium ,, ceſſerat moribus: tu verò non modo noſtra ,, auctoritate, ſed etiam Dei, cuius perſonam ,, gerimus, impulſu excitatus, pari animi ma- ,, gnitudine tantã capeſſe prouinciam, memor, ,, te, in Indiam per homines vocari à Deo, quis ,, vocet, non qui ſis, tecum reputa. Memento te ,, ab illo vocari, qui vocat ea, quæ non ſunt tan-

Horatius Turſellinus in vita S. Franciſci Xauerij lib. 1. S. Franciſcus Xauerius in Indiam mittitur.

quam

,, quàm ea quæ ſunt. Neque enim tam idoneos
,, ad opus quærit, quàm ipſe deligendo facit
,, quemcumque elegerit, huic & animorum ſug-
,, gerit, & virium ſatis.]

Ad propagandum verò maiori auctoritate Euangelium Paulus Franciſcum Xauerium Legati Apoſtolici in Indijs Orientalibus, alijſque Gentilium Regnis dignitate ornauit, de quo diploma Maſcareniæ Regis Luſitani Oratori deferendum Regi tradidit, vt Rex, ſi ita ipſi viſum eſſet, traderet, cùm Olyſſipponem peruenisſet. Itaque Franciſcus vix tantulo accepto ſpatio, quantum conſalutandis amicis ſarciendęque attritæ tunicæ ſatis eſſet, poſtero die Regio cum Legato Roma diſceſſit, nihil præter Breuiarium ſecum ferens. In itinere cunctis officioſè demerendis inſiſtebat, minimis, abiectiſque in victu, cultuque contentus, imbecilles omni obſequio fouebat, quieſcentibus noctu famulis ipſe iumentis operam dabat; omneſque, qui in comitatu Legati erant, monitis, exemplis, ac frequenti Sacramentorum pabulo meliores quotidie reddere ſtudebat. Ex huiuſmodi autem pietate adiudicatum eſt, vt cùm tres amplius menſes magnas inter difficultates itinerum conſumpti ſint, nullus prorsùs ex numeroſo illo comitatu non incolumis Olyſſipponem attigerit. Hic ſalutato Ioanne Rege, ac repudiato domicilio, Legato Apoſtolico digno, ab eodem Rege ei deſtinato, cum Paulo Camerte ad noſocomium ſe contulit, vt ægrorum corporibus deſeruiret, eorumque animas in Cœlum proueheret. Deinde idoneo profectionis Indicæ tempore appetente, à Rege, qui virtutum eius exempla ſummoperè admirabatur, Pontificium diploma, quo Legatus Apoſtolicus cum ampliſſima poteſtate in India conſtituebatur, ſuſcepit; atque hoc anno VI. Idus Aprilis è Luſitania in Indiam ſoluens, Goam ſequenti anno Pridie Nonas Maij applicuit: cùm in Soccotora Inſula priùs Inſulanos, nomine non autem re, Chriſtianos Chriſtianis ſacris excoluiſſet: Verùm de hoc Apoſtolico, præclariſſimoque noui Orbis Præcone ſæpiùs ſuauiſſima mentio recurret.

67 Hoc eodem anno Paulus III. qui, vti ſuprà innuimus, Societatis Ieſu fundandæ negotium tribus Cardinalibus commiſerat, Societatem ipſam Religionem, & Societati inditum nomen quinto Kal. Octobris publicis literis declarauit, confirmauitque. Continetur in eo diplomate ſupplex Libellus Sanctorum Ignatij, & Franciſci Xauerij, aliorumque octo ſociorum correctus Pontifici, in quo hæc verba mirandæ pietatis fragrantiam ſpirantia extant: [Firmiter profitemur omnes Chriſti fideles Romano
,, Pontifici tanquam capiti ac Ieſu Chriſti vica-
,, rio ſubeſſe, ad maiorem tamen noſtræ Socie-
,, tatis humilitatem ac perfectam vniuſcuiuſque
,, mortificationem, & voluntatum noſtrarum
,, abnegationem ſummopere conducere indica-
,, uimus ſingulos nos vltra illud commune vin-
,, culum ſpeciali voto adſtringi: ita vt quid-
,, quid modernus, & alij Romani Pontifices pro
,, tempore exiſtentes iuſſerint ad profectum ani-
,, marum, & fidei propagationem pertinens,
,, & ad quaſcumque Prouincias nos mittere vo-
,, luerit, ſine vlla tergiuerſatione aut excuſatio-
,, ne, illico, quantum in nobis fuerit, exequi te-
,, neamur, ſiuè miſerit nos ad Turcas, ſiuè ad
,, quoſcumque alios infideles, etiam in partibus,
,, quas Indias vocant, exiſtentes, ſiuè ad quoſ-
,, cumque Hæreticos, ſeu Schiſmaticos, ſeù etiam
,, ad quoſuis fideles.] Ornarunt verba operibus, vt hæreſi & idololatriæ bellum indixiſſe viti ſint.

IESV CHRISTI

Anno 1541.

PAVLI III. Anno 8. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 23.

1 INeunte Anno humanæ ſalutis milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo Indictione decima quarta, decretus eſt Legatus in Germaniam Gaſpar Cardinalis Contarenus ad Lutheranos in gremium Eccleſiæ reuocandos, cùm Cæſar ad id Regia ſtudia polliceretur. Nam Imperator, qui ad Wormatienſe colloquium Nuntium Pontificium, non autem Legatum exoptarat, nunc ad Dietam Ratisbonenſem Pontificij è latere Legati præſentiam magis opportunam iudicauit. Porrò Contarenus, qui Cęſari valdè gratus erat, etiam poſt pacem à Venetis cum Turcis ſancitam, & qua ratione cum Germanis agendum eſſet apprimè callebat, ampliſſima poteſtate à Pontifice inſtructus eſt, vt Hereticos ad fidem Catholicam pelliceret: verùm circa ritus Eccleſiæ aliaque traditione Apoſtolica ad nos tranſmiſſa, quidquam nouari ab eodem Pontifice vetitus eſt. Cùmque nulla alia ratio melior expediri poſſet ad comprimendam impiorum audaciam, tumultuſque compeſcendos, quàm ſi pax inter Cæſarem, Regemque Gallorum ſanciretur, omnia ſtudia conuertere, vt Imperatorem ad eam amplectendam, confirmandamque permoueret, atque Pontificiam operam pariter pro hac re continentibus piorum votis expetita coniungendam polliceri iuſſus eſt. Conceptas quidem ſpes optimas ex Cæſareis promiſſis; nec Cæſarem nec Ferdinandum Regem quidquam permiſſuros, quod fidei Catholicæ puritatem Sediſque Apoſtolicæ auctoritatem labefactaret. Verùm ſi quid contrarium ab ijs pertentaretur, data ſunt Legato imperia, vt tractationem omnem intercideret, eamque ad Concilium, etiam infecta pace celebrandum, referret. Si enim Principes vero pietatis Religioniſque ſtudio ardeant, liberum ac tutum commeatum Epiſcopis ad Concilium acceſſuris præſtituros, cùm in eo non modò Religionis diſſenſiones tollendę ſint; ſed etiam concilianda ſint Principum diſſidia. Si verò vrgentur ad permittenda Lutheranis fidei dignitatique Pontificiæ contraria, interrito animo profiteatur, nunquam ijs aſſenſurum, immò nomine Pontificio illa prohibeat ac reſcindat. Atque è cœtu ſe remoueat, non tamen à Cæſaris aula ſine nouo mandato diſcedat. Si quid etiam iniqui ad tempus aliquod Lutheranis in conuentu permittatur, donec celebretur Concilium, id omninò prohibeat, vel ſi de Concilio in Germania congregando agatur, conſtantiſſimè repugnet; cùm id in damnum Pontificij honoris, & tot Nationum, quæ in fidei conſtantia perſtitere, iniuriam verteretur, augereturque Lutheranorum audaciam, qui in Germania velut in munita arce inſoleſcunt; atque huiuſmodi acta adhibitis Notario, & teſtibus conſignaret.

M. S. Car. Spada to. 133. pag. 343.

Legatio Cardinalis Contareni ad Dietam Ratiſbonensè.

Inſtructio ei tradita.

2 Ingratum & acerbum fuit Pontifici poſt tot labores ſuſceptos pro celebrando Concilio, & pace inter Cæſarem, Regemque Galliæ conficien-

Digitized by Google

da indulsisse, vt in comitijs Imperialibus de Religionis diſſidijs ageretur, concepta ſpe Lutheranos Cæſaris auctoritate ad officium, & æquitatem adductum iri: at ſpe ſua illuſum fuiſſe indoluit; ſparſa enim fama eſt, confirmandum vel prorogandum Germanicæ pacis Norimbergæ confectæ decretum, cuius verba ſingula dubia ab Hæreticis in ſenſum alienum pro diffundenda latiùs impietate, & peſſundanda re Eccleſiaſtica diſtorquenda forent: quare præcepit Legato, vt ne quo damno afficeretur res Catholica, decretis huiuſmodi intercederet; ardentiſſimiſque ſtudijs apud Cæſarem inſtaret, ne Synodus Nationis Germanicæ cogeretur, quam rei Catholicæ exitium allaturam ipſe Imperator Bononiæ faſſus erat, eamque indicto Concilio vniuerſali diſturbandam condixerat.

3 Nec Principes Catholici colloquia probabant, ſed colloquijs abiectis, Hæreticorum pertinaciam armis edomandam, vt à Claudio arcanorum Principum participe ſignificatum eſt literis ad Cardinalem Farneſium Ratisbona IV. Martij MDXLI. datis: in quibus etiam ſubditur: Nudius tertius Duces Bauariæ conueniſſe Cæſarem, illique repetito Lutheriſmi principio, in memoriam reuocaſſe omnes errores, qui admiſſi fuerant in non excindenda hæreſi, nec tenenda vera religione, qua labefactata, pariter Cæſareæ Maieſtatis, Imperijque auctoritas labefactaretur: expoſuereque quanto ſtudio, & animi ardore, ſemper paratiſſimi fuerint non modò ad vires, & opes ſuas, ſuorumque Subditorum profundendas, ſed etiam ad vitam ipſam periculis obijciendam pro diuino cultu aſſerendo, Imperijque ſeruanda maieſtate: ac ſæpiùs illud inculcarunt nimia Cæſareæ Maieſtatis clementia, indulgentiaque, quam ipſi etiam Lutherani negligentiæ, & inertiæ vitio tribuebant, rem in præſens diſcrimen adductam fuiſſe: & quodammodo conteſtati ſunt, ſe nunquam hactenùs muneri ſuo defuiſſe, ac poſt hac apud Deum, & homines excuſatos fore, ſi à priore ſtudio, aliorum exempla ſequuti, ſeſe ſubduxerint, & cuncta in exitium ruere permiſerint: verumtamen iterum hac etiam vice pertentare velle, quid præſidij, ac remedij à Cæſarea Maieſtate in præſentibus Comitijs afferendum eſſet; in quibus ipſorum ſententia rem agi tribus modis poſſe.

Ext. in m.s. Arch. Vat. fig. n. 3226.

Armis nō colloquijs Lutherani extirpandi.

Primum eſſe, ſi colloquium Wormatiæ cœptum prouehatur, illud omnium maximè ipſis ingratum fore, ac periculis plenum, idque multis rationibus, prudentia, & religione conſpicuis demonſtrauerunt. Secundus modus propoſitus eſt, ſi curaret Cæſarea Maieſtas, vt Concilium Oecumenicum fluxu vnius anni, & dimidij cogeretur, medijque huius temporis interuallo, vel pax generalis, aut ſaltem ſequeſtra in Germania conciliaretur: auctо tamen, & confirmatò, quantum poſſit, fœdere Catholico pro conſeruandis ijs Inducijs, quas Lutherani, niſi metu adacti non ſeruaturi eſſent. Tertius modus erat, vt cùm Cæſar toties peruicaciam Lutheranorum, ac fraudulenta, & perfida eorum conſilia expertus ſit, arma in eos exerceat, atque omiſſo Religionis prætextu, ſingulos ſeorsim perdomare poſſe, fuſiùſque à ſe modos rei perficiendæ explicatum iri, ac reiecto penitùs primo modo colloquij, & diſceptationum, omnes vires ſuas, vitamque, tamquam Principes Catholicæ Religionis vindices, ac fidiſſimos clientes Cæſareæ Maieſtatis obtuliſſe: his ſermonibus ſolum Granuellanum interfuiſſe, cum quo poſtquam Cæſar ſeorsim ſubductus diù contuliſſet, eius opera Bauaris ità reſpondiſſe, vt ſemper præterita geſta excuſarit, atque inertiæ crimen remouerit, temporumque improbitatem, ac præcipuè praua ſtudia maximi Principis, qui ipſi omni arte, & contentione infeſtus eſſe non deſineret, accuſarit: gratiaſque egerit de optimæ voluntatis ſignificatione, & delatis officijs: ac ſi aberrantes iuſtis, & honeſtis rationibus ad officium reuocare non potuerit, vniuerſo Orbi oſtenſurum, quanti Religionem Catholicam faceret, ac perſonam Catholici Imperatoris, munuſque pro dignitate ſuſtentaturum: conſequenti verò die de omnibus his à Ducibus Bauariæ certiorem factum, rogatumque vt ſi quid aliud vtilius pro Religionis cauſa proponendum Cæſari videretur, expromeret, ſe autem, cùm in dies Legatus Pontificiorum arcanorum magis conſcius expectetur, collaudata Bauarorum Principum pietate, rem in Legati aduentum extraxiſſe. *Ratisbonæ IV Martij MDXLI.*

4 Perſtitiſſe eos Duces in hac ſententia, ſcilicet Lutheranos bello deprimendos eſſe aliæ Claudij literç rerum gerendarum peritia clariſſimi ad Cardinalem Farneſium datç IV. Aprilis teſtantur. Duces Bauariæ in Comitijs in id incubuiſſe, vt bellum Lutheranis indiceretur: ſed Cæſarem ipſis, ac Moguntino Cardinali apertè denuntiaſſe, ſe ab ijs conſilijs omninò alienum, ſuſcipere nolle bellum, cùm ab Ærario imparatus ſit, ac ſi opibus inſtructus eſſet, nolle eas in Germania ſine vlla vtilitate profundere, ſat expertum, quantæ opes exigantur pro gerendo bello, expeditionem eam difficillimam futuram, cùm tam Catholici, quàm Lutherani ſint Germani, excitum iri à Lutheranis Turcica, & Gallica auxilia: parta etiam de Lutheranis victoria, non tamen eorum animas in viam ſalutis traductum iri, atque ità omne gerendi belli pro Religione conſilium abiecille. Cæterùm Ducem Saxoniæ miſſo Adminiſtro, ſuis dediſſe imperia, ne vlla ratione à confeſſione ſua diſcedant. Porrò Cæſarem ſignificaſſe, nil conſtitutum iri inconſultis Pontificijs Adminiſtris, nec quidquam permiſſurum, quod offendiculum afferre poſſit, ac in omnibus, ita ſe geſturum, vt ex Pontificia voluntate pendere velit, omnia circumſpici à Legato, nec concordiæ modum iniri poſſe, qua infecta cùm Cæſar Ærario ſit exhauſtus, ſumptus bellicos à Pontifice, Ducibuſque Bauariæ faciendos. Hos verò maximos ſpiritus gerere, ac multos in ſuas partes trahere, atque miſſo Oratore flagitare à Pontifice, vt cruceatam expeditionem in Hæreticos indicat, ac licèt omnia Religionis tuendæ cauſa agere profiteantur, tamen quid arcani ſubeſſe, itàque Pontifex rem cautè extrahat. Parte alia Bauariæ Duces conteſtati ſunt, ſi Catholici deſerantur, actum videri de re Catholica in Germania. *Ratisbonæ III. Aprilis MDXLI.*

16. pag. 100.

16. pag. 101.

5 Acceſſit paucos poſt dies, nimirùm XII. Martij Ratisbonam Cardinalis Contarenus Legatus maximo exceptus honore, vt in eius vita te-
,, ſtatur Io: Caſa. [Et cùm veniſſet, mirabiliter
,, acceptus à Germania eſt, & maximo in hono-
,, re apud Cæſarem fuit, nam cùm omnes Ger-
,, maniæ Principes, tùm Rex Romanorum ip-
,, ſe officij, honoriſque, honeſtandique hominis
,, cauſa, domum ad eum venit, & in Sacris,
,, Cæremonijſque ſolemnibus datus ei locus eſt
,, iuxta Cæſarem primus, nihilque earum
,, rerum, quæ ad homines magnos honeſtan-
,, dos

Io. Cochl. in actis.

,, dos adhiberi consueuerunt, in eo prætermis-
,, sum est.]

Card. Cõtarenus Ratisbonam peruenit. *M.S. Car. Spade to. 133. pag. 397. Epist. Car. Contareni Farnes. apud Pallauic. tom. 1. lib. 4. c. 13. n. 5.*

Ratisbonam igitur cùm duodecimo Aprilis appulisset, inuenit iam Imperatorem illuc peruenisse. Prima illius cura fuit, Pontificis placito, circa pacem obtemperare, loquensque cum Imperatore, de pacis negotio agere cœpit, occasione accepta ab vno verbo ab Imperatore alio fine prolato, interrogationemque suspirio coniungens, petijt, quandiù desiderata pax speranda esset, addens, quòd Maiestas Sua maius, & magis optatum beneficium istius pacis toti Orbi Christiano largiri non posset. Cæsar ob non expectatam interrogationem expalluit, sed suo responso totam spem pacis abstulit, dicens; conuentiones valdè conuenientes se proposuisse; sed Regem Francisc̃um non æquales fraternasque, sed superiores, quasi dominus esset, exigere. Ex verbis Cæsareis magnum hausit dolorem Cardinalis Legatus, spemque de sancienda pace inter Cesarem, ac Gallię Regem abiecit: nec de eo conuentu speranda meliora argumentabatur: de quo hæc tradit Ioannes Cochlęus.

Agit de pace cum Imperatore.

Io. Cochl. in Actis Lutheri.

,, Aduenerunt etiam Lutherani Principes, &
,, Status cum suis Concionatoribus, qui in do-
,, mibus profanis concionabantur, & à Catho-
Sur. in comment. an. 1541. ,, licorum Sacris, ieiunijsque, & ritibus, pror-
,, sùs alieni erant, & venationibus operam da-
,, bant in sanctissimis diebus Hebdomadæ sanctę,
,, atque adeò in ipso die Parasceues.

Epist. Contareni apud Pallauic. vbi supra.

Cùm autem in ipso congressus initio propositio Cesaris nomine esset facienda, Legato priùs eam ostenderunt, qui, vt duo capita adderentur, proposuit, vnum, quòd Cæsar Recessum Augustanum in suo robore relinquebat, aliud ad Legati auctoritatem, & directionem (de quibus nec verbum fiebat in propositione) attinebat, Legatoque morem gesserunt.

Francis. Belcar. lib. 22. n. 49. Principiũ Ratisbonensis cõuentus.

6 Cœpti sunt prima Aprilis die Ratisbonenses conuentus, in quibus Fridericus Palatinus nomine Cæsaris Orationem habuit, qua repetitis altiùs Cesaris gestis, pluribusque verbis magnificè ornatis, addidit, se cum Paulo Pontifice iuxtà Haganoæ decretum egisse, vt Legatum mitteret, Cardinalemque Contarenum adesse, Virum pariter pium, & doctum, qui sedulam concordiæ operam nauaturus sit: quapropter cùm hic conuentus Religionis constituendæ ergò sit indictus, orauit, vt pauci Viri pij, atque eruditi Germani deligerentur, qui de controuersijs inter se amicè conferant: fieri autem non poterat omninò, vt pij ex Lutherana secta deligerentur, sed impij, & pestilentissimi, in erroribusque contumacissimi, ac pertinacissimi forent deligendi: quare Cesar voti compos esse non poterat, maximè cùm à Saxone inberentur in hęresi obdurescere: addidit Palatinus Cesareo nomine, vt quid ipsis colloquutoribus videatur, ad Cesaream Maiestatem, suosque ordines referatur, vt his cum Legato Pontificio communicatis, certum quid decernatur, modò ne quid de Augustano decreto decedat. Protestantes V. Idus Aprilis collaudato Cesaris studio Wormatiense colloquium continuari flagitarunt.

Huius dietę exordium ac progressum placet hoc loco decerpere ex literis Episcopi Aquilani Ratisbonę tunc commorantis ad Cardinalem Farnesium, & Ceruinum directis. Vbi verò ab alijs auctoribus ille discrepat, vel aliquid prętermittit, suis locis adnotabimus.

Reuerendissimis, atque Amplissimis Dominis Alexandro Farnesio Vice-Cancellario dignissimo, & Sanctæ Crucis Cardinalibus Dominis suis obseruandissimis.

,, 7 Accipite breuiter, quę Ratisbonę vsque
,, ad XVI. Kal. Iunias acta sunt. Post delatam
,, ab omnibus, tàm Catholicis, quàm Prote-
,, stantibus ad Cesarem eorum, qui tractaturi
,, erant Christianę Religionis colloquium, ele-
,, ctionem, ac numerum, Cesar rem ipsam, &
,, causam per pauciores, quàm Wormatię, &
,, Haganoę factum fuerat, agere, operę pretium
,, ratus, tres tantùm ab vtraque parte Theolo-
,, gos nominauit.] Cardinalis Contarenus scripsit, Cesarem Dietę commisisse collocutorum electionem; & cùm Dietę placuisset, vt Cesar suo arbitrio, quos vellet, deputaret, illos denique
,, elegit. Sequitur Epistola. [Ex Catholicis
,, Eckium, Gropperum, & Iulium Pflug; ex
,, dissidentibus verò, Melanctonem, Bucerum,
,, & Io: Pistorium; quibus Præsidentes duos,
,, Præclarissimum Principem Fridericum Co-
,, mitem Palatinum, & Illustrem Dominum
,, Granuellanum adhibuit.] Sed duos istos Præsidentes non sincerè de fide sentire aliquis erat rumor, quatenus Cardinalis Aleander, dum in Germania moraretur, Fridericum Palatinum in Ecclesię, & Imperatoris fide vacillantem agnouit. De Granuellano verò multi valdè suspicabantur, vt sequens Epistola ostendit.

M.S. Ar. Vy. 64. Relatio Ratisbonẽsis colloquij.

Apud Pallauic. tom. 1. lib. 4. c. 14. nu. 2.

Vbi sup. l. b. 22. num. 50.

,, Significauit VI. Aprilis Cardinali Farnesio
,, Claudius Internuntius, Ducibus Bauarię ma-
,, ximè suspectam concordiæ cum Lutheranis
,, actionem, nè Religionis causa prodatur, atq;
,, Granuellanum, tùm ab ipsis, tùm à Mogunti-
,, no in suspicionem adduci, nec spem bonam
,, ex ijs comitijs ipsis affulgere. Moguntinumque
,, dixisse, ex arcano sibi, Imperatorem in his
,, conuentibus multam suæ existimationis iactu-
,, ram passurum, qui si non pacatis rebus Ger-
,, manicis discedat Germania, non modò Luthe-
,, ranos, sed etiam Catholicos, qui etiam Im-
,, peratorem sibi præfecturi sunt, hostes persen-
,, surum, atque omninò à Lantgrauio, quem ad
,, se pellicere tentant, illusum iri. *Ratisbonæ VI. Aprilis MDXLI.*] Sequitur Episcopi Aquilani Epistola.

Ext. in m.s. Arch. Vat. tom. 3226. p. 90.

,, Insuper sex Assistentes, quorum hæc sunt
,, nomina. Eberardum de Folesuberg, pro Re-
,, uerendissimo, atque Illustrissimo Principe
,, Cardinale Moguntino. Didacum Comitem à
,, Manderpett, pro Reuerendissimo Colonien-
,, Henricum Has Vicecancellarium Palatini.
,, Franciscum Riuardæ Cancellarium Saxoniæ.
,, Io: Iai Cancellarium Lantgrauij. Io: Stur-
,, mium pro Argentinensibus; & ad V. Kalend.
,, Maias Christo Optimo Maximo benè aspiran-
,, te, cœptum est sanctum ipsum Christianum
,, colloquium (quod quidem ob sanctissimam,
,, quam continet causam, solum sanctum, dici
,, posse, ac decere, existimo.] Ego Cæsaris
,, sanctissimam mentem recogitans, qua ad con-
,, ciliandos sibi, ac inter seipsos conciliandos
,, horum Principum animos, prudentia vtitur,
,, horum Principum in Cæsarem officio, ac pie-
,, tate indicibili: præterea quòd de se omnibus
,, æquè Reuerendus Legatus conciliauit opinio-
,, nem, in mea illa sententia in dies confirmor,
,, Christianæ Religionis causam, licèt innume-
,, ris propè difficultatibus implicatam, opti-
,, mum tamen per hæc comitia habiturum exi-

Digitized by Google

,, tum, daturumque Christum, & Summo Pon-
,, tifici, & fælicissimo Imperatori Religionem
,, ipsam tot annis vexatam, & propè extin-
,, ctam pristinæ vnioni, dignitatique restitu-
,, turum.

8 Vanum fuit vaticinium Episcopi; qui multis, magnificisque verbis pergit ostendere, defendereque, maxima prudentia sex Assistentes, quamuis pars eorum Lutherana esset, & pars illis faueret, electos ad colloquium fuisse. At ille non nouerat pertinacissimam Lutheranorum impietatem, qui fraudibus & insidijs rem catholicam profligare nitebantur, piaque Cęsaris vota eludebant. Traditus est autem Cęsareo iussu colloquutoribus liber, qui continebat viginti duos articulos de controuersijs inter Catholicos, & Hæ-
Melchior Goldast. const. Imperial. to. 2. anno 1541. ,, reticos, de quo ità Goldastus. [Vt igitur delecti
,, collocutores (ita ait, qui nomine Cæsaris li-
,, brum examinandum obtulit) modum, & cer-
,, tam rationem haberent ordine procedendi in
,, sua collocutione, Cæsarea Maiestas collo-
,, cutoribus offerri curauit librum, à Viris qui-
,, busdam eruditis, & pijs (tales enim à fide
,, dignis suæ Maiestati commendati sunt) con-
,, scriptum, in quo media, & viæ continentur
,, conciliandi articulos, qui in controuersia
,, sunt.

9 Huius libri Auctor nunquam certò patuit.
,, [Conscriptus fuit (ait Cochlæus) liber qui-
,, dem à nonnullis, quibus & Bucerus fraudu-
,, lenta simulatione se immiscuit.] Surius autem
,, ità tradit. [Conscriptus autem fuit liber qui-
,, dam a nonnullis, quibus etiam Bucerus mira-
,, bili vafricia se immiscuit.] Io: verò Eckius vnus è colloquutoribus, postquam librum vidit, considerauitque, hanc protulit de eo sententiam.
,, [Neque placuit, neque placet, iste liber insul-
,, sus, neque placebit, in quo tot errores, & vi-
,, tia deprehendi, vndè iudico, sicut semper iu-
,, dicaui, cum à Catholicis non recipiendum,
,, qui relicto modo loquendi Ecclesiæ, & Patrum
,, Melanchthonizat.]

10 At impium profectò fuit, quod in Articulo II. §. 2. de Libero Arbitrio, libertas distinctis
Errores reperti in libro, quę Io. Eckius non approbauit. ,, his verbis conuellitur. [*Libertas faciendi boni,*
,, *& continendi se à malo per hominem lapsum, est*
,, *amissa, sola libertate à coactione retenta, quæ tàm*
,, *est in malis, quàm in bonis.*] Hæc Melanchthonis vel Buceri hæresis instaurata fuit à Iansenio, damnataque ab Alexandro VII. In propositione tertia: ex Lutheranis etiam placitis in eodem
,, Articulo statuitur. [*Valere tantùm libertatem*
,, *ad efficienda opera externa, & vitæ præsentis,*
,, *tàm bona, quàm mala.*] In Articulo IV. §. 6.
,, [*Dicitur in renatis remanere materiale peccati.*]
,, §. 11. [Additur hoc, *malum à Deo non imputari.*] Quibus verbis subdolis Lutherana impietas obuelatur, nam licet remaneat concupiscentia, & sit ex peccato, & ad peccatum inclinet, peccatum tamen non est: & ille articulus à Leone Decimo iam damnatus erat.

In Articulo V. de Iustificatione §. 4. Lutherana impietas latet his verbis inuoluta: *Fides viua est, qua & apprehendit misericordiam in Christo, ac credit iustitiam, quæ est in Christo sibi gratis imputari.* His consentanea Caluinus impiè blateravit, quæ Lutherani Symmistæ finxerant.

In Articulo VI. de Ecclesia, multa de Electorum Ecclesia inuisibili ingeruntur, visibilis autem ambiguis verbis definitur, vt quæuis Hæreticorum Synagoga eam definitionem sibi accommodare possit; non enim additur differentia distinguens, nempè eam, cui præsit Romanus Pontifex, vt Ioannes Palæologus Græcorum Imperator in literis ad Vrbanum Quintum professus est.

In Articulo VIII. de Pœnitentia, multa de Pœnitentia agenda differuntur, sed necessaria singulorum peccatorum confessio, à qua abhorrent Lutherani, silentio præteritur.

In Articulo IX. de auctoritate Ecclesiæ in discernenda, & interpretanda Scriptura, cùm libri Auctor, Ecclesiæ auctoritatem in capite suo residentem in Oecumenicis Concilijs ritè celebratis agnoscere debuisset, hæc silentio pressit, imò vt Pontificem, qui in dubijs consuli debet, excluderet. §. 6. hęc addidit. *Non est hæc auctoritas apud vllum priuatum requirenda, sed ad totam Ecclesiam, & ad communem consensum omnium piorum recurrendum est, quæ est vniuersitatis testificatio Spiritus Sancti.* Sub hac autem verborum latebra Lutherani, quia se solos pios iactabant, ipsorum consessui impio testificari Spiritum Sanctum somniabant. In Art. XVI. de Ecclesiæ Hierarchico Ordine Auctor libri collatam Petro, & Successoribus in omnes Patriarchas, & Episcopos auctoritatem extenuat, ac vult potestatem illi collatam, *Non ipsi soli, sed tamen ipsi principaliter cum alijs.* Constat autem ipsi soli supremum in omnes Principatum collatum ijs verbis: *Pasce oues meas, tibi dabo claues.* Et §. 7. Hæc verba ambigua repetit: *Patriarchæ, seù Primates initio tres tantùm numerabantur. Quorum Romanus veluti Cathedram Petri Vicaria successione obtinens, primus iudicatus est, non quòd dignitate Sacerdotij cæteros antecelleret, sed magis amplitudine solicitudinis, & prærogatiua iurisdictionis, vt Ecclesiæ vnitas conseruaretur, auteiret.*

In Articulo XX. §. 6. Libri Auctor fingit cum Lutheranis, Sacramentum integrum non sumi sub vna specie. *Cùm* (inquit) *iam plurima in Germania plebs persuasa sit, Christi mandatum, & institutionem, requirere, vt integra Sacramenta accipiat, & omninò cauendum, ne quis ad hæc sacrosancta mysteria participanda, cum mala conscientia accedat, opera pretium videbitur, si Ecclesia ad medendum his malis omnibus liberum faciat sub altera, vel vtraque specie communicare.* Quibus verbis insulsè fingit Auctor, tolli periculum, ne indignè sumatur Sacramentum, si sub vtraque specie sumatur.

In Articulo XXI. §. 9. disceptat Auctor de permittendis vxoribus Sacerdotibus. *Vetus* (inquit) *Ecclesia eos, qui tantùm vnius vxoris mariti essent ad Sacerdotium asciuit, ac decreuit etiam, ne tales vxores suas Religionis obtentu abijcerent.*

Cùm igitur tot erroribus liber refertus esset, non errauit Eckius, malè de illo sentiendo, immò ipsius Imperatoris, qui librum collocutoribus proposuit, intentio non fuit, vt mendacia approbarentur, sed vt ijs deletis, solummodò, quæ concordiæ deseruirent, firmarentur; & hoc significauit, qui librum collocutoribus tradidit, sic
,, loquens: [Cùm sit autem Cęsarea Maiestas,
,, vt in præsentiarum, quos Præsidentes, & au-
,, scultatores ordinauit, liber per capita legere-
,, tur, quo sic omnia, quæ ad concordiam mo-
,, menti aliquid habent, considnari possent; con-
,, trà verò, si quid occurret, quod non videtur
,, admittendum, aut reijciendum, id corrige-
,, rent, & emendarent.] Modò Epistolæ Episcopi Aquilani sequamur narrationem.

,, 11 Kalendis Maij, cùm interim fuerit, Chri-
,, sti

Goldast. to. 2. const. Imperial. in Dieta Ratisbonensi an. 15. p. 183. Imperatoris intentio non fuit errores libri approbare.

Digitized by Google

Apud Pallauic. tom. 1. lib. 4. c. 14. nu. 6. Sequitur narratio colloquij.

,, sti gratia, super Articulis de Peccato Originali, de Fide, de Iustificatione, de Operibus ,, concordatum, cæptum est agi de Sacramento ,, Eucharistiæ, vbi variæ fuerunt, suntque adhuc ,, difficultates, & contentiones.] Eadem in suis literis scripsit Cardinalis Contarenus, narrans, totam difficultatem in verbo Transubstantiationis versari, quod Lutherani nolebant audire; & quamuis Granuellanus totis viribus suaderet, (vt paulò infrà in Epistola Claudij Internuntij videbimus) auferendam esse hanc vocem, Legatus tamen, vt hoc fieret, nunquam suum præstitit ,, consensum. Sequitur Epistola. [Verùm vi- ,, dentes nostri, esse & inter ipsos dissidentes in ,, eo Articulo dissensiones, eò quòd Lutherani ,, asserant, in Eucharistia verum Christi Corpus, ,, Sanguinemque esse, Sacramentarij verò, quo- ,, rum primus est Bucerus, esse signum dumta- ,, xat, & commemorationem affirment, procu- ,, rarunt, vt priùs dissidentibus inter se, hoc est, ,, Melanchone, & Bucero, in eo ipso Articulo ,, conuenirent, sperantes posse deindè, longè fa- ,, ciliùs ad illius veritatem peruenire. Hæ dis- ,, sensiones magnam profectò causæ turbatio- ,, nem peperere, maximaque affecere molestia, ,, & Cæsarem, & Reuerendissimum Legatum, ,, ipsumque Dominum Granuellanum, neque ,, tamen à quoquam ipsorum vllum ad veram ,, concordiam fauens opportunum remedium ,, prætermissum est.

,, Ad VII. Idus Maij Præclarissimus Princeps ,, Brandeburgensis Elector, splendidissima cœna ,, Lantgrauium, Comitem Palatinum, Domi- ,, num Granuellanum, & Pratensem, Saxonisque ,, Consiliarios in domo sua benignissimè fuisce- ,, pit, vt tentaretur, an ipsa familiari commessa- ,, tione, possent eorum Principum animos, mul- ,, tis profectò, quibus vsi sunt, persuasionibus ad ,, huiusce Articuli veritatem, hoc est Eucha- ,, ristiæ veram, & ab vniuersali Ecclesia receptam ,, doctrinam perducere, fuitque cœna ipsa non ,, prorsùs inutilis.]

Et quidem causam fidei ad bonum portum adduxerant; quando eius veritatem inter pocula ,, & non in Sacris Scripturis reperire studebant. ,, Sequamur Epistolam. [Reuerendissimus Le- ,, gatus, D. Granuellanus, bonique omnes spe- ,, rant indubiè, dissidentes ipsos debere, post ,, multa conuinci, licèt, non absque summis la- ,, boribus, eò quòd dissidentium Theologi adeò ,, in persuadendis Populis processerunt, vt non ,, videant, quonam pacto nunc possint, absque ,, maximo Populorum indignationis periculo, ,, palinodiam canere, atque ob id totis viribus, ,, in sua opinione tuenda insistunt.] Idem Contarenus Legatus scribens, affirmat, Melanchonem, & Bucerum falsarum illarum opinionum quasi signiferos, veritatem confessuros fuisse, nisi timor Principum, quos seduxerant, illis impedimento fuisset. Prosequamur Epistolam. ,, [Speratur tamen, quòd si in hoc Eucharistiæ ,, Articulo conuenerint, in reliquis non erit ,, adeò laborandum; præter cætera id vnum est, ,, quod omnibus spem maximam facit, assertio ,, Cæsaris, se nullo hinc pacto, nisi rebus benè ,, compositis, discessurum, atque etiam, quod ,, omnia scitu, consilijsque Reuerendissimi Le- ,, gati in colloquio, à nostris Theologis tractan- ,, tur, & disputantur; his ad hunc diem sic se ,, habentibus, dignoscens Cæsar dissensiones, ,, ob eam, quam diximus, causam, quòd Po- ,, pulorum indignationem extimescant, non ,, posse ex obstinata eorum assertione detrudi; ,, esse tamen nonnulla media, quibus postea ,, tutiùs id, & ab ipsis, & à nobis agetur. Sta- ,, tuit, vt ipse Eucharistiæ Articulus in aliud ,, tempus reijceretur, atque interim procede- ,, retur ad aliorum concordiam, quod quidem ,, omnibus æquè probatum, gratumque exi- ,, tit; quare hodiè cæpta est discussio articuli ,, de Confessione, in quo & speratur concor- ,, dia, & vt in hoc, & in reliquis Christus Opti- ,, mus Maximus iuxtà promissum suum fauere ,, velit, impensè oratur. *Ratisbonæ VI. Kal. Iunias MDXLI.*

Pallauic. vbi supra num. 11. Doctores hæreticorum veritatem nō fatentur timore Principū.

Dominationum Vestrarum Reuerendissimarum seruus B. Episcopus Aquilanus.

Ex his colligitur sæculares Principes sese immiscere Theologicis disputationibus non debuisse, sed sententiam Pontificis exequi, & armis frangere rebelles, vt ex dicendis magis illustrabitur.

Pallauic. vbi supra num. 12.

Lib. 22. num. 50. Conueniunt Hæretici in minoribus difficultatibus.

12 In eo disceptationis æstu colloquutores de leuioris momenti difficultatibus tantùm conuenere, non de grauioribus, vt rectè adnotauit Belcarius [De quibusdam (inquit) non ,, ità magni momenti capitibus inter collo- ,, quutores conuenit, de præcipuis non conue- ,, nit, nempè de Ecclesia, eiusque potestate, ,, de Corporis, & Sanguinis Christi Sacramen- ,, to, quam Eucharistiam vocamus, de Satisfa- ,, ctione, de Vnitate, & Ordine Sacrorum Mi- ,, nistrorum, de Sanctis, de Sacra Liturgia, ,, quam Missam vocant, de vsu integro Sacra- ,, menti, id est, quod sit vnus integer sub vna ,, specie, de cœlibatu. Cæsari pridiè Kal. Iunij ,, redditus est liber, capitibus, de quibus conue- ,, nerant, emendatis.] Hoc idem Cochlęus hoc ,, modo. [Hi ergò vltrà mensis spatium consi- ,, deratè librum discutiebant, ac omnibus inte- ,, rim alijs Imperij negotijs posthabitis, & su- ,, spensis, in quibusdam tandem illius libri Ar- ,, ticulis concordarunt. Finito autem collo- ,, quio, Cæsari reddiderunt librum, non in ea ,, forma, qua acceperant, sed in alia, quam ,, concordiæ magis propinquam existimabant.]

In actis Luther. an. 1541.

Cæsar omnibus primùm cum Legato communicatis, Dietæ librum, simul cum difficultatibus, in quibus conuenerant, vel discrepauerant, proposuit, cunctosque rogauit, vt ad concordiam firmandam, omnia attentè considerarent, sicque ,, Dietæ locutus est. [Iam verò cùm Cæsareæ ,, Maiestatis voluntas, & consilia semper respe- ,, xerint, hodiernoque die respiciant, vt istud ,, negotium præcipuè ad Dei gloriam, & totius ,, Christianitatis, maximè verò omnium, ad ,, Sacri Imperij Romani tranquillitatem, & vni- ,, tatem decidat, quo semel pernicioſa ista in ,, Religione dissensio tollatur è medio, & quic- ,, quid hinc detrimenti accidere potest, præca- ,, ueatur, clementer & seriò rogat, & obtesta- ,, tur Sua Maiestas, Electores, Principes, & ,, cæteros Ordines Imperij, vt iuxtà ea, quæ ,, Sua Maiestas initio horum comitiorum pro- ,, posuit, ipsi omnes, & singuli, non minorem ,, diligentiam, ac studium, quàm Sua Maiestas ,, fecit, adhibere velint, & librum cum Articu- ,, lis Protestantium accuratè expendere, idque ,, primo quoque tempore, suas denique senten- ,, tias, & consilia ad Cæsaream Maiestatem re- ,, ferre. Neque verò solùm deliberare de articu- ,, lis concordatis, & inter se consultare, pro con-

Goldast. vbi supra pag. 283. num. 5. Cæsar cū Legato omnia communicat.

,, ditio-

Goldaſtus vbi ſupra pag. 222.

,, ditione, & neceſſitate rerum, quantum ipſis ,, vtile, & expediens viſum fuerit, vt ſic incom- ,, moda plurima vitari poſſint.] Catholici, Proteſtanteſque librum acceperunt, ſimul cum alijs ſcripturis, in quibus res concordatæ adnotatæ erant, quibus Principes Catholici iſtud dederunt reſponſum.

Reſponſum Electorum, & Principum Romanum Pontificem agnoſcentium datum Imperatoriæ Maieſtati de actis colloquij.

Principes & Electores Catholici reſpõdent Imperatori.

,, 13 Poſtquam Inuictiſſimus Imperator, Do- ,, minus Noſter Clementiſſimus, Electoribus, ,, Principibus, & Statibus clementer patefecit, ,, & ſcripto comprehenſa offerri curauit, ea, ,, quæ conſignata fuerunt à collocutoribus, ,, quos Sua Maieſtas ad id (cùm hoc ſibi com- ,, munes Status detuliſſent) delegit, vt viam, ,, & rationem ad conciliandam religionem, ,, citrà tamen aliquod præiudicium quærerent, ,, petijtque Sua Maieſtas, vt ab Electoribus iſta ,, cognoſcantur, ſuamque ipſorum ſententiam ,, hi ſuper iſtis rebus Imperiali Maieſtati com- ,, municent: Electores, & cæteri Principes, ,, atque horum abſentium Legati arduum iſtud ,, negotium, pertinens nimirùm ad gloriam, ,, & honorem Dei Omnipotentis, ſalutem ani- ,, marum, & communem Germanicæ Natio- ,, nis vtilitatem, diligenter, quantum per tem- ,, poris breuitatem licuit, expenderunt. Ad ne- ,, gotium igitur huiuſmodi commodè expe- ,, diendum, vtile, & conſultum eſſe videtur, ,, vt Cæſareæ Maieſtati ſcripta ſex collocuto- ,, rum, in quibus de articulis Religionis con- ,, trouerſis agitur, iterum reddantur, Snaque ,, Maieſtas, tanquam Aduocatus, & Defenſor ,, Eccleſiæ Catholicæ humillimè rogetur, vt ,, cum Legato Pontificio, iuxta decretum Ha- ,, ganoenſe, ſex collocutorum ſcripta cogno- ,, ſcere, & communicare velit; præcipuè verò ,, articulos, in quibus collocutoribus conue- ,, nit, exacta, & ſumma diligentia examinare, ,, ità vt ſi quid in collocutorum ſcriptis reper- ,, tum fuerit, quod vel ſententia, vel verbis ,, pugnet cum Sanctis Patribus, & laudabili ,, Eccleſiæ conſuetudine, ſi quid adhuc forſan ,, abuſuum in Eccleſia deprehenſum fuerit, id ,, mutetur, emendetur, tollatur; præterea ſi ,, opus ſit declaratione aliqua, ad ea elucidan- ,, da, quæ in Articulis obſcuriùs poſita ſunt, ,, ea vt adijciantur: huiuſmodi verò reſolutio- ,, nem factam referendam, quàm primùm ,, fieri poteſt, ad Status Imperij, vt ſic cum ,, Imperatoris Maieſtate iuxta id quod initio ,, Comitiorum ipſa propoſuit, concorditer ,, Status de his rebus agere poſſint. Vt de- ,, nique Imperatoris Maieſtas dare velit ope- ,, ram, vt Proteſtantes conſentiant in aliquam ,, Chriſtianam formam, & rationem conci- ,, liandi cæteros articulos nondum concilia- ,, tos, quòd ſi nec à Proteſtantibus impetrari ,, poterit, eſt ad generale Concilium recurren- ,, dum, aut ſaltem ad Nationalem Synodum ,, (ſi habendi generalis nulla fuerit ſpes) modò ,, illa ritè, & legitimè conuocetur, quo tandem ,, in Germanica Natione, Chriſtiana pax, & ,, tranquillitas conſeruari poſſit.] Petitioni Catholicorum Principum Imperator reſponſum ſubiectum dedit.

Goldaſt. vbi ſupra pag. 223.

Reſponſum Imperatoris Electoribus, cæteriſque Principibus, qui articulos conciliatorios ad Legatum Romani Pontificis reijciendum petebant redditum.

Imperator reſpõdit Catholicis.

,, Imperatoria Maieſtas, Clementiſſimus D. ,, Noſter, reſponſionem Electorum, Principum, ,, Statuum, & Legatorum eorum Principum, ,, qui adſunt, pertinentem ad cauſam Religio- ,, nis, & ad librum eis à Sua Maieſtate oblatum, ,, probè intellexit. Sperauerat autem Sua Maie- ,, ſtas, Electores, Principes, ac reliquos Status, ,, poſtquam ſatis longo tempore librum habue- ,, runt, ac eum proculdubio examinarunt, ali- ,, quanto explicatiùs, & clariùs expoſituros ,, ſuam ſententiam. Porrò quia ſemel in ea ,, ſententia, quam obtulerunt Imperatoriæ Ma- ,, ieſtati, obfirmarunt animos, ne officio ſuo ,, deeſſe Sua Maieſtas cuiquam videri poſſit, ni- ,, hil ipſa intermiſſuram ſe offert in hac re, ,, quod quidem Suam Maieſtatem decet. Trade- ,, re itaque librum Legato Pontificio parata eſt, ,, ac cum eo communicare quo de huius etiam ,, ſententia fieri certior poſſit.] Accepit Lega- tus librum ab Imperatore, & ſequens reſponſum dedit.

Ext. in ms. Card. Pyſig. to. 64. pag. 3. Ext. etiam apud Melch. Goldaſt. tom. 2. pag. 223.

,, 14 Nos Gaſpar miſeratione Diuina Tituli ,, S. Apollinaris S. R. E. Presbyter Cardinalis ,, Contarenus, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę ,, & Sanctę Sedis Apoſtolicę in partibus Germa- ,, niæ de latere Legatus, requiſiti à Cæſarea Ma- ,, ieſtate, ſuo, ac Reuerendiſſimorum, & Illu- ,, ſtriſſimorum Principum Sacri Romani Impe- ,, rij nomine, quid nobis videatur de his, quæ ,, in negotio Religionis tractata ſunt inter col- ,, locutores Catholicorum, & Proteſtantium à ,, Cæſarea Sua Maieſtate, cum quibuſdam apo- ,, ſtillis vtriuſque partis, necnon in quibuſdam ,, quaternionibus Proteſtantium; dicimus, quòd ,, omnibus benè diſcuſſis, & conſideratis, nobis ,, videtur: cùm Proteſtantes in nonnullis arti- ,, culis diſcedant à communi conſenſu Eccleſiæ ,, Catholicæ, in quibus tamen non deſperamus ,, aliquando ipſos quoque (Deo benè iuuante) ,, nobiſcum conſenſuros, nihil ampliùs de reli- ,, quis omnibus agendum, ſed remittenda Sum- ,, mo Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi, qui vel in ,, Concilio generali, cuius celebratio non multo ,, poſt fiet, vel modo alio magis opportuno, ſi ,, res ita exegerit, ea poterit iuxta Catholicam ,, veritatem definire, necnon habita rerum, & ,, temporum ratione ſtatuere, quæ videbuntur ,, fore expedientia Reipublicæ Chriſtianæ, & ,, huic inclytę Nationi Germanicæ.

Reſpõſionẽ Legati ma è intelli unt, & calumniant.

Licèt ſententiam ſuam ſat nitidè Cardinalis Legatus expoſuiſſet, tamen illius verba nonnulli in contrarium ſenſum torquebant, quaſi ille ſenſiſſet ea capita præſcripti libri, in quæ colloquutores conſenſerant, vſque ad futurum Concilium veluti definita tenenda eſſe: erant verò aliqua, in quæ Catholici colloquutores conſenſerant, quæ pugnabant cum recta fide, ſiuè Iulius Pflugius, & Ioannes Gropperus Theologica ſcientia non ita expoliti eſſent, ſiuè ſtudio concordiæ ad ineundam Cæſaris gratiam, Lutheranis plus æquò abblandirentur. Cùm enim Lutheranum dogma in eo cardine maximè vertatur, hominem ſola fide iuſtificari; atque etiam eam fidem diſertè ſtatuant eſſe fiduciam, ſiuè perſuaſionem, qua impius credat, ſe per fidem iuſtitiam Chriſti apprehendiſſe, & hæc fuerit lata perditionis porta, per quam improbi Catholici ſine operibus fidem ſufficere malè à Luthero perſuaſi, ad inferos præcipitati ſunt; ac licèt hæc propoſitio de ſola fide in alio Auguſtano conuentu diſputante Ioanne Eckio ab ipſis Lutheranis damnata fuiſſet, tamen

in

in hoc extremo colloquio Pflugius, & Gropperus (reclamante Ioanne Eckio) malè cum Lutheranis, hominem ſola fide iuſtificari, conſenſerunt, vtrefert Ioannes Eckius in ſua aduersùs Bucerum Hæreſiarcham de Pflugij, & Gropperi lapſu triumphantem Replica: [Quomodo, inquit, ad omnes articulos conſenſi, qui diſſenſi a quinto, immò fortiter reſtiti, vt in Apologia liquet, & ſupra in hac Replica, imò omnes Lutherani non poſſunt vnquam mihi perſuadere, vt aſſentiar ſolam fidem iuſtificare? Sed obijcis: Permiſiſti? fateor, dum vos tres ſectarij acceptaſtis articulum, & mei Collegæ duo vobis ſubſcriberent, & Præſides maiorem numerum attenderent, & ego pro debito officio dictante conſcientia, & obedientia Cæſaris ex Scripturis, & alijs certò oſtenderem articulum falſum, & nihil mihi reſponderetur: quid amplius facere debui, & fruſtrà niti, profectò reclamare non eſt conſentire. Confidebam coram Legato, & Ordinibus Imperij, reſarcire ea, quæ Catholica ſunt, & in colloquio obtinere non potui.

Io. Eck. in Replica aduerſ. Bucer. p. 75.

Porrò, grauiſſimè lapſi ſunt Gropperus, & Pflugius conſentiendo Lutherano errori, à quo meliùs edocti diſceſſerunt; cùm nuſquam in tota Scriptura legatur, ſola fide iuſtificationem conferri; imò contrarium nitidè atque expreſsè Chriſtus, atque Apoſtoli docuerint: nam a Math. 7. dixerat de credentibus mandata non ſeruantibus. *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in Regnum Cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum Cœlorum.* Paulus etiam in epiſtola ad Rom. cap. 2. pronuntiat. *Non auditores Legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores Legis iuſtificabuntur.* Et in epiſt. ad Corint. *Si habuero omnem fidem, ita vt montes tranſferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Et quia hæc hæreſis de ſola fide olim Apoſtolorum temporibus peruaſerat in plures impios, ideò Iacobus Apoſtolus in eam pluribus verbis declamauit. *Non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis beatus in ſuo facto erit*, & iterum cap. 2. *Si fidem quis dicat ſe habere, opera autem bona non habeat, numquid poterit fides ſaluare eum? Et rursùs, fides ſi bona opera non habeat, mortua eſt in ſemetipſa*, & in fine eiuſdem capitis. *Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm, id eſt non ex fide ſola*; Aduersùs tot perſpicua teſtimonia obijciebant plures argutias Lutherani petitas ex depraua Scripturæ ſenſu, veluticam Apoſtoli ad Romanos ſententiam: *Arbitramur iuſtificari homines per fidem ſine operibus Legis*. Reſpondetur non dici per fidem ſolam, & per Legem intelligi opera, & vires naturæ, vel Legem Moſaicam, & cæremonialem, de eadem etiam loquitur manifeſtè in epiſtola ad Galatas: *Scientes, quòd non iuſtificatur homo ex operibus Legis niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, non ex operibus Legis*. Hunc verò eſſe ſenſum Apoſtoli, ex antecedentibus & conſequentibus patet, vt ait Hilarius, *circumſtantiæ Scripturarum ſolent Scripturæ ſenſum aperire*.

a *Matth. cap. 7.*

Rom. c. 2.

Ad Corinth. cap. 13.

Iacob. in epiſt. c. 1.

Cap. 2.

Paul. ad Rom. c. 3.

Paul. in epiſt. ad Gal. c. 2. vers. 16.

Dùm verò præſenti anno vigeret hæc controuerſia, Contarenus Cardinalis Legatus publico ſcripto profeſſus eſt, non ſe amplecti capita doctrinæ, quæ colloquutores non ponderatis ſententijs, ſed numeratis admiſerant, atque ea ad Pontificem vel Concilium referenda, ac dirimenda promulgauit, tùm etiam quæ ſibi erant falsò impoſita confutauit.

,, 15 Nos Gaſpar miſeratione Diuina Tit. ,, S. Apollinaris S. R. E. Presbyter Cardinalis ,, Contarenus, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę, ,, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ in partibus Germaniæ de latere Legatus, poſtquam ſcripturam noſtram, quam nuper in negotio Religionis ſuper tractatu colloquutorum à Cæſarea ,, Maieſtate in eadem Religionis cauſa deputatorum eidem Cæſareæ Maieſtati obtulimus, ,, variam à Principibus, & Statibus Imperij interpretationem fieri intelleximus, quibuſdam ,, ita interpretantibus, quaſi quoſdam articulos, quos quidem concordatos eſſe contendunt, acceptandos, & vſque ad futurum Concilium tolerandos, & ab omnibus ſeruandos ,, eſſe voluerimus, alijs contrà putantibus, non ,, totum hunc colloquutorum tractatum, omniaque, quæ in ipſo acta, & quomodocumque ,, diſputata ſunt, ad deciſionem Summi Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis in Concilio generali, &c. remiſiſſe. Nos, ne vlla in hac parte dubitatio relinquatur, ſed vt mens, & voluntas noſtra clarè intelligatur, ſic mentem, ,, voluntatemque noſtram declaramus, nihil ,, in hoc toto negotio per prædictam noſtram ,, ſcripturam quacumque ratione decidere, aut ,, quod aliqui articuli prædicti tractatus acceptentur, aut vſque ad futurum Concilium tolerentur, vel ſeruentur, definire voluiſſe, ſicut ,, nec adhuc quidem decidimus, aut definimus, ,, ſed tractatum prædictum totum, omneſque ,, eiuſdem articulos Summo Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi in Concilio generali, vel in alio, ,, vt in ſcriptura diximus, &c. definiendum ,, remiſimus, quemadmodum & adhuc remittimus, quam quidem ſententiam noſtram, vt ,, antea Cæſareæ Maieſtati ore declarauimus, ,, ita nunc hoc ſcripto teſtamur, & confirmamus. Ita eſt, Cardinalis Contarenus Legatus ſcripſit.]

Ext. apud Goldaſt. tom. 2. pag. 225. Legatus Contarenus ſe de obiectis purgat, quæ calumniosè illi aſcripſerant.

16 Principes Catholici poſt primum reſponſum, aliud vt ſequitur dederunt.

Goldaſt. cont. Imper. tom. 2. p. 227.

Reſponſum Principum, Romanum Pontificem agnoſcentium, datum Imperatori ad propoſitam de Religionis negotio declarationem.

,, Catholici Principes, ac Status quantum ,, per temporis breuitatem licuit, expenderunt ,, ſcriptum recenter ipſis ab Imperatoria Maie,, ſtate oblatum, vnà cum reſolutione Pontificij ,, Legati. Probè verò memoria repetunt Impe,, ratoriam Maieſtatem, & in alijs Comitijs, & in ,, præſentibus, mirificum laborem, ac ſtudium ,, ſemper adhibuiſſe, vt Religionis controuerſię ,, componerentur, ac de reformatione Chriſtiana cogitarent, de qua voluntate Catholici ,, Principes, & Status ſuæ Maieſtati humillimè, ,, & cum omni ſubmiſſione gratias agunt.

Principes Catholici aliud reſponſum dederunt.

,, H. Quia verò Imperatoria Maieſtas ſignificauit, ſe intra paucos dies hinc diſceſſuram, ,, non videtur eſſe neceſſarium, vt Status ſuperuacaneis, ac prolixioribus ſcriptis, aut diſputationibus Suæ Maieſtati ſint moleſti, tùm vel ,, eam, vel ſeipſos diutiùs remorentur, ſed in ,, hoc potiùs incumbendum, vt Chriſtianè tandem finis huic negotio imponatur, ita tamen, ,, vt tantiſper, dum id fit, Imperatoria Maieſtas ,, adſit. Quod, vt faciat, humillimè roganda eſt.

,, III. Vt autem ad Imperatoriæ Maieſtatis ,, ſcriptum reſpondeatur. Initiò fatentur Sta,, tus, ſibi compertum eſſe, quòd in Germania,

,, &

Digitized by Google

,, & alijs Nationibus, immò toto propè Orbe
,, Christiano non pauci abusus, sectæ, hæreses,
,, & schismata passim obtinuerint, quæ omnia
,, sine generali Concilio extirpari, aut emenda-
,, ri nequaquam potérunt.

,, IV. Fatentur etiam Status Catholici, non
,, decere se, vt immutationi alicuius Religio-
,, nis, Cęremoniarum, aut Rituum (quę per ali-
,, quot centenos annos durarunt, partim etiam
,, à Concilijs sunt instituta) vel consentiant, vel
,, mutari talia permittant, eò quòd Summus
,, Pontifex per suum Legatum sese offert ad ce-
,, lebrandum Concilium intra breue tempus,
,, velitque hac de re Imperatoria Maiestas in
,, propria persona colloqui cum Summo Ponti-
,, fice. Quod propositum Pontificis, Status Ca-
,, tholici supplicant eidem Pontifici vt exequa-
,, tur, & omni amota procrastinatione, Chri-
,, stianum, & generale Concilium indicat, indi-
,, ctumque haberi curet in loco aliquo commo-
,, do Germanicæ Nationi, quo sic multarum
,, animarum perditio præcaueatur.

,, V. Porrò, si negotijs sæcularibus impediti
,, Potentatus Christiani in propria persona ve-
,, nire ipsi ad Concilium non possent, nihilomi-
,, nùs tamen, vt Concilium procedat, Summus
,, Pontifex dare operam debet, simulque apud
,, Potentatus, qui ipsi Concilio comparere non
,, poterunt, diligentissimè instare, vt hi suo no-
,, mine, & loco, eruditos, probos, & idoneos
,, plena cum potestate Commissarios mittant, vt
,, semel Christianitas ipsa in formam, & vitam
,, verè Christianam restituatur, errores extir-
,, pentur, Dei denique ira, & plagæ imminentes
,, auertantur.

,, VI. Quòd si huiusmodi generale Concilium
,, non impetratum fuerit (quod tamen Status
,, Catholici confisi promissis Summi Pontificis,
,, & Imperatoriæ Maiestatis minimè fore pu-
,, tant) etiam atque etiam orant Status, vt Sum-
,, mus Pontifex, & Imperatoria Maiestas dare ve-
,, lint operam, vt saltem in Germania nationa-
,, le Concilium habeatur. Iam si nec ipsa ratio
,, habendæ nationalis Synodi Summo Pontifici
,, & Cæsareæ Maiestati placuerit, rogant Status
,, vt iuxtà id, quod Sua Maiestas facturam se,
,, & curaturam recepit, sine omni dilatione, in
,, Imperium Germanicæ Nationis venire velit,
,, atque conuocatis Statibus, denuò tentare, vt
,, errores extirpentur, ac omnia, quæ praue in-
,, tellecta, & accepta sunt, Christianè discutian-
,, tur. Atque istæ viæ solę restant, quibus saluti
,, Christianorum consuli poterit, adeò vt nisi
,, aliqua istarum ineatur, magis, atque magis
,, in se diuidetur Germanica Natio, eiusdem glo-
,, ria, honos, & opes interibunt, atque id genus
,, plurima incommoda ad vicinas etiam Natio-
,, nes pertinget, dictis consensere funesti exitus.

,, VII. Secundò, Catholici Status decreue-
,, runt apud se, quòd auxilio Dei, constanter
,, adhærere velint nostræ veteri Religioni, &
,, verę fidei, quemadmodum hęc in sacris Euan-
,, gelijs, Concilijs, Statutis, & Ordinationibus
,, Christianæ, & Catholicæ Ecclesiæ, ac doctri-
,, na Sanctorum Patrum, ab Apostolorum tem-
,, pore, vsque ad hodiernum diem mansit, &
,, obseruata est.

,, VIII. Præterea, Recessus, ordinationes, &
,, mandata per Imperatoriam Maiestatem, &
,, Status Catholicos, præcipuè verò decreta
,, Augustani conuentus, in quæ tamen commu-
,, niter à Statibus consensum est, sequi, & his pa-
,, riter firmiter in animum induxerunt, indubi-
,, tatò sperantes, quòd reliqui Status omnes, qui
,, in Augustanum Recessum consenserunt, eidem-
,, que sigillis etiam suis appositis subscripse-
,, runt, promissis insuper auxilijs Imperatoriæ
,, Maiestati, paulò post Ratisbon. iterum ratam
,, habuerunt subscriptionem Augustæ factam,
,, & tandem Haganoæ tertiò Electores, & Prin-
,, cipes, qui istic in propria persona fuerunt,
,, eundem Augustanum Recessum denuò appro-
,, barunt, seruandumque receperunt, adeò vt
,, sese obtulerint collocutoribus de defensione,
,, si quid tentaretur aduersus Recessum Augusta-
,, num, quemadmodum in decretis eorum Co-
,, mitiorum, & scriptis in illis exhibitis conti-
,, netur. Maximè verò inhærendum Augustano
,, Recessui Principes censent, & adeò nullo mo-
,, do recedendum, cùm Imperatoria Maiestas,
,, & in eisdem Comitijs, & hic, cùm in prima
,, sua propositione, tàm formula deliberationis,
,, de Recessu hic continuando, eundem Recessum
,, Augustanum ipsa quoque saluum manere se
,, velle declarauerit.

,, IX. Tertiò, cùm Imperatoria Maiestas
,, ex singulari proculdubio clementia, proponit,
,, Suæ Maiestati videri articulos, in quibus in-
,, ter collocutores conuenit, & qui conciliati
,, sunt, sine vlteriori discussione, vsque ad Con-
,, cilium recipiendos esse, & approbandos, &c.
,, Respondent Status, se in hoc nullo pacto con-
,, sensuros, neque enim id videri consultum ob
,, sequentes causas. Primùm namque à collo-
,, quutoribus positi sunt articuli aliquot mini-
,, mè necessarij, superuacanei, & de quibus nul-
,, la antehac controuersia, nec hodie est si-
,, cut primus, secundus, tertius, & quartus.]
,, Absurdum autem videri, vt articuli nunquam
,, controuersi concilientur. Præterea quartus
,, articulus de Peccato originali, non hic est
,, conciliatus, sed Wormatiæ; alia tamen for-
,, ma, quàm nunc est in scripto oblato, propo-
,, situs. Secundò, maximopere necessarium
,, erit, vt ab vtraque parte denuò eligantur, qui
,, nouo colloquio, & disputatione excutiant om-
,, nia. Extant enim verba in scripto commemo-
,, rato, quæ non sunt consentanea consuetudini
,, Ecclesiæ, & formis loquendi à Patribus vsita-
,, tis. Ad hæc insunt scripto dogmata quædam
,, minimè admittenda, quæ partim obliteranda
,, sunt, partim mitiganda, & in aliam formam
,, redigenda, præstiterit itaque negotium istud
,, ad menses adhuc aliquot differre. Tertiò, hi
,, articuli solum conciliati sunt, qui minoris
,, momenti sunt, & de quibus inter doctos non
,, magna antehac fuit controuersia, qui denique
,, non tam periculosam offensionem apud plebẽ
,, vulgò excitarent, quàm alij nondum conci-
,, liati. Et quia pręcipui articuli, atque adeò ij,
,, quibus Christiana fides nititur, vt est articu-
,, lus de Venerando Sacramento veri Corporis,
,, Sanguinis Christi, de Adoratione, & refer-
,, uatione eiusdem; Communione Sacramenti
,, sub vtraque specie: Confessione, Pœnitentia,
,, & Satisfactione &c. Hi nimirùm non solùm
,, non conciliati sunt, sed à Protestantibus ve-
,, hementissimè impugnati, adeò vt de his nul-
,, la conciliatio speranda sit. Quinimmò
,, collocutores Catholicæ partis plusculum
,, (quàm decebat) in his concesserunt Prote-
,, stantibus, ita vt, quæ admissa sunt ab illis,

emen-

Digitized by Google

,, emendatione, & declaratione habeant opus.
,, X. Quartò, quoniam ſi reciperentur articuli conciliati, multis modis poſſet imminui ,, exiſtimatio Summi Pontificis, Imperatoriæ ,, Maieſtatis, & Status Catholicorum, hique ,, omnes, ne ſe hoc nomine variis obtrectationibus exponant, quod periculum eſt: videtur ,, Catholicis Statibus conſultius, & melius eſſe, vt ſuo loco ſcriptum colloquutorum relinquatur, & omnia negotia ad Religionem ,, pertinentia differantur ad Concilium vel Generale, vel Nationale, vel ſaltem ad conuentum omnium Statuum Imperij, quemadmodum etiam reſolutio Pontificij Legati conſulit, ,, vt iſta omnia ad Concilium Summi Pontificis ,, reijciantur.]

17 Lutherani etiam ſuam protulerunt reſponſionem, quam libro, & ſcriptis ab Imperatore oblatis reddiderant; in qua Catholica dogmata pertinaciſſimè oppugnarunt, editis ſcriptiunculis, quæ Alphabeti literis decem diſtinctæ fuerunt. In primis aduersùs auctoritatem Conciliorum, prætulere Concilijs deprauatas, diſtortaſque Scripturæ interpretationes, ab ipſis confictas.

Goldaſt. tom. 2. pag. 300.

,, [Semper (inquiunt) tenenda eſt regula, maiorem eſſe auctoritatem verbi Domini nobis ,, propoſiti in Scripturis Propheticis, & Apoſtolicis, quàm vllius hominis, vllorum Epiſcoporum, vllarum Synodorum, aut totius ,, Eccleſiæ.] Hęc perfidi. Quaſi verò Synodi pugnantia cum Scriptura dicerent, ac non potiùs contendatur, Concilia Oecumenica melius interpretari ſacram Scripturam, quàm peruerſi iſti homunciones interpretentur.

Aduersùs articulum de Tranſubſtantiatione contendere *a* Carnem, & Sanguinem Chriſti cum pane, & vino ſumi, & exhiberi, & nefarij erroris cùm deeſſet probatio, verba Hilarij, quibus ipſi damnantur, afferre non erubuerunt: [Hilarius, inquit, Domini profeſſione, & fide noſtra ,, verè Caro eſt, & verè Sanguis.] Verùm ex integra Hilarij ſententia conſtat, eum loqui de pane & vino ritè conſecratis, tunc ſunt obiectum fidei: ait enim poſt ſumptionem Chriſtum manere in nobis per aliquam moram.

a Ibidem in Script. fig. lit. b.

Aduerſus articulum de Pœnitentia, & Confeſſione obiecere *b* inſulsè Lutherani. Conijcerentur conſcientiæ in periculoſam dubitationem, ,, ſi putarent omnium enumerationem neceſſariam eſſe.] Satisfactionem etiam veluti inductam à recentioribus tollendam contenderunt. Traditiones, ieiunia, dieſque feſtos, detortis in prauum ſenſum oraculis *c* damnarunt, cultum & inuocationem Sanctorum, *d* incruentum Miſſæ Sacrificium, vt Sacrificium *e* non admiſere, priuatas Miſſas reiecere, *f* Communionem ſub vtraque ſpecie retinendam contendere, *g* Sacerdotes ad cœlibatum cogi *h* noluerunt, abuſi eo Apoſtoli oracuło, *habeat vnuſquiſque vxorem ſuam*, cùm Apoſtolus in eo textu de Sacerdotibus non loquatur, vel cœlibatus voto adſtrictis; & aliàs dicat, habentes damnationem, quia fidem primam irritam fecerunt. Præter hæc impia ſcripta, quibus Catholicos ignorantiæ, ſuperſtitionis, ſtultitiæ, vitiatæ veteris diſciplinæ Eccleſiaſticæ calumnijs onerarunt, etiam Philippus Melanchthon duo ſcripta nefaria Cęſari obtulit; in priore deblaterabat id, quod dictum erat, nos per fidem efficacè iuſtificari, nimirùm intelligendum per fiduciam apprehendentem miſericordiam propter Chriſtum promiſſam, non verò per efficacem fidem, id eſt operantem, ſiuè cum operibus, vel fide nos prępparari ad iuſtitiam, ſiuè charitatem, vt Catholici ſentiebant: permittendas etiam vxores Sacerdotibus idem Melanchthon declamauit; in ſecundo verò de emendandis Eccleſiaſticis abuſibus plura effutijt: homo enim hypocrita, cùm trabem geſtaret in oculo, in Preſulum, & Sacerdotum Catholicorum oculis feſtucam vidit, nec ſacrificos conſecrari voluit, qui repetendis Miſſis victum quęritarent. Pari impudentia Martinus Bucerus trium inceſtarum nuptiarum, & maximorum ſcelerum reus, de diſciplina Chriſtiana in Clero, & populo reſtituenda, impium, ac ſceleratum libellum multis hypocriſis phaleris ſubornatum porrexit, in quo conſuluit, vt Epiſcopi, relicta alijs Sacrorum cura, Principatum ciuilem adminiſtrarent, ac Sacerdotes geniales thalamos pro Altaribus colerent, quos concubinis inſtructos ſub coniugij ſancto nomine puros, & caſtos futuros delirauit, vniuerſum Eccleſiæ ordinem euerſum voluit, diuina officia ſuſtulit, Pontificem Antichriſtum eſſe, Catholicos à ſalute deuios, orthodoxam veterem Religionem vitiatam, blaſphemijs hiſce de ſua ſuorumque ſalutis perditione gloriabundus aſſeruit. [Dum aliæ ,, (inquit) nationes ſiuè ignoratione veritatis, ,, ſiuè prauis cupiditatibus, ſiuè oppreſſione tyrannidis Antichriſti impeditæ, ſalutem ſuam ,, negligunt, & vitiatas Religiones, quas repurgatas malunt, ob id non eſt nobis noſtra ,, ſalus negligenda.]

ibid. pag. 218.

ibid. pag. 211.

Art. de diſciplina populi §. 18.

Deteſtanda hæc ſcripta Chriſtianus Daniæ Rex, itemque Dux Holſatiæ, nec non Saxoniæ, Pomeranię, Mechelburgi, Brunſuici, Wittembergę Duces, Georgius Marchio Brandeburgicus, Philippus Haſſię Lantgrauius, ac plures alij Principes, & Ciuitates liberę comprobarunt.

18 Cùm ſpes concordię omninò euaniſſet, de tolerantia politica, ſed nefaria permittenda incœpta eſt negotiatio, ſimulque ad reprimendos Lutheranorum impetus, de Catholico fœdere inter Imperatorem, Regem Ferdinandum, alioſque Catholicos Principes magis firmando actum eſt. Quare Pontifex à Legato Contareno, & ex epiſtolis ſequentibus de huiuſmodi tractationibus certior factus, Cardinali Contareno grauem dedit admonitionem, vt conſtat ex literis, quas referemus poſt epiſtolas Claudij Internuntij hic ſubiectas.

De tolerantia agitur.

Significauit Alexandro Cardinali Farneſio Claudius Internuntius, datis Ratisbonę literis XXIX. Maij MDXLI. Se conueniſſe Granuellanum nomine Cardinalis Legati, monuiſſeque circa articulum de Tolerantia, eam fieri non poſſe vlla ratione, quia Diuinum Numen lęderetur, cui ratio omnium reddenda ſit: agi de ſalute animę, atque honore Reuerendiſſimi Legati, necnon Cęſaris, atque ipſius Granuellani: prętereà ex huiuſmodi tolerantia nullum bonum, ſed maius omninò malum conſequuturum. Cùm enim diſſenſio prorsùs in ſenſu, & dogmate conſiſtat, aduerſarios inuolutę concordię ſpecie perſuaſuros populis Eccleſiam Catholicam eorum hęreſi aſſenſiſſe, flexuque temporis maius ſchiſma futurum Catholicis eorum hęreſi diſſentientibus, vel ſi aſſenſerint, omnes euaſuros Hęreticos: ac fuſiùs ſe demonſtraſſe, Legatum quidem pacis cupidiſſimum eſſe, ſed priùs extrema quęque paſſurum, mortemq; oppeturum, quàm tolerantiam falſorum dogmatum contra clara, & illuſtria fidei decreta. Tùm verò Granuellanum verbis extenuaſſe

Ext. in mss. Arch. Vat. fign. n. 3226. pag. 155. Ex Ital.

b ibid. in Script. fig. lit. c.

c ibid. fig. lit. d.

d ibid. fig. lit. e

e ibid. fig. lit. f

f ibid. fig. lit. g

g ibid. fig. lit. h

h ibid. fig. lit. i

ibid. pag. 207.

rei dignitatem, ac pondus vocis *Transubstantiationis*; dixisseque eam esse subtiliorem, & pertinere ad doctos, non ad populum, cui credere sufficiat, Corpus Christi esse in Eucharistiæ Sacramento, in eoque adorandum; sublataque ea difficultate, alios articulos facilè conciliatum iri, excepto eo de recensendis in Confessione peccatis: atque optimè sperare, in Comitijs Pontificum Primatum communi Principum consensu confirmandum, seque in id summa contentione incumbere, atque rem à se impetratum iri: qua perfecta ab Oratoribus Regis Angliæ se factum certiorem, Angliæ Regem arbitrio Cæsareo permissurum, vt actionem, ac munus reconciliandi illius Pontifici in se susciperet, sperareque rem ex sententia successuram, quo in Ecclesiæ gremium reuocato, etiam Lutheranos ad eos articulos, qui modò impetrari ab ijs non possent, redactum iri, temporique seruiendum, ac propterea sibi videri, morosiùs eam tolerantiam non reijciendam, ex qua tantum bonum consequeretur; nec propterea dici posse, vt Imperator, vel nos ipsi iuremus in verba aduersariorum, cùm aduersarij ipsi deprecaturi sint Imperatorem, vt eos vsque ad Concilium toleret, modò verò vt prætereatur silentio vox Transubstantiationis, ne illi repugnare cogantur: aliquos verò ex ipsis Theologis Lutheranis, atque maximè Bucerum pollicitos, se, cùm hinc discesserint, sensum Transubstantiationis prædicaturos. Ad quæ subiecit Claudius, numquam Legatum assensurum, vt conspicua fidei decreta tot sæculis culta in dubium adducerentur. Cui Granuellanus subdidit, cùm Imperator, neque eius Senatores sint Theologi, harum rerum munus, ac Prouinciam prætermissuros: verumtamen grauiora à se præuideri incommoda, si concordia non coiret, breuique temporis lapsu vniuersam Germaniam in Lutherismum prolapsuram. Tùm Claudius subintulit aliam rationem pro conseruandis Catholicis iniri posse, si cum Legato conferret, eamque strictim attigit. Subiunxit verò Granuellanus, si nitidè opiniones vtriusque partis illustrarentur, discordes futuras, ac Germaniam in maximo discrimine hæsuram, nec ius administrari in Iudicio Cameræ, nec Prouinciam conseruari posse (noluit enim dicere nulla auxilia à Lutheranis aduersùs Turcas elici posse), Interrogatus à Claudio Granuellanus, si concordia sanciretur, quo tempore Concilium celebrari posset. Respondit, de ea re actum iri cum Pontifice, ac velle Lutheranos, vt ipsorum Doctores illi interssint. Cùm hæc omnia Claudius Pontificio Legato retulisset, ille in susceptа sententia immotus perstitit, nulla ratione permitti articulum de tolerantia posse, neque vt Transubstantiationis vox silentio premeretur: se porrò dubitare admodum, ne dissentiente etiam Legato, concordia à politicis subdola & fallax concilietur, vt Lutheranorum auxiliaribus armis vtantur, atque ex hoc colloquio, Germaniam in concordiam suspensa fide, ac Religione, vel potiùs omninò euersa redituram, quamquam tamen hi Cæsarei Administri semper profiteantur, nil à se constitutum iri sine Pontificis, Administrorumque eius voluntate. *Ratisbonæ XXIX. Maij MDXLI.*

Perpende Hæreticorum versutias.

19 Quarto post die alijs literis significauit idem Claudius Cardinali Farnesio, Contarenum Legatum, vltima Maij à Cæsarea Maiestate accersitum fuisse, atque illi expositum colloquij exitum, librumque illi consignari iussum, de quo disceptatum erat vnà cum scriptis Lutheranorum, in quibus expressa sunt capita, quibus ab eo libro dissentiunt, vt animaduerso discrimine consuleret, quid agendum esset, nullam enim spem superesse, vt Lutherani ad alia iuri fideique magis consona adduci possent: proposuisse necessariò ad declinanda incommoda, bellique discrimina aliqua vtendum tolerantia, atque impetui hæreseos viam permittendam, eamque corrigendi rationem colligendam, quæ modo decerpi posset. Ad hæc verò subiecisse Legatum longo sermone, bellum, discordiamque sibi ingratissima accidere, verùm diuino honori, & cultui, ac fidei consulendum, ne quid detrimenti patiantur, ac si inuoluta concordia fiat, maius ex ea schisma emersurum, ac præsenti incurabilius, quod omninò contingeret, si Apostolica Sedes, Cæsareaque Maiestas falsis Aduersariorum dogmatibus assentirent, vel silentio ea præterirent: si enim ab omnibus non cognosceretur, ab ijs dissentire Catholicos, specie concordiæ, traderetur mendacium pro veritate, perfidiaque pro fide doceretur. Dein Legatus adductis multis exemplis author fuit Cæsari, vt si impiorum iniquitas cogeret, pacem non sanciri in Germania, nulla Religionis constituta concordia, necessarium esse, vt omnes agnoscerent Catholicos à Protestantibus circa dogmata fidei dissidere, nec vllo modò illis consentire posse, sed omninò ea vt nefaria respui, verum in spiritu lenitatis, ac sine bellico fragore, quæ Cæsarea Maiestas visa est optimè ac multò meliùs, quam Granuellanus, percipere. Porrò memoratum librum Legato traditum fuisse, cuius exemplar ad Pontificem transmittendum sit, vt de ijs sententiam suam promat: significatum sibi à Granuellano, Lantgrauium efferari in iras neque articulis decisis consentire velle, atque inclamato libertatis nomine rebellionis signa attollere meditari. Contarenum verò Legatum censere inter Cæsarem, & Catholicos arctissimum fœdus adstringendum, atque decretis sanctissimis Statum Ecclesiasticum ad veteris disciplinæ splendorem, sanctitatemque reuocandum, atque in his grauiores difficultates occurrere, cùm plures Catholici priuati commodi, quàm publici auidiores, priuata fœdera cum Protestantibus percusserint. Cæterùm Catholicam Religionem grauissimum damnum passam ex obitu Episcopi Viennensis, qui XXV. Maij Viennæ è viuis excesserat, *Ratisbonæ II. Iun. MDXLI.*

Is erat Ioannes Faber, de quo sæpiùs in superiore, ac in præsenti tomo honorificentissima mentio facta est.

Ext. in m.s. Arch. Vat. sign. n. 3226. pag. 158. Ex Ital.

M.S. Car. Bernardini Spadæ tom. 15. pag. 771.

20 Admonitus de his rebus Pontifex, vt suprà diximus, literis Legati Contareni datis sub diebus vigesima nona, & trigesima Maij, ea, quę sequuntur, respondit.

Fœderi Catholico se cõiungere velle Pontifex declarat.

Quod ad fœdus Catholicum attinet, superfluum est dicere, intellexisti enim ex ipsius Pontificis ore, ante tuum discessum ex Vrbe, animum illius ad id conseruandum promptissimum fuisse semper, & esse, hoc solum tantummodo addam, quia aliquis dubitauit, an Pontifex inter fœderatos numerandus sit; qua de causa simul cum epistola publicam ipsius fœderis fidem mittimus, vt omnibus hoc clarè pateat, quòd omninò curandum est, ne ista veritas occultetur, cùm Pontifex existimet nullum hominem propter hoc offensionem accepturum esse. Quod attinet ad depositum pro ipso fœdere, iam tibi benè innotuit, Pontificem ab initio huius tractationis, hic Romæ cum effectu, & non verbis tantùm, mediantibus

Digitized by Google

bus literis cambij, quinquaginta millia ſcuta; cùm tanta requiſiſſent, ſoluiſſe, ſicut tunc temporis Miniſtri Imperatoris viderunt, in literis Mercatoribus directis ad hoc, vt dictam pecuniam ſoluerent, quas Epiſcopus Mutinenſis ad Conuentum Haganoenſem ſecum tulit: quas literas, cùm fœdus in illo conuentu non ſolùm non proceſſerit, ſed potiùs de eo ſilentium ſummum fuerit indictum, Cardinali Sanctæ Crucis remiſit, ſicut de hoc in ſuis litteris idem Cardinalis, vbi opus fuit, fidem fecit, idemque Cardinalis, apud ſe vſque dum in Belgio moram traxit, ipſas literas retinuit, quas poſtea, cùm nullus illas petijſſet, nec verbum de ſupradicto fœdere ampliùs audiuiſſet, ſecum Romam tulit, vbi etiam hodie cum ipſo depoſito ſeruantur: ita vt pecunia ſemper parata fuerit, ſemperque de illa liberè diſponere potuerint, & poſteà nunquam, nec iſtam, nec aliam pecuniam pro dicto fœdere à Sua Sanctitate, nec eius Miniſtris requiſierunt, ſicut (Deo gratias) vſque ad hanc diem non adfuit neceſſitas à Proteſtantibus ſe defendendi, quare contrarium huic veritati aſſerenti Deus parcat. Et pro Aſcanij Columnæ punitione, quamuis propter hoc neceſſe fuerit multas erogare pecunias, & maximi momenti negotium fuerit, tamen Sua Sanctitas nec minimum quadrantem abſtulit ex pecunia aſſignata pro fœdere Catholico, tametſi huiuſcemodi Aſcanij vexatio impedimento fuerit, ne ſolita auxilia, ſicut res exigebat, & requiſitus fuit, Hungaricis rebus ſubminiſtraret, ſicuti alijs literis ſignificatum tibi fuit, numquam tamen auxilium Regno Hungarico neganimus, ſed tantummodò ad tempus negatum fuit, propter vexationes, expenſas, & pericula, in quibus Aſcanius ſupradictus nos implicauerat, cùm quotidiè Romam depopulari minaretur, maximè cùm non clarè appareret, quando, & quomodo iſti tumultus deſituri eſſent.

Nec parua exiſtimanda eſt pecunia quinquaginta millium ſcutorum, non ſolùm, quia quaſi pro arrha ſoluta eſt, vſque dum neceſſitas maiorem pecuniarum quantitatem exigeret, ſed etiam quia ex Principibus nullus, nec etiam Imperator tantam pecuniam exhibuit: præterquamquod Sua Maieſtas in manibus Mercatorum ſuam pecuniam, ſicut fecit Pontifex, infructiferam non retinuit, ſed in alijs ſuis neceſſitatibus, ſolo nomine debitoris contentus, adhibuit, ſicuti inter alios Epiſcopo Mutinenſi notum eſt. Neque etiam vllus de Sua Sanctitate queri poteſt, quaſi vſque ad hanc horam ſuam expenſarum partem non determinauerit, cùm, ſeruata proportione hoc fieri non poſſit, quando pecunia, iuxtà quod exigit neceſſitas, exponenda ſit, & Sua Sanctitas ſtet ſemper promiſſis, vt experientia docebit.

Non probat Pontifex armis aggredi dos Proteſtantes.

21 Sed quia Granuellanus in præſentibus Germaniæ difficultatibus, exiſtimat, armis comparandum, quòd Pietatis ſtudio & ratione obtineri non potuit, quòd non ſolùm ad defenſionem, verùm etiam ad aggreſſionem ſpectat, certum eſt, ſicuti Sua Beatitudo hoc non deſiderat, immò ab hac re alienus eſt, cùm iudicet, hanc viam ad hæreſes tollendas non conferre, ita nunquam Suæ Maieſtati & cæteris Principibus Catholicis non deerit, quando ob Religionis Chriſtianæ neceſſitatem aliquid decernerent, & auxilio Pontificis indigerent; & tunc cum alijs in expenſis, quantum propriæ, & Sedis Apoſtolicæ vires permittent, concurſurus eſt, ſed nec conſulere, nec ad hoc hortari intendit, cùm remedia adſint meliora, vt inferiùs dicemus.

Quando verò ſpes affulgeret, vt Proteſtantes pacificè in omnibus articulis veram fidem agnoſcerent, & propter hoc, ſi opportunitas exigeret, vt aliqua eſſent facienda expenſa, Sua Sanctitas conſentit, pro tali re, prout neceſſitas poſtulat, in erogationem partis, vel totius ſummæ quinquaginta millium ſcutorum, & ex nunc tibi hæc facultas conceditur. Admonemus tamen, ob hoc Pontificem non velle, ſupradictam pecuniam tali modo erogare, vt fidem aliquis emere videatur, aut Religionem venalem ſoluto pecuniario pretio exiſtimet; nec vult, vt pecunia tradatur, quando reductio Proteſtantium ad fidem, & concordiam cum Catholicis palliata eſſet, vel ipſimet Proteſtantes aliquam damnatarum opinionum retinere vellent, quamuis eis ex tolerantia concederetur, quod ſemper, & maximè in rebus fidei eſt fugiendum, & etiam quia aliquid ſoluere, vt in erroribus perſiſtant, nihil aliud eſt, quàm ad peiora homines allicere, quando præmia loco pœnæ tribuerentur qua de re benè omnia perſpicias.

Et ſi ob iſtam vltimam, veram, certamque concordiam pars, vel tota ſupradicta pecunia eroganda eſſet, non ideò fidei Catholicæ in aliquo deerimus, quia ſecuta ad fidem Catholicam reductione Hæreticorum, fœdus ceſſabit, ſicuti è contra, pro Proteſtantium conuerſione nihil inſumere oporteret, cùm ad bellum contra illos procedendum eſſet, cùm iſta duo inter ſe directè pugnantia, ſimul eſſe non poſſint.

Tolerantiam omninò reijcit Pontifex.

22 Duo conſilia ſupradicta, vel belli cum Proteſtantibus, vel eorum reductionis, concordia mediante, quod ad Pontificem ſpectat, totam cauſam continent. Et ideò tertium tolerantiæ conſilium in vna ſola parte executioni mandari, & in reliquum Proteſtantes veritati cedere, in deliberationem non cadit, cùm articuli, qui remanent controuerſi, ſint fidei adeò eſſentiales, vt hic, nobis ſine Ieſu Chriſti ſpeciali mandato non adſit facultas de eis deliberandi; immò legem habemus, quòd non ſunt facienda mala, vt veniant bona, quia cùm fides indiuiſibilis ſit, non partem illius, ſed totam recipere debet, qui inter Chriſtianos optat adſcribi, vt vnum cum Catholica Eccleſia corpus efficiat; & ideò Pontifex, totumque ſacrum Cardinalium Collegium (nemine diſcrepante) decreuit, non poſſe huic deſideratæ tolerantiæ aures præberi, nec ob id, quod petitur, nec propter id quod ad Suam Beatitudinem pertinet, illum fidei candorem maculari poſſe, quem ſui Prædeceſſores vſque ad hanc diem illibatum ſeruauerunt, ſignisque comprobarunt, iſtam eſſe Petri Cathedram, ſupra quam Sua Sanctitas à Deo poſita fuit, vt oppetita etiam morte conſeruare, ac defendere velit: & ideò iſtius tolerantiæ tractationi ſilentium imponatur, quia præter grauem Dei offenſionem, quando permitteretur, nec Proteſtantes ad veram fidem adducerentur, quia in ſuis erroribus perſeuerarent, cum iactura totius Chriſtianitatis, quæ vana excuſatione perditos iſtos homines imitari vellet, & in futurum fidei Religioniſque regulam, ſicut antea ſemper fecit, nollet ab iſta Sancta Sede amplius excipere, cùm à ſe ipſa diſcrepantem videret, inficeretque ſe, dum aliorum erroribus conſenſum præſtaret, quia tolerantia de qua loquimur, ad nihil aliud valet, quàm vt hæc, tolerantia in Pontifice (vt benè noſti) con-

consensum, firmamque legem constituat.

Propterea considerantes tolerantiam in concordia Christianorum contra fas, & pernicioſiſſimam esse, sicuti in annis præteritis experientia docuit, bellum difficile, & periculis plenum remanet, vt ad illa remedia, quæ nulli noceant, quibusque Religionis malis mederi possit, confugiamus, & Cæsarea Maiestas, si aliquod habet ex omni parte optimum, proponat. Nam Pontifex existimat (& citò potest executioni mandari) vt ad Concilium confugiatur, cùm semper elapsis retro temporibus Patres isto remedio in talibus morbis vsi fuerint, & cum quo aliæ Hæreticorum sectæ profligatæ fuerunt, quod Sua Sanctitas sibi persuadet, tantò libentiùs Cæsaream Maiestatem hoc aduturam esse, quantò ipsamet semper, instanterque petijt, vti remedium verum, & vltimum discordiarum fidei, quæ modo vigent, & ad hoc præsens Imperialis Dieta coadunata fuit, scilicet, vt finis discordijs imponeretur, & Christiana concordia, & Concilium promoueretur, sicuti Recessus Dietæ Haganoensis clarè demonstrat in decreto celebrationis conuentus Wormatiensis, & præsentis Dietæ Imperialis, similiaque leguntur in omnibus alijs præteritorum conuentuum Recessibus. Additur, cùm Granuellanus pro Lutheranis vsque ad Concilium tolerantiam petat, quæ ex causis allegatis non est vllo modo concedenda, res præsens nos docet, absque alia tolerantia, temporisque dilatione, Concilium celebrandum esse, quia cùm Concilij indictio iam publicata perseueret, & solummodò ad Cæsaris, & Romanorum Regis mentem obsecundandam, suspensum fuerit, vt ex illorum literis clarè patet, vsque dum pax inter Christianissimam Maiestatem, & Imperatorem, de qua tunc vigebat tractatio, stabiliter firmaretur, vel ipsa Cæsarea Maiestas in Germaniam transiens omnibus suis viribus curaret, totam illam Germanicam Prouinciam ad Catholicam fidem iterum adducere.

Concilij proponit Pontifex.

23 Cùm autem horum neutrum ad exitum perductum sit, sicuti sperabatur, omnes rationes, quæ Concilij suspensionem suaserant, sublatæ sunt; & ideò non est amplius trahenda mora, sed quantocyùs Concilium congregandum, perducendumque ad finem, cùm damnum ex temporis dilatione, & cessatione euidenter clarèque appareat, certumque, sit, omnem aliam dilationem non posse afferre nisi omnimodum Religionis exitium, cùm maximè nihil aliud sit faciendum, quàm tollere suspensionem duraturam tantummodò ad libitum Suæ Sanctitatis, sicque sine periculo offensionis Dei, aliarumque Nationum, nec recedendo in his casibus a via solita Ecclesiæ, absque sanguinis effusione, sperare pacem, vnitatemque fidei, non solùm in Germania, sed etiam in vniuersa Christianitate, cuius Sua Beatitudo in rebus fidei communis est Pastor, quapropter curare debet, vt sanitatem non parti, sed omnibus afferat, & non vnam sanam reddere, alioſque omnes infirmitati subijcere, & si aliquem ritum vel immutare, vel tolerare opportunum fuerit, in Concilio, vbi omnes conuenient Nationes, statuemus, quia aliàs absque dubio aliæ Nationes vti contemptæ scandalum paterentur. Et cùm Sua Sanctitas vsque modo consensum præstiterit huiusmodi particularibus Religionis tractatibus, solummodò vt Cæsari satisfaceret, non verò quia aliquod ex illis bonum speraret, sicuti multoties & ore, literis, & suis Ministris Suæ Maiestati Cæsareæ declarauit, modò quando in tantis extremis periculis Religio versatur, conueniens est, vt Sua Maiestas istius Nauis gubernationem Suæ Sanctitati, cui hoc ex proprio officio pertinet, relinquat. Igitur tui muneris erit, cum Cæsarea Maiestate primùm quàm alijs, hanc Pontificis determinationem cum omni humanitatis, amoris, & sinceritatis signo communicare. Diceſque illis, quòd Sua Sanctitas rationibus supradictis, non videns quomodo præsentia Religionis pericula alio remedio, quàm coacto Concilio, auerti possint, decreuit tollere prorogationem suspensionis Concilij, sicuti supra dictum est, illudque indicere & quamprimùm celebrare, sperans, Deo auxiliante, omnium Nationum Episcopos accessuros. Poteris etiam ab Imperatore requirere, quantum temporis pro celebratione Concilij existimet, esse præscribendum, sed caue, ne hæc requisitio appareat esse petitionem licentiæ formandæ Bullæ, Breuisque tollendæ suspensionis, quam Bullam, & Breue, statim post huius Epistolæ responsionem Sua Sanctitas tibi mittet; quia priùs cum Sua Maiestate hanc determinationem ante executionem communicare voluit, cùm propter debitam reuerentiam, & affectionem, tùm etiam si fortè meliora media ille posset proponere, quando istud illi non placeret (quod non credimus) Sed diligenter caueas, in quolibet euentu (dummodò melius remedium, quàm Concilij non proponatur) Suam Beatitudinem firmiter statuisse, pro Christianitatis salute Concilium celebrare, & Bullam, Breueque in tota Christianitate publicare, sicuti supradictum est, post tuam responsionem: debesque celerrimè Suæ Sanctitati respondere. Et Imperator si reperiat verum, & præsens remedium, suspendas omnia, & sicut dictum est, admoneas, aliàs te excuses rationibus supradictis, ostendens rem multùm processisse. Et vt alijs Principibus, & Præsulibus Germaniæ notum fit huiusmodi Suæ Sanctitatis decretum, illo communicato priùs cum Imperatore, vt dictum, postea cum illis etiam conferes, hortaberisque, vt veniant ipsi, vel eligant, qui ad Concilium eorum nomine accedant. Et si post tot iustificationes, oblationesque, Imperator Concilio consensum non præstet, vel melius remedium non adinueniat, quod non credimus, stantibus rebus, iuxtà formam tuæ instructionis, declarando priùs, Pontificem semper permansurum in solita affectione, & coniunctione cum Imperatore, debes euidenti, & firma protestatione, non approbare, neque consensum præstare alicui definitioni, quæ manifestè Catholica non sit. Et Sua Sanctitas laudibus extollit animi tui constantiam dum es paratus extrema omnia, magis, quàm in Dei Ecclesia maculam sufferre, & loquor tàm de articulis adhuc controuersis, quàm de concordatis à sex colloquutoribus. Quia Romę murmur auditur, & opinio multum præualet contra illos Doctores asserentes, eos decreuisse, opera post gratiam non esse meritoria, cùm in hoc fidei articulo de operibus, id totum, quod opus erat, expensum non videatur. Quare eò magis animaduertendum est (sicuti in præcedenti litera scripsi) vt non solùm articulum non Catholicum non toleres, sed nec etiam ambiguum. Et quoad literas Nuntij hoc sat est.

24 Nunc ad tuas respondeo, & quantum attinet ad illud, quod postulas, an debeas cum Imperatore petere Belgium, si illuc tendat, & non in Italiam descendat, Sua Sanctitas, sicut tu etiam iudi-

Digitized by Google

iudicas, Legationis munus cum Dieta terminare, & ideò poſt gratam dimiſſionem à Cæſare acceptam, in Italiam venias, & Nuntius Imperatorem ſequatur.

Quoad admonitionem tuam de Communione ſub vtraque, cùm poſt breue tempus Concilium celebrandum ſit, exiſtimat Sua Sanctitas hoc punctum ad illum locum remittendum eſſe, vbi diligentiùs examinabitur, & tutiùs de reformatione præcipuè Germanicæ Nationis agetur. Sua Sanctitas libenter tuam admonitionem, & iudicium audiuit, & ſicuti hic Sua Beatitudo in vlla re, quæ ſub ſua poteſtate eſt, non deeſſe diſpoſuit, ſic ei gratum erit, vt tu etiam iſtis paucis diebus tuæ Legationis, omne bonum apud Epiſcopos, & Præſules, qui in Cęſaris Aula reperiuntur, & quocumque te tranſire oportebit, facias, & cures, & ad nos venias de omni re edoctus, vt hic omnia perficiantur.

Temporis iactura nulla facta eſt, ex quo tuæ literæ nobis redditæ fuerunt, vſque modò, vt poſſemus, quamprimum fieri poſſet, determinatè reſpondere, ſed quia grauitas negotij requirebat, vt de eo primùm, vt dictum eſt, ageretur in Conſiſtorio, & poſtea à Deputatis examinaretur, ideò ante hodiernum diem non potuimus tabellarium expedire, qui cum ſumma diligentia debet ſe viæ committere, vt quamprimum ad te perueniat. *Datum Romæ XV. Iunij MDXLI.*

25 Ex colloquio Ratisbonenſi res Catholica in grauius diſcrimen adducta eſt, cùm Lutherani ardentiſſimo ſtudio hæreſes ſuas confirmare ac latiùs diffundere anniterentur, & duos Catholicos colloquutores fœdiſſimo errore infectos in ſuas partes traxerint, in eodemque colloquio de rebus fidei, Laici rerum diuinarum ignari fuerint Præſides conſtituti, de quo infelici rerum ſucceſſu Pontifex hiſce literis octaua Iunij datis admonitus eſt.

Primus Articulus Ratisbonæ VII. Iunij.

☞ *M. S. Franciſci Car. Barb. fol. 2078. pag. 104.* Quomodo ſe haberent res colloquij Pontifici narratur.

Beatiſſime Pater, Loquor cum fiducia ad Patrem, & ad Dominum, & ad Vicarium Ieſu Chriſti, quæ ipſo inſpirante didici, & longa experientia cognoui. In primis, in his rebus, quæ nunc tractantur, prudentiam omnem humanam aſtutia victam iri. Sed Sapientia Diuina, cui omnia ſubſunt, has aſtutias extinguet, nec deficiet Deus ad largiendum nobis vias per quas ambulemus, ſi non deficiamus quærendo.

Primò, video maximam puſillanimitatem, & ſtupiditatem in proceſſu huius negotij, nunc nihil attentatur, quod poſſit Aduerſariorum temerariam audaciam deprimere, ſed contra, omnia, quæ eis placent, & ad ſuam rem faciunt, fieri permittuntur, & conceduntur. Primò, in hoc colloquio (ſicut prolixè ſcripſi Reuerendiſſimo Cardinali Farneſio) habuerunt peſſimos ſuæ ſectæ, & pertinaciores, tàm colloquutores, quàm aſſiſtentes, & ex noſtris aſſiſtentes fuere facti ferè fauentes hæreticis, ij Phlugius, & Gropperus, qui malè conſenſerunt, hominem ſola fide iuſtificari, de quorum lapſu Bucerus impiè triumphauit, vt dicetur inferiùs, ex colloquentibus vnus dumtaxat peritus Theologus adhibitus reſtitit, Iudices verò fuere laici contra omne ius in magnum præiudicium.

Secundò, permittuntur hìc liberè Prædicatores, ferè nunc ante colloquium, & poſt, quibus totum populum huius Ciuitatis inficiunt, affirmantes pertinaciſſimè dogmata ſua eſſe verbum Dei, noſque pugnare apertè contra veritatem, & non rident ſolùm Sanctitatem Veſtram, & omnem Ordinem Eccleſiaſticum, ſed etiam Cęſaream Maieſtatem, rogantes Deum, vt eum illuminet, ſicut iam incipit, vt dicitur, euulgant quotidiè libros nouos Germanicè conſcriptos.

Tertiò, in iſta Dieta eſt publica conuerſatio Hæreticorum cum Catholicis, in quotidianis compotationibus, nec tractatur aliquid per Principes pro ſtabilitate fidei, ſed contra inducuntur Laici Principes cauſam noſtram fouentes per aſtutiam Aduerſariorum ad odium Sedis Apoſtolicę, & ad aliquas nouitates attentandas.

Quartò, Proteſtantes nihil ſeruant eorum quę promittunt, quod Cęſar etiam & ante cognouit, vbi habuit illos fœdifragos, & periuros, quia quidquid factum eſt communicabant ſuis, & ſcribebant Ciuitatibus foras, ſicut vidimus ex literis ad plurimos reſcriptis.

Quintò, in hoc colloquio accepta ſunt duo damna maxima. Primò, quòd Ciuitas eſt in proximo periculo caſus à fide, & obedientia, ſicut in alijs Dietis ceciderunt alię Ciuitates. Secundò, nihil hic ordinabitur, vt intelligo pro robore Eccleſię, quia timetur illi diſplicere, & ſatis eſt, ex hoc totam rem differri.

Sextò, Catholici Principes tàm Eccleſiaſtici, quàm ſeculares, conqueruntur, quòd Cęſar neminem ex illis adhibuit colloquio.

Septimò, Intellexi à Reuerendiſſimo Cardinale Moguntino, qui ſe in hoc negotio gerit ſtrenuiſſimè, & conſtantiſſimè, quòd loquutus eſt Cęſareę Maieſtati ſuper hac re poſt colloquium ſecundum. Colloquia iſta videlicet Haganoę, Wormatię, & nunc Ratisbonę celebrata, in fauorem Proteſtantium, ex impio Receſſu Francfordienſi nunc inuecta.

Octauò, tractantur res fidei quantum iuuant ad res priuatas.

Secundus Articulus.

In primis, non ſic ſunt timendi Aduerſarij in potentia, quia verbo dicuntur potentes, & audaces, facto autem, & re ipſa eorum Principes ſunt pauperrimi, & in multis debitis conſtituti, nec poſſunt Cęſarem iuuare, ſicut deſiderat in temporali auxilio. Secundò, propter grauiſſimas impoſitiones, & tributorum vexationes, quibus ſubditos ſuos exaſperant, multi ſubditorum deſiderant regreſſum ad Eccleſiam, ſicut intellexi ex nonnullis Nobilibus illorum, cùm eſſem Wormatię apud Doctorem Sceld, & vt experientia videtur, apertiſſimum damnum patiuntur ex caſu ab Eccleſia. Tertiò, ſicut ſeminauerunt eorum Theologi falſa dogmata ſua, diſcurrendo Ciuitates, Villas, Oppida, omnia loca, & populum ſeduxerunt, ita antidotum Sanctitas Veſtra multiplicet, mittat huc aliquos probos, & doctos Viros, qui non timeant ſe offerre periculis pro cauſa Dei, & Eccleſiæ, qui populum obcœcatum illuminent, infirmiores confirment, & confortent doctrina ſana, & ſancta, Virorum proborum exemplo, non enim parum mouetur populus ad id ſequendum ad quod inuitatur, cùm inuitatores, & boni verbi nuntiatores, & operis factores prę ire vident, ego iam experientia didici, quantum id profecerit, referat alter, ita longè veriſſimè cognoſco, quantum proficere vberiùs poſſit. Quartò, erit valdè expediens, quòd Sanctitas Veſtra habeat aliquem Nuntium ſpecialem in cauſa fidei ad Principes, & Ciuitates, cum veſtris huiuſmodi prædictis. Ita multa poſſunt cum paucis expenſis magna vtilitate, maiore Eccleſię reſtauratione, maxima Dei gloria fieri. Quintò,

opus

opus est auctoritate reformandi, & iuuandi idoneos, quos reperiunt instituendi Prædicatores. Sextò, bonum esset cum consensu Ecclesiarum, & Prælatorum in Religiosis domibus locare aliquos paucos Religiosos ex Italia, vel alia Natione, qui his reliquis Religiosis essent exemplo bonæ conuersationis, vt sic posset restaurari Clerus qui penè hic deficit. Septimò, bonum est, & expediens, aliquos extrahere iuuenes ex hac Prouincia, & collocare in Monasterijs, vel alijs pijs locis, vbi possint in Christiana doctrina, & moribus instituí, sic enim habebitis tria commoda. Primùm, præparabitis materiam pro illuminatione, ne deficiat semen bonum, ne Clerus peccet. Secundò, dabitis occasionem Prælatis huius Prouinciæ hoc faciendi. Tertiò, inuitabitis parentes eorum ad constantiam in fide, imò totam Prouinciam ad honorem Dei, & Sedis Apostolicæ, quæ tam sedulò & accuratè cogitat de eorum profectu, & Prouinciæ salute. Omnia fieri possunt sine magnis expensis Sanctitatis Vestræ, sicut Deus frequenter fuit vobis adiutor, ita & tunc in istis desperatis rebus erit director.

Non desunt multæ inspirationes, & consolationes de profectu, & victoria vestra in libertate, & sinceritate Ecclesiæ vindicandis. Non modicus hic habitus est profectus per exercitia spiritualia, vt experientia sensimus, tàm in Principibus, quàm eorum subditis, quorum aliqui fluctuantes confirmati sunt, aliqui, qui iam abscesserant, reducti, maximè iuuit hoc negotium Magister Petrus Fabri, vnus ex his qui Parmæ fuerunt cum Reuerendissimo Cardinali S. Angeli. Bonum esset, duos ex Confratribus de Societate Ignatij, Iacobum videlicet Hispanum, & cum eo alium mittere, quia est compertum magnum facturos prouentum.

26 Circumferente latiùs impietatis faces hæresi, nonnullisque etiam molientibus Synodum Nationis Germanicæ cogere, maximo Religionis periculo, ne schisma nouum, nouaque hæresis conflaretur, sensit Pontifex Concilium Oecumenicum celerrimè congregandum, deditque Contareno Cardinali imperia, vt significaret Cæsari, tollendas esse moras celebrandi Concilij, dilationemque indictam abscindendam; quæ cùm Legatus Carolo V. Imperatori significasset, ille dissensit, expectandamque esse comitiorum Germaniæ decretoriam Sententiam, quæ vel generale Concilium, vel Nationis solius Germanicæ amplecteretur: ad quæ subiecit Legatus allatis grauioribus argumentis, Nationalem Synodum non esse cogendam, nec valituram, cùm de causa totius Christiani Imperij ageretur; nec conduceret publicæ rei, vt Concilium celebraretur in Germania ob grauissimos tumultus bellicos à pertinacissimis Lutheranis ad seditiones mouendas maximè propensis, vt ipse Cæsar perspectis rerum circumstantijs, prauaque animorum inclinatione, probè cognouerat. Denique Cæsar expensis omnibus summa consilij maturitate, loco & tempore non designatis ad gerendum Pontificiæ voluntati morem se paratissimum ostendit; pollicitusque est, se omne studium adhibiturum, vt tantum opus ad optatum finem perduceretur: interea se diligentiam omnem collocaturum ad Religionis dissensiones pacandas, ciuilesque extinguendos motus; cùm ipsi viri Principes Ecclesiastici Germaniæ fidei Ortodoxæ assertores, post librata maturo iudicio rerum pondera censerent, si vel Oecumenica Synodus, vel Nationis Germanicæ celebraretur in Germania, nullam meliorum rerum, vel restituendæ pacis, ac Religionis spem affulgere, imò grauissima mala inde emersura: de quibus Cardinalis Moguntinus Elector hanc sententiam deprompsit.

Card. Cõtar. Concil. proponit.

Sententia Reuerendissimi Cardinalis Moguntini, super Concilio celebrando in Germania.

27 Quidam existimant nequaquam conuenire, vt Concilium generale celebretur in Germania ob diminutionem auctoritatis Sedis Apostolicæ, & totius Ecclesiastici Status.

Ne etiam pro arbitrio Protestantium omnia fiant, & quia virus hæreticum in ipsa Germania viget, tùm etiam ob alias rationes, quia vniuersi Germaniæ cedere non debent.

Item, in Germania animosiores, & obstinati magis in eorum peruersitate erunt Protestantes.

Maiori item commoditate in rem eorum agent omnia. Cogere etiam poterunt Catholicos, astutiaque, & artibus malis domare eosdem, vel etiam ipsum Cæsarem pro eorum more. Studebunt etiam alias Nationes instruere, & inducere in contemptum Sedis Apostolicæ.

Etiam in ipso Concilio, si in Germania fieret, tùm per malas practicas, corruptiones, & persuasiones, tùm etiam per publicas concio nes, si licebit, alioquin in alijs priuatis, à quo non cessabunt, sub prætextu, verbum Domini non esse celandum, vel potiùs moriendum, ita per priuatas conciones, studebunt virus suum spargere, & sectas ampliare, prout in dies faciunt, & fecerunt etiam Cæsare præsente, nam sunt astuti, vafri, & mendaces, promissionibus non stantes.

Sunt item diligentissimi in rebus suis, sunt etiam hypocritæ, fingentes se multa pati propter verbum Dei, & ad patiendum se paratos, licèt agant omnia contra diuina præcepta.

Propterea considerandum est, quòd si Concilium fieret in Germania, & Cæsar pro quorumdam arbitrio ad hoc induceretur, cogeretur Sanctitas Pontificia forsan annuere quædam, quæ non essent concedenda, quinimò pro Cæsaris iussu vrgeri posset iniquè, vt hæc Sua Sanctitas meliùs perpendere poterit.

Cùm autem Sanctitas Pontificia, & Cæsarea Maiestas conuenirent in hoc, & quòd de vtriusque voluntate celebrabitur Concilium generale in Italia, non est dubium, quin Catholici ex Germania per se, aut per Oratores comparebunt.

Nequaquam etiam conueniet, vt dimisso, seù suspenso Generali Concilio celebretur Nationale Germanicum, aut alia Imperialis Dieta, quia tunc verè dubitandum est de schismate, & Catholici quidam prolaberentur ad Protestantes, cæterique cogerentur deficere, aut supprimerentur.

Item, in Dietis Imperialibus Protestantes semper lucrantur per astutias, & malas practicas suas.

Concilium igitur generale, & illud certum est vnicum nunc humanum remedium. Qua de re.

28 Intellectis inclinatione Principum Catholicorum ad Nationale Concilium, & malis Hæreticorum artibus, Gaspar Contarenus Cardinalis Legatus Apostolicus, vt ingentibus malis occurreret, quæ ex Nationali Concilio, ob aduersariorum vim, fraudesque malè celebrato, poterant emergere, subiecto libello præmonuit Ordines Imperij, controuersias fidei, quæ ad vniuersæ Ecclesiæ Regna spectabant, in vnius Nationis Concilio reliquis Nationibus non excitis iure dirimi non posse.

M. S. Francisci Card. Barberini sig. 2677. pag. 15. Cardinalis Moguntinus non approbat celebrationem Concilij in Germania.

Re-

Digitized by Google

Ext. apud Melchior. Goldast. tom. 7. pag. 229.

Reuerendiſſimi, & Illuſtriſſimi Domini, cùm peruenit ad aures noſtras, quòd in determinatione huius conuentus Imperialis tractatę controuerſiæ fidei remittantur ad Concilium Nationale, &c. animo perpendentes, quàm magni prejudicij eſſet, ſi controuerſiæ fidei remitterentur ad Concilium vnius Nationis, officij noſtri putauimus eſſe, commonefacere Dominationes Veſtras Reuerendiſſimas, & Illuſtriſſimas, vt additio illa de Concilio Nationali omninò tollatur, nam perſpicuum eſt, in Nationali Concilio nullo pacto poſſe determinari controuerſias fidei, cùm hoc concernat Statum vniuerſalem Eccleſiæ, & quidquid ibi determinaretur eſſet nullum, irritum, & inane, quòd ſi à Dominationibus Veſtris Reuerendiſſimis, & Illuſtriſſimis factum fuerit, vt certè nobis perſuademus, quemadmodum gratiſſimum erit Sanctitati Pontificiæ, quæ Caput eſt Eccleſiæ, & Conciliorum, ita è contra erit ipſi moleſtiſſimum, ſi ſecus fieret. Nam clarum eſt maiores ſeditiones, in controuerſijs Religionis hoc pacto orituras eſſe, cùm id alijs Nationibus, tum in hac noſtra nobiliſſima Prouincia hoc officium noluimus omittere, tùm vt pareremus mandatis Sanctitatis Suæ, tùm etiam vt non deeſſemus officio perſonæ Legati nobis à Sede Apoſtolica iniunctę. *Ratisbonæ XXVI. Iulij.*

Cardinalis Contarenus diſſuadet Concilium Nationale Germanicum.

Paratiſſimus ad obſequia Dominationum Veſtrarum Reuerendiſſimarum, & Illuſtriſſimarum Gaſpar Cardinalis Contarenus Legatus.

Adductis ijs in examen Principes, & Ordines Imperij, qui Romani Pontificis ſupremos in Eccleſia apices venerabantur, Cardinali Legato reſponderunt ſubiectis verbis.

Præfati Principes, & Status Imperij reſpondent Reuerendiſſimam Dominationem Veſtram promouendo, & Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Papam indicendo, & citrà vlteriorem procraſtinationem celebrando Concilium vniuerſale facilliimè præcauere poſſe, nè ſubortas fidei, & Religionis noſtræ controuerſias in Concilio Nationali tractari, & determinari oporteat, id quod omnes huius Imperij Status optant, & obnixè rogant. Sin autem Concilium vniuerſale toties pollicitum, & iam à Reuerendiſſima Dominatione Veſtra promiſſum, per Sedem Apoſtolicam ad effectum ſuum non fuerit deductum, euidens profectò huius Imperij, & Nationis Germanicæ neceſſitas expoſtulat controuerſias iſtas in Religione noſtra excitatas in Concilio nationali, aut ſi nè hoc quidem congregari poterit, in alio Imperiali conuentu, præſente, tùm & hoc negotium dirigente aliquo Legato Sedis Apoſtolicæ ſufficientibus ad hoc eiuſdem Sedis facultatibus ſuffulto concordari, ac definiri, &c. *Datum Ratisbonæ XXVI. Iulij anno MDXLI.*

Euulgauit verò aduersùs Contarenum Cardinalem, quòd in Nationali Concilio fidei controuerſias idoneè definiri non poſſe docuiſſet, blaſphema ſcripta Martinus Bucerus, quibus delirabat, ſi Catholici ad Lutheranorum partes deficerent, Regnum Chriſti vi Antichriſti, & Sathanæ depulſa apud Germanos inſtauratum iri, deindè negauit Pontificem Caput eſſe Eccleſiæ, & Conciliorum; aſſenſit tantùm, *Delatum olim eſſe Sedi Romanæ, vt prima eſſet, & Epiſcopo Romano, vt Patriarchas prærogatiua auctoritate præcederet*; cuius Hæreſiarchæ verba retulimus, vt nonnulli, qui eodem modo Pontificiam auctoritatem extenuare audent, ex his intelligant, quàm malè cum teterrimo hoſte Eccleſię ſentiant.

Buceri contra Contarenum blaſphema ſcripta.

Ext. apud Goldaſt. tom. 2. pag. 223.

Cardin. Contarenus reformatione cum Epiſcopis Germaniæ tractat.

29 Cùm de reſtituenda diſciplina Eccleſiaſtica plurimus fieret ſermo, ac in reuocando primæuo illius ſplendore piorum vota ſumma animorum conſenſione conſpirarent, Cardinalis Contarenus Legatus celeberrimum Epiſcoporum conuentum coëgit, ad quos de perpoliendis Cleri moribus, adſtringendaque ſolutiore diſciplina orationem paræneticam habuit, quam cùm Germaniæ Præſules ſcriptis mandari, ſibique tradi poſtulaſſent, ea his verbis concepta propoſita eſt.

„ Reuerendiſſimi, & Illuſtriſſimi Domini, „ cùm heri Reuerendiſſimæ, & Illuſtriſſimę Do„ minationes Veſtræ frequentes ad nos veniſ„ ſent, ac nos quędam illis expoſuiſſemus, quæ „ nobis ad reformationem Chriſtianam facere „ in primis videbantur, petierunt illæ, vt ea quę „ à nobis dicta fuerunt, ſcriptis mandare, eorum„ que exemplar Reuerendiſſimis, & Illuſtriſſi„ mis Dominationibus ſuis tradere vellemus, vt „ ea commodiùs videre, & perpendere poſſent, „ quare nos, vt eis ſatisfaceremus, quod heri „ dixiſſe nobis viſi fuimus, hic quàm potuimus „ breuiter ſcripſimus.

„ Illud primum, quòd in Domino hortamur, „ & monemus Reuerendiſſimas, & Illuſtriſſimas „ Dominationes Veſtras, pertinet ad vniuſcuiuſ„ que noſtrum vitam, & viuendi rationem, in„ qua danda eſt opera, vt Deo Optimo placea„ mus, & fideles diſpenſatores inueniamur, ac „ legitimi Dominici Gregis Paſtores: vitabimus „ ergò primùm ſcandalum omne, ne ſcilicet po„ pulus poſſit, vel leuiter ſuſpicari eſſe vllis vo„ luptatibus addictos, aut auaritiæ, aut ambi„ tioni. Vitandus eſt etiam luxus omnis in epu„ lis, in domus apparatu, veſtibus, cæteriſque „ omnibus, quæ ſolent laicos, & vniuerſum po„ pulum multum ſcandalizare.

„ II. Secundum pertinet ad familiam, ex cu„ ius moribus, ſi familiares boni fuerint, populus „ ędificatur, ſi verò mali fuerint, multum offen„ ditur, & facilè coniecturam facit morum Epi„ ſcopi ex moribus familiæ. Idcircò vt copioſè „ admonet Bernardus in lib. 1. de conſideratione „ ad Eugenium Pontificem Maximum. Maxi„ ma eſt adhibenda cura Prælato cuicumque in„ comparanda ſibi honeſta familia, & in ſeruan„ da ab omni mali labe, & ſuſpicione, imò „ inſtituenda, vt ex familiarium conuerſatione „ populus inſtruatur, & ædificetur.

„ III. Tertium pertinet ad curam gregis no„ bis commiſſi, ad quam maximè putamus per„ tinere, vt Epiſcopi habitent in locis frequen„ tiſſimis ſuarum Diœceſum, vbi facilè cauere „ poterunt, & præuidere, ſi quid labis huius, „ quæ graſſatur per Germaniam, obrepſerit, & „ confeſtim in tempore remedium adhibere.

„ IV. Proderit etiam habere fidos explora„ tores in locis alijs, vbi Epiſcopi non habitant, „ vt per eos certiores fieri poſſint, ſi qua fraude „ aduerſarius noſter eos tentauerit, ac confe„ ſtim queant prouidere, ac mederi. Viſitare „ etiam Diœceſes frequenter multùm proderit, „ quo more vti ſolent Imperatores in Vrbibus „ obſeſſis, & oppugnatis ab hoſtibus. Curare „ etiam vt cultus diuinus vigeat in Eccleſijs no„ ſtris, & beneficia à nobis conferantur Viris „ probis, & idoneis.

„ V. Quintum pertinet ad diſpenſationem „ facultatum, & redituum Epiſcopalium, ex qua „ magna comparatur inuidia apud populum, ſi

vide-

Digitized by Google

,, viderit Episcopus sumptus magnos facere in ,, luxu, apparatu domus, & Familiæ, pauperes verò negligi, ideò vitandi sunt omnes ,, sumptus huiusmodi, & pauperes, quàm maximè fouendi sunt, in eorumque necessitatibus ,, maxima vtendum est largitate, hac enim ratione & Deum faciemus nobis propitium, (nam ,, fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, ,, vt inquit Salomon,) & populum nobis beneuolum. Ad id enim maximi momenti est facultatum nostrarum dispensatio.

,, VI. Sextum pertinet ad disciplinam, & ,, institutionem populi. Comparandi sunt Concionatores viri probi, & docti, qui possint ,, verbo, & exemplo docere bonos mores, & orthodoxam doctrinam, qui non sint contentiosi, ,, neque insectatores aduersariorum adeò ne videantur odisse, sed potiùs amare, & optare eis ,, bona, ac præsertim eorum salutem, nam acris ,, insectatio eos irritat, & magis pertinaces facit, neque ædificat populum.

,, VII. Septimum pertinet ad institutionem ,, iuuentutis in literis, & disciplinis, qua in re ,, videntur Protestantes, nihil prętermittere, sed ,, omnem lapidem mouere, vt in suis Gymnasijs ,, habeant Viros doctos, & illustres, quorum fama inuitatur iuuentus Germanica, & prętertim ,, Nobiles ad eorum trahuntur Gymnasia, vbi ,, imbuuntur simul cum literis etiam doctrina ,, Protestantium, qua corrumpuntur ipsi ac deinde per omnem Germaniam dispersi alios ,, quoquè inficiunt. Idcircò danda est omnis ,, opera, vt apud Catholicos instituantur Scholę, ,, & Gymnasia, conducantur Doctores Catholici verè docti in bonis literis, & disciplinis, qui ,, sint celebres, vt eorum fama alliciatur iuuentus, & Nobiles ad nostra Gymnasia, ibique ,, bonis literis, & orthodoxa doctrina imbuantur. Ab Episcopis etiam admoneantur parentes, ne velint liberos suos institui in Gymnasijs, in quibus orthodoxa fides non viget, ,, præsertim cùm habuerint Scholas orthodoxas ,, paratas.

,, Hæc voluimus Dominationibus Vestris Reuerendissimis, & Illustrissimis proponere, vt ,, capita quædam generalia, quibus multa particularia addi possunt pro cuiusque prudentia, ,, vt pareamus Summo Domino Nostro Pontifici Maximo, qui nobis mandauit, vt eas hortaremur ad Christianam reformationem, simulque vt fungamur officio personæ, quam ,, gerimus Legati (inquam) Sedis Apostolicę, ,, ad quam pertinet cura omnium Ecclesiarum, ,, ac etiam, vt satisfaceremus charitati fraternæ, ,, & illi necessitudini, quam compluribus de ,, causis sentimus nobis esse cum hac nobilissima, & inclyta vestra Natione.

30 Obtulit Cardinalis Legatus eandem restituendæ disciplinæ Ecclesiasticæ formulam Carolo Imperatori, quæ tùm ipsi, tùm Episcopis pia, & vtilis reuocando pristino sanctitatis nitori visa ,, est, quæ cùm communicata esset Concionatoribus Principum, & Statuum Lutheranę factionis, illi mox, vt à veritatis luce auersi, questi sunt iussos Episcopos incumbere ad Sectam Lutheranam abolendam, blasphemo ore obgannierunt Catholicæ fidei capita non esse consensum Catholicæ Ecclesiæ, sed errores, & persuasiones humanas sparsas in Ecclesia contra Euangelium (scilicet à Sathanæ administris depranatum) prætexuerunt consensum Ecclesiæ non constare in sæculorum præteritorum, & maximorum hominum, & multitudinis assensione, & auctoritate, sed in Propheticis, & Apostolicis Scriptis (scilicet à Nouatoribus ad deliras interpretationes distortis) adeòque huic impostorum impiorum consensui se adhæsuros: tùm impudentissimo blasphemiæ genere addidere ,, hæc impia mendacia. [Scit Contarenus, qui ,, sint Ecclesiæ morbi, quanta Cœnæ Domini in ,, Missis prophanatio, quantum vitij in inuocatione Diuorum, quanta labes in Cœlibatu ,, Romano, quanta inscitia in Populo, qui non ,, rectè docetur de Pœnitentia, de Beneficijs ,, Christi, de Fide, seù fiducia accipiente condonationem propter Christum. Videt non solùm Monasteria, sed ipsos etiam Canonum ,, recentium libros plenos esse superstitionum.] Hæc impudenter, & planè Lutheranè Aduersarij. Blasphemiæ Lutheranorum in reformationem Contareni.

,, Demùm concluserè his verbis: Hæc eo recensuimus, ne dissimulatione nostra Contareni ,, scripta probare videamur, & hortamur omnes, ne talibus præiudicijs assentiantur, sed ,, nostra dogmata conferant ad Euangelium traditum in scriptis Apostolicis, & primæ Ecclesiæ exempla.] Hæc illi impostores, quorum fraus tota in eo sita est, vt contrarias Euangelio interpretationes Euangelium dicant, & instar Dæmonis ad suadendum scelus Diuinis oraculis abutantur.

31 Denique Principes Protestantes expetiere à Cæsare, vt articuli conciliati, eo sensu, quo ipsi scripto explicauerant, scilicet hæretico, promulgarentur, vt auspicatum concordiæ exordium foret, vt legitimum etiam, Christianum, ac liberum Concilium (vt aiebant) in Germania celebraretur, in quo Religionis controuersiæ, secundùm verbum Dei (nempè deprauatum à Sathanæ administris) excuterentur: quale autem Concilium legitimum flagitarent, in quo disciplina Christiana reformaretur, immò veriùs turpissimè deformaretur, diserté ipsi his verbis exposuerunt. ,, [Quod verò Status consentire debent in eiusmodi Concilium, in quo Papa, vel sui (qui ,, Protestantium Statuum aduersarij summi existunt) de religione cognoscendi, & iudicandi ,, potestatem haberent, id quominùs faciant, ,, Status iustis, firmis, & certissimis rationibus ,, permouentur, quemadmodum eas bona ex ,, parte exposuerunt in recusatione Concilij ,, Mantuæ indicti, ad quam rursùs se referunt ,, humillimè rogantes Imperatoriam Maiestatem, vt istud Statuum propositum necessarijs, ,, & ineuitabilibus causis innixum boni consulere velit, &c. *Ext. apud Goldast. tom. 2. pag. 202.* Protestantes petùnt, vt articuli conciliati iuxta eorum hæreticum sensum publicentur.

32 Tota spes concordiæ Religionis euanuit, ob obfirmatam Protestantium mentem in hæresi, & maximè, quia confirmauit ipsos non parum in pertinacia Franciscus Francorum Rex, cùm arcanis literis eos ad arma in Cęsarem concitare niteretur, quod non negat Franciscus Belcarius Metensis Episcopus, his verbis. Cùm Cęsar è ,, Belgio discederet, & Ratisbonam peteret, Franciscus de recuperando Mediolano desperans, ,, & de bello prima quoque occasione inferendo ,, cogitans, clàm cum Protestantibus, & cum ,, Cleuensi egit, vt illos aduersùs Cæsarem accenderet; frustrà quidem cum Protestantibus, ,, qui ab Imperij fide sibi discedendum non putabant; Ea etiam fraude impia idem Rex vsus ,, est, vt licèt persequeretur hæreticos, literas ad ,, Protestantes Principes scribebat, eorum Se- ,, ctam Concordiæ spes euanuit ob obstinationem Lutheranorum. *Lib. 22. num. 54.*

Digitized by Google

,, ctam ſibi ingratam non eſſe, hortareturque, ne
,, conciliarentur Eccleſiæ. Quarè illi Ratisbonę
,, menſe Maio ſcripſere, vt mitiùs cùm ijs age-
,, ret, qui ipſorum doctrinam profitebantur.] His conſona ſunt, quæ Io: Caſa Cardinalis Contareni à ſecretis tradit.

Io. Caſa in vita Galſp. Cõtareni.

,, Contigit tunc quòd ſæpè in magnis, arduiſ-
,, que rebus vſuuenit, vt negotium illud Chri-
,, ſtianæ Reipublicæ magnoperè vtile, atque
,, adeò ſalutare, in medio curſu fractum, ac diſ-
,, ſipatum ſit, id autem magna ex parte factum
,, eſt, malitia, fraudeque illorum, qui Cæſaris
,, potentiam, quæ multùm compoſitis rebus,
,, Germaniaque pacata creuiſſet, ſuſpectam ha-
,, bebant, ſuiſque rebus periculoſam exiſtima-
,, bant. Hi namque non modò veterum diſcor-
,, diarum fibras, vt oportebat communis vtili-
,, tatis cauſa, non euellebant, verùm etiam nouа-
,, rum ſimultatum ſemina occultè iaciebant in
,, aures eorum, quibus commiſſa res erat, inſu-
,, ſurrantes, ac falſos quoſdam metus eò inſe-
,, rentes. Vt autem aſtuta hæc conſilia rem re-
,, morabantur, & ne ad exitum adducerentur
,, impediebant, ita ſubitò exortum eſt, quòd ani-
,, mos Germanorum ad longè alias curas tradu-
,, ceret, finemque diſputationi illi, ac colloquio
,, faceret. Hæc autem fuit incurſus Turcarum
,, Regis in Pannoniam cum maximis copijs,
,, communiſque hoſtis metus, nec enim effecit
,, tunc timor ille, quod plerumque conſueuit,
,, magnoperè exacerbatis animis, vt ſtimulum
,, periculum tantum admoueret ad odia extin-
,, guenda, & gratiam reconciliandam, ſed po-
,, tiùs ſpem (quæcumque erat) malorum illorum
,, ſedandorum eo tempore intercidit, ac ſuſtulit.
,, Miſſis igitur ſermonibus illis, quod factum
,, eſt extremo menſe Quintili, ceperunt Germani
,, arma, totoſque ſe ad impetum illum coërcen-
,, dum, fineſque ſuos tuendos contulerunt.

Quamuis in Dieta nullam concordiæ viam reperiſſent, tamen Cæſar ab illa obtinuit, vt Principes Germaniæ, & eiuſdem Prouinciæ liberæ Ciuitates Gulielmum Ducem Cleuenſem inimicum declararent, quia fœdus inierat cum Rege Galliæ, & quia abſque Imperatoris licentia in Principatus Geldrenſis poſſeſſionem ſe induxerat; decreuerunt etiam omnem diligentiam adhibendam eſſe, vt Ducem Sabaudiæ Principatui, quem Rex Galliæ occupabat, reſtituerent, etiam armis, ſi opus eſſet, & ſeueriſſimo Edicto interdixerunt omnibus Germanis, ne auderent ſub Rege Galliæ militare, & inſuper ſtatuerunt auxilia Regi Romanorum præſtare, ob bella, quæ cum Turcis ſemper, & cum Rege Hungariæ gerebat.

33 Cùm igitur viderent viam concordiæ non apparere cum Proteſtantibus, duo conſilia fuerunt propoſita. Vnum, vt Proteſtantes ſibi deuincirent, & ad æquitatem adducerent, decreto firmare tolerantiam alicuius articuli fidei Catholicæ contrarij. Sed hoc cùm à Cardinali Contareno Legato negatum fuiſſet, etiam antequam Pontifex ei imperaſſet, vt iſta tolerantia non admitteretur, ſperantes Pontificem eſſe conceſſurum, ad illum ſcripſerunt, vt eam concederet: ſed petitionem reiecit, vt aſſerit Angelus Maſſarellus. [Cùm ex dicti Ratisbonenſis conuentus ſententia à Sua Sanctitate peteretur, vt à Proteſtantibus quoſdam articulos tolerandos declararet, quoad Oecumenicum Concilium terminaretur, & decideretur, id Suæ Sanctitati, neque ſecundùm Catholicam, & Chriſtiam ſibi ingratam non eſſe, hortareturque, ne conciliarentur Eccleſiæ. Quarè illi Ratisbonę menſe Maio ſcripſere, vt mitiùs cùm ijs ageret, qui ipſorum doctrinam profitebantur.] His conſona ſunt, quæ Io: Caſa Cardinalis Contareni à ſecretis tradit.

In Diario Concil. Trid. m.s. Archiu. Vatic.

,, nam veritatem, neque ſuam, & Sedis Apoſto-
,, licæ dignitatem concedendum viſum fuit; ſed
,, potiùs Concilium, quàm primùm celebran-
,, dum illis propoſuit. Sanè Pontifex ex nullo
,, alio, quàm ex Concilij celebratione, & pacem
,, Populo Chriſtiano, & veræ Religionis noſtræ
,, integritatem oriri poſſe arbitratur.

Secundum fuit Legato propoſitum, quod Pontifex etiam approbauit, videlicet, vt ſi à Proteſtantibus bellum excitaretur, fœdus ſtabile inter Pontificem, Cæſarem, Regem Romanorum, & alios Principes Catholicos firmaretur, de quo ſic refert Maſſarellus. [Legatus Apoſtolicus, qui Ratisbonam applicuerat, cùm variæ concordiæ tractatus, vt diſſidium Religionis noſtræ ad æquum intellectum reduceretur, cum Proteſtantibus habuiſſet, nihil tamen pium, vel quod Reipublicæ Chriſtianæ expediret, aſſequi potuit, fœdus tamen Catholicorum, inter Suam Sanctitatem, Cæſarem, Romanorum Regem, & Imperij Principes ſupradictos (Catholicos ſcilicet) quod aliàs Cardinalis Farneſius nomine Sedis Apoſtolicæ compoſuerat, quibuſdam denuò adiectis conditionibus die XXIX. Iulij MDXLI. roborauit.] Cùm igitur Cæſar diſcedere vellet, vt arma iam parata in Africam, & Algerium inferret, Dietam dimiſit ſequenti Receſſu.

Fœdus Catholicum ad defenſionem tantùm contra potentiam Proteſtantiũ. *M.S. Arc. Vat. tom. 3190. pag. 207.*

Receſſus Ratisbonenſis MDXLI.

34 Carolus, &c. Quia deſiderium noſtrum, ſemper eo tetendit, & adhuc tendit ad laudem, & honorem Dei Omnipotentis, ac totius Chriſtianitatis, & præſertim in Sacro Imperio Germanicæ Nationis, pacem, quietem, & concordiam, vt in diſſidio Religionis negotium ad Chriſtianam concordiam redigeremus, ad præcauendum turbas, quæ hinc naſci poſſent, ideò Electoribus, ac alijs Principibus, Statibus, huiuſmodi deputatorum colloquentium opiniones in ſcriptis comprehenſas concordatorum, & non concordatorum punctorum, non tamen concluſiuè tradidimus, clementerque petiuimus, vt illas peruiderent, deſuperque deliberarent, nobiſque quid ſentirent, non ſolùm ſuper punctis, circa quę colloquentes (non tamen concluſiuè) concordarent; verùm etiam ſuper illis, circa quę diſcordarent, ſignificarent, nobiſque etiam iudicium ſuum, quo pacto graues abuſus, qui paſſim in Eccleſiaſtico, & Sęculari Statu ſuccreuerunt, è medio tolli, & ad Chriſtianam emendationem, & reformationem conduci poſſint, communicent, cum clementi oblatione, quod ad promouendum hæc omnia laboribus, & diligentię noſtrę non parceremus, quodque ſine dubio Legatus Apoſtolicus ad idem inclinatus eſſet.

M.S. Fr. ciſci Card. Barberini fig. 2678. pag. 112. Ex receſſu Ratisbon. in cauſa Religionis.

Graviores longè in Lutheraniſmo, quàm in Catholico ſtatuerant corruptelæ.

At Electores, & alij Principes, ac communes Status ex grauibus cauſis, quas in conſultando ſuper tam arduo negotio inuenerunt, & præſertim ad promotionẽ negotij, & ad omnes ambages euitandas, nobis dictorum colloquiorum opiniones in ſcriptis comprehenſas obedienter reſeruarunt, noſque vt Aduocatum, & Defenſorem Eccleſiæ Catholicæ humiliter requiſiuerunt, nobiſque ſupplicarunt, vt illas vnà cum Legato Apoſtolico hanc ordinationem Haganoenſis Receſſus clementer peruideremus, ac vnà communicaremus, præſertimque puncta, circa quæ Deputati colloquentes non tamen concluſiuè concordarent, ſummaque diligentia, cùm aliquid in illis in ſententijs, vel in verbis, quod in ſanctis Doctoribus, ac laudabili Catholicæ Eccleſiæ conſuetudini

dini contrarium esse posset, & iuri, examinaremus huiusmodi, & quidquid reliquum abusuum in Ecclesia Catholica forsan reperiretur, emendaremus; corrigeremus, aboleremus, & si aliqua declaratione nonnullorum punctorum, vel sensuum obscuriorum opus foret, vt illam adijceremus: in hisque resolueremus, ac concluderemus: quodque nos cum Legato Apostolico resolueremus, ampliùs omnibus Statibus proponeremus, vt nobiscum secundùm primam propositionem, nostram Haganoensis Recessus humiliter concordarent: quodque interim, clementer vias cogitare vellemus ad conducendum Protestantes, vt in aliquibus punctis controuersiæ obnoxijs Christiana, & æqua media acciperent, vel si illa locum habere non possent, tùm per medium generalis Concilij, aut si illud obtineri non posset, ad Nationalem conuentum illos legitimè conuocaremus, vt æqua definitio fieret, quo tandem Natio Germanica ad Christianam concordiam peruenire, ac pax, & quies in sacro Imperio conseruari possent.

Ad huiusmodi communium Statuum humiles preces nos clementer consensimus, dictas colloquentium schedulas Religionis controuersiam implicitam concernentes Legato Apostolico tradere, & communicare velle, quod etiam statim fecimus, ipsius animum, & quid sentiret, intellexeimus primi, & Electoribus, & alijs Principibus, & omnibus Statibus notificauimus.

Deindè maturo consilio præuio, & vrgentibus, & iustis ex causis, cum omnibus Statibus concordauimus, quòd colloquentium acta, vt illa celebrata fuerunt, ad omne Christianum Concilium in Germania celebrandum remitti debeant, quemadmodum illa ad Concilium mittemus; quod Concilium, vt nobis Legatus Apostolicus promisit, breui indicetur; si verò id non succederet, quòd saltem Nationale Concilium legitimo modo indicatur, & celebretur. Casu autem quo nullum horum succederet, quòd tùm communis conuentus Imperialis, prout infrà dicetur, celebrari debeat. Et vt omnes Status Imperij cognoscere, & intelligere possint, quòd nos Imperij prosperum successum, & augmentum promouere semper inclinati sumus, & præsertim, vt hoc negotium Religionis diffidio subiacens decidatur, & definiatur, ideò omnibus Statibus obtulimus, quod in instanti nostro per Italiam itinere, apud Sanctitatem Summi Pontificis, summa diligentia tractabimus, & instabimus, vt huiusmodi generale Concilium, quamprimùm ad locum opportunum in Germania indicatur, ibidemque celebretur, & casu, quo hoc non succederet, de quo non dubitamus, quod tùm Nationalem conuentum modo legitimo conuocabimus, indicemus, & breui celebrabimus. Et si nullum istorum obtineri posset, tùm intra decem, & octo menses à data præsentis Recessus conuentum Imperialem ad locum opportunum indicemus, ipsique personaliter intererimus, sperantes dictas controuersias Religionis ad definitiuam, & Christianam concordiam nos reducturos, & omninò tractaturos, & concluſuros, quod sacro Imperio, & illius Statibus ad prosperos successus, & vtilitatem cadere possit: agemus etiam, & sollicitabimus apud Sanctitatem Summi Pontificis, quòd ipsa Legatum cum sufficienti mandato ad dictum Nationale Concilium mittat, vel si illud non succederet, ad dictum conuentum Imperialem deputaret eo in negotio, vsque ad definitiuam concordiam.

Ad hæc vnà cum Legato Apostolico omnibus Prælatis iniunximus, & mandauimus, & ipsis per præsentes iniungimus, & mandamus, quòd inter sese, ac suos, Christianas ordinationes, & reformationes instituant, & erigant, quæ ad debitam, & salubrem administrationem Ecclesiæ conuenientes, & idoneæ sint, ipsaque strenuè manuteneant, & quoad hoc nulli impedimento, vel interpellationi locum dent, quod sese ita facturos dicti Prælati nobis, & dicto Legato humiliter obtulerunt, speramusque, huiusmodi ordinationes, & reformationes ad definitiuā Christianam concordiam Religionis dissensionibus subiectæ, præparationem futuras, ad illamque multùm commodaturas.

Et vt vlteriùs in sacro Imperio Germanicæ Nationis quies, pax, & concordia plantentur, & conseruentur, ideò volumus, ac per præsentes districtè mandamus, quòd pax Norimbergensis, quæ priùs ex grauibus, & necessarijs causis, quæ tunc temporis ob oculos versabantur, nunc verò multiplicatæ sunt, ad prosperum Sacri Imperij successum erecta, donec Generale, vel Nationale Concilium peractum fuerit, vel si neutrum horum succederet, vsque ad proximum futurum conuentum Imperialem, vt supradictum fuit, in omnibus ijs punctis, & articulis ab omnibus firmiter, & inuiolabiliter obseruetur, &c.

35 Promulgato hoc edicto ad partes hæreticorum inclinare multis visus est Cæsar, nec tamen Lutheranorum Principum, quibus ad redimendum tempus abblandiebatur, beneuolentiam sibi conciliare potuit: Perstrinxit admodum corruptelas ac vitia, quæ in Catholicam Ecclesiam natura humana corrupta inuexerat: at horrenda scelera, quæ Lutheranos hypocritas infecerant, pressit silentio, defuitque illi animus ad ea comprimenda, spem sceleratam iniecit Lutheranis de congregando Nationali Concilio, in quo si promissis consentirent exitus, Catholica Religiō in Germania delenda foret; propterea quæ Catholicorum, qui ægrè ferebant, Religionis causam ab eo non syncera mente defendi, maleuolentiam collegit, Lutheranorumque, qui ipsum in Lutheranismum pellicere annitebantur, odia in se asperauit, de quibus Cardinalis Moguntinus Pontificem certiorem fecit, Administri sui arcanorum participis opera.

Apud Pallauic. tom. 1. lib. 4. cap. 15. num. 13.

Recessus Ratisbonensis, nec Catholicis, nec Protestātibus satisfecit.

De declaratione data Lutheranis à Cæsare, & quid in ipsa continetur. Ratisbonæ.

M. S. Francisci Car. Barb. sig. num. 2678. p. 111.

,, Dedit Sanctissimo Domino Nostro Iodot
,, Hoet Filter nomine Reuerendissimi Cardina-
,, lis Moguntini literas credentiales datas Ra-
,, tisbonæ vltimo die Iulij MDXLI.

,, Statim post lectum Recessum Dietæ Ratisbo-
,, nensis, Protestantes in præsentia Cæsaris, &
,, Regis Romanorum, aliorumque Catholico-
,, rum Principum, & Statuum in pleno consessu
,, dixerunt, quòd Concilium generale acceptare
,, non velint, nisi illud fiat in Germania, de quo
,, protestati fuerunt.

Impostura Protestantium.

,, Secundò, de non consentiendo in dictum
,, Concilium, nisi omnes errores, & abusus cor-
,, rigantur, & singula reformarentur iuxta ver-
,, bum Dei (impiè scilicèt ab ijs corruptum.)

,, Tertiò, quod neque Sedes Apostolica, neque
,, Summus Pontifex, neque illi adhærentes de-
,, bent esse Iudices, quia ipsi non fateantur, illos
,, habere aliquam in eis iurisdictionem, aut
,, quamuis auctoritatem.

,, Protestati etiam sunt publicè; quòd di-
,, ctum recessum non acceptarunt, nisi iuxtà de-
,, clarationem eis factam à Cæsare, hoc audiente.

,, Ta-

,, Talem autem declarationem, qualis sit, ignorant Catholici, vel saltem tunc ignorabant, & ipsa declaratio confecta dicitur, & conscripta voluntate, & ordinatione ipsorum Protestantium. Neque copia, aut conceptum reperitur eiusdem declarationis in priuata Cæsaris Cancellaria. Minus de ipsa declaratione scitur in publica, & Imperiali Cancellaria (cui præest Reuerendissimus D. Cardinalis Moguntinus) neque (vt fieri solet) ibidem apud Acta consignata est. Consultum foret de ista declaratione intelligere, vel ab ipso Cæsare. Protestantes post lectum Recessum, ob quædam verba ipsis non placentia, detinuerunt Cæsarem, & Regem vltrà duas horas, altercationibus inhæserunt, adeò vt Cæsar, & Rex omnia ferè pro Protestantium arbitrio aptare, & immutare cogerentur, non obstantibus Catholicorum contradictionibus, & optimis rationibus.

Caluinus Ratisbonensi cõuentui interfuit.

36 Antequam narrationem Dietæ Ratisbonensis compleamus, non est silentio mandandum, Io: Caluinum inter alios Sathanæ adiutores ibi conuenisse, vt simul cum socijs, & inter illos facilè Princeps, Catholicam Religionem funditùs euerteret; qui posteà ab isto congressu rediens, pro munere à Geneuensibus pessimis perduellibus Ecclesiæ, fuit illi Ciuitati restitutus, à qua paucis iam annis elapsis, in exiliũ pulsus ob causam suprà allatam. Hic, referente Floremundo Remundo omnia Geneuæ verssauit, vt breui non Episcopatum modò illius Ciuitatis, sed etiam dominatũ sibi arrogarit, res omnes tàm ad religionem, quàm ad ciuilem administrationem spectantes suo arbitratu disponens: adeò vt ab omnibus, etiam ipsis Reipublicæ primoribus obseruaretur, ac veluti coleretur. Cuius rei Beza lepidum adfert exemplum eius, qui cùm morti iam proximus esset, persuadere sibi non poterat à Deo peccata sibi remissa esse, nisi à fideli illo Dei seruo (ita impius illius alumnus execrandum hoc Diaboli membrum vocat) quem totiès tam grauiter offenderat, itidem veniam impetrasset. Additque, Caluinum non semel nudis se gladijs medium obiecisse, ac sua tantùm præsentia furibundos ac desperatos homines à cede reuocasse: ac quotiescumque in conuentibus suam proferebat sententiam, neminem reperiri ex omnibus, qui vel solo verbo contra mutire auderet. Farellus autem, vt faciliorem Caluino Geneuæ exercendæ tyrannidis potestatem exhiberet, aliò profectus est.

Floremund. lib. 7. cap. 19.

37 Cùm ita Nouatores ab æquitate, & concordia abhorrerent, sparsere tamen in vulgus, Catholicos captasse diffugia, & discussæ pacis culpam omnem in eos detorsere, quos Surius grauissimis hisce sententijs confutat. [Quæ verò causa est, vt Catholici diuerticula quærant, cùm res nobis sit non ferè cum apostatis Monachis, & eorum Symmistis iam olim damnatarum hæresum buccinatoribus, quos ad suam originem reuocasse, viciſſe, & condemnasse est, scilicet ingentis cuiusdam molis est, cum ijs in disceptationem venire, qui etiam ante mille annos damnatos errores reuocant, & hoc solo triumphant, quòd deterrimis mendacijs fascinatam simplicem plebeculam in suas partes traxerunt, quæ si dolos, & fraudes illorum posset intelligere, næ illi haudquaquam Orbi diutiùs illuderent.

Protestantes in vulgus voces spargunt, Catholicos captasse diffugia.

Ad dissoluendas horum fraudes, Germanosque in orthodoxa Religione confirmandos Contarenus Cardinalis Legatus Lutheranorum errores merita censura damnauit, ostenditque eos à Catholica Ecclesia dissentire, atque in æternum exitium præcipites ruere, tùm Episcopis mandata dedit, vt omni cura, & labore commissos sibi Populos à Lutherana impietate vindicarent, qua pia admonitione Nouatores veluti phreneticì in Medicum exasperati acerbissimis scriptis nomen eius proscindere, de quibus hæc Ioannes Eckius ad Gasparem Contarenum scripsit.

Contarenus Hæreticos damnat, & Catholicos defendit.

Hæretici in Contarenum furunt.

,, Bucer Vir pestilens acta Comitiorum infideliter scripsit, mixtis tot impietatibus, vt nullus Catholicorum ferre possit: præter Sedem Apostolicam, Cardinales, Episcopos, & vniuersos Christianos, speciatim te aggreditur, scripturas per te oblatas lacerat. *XX. Ianuarij MDXLI.*

Inter epist. Gasp. Car. Cont. M. S. Arch. Vat. sig. num. 3224. Io. Eckius ad Gasp. Car. Contarenum.

,, Edidit (inquiebant Lutherani) censuram, in qua ait, nos à communi consensu Catholicę Ecclesiæ dissentire, iubet etiam in altera pagella Episcopos aduigilare, vt genus doctrinę, quod profitemur, deleant.] De nefarijs eorum querelis in Legatum, atque Romanam Ecclesiam hæc refert Franciscus Belcarius Episcopus Metensis. [Protestantes Contarenum reprehendunt, quòd Principes ad crudelitatem cohortetur, se, quos nunc damnant errores (si dici debeant errores sanctissima Ecclesiæ dogmata ab Apostolis tradita) nunquam in posterum probaturos, neque ad eam Ecclesiam, quæ tot vitia detendit, reuersuros.] Vitiorum nomine intellexere Cœlibatum, Quadragesimalia ieiunia, Pœnitentię, & Eucharistię Sacramenta, diuina officia, & alia pia opera, quę respuunt illi, quibus sufficit esse nequissimos, & credere se esse bonos. Cęterùm non diffitemur, quin irrepant vitia in Ordines Catholicæ Ecclesiæ, est enim sagena missa in mare congregans bonos, & malos pisces, sed negamus vitia ab ea defendi, ad quæ emendanda editas à Pontifice nonnullas Constitutiones hoc anno inferiùs visuri sumus.

Francisci Belcar. l. 22. cap. 52.

Quid vitiorum nomine intelligât Lutherani.

38 Nec soli Protestantes dente canino integerrimam famam Cardinalis Contareni Legati lacerauerunt, sed etiam Romæ malum murmur de eo percrebuerat, quasi Protestantibus in articulis Religioni Catholicæ noxijs cessisset. Audiamus Io: Casam in vita ipsius Cardinalis:

pag. 125. 127.

,, [Accidit hoc itinere (scilicet Lucam versus, de quo inferiùs) res, quæ vehementer animum optimi Viri commoueret; cùm enim Brixiam ventum esset, ciuis huius loci, honestus sanè Vir, ac vetus amicus Contareni, qui ad ipsum salutatum venerat, quæsiuit ex eo simpliciter, quæ mens ipsum impulisset, vt capita, quę ferrentur prolata ab aduersarijs adeò absurda, & à vera ratione aliena in Germania comprobarit. Cui statim respondit ille, eas esse meras nugas, rumoresque prorsùs inanes, & quos omnes aures respuere deberent, se numquam nedum, quod esset anceps, sed in quo scrupulus aliquis resideret, sine auctoritate Pontificis Maximi concessurum aduersarijs non fuisse; ac etiam, quæ rata in primis sunt, & firma aliter recepturum non fuisse. Non destitit auctor huius sermonis, sed addidit, rem aliter, atque ille putaret, se habere, neque enim incertam esse, ac nullo auctore prolatam famam illam; se namque literas vidisse, ab eius Ordinis homine scriptas, summo Viro, quem etiam nominauit, quæ id commemorarent, ac verum esse contenderent. Nou-

Etiam Catholicorũ aliqui Contareno detrahebant.

,, potuit tunc homo leniſſimus ſe temperare, ,, quin ſtomacharetur, exclamaretque. Digna ,, verè merces hæc eſt meorum laborum, ſi vera ,, ſunt, quæ narras, ſtatimque vt innocentiam ,, ſuam, exiſtimationemque tueretur, miſit epi- ,, ſtolam ad Pontificem Maximum, qua valdè ,, queſtus eſt de iniuria illa, ſermoneque im- ,, probiſſimo, quem Roma profectum, ac per ,, omnem Italiam ab iniquiſſimis deportatum ,, contra dignitatem ſuam comperiſſet, roga- ,, uitque ſimul, vt ſi penitùs eum non aſper- ,, naretur, ſaltem ſe in dicta cauſa non condem- ,, naret, nec quicquam de illa re ſecum ſtatueret, ,, antequam ipſe ad eum peruenisſet, ſperans ,, enim, ſe facilè cauſam ſuam probaturum, ,, oſtenſurum laude ſe, atque præmio, non re- ,, prehenſione, aut pœna vlla, ob ea, quæ in ,, Germania geſſit, dignum eſſe.] Pontifex, vt auctor vitæ narrare pergit, de Legati iuſtificationibus non ſolùm ſatisfactionem recepit, ſed Imperatori eius mirifico laudatori ob Legationem Germanicam, ſumma prudentia adminiſtratam, reſpondit, non ſibi opus eſſe ſuæ Maieſtatis teſtimonio, vt certior redderetur, Cardinalem Contarenum Legationem ſummo ſtudio, diligentiaque geſſiſſe, quia benè nouerat, quantum ex ſua Legatione exiſtimationis fides Catholica, & Sancta Sedes acquiſierit, populique voces eius famæ detrahentes, inuidorum blateramenta eſſe: & vt omnes clarè cognoſcerent, cum ſui animi ſatisfactione Legationem Germanicam abſoluiſſe, Bononienſem Legatum creauit. Abſoluta verò Dieta Ratisbonenſi Imperator cùm in Italiam deſcendiſſet, Pontifex iuſſit Contareno, vt Imperatorem, vti Legatus, Mediolanum vſque comitaretur, & Imperator in ſolemni pompa, cum qua ingreſſus eſt in illam Vrbem, honores illi ſingularis exiſtimationis tribuit.

Io. Caſa in vita Contareni pag. 124.

39 Miſiſſe ad hos conuentus Henricum Angliæ Regem Oratores ſuos, & priorum ſcelerum conſcientia percitum, de reſtituenda in Regno fide Catholica, ac recuperanda Eccleſiæ gratia egiſſe, ſed nimio ſui amore illuſum ritè expiare crimina detrectaſſe Sanderus refert his verbis, ,, [Rex Henricus (inquit) iam non aliorum ,, modò, ſed propriæ etiam impietatis aliquo ,, modo ſecundùm ſæculum pertæſus, ad hæc ,, Ratisbonenſia Comitia, miſit Henricum ,, Cneuettum Equitem auratum, & Stephanum ,, Gardinerum Wintonienſem Epiſcopum inſi- ,, gnis doctrinæ, & ingenij admirabilis Virum, ,, partim, vt ſuam in fidei negotio moderatio- ,, nem certis Germaniæ Principibus probarent, ,, qui eum in nouo Euangelio aſſectando tardi- ,, tatis accuſabant, præcipuè verò vt cùm vi- ,, deret ſe neque Catholicis, neque Proteſtanti- ,, bus (propterea quòd cum neutris plenè com- ,, municaret) gratum eſſe, rationem quandam ,, cum Cæſare inirent, qua ipſi vnitus, & per ,, eum Pontifici Romano reconciliatus, perfe- ,, ctam fidei Catholicæ regulam, qua nihil ve- ,, rius, nihil certius eſſe ſciebat, abſque vlla ,, ſimulatione tandem ſequeretur. Et huc qui- ,, dem adegit illum vis conſcientiæ, quam ,, veteres non immeritò adæquarunt mille teſti- ,, bus. Cæterùm quoniam volebat Rex ſaluo ,, Suæ Maieſtatis honore, hoc eſt abſque publi- ,, ca tàm conteſtati criminis confeſſione, ,, abſque pœnitentiæ actione, abſque rerum ab ,, Eccleſijs ablatarum reſtitutione, in vnitatem ,, Catholicam recipi, hoc autem & Canones ve- ,, tarent, nec ſaluti æternæ ipſius conſuleret, iſta ,, inanis cogitatio ad nihilum recidit, quia glo- ,, riam hominum, magis quàm Dei adamauit.]

Sander. lib. 1. pag. 217.

Henricus Angliæ Rex Oratores ad colloquiũ Ratisbonenſe mittit, vt ad Eccleſiam rediret, ſed ſuperbia impeditus non reſipuit,

Ita ille tuendæ inanis gloriolæ cupiditate faſcinatus æternæ gloriæ ſpe excidit, ac ſempiternæ ignominiæ ſe infœliciter ſubiecit, nec leui tamen dedecore in hac vita inuſtus eſt, dum vxores ipſius (prima excepta) fidem ipſi violarunt, qui fidem Deo, ac primæ vxori violauerat, atque hoc ipſo anno Catharinam Hauardam ob ſtupra ante coniugium admiſſa, atque adulteria in matrimonio patrata capitali ſupplicio affecit, proſperitas verò illum malè perdidit, etenim vt ait Eccleſiaſtes: *Quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala.*

Eccleſiaſt. cap. 8.

40 Exercuit verò tyrannidem in Hibernos, ac Domini Hiberniæ nomen dedignatus, Regis Hiberniæ nomen ſibi aſciuit, cùm cæteri Angliæ Reges ſe tantùm Hiberniæ Dominos dixiſſe viderimus, nam Hiberni, cùm fidem Chriſtianam à Romana Eccleſia hauiſſent, Pontifici Romano tantùm ſe ſubiecerant, dum verò Henricus II. Angliæ Rex eos bello vexaret, concordiæ cauſa ad tollenda inteſtina Hibernorum bella, & Religionem conſtituendam contra potentiorum Hibernorum vim, & tyrannidem, Pontifex ex Hibernorum conſenſu Angliæ Reges Hibernorum Dominos conſtituerat, quo honoris titulo florentiſſimi bellica laude Reges contenti vixerant; cùm verò Hiberni Catholicæ Religionis tuendæ, & ſuæ libertatis aſſerendæ ſtudio reſtitiſſent Henrico, ille in eos furorem ſuum effudit, ac Comitum Kyldariæ ſtirpem ferro penè deleuit, ex quibus Geraldus adoleſcentulus fuga in Belgium lapſus à Pontifice Leodienſi Epiſcopo commendatus eſt.

Henricus tyrannidẽ in Hibernos exercet.

a *Sand. libr. 1. pag. 220.*

Epiſcopo Leodienſi.

Paul. III. libro breu. anno 8. pag. 17.

Venerabilis Frater ſalutem, &c. Intelleximus confugiſſe in iſtam tuam Ciuitatem dilectum filium nobilem adoleſcentem Geraldum natum, & hęredem bonę memorię Geraldi, nuper Comitis Kyldarię de Hibernia, fugientem atrociſſimam perſequutionem Schiſmaticorum, à quibus Genitor, & Frater maior, ac duo Patrui eius ſunt interfecti, & qui non minori nunc crudelitate huius ſuperſtitis vitam perſequuntur, quorum caſus tam miſerabilis, etſi non dubitamus, quin per ſe ſatis fraternitatis tuę animum mouere debeat, vt hunc adoleſcentem, vel potiùs puerum cauſa Sanctæ Eccleſiæ hæc ferentem omni auxilio deſtitutum, & in tanto periculo poſitum in tua Ciuitate foueas, & protegas, quia tamen ad hoc officium Summi Paſtoris maximè pertinet talium curam gerere, ideò ipſum Geraldum omni charitatis ſtudio fraternitati tuæ commendandum duximus, & quàm maximè poſſumus commendamus ab ea ſummoperè petentes, vt ſiuè ipſi Geraldo tutius viſum fuerit in iſta Ciuitate ad aliquod tempus commorari, quàm aliò in tàm ſæua perſequutione diſcedere velit, pro boni Epiſcopi officio, ac nobilitate generis, & animi tui eum tanquam filium in tua Ciuitate tueri, ſiuè ipſe Geraldus ad nos ſe recipere deſiderauerit, vt eum pariter omni conſilio, ope, & auctoritate, & auxilio tuo iuues, quo is tutò peruenire ad nos poſſit, quod tua fraternitate dignum, Deo Omnipotenti, ac bonis omnibus acceptum, nobiſque, ſupra quam dici poſſit, erit gratiſſimum, quemadmodum hæc pleniùs cum fraternitate tua aget noſtro nomine dilectus filius Theodoricus Hezius, ad

quem

Digitized by Google

quem ſcripſimus, cuius verbis plenam fidem tua fraternitas habebit. *Datum Romæ V. Ianuarij MDXLI. Anno VII.*

41 Pontificijs etiam literis eundem Kyldariæ Comitem adoleſcentem ſolatus eſt Paulus, monuitque, vt ſe à Canonico Hezio regi fineret, qui & conformandis eius moribus, ac neceſſarijs ſubminiſtrandis præfectus eſſet: licèt verò Henricus immiſſo exercitu, grauibello attriuerit Hibernos, non defuere tamen viri fortiſſimi, qui illius conatus retunderent, ac inſtructis copijs fidem Catholicam, nomenque Romani Pontificis tuerentur, inter quos erat Wltoniæ Princeps, quem Paulus ad cauſam Fidei Catholicæ ſtrenuè defendendam his literis incitauit. *Paul. III. lib. breu. anno 8. pag. 98.*

Dilecto filio nobili Viro Conoſſio Yneyllo Principi Hibernicorum Wltoniæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. Literas nobilitatis tuæ recepimus in vigilia feſti omnium Sanctorum datas, quas dilectus filius Raymundus tuus attulit, eſtque ipſe vberiori ſuo ſermone proſequutus, ex quibus noſter animus variè affectus eſt, nam iſtam Inſulam nunc à moderno Rege ad tantam impietatem deduci, tanta crudelitate vaſtari, honoremque Dei Omnipotentis tanta illius fæuitia, ac feritate conculcari, quo debuimus, dolore intelleximus, at contra cum tuis literis, & dicti Raymundi ſermone edocebamur, te ſimul honoris Dei, ac Romanæ Eccleſiæ, & Catholicæ Religionis propugnatorem exiſtere, paternæ charitatis affectu, & lætitia exultauimus. Te igitur, fili dilecte, proindè, ac meritus es, & laudamus, commendamus in Deo Domino, eique tùm gratias agimus, quod te tali virtute, ac pietate inſignem hoc tempore ad conſeruationem illius Inſulæ nobis conceſſerit, tùm preces offerimus, vt eundem te nobis diù conſeruet, ac proſperet, nos autem de te, ac cæteris fidei Catholicæ propugnatoribus eam curam ſuſcepimus, quam debuimus, tuque à nobis petiſti. Quamobrem exhortamur in Domino ipſam nobilitatem tuam, & cunctos Hiberniæ populos, auctoritatem, & pietatem tuam ſequentes, vt in Catholica Religione, quam à Patribus accepiſtis, & ad hæc tempora conſtantiſſimè conſeruaſtis, perſeuerare velitis, ſicut vobis, ac veris Chriſti fidelibus dignum eſt: Nos enim, qui iſtam Inſulam ſingulari charitate complectimur, & in vetuſto Sanctæ fidei cultu conſeruatam cupimus, nunquam tuæ nobilitati, & cæteris ſectatoribus pietatis tuæ deerimus, ſicut hæc omnia ex eiſdem Ioanne (nempè Codurio) & Alphonſo (ſcilicet Salmeron D. Ignatij ſocijs) Nuntijs noſtris, & Raymundo tuo pleniùs intelliges. *Datum Romæ XXIV. Aprilis MDXLI. Pontificatus Noſtri Anno VII.*

Orlandin. lib. 3.

Decreti fuere Ioannes Codurius, & Alphonſus Salmeron S. Ignatij Socij in Hiberniam Internuntij ex conſilio Armachani Archiepiſcopi ad lapſas res Fidei Catholicæ inſtaurandas, Hibernoſque pietate excolendos, nam Epiſcopis pulſis, & Parochis improbis intruſis Eccleſia Hibernica corruptelarum ſentibus horrebat, ad quæ tollenda mala miſſi hi Viri Apoſtolicis virtutibus inſignes, commendatique Præſulibus, Clero, & populo Hiberniæ ſubiectis literis. *Paul. III. lib. breu. an. 6. pag. 97.*

Vniverſis, & ſingulis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliſque perſonis Eccleſiaſticis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, necnon dilectis filijs Nobilibus Viris Principibus, Populis, & communitatibus Inſulæ Hiberniæ, quibus hæ literæ noſtræ exhibebuntur, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

42 Cùm nuper audierimus veſtras clades, & in Fide Catholica perturbationes vobis ab impietate, & crudelitate vicini Regni inflictas, ſanè nos, & pro noſtro Paſtorali officio omnibus Chriſti fidelibus debito, & pro peculiari in iſtam Inſulam amore grauiter noſtris damnis, tùm temporalibus, tum quæ his maiora ſunt, ſpiritualibus indoluimus. Itaque ſalutem animarum veſtrarum paterno zelantes affectu mittimus ad vos dilectos filios Ioannem Coduri, & Alphonſum Salmeron latores præſentium Presbyteros doctrina, & pietate inſignes, noſtros, & A. S. Nuntios, quibus mandata ad vos dedimus ſuper noſtra de vobis ſpeciali, ac paterna cura, tùm etiam non paucas facultates de Chriſti theſauro conceſſimus, vt animarum veſtrarum ſaluti commodiùs conſulere poſſint. Hortamur igitur fraternitates, nobilitates, & deuotiones veſtras in Domino, vt eoſdem Ioannem, & Alphonſum Nuntios honorificè, ac benignè ſuſcipere, eorumque, cuiuſlibet ipſorum verbis ex parte noſtra vobis referendis plenam fidem habere, & in vera Catholica Religione, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ veſtræ peculiaris Matris obedientia, in qua tantopere cum Maioribus veſtris vixiſtis, perſiſtere velitis, habituri præmium conſtantiæ, & pietatis veſtræ, temporalium primùm bonorum in terris, deindè immortale, ac perpetuum in Cœlis. *Datum Romæ XXIV. Aprilis MDXLI. ann. VII.* *Paul. III. lib. breu. ann. 6. pag. 96.*

43 Cùm in Scotiam profecturi eſſent, Pontifex literas dedit XXIV. Febr. huius anni Cardinali Scotiæ, quibus eos omnibus benevolentiæ ſtudijs excipi, atque affici iuſſit.

De his etiam ſcripſit Paulus Regi Scotiæ, quem Sanderus ait læſum fuiſſe ab Henrico, cùm Regis Hiberniæ nomen ab eo inuaſum eſt, quòd pars Hiberniæ ad Scotum ſpectaret, & quidem Scotos de Hibernia aliàs cum Anglis certaſſe vidimus: rogauit Scotum Pontifex, vt cùm Internuntij ad promouendam ſalutem animarum, & Diuini nominis honorem propagandum mitterentur, eos Regio ſtudio complecteretur.

Regi Scotorum.

Chariſſime &c. Mandauimus ex parte noſtra ſcribi dilecto filio noſtro Cardinali Scotiæ quædam ſuper rebus vicinæ tibi Inſulæ Hiberniæ, quæ nobis ob honorem Dei Omnipotentis, & ſalutem illorum populorum valdè cordi ſunt, quaſque ad tuam pietatem, & gloriam etiam pertinere arbitramur, hortamur igitur Serenitatem tuam in Domino, vt eiuſdem Cardinalis verbis ex parte noſtra tuæ Maieſtati referendis, haud minorem fidem præbere velis, quam ſi nos ipſi cum tua Maieſtate præſentes loqueremur, quod ſanè poſt Deum Omnipotentem recipiemus à Maieſtate tua gratiſſimum. *Datum Romæ XXIV. Febr. MDXLI. ann. VII.* *Paul. III. lib. breu. ann. 6. pag. 99.*

44 Ex his Internuntijs Ioannes Codurius morbo oppreſſus commiſſum ſibi munus obire non potuit, cuius animam S. Ignatius, obiecta illi cœleſti ſpecie in Cœlum ab Angelis efferri vidit, vt Orlandinus his verbis refert. [Pro eius ,, valetudine cùm rei diuinæ faciendæ gratia ad ,, ædem S. Petri in Ianiculo tacitus properaret ,, Ignatius, medio in ponte, qui Sixti dicitur, ,, intentis in Cœlum oculis, velut à ſtupore deſi- ,, xus repentè conſtitit; tùm ad comitem Bap- ,, tiſtam Violam, referamus, inquit, nos do- ,, mum, Codurius noſter deceſſit. Creditum ab Maffeius in vita S. Ignatij. *Orlandin. lib. 3. 20.* Animam Coduri in Cœlum ferri videt S. Ignatius.

„ ab Ignatio visam, vt antea Horij, sic nunc „ Codurij, animam in Cœlum intrantem; ex „ horarum quippe ratione compertum, ipsum „ illo temporis expirasse momento, nec sanè „ causa alia fuit, cur intellecto diuinitùs chari „ sodalis excessu, domum extemplo repeteret, „ ac non potiùs ad aliquod piaculare pro eo fa„ ciendum Sacrum de more contenderet, quin „ cùm ad Fabrum scriberet, veluti de commu„ nis obitu filij, narranit, decedentem Codurij „ animam à pio Viro in oratione defixo, con„ spectam in Cœlum esse luce coruscam inter „ Angelicos Choros deportari.] Suffectus est in Codurij locum Paschasius Broetus: cùm verò ille vnà cum Alphonso Salmerone in Scotiam, atque ex ea in Hiberniam esset profectus, iamque pij illi Internuntij salutem animarum promouerent, interioresque Christi thesauros conferrent, tot insidijs appetiti fuere à Schismaticis, ac penè circumuenti, vt post trigesimum quartum diem, excedere coacti sint.

Orlandin. lib. 3.

45 Inter hæc Solymannus Turcarum Imperator, maximos terra, marique apparatus instruxit ad Christianum inuadendum Imperium, cuius nefaria molimina cùm formidaret Pontifex, bellicis præsidijs pro immani hoste propulsando comparandis intentus, Heluetios ad sua signa (promissis honestis stipendijs) pellicere constituit, atque ipsos, etiam Hæreticos omni paterni amoris significatione, verborumque officijs sibi deuin cire (proposita ijs gloria) quam in tuenda Fide Christi, retundendisque Turcarum conatibus essent relaturi.

Heluetios Paulus Pontifex inuitat, ac ceptis stipendijs ad militandū contra Turcas.

Dilectis filys Heluetys tredecim Cantonum ligæ superioris Alemaniæ in Dieta congregandis Ecclesiasticæ libertatis Defensoribus.

☞ *Paulus III. lib. breu. anno 7. pag. 129. & p. 253.*

Dilecti filij salutem &c. Credimus deuotiones vestras non latere ea, quæ crebris nuntijs, ac literis nuntiantur de maximis infidelium apparatibus tùm terrestribus, tùm maritimis, vtque illi innumeris comparatis, & iam instructis exercitibus terra Austriam inferiorem, mari autem Italiam, præcipuèque in Ciuitates, & Prouincias Sanctæ Apostolicæ Sedis irrumpere, deuastare, & occupare in animo habeant, ac per eas gradus quosdam sibi facere ad reliqua Christianitatis inuadenda; quam ob rem nos sicut hactenus ad illorum conatus dudum antea præuisos retundendos nihil prætermisimus, quod ad curam vniuersalis Pastoris omnium Christifidelium pertineret, nunc Nicæam nulla nostræ ætatis ratione habita eundo, concordiamque inter Christianos Principes suadendo, nunc Classe multo labore, & impensa instructa cum cæteris resistendo, ita etiam hoc tempore nihil prætermittere, vel laboris, vel studij, vel officij nostri decreuimus, quo id periculum nobis quidem nunc propius, sed nisi occurratur, simul omnibus mox Christianis incubiturum auertamus: itaque, non desistimus omnes Principes Christianos ad pacem adhortari, ita etiam monemus assiduè vt salutis communis curam suscipiant, ad defensionem verò nostrarum terrarum, quas vna velificatione hostis inuadere potest, expedito, ac prompto præsidio indigentes facilè ad vestram inclytam, ac fortissimam Nationem spes nostras conuertimus, vnde ipsum præsidium sumeremus, nec enim habebamus, quorum magis fidere vel virtuti, vel in nos beneuolentiæ deberemus quàm vestrum, qui & Defensores huius Sanctæ Sedis, & veteri memoria diù optimè meriti fuistis: quamobrem non minùs in vobis quàm aliqui Prædecessorum nostrorum sperantes, nec minùs quàm illi erga vestrum commodum, & honorem paternè affecti, atque animati, deinceps vobiscum veterem beneuolentiam, & primam erga vos charitatem nunquam illam quidem à nobis depositam continuare proposuimus, vestras deuotiones studiosè requirentes, & hortantes, vt si ipsi infideles nostri, ac vestri hostes progrediantur, pergantque terras nostras inuadere (quod Deus misericors dignetur auertere) tunc vos pro defensione Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Christianæ Religionis, vniuersalisque salutis, vestros milites bona vestra cum voluntate, pro honestis, & competentibus stipendijs nobis concedere velitis, quemadmodum vestri Maiores, vsque ipsi cum ingenti vestra gloria anteactis temporibus feciſtis, habituri vicissim nos, & hanc Sanctam Sedem in occasionibus, quantum nobis licuerit, huius vestri officij semper memores, & gratos, sicut hæc pleniùs tam nunc ex literis dilecti filij nostri Ennij tit. S. Angeli Presbyteri Cardinalis Verulani, quem vestri nominis studiosissimum, & apud nos promotorem, ac fautorem vestrarum rerum iam inde ab initio Pontificatus nostri habuistis, & continuè habetis, quàm ex verbis dilecti filij Hieronymi Franchi familiaris, & Camerarij nostri, quem dedita opera propediem ad vos mittere decreuimus, intelligetis. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum XVII. Maij MDXLI. Anno VII.*

☞

46 Cum pro sustentandis copijs auxiliaribus ærario opus esset, auxerat Pontifex vectigal salis, quod Perusini iniquè ferentes, rebellionem mouerant, verùm quinta Iunij (deditione nuncupata) ad officium redacti fuere, quorum Oratores supplici cultu, ac ritu hoc veniam poposcisse memorat Petrus Paulus Gualterius Aretinus. „ [Die vigesima nona Iunij dum Papa iret ad „ S. Petrum, proiecerunt se ad eius pedes in Por„ ticu S. Petri vigintiquinque Ciues Perusini „ pullis, & longis vestibus induti, & ad collum „ laqueo appositio, veniam, & misericordiam „ petentes, & Reuerendissimus Sanctorum IV. „ interceſſit pro eis, tunc Sua Sanctitas absoluit „ tredecim illorum, & remisit. Sreterunt po„ stea ante Capellam maiorem dum Missa cele„ braretur, & miserandum spectaculum præbue„ re, numerus duodecim repræsentauit eos, qui „ auctores rebellionis fuerant.]

Petr. Paul. Aret. MS. Vatic.

Perusini veniam à Pontifice pro rebellione facta poscunt.

Quod ad Turcas verò attinet, non illi hoc anno in Italiam effudere impetus, sed in Hungariam, quam ob funesta Hungarorum diffidia sibi maxima ex parte subiecerunt. Iactarat mira fraude Solymannus aduocatis Hungarorum Legatis, qui Constantinopolim superiore anno profecti puerum Regem eius clientelæ commendarant, se eo animo Ioanni Regnum concessisse, vt ad liberos eius transmitteretur, tandiùque posteri eius Pannoniæ Regno potirentur, quandiù accepti beneficij memoriam retinerent, proindeque ad declarandam liberalitatis suæ constantiam, se arma sumpturum: dein Legatis deferenda dedit puero Regi, ac firmatæ amicitiæ, & susceptæ tutelæ insignia purpuream auro intertexto Regalis cultus togam, & alia munera, sed quæ à barbaro fides expectanda esset, exitus edocuit, cùm arma sumpsisse ad Puerum Regno spoliandum visuri simus. Miserat Ferdinandus Rex Cæsaris fratris fultus auxilio nouum exercitum in Hungariam Duce Rocchandulpho, qui coniunctus Velsio alterius exer-

Turca in Hungaros bellum mouet.

Paulus Iouius l. 39.

Digitized by Google

exercitus Duci, Budam oppugnauit, partemque murorum tormentis concuſſam proſtrauit; ſed cùm impreſſionem per murorum ruinas in ſequentem diem extraxiſſet, noctu Budenſes ita locum communierunt, vt irrumpentes Germanos vulneribus debilitatos propulſarint. Iam Budenſes media preſſi teſſique bello deditionem faciendam ad imponendum tot malis finem decreuerant, ac Bornemiſſa Hungarus Prætor in iure dicundo, ardens odio in Ioannem Varadienſem Regis altorem, pollicitus erat Roccandulpho, ſe portulam ſecretam aperturum, ſi Hungaros milites ſubmitteret, ea lege, vt Ciuium vitæ, rebuſque parceretur; ſed Rocchandulphus inani gloria turgidus, non Hungaros ſubmiſit, ſed Germanos, vt ſibi conceptę victoriæ famam compararet, quare Bornemiſſa deceptus, intromiſſis Ducem ſe præbere abnuit, atque ita Germani viarum ignari à vigilum ſtationibus detecti, contrucidatique ſunt, de quo triſti ſucceſſu Claudius ſcripſit, quæ à Franciſco è Frangipanibus Archiepiſcopo Colocenſi exceperat. [Optarem iucundiora noua, quàm quæ hodie hora tertia ſunt ex caſtris Regijs allata, noſtros videlicet aggreſſos fuiſſe per Sturm, vti dicitur, ciuitatem Budenſem die Iouis præterito, & nihil effeciſſe, amiſſis, & ſauciatis circiter octingentis ex noſtris, à mœnijs repulſi ſunt aduerſarijs triumphantibus, quæ res quantum malorum ſecum trahat, facilè patet, & niſi nouæ gentes, & milites mittantur, Buda nunquam ab iſtis militibus capietur, &c.] *Datum Viennæ IV. Iunij, hora ſexta MDXLI.*

Ext. in m.s. Arch. Vat. fig. n. 3225. p. 31.

Frangipã. Archiep. Colocen. & Epiſc. Agrien.

☞

Ita obſidio in longius tempus ducta eſt, donec immiſſus à Solymanno, qui Adrianopoli ſubſtiterat, validiſſimus exercitus in Hungariam irrupit, ac Ferdinandi exercitus ſoluta obſidione in tumultuaria fuga cæſus eſt, amiſſis impedimentis, & tormentis bellicis, Peſtumque à Turcis captum, tantaque immanitate ſæuitum eſt, vt nec infirmis, nec mulieribus Turcę pepercerint, eoque magis clades pudenda extitit quod ſine vulnere eam Turcę pepererint, Chriſtianorum verò capita ſupra viginti millia in eo bello interempta traduntur.

Claudius Ratisbon.

Turca in Hungaria ſuperat Chriſtianos.

Paul. Ioſ. libr. 39. in fine Martin. Bellaius libr. 6.

47 Audita partæ de Germanis victoriæ fama Solymannus, qui incertos belli euentus metuens Hadrianopoli ſubſtiterat, confectis magnis itineribus ad ſpoliandum Regem Puerum prouolauit, defixiſque propè Budam caſtris, varia diſſima munera Regi deferenda miſit, tùm etiam Proceres Hungaros aureis torquibus, & talaribus togis deliniuit, tùm Legati fallaci narratione addidere, Solymannum non modò Regem conſeruatum velle pro ſingulari humanitate, ſed etiam augendum vetuſtis Regni finibus, conſtituiſſe; cupere verò Regiam prolem intueri, paternamque indolem agnoſcere, proditus eſt imbellis puer à Principibus Hungaris, qui eum ad Solymannum regalibus crepundijs exornatum deduxere, ac dum conuiuio accumbunt, Turcę per ſpeciem viſendę Vrbis ingreſſi, ea potiuntur, Ciueſque ad tradenda arma compellunt, intentato vitæ diſcrimine, ac tùm Solymannus Buda in ſuam poteſtatem redacta, quid de Puero & Proceribus ageret, diſputans, demùm mitiorem ſequutus ſententiam, non Puerum, & Proceres, vt ſuadebant Purpurati, Conſtantinopolim in vincula miſit, ſed Reginæ reſtituto Puero, illam ex Arce, & Vrbe inermem excedere iuſſit, ac vltra Tybiſcum Lippam (conſtitutis ijſdem nutritijs) Puero attribuit in Principatum, Eccleſiam verò Deiparę ſacram, ſublatis Altaribus, & ſacris Imaginibus deletis, ritu Mahometano III. kal. Septemb. funeſtauit. Horum malorum cauſa Georgio Varadienſi Epiſcopo adſcripta eſt, quod ſpretis monitis Pontificis exciuiſſet Turcas, ſeque vnà cum Rege eorum poteſtati commiſiſſet. Hac rerum conuerſione conterritus Ferdinandus Rex, qui nimia ambitione ſubijciendæ Hungariæ, illius à Turcis opprimendæ occaſionem præbuerat, Solymannum ampliſſimis muneribus demulcere pertentauit, petijtque Oratorum opera Hungarię Regnum ſibi à Solymanno concedi, cui ſuperbè reſponſum eſt à Barbaro, vt ſi pacem vellet, totius Regni Hungariæ finibus excederet, ac præterea annuum vectigal pro Auſtria retinenda penderet, mox expeditas copias ad Auſtriam, & Morauiam euaſtandas immiſit, Tranſyluaniamque in fidem recepit; inſignemque Germaniæ cladem intuliſſet, niſi turgidi deciduis imbribus fluuij barbaricas excurſiones cohibuiſſent. Porrò de Hungarici Regni euerſione, cùm Proceres palam faſtu, inſolentia, luxu, delicijſque diffluerent, fertur, quemdam ex Aulicis acutè dixiſſe, nunquam ſe vidiſſe, vel audiuiſſe Regnum vllum quod maiore, ac Hungaria, gaudio, atque tripudio perierit: equidem rectiſſimè, cùm per ſpeciem triumphi hoſtes exceperint, quorum ſeruituti manciparentur.

Paul. Ioſ. libr. 39. in fine Martin. Bellaius libr. 6.

Paul. Ioſius l. 40. Iſtbuanff. in comm.

Buda Solymanno proditione potitur.

48 Inter hęc dum pronę in exitium ruerent Chriſtianæ res, funeſto caſu decennales Induciæ, quæ Pontifice interprete Nicię inter Gallorum Regem, ac Cæſarem ſancitę fuerant, violatę ſunt Cæſareorũ, vt ferebatur flagitio. Cùm enim Franciſcus Rex Cæſarem Fregoſium, & Antonium Rinconum ad Solymannum Oratores mitteret, illi menſe Iulio propè Ticinum intercepti, ac contrucidati ſunt, cuius ſceleris infamia Marchioni Vaſtio Inſubriæ Præfecto adhęſit, id ab eo factum, vt gratiam Cęſaris mereretur, quam iniuriam cùm non ſarciret Cæſar, in eum magno rei Chriſtianæ damno à Franciſco Rege bellum redintegratum viſuri ſumus.

Paulus Ioſius l. 40.

Fregoſius, & Rinconius necantur.

Martinus Bellaius comment. lib. 8. Petrus Paulus Gualter. in Diario m.s. Vat. Bib. Paul. Ioſ. l. 40. & alij.

Non Pontificio muneri defuit Paulus, vt imminentia mala auerteret, ſubortamque ſimultatem tolleret, nam cùm Cæſar è Germania in Italiam affecta æſtate redijſſet Algerianam expeditionem meditatus, ac Pontificem de colloquio Lucæ ineundo pro conferendis conſilijs, expediendiſque in aduerſis, aſperiſque Chriſtiani Imperij rebus poſtulaſſet, ille licèt ſenio confectus (Medicis improbantibus) quod letho ſe exponeret, ſi æſtuoſo itineri nondum pleno imbre fractis caloribus, à Romano Cœlo diſcedens, ſe committeret, prętulit ſalutem publicam ætatis periculis, dictitans honeſtiùs occumbere non poſſe, quàm in ſuſcepto pro Chriſtiano Populo labore, nolleque infami deſidia vitæ cupiditatem extendere: cum verò finem laborum ſibi propoſuit, vt Cæſarem ad firmiſſimam pacem cum Gallo Rege flecteret, ijſque coniunctis, Synodum Oecumenicam cogeret, tùm ad Lutheranos, & alios Hereticos ad officium redigen-

Paul. I Ioſius. 40.

Paulus, vt cum Imperatore cõueniret Lucam adire decreuit.

,, dos, tùm ad Turcas retundendos. [Cùm ,, ſine vnanimi (inquit Angelus Maſſarellus) ,, Chriſtianorum Principum aſſenſu, & concor- ,, di voluntate, commodè nequaquam Concilium celebrari poſſet, Sanctitas Sua iterum ,, pacis tractatum, licèt toties fruſtrà tenta- ,, tum, præ manibus ſumere conſtituit, necnon ,, ipſamet, cùm parum hactenùs tot Legatorum ,, miſ-

Ang. Maſſarellus in Diar. Cõcil. Trid. Arc. Vat. & aliud m.s. fig. nu. 3188. pag. 208.

,, missio profuisset, demùm Cæsaream Maiesta-
,, tem personaliter (quamuis senio iam confe-
,, cta) neque periculis, neque laboribus parcens,
,, adire non dubitauit.]

Petrus Paulus Gualter. in Diar. m. 1. lib. breu. pag. 397.

49 Discessit itaque Pontifex ex Vrbe, cui Legatum reliquerat Cardinalem de Carpo, vigesima septima Augusti, centum quinquaginta equitum, ac ducentorum peditum stipatorum turma munitus, atque VIII. Septembris Lucam ingressus, præmisit Alexandrum Farnesium Cardinalem, qui

Paul. Ion. lib. 50.

Cæsarem Genuam triremibus appulsum octauo à Luca milliari excepit, ad Portam autem Vrbis assuere Cardinales, atque Antistites, & Lucensium Patritiorum ordo, qui decima Septembris

Pet. Paulus Gualt. vbi supra.

ingressum sub vmbella deduxere ad prætoriam curiam, Pontifex verò ad Episcopi Ædes Templo maximo coniunctas diuerterat. Ter Cæsar adijt Pontificem ad colloquia, Pontifex verò Cæsarem semel adijt: apud vtrumque Galliæ Regis Orator questus est de violatis Inducijs ob Fregosium, & Rinconem Legatos interfectos: respondit Cæsar, id se ignaro penitùs accidisse, eosque simulato cultu nomen suum non esse professos, ac si admissi facinoris auctores indicarentur, eos ad supplicia merita Gallo traditurum. Denique Imperator decima octaua die Septembris, iam proxima nocte, quia vsque ad vigesimam tertiam horam diei cum Pontifice locutus fuerat, Petram Sanctam versùs discessit, quò media iam nocte peruenit; indeque Lunensem Portum petijt, ad expeditionem Algerianam accessurus, paucosque post dies Paulus rediturus Romam itineri se commisit.

Pallauic. Tom. 1. l. 4. cap. 16. num. 1.

50 In hoc congressu nulla de Recessu Ratisbonensi, sicuti multi arbitrabantur, fuit contentio, cùm Imperatoris mens in illius Recessus publicatione, vbi locus Concilij assignabatur, & Nationale Concilium promittebatur, alia non fuerit, nisi vt Germanis tunc aliquatenus satisfaceret. Imperator igitur pro Germania tria proposuit, sicuti Ardinghellus (de quo paulò inferiùs loquemur) Regi Galliæ significauit, sic inquiens. Lucæ dum moraretur Imperator, tria à Pontifice ob bonum Germaniæ requisiuit, scilicet Concilium, fœderis Catholici defensiui, & reformatiui confirmationem, & vt Sua Sanctitas aliquem ad reformandam Germaniam mitteret. Pontifex verò distulit respondere petitionibus Imperatoris, vsque dum Romam peruenisset, quia Lucæ pauci Cardinales aderant, sic Ardinghellus. Actum etiam fuit de pace firmanda cum Christianissimo, & cùm de modo stabiliendæ pacis tractaretur, Cæsar Mediolani iure nulla prorsus ratione cessurum constantissimè professus est; se potiùs libenti animo filiæ suæ, quando Duci Aurelianensi Regis secundogenito in matrimonio iungeretur, pro dote totam Belgicam Regionem concessurum; interim requirebat, vt Rex non discederet ab Inducijs, quas scissas esse ob necem Fregosij, & Rinconij contendebat, quapropter Pontifex celeri cursu in Galliam suum à secretis Hieronymum Dandinum misit, tradiditque ei sequentem epistolam commendatitiam Cardinali Turnonio directam.

M. S. Car. Bernard. Spadæ to. 13. pag. 243.

Qu'd petierit Imperator à Pontifice dum Lucæ moraretur.

Epist. Ardinghelli apud Pallauic. tom. 1. lib. 4. c. 16. nu. 2.

Cardinali de Turnono.

Paul. III. lib. breu. anno 7. pag. 433.

Dilecte. Mittentes dilectum filium Prothonotarium Dandinum Secretarium nostrum ad Christianissimam Maiestatem, ei meritò mandauimus, vt in primis circumspectionem tuam omni amore inuiseret, & salutaret à nobis, eique iucunditatem animi nostri explicaret, qua in dies magis afficimur, quod in isto Regno tàm vtile, atque honorificum huius Sanctæ Sedis membrum tali auctoritate, & gratia apud istum Regem, tali apud omnes laude vigere perspicimus: quod gaudium nostrum cum meritò maximum sit, non minus est etiam desiderium, quo tenemur, nos tibi memores, & gratos exhibendi, quamuis tua virtus seipsa contenta est, & omninò à Deo Optimo remunerationem expectat, cùm itaque ipse Prothonotarius iussu nostro tecum colloquuturus sit de multis ad vniuersale bonum, & ad nostrum erga istum Christianissimum Regem amorem spectantibus, te fili hortamur, vt ipsum Prothonotarium tibi deditissimum benignè, & cum fide audire, tuoque consilio, & opera dirigere, ac fauore, & gratia iuuare in omnibus velis, sicut amantissimè cum maxima nostra satisfactione fecisti, id enim nos maximè cupimus, atque in eo te contendere volumus, vt inter nos, & dictam Maiestatem omnia ab amore decurrant, quem inter patrem, ac filium amantissimos esse conuenit, & à circumspectione tua, haud minùs quàm à nobis, desiderari scimus, quemadmodum hæc omnia pleniùs ex eodem Prothonotario intelliges. *Datum Lucæ XIX. Septemb. MDXLI. Anno VII.*

51 Discessurus Luca Imperator Granuellanum arcanorum suorum participem reliquit cum Pontifice, vt responsum à Francisco Rege Galliæ, quod Dandinus Pontificius Internuntius allaturus erat, exciperet. Pontifex verò lapso aliquot dierum interuallo, Bononiam petiturus, indeque Romam seruato vetere more atque instituto Romanorum Pontificum, vt ingressuri iter sanctissimum Christi Corpus in Eucharistico Sacramento in ara subuectili piè adornata Sacro comitatu stipatum præmittant, eam prouinciam Achilli cubiculario familiari demandauit.

52 Ingressus Romam Pontifex, coacto Cardinalium Senatu, tria postulata in Lucensi congressu sibi ab Imperatore porrecta exposuit: quæ verò illa fuerint, quidue ijs responsum sit, constat ex Nicolai Ardinghelli Episcopi Forosempronienſis postea Cardinalis oratione ad Regem Galliæ habita, qua illi in eo colloquio transacta ità retulit. Actum est de Concilio celebrando, omnesque Cardinales in eam concurrerunt sententiam, omni studiorum contentione quantocyus cogendum; plures insignes Vrbes propositæ fuere, cum nullius singularis delectui addictus sit Pontifex, omnesque aptæ ad congregandum in ijs Concilium, finemque expetitum consequendum idoneæ placeant Pontificiæ Sanctitati; nec vlla priuata cupiditate teneatur, an sint in Italia, vel extra Italiam sitæ; in Italia quidem Ferraria, & Mantua rerum omnium copia affluentes, in quibus etiam præteritis temporibus Concilia sunt habita, recensitæ fuere: extra Italiam verò Cameracum, quòd tunc non erat Hispanæ ditionis, & in Germaniæ, & Galliæ finibus iacet, maximè accommodatum visum est, at nullum de eo decretum editum, sed tantummodò tres ex Vrbes idoneæ pro celebrando Concilio existimatæ sunt: ac licèt Mantuam lapsis ante annis à Duce Frederico negata sit, sperari tamen Successorem liberè eam in tàm pium opus concessurum. Hinc conijcitur Adrianum Scriptorem, ex ijs tantummodo, quæ vulgò ferebantur, non autem ex authenticis Codicibus, vel ex Virorum fide dignorum relatu in sua historia retulisse, videlicet, Imperatorem, dum Lucæ moraretur, Pontifice re-

requisiuisse, vt Concilium Tridenti conuocaret; quia hoc Germanis promiserat. Prosequamur reliqua ex Ardinghello.

53 Actum secundò fuit de armorum fœdere confirmando pro defendenda Religione Catholica contra Lutheranos, impia tyrannide Ecclesiasticos, & populos opprimentes; deque nummario subsidio in rem bellicam conferendo. Flagitauit tertiò Imperator, vt à Pontifice Internuntius doctrina, & pietate spectatissimus in Germaniã mitteretur pro restituenda in Clero Germanico morum sanctitate, pietateque excolenda; quod postulatum cum Pontificio officio, & æquitati congruat, prouocandum in opus sensêre Cardinales, visumque est illi muneri præficiendum esse Episcopum Mutinensem Virum conspicuę virtutis.

54 Reuersus interea Dandinus Internuntius è Gallia retulit, Franciscum Regem altissimo defixisse animo, vlciscì cædem Fregosij & Rinconij Regiorum Oratorum, ni Cæsar iniuriam sarciret; appellareque Pontificem initæ sequestræ pacis auctorem, vt de violatis inducijs ferret sententiam, ac secum arma socialia aduersùs fœdifragum, vti spoponderat, coniungeret. Ex parte aduersa Cæsarei Administri expostulauere, vt Galliæ Rex nitidè pronuntiaret, an pactis inducijs stare vellet, vtque Pontifex pro officij religione, qua obstrictus erat, Georgij Austriaci Patrui naturalis Imperatoris, Archiepiscopi Valentini, eiusdemque Episcopi Leodiensis, qui dum iter per Galliam ageret, Lugduni interceptus, Regiæ custodiæ traditus fuerat; cuique Rex intentabat mortis terrorem, pro vindicanda suorum nece, liberandi interpretem, & actorem ageret. Cæsarem enim illata Fregosio & Rinconio necis culpa omninò immunem & ignarum fuisse constanter affirmabant. Quibus respondit Pontifex, non ità præfractè & acerbè cum Gallo Rege agendum, qui Ruthenensis Episcopi opera iam ante responderat nullas res nouas moliturum, donec Cæsar ab Algeriana expeditione redijsset: sperare enim à Cæsare cognita re iniuriam Regi illatam honestè expiaturum: appellato verò eo Rege, an vellet seruare inducias, an bello certare, non concordiæ viam muniri, sed bello inflammando faces injci; de quibus etiam Nicolaus Ardinghellus, dum adhuc in Aula Pontificia ageret, cum Granuellano, & Marchione de Aghilar, vt mitiùs agerent, grauissimè differuit: profectusque ad Aulam Gallicam Pontificio nomine exarcerbatum Francisci Regis animum delinire studuit, vt bellica consilia abijceret, multisque humanissimis verborum officijs de Pontificia erga Regem beneuolentia præfatus, ad emolliendas eius iras auertendaque impendentia Christiano Imperio mala, defugiendamque incitandi in Christianos Turcarum Imperatoris infamiam hæc argumenta grauissimè explicuit.

55 Pontificia Sanctitas perpendit clandestinè admodum illatam necem Cæsari Fregosio & Rinconio vt etiam si Regia Maiestas ità credat vel norit, non tamen probari possit, vt ab alijs credenda sit. Præterea quamuis toti orbi patefieret hoc scelus Cæsareorum Administrorum imperio patratum, Pontificia Sanctitas existimat non inueniri rationem iniuriæ sarciendæ, qua Imperator possit facere satis Regiæ Maiestati, cùmque inde postulata pax redintegranda pendeat, Pontificia Sanctitas consulit, vt Regia Maiestas actionem postulandæ satisfactionis abscindat: quod si detrectet, exploratum est, data quacumque occasione exasperatos vtrinque animos in arma consurrecturos, bellumque maximum accendendum; ex quo innumera mala in corporum & animarum exitium sint emersura: gestum iam viginti ab hinc annis bellum inter Imperialem, Regiamque Maiestates, ac præter multarum Vrbium euersiones ac deuastationes agrorum, Templorum direptiones, Lutheranismum latissimè propagatum esse, vt lateat humanas mentes, quando tot populi subornati ab impijs, discissique ab Ecclesia, ad illius gremium sint redituri.

56 Lapsis proximè excurrentibus annis Turca Rhodum suo adiecit Imperio, & gemina expeditione Hungariam in suam potestatem redegit, quæ infelicissima damna, ciuilia inter Christianos bella peperere; ijs enim compositis facilè communis hostis propulsatus fuisset. Nullus ergo funestior casus potest contingere, quàm si Imperator aduersùs Regiam Maiestatem bellum inferat, aut Regia Maiestas aduersùs Cæsaream arma moueat; quorum malorum vniuerso Christiano Imperio impendentium maximè se participem futurum negare non potest, cùm tamen Regij officij religione sit obstrictus ad fidem orthodoxam, remque publicam Christianam defendendam: nam quicumque rerum exitus fuerit, Regna & Principatus Regiæ Maiestatis in grauiora mala conijcientur, quorum finis non sit proximè futurus.

57 Maiestas vestra Galliam vsque ad hæc tempora à Lutheranæ hæreseos peste vindicauit: at si bellum geratur, periculum maximum imminet, ne lue illa nefaria inficiatur; cùm hæretici Galliæ limiti sint proximi, ac veluti in eadem domo morentur. Turca verò Regna Maiestatis Vestræ non inuasit, quia longiore interuallo terrarum diffitus est; vel quia existimat rei suæ conducere, colere amicitiam Regiæ Maiestatis, ac Cæsarem bello appetere: at si ad Prouincias Galliæ propiùs accesserit, sæuitiam tyrannidis illius experietur Gallia; ac si potentiam Turcicam augeat vestra Maiestas, illam contra filios Regios amplificatura & concitatura est.

58 Sed longè grauius malum aliud accedit, si vestra Maiestas bello Cæsarem lacessat, non vt antea bellum inter ambos geretur, sed Turca tertius se coniunget, expeditionemque ducet ad reliquam Hungariam sibi subijciendam, ac Vestra Maiestas maximo se flagitio deuinciet, ac maximam infamiæ notam inuret Regio nomini, non tantùm ex pacto fœdere cum Turca, sed etiam ex illo ad deuastandas Christianas Prouincias concitato; ex quo Pontificia Sanctitas grauissimum traxit dolorem, quod Vestra Maiestas adeò sui nominis, & Prædecessorum gloriam contaminet, religionem proterat, ac optimam suam indolem peruertat.

59 Ad propulsanda igitur tàm ingentia mala proximè imminentia, tùm publica, tùm priuata, Regię Maiestatis idonea comparanda sunt remedia, quæ cùm Sanctitas Pontificia reuolueret animo, censuit, pro sustentanda collabente re Christiana Inducias non sufficere, sed firmissimam pacem instaurandam; quæ quidem fęlicissimè sanciretur, si Imperator Mediolanensi Principatu cederet; sed licèt Pontifex in Lucensi colloquio ad id flectere Cæsarem pertentarit summa contentione pro bono Reipublicæ Christianæ, semper tamen repulsam passus, cùm Imperator vereatur, ne Regia Maiestas parto Mediolanensi Principatu conuersis rebus animum adijciat, ad alias Prouincias Cæsareas sibi subijciendas, tùm ne

ne ipſi ex Hiſpania per Italiam iter habituro, in Germaniam itinera intercludat. Cùm itaque hæc pacis conciliandæ ratio in opus prouocari non poſſet, alia occurrit Pontificio animo, ſi primogenita filia Imperatoris cum Belgio, & Batauia dotalibus Duci Aurelianenſi in matrimonio collocaretur, cuius dotis dignitas vel amplitudo Ducatum Mediolanenſem æquaret, vel ſuperaret; Regnumque Galliæ coniuncta illa veteris Galliæ parte latiùs propagaretur; cuius rei ad exitum perducendæ rationem non difficilem Pontifex opinatur, atque ità factum iri ſatis amplèque Regiæ Maieſtati.

60 At quia obijci poteſt, hactenùs Cæſarem illato de his ſermone verba inania, & fuco plena dediſſe illuſiſſeque Regiæ Maieſtati, paciſque inuolutæ actione inducta, multos Proceres à Regia amicitia diuulſiſſe. Reſpondet Pontificia Sanctitas, ita ſe rem tranſacturam, vt Regia Maieſtas non ſe lactatam verbis conqueri poſſit; nec Dei gratiam, quæ in neceſſarijs non deficit defuturam; vt adeò neceſſaria Chriſtianæ Reipublicæ adeoque à pijs expetita pax conficiatur: muniri verò illi viam poſſe ſi Archiepiſcopũ Valentinum ab omni culpa puriſſimum, & immunem Regia Maieſtas priſtinæ reſtituerit libertati; non conſtare à quibus nex illata ſit Regijs Oratoribus; an Cæſar vel illius Adminiſtri conſenſerint? Archiepiſcopum verò inſontem Sacris Ordinibus initiatum, affectæ ætatis, qui nulla vnquam iniuria Regiam Maieſtatem violarit, contra fas detineri in carcere, vt pro Fregoſio, & Rinconio cæſis pœnas luat; vniuerſo orbi patere, ac Diuina, & Pontificia iura inde infringi; abſit vt Regia Maieſtas tanta macula nomen Regis Chriſtianiſſimi inficiat: perpendat illa quanta mala ex redintegrato bello ſint emerſura, quàm ſint incerti funeſtique bellorum exitus, & quantæ ſpes, & quanta bona ex inſtaurata pace, & contrahendo inter Ducem Aurelianenſem, & Primogenitam Cæſaris matrimonio affulgeant, & adoleſcant: ad quæ promouenda Pontificia Sanctitas paratiſſimam ſe offerat ex addictiſſimo erga Regiam Maieſtatem animo.

61 Dimiſſus eſt è cuſtodia poſt aliquot menſes Valentinus Archiepiſcopus, geſtoque ancipiti, & funeſto bello ſatiata plurimo ſanguine horum Principum ira, pacem redintegratam, nepte Caroli Cæſaris filia cum Belgico Principatu dotali deſponſa Duci Aurelianenſi viſuri ſumus ſuo loco. Addemus Ardinghellum cum Franciſco Galliæ Rege pro celebrando Concilio egiſſe, cùm illud maximè foret neceſſarium, non tantùm pro Germaniæ Lutheranis ad caſtra Eccleſiæ reuocandis, ſed etiam pro Gallia ab incendio hæreſcos futuro vindicanda, cùm flammarum impiarum globi Pariſios vſque, & Regiam Nauarræ Aulam volitarent, quæ niſi torrentibus ſanguinis Gallici effuſis extinguendæ erant.

62 Maxima rerum, quæ in Lucenſi congreſſu inter Pontificem, & Cæſarem agitatæ ſunt, verſa eſt de celebrando Concilio, cui apparando cùm incumberet Pontifex exeunte menſe Iulio, vt referunt Acta Cõſiſtorialia, de abrogandis Romanæ Curiæ corruptelis, perpoliendiſque moribus egit ex conſilio Cardinalium, Romamque reuerſus Septembri deuexo, cùm Gaſparem Cardinalem Contarenum ex Germanica Legatione, & Ratiſbonenſi conuentu reuerſum in Conſiſtorio audiuiſſet de tribus à Cæſare poſtulatis, nimirùm de Concilio, ac de loco deligendo, de inſtaurandis morum puritate, deque fœdere Catholico aduerſùs hæreticos ſanciendo ad Cardinalium Senatum retulit.

Incubuiſſe etiam in id opus ineunte anno flagrantiſſimo ſtudio, hortatumque eſſe Reges, vt pari animorum conſenſu Concilio celebrando operam coniungerent, refert Maſſarellus.

„ Non omiſit Pontifex Chriſtianis Principi-
„ bus ſuadere. At quia huiuſmodi celebratio
„ ob temporum malignitatem, tunc impoſſibilis
„ fore videbatur, ne interea Chriſtiana Reſpu-
„ blica omninò peſſum iret, Sanctitas Sua Ec-
„ cleſiæ reformationi alia via vacandum decre-
„ uit; quapropter decem ex Sacro Cardinalium
„ Senatu doctrina, & morum grauitate præſtan-
„ tes Viros, qui eiuſmodi negotij curam aſſu-
„ merent, delegit, dieque XIII. Februarij conuo-
„ catis quamplurimis Prælatis, eos monuit, vt
„ ad eorum Eccleſias proficiſcerentur, reſidenti-
„ bus liberam collationis alternatiuam, & con-
„ tra exemptos procedendi facultatem conce-
„ dens, nonnullaſque pro Romana Curia in
„ proximis moderanda die XVIII. eiuſdem
„ Conſtitutiones edidit.

63 Exeunte verò anno Pontifex in ea cura defixus, vt optima conſilia pro re Chriſtiana reſtituenda expediret, Cardinales omnes ex varijs Regnis ad Romanam Aulam euocandos decreuit, quo argumento literæ ad Galliæ Regem datæ XVII. Decembris, quibus rogatus eſt, vt Gallos Cardinales ſineret ad Pontificiam Aulam accedere pro rerum grauiſſimarum muneri Pontificio incumbentium mole ſuſtinenda: Cæſarem quoque monuit vt Regnorum ſuorum Cardinales, exceptis Toletano, & Hiſpalenſi Archiepiſcopis Cardinalibus, quos moderandæ publicæ rei Hiſpanę præfecerat, proficiſci Romam ſolicitaret. Adiecit etiam Cardinalium Senatui Viros doctrina, & probitate inſignes Gaſparem Compoſtellanum Archiepiſcopum ad Cæſareas preces, nec non Michaelem de Sylua Luſitanum Epiſcopum Viſenſem, de quo Regem Luſitaniæ II. Decembris certiorem fecit. Decreuit etiam ad Regem Romanorum Internuntium Verallum prudentia & ſcientia inſignem Virum pro re catholica in Aula Regia promouenda, quem inter alia his mo-
„ nitis inſtruxit, [In conuerſationibus tuis non
„ ità omni ſpiritui credas, ſed iuxta præceptum
„ Diui Iacobi, velox ſis ad audiendum, tardus ad
„ loquendum, & diſputationes, præſertim in ma-
„ teria fidei euites, & quęcumque videris, & au-
„ dieris, noſtra cognitione digna, diligenter ob-
„ ſerues, ac de omnibus Nos, ſiuè per Ordinarios,
„ ſiuè per alios quoſcumque tibi oblatos fideles
„ curſores, certiores reddas, & ſi quando res ita
„ exigat, etiam per proprium Nuntium, & im-
„ mutatis literis, quas ziphras, vulgò appellant.]

Diario Con. Trid. m. s. Arch. Vat. tom. 3190. pag. 207.

De Concilio iterum cogendo cogitat Pontifex.

Demandata illi maximè eſt ea prouincia, vt vnà cum Morono Ferdinando Regi oſtenderet Concilium in Germania ſine diſcrimine ob hæreticorum inſidias celebrari non poſſe. At de his hactenùs.

Porrò Caluini reditum ad vrbẽ Geneuenſem incidiſſe in diem decimum tertium Septembris præſentis anni Floremundus Ræmundus aſſerit; quem diem Geneuenſes tamquam primum Caluiniani Pontificatus ſigno notant. Hic itaque Geneuam reuerſus ità omnia verſauit, vt breui licèt Sacris non initiatus non Epiſcopatum modò, verùm etiam dominatum ſibi arrogarit, res omnes tàm ad Religionem, quàm ad ciuilem adminiſtra-

Caluini reditus Geneuã, eiuſque præfectura.

Digitized by Google

ſtrationem ſpectantes ſuo arbitratu diſponeret. Hanc perditi hominis temeritatem diſertè deplorat præfatus Auctor, celebre illud Diui Cypriani monitum in medium primò proferens. [Quo-„ modo ille pro Paſtore agnoſci poteſt, qui vi-„ uente legitimo Paſtore ordinariam haben-„ te ſucceſſionem, à ſeipſo cœpit, ac nemini „ ſucceſſit? Non ignorabat Caluinus quid de „ ipſo Lutherus ſenſerit, ac dixerit. *Etiamſi* „ (inquiens) *homines iſti, qui ſine vlla vocatio-„ ne Miniſterio ſe ingerunt, ſanctiſſimi eſſent, ex „ eo tamen quod non vocati ſe ingerunt, manife-„ ſtum eſt, quod ad docendum à Diabolo miſſi „ ſunt.* Sed Caluinum ipſum idem dicentem „ audire operæ pretium eſt. *Ne homines* (in-„ quit) *inquieti ac turbulenti temerè ſe ad do-„ cendum, vel regendum ingererent, nominatim „ cautum eſt, ne quis ſine vocatione publicum in „ Eccleſia munus ſibi ſumat.* Ipſe nihilominus „ non modò ſe ipſum ingeſſit, verùm etiam Epi-„ ſcopum, adeoque caput nouæ Eccleſiæ con-„ ſtituit: qui licèt ab ipſa Catholica Eccleſia „ Sacerdotalem characterem ſuſcepiſſet, tamen „ ab ipſa deficiens, eundem perdiderat. De hoc „ munere ſibi temerè arrogato aliquando interro-„ gatus, aliud reſponſum exſculpere non potuit, „ quàm id, quod olim Donatiſtas S. Auguſti-„ no dediſſe ferunt, ſcilicet moris quidem in Ec-„ cleſia fuiſſe, vt Miniſtri ordinarij quadam via „ ad munus id vocarentur; ſed tum cum Eccleſia „ eſſet viſibilis, & ad diuinæ legis normã inſtituta „ ſe ideò, cùm nequaquam talem, ſed penitus cor-„ ruptam ac deprauatam, immò ſine vlla Eccle-„ ſiæ forma inuenerint, miniſterium ſuſcipere, „ atque ad id alios vocare neceſſariò coactos eſſe. „ Ergo nullus ampliùs (inquit Eſpencæus) in „ Orbe fuit Chriſtianus? Ergo Eccleſia id vnum „ egit, vt internum ciuibus impleret? Ergo „ ante quindecim annos veritas Orbi illuxit?] Verùm ſi à ſupremo rerum omnium Moderatore, ac Patre luminum huiuſmodi veritatis radius emiſſus, poſt tot ſæculorum curricula, alicuius Reformatoris mentem adeò colluſtraſſet, vt ſedentes in regione vmbræ mortis, ipſo duce, in lumine veræ fidei ambulare inciperent, profectò non crapulæ, non impudicitiæ, non iracundiæ, cæteriſque vitijs deditum hominem Diuina elegiſſet ſapientia, quæ in maleuolam non intrat animam.

Sed ad expeditionem Algerianam, de qua antea illata eſt mentio, reuocanda eſt oratio.

Paul. Iouius l. 40. & Franc. Belcar. lib. 22. n. 56.

Algerianæ expeditionis malus exitus.

64 Imperator igitur conſumpto idoneo tempore, lapſaque commoda nauigandi tempeſtate, contra Pontificis, & Andreæ Auriæ, peritorumque rei maritimę conſilium, Menſe Octobri nauigationem ſuſceperat, quo ferè tempore in Affrico Mari, velut in ſuo Imperio maximè furunt venti. Fuit Algerium olim Iubæ Regia, à Romanis Cæſarea Iulia vocata, ac tùm Pyratarum Turcarum Arx erat fortiſſima, ex qua illi ad Hiſpanię littora excurrebant, continuiſque graſſationibus maritimis Hiſpanos adeò attriuerant, vt à Portu Narbonenſi ad Gades ſublata nauigatione, diſpoſitę eſſent certis interuallis ſpeculę, ad hoſtium irruptiones explorandas: vrgebat etiam Cæſarem grauis cura, ipſius famam à multis lacerari, quod Solymanno irrumpente in Hungariam, atque Auſtrię imminente, ipſe fugam corripuiſſe in Italiam videretur, cùm potiùs vniuerſas Germanię vires in Solymannum educere debuiſſet; eam itaque iacturam nominis inſigni opere ſarcire meditabatur. Soluit è Lunenſi portu cum triginta quinque Nauibus roſtratis, quibus plura millia Germanorum lectiſſimorum, & cohortes Italicas, quibus præerat Camillus Columna, & Auguſtinus Spinula, impoſuit, moxque inſtabiles venti oſtentatæ ſerenitatis fidem fefellere, ac poſt varios errores, ad maiorem Balearem appulit, ad quam Ferdinandus Gonzaga Siciliæ Præfectus, cum pluribus Triremibus, onerarijſque Nauibus Italicis centum & quinquaginta applicuit. Expectabatur ex Hiſpania Mendozius com claſſe, ſed reflantes venti illius nauigationem duſturbarant; non diffiſus tamen illius diligentiæ quod compendio, occaſionem tempeſtatis ſecutus, Algerium iturus eſſet, ventis vela dedit, ac propè Algerium Mendozianæ Triremes illi ſe coniunxerunt, & ſignificarunt claſſem, in qua erant Cantabricæ, Belgicæque Naues magnæ ſupra centum, cum graui Nauium minoris aluei multitudine ſubſequi, qua equitum, peditumque totius Hiſpaniæ flos vehebatur, cùm verò maxima exploratæ victoriæ ſpes eſſet, ſi Cæſar cum Germanis, & Italis impreſſionem in Algerium faceret repentinam, antequam vires hoſti creſcerent, nam Alnagas Algerij Præfectus ad paucos milites præſidiarios redactus erat, nam plures in nauali pugna Mendoziana ceciderunt, plures cum Dragucha Archipirata in Corſica ab Auria, & ab Aurianis fuerant deleti, tùm maxima copiarum Turcicarum pars ad Stripheum interioris Mauritaniæ Regnum in auxilium contra Luſitanos ſubmiſſa fuerat. Verùm Cæſar Hiſpanos expectare voluit, vt victoriæ laudem cum ijs communicaret, & vniuerſis admotis viribus Barbari faciliùs opprimerentur. Paratis diſtuliſſe nocuit, conſumpto enim fruſtrà biduo ingreſſus eſt Algerium Aſſenagus, qui Sardus Patria erat, ac Religione ciurata impietati Mahumeticæ ſe addixerat, quem cum maximis pollicitationibus pellicere ad ſe irrito ſucceſſu pertentaſſet, atque impetu in Vrbem aſſilire Italis, Germanis, Hiſpaniſque in ſuos ordines diuiſos appararet, mutato repentè cœlo, gelidus, ac procelloſus imber effuſus, prima noctis vigilia milites maximis affecit incommodis, vt extinctis funiculorum ignibus, & madefacto puluere ſulphureo, trementeſque algore, ac ſemiuiui, irruentibus Turcis trecenti fuerint trucidati, quamquam poſtea hoſtis fortiter repulſus ſit. Tanta verò in mari ab aduerſis ventis in Claſſis Chriſtianæ exitium coniuratis tempeſtas concitata eſt, vt Naues abruptis funibus anchorarijs aduerſo concurſu frangerentur, pauciſſimiſque horis centum quadraginta nauigia, quę ſine remigio quadratis velis agebantur, perierint, ac littora fragmentis Nauium, hominumque & equorum cadaueribus ſternerentur, quindecim etiam Triremes alliſę ſunt littori, cùm vectores rabiem maris effugerent, ac longè plures perijſſent, niſi calamitas virtute victa fuiſſet.

65 Aucta eſt terreſtris exercitus infœlicitas ex commeatuum defectu, ex imbrium alluuione, ex ſęditate luti, ex tabernaculorum euerſione, vt nulla requies capi à feſſis poſſet, proiecti verò naufragio in littus immaniter à Barbaris trucidabantur, adeò vt in mancipia nollent eos recipere, & auaritiam crudelitate vincerent. In tantis malis enituit Cæſaris conſtantia, vt qui nullam in Deum ſtultam vocem fuderit, ſed potiùs perceptis Sacramentis placare ſtuduerit, ac mirabili alacritate cuncta munia prouidentię militaris, ac

Surius in comment.

Digitized by Google

ac humanitatis expleuit, maximè in famulos, quos in tentoria, quę ſuperfuerant, referri, fouerique mandauit, cùmque perijſſent naufragio cibaria, equos iugales, tùm militares, ad ſubueniendum inedię diſtribuit, ligna verò ex naufragij fragmentis ad excitandos ignes abundè ſuppeditata fuere. Licèt verò Duces cenſerent Algerium expugnari poſſe, poſt tot incommoda exercitum obijcere diſcrimini bellico detrectauit, ſoluitque obſidionem, quem diſcedentem hoſtes fatigarunt, ac in ęgros, debilitatoſque vulneribus, à noſtris, quos metus occuparat, deſtitutos, ſęuierunt. Poſt tridui iter ſubſtitit exercitus in Riparæ Vrbis antiquæ ruinis, quæ non inutile munimentum aduersùs Barbarorum audaciam, præbuere. Cùmque venti quieuiſſent, ac mitiores fluctus mare ageret, exercitum Nauibus impoſuit, quæ cùm non ſufficerent, militares equos, quamuis generoſiſſimos, in mare deturbari iuſſit Cæſar, vt gregariorum, & lixarum ſaluti conſuleret, quæ dum fierent, noua tempeſtas priore vehementior inhorruit, ac ſecutum eſt aliquod Nauium naufragium, demùmque Siculis, & Melitenſibus Triremibus ab ſe dimiſſis, Cæſar ad Baleares Inſulas, deindè ad nouæ Carthaginis portum incolumis appulit, ac in tot aduerſis inuicto animo ſeipſum conſtantem prębuit. Opinati ſunt viri pij tot aduerſa paſſum Cęſarem in Africa, & Ferdinandum Regem in Hungaria attritum à Turcis, vrgente eos diuina vindicta, cùm in Ratisbonenſi conuentu politica ſua commoda fruſtra efficta, religioni catholicę contra Lutheratos defendendę prętuliſſent.

66 Irrepſit è Germania in Galliam Lutherana impietas, à Gallia in Nauarram. Extant verò literæ hoc anno datæ à Pontifice ad Margaretam Reginam Nauarræ, quibus de ſtudio pietatis commendatur, ex quo colligitur, licèt ea antea Hæreticis fuiſſet erroribus irretita, deindè eos damnaſſe, ac Catholicam Religionem excoluiſſe.

☞ *Paul. III. lib. breu. anno 7. pag. 368.*

Reginæ Nauarræ.

Chariſſima, Reuerſus nuper ad nos dilectus filius Hieronymus Dandinus Secretarius Noſter, ea, quæ ſemper de Tuæ Serenitatis pia proteſtatione, & filiali amore erga Nos, & hanc Sanctam Sedem, apud Chriſtianiſſimum Tuum Fratrem, & omni laude præſtantiſſimum Regem exhibitis, audieramus, ſeù potiùs omnibus in rebus perſpexeramus, cuncta certiùs nobis affirmauit, & expoſuit. Itaque cùm eſſemus antea ſingulari, ac paterna charitate ergà Serenitatem Tuam incenſi, tantum adiecimus poſteà ad noſtrum de Tua inclyta virtute, prudentia, pietateque iudicium, quantum hæc ipſa Tua ergà nos officia, ſeù potiùs beneficia, tùm vetera, tùm recentia poſtulabant. Agimus igitur Serenitati Tuæ de omnibus gratias, hortaturi eam ad perſiſtendum in cœpto curſu pietatis, quò magis, & ipſæ Tuæ actiones Tua ſponte profectæ, & chariores nobis fuerunt, & arctiori vinculo paternæ charitatis Nos Tuę Serenitati deuinxerint, cui nos etiam perindè, ac debemus, nouam affinitatem cum nobiliſſimo Principe nuper contractam, & ſi hoc officium iam per Nuntium iſthic noſtrum executi ſimus, tamen iterum ex animo gratulamur, Deum Optimum humiliter deprecantes, vt hunc amoris, & communicationis veſtræ nexum ad vtriuſqu. partis conſolationem, totiuſque Chriſtianæ Reipublicæ commodum proſperare dignetur, &c. *Datum Romæ apud S. Marcum XV. Iulij MDXLI. Anno VIII.*

☞

67 Hoc anno Ioannes III. Luſitaniæ Rex ad fulciendum Abyſſinorum Imperium, quod Turcicis armis à Gradaamete Adelis, ac Zeilæ Tyranno Chriſtianorum hoſte infenſiſſimo Solymanni Imperatoris ſtipendiario concuſſum erat, maximaque ex parte occupatum, ita vt in interiores Abaſſiæ Regiones Claudius Imperator ſe ſubducere cogeretur, auxiliares copias tranſmiſit Præfecto Gammæ, Stephani Gammæ Proregis Indiarum Fratre, ſed illæ numero exiguę, licèt magno tormentorum bellicorum numero inſtructæ, quæ tamen opportuno ſubſidio fuere, cum Abyſſini detonantes Sclopis Turcas non terrent. Coniunctus porrò Abyſſinis copijs Gamma menſe Iunio, Reginamque Eliſabetham Claudij Matrem ducens in caſtra, munitas Arces duas Zeilano Tyranno ademit, & plures Populos, qui defecerant, ad Abyſſinum Imperium reuocauit: aduersùs illum Imperatori ſe coniungere meditantem Gradaametes Mahometanorum maximis copijs ſuccinctus occurrit, numerum exiguum Luſitanorum ſpernens, ſed conſerta pugna, vim tormentorum bellicorum non tulere, equi mox in fugam auerſi, & Gradaametes pila plumbea in femore ictus vitæ periculum adijt, atque à ſuis in tutum ex acie eductus eſt, quem effuſa fuga mox Barbari ſunt ſęquuti, magnaque deleti ſtrage. Redintegrato dein iterùm prælio par euentus fuit, immò lætior Mahometanis caſtra opima gaza referta deſerentibus; plura dein Oppida, qua vi, qua deditione in Abyſſini poteſtatem redegit. Interea Gradaametes à Zebitano Prefecto Turca, auxilia aduersùs Chriſtianos implorauit, atque ab eo mille Turcas ſclopetarios, & tormenta curulia decem recepit, qui ijs auxilijs inſtructus Luſitanos, ferri, ac plumbi procella ſtrauit, Abyſſinoſque in fugam auertit. Interceptus eſt in fuga Gamma faucius, atque ob defenſam rem Chriſtianam probris oneratus, deindè virgis cęſus, deindè per Caſtra raptatus ad ludibrium; poſtremò omnes iniurias, & cruciatus inuicto pro Chriſto animo perferens à Mahometano Tyranno impudenti iracundia elato Regijs manibus obtruncatus eſt, caput Gammæ præciſum, & cum eo duodecim Primarij ad Solymannum Turcarum Imperatorem dono tranſmittuntur, de his rebus Claudius Imperator ad Indiæ Proregem literas dedit, in quibus Gammam Chriſti Martyrem appellare non dubitauit. At non diuturna fuit Mahometani Tyranni fęlicitas, nam cùm faſtu elatus Turcas ſtipendiarios dimiſiſſet, ac circa fluenta Nili ſecurus vacaret delicijs, à Claudio Imperatore Luſitanorum Reliquijs ſtipato, nil tale metuens, prelio appetitus eſt, atque plumbea glande à Luſitano confixus interemptus eſt.

Ioannes Petrus Maffeius Indiarum Lib. 11.

Rex Luſitaniæ Imperatori Abyſſinorum auxilium præſtat cótra Turcas.

68 Mahometani fugati, vel conciſi caſtra cum tormentis, & bellico apparatu direptà dimiſerunt, tùm magna Chriſtianorum vtriuſque ſexus multitudo è ſeruitute dira in libertatem vindicata. Ita cæſo Tyranno, recuperata amiſſa Oppida, populique, qui deſciuerant ad Tyrannum, in priſtinam fidem rediere. Parta hæc inſignis victoria eſt de Mahometanis proximo anno ante ſacroſanctæ Hebdomadæ Feſta, quæ & Paſchali ritu Æthiopico, ita à Rege celebrata memorat Maffeius, [Tàm inſigni parta victoria Claudius in iiſdem locis anniuerſarias Sacroſanctæ Hebdomadæ Ferias admirabili pietate celebrauit, quamdiù Corpus Domini clauſum in ſepulchro adſeruatum eſt, atratus, & ſqual-

Digitized by Google

squallidus vetere gentis more, nihil omninò gustauit, nec pedem è Templi foribus extulit. Idem à Regina Matre, & Proceribus factum. Nec minore cæremonia, studioque Paschalia deindè peracta mysteria, elotis per confessionem sordibus animorum, salutaris Agni cibo refecti summi, atque infimi. Ad extremum agmine composito collucentibus vndique cereis, cum solemni pompa supplicationem obiere.] Ex hoc Lusitanorum Abyssinis aduersùs Mahometanos fœdere sumpta est deindè occasio, vt de coniungenda Abyssina Ecclesia cum Romana ageretur, de quibus postea suo loco differetur.

Propagabatur sensim eodem tempore Catholica fides in America, constitutamque fuisse in Peruuia Episcopalem Sedem hoc anno docent Consistorialia Acta.

Alex. Far. in act. Consistorial. XIII. Maij MDXLI. Erexit ad supplicationem Imperatoris Oppidum de los Reyes in Prouincia Perù, in Ciuitatem, quæ de los Reyes nuncupetur, (*& mox*) quæ Ecclesia subsit iure Metropolitico Ecclesiæ Hispalensi, & cum dotatione ducentorum ducatorum ex redditibus ad ipsum Regem spectantibus in ipsa Prouincia.

Sur. in comment. Claudimus hunc annum insigni miraculo, quod refert Surius his verbis. [Est in Sicilia Templum Philippi, qui fuit Petri Apostoli Discipulus, & ab illo missus in Siciliam, ad quod quotannis eo die, quo illi sacer est, multi à Dæmonibus liberantur. Anno salutis MDXLI. ducentæ penè fœminæ ad hoc Templum expulsis tetris Spiritibus curatę sunt.]

IESV CHRISTI

Anno 1542.

PAVLI III. Anno 9. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 24.

M. S. Car. Spada to. 15. pag. 668. 1 ANNO Christi millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Indictione quintadecima, collabentibus Christiani Imperij rebus, Turcis (oppressa Hungaria) Germaniæ imminentibus, Francisco Gallorum Rege noua in Carolum V. bella mouente, grassante latiùs hæresi, ac Lutheranis, fallaci concordiæ specie, maiora dissidia conflare, ac Principes Catholicos ab Ecclesiæ Catholicæ obsequio diuellere annitentibus: Pontifex re communicata sæpiùs cum Senatu Cardinalium, reiectis inanibus colloquiorum ludibrijs Concilium Oecumenicum indixit in Tridentina Germaniæ Ciuitate. Qua verò occasione hæc Ciuitas post multas consultationes electa fuerit, modò est dicendum. Spiræ igitur celebranda erat Dieta, cuius initium, vt fuerat denunciatum, prima die Ianuarij erat futurum; quare Pontifex Morono Episcopo Mutinensi, in Germaniam pro reformatione illius Cleri Nuntio destinato, præcepit, vt Spiram accedens ageret cum illis Principibus de multis publicis negotijs, & præcipuè de designanda Ciuitate pro Concilij celebratione, & cum sequenti Instructione dimissus fuit.

M. S. Car. Spadæ tom. 15. pag. 668. 2 Venerabilis Frater. Cùm multæ, & graues curæ animum nostrum his temporibus, ob maximas calamitates, in quas incidit Christiana Respublica, & ob ingentia, & eui-

Instructio data Morono Internuntio in Germania.

dentia pericula, quæ nobis instare videntur, nullius tamen rei cura magis nos premit, quàm huiusce in Religione seditionis ortæ in Germania nobilissima, & potentissima, ac puræ orthodoxę Christianę pietatis conseruandę desiderium, pro qua tuenda, non solùm opes omnes, sed vitam quoque libenter impendere parati sumus. Idcircò cùm primùm superioribus mensibus ex literis dilecti filij Cardinalis Contareni intelleximus, desperandum fore, vt in Ratisbonensi Conuentu aliqua iniri posset concordiæ ratio, conseruata Religionis puritate, confestim ex consilio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, constituimus celebrare generale Concilium superioribus annis indictum.

Postmodum verò hortatu, atque consilio Christianorum Principum, in hanc vsque diem dilatum, & quia solum, & præsentaneum remedium huic morbo medendo esse semper duximus, hanc nostram de celebratione Concilij sententiam, per præfatum Legatum significari curauimus Cæsari primùm, ac deindè reliquis Principibus, ac præsertim Ecclesiasticis. Placuit hæc nostra sententia Cæsareæ Maiestati, reliquisque Principibus omnibus, vt par erat in tàm necessaria causa, propterea quoniam putabamus, non solùm opportunum, sed propemodum necessarium esse, vt in Ecclesia Christiana in Clericorum Ordinibus reformatio fiat multarum rerum, quæ vt temporis longitudine, & humanis omnibus accidere solet, in deterius prolapsæ sunt, vt quoad fieri potest, ad pristinum Christianum statum reducantur, hac etiam ratione certò scimus, & Deum magis propitium nos habituros esse, & Christianum populum meliorem, magisque orthodoxæ pietatis cultorem. Idcircò eisdem literis iniunximus præfato Legato nostro, vt operam daret, quod fieret huiusmodi, quam optamus, Christiana reformatio in Germania Prouincia nobis charissima, quemadmodum iam instituimus, vt fiat in hac nostra Romana Curia, & in vniuersa Italia, ac demùm in alijs Christianis Nationibus.

3 Allocutus est Legatus Episcopos, qui Conuentui interfuerunt, nonnullaque eis proposuit animaduertenda, & corrigenda, hilari animo hæc nostra per Legatum facta adhortatio ab omnibus susceptа est, adeò vt etiam petierint, sibi dari in scriptis, quæ ore fuerunt à Legato dicta, quorum exemplum, quamuis putemus habere, qui aderant, erit tamen hic colligatum. Nihil præterea potuit à Legato agi ob temporis breuitatem, fuit etiam, cùm iam Conuentus esset dissoluendus, innouatum à Cæsare, & Principibus Catholicis fœdus Catholicum defensiuum, quod tamen Legato ostensum non fuit. Idcircò cùm summoperè cupiamus, vt ea, quæ benè cæpta sunt, perficiantur, decreuimus, Venerabilis Frater, te in Germaniam mittere, cuius probitatem, & prudentiam, singularemque fidem iam diù perspectam habemus, ad quas accedit, maxima, qua præditus es, rerum Germanicarum experientia, & non mediocris illius Nationis erga te beneuolentia, quamobrem speramus, non mediocrem fructum ex opera tua percepturos nos esse in ea Prouincia, quæ præcipuè nobis est cordi. Cæterùm, quamuis arbitremur

Digitized by Google

,, mur omnia, quæ ad hæc, quæ deſignauius; ,, conficienda facere, antè tibi explorata eſſe ob ,, peritiam, quam habes rerum Germanicarum, ,, nihilominus, vt petitioni tuæ ſatisfaciamus, ,, ac ſemper in promptu habeas animum no- ,, ſtrum, curauimus hanc breuem formulam no- ,, ſtrorum mandatorum tibi perſcribi, in quam ,, poſſis intendere oculos in quauis rerum, quæ ,, tibi agendæ occurrent.

,, 4 Ac primùm, ſicut nos nunc Diuinum ,, auxilium imploramus, ità te monemus, tibiq; ,, præcipimus, vt in exordio cuiuſuis tractatio- ,, nis, ſeù rei, quam aggreſſurus ſis, inuoces ,, Deum Optimum Chriſtum Redemptorem ,, Noſtrum, vt faueat tuis cæptis, tuaſque actio- ,, nes dirigat in viam ſuam. Et quoniam tria ,, ſunt, ob quæ te potiſſimùm in Germaniam ,, mittimus, celebratio ſancti Concilij Genera- ,, lis, Reformatio Eccleſiarum, perfectio Catho- ,, lici fœderis, paucis ea perſtringimus, quæ ,, nobis occurrunt circa vnumquodque eorum, & ,, à poſtremo incipiemus. Putamus nos in fœ- ,, dere Catholico defenſiuo comprehenſos eſſe, ,, cùm anno ſuperiori initum fuit, ſuper quo ,, confectæ fuerunt literæ publicæ à Notario; id- ,, circò non exiſtimamus, ſecundum hoc poſte- ,, rius fœdus neceſſarium fuiſſe. Verùm quo- ,, niam maximè cupimus fœderis huius obſer- ,, uationem, & augmentum, & voluntatem no- ,, ſtram, & animi promptitudinem omni ſignifi- ,, catione teſtari contendimus, tibi mandamus, ,, vt noſtro nomine dicas Principibus Catholicis ,, in fœdere comprehenſis, paratiſſimos nos eſſe ,, nouum hoc Ratisbonenſe fœdus ingredi, ve- ,, rùm non poſſe approbare has ſuper hoc fœde- ,, re confectas leges, cùm nonnulla in eis con- ,, tineantur, quibus aſſentiri pro perſona, quam ,, gerimus, minimè poſſumus, portionem quo- ,, que impenſarum faciendarum, pro fœderis ,, conſeruatione, nobis aſſignatam, quartam ,, ſcilicet partem, neque vires noſtras terre ,, poſſe neque iuſtitiam admittere. Idcircò tibi ,, præcipimus, vt nouę litterę (ſi Principibus ,, fœderis ita videbitur) noſtro nomine confi- ,, ciantur, quibus teſtatum ſit omnibus, nos li- ,, bentiſſimè, nouum hoc fœdus ingredi, cum ,, conditionibus, & clauſulis tantùm pertinen- ,, tibus ad mutuam defenſionem in rebus Reli- ,, gionis, quam iuuaturi ſemper pro viribus ,, ſumus, nulla habita mentione de portione ad ,, nos pertinente, vel ſi opportunum videbitur, ,, vt fiat mentio portionis, ſextam partem non ,, tranſgredieris, ſicut in fœdere contra Turcas ,, inito cum Cæſare, & Venetis fuimus obligati.

,, 5 Quoad reformationem Eccleſiæ, & Ordi- ,, nis Eccleſiaſtici, quoniam nouimus longè ,, meliùs, & magis ſecundùm pietatem Chriſtia- ,, nam omnia fieri, quæ fiunt animo lubenti, ,, quàm coacto, & etiam quoniam ſcimus, om- ,, nes eos Epiſcopos Venerabiles Fratres no- ,, ſtros, pro officio eorum debito, & prudeu- ,, tia, proque naturæ bonitate, & generis no- ,, bilitate per ſe promptos eſſe, & paratos ad ,, hanc reformationem, idcircò volumus, vt in ,, hac parte potiùs indices, & præteferas, coad- ,, iutorem, & cooperatorem eorum à nobis ,, deſtinatum eſſe, quàm exactorem eorum offi- ,, cij, & capitula, quæ requiſitus ab eis Lega- ,, tus dedit in ſcriptis, ſi ſeruantur, non puta- ,, mus exiguam partem reformationis factam ,, fore, horum exemplum, quamuis putamus

,, te habere, hic tamen alligatum mittimus, ,, quod ſi quæ tibi videbuntur, illis addere, po- ,, teris id agere pro tua prudentia, & probita- ,, te, at ſi in quapiam re tibi videbitur, opus ,, eſſe maiori auctoritate, quàm præſtare pote- ,, ris ex facultatibus, quas his tibi conceſſi- ,, mus per Breue, confeſtim facias nos per lite- ,, ras certiores, nulla enim in parte volumus ,, tuę operę deeſſe, aut vtilitati nobis chariſſimę ,, Nationis: & vt meliùs queas iuuare hoc Reli- ,, gionis negotium, tecum mittimus Doctorem ,, Scotum, & alios nonnullos Viros peritos, & ,, valdè pios, qui tibi pareant, quos à nobis pe- ,, tiſti, & quorum opera non parum adiumenti ,, actionibus tuis præſtare poterit.

,, 6 Reliquum eſſet, vt de celebratione Conci- ,, lij ageremus, verùm quoniam Sereniſſimus ,, Rex Romanorum per Comitem Hugurolan ,, Oratorem ſuum, à nobis quædam petijt abs ,, te in hoc conuentu Spirenſi agenda noſtro ,, nomine, ac ei reſpondimus, quæ nobis videtur ,, res ipſa exigere. Idcircò antequam de Con- ,, cilio dicamus, perpaucis hæc perſtringamus. ,, Petijt à Nobis per præfatum Legatum Sereniſ- ,, ſimus Rex duo; Primùm, vt in hoc conuentu ,, ita nos cum Proteſtantibus gereremus, vt fa- ,, ciliores redderentur, ac promptiores ad auxi- ,, lia præſtanda contra Turcas. Petijt deindè, vt ,, in hoc conuentu Spirenſi ſignificaremus Prin- ,, cipibus, & Statibus Imperij quidnam nos præ- ,, ſtituri ſumus in auxilijs contra Turcas, ac pe- ,, tijt inſtanter, vt polliceremur ampla, & ma- ,, gna auxilia, vt noſtro exemplo Principes Im- ,, perij, & Status promptiores eſſent, ad maiora ,, etiam, quàm in animo habituri pro ſe eſſent ,, auxilia præſtanda. Ad quę reſpondimus, nos ,, credere Principes, & Status omnes, tàm Ca- ,, tholicorum, quàm Proteſtantium pro ſua ,, grauitate, & conſtantia, non defuturos ijs ,, auxilijs, quę ſunt pollicita conuentu Ratisbo- ,, nenſi pro defenſione Germanię eorum Patrię, ,, nos quoque ſemper paratiſſimos futuros ad ,, omnia, quæ Sereniſſimo Regi poſſunt aliqua ,, in parte prodeſſe, præſertim in hac contra ,, Turcas expeditione, ac ideò tibi iniunximus, ,, vt humanum, & Chriſtianum animum oſten- ,, das Proteſtantibus, non hoſtilem, ſed eorum ,, ſalutis cupidum. Quantum verò pertinet ad ,, aliquam conceſſionem, vel tolerantiam, non ,, poſſe honeſtè, nec debere (quamuis vniuerſa ,, auctoritas à Chriſto ſit nobis conceſſa) cùm ,, celebratio Concilij inſtet, quippiam in his ,, omnibus agere abſque deliberatione, & conſi- ,, lio generalis Concilij.

,, 7 Quantum pertinet ad auxilia, quę præ- ,, ſtaturi ſumus, reſpondemus, nos paratiſſi- ,, mos eſſe ad præſtanda maxima ea, quę poteri- ,, mus, nulliſque rebus parcituros in tàm ma- ,, gno Reipublicæ Chriſtianæ periculo. Verùm ,, non poſſe nos certam ſummam ſtatuere, quip- ,, pè qui neſciamus, quò impetus Turcarum ,, intendant, nam norunt omnes Italiam om- ,, nem, ditionem Sanctę Eccleſię, & Romam ,, ipſam maximis periculis expoſitam eſſe, ſi ,, Turca ſupra, vel infra Italiam aggrederetur, ,, quod eum facturum maximè verendum eſt: ,, quamobrem cogimur rebus noſtris proſpice- ,, re, ac ideò offerimus, quę poterimus omnia ,, quàm maximè, certa tamen polliceri, non ,, poſſumus. Prætereà Illuſtriſſimo D. Gran- ,, uellano Conſiliario Maieſtatis Cęſareę dixi-

,, mus,

,, mus, & putamus significata fuisse Maiestati ,, Cęsareę à prędicto Granuellano, nisi (quod ,, Deus auertat) res nostrę in tàm magnum ,, periculum deductę essent, vt potiùs ab alijs, ,, auxilia petere, quàm præstare possemus.

,, 8 Quo autem ad Concilium celebrandum, ,, nos constantissimè persistere in nostra senten- ,, tia omninò celebrandi Concilium, nec vlla ,, ratione ab ea posse dimoueri, & quoniam cu- ,, pimus interesse, vel si alię causę cogerent nos ,, non interesse, saltem non longè abesse. Idcir- ,, cò non putamus commodum locum Concilij ,, celebrandi esse Germaniam, ad quam ob gra- ,, uem ętatem nostram non possumus accedere, ,, tùm ob longitudinem itineris, tùm ob Cœli ,, mutationem, deindè non mediocriter nos ,, mouet, quòd cùm vtrinque in his controuer- ,, sijs Religionis accensi sint animi Germano- ,, rum, si res ibi tractetur, magnum periculum ,, immineret, ac ex contentionibus magis, ac ,, magis eorum animi vtrinque inflammarentur, ,, & ad maiores seditiones, & discordias deue- ,, niretur, & fortasse ad arma, quòd maximè ,, abhorremus, cùm pręcipuè aspiciamus con- ,, stituere pacem in Ghristiano Populo, & vita- ,, re omninò quascumque discordiæ occasiones. ,, Desideramus tamen, quantum fieri potest, ,, consulere commoditati illius Nationis nobis ,, dilectissimę. Idcircò eis nostro nomine dices, ,, videri nobis Mantuam Ciuitatem, sitam in ,, radicibus Alpium iuxta Germaniam, com- ,, modissimam esse Concilij celebrationi, cuius ,, ager fertilissimus est, & Ciuitas amplitudine, ,, & commoditate Hospitiorum satis esse pote- ,, rit ęteris Episcopis, qui conuenturi sunt. ,, Verùm quoniam veremur, nè non priuata ,, Principe, qui sui iuris sit, ob pręstitam for- ,, tasse ab eius Tutoribus non ita facilè nobis ,, concedatur: Idcircò post Mantuam, Ferraria ,, nobis videretur commoditate, alijsque quę ,, possunt haberi, pręferenda; Est ipsa ampla ,, agrum habet fertilissimum, deinde vicinitate ,, Padi ampliſſimi fluuij, ex omnibus ferè Oppi- ,, dis sitis in Alpibus, & Appennino omnes res ,, commeatuum gratia facilè eò deferri queunt. ,, Sed quoniam ea quippè Ciuitas, quamuis sit ,, Ecclesię feudum, non est immediatè sub po- ,, testate nostra constituta, nec exploratum ha- ,, bemus Principis animum, nihil enim nobis ,, visum est cum eo agere, priusquam intelli- ,, gamus sententiam Germanorum Principum, ,, & Statuum, non possumus eam certissimè, & ,, indubitatè offerre, quòd si eis placeret Pla- ,, centia, aut Bononia, ampliſſimę Ciuitates ,, omnium rerum copia instructissimæ, pręci- ,, pimus tibi, vt alteram earum offeras pro Con- ,, cilij celebratione, ex eò, quòd speramus non ,, mediocrem fructum percepturos esse. Tem- ,, pus enim à nobis determinatum dies Penteco- ,, stes inest, vt Synodus, quæ in Spiritu Sancto ,, congreganda est, congregetur etiam diebus ,, illis, qui sunt Spiritui Sancto ab Ecclesia dica- ,, ti, & quibus vt descendit è Cœlis, ita quoque ,, dignetur descendere in Synodum congrega- ,, tam in suo nomine.

,, Hæc sunt, quę nobis visa sunt tibi significan- ,, da esse, & præcipienda, reliqua verò quæ ad ,, hanc nostram intentionem intendunt, poteris ,, tu, pro tua prudentia, & rerum Germanica- ,, rum experientia, ad hanc nostram intentio- ,, nem accommodare. Deus Optimus Maximus, ,, Christusque eius Vnigenitus Filius sit semper ,, tecum, & omnes actiones tuas dirigat in sui ,, honorem, & conseruationem Sanctę Catholi- ,, cę Ecclesię Romanę. *Apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Ianuarij MDXLII. Pontificatus Nostri Anno VIII.*

9 Germaniam petijt Moronus ista Instructione munitus, ibique nona Februarij Dietæ initium datum est, cui loco Imperatoris Rex Ferdinandus eius Frater prędsedit, Orationemque habuit de subsidijs aduersùs Turcas, tàm militaribus, quàm nummarijs exhibendis. Misit ad hunc conuentum Spirensem Rex Gallię Franciscum Oliuarium, supplicum Libellorum in Gallia Regia Magistrum, subiectisque literis extremo superiore mense exaratis, ad Imperij Germanici Ordines significauit, se ex Budensi clade grauem dolorem traxisse, rogauitque, vt Regia mandata proponenti benignas aures prębeterent.

Reuerendissimis, Illustrissimis, Amplissimis, Inclytis, Magnificis, & Spectabilibus Sacri Romani Imperij Principibus Electoribus, cæterisque Principibus, atque Ordinibus Spiræ conuentum habentibus, Consanguineis, Amicis, & Fœderatis charissimis salutem plurimam dicit Franciscus Dei gratia Francorum Rex.

M. S. Francisci Card. Barberini fig. 2678. pag. 98. Epistola Regis Gallie ad conuentum Spirensẽ.

Postquam de illa clade apud Budam accepta nuntium ad Nos allatum est, pro nostra præstanti in communem Rempublicam Christianam, ac gentem Germanicam voluntate, fuimus commoti, paulò post cùm accepimus vos conuenturos, vt de summa Reipublicæ conseruandæ consuleretis, nihil nobis antiquiùs fuit, quàm vt illuc mitteremus, quod eramus statim facturi, si visum vobis fuisset maturiùs conuentum habere: mittimus ad vos igitur, qui vobiscum de re tota conuenire, atque statuere possit, Franciscum Oliuarium Equitem auratum, Libellorum supplicum in Regia Nostra Magistrum, atque à sanctiore nostro consilio Dominum de Quilers, quibus certa mandata ad salutem Reipublicæ Christianæ, NationisqueGermanicæ spectantia dedimus vobis proponenda, quos petimus, vt benignè audiatis, eisque fidem adhibeatis, &c. *XIX. Decembris MDXLI.*

Franciscus Belcar. l. 23. num. 7. & 8.

10 Habita est ab Oliuario Regia supplicum libellorum Magistro, postridiè Idus Februarij in Principum consessu oratio, in qua post expositam multis verborum officijs Regij animi erga Germanos propensionem, addidit non lacessendum Turcam pro Buda, & Pesto recuperandis, cùm eę Vrbes milite, & commeatu essent munitissimæ, sed potiùs vicinas Arces necessarijs ad propulsandum hostem instruendas, nec potentissimum hostem temerè prouocandum; pacem itaque, si ea frui liceat, bello anteferendam, si verò armis cum Turca decertandum sit, hortatus est, vt sublatis dissidijs, quæ hactenùs Germaniam lacerarunt, vires pro defendenda Religione coniungerent.

Orationis habitæ à Gallo Oratore summa.

Oratio Francisci Oliuarij Regis Galliæ Oratoris in conuentu Spirensi.

Non videtur è re Germaniæ, atque adeò Reipublicæ Christianæ hoc tempore, id est dissipata Ecclesiarum Germanicarum concordia, flagrantibus dissidijs, abalienatis inuicem mentibus Hungarorum per dissidia, & factiones non minùs perturbatis, bona parte illarum Germanicum Imperium auersante, denique toto Orbe Christiano miserè diuulso proritare Turcas per inauspicatum bellum, vt Buda, ac Pestum, Hungaricasque Vrbes recuperemus, quas illi omni arte, ac studio munitas incredibili tormentorum apparatu,

& insuper commeatu, vt credere par est, abundè instructas, ingentibus, & fortissimis præsidijs obtinent, hanc esse viam compendiariam ad perdendos exercitus. Deindè cùm ità visum fuerit, facile fore illis per vniuersas alias, nostris fortè delassatis, & diutina militia fractis, vi obsidionem soluere, vel commeatum inuehere, quòd si ad prælium ventum erit, & dabitur illis vincere, antequam copias, noua tormenta, nouasq; pecunias cogere liceat, irrupturos illos in Germaniæ viscera, ibi cladem, & vastitatem miserabilem facturos, & more gentis, agmina captiuorum vtriusque sexus abducturos esse. Germaniam continuis militum delectibus exhaustam, vt indè tutius esse, Vrbes eas, quæ inter Budam, & Austriacos interiacent limites, omni studio, ac ratione munire, illùc vndique commeatus ex agris conuehere, quo in tuto sint validissima præsidia imponere, & omninò eadem agere in Bohemia locis scilicet maximè opportunis, quæ omnia sunt factu facilia, & non magnis sumptibus indigent, & in præsens tutissima sunt, neque enim committendum esse, vt dùm ferociter, minusque prudenter, tàm formidandum hostem prouocamus, tempore tàm non idoneo, ità Rempublicam Christianam præcipitemus in extremas miserias: primùm nobis nostra esse munienda, ac constituenda, antequam inuadamus in ea, quæ ille tot præsidijs obtinet. Nihil esse tàm pestilens, quàm consilium præceps, & periculosa plenum alea, hoc scilicet tempore, quo maximè si vnquam aliàs veris consilijs indiget Respublica Christiana, nam quamlibet temeritatem non periculum, sed ruinam secum trahere, quodcumque iam spei supereſt nobis, id præcipuè situm esse in Germanis, tantò magis cauendum, nè per huiusmodi intempestiuissima consilia tanta no bis spes pereat, præstare in res paulò secundiores eruare sese, & expectare, donec Germanicæ, atque adeò Christiani Orbis per concordiam paulò firmiores res factę sint; illis sic dissipatis vix posse sperari victoriam, itaque si per Turcas liceat quiescere, ac pace frui, certè pacem bello præponendam. sic tamen, vt interim non solùm constituantur, atque firmentur quæcumque supersunt nobis, quemadmodum anteà dictum est, sed insuper quia per imparatos nihil rectè geri potest, primo quoquè tempore conferantur, eligantur milites, conscribantur exercitus, denique huiusmodi apparatus ratio ineatur, quæ excipiendo tanto hosti sufficiat, si fortè contingeret illum vim parare aduersum vos, aut vlteriùs arma promouere, hæc omninò esse facienda, etiamsi ille maximè verbis pacem ostentaret, si modò ditionibus vestris *tutò* frui velitis, hæc agentes non posse *circumueniri*. Quòd si non licèt vobis per Turcam pace frui, non esse dubitandum, quin vi, ac armis agendum sit, sed quoniam neque multum præsidij positum est in armis, neque vestra diutiùs stare possint, si vos aduerso Deo discordes esse pergitis, seriò ante omnia curandum esse, vt ille vobis placatus fiat, & synceram concordiam è cœlesti illa Sede mittat, hoc prætermisso frustra humanis consilijs pugnari aduersùs impendentem Domini vindictam, per hæc flagella trahere ad concordiam, dùm sanare cupit, non perdere. Ergò implorandam prona, ac supplici mente Omnipotentem illam Domini misericordiam, quæ nunquam non patet ex animo petentibus; precandam, vt ex illo lucis supercœlestis fonte haustas scintillas immittat in animos nostros vitijs excœcatos, quibus tandèm agnoscamus in Scripturis sensum Diuini Spiritus, & concordibus animis amplexemur: purgandam mentem, quæ præterita scelera oderit, tota erecta sit in Deum, ab illo pendeat, illius tantùm gloriã sitiat, in vtilitatem proximi totam se intendat, ac exerceat, atque intrepidè quæcumque pericula subire parata sit pro Patria, immò verò pro Christi Religione ab impiorum iugo asseruanda, hilariter exponere se cuicumque labori, chariores enim nos esse illi, quàm nos nobis ipsis. Hanc mentem si dederit Dominus, vt certè daturus est bona fide rogantibus, primò pacem Domini habituros, quæ superat omnem sensum, deindè concordiam inter vos nullo negotio coituram, sine qua nec Imperium vestrum, nec vlla omninò Respublica, quamlibet florentissima, vel tantillum consistere potest, sed quò maturiùs diffidia hæc componi queant inter vos, iam nunc publicam pacem, ac securitatem per omnem Germaniam edicite sanciendam, hic enim primus ad concordiam gradus, interim res vestras, vtcumque constituet, deindè, si quæ sunt, quę videntur obstare concordiæ, qualiacumque hęc fuerint, primo quoque tempore amolienda, sic stratam viam fore ad concordiam, & breue iter ac expeditum. Hæc Christianissimo Regi videri in pręsens vtilissima, hæc admonere liberè, vt sincerum amicum, & vetustissimo fœdere coniunctum, denique sanguinis Vestri Principem, rogare, vt proindè ea boni consulatis, sicut ille candido animo affert, nihil aliud spectans, quàm publicam Germaniæ tranquillitatem, & huius Sacri Imperij salutem, ac dignitatem, quam & hoc tempore, & post hàc semper curaturus sit omni studio, conatu, gratia, auctoritate, denique quibuscumque vnquam æquis, atque honestis rationibus licebit, idque sanctissimè Vobis polliceri.

[Hæc oratio (inquit Franciscus Belcarius) ,, in bonam partem accepta non fuit, Rex enim ,, Franciscus Pannoniam Turcis in prędam re- ,, linqui velle videbatur, vt Cæsar pro defenden- ,, da mox Germania sollicitus, res Italicas pro ,, derelictis habere cogeretur.] Nulla enim subsidia pro repellendo Turca obtulerat Gallus, & cùm iactaret Legatos, qui missi ad Solymannum ac cæsi erant, propterea missos, vt Solymannum ab inuadenda Hungaria auerteret, contrarium tamen constabat ex literis notis arbitrarijs scriptis, quarum explicationem Vastius vi extorserat: Fregosium missum ad Venetos, vt Senatum à Cęsarea societate abalienaret; Rinconem missum ad Solymannum, vt illum, ad bellum Cæsari terra, marique inferendum, incitaret. [Itaque ,, Oliuarius (addit Belcarius) à Germanis cum ,, sua consultatione quodammodò contemptus, ,, nec æquis auribus auditus ante conuentum ,, dimissus in Galliam redijt.] *Lib. 23. num. 8.*

11 Moronus verò vigesima tertia Martij in conuentu Spirensi productus, Pontificia mandata, quibus erat instructus, proposuit, quibus nimirùm legibus fœderi catholico accedere vellet, maximamque Pontificij animi alacritatem pro coniungendis auxiliaribus armis explicuit; vt Germania Turcicam tyrannidem ferocientem retunderet. Refert Belcarius, cum varij rumores de bello Turcico spargerentur, nec quò barbarus irrumperet, certum, atque exploratum esset, Paulum III. pollicitum esse, si Cæsar ipse expeditionem educeret aduersùs Turcam, quinque millia peditum submissurum; sin verò alius prœsi- **Moroni ad dietam Spirensem accessus.** *Lib. 23. num. 9.*

Digitized by Google

præesset cum imperio exercitui, mille quingentis stipendia suppeditaturum. Promissa ornauit, auxitque operibus; cùm enim Elector Brandeburgensis gerendo in Turcas bello præfectus fuisset, Paulus Pontifex tria millia peditum duce Paulo Vitellio, & sexcentos equites præfecto Sfortia Pallauicino egregiè instructos submisit.

Concilij Tridenti celebrandum proponitur.

De Concilij celebrandi loco deligendo exortæ deinde sunt difficultates, cùm Cæsar, & Ferdinandus Rex, ne Lutheranos Principes exasperarent, Italicas vrbes pro Concilio congregando non admitterent; itaque Pontifex de his certior factus, licèt arbitraretur nullum opportuniorem locum, quàm intra limites Italiæ pro cogenda Synodo inueniri posse, tamen vt Cæsaris & Ferdinandi Regis voluntatibus se accommodaret, Tridentum proposuit, vt celebrando Concilio opportunum, vel Cameracum, quod in Cardinalium Senatu longè commodius Patribus visum est, propter exteras gentes, quæ faciliùs in eam Vrbem se conferre possent, in limite proximo Galliæ & Germaniæ, & à Turcicis tumultibus longinquiore, ita vt nec à Gallis, nec à Germanis repudiari posset.

12 Audita igitur à Dieta Nuntij propositione, qua Tridentum ad Concilij celebrationem „ exhibebatur. [Ferdinandus (vt ait Belcarius) „ cæterique veteris persuasionis, siuè religionis „ Principes, Cæsarisque Legati gratias egerunt, „ & si in Germania Concilium celebrari non „ posset, Tridentum non displicere declararunt. „ At Protestantes, qui verbo quidem Concilium „ vrgebant, re ipsa nihil magis refugiebant, ne„ que Concilium à Pontifice indictum, neque „ locum, neque quod vlla in Decreto Pontificis „ mentio fiat, probant. Si hoc est, se quodam„ modo Concilij dominos constituere volunt.] Dimissus est Spirensis Conuentus III. Idus Aprilis, decretumque editum, quo de communi consilio, supremum Christiani aduersùs Turcas exercitus imperium Ioachimo Brandeburgensi Electori delatum est; at quoniam in eo omnia ad bellum Hungaricum necessaria constitui non potuerunt, alter Conuentus Procerum indictus est Norimbergæ ad Idus Iulij.

Tridentũ Dieiplacet.

Pontifex, postquam illi nunciatum fuit, Dietæ Tridentinam Vrbem pro cogendo Concilio placuisse, die decima tertia Augusti Concilium indicere decreuit. Sed cùm tempus nimis arctum visum fuisset, post nonnullas consultationes ter habitas, tandem die vigesima secunda Maij Bulla firmata fuit, quam postea in festo Sanctorum Petri & Pauli Pontifex publicauit, indixitque initium Concilij fore in solemnitate Omnium Sanctorum, vt subiectæ testantur literæ.

Paulus Episcopus Seruus Seruorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

☞ *Arch. Vat. fig. num. 3232. p. 16. Ext. in m. s. Acta Con. Trid. sub Paulo III. Bullar. in 4. Pauli III. Bull. 33.* Bullaconuocationis Concilij Tridentini.

13 Initio nostri huius Pontificatus, quem non ob merita nostra, sed propter suam magnam bonitatem, Dei Omnipotentis prouidentia nobis commisit, cernentes iam tùm in quas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum ferè omnium nostra pastoralis solicitudo, & vigilantia esset vocata, cupiebamus quidem mederi Christianæ Reipublicæ malis, quibus illa iamdudum vexata, & propemodum oppressa est, sed ipsi etiam, vt homines circumdati infirmitate, ad tantum onus tollendum impares vires nostras esse sentiebamus, nam cùm pace opus esse intelligeremus ad liberandam, & conseruandam à plurimis impendentibus periculis Rempublicam, omnia inuenimus odijs, & dissensionibus plena, dissentientibus præsertim Principibus ijs inter se, quibus summa rerum penè omnis à Deo permissa est: cùm vnum ouile, & vnum pastorem Dominici esse gregis ad integritatem Christianæ Religionis, & ad Cœlestium bonorum spem in nobis confirmandam necessarium esse duceremus, Schismatis dissidijs, & Hæresibus erat Christiani nominis diuulsa iam penè, & lacerata vnitas; cùm tutã, atque munitam ab infidelium armis, atque insidijs Rempublicam optaremus, nostris erratis, nostraque cunctorum culpa, Dei videlicèt ira peccatis nostris imminente, Rhodus fuerat amissa, Hungaria vexata, conceptum, & meditatum contra Italiam, contraque Austriam, & Illyricum terra marique bellum: cùm impius, & immitis hostis noster Turca nullo tempore requiesceret, nostrorumque inter se odia, & dissensionem, suam rei benè gerendæ occasionem duceret. Igitur, vt dicebamus, in tanta hæresum, dissensionum, bellorumque tempestate, tantisque excitatis fluctibus, cùm essemus ad moderandam, & gubernandam Petri nauiculam vocati, nec viribus ipsi nostris satis fideremus, primùm coniecimus in Domino cogitatus nostros, vt ipse nos nutriret, animumque nostrum firmitate, & robore, mente, & consilio, sapientiaque instrueret; deindè animo repetentes, Maiores nostros sapientia admirabili, & sanctitate præditos, sæpè in summis Christianæ Reipublicæ periculis remedium optimum, atque opportunissimum Oecumenica Concilia, & Episcoporum generales Conuentus adhibuisse; ipsi quoque animum ad habendum generale Concilium adiecimus, exquisitisque Principum sententijs, quorum nobis videbatur vtilis in primis, & opportuna ad hanc rem esse consensio, cùm eos tunc non alienos ab hoc tàm sancto opere inuenissemus, Oecumenicum Concilium, & generalem eorum Episcoporum, aliorumque Patrum, ad quos pertineret, Conuentum in Ciuitate Mantuæ indiximus Anno Incarnationis Domini, sicut literis & monumentis nostris testatum est, millesimo quingentesimo trigesimo septimo, Pontificatus Nostri tertio ad X. kalendas Iunias inchoandum; spem propè certam habentes fore, vt cùm illic in nomine Domini essemus congregati, ipse, sicuti promisit Dominus *Matthæi* 18. in medio nostrum affuturus, & bonitate, ac misericordia sua omnes temporum procellas, omniaque pericula spiritu oris sui facilè depulsurus esset; sed vt semper insidiatur pijs actionibus humani generis hostis, primùm contra omnem spem, & expectationem nostram denegata fuit nobis Mantuana Ciuitas, nisi aliquas conditiones subiremus ab institutis Maiorum nostrorum, ac conditione temporum, nostraque, ac huius Sanctæ Sedis, ac nominis Ecclesiæ dignitate, libertateque prorsùs alienas, quas in alijs nostris literis expressimus. Quapropter alium inuenire locum, aliamque deligere Ciuitatem necesse habuimus, quæ cùm non statim nobis occurreret idonea, & apta, ad sequentes kalend. Nouembris prorogare Concilij celebrationem fuimus coacti. Interim sæuus, & perpetuus hostis noster Turca ingenti classe Italiam adortus aliquot Oppida in littoribus Apuliæ cepit, vastauit, diripuit, prædas hominum delegit; nos in maximo timore, & periculo omnium muniendis littoribus nostris, finitimisque auxilio iuuandis fuimus occupati, nec tamen interea destitimus consulere, & hortari Christianos Principes, vt de idoneo habendi Concilium

cilium loco quid sentirent, nobis exponerent, quorum cùm essent incertæ variæque sententiæ, tempusque diutiùs, quàm erat opus, videretur extrahi, nos optimo animo, atque vt arbitramur consilio, Vicentiam elegimus, Vrbem copiosam, & Venetorum, qui eam nobis concedebant virtute, auctoritate, potentia, tùm aditu patentem, tùm stationibus omnibus liberam, atque tutam in primis se habentem. Sed cùm iam tempus longius progressum esset, nouęque Vrbis electione omnibus significari conuenerit, iamque Kal. Nouembris appetentes facultatem huius diuulgationis excluderent, Hyemsque esset propinqua, rursus altera prorogatione tempus Concilij differre in proximum sequens Ver, Maijque futuras kal. compulsi fuimus. Quare firmiter constituta, atque decreta, cùm & nos ipsos, & cætera omnia ad eum benè agendum, Deo iuuante, celebrandumque Conuentum nos pararemus, plurimumque reputantes interesse cùm celebrationis Concilij, tùm vniuersæ Christianæ Reipublicæ Christianos Principes pace inter se, & concordia consentire, Charissimos in Christo filios nostros Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, & Christianissimum Regem Franciscum, duo præcipui Christiani nominis firmamenta, atque subsidia, orare atque obsecrare instituimus, vt ad colloquium inter se, & nobiscum vnà conuenirent, quorum quidem apud vtrumque literis, Nuntijs, & à latere nostro missis ex Venerabilium fratrum nostrorum numero Legatis sæpissimè egeramus, vt ex simultate, & dissidijs ambo in vnum fœdus, & piam amicitiam vellent conuenire, labentibusque succurrere Christianis rebus quarum seruandarum cùm esset illis potestas à Deo tributa, si id non agerent, & ad commune Christianorum bonum sua consilia non dirigerent, acris, & seuera ratio ab eis reddenda esset, qui aliquando precibus nostris annuentes, Niciam se contulerunt, quò nos quoque longum iter, & senili ætati nostræ vehementer contrarium, Dei, & pacis conciliandæ causa suscepimus, neque prætermisimus: interea cùm tempus Concilij præstitutum, Kalendæ videlicet Maiæ appropinquarent, tres Legatos summę virtutis, ac auctoritatis à latere nostro, de numero eorumdem fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Vicentiam mittere, qui initium Concilij facerent, Prælatosque vndique venientes exciperent, & ea, quæ iudicarent esse opus, agerent, & tractarent, quoad nos ab itinere, & negotio pacis reuersi omnia accuratiùs dirigere possemus. Interim verò in illud sanctum opus, maximèque necessarium, tractationem videlicet pacis inter Principes, incumbimus, & quidem omni animi studio, omni pietate, & diligentia. Testis est enim Deus, cuius freti clementia nosmetipsos itineris, & vitæ periculo exposuimus: nostra testis conscientia, quæ nihil habet in hac re quidem, in quo nos arguat, aut prætermissas, aut non quæsitas ad pacificandum occasiones: Principes ipsi testes, quos tàm sæpè, tamque amanter Nuntijs, literis, Legatis, monitis, hortatu, precibusque omnibus obsecrauerimus, vt simultates deponerent, vt societatem coirent, vt Christianæ Reipublicę, in maximum, & propinquum iam adductæ discrimen, omnibus studijs, & subsidijs opitularentur. Iam verò testes illę vigilię, atque curę, illi diurni, nocturnique animi nostri labores, grauesque solicitudines, quas ob hanc rem, & causam plurimas iam suscepimus, nec tamen ad optatum exitum nostra consilia, & acta adhuc perducta sunt; ita enim visum Deo est, quem tamen non desperamus aliquando optata nostra benigniùs respecturum, ipsi quidem, quantum in nobis fuit, nihil, quod esset nostro Pastorali officio debitum, in hac re omisimus. Quòd si qui sunt, qui actiones pacis nostras in aliam interpretentur partem, dolemus quidem, sed tamen in dolore nostro gratias Deo Omnipotenti agimus, qui ad exemplum, & doctrinam patientię nostrę voluit Apostolos haberi dignos, qui pro nomine Iesu, qui pax nostra est, contumeliam pateremur. Verùm in illo consessu, colloquioque nostro, quod Niciæ habitum est, & si (peccatis nostris impedientibus) inter duos Principes vera, & perpetua pax non potuit confici, Inducię tamen decennales factę sunt, quarum opportunitate nos sperantes, & sacrum Concilium commodiùs celebratum iri, & deindè ex Concilij auctoritate perfici posse pacem apud Principes instituimus, vt & ipsi venirent ad Concilium, & Prælatos suos præsentes ducerent, absentesque accerserent; qui cùm de vtroque se excusassent, quòd & ipsis redire in Regna sua necesse esset, & Prælatos, quos secum habuissent, itinere, atque impendijs fessos, atque exhaustos recreari, & refici oporteret, nos hortati sunt, vt aliam quoque prorogationem temporis habendi Concilij decerneremus, quia in re concedenda cùm essemus aliquantùm difficiles, literas interim à Legatis nostris, qui Vicentiæ erant, accepimus, transacto iam, ac longiùs prætérito Concilij ineundi die, vnum vix, aut alterum ex externis Nationibus Prælatum Vicentiam se contulisse, quo nuntio accepto, cùm videremus eo tempore nulla iam ratione haberi Concilium posse, ipsis Principibus, vt differretur tempus agendi Concilij vsque ad sanctum Pascha diemque Festum Dominicæ Resurrectionis indulsimus, cuius nostri præcepti expectationisque decretæ literę Genuę anno Incarnationis Dominicę millesimo quingentesimo trigesimo octauo IV. Kal. Iulij factę, publicatęque sunt, atque hanc dilationem eò propensiùs fecimus, quòd pollicitus est nobis vterque Princeps, Legatos suos Romam ad nos se missurum, vt ea, quę ad perfectionem pacis reliqua essent, neque Nicię ob breuitatem temporis potuerant omnia confici, Romę commodiùs coram nobis agerentur, & tractarentur, & ob hanc rationem etiam à nobis ambo petierunt, vt hæc pacificationis procuratio Concilij celebrationi præponeretur, cùm ipsum Concilium, pace facta, multo deinde vtilius, & salutariùs Christianæ Reipublicæ futurum esset; semper enim hæc pacis spes nobis iniecta, Principum nos voluntatibus assentiri hortata est, quam spem vehementer auxit post discessum à Nicia nostrum ipsorum duorum Principum inter se benevola amicaque congressio, quæ maxima cum nostra lætitia à nobis intellecta confirmauit nos in bona spe, vt tandem aliquando nostras preces apud Deum exauditas, & vota pacis accepta esse crederemus. Hanc igitur pacis conclusionem cùm & expectaremus, & vrgeremus, nec solùm duobus antedictis Principibus, verùm etiam charissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Regi Romanorum videretur, actionem Concilij, nisi pace facta, suscipi non oportere, eunctique à nobis per literas, suosque Oratores contenderent, vt alias rursus temporis prorogationes faceremus, præcipuè autem instaret Sereniſſimus Cęsar, promisisse se demonstrans ijs, qui à Catholica vni-

tate

tate diſſentiunt, operam ſuam apud nos interpoſiturum, vt aliqua concordię ratio iniretur, quod ante ſuam in Germaniam profectionem aptè non poſſet fieri. Nos eadem ſemper ſpe pacis, & tantorum Principum voluntate adducti, cùm præſertim cerneremus, ne ad dictum quidem Reſurrectionis Feſtum alios Prælatos Vicentiam conueniſſe, prorogationis nomen iam fugientes, quòd tàm ſępè fruſtrà fuerat repetitum, celebrationem generalis Concilij, ad Noſtrum, & Sedis Apoſtolicę beneplacitum ſuſpendere maluimus, itaque fecimus, & de ſuſpenſione huiuſmodi literas ad ſingulos ſupradictorum Principum, X. die Ianuarij MDXXXIX. dedimus, ſicut ex illis perſpicuè poteſt intelligi: ea itaque ſuſpenſio neceſſariò per nos facta, dum tempus illud magis idoneum à Nobis, pacisque aliqua concluſio expectaretur, quæ & dignitatem poſteà, frequentiamque Concilio, & Chriſtianę Reipublicę præſentiorem ſalutem erat allatura. Chriſtianę intereà res in deterius prolapſę ſunt, Hungaris (*Rege ipſorum mortuo*) Turcam vocantibus, Ferdinando Rege bellum in eos mouente, Belgis ad defectionem à Cęſare ex parte quadam incitatis, cuius defectionis comprimendę cauſa magno beneuolæ inter eos voluntatis iudicio tranſiens, in Belgas Sereniſſimus Cęſar, & illinc deinde in Germaniam profectus, Conuentus Germaniæ Principum, & Ciuitatum trahendę eius, quam dixerat, concordię cauſa habere cœpit. Sed cùm ſpe pacis iam deficiente, ille quoque modus curandæ in conuentibus, tractandęque concordię ad maiores potiùs diſcordias concitandas aptus eſſe videretur, inducti ſumus ad priſtinum Concilij generalis remedium reuerti, idque per Legatos noſtros S.R.E. Cardinales ipſi Cæſari obtulimus, quod etiam poſtremò, & præcipuè in Ratisbonenſi conuentu egimus, cùm illic dilectus filius Noſter Gaſpar Tit. S. Praxedis Cardinalis Contarenus ſumma doctrina, & integritate Legatum Noſtrum ageret. Nam cùm id, quod ne accideret anteà veriti eramus, ex eius conuentus ſententia peteretur à Nobis, vt ab Eccleſia diſſentientium quoſdam articulos tolerandos declararemus, quoad per Oecumenicum Concilium illi excuterentur, deciderentur, idque nobis vt concederemus, neque Chriſtiana, & Catholica veritas, neque Noſtra, & Sedis Apoſtolicæ dignitas permitteret, palàm potiùs Concilium, vt quamprimùm fieret, proponi mandauimus: neque verò in alia vnquam ſententia, & voluntate fuimus, quàm vt primo quoq; tempore Concilium Oecumenicum, & generale congregaretur: ſperabamus enim ex eo & pacem populo Chriſtiano, & Chriſtianę Religionis integritatem poſſe recuperari: verumtamen id cum bona gratia, & voluntate Chriſtianorum Principum habere volebamus, quam voluntatem dum expectamus, dum obſeruamus tempus, (*abſconditum tempus beneplaciti tui ò Deus!*) aliquando tandem decernere compulſi ſumus, omne eſſe tempus beneplacitum Deo, cùm de rebus ſanctis, & ad Chriſtianam pietatem pertinentibus conſilia ineuntur. Quapropter videntes maximo quidem animi noſtri cum dolore rem Chriſtianam quotidiè in peiùs ruere, Hungaria à Turcis oppreſſa, Germanis periclitantibus, cęteris omnibus metu, mœroreque afflictis, nullius iam Principis conſenſum expectare, ſed tantùm Dei Omnipotentis voluntatem, & Chriſtianę Reipublicę vtilitatem attendere conſtituimus.

Itaque cùm Vicentiam ampliùs non haberemus, cuperemuſque tùm vniuerſæ Chriſtianorum ſaluti, tùm Germanicæ Nationis incommodis in eligendo per nos noui Concilij habendi loco conſulere, aliquotque locis propoſitis, ipſam Tridentinam Ciuitatem ab his deſiderari videremus, nos etſi in citeriore Italia commodiùs omnia tractari poſſe iudicabamus, ad eorum tamen poſtulationes noſtram voluntatem paterna charitate defleximus. Itaque Tridentinam Ciuitatem elegimus, qua in Ciuitate Oecumenicum Concilium ad proximas venturas Kal. Nouembris haberetur, idoneum locum illum ſtatuentes, quò ex Germania quidem, alijſque Germaniæ finitimis Nationibus facillimè, ex Gallia, Hiſpania, cæteriſque Prouincijs remotioribus non difficulter Epiſcopi, & Prælati conuenire poſſent: dies autem Concilij ea à nobis ſpectata eſt, quæ ſpatium in ſe haberet & publicandi per Chriſtianas Nationes noſtri huius decreti, & facultatis omnibus Prælatis ad veniendum tribuendæ. Quo minùs autem annuum tempus præfiniremus, mutando Concilij loco, ſicut quibuſdam conſtitutionibus aliàs præſcriptum eſt, ea res fuit in cauſa, quòd longiùs extrahi ſpem ſanandæ aliqua in parte Chriſtianæ Reipublicæ, quæ tot detrimentis, & calamitatibus affecta eſt, noluimus, & tamen videmus tempora, agnoſcimus difficultates: quid ſperari poſſit ex conſilijs noſtris incertum intelligimus. Sed quia ſcriptum eſt *Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet*, magis Dei clementiæ, & miſericordiæ confidere, quàm noſtræ imbecillitati diffidere conſtituimus. Sæpè enim fit in bonis operibus incipiendis, vt quòd humana conſilia non valent, Diuina virtus efficiat. Huius igitur Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac Beatorum eius Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate, qua nos quoque in terris fungimur, freti, atque ſubnixi de Venerabilium item fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, ſublata, & mota ſuſpenſione, de qua ſuprà commemoratum eſt, quam per præſens tollimus, &, amonemus, ſacrum Oecumenicum, & generale Concilium in Ciuitate Tridentina, loco commodo, & libero, omnibuſque rationibus opportuno ad kal. proximas Nouembris anni præſentis ab Incarnatione Domini MDXLII. incipiendum, proſequendum, & eodem Domino adiuuante ad ipſius gloriam, atque laudem, & Chriſtiani totius populi ſalutem abſoluendum, perficiendumque indicimus. *Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominni MDXLII. XI. Kal. Iunij anno VIII.*

14 De hac indictione Concilij Pontifex Cæſarem, & Reges certiores fecit, quo argumento extant literæ ad Ioannem Luſitaniæ Regem, quibus Chriſtianæ Reipublicæ grauiſſima pericula expoſuit, ad quæ propulſanda Concilio opus foret, & ad quod promouendum, vt Regiam operam conferret, exorauit.

Rogatus quoque eſt à Pontifice Ferdinandus Romanorum, Boëmiæ, & Hungariæ Rex, vt Præſules in Regni ſui, & Principatibus conſtitutos, necnon Germanos vrgeret, vt Tridentum pro celebrando Concilio proficiſcerentur.

Meminit de his literis Angelus Maſſarellus, additque humaniſſimè fuiſſe reſponſum à Ferdinando, ſe Oratores ampliſſimis fultos mandatis ad Concilium decreturum, cùm grauiſſima rerum mole preſſus, ad id (vt gerebat in votis) ſe conferre non poſſet.

15 Si-

15 Significauit etiam Pontifex Canonicis, & Capit. Tridentino indictionē Concilij per Othonem Truchſes, quem Nuntium adDietam Norimbergenſem demandabat pro eadē cauſa Concilij.

Functus eſt munere ſuo in Norimbergenſibus comitijs Cubicularius Pontificius Waltpurgenſis Dynaſta, atque diploma Pontificium de indicto ad kal. Nouembris Concilio Tridentino promulgauit: Principes verò Catholici, tùm Eccleſiaſtici, tùm Ciuiles, vt anteà in Spirenſibus, mandata Apoſtolica pio, & grato animo exceperunt, vt conſtat ex ſubiecto eorum reſponſo.

Reſponſio Conuentus Norimbergenſis MDXLII. menſe Auguſti ad intimationem Concilij per Nuntium.

16 Sacri Romani Imperij Principum Electorum Conſiliarij, alijque eiuſdem Imperij Principes, & Ordines, in hiſce Imperialibus comitijs congregati, tàm exhortationibus Veſtris, nuper coram Sereniſſima, & Inuictiſſima Romanorum, & Hungariæ, & Bohemiæ Regia Maieſtate Domino Noſtro Clementiſſimo, & eiſdem habitis, quæ ex tenore Bullæ Apoſtolicæ coram eis lectæ intellexerunt præfatum Sanctiſſimum Dominum Noſtrum indictionem Concilij Oecumenici, & generalis in Ciuitate Tridentina ad kal. Nouembris proximè futuras celebrandi, iam anteà Romæ generaliter publicatam, Maieſtati Regię, Sacrique Imperij Principibus, & Statibus ſpecialiter intimare, paternoque affectu hortari, & rogare voluiſſe, quatenus Maieſtas Regia, & Principes, poſthabitis alijs curis, eidem Concilio perſonaliter intereſſe velint; Archiepiſcopos autem, Epiſcopos, Abbates, cæteroſque Prælatos Eccleſiaſticos nihilo minus commonefacere, vigore iuriſiurandi Sedi Apoſtolicę præſtiti, Concilio huiuſmodi vniuerſali interſint, & aſſiſtant, ac huiuſmodi quidem generalis Concilij indictionem, publicationem, & inſinuationem, Principes, & Ordines huius Sacri Imperij, necnon abſentium Conſiliarij, & Oratores, gratis omninò animis ſuſcipiant, non ignorantes, quanta cum iactura iam aliquot annos varia in Religione noſtra Catholica diſſenſiones, & controuerſiæ ſubortæ ſint, & quoties optatum, petitumque fuerit Concilium illud Oecumenicum, & generale indici, & celebrari, quæ etiam difficultates, & impedimenta circa eiuſdem celebrationem ſubindè occurrerint; quamobrem Sanctitati Suæ ingentes agunt, & habent gratias, quòd omnibus difficultatibus poſtpoſitis, Sacrum Oecumenicum, & generale Concilium dictis loco, & tempore celebrandum decreuit, quo quidem ſi vnquam anteà, certè hiſce quoque nouiſſimis temporibus, Eccleſia Dei tot tantiſque calamitatibus afflicta, innumeriſque periculis expoſita, plurimùm opus habet. Proinde ijdem Principes, & Status, cùm toties indici, & celebrari Concilium deſiderauerint, prout Receſſibus, ſeu decretis multorum Imperialium Conuentuum de hoc pleniùs continetur, ac nouiſſimis in Comitijs Spirenſibus, etiam in Tridentinam Ciuitatem pro loco Concilij deſignandam conſenſerint, eidem Concilio, aut perſonaliter, aut iuſto aliquo impedimento prępediti ſaltem per legitimos ſuos Nuntios, & Procuratores adeſſe, & intereſſe curabunt. Deum Optimum Maximum humiliter rogantes, vt in hoc pio, ac neceſſario propoſito celebrandi Concilij Sanctitatem Suam clementer confirmet, largiaturque, vt quod nomine ſuo cœptum eſt, ab ipſo ſuſcipiat incrementum, ſublatiſque diſſidijs, & erroribus vniuerſis, ac Chriſtiana concordia redintegrata, ſibi placitum conſequatur effectum.

Deputati Principum Electorum, aliorum Principum, & Ordinum Catholicorum Norimbergæ congregatorum.

Hæc Catholici. At Proteſtantes in eadem pertinacia, ac perfidia obduruere, vt vellent eſſe Concilij domini, non rei violatę Religionis, Impoſtorum deliramenta impia Conciliorum decretis anteferrent, ſupremam in coadunando Concilio Pontificis auctoritatem denegarent, omnemque conſenſionis rationem eluderent. Diſſolutus eſt is conuentus exeunte Auguſto, actumque de expeditione in Turcas educenda, lato XXVI. Auguſti de ea re decreto.

17 Dum Pontifex ardentiſſimo ſtudio ad indictum Concilium celebrandum, comparandaque ad id neceſſaria incumberet, humani generis hoſtis, permittente Deo, cuius ſunt inſcrutabilia iudicia, crudele ac funeſtiſſimum bellum, vt Synodum continentibus piorum votis expetitam diſturbaret, accendit. Cuius origo ex Fregoſij & Rinconij Oratorum Gallicorum cæde in ditione Cæſarea patrata ſuperiore anno manauit, qui non apparatu Regijs Oratoribus digno, ſed cultu ſimulato per Padum nauigio vehebantur. Franciſcus enim Rex vltionem tanti flagitij poposcit à Cæſare, concepta ea opinione, eam cædem conſentiente ipſo factam, vel imperio Mediolanenſis Præfecti procuratam, atque adeò iniuriam ſibi illatam ſarciri æquo iure poſtulabat, ac querebatur pactas iam antè nuncupato Sacramento inducias violatas fuiſſe. At Imperator contendebat purum ſe eſſe atque immunem ab eo ſcelere, nec illi aliqua ratione aſſenſiſſe, nec Auctores cædis deprehendi poſſe, vt ſupplicio afficerentur. Quare exardeſcentibus in dies odijs res in bellum atrox erupit; ac Cæſar in literis redditis ad Pontificem, qui illum precibus maximis vrſerat, vt cogendæ Synodo operam coniungeret, Pontificio prius ſtudio ergà Rempublicam Chriſtianam collaudato, mox grauiſſimas querelas aduersùs Galliæ Regem effudit, quas cum Regis Galliæ Apologia Belcarius Epiſcopus Metenſis fusè deſcripſit.

18 Amborum iſtorum Principum ſtudium erat, animos aliorum Principum ad ſe allicere: at Rex Franciſcus Turcarum Imperatorem Solymannum omni officiorum genere ſtuduit ſibi coniungere, & occaſione accepta ex rebellione terrę Marani, Venetos, vt fœdus contra Cæſarem ſecum inirent, pertentauit. In paludibus Venetis Auſtriaci, iam triginta annorum lapſu, terram Marani poſſidebant, at tunc aliqui huius terræ incolæ Germanis terrę cuſtodibus eiectis, Regem Galliæ, cuius militare ſignum in mœnijs erexerant, in Dominum receperunt, introducto nomine Regis in terram Petro Strozzio perduellium Florentinorum capite: quare, cùm Germani arma pararent ad illius terrę recuperationem, Epiſcopus Tridentinus, cui huius belli cura demandata fuerat, à Pontifice Triremes, quas in Anconitano Portu habebat, petijt. Cui reſpondit Pontifex, ſibi neceſſarias pro tuendis maris Hetruſci littoribus, ac in ea controuerſia pacis interpretem cum Gallo Rege, ac Venetis actum.

Dilecto filio Chriſtophoro Electo Tridentino.

Dilecte fili ſalutem. Recepimus literas tuas Venetijs datas, ſuper occupatione Oppidi Marani,

M. S. Fr. ciſci Card. Barberini ſig. 2677. num. 26. Conuentus Norimbergenſis gratias agit Pontifici ob indictum Tridenti Concilū.

Paulus Iouius l. 41.

Maranum occupant Galli, & Venetos contra Im. peratorē ſolicitant.

Digitized by Google

Paul.III. lib. breu. anno 8. pag. 63.

ni, de quo nos antea audiueramus, maximamque perindè ac debuimus, moleſtiam, ac ſolicitudinem acceperamus, cùm Sereniſſimi Romanorum Regis noſtri in Chriſto filij chariſſimi cauſa, tùm ob commune periculum, quod in hoc verti nemo non videt, quamobrem egimus ſuper hoc ſtatim, omni qua potuimus inſtantia, ac ſtudio, & cum Chriſtianiſſimi Regis, & cum Veneto Oratore exiſtentibus, & Nuntium noſtrum apud Regem Chriſtianiſſimum certiorem ſuper hoc fecimus, nihilque prætermiſimus, quod ad officium noſtrum pertineret, quo magis etiam doluimus, non potuiſſe tuæ petitioni de noſtris Triremibus Anconitanis ſatisfacere, ſicut optauiſſemus, eas enim antea ad nos, ad tutelam noſtri maris inferi, littorumque Almæ Vrbi vicinorum, propter metum grauioris belli, & excurſiones Piratarum euocaueramus. *Datum Romę XVII. Februarij MDXLII. anno VIII.* Et nè putetur Pontificem captata hac occaſione auxilium negare voluiſſe, audiamus, quæ ſcripſit Cardinali Carpio.

Triremes negat Paulus Ferdinando, & quare:

Rodulpho Tituli Sanctæ Priſcæ Presbytero Cardinali de Carpo nuncupato Prouinciæ Noſtræ Marchiæ Anconitanæ, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato.

Paul.III. lib. 3. breu. pag. 99.

19 Periculis, quæ hoc tempore vniuerſæ Reipublicę Chriſtianę, & præſertim ditioni Eccleſiaſticę, ac quę Religionis & fidei Caput eſt, almę Vrbi, immaniſſimo Turcarum Tyranno Italiam occupare ſatagente, imminere dignoſcitur, & quæ eò magis timenda ſunt, quo minor concordia inter Principes Chriſtianos cernitur, quantum nobis ad præſens conceditur, occurrere cupientes, & animo reuoluentes, quòd ſicut pro redemptione captiuorum bona Eccleſiaſtica alienare licet, ita omnibus ferè Sedis Apoſtolicę Ordinarijs redditibus ob immenſas impenſas, quas pro illius neceſſitatibus ſubire oportuit, alienatis, licitum & honeſtum eſſe, bona ipſa ad occurrendum, nè Chriſtiani fideles, eoruinque res, & bona in captiuitatem, & perditionem deducantur, attingere. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum XIII. Martij MDXLII. Anno VIII.*

M.S.Car. Bernard. Spada to. 64. pag. 454.

20 Itaque Pontifex non modò Epiſcopo Tridentino ſubſidium Triremium negauit, verum etiam Marani expugnationem tunc minimè eſſe tentandam ſignificauit: de qua Pontificis ſententia Cardinalis Farneſius Nuntium apud Imperatorem fecit certiorem, die vltima Februarij.

Paulo nõ placet, vt recuperatio Marani tunc temporis tentetur.

,, [Quoad Maranum, illius loci occupatio Sę ,, Sanctitati valdè diſplicuit, & poſtquam Rex ,, Romanorum non potuit illum, antequam ,, rebelles poſſent ſe armis, & annona munire, ,, ſtatim recuperare, Sua Beatitudo exiſtimat ,, forſan bonum eſſe conſilium, non eſſe nunc ,, experiendam expugnationem, quia præter- ,, quam quòd recuperatio forſan malè cederet, ,, rebellibus ſe Turcis tradendi occaſio daretur, ,, quod ſi eueniret, non tàm Regis Galliæ, qui ,, huius loci poſſeſſionem acceptare non vult, ,, quàm Ferdinandi culpa euenitſſe iudicaretur, ,, quia ſupradictum periculum non proſpexe- ,, rit, id eſt, homines terrę Turcam in domi- ,, num, ſicuti Budæ accidit, vocaturos eſſe, ,, quando in deſperationem adactos ſe conſpi- ,, cerent.] Sic Farneſius.

Paul. Ion. lib. 41.

Occaſione igitur horum perduellium Maranenſium, Polinus, qui nomine Regis Galliæ Legatus ad Solymannum pergebat Venetijs cùm eſſet, cogere quodammodo illam Rempublicam cogitauit ad fœdus ineundum cum Rege Gallię contra Cęſarem; ideoque in Senatu perorans, minabatur, ni cum Chriſtianiſſimo fœdus iungerent, Regem Maranum Turcarum tyranno eſſe traditurum, quę res in maximam perniciem Venetiarum redundatura eſſet. Non valuerunt Polini perſuaſiones, & minæ ad Senatum inducendum, vt cum Rege Galliæ fœdus iniret. Quare ad concitandos Turcas in Cæſarem profectus Conſtantinopolim Solymanno perſuaſit, vt maxima inſtructa claſſe ditiones Imperatoris inuaderet, vt ſuo loco referetur.

21 Prudentiſſimus Pontifex ex aucta immani iſtorum Principum inimicitia, proxima æſtate ſæuiora bella oriunda eſſe conijciens, Io: Montepolitianum ſingularis prudentiæ Virum in Hiſpaniam direxit, vt ad pacem iſtos Principes adhortaretur, cui ſubiectas tradidit literas.

Imperatori.

Paul.III. libro breu. anno 8. pag. 161.

Mittit Paulus Montepolitianum ad Carolum pro pace.

Chariſſime. Remittimus ad Maieſtatem Tuam dilectum filium Io: de Montepolitiano Camerarium noſtrum ſecretum latorem præſentium, pro ea cauſa, quam Maieſtas Tua, tàm ex Nuntio apud te Noſtro intelliget, ſuper rebus publicis, ac pace totius Chriſtianitatis, quamobrem Maieſtatem Tuam in Deo Domino hortamur, & ſtudioſè requirimus, vt eorum vtrique fidem habens, ſeipſum vi ſancta cogere, omniaque poſthabere ſaluti vniuerſali velit, quemamodum, cum gratia Domini, confidimus, te pro tua ſingulari prudentia, ac bonitate eſſe facturum. *Datum Romæ XXVII. Martij MDXLII. Anno VIII.*

M.S.Car Spada to 84. pag. 439.

22 Monſpolitianus verò redijt Romam vigeſima ſecunda Iulij, cùm operam, & laborem perdidiſſet. At poſt eius reditum Pontifex expoſito priùs Cardinalibus Chriſtianę Reipublicę ſtatu, pacem totis viribus inter eos Principes conficiendam fore decreuit. Quare ſine mora duos Legatos videlicet Cardinalem Contarenum ad Imperatorem, & Cardinalem Sadoletum ad Chriſtianiſſimum decreuit. Quia verò Contarenus die XXIV. Menſis Auguſti Bononiæ deceſſit, Pontifex in eius locum Michaelem de Sylua tit. S. Praxedis, tunc Baſilicæ XII. Apoſtolorum ſuffecit.

Io. Caſa in vita Gaſp. Cõtareni.

Cardinalis Contarenus moritur.

23 Cùm in mortem Cardinalis Contareni incideriмus, de tanti Viri inſignibus virtutibus, deque in morte ferenda conſtantia nonnulla afferemus. Cum amicus eum hortaretur, vt recuperandæ ſanitati totis viribus incumberet, qua reddita Legationis munus ad Imperatorem quantocyus perficere poſſet, ſubdidit ille ſtatim hilari ,, vultu (vt Ioannes Caſa teſtatur) ad alium longè ,, maiorem Imperatorem ſibi iter inſtare, idque ,, ipſos breui cognituros: neque tamen ſe hoc ,, dicere, quia mortem valdè perhorreſcat, pa- ,, rùmque animo æquo ferat, ſe è vita diſcedere: ,, intelligere enim ſe præclarè, quot, quantaque ,, beneficia à Deo acceperit, quorum etiam ple- ,, raque commemorauit, non gloriæ cauſa, ,, oſtentationiſque, cui tunc locus minimè e- ,, rat, verùm vt ſe gratum erga Auctorem illo- ,, rum ſignificaret. Inquit igitur, ſe ortum eſſe ,, in ea Ciuitate, quæ nulli earum cederet, quæ ,, in vniuerſo Terrarum Orbe exiſtunt: è fami- ,, liaque, quæ haud poſtremum locum in ea Re- ,, publica teneret: conſecutumque itidem in ea honores non paruos: & vt domi, ita etiam ,, foris gradus maximos dignitatis adeptum ,, eſſe: vtramque vitam ſe cum laude aliqua co-

,, fuiſſe: & eam, quæ in contemplatione rerum ,, verſatur, & eam, quæ rebus agendis incumbit: peruenisse ad ætatis annum quinquageſimum nonum, quem terminum vitæ multi attingere non potuerunt, quare ſecum quoque hac parte non malè actum esse: canereque ſe debere vnà cum ſacro Hebræorum Vate carmen, quod ad æquum, gratumque animum ſignificandum pertinet, nomenque illius laude, gloriaque cumulandum, quia verò non tàm liberaliter ſe geſſerit erga multos, neque tot bonis expleuerit omnem populum ſibi opes defuiſſe. Vnum tantùm ſibi moleſtum eſſe, quòd, vt optabat, commodis quorundam tenuiorum hominum non proſpexerit, qui ſibi, poſtquam ad ſacrum illum honoris gradum aſcenderit, fideliter miniſtrarint: ſperare tamen ſe Deum Optimum Maximum, Pontificemque, cuius dignitati toto animo inſeruierit, fortunas ſuorum ſubleuaturos. Nec oblitus eſt ſuo opportuno tempore mandare cuſtodi ipſius, vt priuilegium, quod beneficij loco à Pontifice impetrarat, ad delicta penitùs abſtergenda traditum ſibi legeret, dùm mente rationeque conſiſteret. Cùm hæc animo verſaret, ſanè conſtanti, ac forti, atque hoc ſermone ſemet conſolaretur, ſuos, qui præſentes aderant (ij autem erant; vt quiſque maximè illi acceptus, probatuſque fuerat) angebat, atque ita perturbabat, vt lachrymas vix tenere poſſent, è quibus tamen ſibi diligenter temperabant, quamuis intelligerent, ne magna quidem copia ipſarum ſpectante illo effuſarum, poſſe ipſum commoueri, & è ſtatu illo animi deijci. Eadem verò hominis prouidentiain intelligendo, prædicendoque ſuis vitæ ſuę finem, exitu ipſo comprobata eſt, quæ in cæteris rebus iudicandis, ſignificandiſque ſępè apparuerat. Creſcente enim ſemper vi morbi, remedijſque omnibus ſuperatis, oppreſſus ille eſt, animamque efflauit .... Kal. Septembris circa meridiē.

24 Audita optimi Viri morte Paulus Pontifex non modicum indoluit, ac de eo huiuſmodi breue protulit elogium. Amiſimus profectò magnum Virum, & valdè vtilem Reipublicæ noſtræ ciuem, ſed vt alia, ita hoc magno, conſtantique animo ferendum. Etiam fidei noſtræ inimici cum ſummis laudibus extulerunt, vt ſupradictus Io: Caſa in eius vita ſic teſtatur, [Nonnulli, ,, qui ab eo vehementer diſſidebant, de ratione ,, viuendi, veroque cultu Chriſtiani hominis, ,, & acerrimi aduerſarij opinionum, quas ille ,, in Germania defendit, extiterunt, magnificè ,, tamen de eruditione, continentiaque illius, ,, in illis ipſis libris, quibus ſententias ipſius oppugnabant, locuti ſunt, quod ferè vſuenire non ſolet, vt à quibus de veritate hominis diſſentiant, non eoſdem etiam conentur deformare, atque ita auctoritate omni ſpoliare.] Attamen non defuerunt momi, qui eius gloriam denigrare tentarent. Oppoſuerunt enim illi, quòd Ochino olim Capuccinorum primario, cum quo de moribus Romanæ Curiæ poſtremis ſuę vitæ diebus collocutus fuerat, ad Apoſtaſiam animum adauxerit, cùm impijſſimus, & mendax Apoſtata in ſuę ab Eccleſia Romana defectionis defenſionem hoc aſſerat. Sed Io: Caſa maculam tergit, clarè demonſtrans Ochinum, extremis vitæ diebus Contareni, non potuiſſe cum eo (vt ſceleſtus Apoſtata mentiens audacter ſcripſit) prolixè alloqui, quod ità probat,

,, 25 [Ludonicus Beccatellus intimus à conſilijs Contareni, nec minùs ſtudioſus famæ, ,, exiſtimationiſque huius optimi, ac prudentiſſimi Viri, quem ſibi in vita tanquam viuum quoddam exemplar probitatis propoſuerat, notam, quam optimæ vitæ ipſius inurere prę- ,, poſterus quidam amicus ſtuduit, hoc pacto deleuit. Narrat enim fortè eueniſſe, vt illo ,, ipſo tempore, quo grauiter Contarenus ęgrotabat, Bernardinus Ochinus Bononiam venerit, Romam ad cauſam dicendam euocatus (inſimulabatur enim in ſuis Concionibus, quas Venetijs habuerat, nonnulla dixiſſe, quæ veteribus decretis Romanæ Reipublicæ aduerſabantur;) additque habuiſſe illum literas ad ſe ſcriptas à Giliberto Epiſcopo ,, Veronenſi, quibus à ſe petebat, vt diligenter egeret cum Legato, vt hortaretur hominem ad ſiſtendum ſe in iudicio, coramque ad ea, ,, quæ ipſi obijciebantur, defendenda: quùm cognouiſſet ipſum timidè ad id deſcendere, egereque ſtimulo quopiam, & auctoritate magni alicuius, & grauis Viri: neque enim adhuc Gilibertus hominis leuitatem, inconſtantiamque perſpexerat: is autem veſperi venerat, quùm iam cœnaſſent omnes: Legatus ,, tamen adhuc in lecto vigilaret, qui cùm ſperaret morbum poſtridiè leuiorem fore, vt commodiùs eum audire poſſet, loquique cum ipſo familiariter, iuſſit, vt præberentur illi, ,, quæ ad curandum corpus pertinerent; contigiſſe verò contra, vt ea nocte morbus ingraueſceret, quarè manè Legatum totum diſtentum fuiſſe in remedijs (quæ Medici adhibenda iuſſerant) ſumendis, nouiſque curationibus, vndè factum fuerit, vt neque de hoſpite illo, neque de alia vlla re agi cum eo potuerit. ,, Bernardinus interim, cui in primis mala ſua mens, maluſque animus cognitus erat: atque ,, vmbras etiam (vt qui ſibi alicuius ſceleris conſcij ſunt, faciunt) reformidabat, cępit vereri nè aſtutè illic detineretur: putabat enim ,, fingere morbum Legatum, quo metu homo oppreſſus (nam hoc verum eſſe, non multò poſt ,, conſilio quod cepit, perfectum eſt) non ceſſabat Ludouicum vrgere, vt rogaret Legatum ,, poteſtatem ſibi faciendi, abeundi, in quo ille ,, ipſi non obtemperabat, putans breui fore, vt melius eſſet Legato: videbatur enim ſibi perſpexiſſe, cupere illum magnoperè cum Bernardino loqui, qui ſanè vſque ad illud tempus magnum ſibi nomen ex facultate illa dicendi, & ,, opinione ſanctitatis conciliarat. Cùm autem magis, magiſque ſemper timore creſcente inſtaret, Ludouicus importuno ſanè tempore coactus eſt, cùm æſtu febris in lectulo Legatus ,, iactaretur, eo irrumpere, rogareque, vt pateretur ipſum abire, in quo ſanè humaniſſimus ,, Vir & morem geſſit; cùmque ad eum Bernardinus introductus eſſet (hæc ipſa verba protulit.) Vides quo in ſtatu ſim, accuſatio ,, hæc apud te iuſta ſit, & ora, vt Deus Optimus ,, Maximus mihi propitius ſit; feliciterque inſtitutum iter perage, cui ille tantum, demiſſo, (vt moris eſt) capite reſpondit, ſe prorsùs ita ,, facturum: illicòque abijt. Hic eſt ſermo, quem ,, Bononiæ habuit cum optimo, & modeſtiſſimo Viro Bernardinus, nec verbum prætereà ,, auditum eſt, qui tamen poſteaquam ſuſceptam vitæ rationem deſeruiſſet, acerrimumque ſe hoſtem Pontificiæ poteſtatis præbuiſſet, vt ſe

Contareni fama, iniuſtè læſa defenditur.

Ochinus Apoſtata Capuccinorum ad Contarenum venit.

,, ſa-

,, ſapienter id feciſſe oſtenderet, à perditaque
,, cauſa, & flagitijs multis contaminata meritò
,, defeciſſe; habereque ſe multos ſocios eius con-
,, ſilij probare vellet, non veritus eſt, criminari
,, amicum, memoriæque ac literis prodere:
,, queſtum ſecum eſſe eo tempore Contarenum
,, de moribus, inſtitutiſque Romanorum Antiſti-
,, tum, & inſectatione ſæua, atque iniuſta bono-
,, rum: huiuſcemodique alia multa ſcribere
,, prorsùs inania, & quę non ſolùm à veritate ab-
,, horrerent, ſed etiã à vita eius, cui adficta erant,
,, nullo modo conuenirent, quę cuncta Ludoui-
,, cus (vt eſt Vir optimus, & omnis officij, quod
,, in eo amicitia coli debeat, obſeruantiſſimus)
,, aſſeuerabat, refellendi eius mendacij cauſa,
,, purgandæque innocentiæ illius Viri mortui,
,, quem viuum magnoperè dilexerat: nec tan-
,, tùm hoc ſe ita habere, teſtimonio ſuo confir-
,, mabat, ſed alios etiam teſtes huius rei pro-
,, ducebat, qui pręſentes illi adfuerant &c.

26 Fuit Cardinalis Contarenus, præter morum probitatem, eruditione, multaque ſcientia ornatus, vti Codices ab eo editi declarant, de
,, quibus hæc Io: Caſa refert. [Edidit iuuenis
,, adhuc (trigeſimum enim tertium ætatis an-
,, num tunc agebat) librum contra iudicium
,, Petri Mantuani doctoris ſui, de Materia, de
,, Animi mortalitate in ſententia Ariſtotelis diſ-
,, putantis. Scripſit de Elementis libros qua-
,, tuor, in quibus viam omnem, rationemque
,, Ariſtotelis diligenter expreſſit. Addidit his in
,, altiore Philoſophię parte libros quatuor; hi li-
,, bri ei, qui attentè legerit, nullo negotio pate-
,, facient, quę fuerit vis animi ipſius, & quanta
,, prudentia in rebus grauioribus tractandis.
,, Cùm iuuenis adhuc, vitamque colens liberam,
,, ac nullis ſacris adſtrictam, occaſionem hanc
,, eius rei nactus, quod familiaris ipſius Ponti-
,, fex Bergomas deſtinatus fuerat, ipſum inſti-
,, tuere cupiens, duos libros ſcripſit de officio
,, eorum Sacerdotum, finxitque ita, atque infor-
,, mauit talem Virum, quales ſi forent, quibus
,, tantum onus commiſſum eſt, non laboraremus.
,, Præterea, quùm orta quęſtio eſſet in Senatu de
,, Pontificis Maximi poteſtate, diuinitùs ne illa
,, ſtabilita fuerit, an humanis conſilijs regeretur,
,, quùmque multum de ea re illic in vtramque
,, partem diſputatum eſſet, domum reuerſus, vt
,, quid ipſe de eo ſentiret, oſtenderet, omni-
,, que errore Ciues ſuos liberaret, ſpatio vnius
,, noctis libellum confecit, qui nunc excuſus in
,, manibus verſatur. Sed, vt ijſdem etiam in ſuo,
,, proprioque ipſorum munere prodeſſet; effi-
,, giemque eius Reipublicę, in qua natus erat,
,, exprimeret, quinque libros confecit de Magi-
,, ſtratibus, Reque publica Venetorum, qui iti-
,, dem diuulgati ſunt. Poſtquam verò in ampliſ-
,, ſimorum Antiſtitum Collegium cooptatus eſt,
,, perlectis diligenter Synodis omnibus, quę va-
,, rijs temporibus ob emendandã Statum Chri-
,, ſtianę Reipublicę coactę ſunt, in breue quod-
,, dam corpus grauiſſimas quaſque illarum col-
,, legit: ſeruato temporum ordine, materiaque
,, omni, quam perſecutę ſunt, demonſtrata. Ab-
,, ſoluto autem illo, par huic opus, & quod eun-
,, dem finem haberet, aggreſſus eſt; ſcripſit enim
,, quatuor libros, de Ritibus, Cęremonijſque no-
,, ſtrę Religionis, perſuaſioniſque Chriſtianę, quę
,, Sacramenta appellant; quibus libris comple-
,, xus eſt materiam illam omnem, & quę radix,
,, viſque ipſarum fuiſſet, declarauit: quidque de-
,, mum plè credi, & cuſtodiri de his deberet, veris
,, rationibus, argumentiſque ſatis firmis proba-
,, uit. Confecit etiam tanquam Inſtitutionem
,, quandam breuem Chriſtiani nominis: colle-
,, gitque, quę magis mordere animum debent
,, probra omnia, ita vt aperire ipſa oporteat
,, cum dolore Sacerdoti. Illuſtrauit etiam Scho-
,, lijs quibuſdam ſuis Contarenus multos obſcu-
,, ros locos in Epiſtolis Diui Pauli, quo ſanè ſtu-
,, dio toto animo occupatus erat, cùm mors eum
,, oppreſſit. Sed etiam Epiſtolas ipſe non pau-
,, cas conſcripſit eruditas, & optimorum præce-
,, ptorum plenas. Hæc & plura alia Io: Caſa.]
Et verè fulgentiſſimam lucernam extinctam fuiſſe in Iſraël fatendum eſt, cùm ex eius lucubrationibus conijciatur, quantum, & ciuili Dominatui, & Eccleſiæ luminis afferebat, optandumque eſſet, & Deus orandus, vt tales faces ſæpè ſępius accenderet, ad illuminandos, & in Dei amorem accendendos fideles, tenebraſque errorum omnium diſcutiendas.

27 Porrò Pontifex Chriſtianiſſimum Regem, per alias literas à Michaele de Sylua in Contareni locum ſuffecto Legato ei redditas ad pacem inflectere conſtantiſſimè niſus eſt.

Regi Chriſtianiſſimo.

Paul. III. lib. breu. anno 8. pag. 338. Pontifex Regem Galliæ ad pacem hortatur.

Chariſſime in Chriſto fili noſter. Etſi pacis curam, ac tractationem inter Maieſtatem Tuam, & Sereniſſimum Cæſarem toties à Nobis fruſtra tentatæ, vt aliquando deponeremus, humana prudentia ſuadebat, tamen Deus animum noſtrum requieſcere non permiſit, præſertim cùm videremus veſtris iſtis acerbis, & infœlicibus diſſidijs cunctum Chriſtianum nomen in interitum, & ruinam trahi, & quidem ſi recta, & vera ratio locum in vtroque veſtrum habeat, facilis ſit pacis, & concordiæ conuentio, ſed veremur, fili chariſſime, quod cum magno dolore proferimus, veremur inquam, nè, quod ſcriptum eſt, obſcurauerit Deus oculos veſtros, nè videatis, & cor veſtrum, nè intelligatis. Nos igitur toties à vobis repulſi, toties fruſtra habiti reuertimur, tamen ad ſuadendam pacem non tàm ſponte noſtra, quàm Dei Omnipotentis, vt dicimus, nutu excitati, qua ſpe neſcimus, ſed certè teſtatum Deo, & hominibus relinquemus, etiam ſi vos filij parum obedientes fueritis, nos tamen optimi Patris officio eſſe functos, hoc itaque conſilio, & cum maximo conſenſu Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, duos ex eodem numero Legatos à noſtro latere ad vtrumque Principem elegimus, quorum alter Iacobus tit. S. Callixti Presbyter Cardinalis, qui ad Maieſtatem Tuam deſtinatus eſt, idemque tui nominis, & honoris eſt ſtudioſiſſimus, perferet ad te omnia mandata, & preces noſtras, quæ ad cohortationem pacis pertineant, quem non audire patienter, & noſtris per eum monitis non acquieſcere, vide fili chariſſime, nè ingratum, & moleſtum Deo, tibique propterea, ac rebus tuis vehementer periculoſum ſit, ſed meliora conſulat Deus, tuque Chriſtianiſſime Rex, Chriſtianas maximè admonitiones noſtras, & vera conſilia recipe, ipſumque Iacobum Legatum noſtrum audi benignè, atque clementer, cui vt fidem plenam habeas, ſecumque vt communicare noſtras rationes poſſit, faciles aditus vt prębeas, Nos Maieſtatem Tuam in Domino enixè adhortamur. *Datum Romæ &c. apud S. Marcum XVII. Auguſti MDXLII. Anno VIII.*

28 Demulcere etiam Henrici Delphini animũ niſus eſt Pontifex, vt Parentem Regem à bellicis

cis curis ad pacis consilia inflecteret, vniuersam enim Christianam Rempublicam exitiali eo bello in extremum discrimen conijci, nec defuturas litium componendarum rationes, quas Legatus expressurus sit, ipsumque summam in promouenda pace apud Deum gratiam promeriturum, æternumque gloriæ decus apud omnes collecturum,

Rex Galliæ contra Cæsarem bellum mouet.

29 Interea Franciscus Rex Galliæ, quintuplici exercitu comparato, mense Iulio Cæsaris ditionem in Hispania citeriore, in Insubria, in Lucemburgensi Comitatu, in Brabantia, & in Atrebatensi Ducatu inuasit, ambitioso quodam ad armorum ostentationem consilio; sed ad referendam victoriam inutili, nam si ex prudentum sententia tot exercitus in vnum, vel duos conflasset, vel Insubriam recuperare, vel aliqua Prouincia Cæsarem spoliare, aut insigni alia clade afficere potuisset. Eduxit quidem maximo terrore exercitum Henricus Delphinus in Hispaniam, ac Perpinianum milite imparatum opprimere potuisset, sed dum Heluetios aduentantes expectat, & lento gressu copias mouet, Hispani Arcem præsidiarijs copijs egregiè muniuerunt. Cùmque ingens auxiliaris exercitus ad eum propulsandum instrueretur, nec Barbarossam ad intercludendas Aurianas nauigationes, vastandisq; Hispaniæ littoribus distrahēdas vires ea æstate venturum Gallo Regi nuntiatum esset, Delphinus à Patre iussus est Perpiniani obsidionem soluere, incolumemque exercitum ex hostico reducere: ità illius expeditionis spes euanuit. In Taurinis cùm Gallicę vires flaccidæ essent, Guillelmus Langęus ex æquo pugnauit cum Hispanis, Gueraſſium quidem ijs eripuit, sed Vastius Insubriæ Præfectus Villanouam Astanorum illi ademit, & Carinianum, quod tamen mox Guillelmus Langæus recepit. Tertius Gallorum exercitus è Picardia eductus ab Antonio Borbonio Duce Vindocinensi aliquot finitima Oppida ignobilia cępit in Atrebatensi agro. Quartus exercitus, cui præfuere Carolus Francisci Regis filius Princeps Aureliæ, & Guisij Dux, maximo terrore irrupit in Lucemburgensem Ducatum, ac munitissimas aliquot Arces Damuillerium, Yuodium, Monmedium expugnauit, ipsumque Lucemburgum ad deditionem coēgit. Quintum exercitum è Menapijs, & Sicambris conflatum immisit Guillelmus Dux Cleuensis Gallorum Regis fœderatus de Gueldria hæreditaria cum Cęsare certaturus Duce Martino Rossemio, qui Brabantiam ingressus, capto deditione Hostratensi Oppido, & copijs Auraſię Ducis fusis, regionem latè populatus penè Antuerpiam intercepit, à qua fremente ira milite, plurimo (vt ferunt) auro corruptus castra remouit, Louaniumque frustra tentauit. Ita Gallorum Rex, tot excitatis bellis, exiguos fructus inde retulit, nam Belgę contracto exercitu, breui omnia amissa Oppida, & Arces fermè receperunt, tantummodò maxima innocentium, & pauperum multitudo vexata, expoliata, interemptaque est.

Paul. Iouius l. 41. Martinus Bellaius lib. 9. Ludouic. Guicciard. comment. lib. 8.

30 Ad sedanda tàm asperà bella, populorumque calamitates leuandas duo illi Legati, qua maxima potuerunt celeritate, ad Imperatorem, & Galliæ Regem peruenere. At Cæsari ingrata fuit ea Legatio, atque Visensem in colloquium quidem admisit, sed tristi atque aspero vultu illum mox à se dimisit, difficillimumque aditu se præbuit, cum à pace concilianda auerso esset animo; quare secunda die Nouembris datis literis ex ea legatione à Pontifice reuocatus est. At Sadoletus benigno facilique aditu à Gallo Rege exceptus est, admittendęque pacis spes illi iniectæ, si Cęsar ad æquas Leges descenderet. Cùmque asperiora in dies crescerent bella, constituit Paulus ad eos Reges pro ineundo colloquio proficiscī. Susceptumque consilium in Consistorio Cardinalibus aperuit, vt referunt Massarellus, & Gualterius. Deinde ad Cesarem sequentes transmisit literas, quibus illum amantissimè admonuit ad pacem cum Gallo adeò rei Christianæ necessariam, vt ea infecta, nec Turcarum impetus propulsari possent, nec Concilium Oecumenicum ritè celebrari, nec Christiana res ab imminenti exitio vindicari, proindèque ad redintegrandas Inducias, & ineundum colloquium animum inflecteret.

Petr. Paulus Arctin. in Diario m. s. Act. Consist. m. s. Card. Spad. fig. no. 133. pag. 420. Aug. Massarellus m. s. Arc. Vat. & alia m. s. fig. 3188. pag. 209.

Charissime in Christo fili noster salutem, &c.

31 Mirum fortasse Maiestati Tuæ videri poterit, nos hunc laborem procurandæ inter te, & Christianissimum Regem pacis, toties à nobis aliàs, & nouissimè per Legatum ad te missum frustra tentatum nunc repetere. Sed si eadem Maiestas Tua officium nostrum, quale in hoc esse debeat, recordata fuerit, si statum afflictę Christianitatis respexerit, profectò eadem Maiestas Tua, qua est ęquitate, ac sapientia, & nos quod agimus valdè necessariò agere fatebitur, & ęquiori animo has nostras leget, quas nobis Dei honor, salus populi Christiani, proximique ac grauissimi periculi imminentis metus, & dolor expressit: quamuis omnium iam inde ab initio Pontificatus nostri, sicut Tuæ Maiestati notum est, nihil antiquius nobis fuerit, quàm lenire vestras iras, per quas viam infensissimo hosti aperiri ad Christianitatis exitium videbamus; atque ob eam causam literas, Nuntios, Legatosque nostros sępius ad vos misserimus, nosque etiam ipsi Niciam nauigauerimus, licèt hactenùs à Deo (nostris forsan peccatis obicem inter nos, & illius gratiam ponentibus) non meruerimus obtinere, vt nostræ preces, & hortationes ad pacem à vobis exaudirentur: tamen quoad nobis suppetet vita, nunquam à nostro munere, cœptaque cura cessandum nobis putauimus &c. (*Et infrà*) Nos considerantes, quòd stante hoc inter Te, & dictum Regem Christianissimum bello, nulla eidem Turcę poterit ratione obsisti, postea autem omnis prouidentia sera futura est; statuimus propterea, Dei adiutorio, vt nihil intentatum relinquamus, experiri iterum per nos ipsos id, quod hactenus per literas, Nuntios, & Legatos nostros assequi non potuimus, nullaque ætatis nostræ, vel temporis, aut alterius ratione habita, prodire ipsi ex nostra Sede, versùsque vos iter facere, colloquij vobiscum habendi causa; sperantes, si non nostra, at eius, cuius vices gerimus, reuerentia, vos nostrum congressum, pro salute præsertim publica, non esse recusaturos, sed aliquem ad locum nobis propiorem venturos, in quo, cum vtriusque vestrum commodo, & securitate congredi vobiscum, eaque in hoc, vtinam non extremo, Christianitatis periculo explicare vobis possimus, quæ Deus nobis Omnipotens inspirauerit ad publicam omnium fidelium, vestramque etiam priuatam vtilitatem.

Paulus III. lib. breu. anno 8. pag. 364. Ext. in act. Consistor. scriptis ab Alex. Car. Farn. Vicecancell. M. S. Car. Spadæ fig. 133. pag. 410.

Epistola Pauli ad Imperatorem, vt secum conueniret pro pace ineunda.

32 Quamobrem, ita nos vrgente officij nostri debito, Maiestatem Tuam per Dei misericordiam rogamus, vt nobis facultatem huius colloquij præbere, interim ab armis cessare, ac viam tabellarijs, & alijs per nos ad hoc mittendis, aperiri facere, Dei, & Christianitatis causa velis (*& infrà*) Hortamur insuper Serenitatem Tuam, velit pro sua pietate curare, atque perficere, vt omnes Prælati tuorum Regnorum, tàm Hispaniæ, quàm Neapolis,

polis, & Siciliæ, aliorumque tuorum Dominiorum ad Concilium quantocitiùs proficiſcantur, ſicut ex officij ſui debito, ac noſtra etiam iuſſione facere tenentur. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XII. Nouemb. MDXLII. Pontificatus noſtri Anno IX.*

33 Simillimis ſententijs Franciſcum Gallorum Regem permouere niſus eſt, vt inſtauratis Inducijs ad mutuum congreſſum cum Pontifice, ac Cæſare deſcenderet, vt pace inſtaurata hæreſes comprimi in Concilio Oecumenico poſſent, atque contra irrupturos in Italiam, Hungariamque Turcas ſocialia arma expediri.

Regi Chriſtianiſſimo.

Paulus III. lib. breu. an. 8. pag. 363. Ext. etiã in Actis Conſiſtor. m. s. Card. Spad. fig. num. 133. fag. 422.

Chariſſime, &c. Etſi vereri poſſumus, ne hoc noſtrum officium ſuadendæ inter te & Sereniſſimum Cæſarem pacis, toties iam à nobis fruſtra tentatum, quodque his literis nunc repetere inſtituimus, nimis crebrum, aut immodicum Tuæ Maieſtati videatur, propterea quòd iam inde ab initio Pontificatus noſtri continuata, & nunquam intermiſſa cura, literis, Nuntijs, & Legatis noſtris, & ante, & nuperrimè ob eam rem miſſis, demumque nos ipſi Niciam profecti nihil aliud egimus; tamen ſi eadem Tua Maieſtas pro ſua ſapientia animum ad noſtrum officium, neceſſitatemque Chriſtianitatis, & pericula illi impendentia retulerit; ſperamus eam, & boni conſulturum eſſe hanc noſtram toties repetitam inſtantiam, & æquo animo has noſtras literas perlecturam, quod vt facere velit, ſtudioſè ab ea petimus, ſi enim vnquam antea, Fili chariſſime, pax inter vos expetenda, omnibuſque modis procuranda fuit, hoc certè tempore magis eſt, cùm hoſtes Turcæ illi quidem antea potentiſſimi, nunc etiam opinione maritimarum virium aucti, & his, quæ proximè apud Peſtum in Hungaria ſunt geſta elati, maximos terra, marique exercitus in dies apparare dicuntur, ſicut nobis certiſſimè ſignificatum eſt, nec verò poſſumus dubitare, quin his copijs afflictam diſſenſionibus, & attritam viribus Chriſtianitatem, ipſamque præcipuè Italiam Vere proximo inuadant, nec ſperare ſi inuaſerint, eis poſſe alia ratione obſiſti, quàm ſi Dei clementia per huius, quam ſuademus, pacis beneficium nos à potentiſſimo hoſte tueri voluerit: quamobrem cùm nos hanc curam die, noctuque voluentes, vt ſi qua poſſimus, his malis occurramus, nullum aliud remedium poſt Diuinam opem, niſi in Concilio vniuerſali, veſtraque concordia reperiremus, cùm ipſum Concilium iampridem (vt Tua Maieſtas nouit) indictum nuperrimè Tridenti conuocauerimus, loco cùm omnibus idoneo, tùm ad tranquillandam Germaniam (cuius rei tenemur ſummo deſiderio, & debemus) maximè apto, illùc etiam tribus Legatis noſtris S.R.E. Cardinalibus iam deſtinatis, reſtat nobis alterum, vt pacis inter vos curam repetamus eò nunc acriùs, quò magis, & propius vrget periculum, vt ſicut facere debemus, nunquam ab officio noſtro deſiſtamus. Conſiderantes igitur omnem poſtea operam ſeram nobis, & incaſſum futuram, ſi ad veſtram diſcordiam extremum bellum, & potentiſſimi hoſtis impetus acceſſerit, ſtatuimus, Deo coadiuuante, priuſquam omnia corruant, experiri iterum per nos ipſos id, quod per noſtros Nuntios obtinere non potuimus, nulla temporis, nec noſtræ ætatis, aut alterius reſpectus ratione habita, prodire ipſi ex noſtra Sede, iterque verſùs vos arripere colloquij vobiſcum habendi cauſa, ſperantes, vos ſi non noſtra, at illius, cuius vices gerimus, reuerentia, noſtrum congreſſum, præſertim pro ſalute publica, non eſſe recuſaturos, ſed aliquem ad locum nobis propiorem venturos, in quo cum vtriuſque veſtrum commodo, & ſecuritate vobiſcum congredi, eaque in hoc, vtinam non extremo, Chriſtianitatis periculo, vobis narrare poſſimus, quæ Deus Omnipotens nobis inſpirauerit ad publicam omnium Fidelium, veſtramque etiam priuatam vtilitatem. Quamobrem, ita nos vrgente noſtri officij debito, Tuam Serenitatem, id quod, & pariter cum Cæſarea Maieſtate facimus, per Dei miſericordiam rogamus, vt nobis facultatem huius colloquij præbere, interimque ab armis ceſſare, ac viam tabellarijs, & alijs, quos mittere pro hoc poſſimus, aperire, Dei, & Chriſtianitatis cauſa velis, decreuimus enim poſteaquam qualicumque Dei iudicio, nec tali tempore, talibuſque periculis in hoc loco reperimus, nullas prætermittere partes, vel Parentis, vel Iudicis, quæ ad nos, noſtrumque officium pertineant: ſperare tamen volumus, quod vos pro veſtra ſingulari prudentia, & bonitate, tùm his periculis animaduerſis, tùm quòd nos nullo alio reſpectu mouemur, niſi ſalutis publicæ, quæ etiam ad veſtram priuatam redundat, cùm tanquam potentiſſimi Principes pluſquàm cæteri amittere in communi ruina poſſitis, & plus Deo debeatis, quàm cæteri: propterea memores veſtræ dignitatis, atque officij alicubi conuenire nobiſcum, & noſtris fideliſſimis monitis aures præbere non recuſabitis, cùm iam diudum perſpicere potueritis, quod ad æqualitatem noſtri in vos amoris pertinet, nos omni affectu vacuos eſſe, atque hunc laborem noſtræ certè ætati non leuem nulla alia, niſi noſtri officij, diuinique obſequij, & publicæ ſalutis cauſa ſuſcipere, hortamur in ſuper Serenitatem Tuam, velit, pro ſua pietate curare, atque perficere, vt omnes Prælati Tui Regni ad Concilium, quantocitiùs proficiſcantur, ſicut ex officij ſui debito, ac noſtra etiam iuſſione facere tenentur. *Datum Romæ XII. Nouembris MDXLII. Anno IX.*

34 De his Pontificijs pro concilianda pace ſtudijs, Regibuſque ad colloquium amantiſſimè vocatis, meminit Maſſarellus, qui etiam ità ſubdit. [Imperator autem Pontifici reſ pondens „ Sanctitatis Suæ ſtudium in exquirenda pace „ probauit, quæ cur hactenus ſequuta non fuiſſet „ Regi Gallorum eam eſſe aſcribendam, neque „ colloquium tunc commodè haberi poſſe vide„ batur, cùm Regna Sua Caſtellæ inuiſere iam „ propoſuerit, longè id à ſua in Italiam profe„ ctione remota, miſſis ad Sanctitatem Suam „ literis ſub data.] *Valentiæ XXVI. Decembris MDXLII.*

35 Nec minùs Gallorum Rex malorum omnium cauſam, & inuidiam in Cæſarem conferebat, nec placari potuere, cùm nondum eorum furor ducentorum millium, & amplius, vt diximus, Chriſtianorum ſanguine ſatiatus eſſet. At ab his funeribus ad alia, orationem traducamus. *Paul. Iouius l. 42.*

36 Narrat Paulus Iouius recuperandæ tùm Budæ à Ferdinando præclaram ſpem affulſiſſe, cùm Turcarum copiæ imminutæ eſſent, atque Hungari pari conſenſione ad excutiendum barbaricæ ſeruitutis iugum conſpirarent, Germani autem (decreto bello) triginta millia peditum, equitumque ſeptem millia, à Regulis, & liberis Ciuitatibus ſubmiſſa conflaſſent, ac Præter Auſtriacos, & Bohemos, Hungaroſque, Styriæ præfectus decem millia equitum coegiſſet, Pontifex etiam tria millia lectiſſimorum peditum Italorum, Duce Alexandro Vitellio, qui militarem *Paul. Iouius l. 40. Iſthuanffy* *Surius in comment. Franciſ. Belcar. lib 23. n. 10. & ſeq.*

famam collegerat, auxiliaria misisset, sed ingens ille bellicus apparatus facilè dissolutus est, cùm Ferdinandus prudentiæ nomen in vna securitate collocans, discrimini bellico se obijcere defugeret, bellumque per Legatos administraret, quarè tàm procul à fructu optatæ victoriæ, quàm è periculo abfuit; gessit verò supremum militare imperium in exercitu Ioachimus Marchio Brandeburgensis parum rei bellicæ peritus, ac tàm lentis itineribus in hostem castra promota sunt, vt hostis Budam strenuè communierit, castris verò ad eam defixis in aliquot tumultuarijs prælijs Turcę nostris superiores euasere, donec Vitellius Dux Italus, & Perennis Hungarus erumpentes Turcas astu, & virtute fregerunt, diuerberatis dein mœnibus tormentis bellicis, lato hiatu muri prostrati sunt, tentataque impressio hostilis in Vrbem. Verùm Segemenes Turcarum Præfectus infra murum latam, & præaltam fossam duxerat decliui vtrinque margine, structisque munitionibus retrò Ianizzeros collocarat, & munierat omni instrumento bellico, vt cùm Itali per ruinas in murum assilijssent, magna cum strage fuerint propulsati, septingentis desideratis, Germanique, & Hungari Italicæ virtutis otiosi inspectores, periculum adire recusarunt, demumque Ioachimus Brandeburgensis, coacto militari consilio, recipiendæ ex Turca Hungariæ spe abiecta exercitum cum ignominia reduxit: abnuit enim in discrimen venire, vt Ferdinandus in otio Viennæ triumpharet, qui si vicisset, ab eo victore Protestantes (qui in exercitu erant) sibi timuissent: his addit Surius, miratos, plerosque fractam adeò fuisse militarem Germanorum virtutem, vt comparatus potentissimus ille exercitus nulla lege recesserit ex hostico, adeò vt Turcæ Germanorum ignauiam effusè riderent, tùm subdit. ,, [Nunquam autem tot clades, totque probra ,, ex illis spurcissimis mancipijs Germania ac- ,, cepisset, si non Religionis dissensio animorum ,, quoque concordium, & mutuam beneuolen- ,, tiam abrupisset.

Expeditionis Hungaricæ contra Turcas malus exitus.

Sup. in comment.

37 Hungaricæ porrò expeditionis occasione Saxoniæ Elector, & Lantgrauius Hassiæ cum fœderis Smalcaldici socijs Henricum Brunsuicensem Principem Catholicæ fidei acerrimum vindicem appetiere bello, eumque ditionis finibus depulere, contempto Cæsareo decreto, ne Religionis causa bellum cuipiam moueretur. Ferdinandus verò Rex Romanorum inanibus tantùm verbis eos à flagitio deterrere conatus est, contemptusque non expediuit arma, nè exorto ciuili bello expeditio Hungarica disturbaretur; sed nullum ex ea fructum retulit, & Catholicum Principem fœderatum eius, operam implorantem deseruit, accepit verò ex Henrici calamitate summum dolorem Pontifex, atque Internuntios suos apud Cæsarem, & Ferdinandum operam nauare iussit, vt cum Principatui restituendum curarent, eidemque paternæ beneuolentiæ pro tuenda, aslerendaque eius dignitate plurima signa explicuit.

Lutherani Principes contra Principes Catholicos bellũ mouent.

Dilecto filio Nobili Viro Henrico Duci Brunsuicensi, & Luneburgensi.

Paulus III. lib. breu. an. 8. pag. 442.

38 Dilecte fili salutem, &c. Recepimus literas tuæ nobilitatis Landtsuet quarta præsentis Mensis datas, & dilectum filium Paulum Scubingerum à te missum audiuimus, nec potuimus ob paternum amorem, quo personam tuam prosequimur, tot tuis calamitatibus, & damnis publicis non dolere, quibus quidem omni sanè respectu, præcipuè verò pro conseruatione veræ Religionis, & Catholicę fidei, quantum nobis per Deum liceat occurrere, ac prouidere cupientes, scripsimus constanter Nuntijs nostris apud Serenissimos Cæsarem, & Regem Romanorum, vt nobilitatem tuam eorum Maiestatibus ex parte nostra, omni cum efficacia, commendarent, significauimusque præterea eidem Nuntio nostro apud Regem Romanorum, nè ad proximum Conuentum Landtsuet vnà cum dictarum Maiestatum Oratoribus ire prætermitteret, cum tamen admonentes, vt si ob motus rerum Hungariæ, contra Turcas ipsis Cæsari, & Regi dictum Conuentum differre videretur, vel ad ipsum Conuentum suos Oratores mittere nollent, nos priùs certiores faceret, vt rationes, & causas, quibus mouerentur, considerare possemus, nè dicti belli expeditioni sine tua vtilitate nocumentum aliquod inferretur, id verò te fili pro certo habere volumus, nos semper eam rerum tuarum curam habituros esse, quam tua inclyta pietas & erga hanc Sanctam Sedem merita exposcunt, sicut diffusiùs cum eodem Paulo loquuti sumus, ad quem nos super hoc referimus, & cui fidem habere poteris indubiam. *Datum in Ciuitate nostra Reatis die XXIX. Septembris MDXLII. Anno VIII.*

Lutherani Episcoporum Catholicorũ ditiones inuadunt.

39 Exercuere etiam tyrannidem Lutherani in quos potuere Episcopos, nam licèt in Ratisbonensi Conuentu, in quo de concordia egerant, polliciti essent Cęsari Catholicis arma non illaturos, Hildesheimensis Episcopi ditionem inuasere, atque inductis Concionatoribus Hæreticis Hildesheimij Ecclesias clausere, Monasteria, eorumque vectigalia inuasere, de quorum grassationibus factus certior Pontifex Episcopum Hildesheimensem ad Christianam in aduersis constantiam his literis excitauit.

Venerabili fratri Valentino Episcopo Hildesheimensi.

Paul. III. lib. breu. anno 8. pag. 466.

Venerabilis frater salutem, &c. Idem doloris aculeus, qui te specialem, nos quoque generalem tuæ Ecclesiæ Pastores vulneranit audientes, quòd Catholicis, qui bona eiusdem tuæ Ecclesiæ occupauerant, expulsis Hæretici successerunt, multò quidem illis grauiores, cùm illi terrena tantùm bona tibi ademissent, hi etiam animas, Deo tàm dilectas, & Cœlo destinatas auferre tibi nitantur, sic enim nobis relatum est. (*& infrà*) Te autem frater venerabilis, quid exhortemur? quid moneamus? qui nunquam exhortationem nostram, aut cuiusquam expectasti? faciemus tamen, quod dicitur, vt stimulos tuæ pietati spontè currenti addamus &c. (*& paucis interiectis*) ad Concilij vniuersalis Tridentini (iam indicti) determinationem cuncta reijcias, in Deo Patre misericordiarum, & totius consolationis spem certam reponas, quod tibi præsertim tuum officium exequenti porriget ex alto dexteram, & cum non det in æternum fluctuationem iusto, tandem (quod breui fore speramus,) imperabit mari, & fluctus compescet: nos quidem quantum hinc efficere poterimus, nulla in parte, aut officij, aut laboris, aut studij nostri tibi deerimus, iamque ad Cęsaream Maiestatem scripsimus, vt sua Imperiali auctoritate, opportunisque literis, & mandatis tibi, & tuæ Ecclesiæ adesse velit, quod illam pro sua pietate, & causæ honestate studiosè facturam esse confidimus. *Datum Romæ V. Decembris MDXLII. Anno IX.*

40 Pari etiam furore Lutherani vsi sunt aduersùs Merseburgensem Episcopum, quem ferro, flammaque persequuturos interminati sunt, nisi Sacerdotibus coniugia, laicisque Calicis communio-

Digitized by Google

nionem permitteret, erant enim ij duo præcipui harpagones hæreſeos, quibus animæ in præcipitia impietatis trahebantur, de quibus factus certior Pontifex reſpondit, vt cùm Tridenti Concilium eſſet indictum, nil contrarium Maiorum inſtitutis in his ſtatueret, intrepidoque animo minas Hæreticorum refringeret.

Sigiſmundo Epiſcopo Merſeburgenſi.

Venerabilis frater. Licèt, ſicut nobis ſignificare curaſti, valdè vrgearis à tuis ſubditis, vt Eccleſiaſticis coniugium, & Laicis communionem ſub vtraque ſpecie permittere velis, minis etiam per eos, qui ad hoc ſuos ſubditos induxerunt, additis, quod niſi permiſeris, tuam Eccleſiam inuadent, nos tamen de fraternitate tua tanquam de nobiliſſimo, & probo Epiſcopo illam ſpem, ac fiduciam gerimus, quod talia, ſicut hactenus non permiſiſti, nec permittere potuiſti contra receptum vniuerſalis, & Catholicæ Eccleſiæ ritum, nunc multo minùs permittes, cùm vniuerſale Concilium ob hanc præcipuè Religionis cauſam Tridenti iam indictum eſt: nam quod ad minas attinet, vel eas non credimus proceſſuras, cùm ſicut tua fraternitas nouit, in nouiſſimo Ratisbonenſi Conuentu Cæſareæ Maieſtati promiſerint, non nocere Catholicis; vel ſi quid contra te auderent, pro certo habemus nihilo minori te conſtantia, & fortitudine futurum eſſe, quàm multi alij Germaniæ Epiſcopi fuerint, qui quamuis vexati, & grauiſſimas paſſi iacturas, omnia tamen Diuino honori, ac ſuo officio poſthabuerunt, non timentes eos, qui poſtquam corpus occiderint, non habent ampliùs quid faciant: quamobrem fraternitatem tuam non quidem, quod nedum executione alieniſſimum eſſe debet, tamen ex officio noſtro, & paterna benenolentia te hortamur, & monemus in virtute etiam ſanctæ obedientiæ, & ſub vinculo iuramenti per te præſtiti, tibi præcipientes, vt memor generis, muneriſque tui, imò Dei Omnipotentis, ſolita conſtantia, ac robore animi vtaris, ac improborum vocibus ità reſiſtas, vt omnia ſicut facere debes, integra eidem vniuerſali Concilio, ad cuius determinationem eoſdem tuos ſubditos remittere poteris, reſeruentur, ad quod ſanè Concilium quanto citiùs tua fraternitas accedet, quemadmodum ex ſuo officio, & noſtra etiam vocatione facere tenetur, tanto celeriùs, ac ſalubriùs huic periculo ſuorum ſubditorum occurret. *Datum Romæ apud S. Petrum die V. Decembris MDXLII. Anno IX.*

Paul. III. lib. breu. anno 8. pag. 569.

41 Graſſabantur etiam in Liuonia atrociter Lutherani, opprimebantque Catholicos, quorum plurimi inter grauiſſimas moleſtias incorruptæ fidei puritatem conſtanter ſeruauere: præbuit verò Hæreticis inſoleſcendi occaſionem Oſilienſis Epiſcopus, qui munere ſuo improbè perfunctus, tumultus graues in ea Prouincia concitarat, ad quos ſedandos, comprimendoſque Lutheranos Pontifex Cruciferorum Liuonienſium Principem ſuis literis ſolicitauit.

Seruit nunc infeliciter Liuonia Lutheranæ hæreſi, extinctaque equitum Cruciferorum pietate, ſimul libertas illius Prouinciæ extincta eſt. diuulſaque ab Imperio, intempeſtiuaque in Lutheranos manſuetudine Cæſar eos ad impietatem, magis, ac proteruiam exaſperauit, quæ res maximè patuit ex Ratisbonenſi colloquio; nam cùm concordiæ ſtudio in ſuſcepta impietate tolerati fuiſſent, armis tamen, doliſque oppreſſere Catholicos, atque ex diſceptatiunculis cum ijs habitis, vt errorum diſcuſſa caligine veritatis orthodoxæ radios exciperent, occaſionem fingendarum calumniarum ſumpſere, quaſi Catholici eorum argumentis proſtrati in eandem cum ipſis ſententiam conſenſiſſent, victaſque manus impietati Lutheranæ porrigerent, ad hanc verò Lutheranorum impudentiam obterendam Ioannes Eckius calamum ſtrinxit, futileſque Buceri calumnias eliſit doctiſſimis ſcriptis, de quibus hæc refert Ioannes Cochlæus.

Cochlæus an. 1542.

Eckius contra mendaces Lutheranos ſcripſit.

„ 42 [In cauſa Religionis benè longum edi-
„ dit hoc anno librum clariſſimus Theologus
„ Dominus Ioannes Eckius, quem inſcripſit
„ Apologiam pro Catholicis aduersùs calum-
„ nias Buceri ſuper actis Comitiorum Ratisbo-
„ næ. In eo igitur libro primùm oſtendit longè,
„ plures, & maiores articulos controuerſos non
„ eſſe conciliatos, aut concordatos per collo-
„ quium illud, quàm ſunt ij, quos conciliatos
„ dicit Bucerus. Deindè per multas, & varias
„ annotationes declarat quidquid in libro, qui
„ colloquutoribus propoſitus fuerat, reprehenſio-
„ ne dignum ſit in quolibet libri capitulo. Sunt
„ autem libri capitula XXIII. poſteà reprobat
„ multos errores Lutheranorum, qui habentur
„ in IX. ſcriptis eorum, quę per literas A. B. C.
„ ſignata erant, item ad longum per XXI. pun-
„ cta reuellit cauillos, & calumnias Buceri,
„ quas edidit contra reſponſum Catholicorum
„ Principum, & Statuum de libro colloquij Cę-
„ ſari datum. Item defendit etiam Cardinalis
„ Contareni Legati reſponſa, & declarationes,
„ quas Bucerus calumniosè fugillauit. Repre-
„ hendit verò reſponſum, quod à Proteſtanti-
„ bus Cæſari de articulis conciliatis, & non
„ conciliatis datum fuit. Si maledicentia (in-
„ quit) Bucerum imitari vellem, non deeſſet, quò
„ annotationem iuſtiori, & meliori cauſa huic
„ reſponſo affigerem. At quia maledici Regnum
„ Dei non poſſidebunt, nolo Nobiliſſimos Prin-
„ cipes, & Status Proteſtantium offendere, ſuſpi-
„ ciens in eis donum à Deo datum, quod omnis
„ poteſtas à Deo eſt. Et quia ex ſe Principes
„ iſta non habent, ſed ſpiraculum non vitę, ſed
„ mortis ſuggerit, quæ cum fide orthodoxa
„ non conueniunt. Nam deſertores Eccleſiæ,
„ Apoſtatę, grex Epicuri, prędicatores Hęreti-
„ ci, & Schiſmatici excellentiſſimos Principes
„ iſtos, & Status, Deo permittente, lethali pocu-
„ lo aliò trahunt, non deeſſet ampliſſimus cam-
„ pus verſandi, quòd tàm anxiè petunt ſuſtolli
„ Receſſum Auguſtanum, ac ſi Auguſtus noſter
„ Carolus à Deo coronatus, cum tot Catholi-
„ cis Principibus (qui Suæ Maieſtati fidem de-
„ derunt de conſeruando Receſſu iſto) ſint mu-
„ liercularum more inſtabiles, & inconſtantes,
„ cum Sede Apoſtolica, cum Imperiali, & Re-
„ gia Maieſtate perſeuerare. O quàm dicebat
„ egregiè Dux Georgius Saxo beatæ memoriæ
„ Princeps! Neſcire Neochriſtianos hodie quid-
„ nam futuro anno crediturі ſint. Hæc, & id
„ genus multa in Bucerum.] Eodem quoque anno ſcripſit in eundem Bucerum D. Albertus Pighius Campenſis itidem Apologiam.

43 Sublatum omninò volebant Luthetani decretum Auguſtanum dictum *Interim*, cum ſtare Concilij Oecumenici decretoriæ ſententiæ detrectarent, nec in eo ferendo Carolus V. diſſenſiones ſopiuerat, ſed magis accenderat, cùm eo temporum interuallo auctus impiorum numerus fuerit, confirmataque potentia, vt numero, viribuſque auctiores debellare non potuerit, quos tunc

piorum Imperatorum exemplo facilè debellare, delereque potuiſſet, quid verò à Paulo indicto Concilio celebrando actum ſit percurramus. Interim Pontifex appetente indicta Concilij die, ne aliqua in re Chriſtianæ Reipublicæ deeſſet, duos Nuntios, videlicet Ioannem Thomam Cauenſem, & Ioannem Matthęum Veronenſem Epiſcopos Tridentum direxit, vt quæ ad Concilij celebrationem neceſſaria erant, diſponerent: ac die XV. Octobris deputauit tres à latere Legatos, qui Sacro Concilio præſiderent, Petrum Paulum Tit. S. Balbinæ Pariſium, Ioannem Tit. S. Vitalis Moronum Presbyteros, & Reginaldum SS. Nerei & Achillei Diaconum Polum S.R.E. Cardinales. His conſentiunt Acta Conſiſtorialia, quæ addunt, Paulum ad auertenda Schiſmatis pericula, ſi vitam clauderet, quo tempore ſolemnes Epiſcoporum Conuentus agerentur, decreuiſſe, vt Romæ tantùm Succeſſor eligeretur.

Angelus Maſſarellus in Act. Con. Trid. M.S Vat. Arch. fig. 3188. pag. 36.

Porrò vt narrat Angelus Maſſarellus [Legati, ,, Præſidentes die XXI. Nouembris ingreſſi ſunt ,, Tridentum ſolemni more Legatorum de la- ,, tere. Hos ſecuti ſunt (inquit Paulus Iouius) ,, aliquot præclari nominis Epiſcopi, nam ,, Pontifex ad repræſentandam eius Ordinis ,, dignitatem excellenti ingenio doctrinaque ,, ſupra centum deſcripſerat, qui de veritate ,, rerum diuinarum, ſaluteque labantis Rei- ,, publicæ in conſeſſu Gentium omnium diſ- ,, putarent. Venientes Chriſtophorus Madru- ,, tius Tridentinus Epiſcopus pari ſplendore ,, humanitateque vir liberaliter excepit.] Is erat Presbyter Cardinalis S. Cæſarei in Palatio, ad quem extant XXV. Octobris Pontificia mandata.

Lib. 4.

Angelus Maſſarell. in Diar. Coc. Trid.

44 Interea non prætermiſit Pontifex Germaniæ Populos vrgere, vt Oratores mandatis idoneis fultos Tridentum mitterent, quo argumento extant ad Heluetios datæ ſubiectæ literæ.

Dilectis filijs, Sculteto, Conſulibus, Conſilio, & Communi Lucernenſi, Eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus.

Sumus vobis filij dilectiſſimi non ſolùm exemplo prædeceſſorum Noſtrorum, verùm etiam propria inclinatione, & voluntate noſtra, ad quam etiam dilectus filius noſter Cardinalis Verulanus veſtri amantiſſimus nos quotidiè accendit, paternè, ac benevolè affecti, tantum ſpei pro defenſione Chriſtianitatis, & huius Sanctæ Sedis in veſtra fortitudine, & deuotione collocantes, quantum ei, ex veſtra præteriti temporis conſuetudine, & ex præſenti erga Deum, & nos fidelitate, nos collocare poſſe videmus, ſicut & vos viciſſim in nobis, & hac Sancta Sede ſpeciali Matre Veſtra fiducialiter, & meritò poteſtis collocare. (*Et infrà*) Nos enim ſi quis caſus aduenerit pro defenſione ſupradicta ſemper veſtram Nationem tanquam huius Sanctæ Sedis filiam peculiarem plurimi faciemus; cùm præſertim nunc in noſtra Bononienſi cuſtodia veſtrorum militum fides, ac virtus nobis plurimùm ſatisfaciat. Quod reliquum eſt, ſperamus in Deo Domino breui fore, vt Concilio Vniuerſali, quod Tridenti tanquam loco propinquiore, & opportuno ad tranquillandam præcipuè Germaniam indiximus, ſicut noſtis vt cuncta Germania, niſi ſibi ipſa defuerit, veſtraque præcipuè Natio, quod maximè optamus, ab inteſtinis diſcordijs liberetur: vos proindè hortantes id, quod etiam ſine vlla adhortatione vos facturos confidimus, vt quemadmodum pios, & Catholicos viros decet, pro Diuino honore, ſucceſſuroque exindè vobis, & omnibus commodo &c. velitis quantum in vobis fuerit ad proſecutionem, promotionemque dicti Vniuerſalis Concilij intendere, &c. *Datum Romæ XXII. Decembris MDXLII. Anno IX.*

Paul. III. lib. breu. anno 8. pag. 534.

Heluetios ad Concilium inuitat Paulus.

Simile *Friburgenſibus.*
Vranienſibus.
Solodurenſibus.

Pellicere quoque amantiſſimis literis ad Concilium Tridentinum, eiuſque opera ad veterem cum Romana Eccleſia coniunctionem redintegrandam eniſus eſt Pontifex Heluetios Zuingliana hæreſi inquinatos, ad quos excipiendos ſe paratiſſimum ſignificauit.

Heluetijs Vniuerſalibus, Bernenſibus, Baſileæ, & Scaffuſæ, Eccleſiaſticæ libertatis defenſoribus.

Cùm Concilium Dei munere iam indictum Trideti in loco vobis propinquo, & commodo habeatis, tempus aduenisse videtis, in quo vna opera, Deo, & Hominibus reconciliari, atque in veterem Veſtræ Confeſſionis vnitatem. qua vigente veſtra creuit auctoritas, & deficiente nonnihil defecit, reſtitui, & redintegrari, auctore Domino, valeatis: quamobrem Nos, & ſi omnium Chriſti fidelium ſalutem, pacem, & concordiam vniuerſaliter cupimus, veſtram tamen tanquam peculiarium huius Sanctæ Sedis filiorum ſpecialiùs exoptamus, &c. *Datum Romæ XXIII. Decembris MDXLII. Anno IX.*

Paul. III. lib. breu. anno 8. pag. 565.

Etiam Heluetios Hæreticos Paulus ad Concilium inuitauit.

Hęſere in pertinacia Hęretici, qui Miniſtros Sathanę pro Apoſtolis colebant, eorumque impiè placita tanquam Euangelica oracula excipiebant, nec Tridentum adiere, immò etiam Germaniæ Præſules inſignem negligentiæ, atque inertię notam contraxere, de quibus enim eſt Robertus Vanchop inſignis Theologus in literis ad Cardinalem Sanctæ Crucis. [Multos ex ijs ,, à celebrando Concilio abhorruiſſe, atque ,, etiam alios, nè ad illud ſe conferrent, deter- ,, ruiſſe. Omnibus, inquit, vijs conantur ce- ,, lebrationem Concilij impedire, & varijs ar- ,, gumentis laborant inducere Prælatos, & Prin- ,, cipes Catholicos ad non comparendum in ,, contemptum Sanctiſſimi D. N. & Eccleſiæ, ,, nunc timore difficultatum, hyemis, & bel- ,, lorum, nunc detractionibus, & mendacijs, ,, dicentes Pontificem dare ſolùm verba, & ,, quòd indixerit Concilium in incapaci loco, ,, & incongruo tempore, ſcilicet perturbatio- ,, num, & commotionum omnium ferè Princi- ,, pum Chriſtianorum, & Prouinciarum, ſciens ,, Concilium huiuſmodi non poſſe ſortiri ſuum ,, effectum: & publicè iactitant cum Sanctiſſimi ,, Domini noſtri offenſione, vnum, vel alterum ,, Prælatum acceſſiſſe Vicentiam, nunc verò affir- ,, mant, nec vnum compariturum; (*& paulo poſt*) ,, & verè (quod dolenter profero) inuenio plu- ,, rimos etiam Eccleſiaſticos, plùs inhærere eo- ,, rum mendacijs, & credere, quàm literis Apo- ,, ſtolicis. (*Et infrà*) Multa impedimenta ad- ,, duxit Auguſtenſis, primò, ratione Dietę No- ,, rimbergenſis; ſecundò, quòd eſſet illic futu- ,, rus Commiſſarius Cęſareę Maieſtatis; tertiò, ,, allegauit periculum inuaſionis, & deuaſtatio- ,, nis ſuorum ſubditorum, & poſſeſſionum Ec- ,, cleſiaſticarum per Lutheranos, ſicut nuper ,, con-

Ext. in m.s. Arch. Vat. ſign. n. 3230. pag. 3.

Ad Card. S. Crucis.

Digitized by Google

,, contigit Duci de Brunſuic imminere per ipſius
,, & aliorum Prælatorum elongationem, & ab-
,, ſentiam, &c. *Saltzburgæ I. Octob. MDXLII.*

Robertus Vanchop Theologus indignus.

46 Agebat in Germania Internuntium Apoſtolicum Robertus Verauchop, poſteà Archiepiſcopus Armachananus, fœlicemque Catholicis confirmandis, & confutandis Hæreticis operam dabat, multamque animarum Cœlo inferendarum Meſſem colligebat. Idem verò Libellum ſupplicem ad Legatos decretos pro felici progreſſu Concilij ſcripſit, in quo monuit non ablandiendum Hæreticis, maximè pertinacibus, inque flagitio obfirmatis, in cauſa fidei non ducendum tempus, ſed fidei regulam ad vnum iota, ſiuè apiculum defendendam, vt Magnus Baſilius, cuidam Valenti Comiti reſpondit, non abſiſtendum Epiſcopis, & Principibus Germaniæ non comparentibus, ſed perſtandum: Si Cæſar, & alij Principes non comparuerint, iterum admonendos, rogandoſque.

Aliorum etiam Regnorum Prælules longiores moras in profectione ad Concilium Tridentinum ſuſcipienda extraxere, qua de re extant ad Regem Luſitaniæ literæ XXIX. Decembris, vt Luſitanos Præſules Tridentum proficiſci iuberet, quo Legati Cardinales iam ſe contulerant.

Ad perducenda fœlicius Conſilia, verſandamq; rerum grauiſſimarum molem, exciuerat iam ante Paulus Cardinales in Vrbem ex reliqua Italia, nec non è Gallia, & Germania: At Cardinales Galli, & Hiſpani in capeſſendis Imperijs Pontificijs, ornandaque ad Pontificem profectione ſegniores extitere, quos perſtrinxit Paulus ſubiectis literis, quæ Lotharingo Cardinali inſcriptæ ſunt.

Cardinali Lotharingiæ.

47 Dilecte fili noſter ſalutem. Superiore anno conſiderantes, quòd S. R. E. Cardinales ad id creantur, vt Romano Pontifici in participatione curarum præſentes aſſiſtant, eaque eſſe tempora, vt ſi quando anteà illorum opera, & conſilium cuiquam noſtrorum prædeceſſorum opportuna fuiſſent, nobis maximè neceſſaria tunc eſſent, cùm Vniuerſalis Concilij inſtaret celebratio, ac de ſumma rerum totius Chriſtianitatis, maximoque illius periculo ageretur. Vocauimus ad ſuum officium circumſpectionem tuam, à quo tandiù abfuerat, eique iniunximus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcepimus, vt ſine alia excuſatione, vel dilatione quamprimum commodè poſſet, iter ad nos arriperet, ita vt in quarta feria Cinerum tunc ſequutura. & nunc elapſa, apud nos eſſet, quo eius opera in tanta rerum, ac temporum difficultate vti poſſemus. Licet autem complures Cardinales, quos tunc vocauimus, ad nos poſteà venerint, atque eędem cauſę, quę nos ad id mouerant non ſolùm ex eo tempore non ceſſauerint, verùm (ſicut circumſpectio tua nõ ignorat) etiam auctę fuerint, hodieque ſint, creſcente in dies hęreſi, progrediente contra nos Turca, Chriſtianiſque Principibus in mutuam perniciem ſe atterentibus, tamen eò vſque tolerauimus remanſionem iſtic circumſpectionis tuę, donec ipſum Vniuerſale Concilium ad kalendas Nouembris proximò futuras Tridenti indiximus, poſt quam indictionem lapſis iam tribus menſibus, reque ad omnium notitiam deducta, non putauimus fore, vt circumſpectio tua diutiùs ad nos venire differret, cùm præſertim probè ſciret, & ex Nuntio iſthic noſtro intellexiſſet, nos poſt indictum Concilium neminem Cardinalium à veniendo excuſaturos eſſe, itaque mirati non parum ſumus, te audita ipſius Concilij indictione, noſtrę vocationis, & tui ſimul officij fuiſſe oblitum, nec nos aliquid de tuo ad nos acceſſu audire. Quamobrem eidem circumſpectioni tuæ per præſentes denuò iniungimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, vt omni prorsùs dilatione, vel excuſatione remota, nullaque alia iuſſione à nobis expectata, quamprimùm iter ad nos arripias, ita vt ad nos in proximo feſto Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti omninò ſis, qui, & ipſe tuo officio non deſis vlterius, noſque tua opera, conſilio, prudentia, & auctoritate, ſicut cupimus, in tantis rebus vti poſſimus. *Datum Romæ XVI. Octobris MDXLII. Anno IX.*

Simile *Cardinali Borbonio*
Card. Turnonio — *Card. Aurelianenſi*
Card. Le Veneur — *Card. de Caſtilliono*
Card. de Giury — *Card. Scotiæ*
Card. Pariſienſi — *Card. de Gaddis*
Card. Le Noncourt — *Card. Ferrariæ*

Gloſ.

Simile *Cardinalibus Toletan.*
Hiſpalen.
Gebennen.
Cibo.
De Auria.
Grimaldo.
Moguntino.

Horum conſilijs meditabatur, difficultatum occurrentium moleſtias lenire, ac ſalubriora expedire Conſilia, diſciplinæ etiam inſtaurandæ ſedulam operam nauabat, vt ex actis Conſiſtorialibus conſtat.

Pontifex de reformatione agit.

[XIV. Iulij MDXLII. apud Sanctum Marcum
,, fuit Conſiſtorium. Factum eſt verbũ de refor-
,, matione, dataque omnimoda facultas Reue-
,, rendiſſimo Domino S. Clementis, ac Rodul-
,, pho, vt examinent, & exequutioni mandent
,, reformationem aliàs ſcriptam, ac promulga-
,, tam, nonnullis interiectis. Addunt eadem acta.
,, [XI. Octobris apud SS. Apoſtolos fuit Conſi-
,, ſtorium. Fuit factum verbum de reformatione
,, curiæ, de hæreſibus.

Alex. Farn. in actis Conſiſtor. M. S. Card. Ugad. fig. an. 133. pag. 415.

48 Ingraueſcebant admodum earum furor, è Germania enim progreſſa hæreſis Lutherana in vicina Regna. In Polonia hoc anno magnos tumultus concitauit, cùmque ex Regum, & Populorum obſequio Romano Pontifici præſtito, & Sacroſanctæ auctoritatis veneratione Religio orthodoxa inconcuſſa conſiſtat, nonnulli Proceres impij Polonos ab obſequio, & auctoritate Pontificis diuellere pertentarunt, atque decreta nonnulla nefaria captata abſentis Regis occaſione ediderunt, ad quæ abroganda Paulus Regem his literis commonefecit

Regi Poloniæ.

Chariſſime. Cùm eſſet ad nos allatus Nuntius, qui diceret, auditum fuiſſe ex quibuſdã tuorũ, qui non paruam in tuo Regna auctoritatem haberẽt, decreta quædã aduerſus noſtram, & huius Sanctę Sedis dignitatem, iuriſdictionemque à Proceribus, & Sæcularibus Regni Tui (te tamen abſente) fuiſſe facta, etſi neque credere poteramus, in tàm Catholico Regno, Chriſtianiſſimaque Nationę quidquam eiuſmodi cœptum, attentatumque fuiſſe, neque de re ipſa aliquid clari, certique habebamus: tamen cùm optimè noſceremus Maieſtatis Tuæ virtutem, pietatem, ſapientiã, duximus ad eum eſſe ſcribendum; noſtræque mentis cogitata apud Optimum, & Prudentiſſimum Regem

Paul. III. lib. brev. an. 8. pag. 366.

Cardinales ad Cõcilium inuitat Paulus.

Paul. III. lib. brev. anno 8. p. 298. & pag 329.

In Poloniam hæreſis ingreditur.

Digitized by Google

expromenda: Nos enim, fili in Christo chariſſime, cùm reliquas Tuas virtutes præſtantes, atque egregias ſemper amauimus, tamen illam moderationem animi tui, qua ſemper Chriſtianis legibus ſubiectus, vnum Deum in Cœlo æternum, & Omnipotentem, & vnum in terris eius ipſius Dei, Chriſtique Vicarium Tibi agnoſcendum, honorandumque propoſuiſti, ſummis laudibus dignam eſſe exiſtimauimus, tantoque in honore ſemper habuimus, vt Tuæ Maieſtatis nomen nobis inter cętera precipuè amandum, extollendumque videretur, & hoc etiam ſtudioſiùs, quòd vidimus Dei Omnipotẽtis de Te iudicia cum noſtris iudicijs cõuenire. Etenim quis tibi fauſtos perpetuo, fœliceſque ſucceſſus, quis multas, præclaraſque victorias, quis longęuam vitam, Regnumque ſtabile inconcuſſumque conceſſit, niſi idem Deus, cui in hac re maximè inſeruiuiſti, quòd vnum Ouile, & vnum Paſtorem, quantum in te fuit ſemper agnouiſti. Nec verò quidquam omninò gratiùs eſſe Deo Omnipotenti poteſt, quàm vnitatis inter ipſius cultores, charitatiſque mutuę conſeruatio, quę ſi his temporibus aliquoties rupta, & labefactata eſt, ab hacque Sancta Sede, quam Petrus, & Paulus Beatiſſimi Apoſtoli, & reliquorum Principes ſuo prętioſiſſimo Sanguine in Caput Catholicę Eccleſię conſecrarunt, diſceſſio facta, non poteſt tamen vlla humana mutatio ius Diuinum infringere. Eſt fortaſſe bono Regi laborioſior hoc tempore, huius, quàm dicimus, Chriſtianę vnitatis, & Catholicę veritatis in ſuis populis retentio, ſed virtus tamen, & diligentia hoc facientis illuſtrior, quę tantò magis abſte, fili chariſſime, requiritur, quantò tu, & maioribus virtutibus ornatus, & pluribus beneficijs à Deo affectus fuiſti. At nos, qui nunc Dei prouidentia, non meritis noſtris, in hoc Apoſtolatus faſtigio conſtituti ſumus, grauesque curas, & infinitas penè ſollicitudines animi ſuſtinemus, quòd videmus omnia circumcirca collabi, & iam ruere, nec poſſumus tantis, totque incommodis, vt vellemus, ſubuenire, quanta in rerum omnium deſperatione eſſemus, niſi primùm haberemus in Dei clementia, miſericordiaque fiduciam, deindè in ijs Regibus, qui verè membra Chriſti ſunt, ſpem opis, atque auxilij non parum poneremus, qui ſi vellent omnes nobiſcum vnà opitulari, detrimentis publicis facilis eſſet rerum labentium ſuſtentatio, & in meliorem ſtatum reſtitutio: ſed ſi non omnes volunt (qui vtinam aliquando velint) ſaltem quos ſibi commodos, & ſalutares ſæpius experta eſt Chriſtiana Reſpublica, quoſque magna ex ipſorum pijs, ſanctiſque actionibus gloria conſequuta eſt, perſiſtant, licet, & perſeuerent, vt aliquas tamen partes in Chriſtiano genere habeat Deus, quas in ſola vnitate, Catholicaque concordia habere Diuina ipſius Maieſtas poteſt. Tu ergo Rex ſemper pijſſime, ſemperque Chriſtianiſſime, qui tot, tamque eximia de Tuo præſtante in Chriſtianam Rempublicam animo documenta præbuiſti, ſolita Tua pietate, & religione, dignam tua Regali prouidẽtia curã adhibe, quemadmodum Tu pro Tua veteri gloria, & conſuetudine per Te ipſum facturũ fuiſſe ſperamus, & iam feciſſe confidimus, vt Regnum Tuum, & Populi in eo omnes in fidei vnitate, Chriſtianoque officio contineantur, ne perpetua huius Sanctæ Sedis iura apud eos violentur, cùm præſertim nos ingratiam Tuæ Maieſtatis multa iſthic Prælatis Tui Regni indulſerimus etiam de iure noſtro remittentes, idque etiam ad petitionem Tuæ Maieſtatis, quam moderatione Regia, & ſe digna, vſuram, ſperamus, quantum cum Deo, & honeſtate facere poterimus, libenter facere parati erimus. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXIV. Iunij MDXLII. Anno VIII.*

49 Monuit etiam Pontifex Poloniæ Epiſcopos, vt impiorum molimina eliderent, ac Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, à qua ipſorum pendebat auctoritas, tuerentur, diſcerent ex funeſto Germaniæ lapſu præfocare hæreſim in fomite antequam adoleſceret, contempta enim Sedis Apoſtolicæ auctoritate mox Polonicam Eccleſiam malis innumeris obrutum iri, denique ad conceptum fidei Sacramentum tuendum excitauit.

Venerabilibus fratribus vniuerſis Prælatis Regni Poloniæ.

Venerabiles fratres ſalutem. Magna nos affeciſſet moleſtia rumor iſthinc nuper allatus de quibuſdam per ſæculares iſtius Regni attentatis contra ius, & dignitatem huius Sanctæ Sedis, niſi ea, & abſente Veſtro Sereniſſimo Rege, & vobis, vt debebatis, refragantibus, minimèque conſentientibus, geſta fuiſſe intellexiſſemus, ſpeque certa teneremur, eundem Regem, cuius pietas, ſapientia (inoffenſo pede ad hoc ætatis, & fœlicitatis, Deo illum remunerante) prouecta eſt, talia omninò reiecturum eſſe, vobis præſertim illius auctoritatem ſequentibus. Quamobrem, etſi illo Rege, talibuſque Prælatis, nihil quod illius bonitate, veſtroque officio indignum eſſet, timebamus tamen moti hominum fama, has ad vos dandas duximus, non minùs, vt vos debita laude, quàm vt hortatione non neceſſaria proſequeremur. Eſt enim hæc veſtra in officio conſtantia, quamuis per vos debita, tamen laude, & commendatione plurimùm digna, ſiuè fidem, ſiuè pietatem, ſiuè prudentiam veſtram conſideremus, illa fuit fides iuſiurandum ſeruaſſe, in promiſſione veſtra præſtitum, illa pietas ab Eccleſię Capite, atque vnitate non diſcedere, illa prudentia proſpicere, ac pręuidere qualis ruina Eccleſię Polonicę per hęc initia aperiri poſſet, quod quale ſit, vicina vos Germania edocere poteſt, cuius Eccleſię ijſdem initijs paulatim concuſſę ſunt, ita vt multę earum, conniuentibus ad primos motus Prælatis, rem, dignitatemque ſuam occupantibus Laicis, amiſerint, quod Deus à vobis longè dignetur auertere, ſed tamen, qui Caput Eccleſię nunc petunt, mox ſi obtinuerint, nequaquam membris parſuros eſſe credatis, quod ſi id, quod de vobis firmiter ſperandum eſt, quodque ſine ſumma impietate prętermittere non poſſetis, vnitatem in Eccleſia cum veſtro Capite ſub illius obedientia conſeruaueritis, ſolitamque reuerentiam, ac recognitionem huic Sanctę Sedi in honorem Dei Omnipotentis, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum continuaueritis, tanto iam tempore, tantoque Gentium Chriſtianarum conſenſu obſeruatam, tùm vos quoque veſtram dignitatem, veſtraque iura tutò retinebitis, quod Deus Omnipotens vobis perpetuò concedat, idque futurum nobis poſt Dei clementiam veſtra dignitas, ac probitas, veſtrorumque Sereniſſimorum Regum pietas firmiter pollicentur. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXIV. Iunij MDXLII. Anno VIII.*

Paulus III. lib. brev. anno 8. pag. 288.

Paulus Epiſcopos Poloniæ admonet, vthæreſim naſcentẽ opprimãt.

50 In ancipiti eo rerum diſcrimine, quod à nouarum rerũ cupidis imminebat, viſum eſt Archiepiſcopo Gneſnenſi Polonię Primati congregandam eſſe Synodum in qua de placãda Diuina ira, ob quam tot conſurgebant hoſtes aduerſus Clerum, deque elidenda impiorum audacia, atque

improbitate, Collegijſque pro erudienda pietate, & doctrina orthodoxa iuuentute ageretur.

Articuli, de quibus in proxima Synodo deliberandum, & conſultandum erit.

I. Quandoquidem inualeſcunt mala, quæ Eccleſiam in præſentia noſtra perturbant, & ordinem Eccleſiaſticum ſubruunt, neque vllum remedium quod tentatum ſit profecerit, dubitare nemo poteſt quin digitus Dei ſit hic, cuius furor, & indignatio effuſa ſuper nos. Quamobrem quærendæ erunt cauſæ tantæ indignationis, & inueniendus modus earum tollendarum, ac placandi Dei, ſi fortè conuerſus reſpiciat nos, & iram ſuam auertat à nobis. II. Quid cum pertinacibus, & obſtinatis blasphemis Eccleſias occupantibus, Sacroſancta prophanantibus, Synagogas nouas extruentibus, in tanta effrænata audacia, & licentia, vbi nullum in Legibus, & Magiſtratibus præſidium eſt, faciendum ſit. III. Quærendæ erunt viæ, quibus ij, qui diſceſſerunt ab vnitate Eccleſiæ, & in tot ſectas ſciſſi ſunt, ſanari, & ad vnitatem Eccleſiæ reduci poſſint. IV. Inquirendum erit, ſi aliquis abuſus, ſuperſtitiones cum doctrina, & pietate Catholica pugnantes inuectæ ſint, & quomodo ſine offendiculo, & ſcandalo tollendæ erunt. V. Conſultandum erit, qua ratione reformatio Cleri aggredienda eſt, & quatenus extendenda, ne infirmioribus occaſio detur ad Hæreticos transfugiendi.

Tom. 13. de Cons. m.s. Arch. Vat. fig. 3200. p. 147.

Syn. in Polonia Archiepiſc. Gneſnenſi.

Cùm tanta ſit inopia Sacerdotum, & Clericorum, vt multæ Eccleſiæ deſertæ ſint, non ſine magno animarum periculo; Sacerdotia quoque minora, redditibus euerſis, extincta, quærenda via erit, qua Seminarium aliquod inſtitui poſſit, & diſpiciendum, anne expediat Collegia Societatis Ieſu in celebribus locis, vtpotè Cracouiæ, Poznaniæ, Mazouiæ, Leopoli, & Vilnæ, aut ſaltem in aliquibus horum inſtituere, ex quorum integritate, doctrina, & miro inſtituendæ iuuentutis compendio ingentem profectum ad pietatem Viennæ vidimus, & vnde ſumptus, & ad docendos, & ad alendos petendus ſit. *Et paulò poſt.*

In Conuentu, qui proximè præterijt, tantus impetus, tantaque impulſio ab Hæreticis, qui per ſpeciem tuendæ libertatis publicæ, inter multos Equeſtris Ordinis facilè primum locum obtinent, eoſque cæteri etiam Catholici ſequuntur, facta in nos fuit, quod cùm ſuſtinere nequaquam poſſemus, coacti fuimus ex ſententia, qui aderant, omnium Eccleſiarum Cathedralium Prælatorum promittere Synodum ſub ipſius proximi Conuentus tempus nos eſſe habituros, atque ibi de omnibus illis controuerſijs, quæ nobis cum Ordine Equeſtri interueniunt, amicè, & fraternè acturos, & quamquam in eo illi non acquieuerint, atque rebus infectis diſceſſerint, Maieſtatem tamen Sacram Regiam ex ea noſtra promiſſione literis publicis teſtatam eſſe accepimus. Quamobrem conſultandum erit, quid facere nos oporteat.

De eo etiam agendum erit, qua ratione, & quatenus diſciplinæ Eccleſiaſticæ extendere iura, & libertates Eccleſiarum retinere poſſimus, & debeamus, Cleruſque plùs nimio oppreſſum ſublenare valeamus. Illud quoque in deliberationem veniet, quandoquidem à Summo Pontifice requiſiti ſumus, vt Concilio generali, quod prope diem indicturus eſt, interſimus, exiſtimamus ad id requiſitos, eſſe ibidem, & alios Reuerendiſſimos Dominos Epiſcopos noſtros, num liceat, expediatque nos his in periculoſis temporibus ab Eccleſijs noſtris abeſſe. Deinde, qui mittendi ſint Prouinciæ totius nomine; qui & interſint Concilio, & approbent Sanctitati eius, & Concilio cauſam abſentium, &c.

51 In Scotia res turbari cœptæ ſunt, quæ poſteà penitùs labefactatæ conciderunt; extremo enim anni menſe Decembri Scoti cùm exercitum eduxiſſent aduersùs Henricum Angliæ tyrannum, incuria ſua, magis quàm hoſtium virtute, fuſi, fugatique ſunt, ex qua clade Iacobus eius nominis V. maximo mœrore confectus lethalem morbum contraxit, ac die decimo tertio Decembris obijt maximo rei Catholicæ damno, cùm Religionem Catholicam maximo pietatis ardore defendendam ſuſcepiſſet. Reliquit heredem Mariam filiam vnicam in ætate imbelli ex Maria Lotharinga ſuſceptam. Cùm verò in Scotiam perueniſſent hoc anno S. Ignatij ſocij, qui Internuntij in Hiberniam decreti fuerant à Pontifice, atque in eo Regno pietatem latiùs propagare percuperent, Paulus ijſdem prærogatiuis, quas in Hibernia contulerat, eos affecit.

Lud. Gaiciard. in comment.

52 In Gallia hæreſis Caluiniana clàm ſerpebat, cùm plures nouarum opinionum audiendarum curioſa prurigine incitati, peſtiferos Hæreticorum libros, ac nouas Caluini Hæreſiarchæ Inſtitutiones lectitarent, ac mellitæ eloquentiæ lenocinio illecti, impia ſimul venena, quibus conſperſæ erant, haurirent, de quibus factus certior Pontifex, Senonenſem Archiepiſcopum admonuit, vt implorato Regio auxilio, in eos, qui huiuſmodi venenatos libros tenerent, aut venderent vel emerent, acriter animaduerteret.

Venerabili fratri Franciſco Archiepiſcopo Senonenſi.

Paul. III. lib. breu. anno 8. pag. 555.

Venerabilis frater. Cùm cæteras virtutes tuas ſæpè, ac meritò laudauimus, tùm præcipuè, illam, quod tu tamquam bonus Paſtor, & diligens, clamorem audiens vlulantium luporum, ira tuam Diœceſim, tuaſque caulas hactenus cuſtodiuiſti, vt ijdem lupi rabiem Lutheranæ hæreſis inferentes, illas intrare, Oueſque tibi commiſſas lacerare nequiuerint, de quo plurimùm gaudemus, vt debemus, tam Dei Omnipotentis, ac noſtra, quàm tua etiam cauſa, nihil ambigentes, quin eandem diligentiam, atque curam ſis adhibiturus, & nunc, & in poſterum; ſicut tuæ probitati, conſuetudini, atque officio conuenit, nos enim tibi, vt omnia, quæ ad hoc pertinuerint, facere, & præſertim ne libri ipſius hæreſis à quibuſuis Laicis, aut Clericis tuæ Diœceſis emantur, teneantur, aut legantur, ſub pœnis tàm Eccleſiaſticis, quàm pecuniarijs prohibere, & contra prohibitionem tuam facientes, etiam ſi ipſi Clerici à tua iuriſdictione ordinaria per Apoſtolicam Sedem exempti quomodolibet fuerint, per eaſdem pœnas, ac etiam interdicti appoſitionem, & ſi opus fuerit, auxilij brachij ſæcularis inuocationē debitè coërcere poſſis, & valeas, Apoſtolica tibi auctoritate tenore præſentium concedimus, non obſtantibus ipſis exemptionibus, ac literis Apoſtolicis ſuper illis expeditis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque, ſeù ſi aliquibus &c. mentionem. *Datum Romæ XXII. Decembris MDXLII. Anno IX.*

In Gallia Hæreſis ſerpit Caluiniana.

53 Hoc anno Ioannes Caluinus, qui hactenus Lutheranorum more realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia ſcriptis profeſſus erat, impietate auctior, eam è ſuis Inſtitutionibus expunxit, vt obſeruat Claudius Eſpencæus Doctor Sorbonicus. Moliebatur Caluinus nouam Religionem conflare, atque adeò diem Veneris pro die Dominico celebrandum indixit, vt illius ſecta cum

Eſpencæus in lib. de adorat. Euchar.

Mahumetica consociaretur; sed illi à Sectarijs paritum non fuit. Enisus pariter est cum Ioanne Vireto, & alijs auctoritatem ferendi anathematis sibi arrogare, sed Magistratus Hæretici se illi subijcere in ea re detrectarunt.

Iacobus Laingæus in vita Caluini. Nouam Religionē Caluinus condere studet.

Cęterùm, infęliciſſima illius secta latiſſimè propagari cœpit, cuius sequaces fuisse deteriores ,, Paganis probat Guillelmus Rossæus. [Vastum ,, *(inquit)* blasphemiarum pelagus est, & quo lon- ,, giùs in eo quis fuerit prouectus, eò maiorem ,, atheismi altitudinem, & abyssum deprehendet. ,, (*Et infrà*) Euangelici, quibus persuasissimum ,, esse debebat, primitiuam Ecclesiam, quasi Chri- ,, sto, & Apostolis proximam, sanctissima veriſſi- ,, maq; fide præditam fuisse, Luciferiana superbia ,, eam aspernatur, & singuli Hæretici, Caluinus ,, cum suis potissimùm, in quibus primitiua Ec- ,, clesia ab eorum placitis discedit, in ijs primiti- ,, uam Ecclesiam totam ignorantiæ, & stupiditatis damnare non verentur. Si quis eos premat ,, auctoritate non vnius, sed omnium simpliciter ,, Ecclesiæ primitiuæ Patrum, vt probet Purga- ,, torium, & preces pro Defunctis. Scimus *(inquiunt)* fuisse vetustissimam Ecclesię consuetu- ,, dinem, eamque Patres Apostolis tradentibus ,, ascribere, sed quęrimus, Num in eo rectè fece- ,, runt? Aerium contra sentientem, hæreticū iudi- ,, carunt, sed immeritò.] Si dicas, ijdem approbarunt Sacrificium, & Prophetarum oraculis tanquam Christianę fidei articulum astruxerunt. Ita ,, quidem est (*aiunt*) sed tamen [in ea magis ,, ignoscendum est eorum insciticæ, & sepelien- ,, dum dedecus] quàm prædicanda auctoritas, aut ei confidendum.

Si ad pœnitentiam pro peccatis agendam, & dignos satisfactionis fructus edendos eiusdem Ecclesiæ exemplo, & doctrina, aliquem voluptarium ex hoc grege discipulum adhortaris, respondet (vt à Magistro suo instituitur) [Parum me mouent ,, quæ in Veterum scriptis de satisfactione pas- ,, sim occurrunt. Video quidem eorum nonnul- ,, los (dicam simpliciter) omnes ferè, quorum ,, libri extant, hac in parte lapsos esse, aut nimiùm ,, asperè, & durè loquutos. Neque verò excu- ,, sari vllo pacto potest immodica Veterum auste- ,, ritas.] Si Quadragesimę saltē paucis septimanis acriore ieiunio corporis lasciuiam reprimendam esse, si Sacerdotibus à coniugio abstinendum, quo pleniùs Dei cultui precibusque incumbant, disputas, tota primitiua Ecclesia vtrique horum ,, suffragante. [Fatemur (*inquiunt*) tunc in- ,, ualuisse superstitiosam Quadragesimæ obser- ,, uationem, qua & vulgus eximium aliquod se ,, præstare Deo existimabat, & Pastores eam ,, commendabant pro sancta Dei imitatione, sed ,, mera fuit cacozelia, & superstitionis plena,] illud verò alterum [de coniugio Sacerdotibus ,, interdicto, factum est mera tyrannide, & fana- ,, tici homines erant] illi Concilij Nicæni Patres, qui cœlibatum Sacerdotibus imponere volebant.

Caluinus Inst. lib. 3. cap. 4. §. 38. lib. 4. cap. 22. §. 8.

ibid. lib. 4. cap. 12. §. 20.

ibid. §. 23.

Guil. Rossæus pag. 215.

Guil. Rossæus pag. 212.

54 Addit idem author de Caluinistarum erroribus. Vt plurimi animam mortalem esse summa contentione vrgent, & ea fide innumeros Euangelicorum greges inficiunt, vnà tamen ad tempus breue addunt eandem animam cum corpore olim resuscitandam, vt extremo iudicio sistatur: Ita plurimi rursus totam eam Catholicorum de Resurrectione fidem ridiculam, & Papisticam esse concionantur, nec quidquam tale vnquam expectandum, figurisque, & metaphoris solito Protestantium more ludentes, illas ipsas suorum cæteruas ad explodendam penitùs resurrectionis fidem promouent, id quod ingenuè fate- ,, tur Petrus Martyr. [Hodie (inquit) emerse- ,, runt Libertini, qui corporis Resurrectionem ,, deridēt, & Scripturas conantur eludere; ,, quasi loquantur de resurrectione animorum, ,, qui cùm mortui essent peccato per Christum, ,, & fidem in eum, vitæ restituuntur. Neque dici ,, potest quàm facilè inhæreant hi sermones in ,, auribus infirmiorum fratrum, & tamen re- ,, surrectionis articulo sublato cuncta nostræ fi- ,, dei mysteria funditùs euertuntur.]

Petrus Martyr. in 1. Cor. cap. 15.

55 Nec dissimile est Caluini de sui Euangelij ,, sectatoribus iudicium. [Vix enim (*inquit*) eo- ,, rum decimus quisque est, qui fidei puritatem ,, ad extremum vsque retinet: omnes ferè ad ,, corruptelas degenerant, & à Magistris licentiæ ,, delusi prophanescunt (hoc est euadunt Athei) ,, & quamuis præclarum Euangelij zelum simu- ,, lant, si tamen intus excutias, reperies plenos ,, perfidia, fraudibus, & dolis.]

Guil. Rossæus pag. 191. Caluin. in 2. epist. Petr. c. 2. num. 2.

Distinguit Caluinus hoc genus Euangelicorum in duas sectas, sed adeò latè patentes, vt sub earum altera longè maxima Protestantium pars comprehendatur. Sic enim ille: [Hominis ani- ,, mam alij à morte ad Iudicij vsque diem, quo à ,, somno suo expergefiat, sine memoria, sine in- ,, telligentia, sine sensu dormire putant. Alij ,, nihil minus, quàm substantiam esse volunt, sed ,, vim dumtaxat vitę, quę ex spiritu arterię, aut ,, pulmonum agitatione ducitur, & ideò cum ,, corpore interire, & euanescere fingunt, donec ,, totus homo suscitetur.] Vtrosque autem ad opinionem, quam latissimè disseminandam summo studio elaborasse, eam ob causam, vt cum Luthero Pontificiam de Purgatorio, & Sanctorum inuocatione doctrinam à fundamentis conuellerent, idem Caluinus in eodem loco testatur, qui etiam rectè monet, hos, etiam si verborum forma multum discrepare, tamen & priores, qui animam viuere verbo quidem largiuntur, omni autem sensu, & intelligentia priuant, re non minus, quàm posteriores eandem interficere, & extinguere, cùm sensum, & intelligentiam eripiunt, in qua posita est animæ vis tota & energia. Hoc enim si sustuleris, anima non magis eo nomine vocanda est, quàm corpus organicum illud quod mortuum est, & in cineres dissolutum.

Guil. Rossæus pag. 221. Caluin. in Psycopamichia pag. 2.

56 Serpere etiam in ipsa Italia animaduersa est hæresis, adeò vt non Laici modò, sed etiam Religiosi impietate Lutherana polluerentur, & quod maximum pijs omnibus stuporem, & offendiculum attulit, Ochinus Magister supremus Capuccinorum Ordinis pietatis laude florentissimi ad Zuinglianos turpissimè transfugit hoc anno, vt narrat Petrus Paulus Gualterius [In princi- ,, pio (inquit) Septembris frater Bernardinus ,, de Senis Generalis Congregationis Capucci- ,, norum, qui diù sanctissimæ vitæ habitus fuit, ,, discessit ex Italia, & profectus est Genevam ,, ad Lutheranos, causam ambitionem fuisse ,, puto] prensasse illum Cardinalatum ferunt, spe- que sua deturbatum ad famam ex impietate consectandam se prostrasse.

Petrus Paulus Gualter. in Diario.

Ochinus Capuccinorum Generalis ab Ecclesia defecit.

Hic itaque dum in Draconem versus sub Agni veste hæresim Venetis ac Neapolitanis, Ecclesiastica abusus eloquentia, instillaret, Caietanus Thyenæus Theatinorum Ordinis Institutor, qui nomine Sanctorum fastos ornauit, pro Christo munere exploratoris functus, de perfidi hypocri-

Io. Baptista Gastald. in vita B. Caietani cap. 6.

te improbitate Cardinalem Theatinum, qui Sacro Inquiſitionis officio præerat, admonuit, à quo in ius vocatus, mox impius Hæreſiarcha (nè credere enim alijs Hæreticorum ſigniferis videretur) noua hæreſeon monſtra conflauit, proiecta larua, in Hæreticorum oras perfugit, ac Italiam importuno impietatis monſtro liberauit. Audita fuga Ochini, & defectione, Caraffa Cardinalis, qui in Pontificatu Pauli IV. nomen accepit, paræneticam ad eum ſcripſit Epiſtolam. Cuius partem hic repetere operæ pretium duximus. „ [Quid tibi in mentem venit Bernardine? Quis „ te Domini malus velut reprobum olim Iſraëliticum Regem arripuit Spiritus? Pater mi, Pater mi, currus Iſraël & auriga eius, quem paulò antè, quaſi in ſpiritu, & virtute Eliæ aſcendentem mirabamur in Cœlum, quid modò „ cum curribus & equis Pharaonis deſcendentem dolemus in infernum? Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Quid orbatum lugemus, & ſterilem, quem innumerabilium videbamus Patrem lætantem filiorum? „ O delire ſenex! quis te faſcinauit, vt alterum „ tibi confingeres Chriſtum, quem à Catholica „ Eccleſia non didiciſti? Vt te ad aliud conuerteres Euangelium, quod ab vberibus Matris tuæ non ſuxiſti? Ah quam magnus eras „ in oculis omnium, ſi in oculis tuis paruus eſſe voluiſſes? Conſartus ille ſaccus tuus rudis rubentes pileos, & Pontificum mithras ſuperabat. Scribis enim in illis tuis præclaris, „ quæ vulgò circumferuntur apologeticis literis, hactenus te Chriſtiano populo velatum „ Chriſtum prædicaſſe: deinceps verò verum „ illum, ac libertum productum te comminaris. Quid eſt quod loqueris Pater? An non „ vides, tuis te teneri laqueis, tuis pedicis irretiri? An putas te impunè iamdudum Chriſtiano populo illudere potuiſſe, qui Antichriſtum pro Chriſto prædicaueris, qui Phariſaicum fermentum pro ſacra doctrina, qui „ pharmacum pro vero lacte propinaueris? Siccine ſimplicem gregem infeciſti? Siccine innocentes oues carniſex ſermonum tuorum „ lenocinio ad lanienam attraxiſti? Et quam fidem tibi poſthac adhibendam ſperare poſſis, „ qui impijſſimis mendacijs auditores tuos ſeduxeris? Qui tandiù diuinum verbum adulteraueris? Vides ad quod ſaxum impingis? Attende quàm malè tibi non conſtas, quàm periculosè te ipſum mutas? Si veritatem tibi eſſe conſtabat apud Lutherum, ſi Petrum, & „ Paulum, eorumque Eccleſiæ ſucceſſores non „ rectè videbas ambulare in ſinceritate Euangelij, ſi quæ in populis prædicabas, non ſecundùm Catholicam fidem eſſe ſciebas, cur tandiù ſiluiſti? Cur Dei veritatem in iuſtitia detinuiſti. (*Et infrà*) Vbi tu ipſe, qui prædicabas „ non furandum, furaris, qui non mœchandum „ mœcharis? qui abominabaris Idolum, ſacrilegium facis? vbi tu ipſe Magiſter, totum id „ operis deſtituis, quod antè docebas? quis dabit capiti meo aquam, & oculis fontem lacrymarum, vt nocte fleam, vt luce plorem „ baculum Eccleſiæ contractum, Magiſtrum „ obcœcatum, Paſtorem in Lupum conuerſum, „ ſapientem Patrem in reprobum ſenſum commutatum, Chriſti præconem Diabolum effectum? Quis magnum ſuſcitet Samuelem? Quis „ proferat Euangelicum Patrem, qui à meretricibus reuertentem prodigum filium recipi„ at? Si fortè ſurgas, ſi fortè ad eum redeas, & „ dicas: *Pater peccaui in Cœlum, & coram te.* „ An non tibi melius exiſtimas reuerti ad Patrẽ „ tuum, ad domum genitricis tuæ, vbi abundas „ panibus, quàm in longinqua adeò regione „ paſcens porcos, mori? Quid tibi in barbaris „ gentibus? quid tibi cum alienigena nutrice? „ quid tibi cum nouerca? Agnoſce vbera, quę „ te lactauerunt, agnoſce vocem vocantis, vo„ cem explorantis, vocem in Rhama, vocem „ ab excelſo clamantis, *Reuertere dilecte mi, & „ aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper „ montes Bethel.* Vocat te Romanus Pontifex, „ vocat te Chriſti Vicarius, vocat te Caput Ec„ cleſiæ, nihil adhuc comminatur, vim nullam „ intentat. Tu ad vocantis vocem nuditatis tuę „ conſcius te abſcondis? &c. Hæc eleganter fortiterque Cardinalis Theatinus, at obfirmatum Lutherano adamante Ochini pectus peruadere minimè potuit.

57. At dum impius Ochinus deficit à fide Catholica, Armeni eam magnificè ſunt profeſſi; vt Acta Cardinalitij Senatus teſtantur, in quo Cardinalis Burgenſis relator legit exemplar quarumdam literarum Fratrum, & Laicorum S. Mariæ omnium Sanctorum Ciuitatis Nozouanenſis in Armenia, quarum tenor talis eſt.

In Nomine Vnigeniti Filij Dei, qui ſua gratia & miſeratione de Virgine naſci dignatus eſt. Anno Domini MDXLII. in die B. Andreę Apoſtoli congregati, Pater Beatiſſime, nos, qui ſumus oues Veſtræ, & Prouinciæ in ſpiritualibus ſubiectę Veſtræ Sanctitati, Vos autem Caput noſtrum eſtis, & in ſæculo omnibus ſuperior, & nos ſub Veſtræ Sanctitatis obedientia. Vos verò Cœleſtem poteſtatem habetis, & gratiam à Deo ad regendum Mundum, & Angelos Cœleſtes in Societate Veſtra, & eſtis Principes totius Eccleſiæ, & Caput capitum, & Principes Prelatorum totius Mundi, & eſtis Vicarius Chriſti in omni loco, vbi fidem eius duodecim Apoſtoli prædicauerunt, & Vos veram, & rectam retinetis fidem, ad cuius Sedem omnes fideles, & Catholici Chriſtiani concurrunt, & eſtis omnium lætitia, & exultatio; qui quemadmodum de vino dicitur, corda hominum lętificaris, & eſtis verus Succeſſor S. Petri, qui mundum vniuerſum manu continetis, & quodcumque ligatis, & ſoluitis in terra, ligatum ſimiliter & ſolutum erit in Cœlis, & eſtis fundamentum totius Eccleſiæ Dei. O Pater Sancte, quem mundus in partibus noſtris non cognoſcit, nos frater Andreas Vicarius Caſalis, ſeu Villæ, quę dicitur Coranch, & Subprouincialis totius Prouinciæ Armenorum Catholicorum, frater Azarias Prior Villæ Sabonis, frater Ioannes Prior Abarrenor, frater Ioannes Prior Caſcaſini, frater Ioannes Prior Abbarecundis, frater Zacharias Prior Salitach, frater Thomas Prior Carna, frater Petrus Prior de Ganza, omnes iſti Chriſtiani Catholici & fratres ordinis Prædicatorum S. Dominici, ſubiecti, & filij obedientiſſimi Sanctitatis Veſtræ, parati ad omnia exequenda. Et Petrus de Gianck, Petrus Ioannes de Sabonis, Mirans Abbarener, Saphar de Caſcaſini, Acciech Abbareuendi, Putach de Carua, Agabech Salitach, Siluan de Gan Laici omnes, & capita, ſeu Priores Villarum ſuprascriptarum omnes filij.

O Pater ſancte mortuus eſt Epiſcopus noſter, & alium Paſtorem, & caput loco eius cupimus ſubſtitui nobis. Conferentes autem inter nos, inuenimus Virum idoneum, fratrem videlicet Benedi-

nedictum filium Boerzati de Naſcioban Ordinis S. Dominici, quem adire fecimus Regionem, & Vrbem veſtram, quem elegimus in Epiſcopum noſtrum poſt biennium à morte prænominati, & prædicti Nazouenſis Epiſcopi noſtri, die videlicet & anno ſupradictis? O Pater Sancte Papa Paule, conſeruet Vos Deus Omnipotens, & S. Petrus, & S. Paulus, & omnes Sancti Cœleſtis Curiæ, & ita commendatum habeat Veſtra Sanctitas electũ noſtrum, qui eſt bonus, & Catholicus Chriſtianus, qui neque Latinam loqui linguam, neque Italicam nouit, vnde compatiatur eadem Sanctitas Veſtra. O Pater Sancte quidquid boni facietis huic fratri Benedicto electo noſtro, retribuent Sanctitati Veſtræ Sancti Dei Apoſtoli Petrus, & Paulus.

Nos infidelibus ſubiecti ſumus, à quibus ipſe iam electus captus, & catenatus eſt, & in vinculis, & catena per nouem menſes habitus, vnde vt ipſum redimeremus, paramenta Eccleſiæ, & Calices, & Cruces vendere coacti ſumus: & ita cum trecentis aureis redemimus, & venit in ſanctam Ciuitatem veſtram. Nunc autem Sanctitas Veſtra tantum boni ipſi contribuat, quantum illi Deus in mentem dederit, & ille, qui ſcripſit oſculatur pedes Sanctitatis Veſtræ frater Ioannes Abbateuendis ſupranominatus filius Coſigian.

☞ [Quibus perlectis Sanctitas Sua confirmauit dictam electionem de dicta Eccleſia Nazouenſi vacante per obitum Gregorij filij Azaztor, ideſt Deodati, & prouidit de perſona dicti Benedicti.

M.S.Car. Spad.tom. 133. pag. 414.

58 Auctus eſt hoc anno Cardinalium Senatus à Paulo III., vt referunt Acta Conſiſtorialia. [II. Iunij MDXLII. aſſumpſit in S. R. E Preſbyteros Cardinales RR. DD. Io: Epiſcopum Mutinenſem, Marcellum Creſcentium Epiſcopum Marſicanum, Ioannem Vincentium de Aquauiua Epiſcopum Melphitanum, & Pompeium Cecium Epiſcopum Nepeſinum, Robertum Puccium Epiſcopum Piſtorienſem, necnon Religioſos viros Thomam Badiam Magiſtrum Sacri Palatij, & Gregorium Corteſium Ordinis S. Benedicti. XXI. contulit Titulos, Reuerendiſſimo Domino Cardinali Creſcentio Tit. SS. Ioannis, & Pauli, Reuerendiſſimo Domino de Aquauiua Tit. S. Martini in Montibus, Reuerendiſſimo D. Cecio Tit. S. Cyriaci in Thermis, Reuerendiſſimo D. Puccio Tit. SS. Nerei & Achillei, Reuerendiſſimo Domino Sac. Palatij Tit. S. Silueſtri.]

IESV CHRISTI

Anno 1543.

PAVLI III. Anno 10. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 25.

Angel. Maſſarel. in Diario Con. Trid. m.s. Arch. Vat. ſig. 3218. p. 65.

1 ANno à partu Virginis quingenteſimo tertio ſupra milleſimum quadrageſimo, indictione prima, afflicta maximè eſt res Chriſtiana, Cæſare, & Gallo in mutuum exitium bella gerentibus, Hæreticis in Catholicos omni dolo, & vi graſſantibus, Solymanno in Hungaria Chriſtianas Vrbes expugnante, quibus malis, & alijs grauioribus impendentibus vt occurreret Pontifex, omni ſtudio, & contentione Concilium Oecumenicum, iam ante Tridenti indictum, celebrare

Concilij Tridentini prima congregatio.

anniſus eſt; quæ vt ſint geſta, ex ipſis Concilij actis nitidè afferemus.

[Die VIII. menſis Ianuarij MDXLIII. applicuerunt Tridentum tres Oratores Caroli V. Imperatoris, videlicet Illuſtres, & Reuerendi Domini Nicolaus Perenottus Dominus à Grãuela, Antonius Perenottus Epiſcopus Atrebatenſis, & Didacus à Mendoza.]

Venrre illi in Legatorum Apoſtolicæ Sedis conſpectum; habitaque oratione de Concilij celebrandi neceſſitate pro hæreſi comprimenda, & morum puritate reſtituenda, attulere cauſas, ob quas Carolus V. difficillimo à Gallo Rege appetitus bello accedere non poſſet, vtque ipſi ob paratas ſibi à Gallis inſidias tardiùs acceſſiſſent; flagrante verò atrociſſimo bello, in quo Gallus Turcas auxiliares exciret, Præſules Hiſpani, vel alios Cæſaris clientes ad Concilium ſcilicet ſe conferre non poſſe, excuſarunt. De quibus confecta hæc publica documenta extant.

[In Nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti MDXLIII. Indictione I. die IX. Ianuarij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Pauli Diuina Prouidentia Papæ III. anno IX. exiſtentibus Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus, & Dominis Petro Paulo S. Balbinæ, Ioanne S. Vitalis Presbyteris, & Reginaldo S. Mariæ in Coſmedin Diacono S. R. E. Cardinalibus, ac Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, & prædicti Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ ad Oecumenicum Concilium per Suam Sanctitatem in hac Ciuitate Tridentina ad ſedandas hæreſes anno ſuperiori indictum de latere Legatis, in ædibus ſiue hoſpitio prædicti Reuerendiſſimi S. Balbinæ in aula ædium, in qua aderant nonnulli Proceres, & Nobiles, comparuerunt ibidem Illuſtres, & Reuerendiſſimi Cæſarei Oratores, videlicet Illuſtris Dominus Nicolaus Perenottus, Epiſcopus Atrebatenſis, & Illuſtris Dominus Didacus à Mendoza ad Concilium huiuſmodi per Sereniſſimum, & Inuictiſſimum Principem Carolum V. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, &c. ſpecialiter deputati, dirigentes ſua verba ad prædictos Cardinales, locuti ſunt per vocem, & organum dicti Reuerẽdiſſimi Domini Atrebatenſis in hæc verba.

Oratio habita coram Legatis ab Epiſcopo Atrebatẽſi.

2 Prolixa oratione, multiſque verbis nobis opus eſſet, Reuerendiſſimi, Ampliſſimique Patres, ſi de origine, inſtitutione, forma, atque auctoritate Conciliorum, ſingulorumque ordinum ad illa officia, & quàm exactè ab omnibus verè Catholicis obſeruanda ſint, dicere inſtitueremus, quod videretur cauſę ratio expoſcere, niſi apud vos ageremus, quibus iſta, multa lectione, longoque rerum vſu ſunt quàm notiſſima. Hoc autem dicemus, ſi vnquam, nunc certè maximè Concilij celebrationem neceſſariam eſſe; neque hæc res explicationis enarratione opus habet, aut perſpicuis argumentis celebranda eſt, cùm nemo ſit, proh dolor! qui apertè nimis id non intelligat (ſi modo prudenter expendere velit) quàm infirma ſit Reſpublica Chriſtiana, quàm diffidio Religionis labefactata, & ſuis perpetuis hoſtibus ſit expoſita, Turcis, ac Mauris, aſſiduis illam prælijs infeſtantibus, accedente ad extremum illud malum, & controuerſia in Religione, bello intra huius viſcera ab vno è potentiſſimis eius Principibus, renouato pluribus locis vno ferè tempore, & non alieno, in quo ad propulſandos

fidei

fidei noſtræ hoſtes, terra marique exercitus parabantur. Neque multis verbis referendi onus nobis ſumimus, quàm ſolicita cura, continuoq; labore & ſtudio, ſummiſque officijs Cõcilij indictionem, & celebrationem Cęſarea Maieſtas petiuerit, cùm & Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Sacroſancto Collegio iſta cognita ſint, & à frequẽtibus ad hoc ſuſceptis profectionibus, Romã, & ad alia Italiæ loca, ad Suam Sanctitatem, & Clementem Prædeceſſorem, ex continua Miniſtrorum, & Oratorum, huius petitionis ampliſſimum teſtimonium ſumi poſſit. Quare ſermonem huc conuertemus, vt à nobis intelligatis, Suam Maieſtatem, quæ tam ſtudioſè Concilium ſemper expetiuit, hactenus, nunc maximè illius celebrationem, primiſque votis, optare, per quam diſcordia Religionis componatur, & ſit vtilis Reipublicæ Chriſtianæ, cùm intelligat nullo alio pharmaco ab hoc tam graui morbo poſſe illam conualeſcere, ſcit, & reformatione quoque opus eſſe, quam Sua Sanctitas frequenter obtulit, & promiſit, & pro qua Cæſarea Maieſtas toties, & proprio, & Ordinum Sacroſancti Imperij nomine inſtitit, vt pro re neceſſaria, & ſine qua, neque præterito malo mederi, neque, ne in peiora incidamus, vlla ratione vitare poſſumus: quod tibi Reuerendiſſime Cardinalis Morone experientia probatum exiſtimo. Vt autem de celebratione Concilij his præmiſſis agamus, cupimus memoriæ veſtræ ſuccurrere, ne repetitione ſit opus, ea, quæ Sua Maieſtas ſuperioribus Comitijs Imperialibus Ratisbonæ habitis Reuerendiſſimo quondam Cardinali Contareno, tibi Reuerendiſſimo Morono, tunc Suæ Sanctitatis Nuntio, reſponderit, cùm vtique illi explicuiſſetis, ſtatuiſſe Suam Sanctitatem celebrandum œcumenicum Concilium indicere, neque ea vobis excidiſſe puto, quæ Sua Maieſtas reſpondit, die XXV. Auguſti ad Bullas Indictionis, & priuatas literas Suæ Sanctitatis, quibus illi Indictionem Concilij hic celebrandi ſignificauit. Ex ijs Sua Sanctitas intelligere poteſt, ſi coniungat cum operibus diligentem Concilij petitionem, qua ſit Sua Maieſtas voluntate, & quæ in genere dicta, ſcriptaue fuere, huc pertinere, vt reuera, & cum fructu celebretur. Ne autem Sua Maieſtas, eorum, quibus Imperiali, & Regio officio obligata eſt, quidquam prætermitteret, dato ampliſſimo mandato nobis tribus, & Illuſtri Marchioni de Anguillara, qui apud Suam Sanctitatem Suæ Maieſtatis Oratorem agit, ſinguliſque noſtrum iuſſit, vt eius nomine adeſſemus, illius abſentiam, quodque neminem hactenus miſerit excuſaremus: diligentem præterea narraremus operam in his, quæ ad ipſius Concilij cum fructu celebrationem, pietatem, Eccleſiæ vnionem, fidei atque Religionis ſtabilimentum, & Reipublicæ Chriſtianæ commodum pertinere videbuntur. Non admodum laborabimus in excuſanda Sua Maieſtate, quod non interſit: exiſtimamus enim, huic parti ſatisfactum per eas literas, quas ad Suam Sanctitatem ſcriptas duximus. Quis enim non intelligit, motum illi bellum tot locis vno tempore, & in quo nimis aliena, ne quid peiùs præter occaſionem hoc loco dicamus, ab omni iure Diuino, & humano, ſeruata eſt ratio, excuſare debere. Hæc autem omnibus Chriſtiani Orbis Ordinibus nota, Suę verò Sanctitati notiſſima putamus, quòd ſit tunc motum bellum cum indictum Concilium, ob idque cognoſcere poteſt legitimum impedimentum, dum illa, & reſiſtendo & conatus hoſtium reprimendo fuit occupata. Noſtis quoque Reuerendiſſimi, Ampliſſimique Patres, non deeſſe, quæ illum nunc è ſuis Regionibus non patiantur egredi, dum prouidè illi ſua munienda ſint, ne proximo anno ita inuadatur, vt ſuperiore, cùm id Sua Maieſtas ageret, vt terra, marique, ſe, ſuaſque copias cõmuni verò Chriſtianorum inimico operam, cùm tam ſancta occupatio tutam illam ab omni inuaſione reddere deberet, præter Inducias, opera, & maximo cum labore Sanctiſſimi Domini Noſtri fœdere partas, quibus tanta auctoritate firmatis fidendum videbatur. Accedit quòd Ordines Sacroſancti Imperij inuaſuro, tum ſignificauerunt conſtituiſſe ſe (neceſſitate ad id cogente) coniunctis viribus cum ſua Maieſtate, & Sanctitatis Suæ auxilijs, aliorumque Ordinum Chriſtianæ Reipublicæ, qui rem tam ſanctam iuuare vellent, Turcas ex Hungaria pellere, petiueruntque, vt ſecundùm ea, quæ tam magnificè per ſuas literas obtulerat, auxiliares ex ſuis copias mitteret, nec ſaltem ne quid occupatis illis in noſtro Orbe moueret, quam petitionem ita contempſit, vt mox huic contraria molitus ſit. Cæterùm, ſi quis nobis obijciat, quòd ſeriùs venerimus, dicatque, debuiſſe nos, aut alios, Imperatore legitimè occupato, eius nomine priùs venire, iſtuc facilè deberemus, eodem argumento, quo pro Suæ Maieſtatis excuſatione ſumus vſi, bello ſcilicet impeditos fuiſſe, nulla fide relicta literis, quibus ſine periculo tranſitus olim concedebatur. Cùmque terra tuta non fuerit, profectò minus certè mare, non ſolùm enim ab ijs, quos bellum mouiſſe diximus, ſed à Turcis quoque, & alijs, qui à fide noſtra alieni ſunt, cauendum erat, cùm illi publicè minarentur, hos in perniciem Suæ Maieſtatis, & Regnorum eius eſſe venturos. Quid autem tentatum fuerit, & quid voluntate deſignatum fiducia expectationis huius aduentus nouerunt omnes, neque tutelæ, quam Sanctiſſimi indicti Concilij authoritas præbere debuerat, vlla ratione fidendum fuit, id enim res ipſa docuit, nam etſi intellexiſſent Galli à Cæſarea Maieſtate D. Granuela miſſum, vt huic Concilio nomine eius intereſſet, tamen vt illum interciperent viginti duas triremes, & aliquot naues Turcicas longas minores, ſiue Liburnicas inſtruxerunt, itaque transfretationem neceſſariò diſtulimus, vt coactis maioribus viribus ſine periculo nauigaremus. Hæc certè magis legitima excuſatio noſtræ moræ, quam cum vellemus, ſecundùm quam alijs iudicandum permittimus, ſint ne ad Concilij vtilem celebrationem admodum animati, qui iſta perpetrant, ſi adiungatur alia, de quibus Sua Sanctitas frequenter fuit admonita, & ea vos non latere exiſtimamus. Expectabat etiam Sua Maieſtas, vt ingenuè id, quod res eſt profiteamur, explicationem nonnullorum à Sanctiſſimo D. N. de quibus ſcripſerat, quæ videbantur à Sua Maieſtate, priùs expedienda eſſe, quàm quiſquam huc ab illo mitteretur; illis etſi reſponſum non eſt, tamen ne ſuis partibus argui poſſet, multum ſibi pollicens de opinione, quam de ſua Sanctitate concepit, ſperans illam officium ſuum impleturam, nos huc mittere voluit. Dabimus, & apertiùs teſtimonium Cæſareæ voluntatis pollicemur, illam, quod ſæpè coram per literas, ſuoſque Miniſtros obtulit adfuturam, niſi præter voluntatem ſuam impediatur. Si tamen huius Concilij celebratio ita inſtituatur, vt res tam ſancta Suę Maieſtatis præſentia debeat promoueri, tùm etiam Præſules miſſuram, eoſque, qui celebran-

brando Concilio è ſuis Regionibus intereſſe debent, modò illis tutò accedere liceat, quod profectò hactenus non licuit, fractis crudeliter in hac nouiſſima inuaſione Regnorum Suę Maieſtatis legibus contra eos, qui immunes à vi bellica eſſe debuerant; quamobrem Sua Maieſtas nobis commiſit, vt illos excuſaremus, & illorum nomine ſignificaremus, paratiſſimos ſemper futuros, vt ſuo officio ſatisfaciant. Vt autem abſoluamus, pauciſque, quę dicturi eramus, concludantur, venimus Reuerendiſſimi, Ampliſſimique Patres, maxima qua id fieri potuit, celeritate, habemus à Sua Maieſtate mandata ampliſſima, parati nunc ſecundùm ea, eius nomine Imperiali, & Regio Catholico, & nomine Regnorum eius, & Prouinciarum ei ſubditarum ad omnia, quæ ad celebrationem Concilij videbuntur pertinere, ne quidquam prætermittatur eorum, quæ Imperatoria, & Regia dignitas, totque Prouinciarum adminiſtratio, & moderatio illam obligat adiuuante Spiritu ſancto Paracleto, qui & afflictam Eccleſiam ſuam, Rempublicam Chriſtianam, conſolari, & neceſſario pharmaco recreari, & à malis, quibus circumſepta eſt, liberare ſua, immẽſa bonitate, & ineffabili miſericordia, dignetur.

,, [Quibus dictis, & fine facto loquendi, petie-
,, runt lectionem fieri mandati Cæſarei, vigore
,, cuius dicebant ſe comparere. Quod quidem
,, mandatum lectum fuit, & illius tenor talis
,, eſt, videlicet:

Oratorum Imperatoris ad Concilij mandatum.

,, 3 Carolus V. diuina fauente clementia
,, Romanorum Imperator Auguſtus, ac Ger-
,, maniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Hie-
,, ruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c.
,, Rex, Archidux Auſtriæ, Flandriæ, Tirolis &c.]
Recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium vniuerſis. Cùm primis votis ſemper expetiuerimus in publica adminiſtratione ita verſari, vt voluntatem, & ſtudium, nobis nunquam defuiſſe, omnes intelligerent, tractandis ijs rebus, quæ ad Reipublicæ Chriſtianæ, ſtudio partium, & diſſenſionum in Religione penè labefactatam inſtaurationem, & ſalutem pertinerent, & ad reducendum illam, & reuocandam ad Chriſtianam, & firmam concordiam. Cuius rei ampliſſimum dant teſtimonium ſuſcepta iam toties magno cum ſumptu, ſummoque labore ad id itinera, & quotidianæ noſtræ actiones, quibus illum ſcopum conſtituimus. Exiſtimamus hoc tempore nobis diligentem nauandam operam, in quo Beatiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus, D. Paulus Diuina Prouidentia Pontifex Maximus vniuerſale Concilium Tridenti kalend. Nouembris proximis celebrandum indixit; cui intereſſe cuperemus, & ipſi præſentes totoque conatu ea promouere, quæ ad publicam vtilitatem pertinere exiſtimaremus. Sed cùm præſens rerum ſtatus id non patiatur, decreuimus Oratores noſtros eò mittere, qui vices noſtras gererent. Hinc eſt quòd nos confiſi de probitate, pio zelo fidei, Religioniſque ſtudio, morum integritate & in tractandis rebus experientia, & fide, Illuſtriſſimi, & Venerabilium Nicolai Peronotti Domini à Granuela Cõſiliarij noſtri ſupremi, Rerum Status Viceſgerentis, & Oratoris noſtri generalis ad Germaniam, & Italiam, Lon Ioannis Fernandez Marip Marchionis Anguillaræ, Antonij Peronotti Epiſcopi Atrebatenſis, & D. Didaci de Mendoza Conſiliariorum noſtrorum, & deuotorum, & fidelium dilectorum, eoſdem coniunctim, & ſeparatim fecimus, creauimus, conſtituimus, & ordinauimus, atque ex nunc, tenore præſentium, ex certa animi noſtri ſcientia, & omnibus alijs melioribus modo, via, iure, & cauſa, quibus validiùs, & efficaciùs poſſumus, & debemus, ſolemniter facimus, conſtituimus, & ordinamus noſtros veros, certos, legitimos, & indubitatos Oratores, & Mandatarios; dantes eis, & cuilibet ipſorum in ſolidum, amplam facultatem, & poteſtatem, vt ipſi quatuor, tres, duo, aut vnus ipſorum, nomine noſtro, in dicto Concilio vniuerſali comparere, in omnibus ſeſſionibus noſtrum locum, vt Oratores, & Mandatarij noſtri habere, res, & negotia Religionis, & fidei, & alia quæcumque in prædicto Concilio tractanda, vnà cum alijs Statibus Reipublicæ Chriſtianæ; eorumue Legatis, Oratoribus, & Mandatarijs conſultare, agere, & tractare, illiſque omnibus, & per omnia adeſſe, conſilium, votum, decretũ noſtro nomine dare, impartiri, & interponere, aliaque omnia tractare, procurare, agere, concludere, & exercere debeant, & poſſint, quæ ad Dei gloriam, fidei vnionem, & exaltationem, & Reipublicæ Chriſtianæ honorem, commodum, & augumentum pertinere, Concilio expedire viſa fuerint, & quæ nos ipſi agere, tractare, & procurare poſſemus, ſi præmiſſis omnibus, & ſingulis perſonaliter intereſſemus, etiamſi talia eſſent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quàm præſentibus eſt expreſſum; ponentes idcircò præfatos Oratores, & Mandatarios noſtros, quoad prædicta, in locum, & vicem perſonæ noſtræ, promittentes in verbo noſtro Cæſareo, nos habituros ratum, & gratum, quidquid per ipſos Oratores & Mandatarios noſtros, aut tres, duos, aut vnũ ipſorum ad modum prænarratum, actum, procuratum, & geſtum fuerit, dolo, & fraude penitùs ſemotis, harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appoſitione munitarum. *Datum in Ciuitate noſtra Barchinonæ die XVIII. Octobris, anno Domini MDXLII. Imperij Noſtri XXII. & Regnorum Noſtrorum XXVII.*

Carolus.

4 Perlecto eo mandato Dominus de Granuela, ſuo, & aliorum Oratorum nomine, flagitauit, vt tabulæ publicæ conficerentur, comparuiſſe ipſos coram Legatis, & excuſaſſe cur tardiùs veniſſent ipſi, ac Pręſules, non poſſent accedere, ſeque ad publicam rem Chriſtianam tuendam, augendamque, & celebrandam Synodum paratiſſimos obtuliſſent, ni moto à Rege Chriſtianiſſimo bello diſtraherentur. X. Ianuarij MDXLIII. ſignificauit Nicolaus Granuelanus, proximo die ad Norimbergenſem Concilium profecturus Cardinali Morono, Religionis res in Germania in dies collabi, Ratisbonam recenter defeciſſe, in Lotharingia Metim, & alia circumiecta loca deſciuiſſe, de Belgio quoque formidari, ne à Catholica fide excideret, licet Regina Maria pro ea Prouincia in officio continenda omnem operam collocaret: cuncta in exitium prona videri; omnem tamen laborem pro Ratisbona, & Metis, ad officium reuocandis apud Romanorum Regem, & Bauariæ Principem, & Lotharingiæ Duces, pro Belgio apud Reginam Mariam contuliſſe; Imperatorem pietate Chriſtiana excellere, mentemque optimã gerere: ſe præcipuè Concilij promouendi cauſa miſſum, ac ſi iuſſerint Legati, Tridenti moraturum: rediturum verò ex conuentu Norimbergenſi (ſi literis redire à Legato fuerit iuſſus) Concilium omninò neceſſarium, atque à Cæſare arden-

Tom. 10. de Concil. m.s. Arch. Vat. fig. n. 3197 p. 11. & 12. Ex Italia. Granuellanus de Concilio diſcedit.

Digitized by Google

ardentibus votis exambitum: ab eo Præſules Hiſpaniæ delegatum iri ad Concilium, ſi tuta fuerint itinera: Galliæ Regem captum detinere indignè Valentinum Archiepiſcopum, cum maxima Sedis Apoſtolicæ, & Chriſtianæ Religionis iniuria: Epiſcopis Gallis liberi commeatus ſyngraphum datum iri, modò non alia, quàm quæ ſpectant ad Concilium pertractent: Cardinalem Moronum optimè conſcium eſſe, quantis precibus Comitia Imperij vrſiſſent Cæſarem, vt Eccleſiaſtica diſciplina inſtauraretur, vtque ille de ea reſtituenda tùm Lucæ, tùm Romæ cum Pontifice egiſſet: mirari, nullum Romæ, nullum in Italia effectum operis conſequutum: ſi in Germania rem perficere non poſſet, non videri admodum alienum à ratione, vt non emendatis Romanæ Curiæ corruptelis, ſe Concilio opponeret, hæc dici ex ſummi cultus in Sedem Apoſtolicam, obſeruantiæque officio. Queſtus etiam eſt de Galliæ Rege, qui Turca concitato Regem Romanorum, Germaniamque in diſcrimen adduceret.

Reſponſum illi à Legato eſt, inſtaurandæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ nauatam in Italia fuiſſe anno ſuperiore, tùm in Germania operam Pontificio nomine: Principes verò Lutheranos Eccleſiaſticis obſtitiſſe, nè Eccleſiaſtica Iuriſdictio exerceretur, ac Sacerdotes, nè emendarentur, ſubornaſſe, vt deficerent ad Lutheranos; atque ideò Pontificem reſtituendæ diſciplinæ prouinciam ad Concilium reiecisſe, vt ex Pontificio diplomate conſtat. Cui ſubiecit Granuellanus, eripiendam Concilio occaſionem nouandarum rerum, atque adeò maculas priùs eluendas.

5 Addunt Acta Cæſareos Oratores Tridento receſſiſſe, cùm ardente grauiſſimo bello dari operam Concilio celebrando non poſſe aſſererent. Non his deterriti ſunt Legati Pontificij à cœptis, ſed ad cogendum Concilium animos, vireſque obfirmarunt, tùm monuere Pontificem, decretum Norimbergæ conceptum fuiſſe ex formula decreti Ratisbonenſis, Cæſaremque pollicitum Ordinibus Imperij, ni 18. Menſium flexu Concilium generale, aut Nationis Germanicæ Synodus celebretur, Conuentum Imperialem coactum iri, in quo de Religionis rebus decernatur, id verò tempus proximè effluxurum, cùm tamen nondum Concilium inchoatum ſit, Granuellanum in Germaniam proficiſci, vt Germanos in concordiam redigat ad Turcarum, Gallorumque molimina retundenda: vim facere Lutheranos, vt Concionatoribus ſuis prædicandi Lutheriſmi, diffundendæque hæreſeos facultas concedatur, atque vtraque ſpecies laicis, coniugia verò Sacerdotibus permittantur: at Pontifex promouendi Concilij ſtudio Cæſarem ex Hiſpania venientem conuenire decreuit, vt illum ad pacem cum Gallo flecteret. Hæc pia celebrandi Concilij ſtudia cùm ſtrenuè nauata à Pontifice accepiſſet Sigiſmundus Poloniæ Rex, gratulatus Paulo eſt, illum non iam ampliùs verbis, ſed operibus Lutheranorum fingentium Pontificem defugere Concilium, & auerſari, calumnias obterere, cui reſpondit Paulus, ſe pro conciliandis Regibus, ad Cæſarem in Italiam acceſſurum proficiſci decreuiſſe; rogauitque, vt Polonos Præſules ad Concilium Tridentinum mitteret

Tom. 10. de Concilio m. s. Arch. Vat. fig. num. 3197. p. 13.

Pontifex iterum cũ Cæſare vult conuenire, ideò Bononiam petit.

6 Impeditis militum copijs itineribus continebant ſe in ſuis Eccleſijs Epiſcopi, ne militari licentia ſpoliarentur, ac Tridenti infrequentes erant cœtus, ad quos augendos, iterum Paulus encyclicis literis Præſules vrſit, vt ad Concilium ſe conferrent. Ne denique vllas pro congregando Concilio diligentiæ partes prętermitteret Pontifex, Cæſarem, ac Ferdinandum Regem vehementiſſimè vrſit, vt Præſulibus darent imperia, vt præſentia ſua Concilium cohoneſtarent, ac publicam Eccleſiæ ſalutem quibuſuis priuatis commodis, ac periculis anteferrent: at Cæſar licèt ſentiret ægerrimè Epiſcopos Tridenti congregatum iri, tamen Pontificis poſtulatis aſſenſit; nec diſſenſit Ferdinandus, quem rogauit Paulus, vt Præſules, qui conuentus Norimbergenſes adierant, impelleret, vt ad Tridentinum Concilium proficiſcerentur.

Epiſcopi propter bella Tridentum non accedunt, & Paulus eosdenuò inuitat.

7 Conceptæ ſunt ijſdem ſententijs literæ ad Ludouicum Palatinum Rheni Electorem, quo etiam argumento tùm ad Ferdinandum, & alios Principes, & Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & Nobiles Viros in Norimbergenſi conuentu congregatos extant conceptæ literæ, quas Otho Truchſes Baro Walpurgenſis detulit, quibus ſignificauit, tres Legatos Cardinales Tridenti conſiſtere ad celebrandum Concilium, ad quod vt ſe conferrent peramanter contendit, ob tardiores enim Germanorum Præſulum moras, aliarum Prouinciarum remotiorum Præſules hactenùs retardatos fuiſſe.

Sollicitat Pontifex Principes, vt Concilio faueãt.

Miſiſſe Ferdinandum ad indictum Concilium Tridentinum Oratorem Franciſcum è Caſtello Alto tradunt eiuſdem Concilij Acta, necnon Germaniæ Epiſcopos Procuratores ſuos ad illud decreuiſſe, ſed non admiſſos, cùm Epiſcopi ſuo ipſi munere in re grauiſſima perfungi deberent.

8 Pellicere paterno ſtudio conatus etiam eſt Pontifex Heluetiorum Zuinglianorum Proceres, vt cùm iam ante poſt aduerſa illa prælia, quibus à Catholicis, quos vi opprimere affectabant, fracti fuerant, conſenſiſſent diſſidia omnia de Religione permittenda Concilio Oecumenico, decretoriamq; illius ſententiam ſe excepturos ſpopondiſſent, redintegrandæ veteris concordiæ occaſioni pręclariſſimæ non deeſſent, ſeque ad eos paterno ſinu complectendos paratiſſimum amantiſſimè exhibuit.

9 Interea Pontifex Bononiam appulit pro ineundo cum Cæſare colloquio, in qua Vrbe XI. Maij deſignauit pro conſtituendis rebus Concilij Reuerendiſſ. DD. Decanum de Monte Guidiccionum, atque Creſcentium, & de Sancto Syluestro Cardinales, quibus tres alios addidit, videlicet de Grimanis, de Sancta Cruce, & de Corteſio. Et die XV. in Congregatione generali decreuit, vt Reuerendiſſimus Pariſius Legatus ad Sacrum Concilium ex Tridento Bononiam ſe conferret pro rebus nonnullis cum eo communicandis, quæ ad Concilium ſpectabant.

Promouebat eo ardentiùs indicti Tridentini Concilij celebritatem Pontifex, quò Lutherani graſſabantur dolis, & omni contentione conuenticulum Germanicæ Nationis cogere ambiebant, vt in eo ementita reſtituendæ priſtino nitori Eccleſię ſpecie Religionem turpiſſimè deformarent, & Catholicos ab Apoſtolicę Sedis obſequio diuellerent: vehementiſſimè verò illi à Concilio Tridentino ex omnium gentium Epiſcopis cogendo abhorrebant: Catholici verò Præſules ob Cęſaris, Gallorumque Regis bella Tridentum accedere detrectabant.

M. S. Car. Spad. fig. num. 133.

10 Imperator verò ex Hiſpania diſceſſurus, ante omnia Philippum filium, eius nominis Se-

Cæsar Philippum filium Hispaniæ Regem declarat,

eundum, agentem sextum decimum ætatis annum, Hispaniæ Regem appellarat, & totius Regni Ciuitatum Oratores illi sacramento obstrinxerat: præfeceratq; illi ad regendos mores, molemque negotiorum tractandam Couos prudentia singulari conspicuum: militare verò copiarum Imperium supremum Ferdinando Toleto Albæ Duci contulerat, fœlicique nauigatione vsus Genuam affecto iam Maio applicuit. Ad quem humanioribus officijs prosequendum Genuam primùm à Pontifice missus Alexander Farnesius Cardinalis, vt refert Angelus Massarellus,

11 Cùm autem hoc eodem tempore Bononiæ Pontifex moraretur, certior redditus, Imperatorem non esse Bononiam accessurum, vt cum eo congrederetur, consilium in Consistorio à Cardinalibus petijt, an esset consentaneum, vt se ad Imperatorem conferret, cùm ille Bononiam venire abnuisset, & decreuerunt, hoc non decorum fore. Sed cùm postea Cardinalis Sadoletus, priùs absens, Bononiam venisset, cuius sententiam magni Pontifex faciebat, denuò res in consultationem adducta fuit, quam tamen contractam hac lege temperarunt Cardinales, nisi spes meliores certioresque sanciendæ pacis ostenderentur: tùm enim vt Pontifex ad Imperatorem accederet, sese assensuros. Contraria autem fuit sententia Cardinalis Sadoleti; videlicet vt omnimodè Pontifex se ad Imperatorem conferret, quare eius rationibus auditis, Pontifex, & etiam Cardinalium Collegium in eius sententiam descenderunt. Sed audiamus ipsum Cardinalem loquentem in Epistola ad Paulum
„ Sadoletum. [Postridiè, qui fuit sexto Idus
„ Iunij, Senatus iterum vocatus est, causa
„ conuocandi fuit, quod cùm superioribus die-
„ bus fuisset de consilij sententia decretum, si
„ Cæsar Bononiam venire recusaret (properare
„ enim dicebat, nec spatium habere, longè ab
„ itinere declinandi) vt nè vlteriùs procederet
„ Pontifex, sed vel illum Bononiæ exciperet, vel
„ si id non contingeret, inappellatum abire pateretur, cùm tamen, si quid in congressu agendum esset, id mittendis Nuntijs facilè posset
„ sarciri. Ratio autem ita decernendi fuerat,
„ quod videbatur hoc dignitati & grauitati Sedis Apostolicæ maximè non conuenire, simul-
„ que ætatem Pontificis pergrauem tot itinerum
„ laboribus obijci non placebat; ergò, Hæc
„ eadem ipsa res iterum adducta est in disceptationem, placeret nè vltrà procedere, nec-ne?
„ Nam Cæsar quidem Parmæ se ostenderat cum
„ Pontifice libenter conuenturum: hic quinque
„ ante me rogati in sententia pristina manse-
„ runt, cum exceptione tamen, nisi certa spes
„ aliqua de pace esset oblata, quæ iter suaderet,
„ tùm enim ire oportere censuerunt. Ego roga-
„ tus contrariam sententiam dixi, de valetudine,
„ & incolumitate corporis, ad Pontificis iudi-
„ cium reieci. Dignitatem in eo dixi positam,
„ si quæ vtilia, & commoda Reipublicæ Chri-
„ stianæ essent, agerentur, hanc vnam me agnoscere, neque aliam præter eam vllam in Eccle-
„ siasticis hominibus dignitatem. (Hoc vtinam
„ consilium tam salubre Ecclesiæ benè percipe-
„ retur!) Inquirere certam spem in ijs rerum
„ euentibus, quos suæ potestati Deus reseruas-
„ set, non esse nostrum, velle, & conari bona,
„ quæ in nobis essent, ad nos id pertinere, me
„ tamen sperare, cùm Cæsar & tempus anni, &

Summe est prudentiæ pollicere se diuinæ prouidentiæ,

„ Pontificis ætatem, laboremque conspexisset, habiturum illam officij rationem, & ad pacis
„ consilia, si non promptè (quod tamen ipsum à
„ tanto Pontifice expectandum non esset) attamen inductum pudoris stimulis faciliùs de se
„ peracturum in hac quidem re suadenda, & plùs
„ effecturum esse præsentem Pontificem, quàm si
„ absens per Nuntios hæc eadem ageret. Postremò, vel hac vna ratione necessariò dixi
„ proficiscendum, vt rumores hominum com-
„ primerentur; erat enim sermo latè dissipatus,
„ ortas esse Pontifici cum Cæsare simultates,
„ quare si fuisset colloquium denegatum, non
„ sine periculo alicuius suspicionis vlteriùs ho-
„ minum mentibus opinio insedisset. Hac à me
„ sententia dicta, ab omnibus deinceps in eandem est descensum. Itaque Parmam venimus,
„ herique Pontifex ingressus Vrbem est.]

12 Nonnulli maleuolentia suffusi piam Pontificis mentem in sinistram interpretationem detorsere, quasi profectionem hanc suscepisset affecta ætate, non ad pacem inter Reges conciliandam, ac rem Christianam restituendam, sed ad priuata familiæ commoda consectanda: sed hanc suspicionem aduersam, inanesque calumnias ità refellit inter alios Cardinalis Sadoletus. [Illud
„ mihi maximè molestum est, quòd non potest
„ persuaderi hominibus, ex hoc congressu aliud
„ quippiam quæri, nisi priuatum aliquorum
„ commodum. Itaque mira iactantur in vul-
„ gus, quæ vobis quidem audita esse arbitror.
„ Ego, quoquo animo fuerint alij, integrum me
„ quidem ab omni labe seruabo.

13 Cùm igitur Paulus consilium Cardinalis Sadoleti sequutus, ab alijs Cardinalibus approbatum, ad Imperatorem accedere statuisset, mox atque Parmam peruenit, duos Legatos Petrum Paulum Parisium, & Marcellum Ceruinum Cardinales ad Imperatorem misit, qui de colloquio inter Pontificem Cæsaremque ineundo pertractarent. Itaque Vigesima prima Iunij Pontifex ingressus est Castrum Buxeti, ibique cum Imperatore per tres horas collocutus est; nec non quatuor sequentibus diebus. *MS. Arch. Vat. pag. 86.*

14 Incubuit summo studio in ijs colloquijs Pontifex, vt Cæsari, Hungariæ, & Ferdinandi Fratris pericula in oculis collocaret, miserereturque gentis de re Christiana, deque Germania optimè meritæ, quæ duobus sæculis Turcarum alluuiones suis ceruicibus sustinuisset, subacta Hungaria arsuram breui barbarico incendio Austriam nisi æquissimis de pace propositis conditionibus assentiretur. Concilium etiam Oecumenicum Gallico bello disturbatum iri, Lutheranorumque potentiam ciuili Catholicorum Regum bello, ita auctum iri, vt Cæsarem breui contemptura esset. At Cæsar cum Anglico Rege tunc fœdere iunctus flecti ad concordiam non potuit, itaque pacem abnuente Cæsare Pontifex postulauit, vt postquam ipse hortando nihil profecisset, Cardinales de concordia, & Christianæ Reipublicæ commodo verba facturos audire, minimè grauaretur. Cùmque id Cæsar honori Senatus tribuisset, paulò post vocatis Cardinalibus, Marinus Grimanus eius Ordinis Princeps hæc inter alia fatus est.

„ Patere generosè, pieque Cæsar, vt si quid
„ prædurum in intimis sensibus obcalluit, id to-
„ tum Christiana pietate molliatur, honestissi-
„ mis siquidem, nominique maximè decoris

Paulus Iouius lib. 43.

„ con-

Oratio Cardinalis Grimani, qua Cæsarem ad pacem hortatur.

,, conditionibus, quas prudentum, & Reipublicæ amantiſſimorum hominum iudicio deſcriptas dudum perlegiſti, Rex Gallorum petit, affinitatem, opes, copias offert: occupata reſtituet, vt Mediolano tua liberalitate, beneficiarijque iuris nomine recuperato, communem hoſtem barbarum coniunctis armis perſequatur: vt nihil porrò, vel occultæ fraudis, vel parùm ſinceræ fidei pertimeas (qui nihil vnquam inuicti animi fretus altitudine timere didiciſti) cuncti ferè Principes inita ſocietate fœderum ſponſores, vadeſque aderunt, vt iuſtis armis ſanctas pacis leges, iuraque omnia tueantur: hanc à Te pacis conditionem ante alios orat Carolus Allobrogum Regulus innocentia tantùm ſua depulſus Regno, & quod longè miſerrimum videtur, per ſeptem annos ancipiti duorum propinquorum iniuria fatigatus. Hanc item Veneti tanquam ex fœdere debitam repoſcunt; eandem Regna perpetuis tributis eneruata, tuorumque præſertim, ac hoſtium rapinis crudeliſſimè diuexata ſuppliciter eflagitant: valeant aliquid, obſecro Cæſar, fraterna pericula, Hungarorum ſupplicantium lachrymæ, Senatus preces, valeat ipſa Sacroſancti Pontificis authoritas, pijs, atque optimis nunquam ſpreta Regibus, vt Chriſtianus Orbis luctu, miſerijs, & Barbarorum metu liberatus poſt impetratam tuo incomparabili munere pacem, atque concordiam fœcundiſſimè refloreſcat.

15 Attamen Cæſar flecti nequaquam potuit: ideòque tantam Chriſtianorum calamitatem Iacobus Sadoletus ob Caroli, ac Galliarum Regis diſſidia exortam ità deplorauit.

Iacobus Sadoletus lib. 16.

,, 16 Cùm noſtri Principes, qui maximè tueri, & regere Chriſtianam Rempublicam deberent, nihil videantur ſibi habere propoſitum, niſi exitium, & euerſionem earum ipſarum Nationum, quarum præcipuè ſalus à præpotente Deo illorum eſt fidei commendata, & credita. Cùmque ea illi ſola conſilia exquirant, quę ſibi ipſis (omiſſa conſideratione Reipublicæ) arbitrantur vtilia, in quo falluntur quidem, ſed doctorem, monitoremque non recipiunt, ſeque ita gerunt, vt quaſi mercede à Barbaris hoſtibus Chriſtiani nominis conducti, operam illis ipſis in profligandæ re Chriſtiana ſtrenuè ſtudeant nauare.] Delectus conciliandæ pacis conſilio Pontifex, ac miratus rationem, & ſtudium æquitatis, & veræ gloriæ decus, Chriſtianæque rei ſalutem Cæſaris animum ad bella propenſum minimè inflectere, deploranſque Concilium Oecumenicum celebrari non poſſe, Cęſare in Belgium per Germaniam contra Gallos properante, nè Præſules in pericula grauiora, obſeſſis milite itineribus, conijceret, & operam, & auctoritatem fruſtra perderet, indictum Concilium Tridentinum ſuſpendit, vt refert Maſſarellus. Conceptæ ſunt eæ literæ ſubiectis verbis.

☞ *Paulus, &c. Ad futuram rei memoriam.*

17 Quàm enixè nos ſemper Oecumenici, & generalis Concilij celebrationem concupiuerimus, & quo propterea ſtudio, & animi ſolicitudine huic rei, ac inter Chriſtianos Principes paci, & concordiæ incubuerimus, tot labores per nos, præſertim cùm ea de cauſa Niciam nos contulimus, ſuſcepti, tot Nuntij, & Legati ad eoſdem Principes propterea à nobis miſſi, tot ſuper ea re à nobis ad illos datæ literæ, toties per nos denique indictum Concilium huiuſmodi, torque Prælatis, & alijs, qui ad illud venire tenentur, vt omninò accederent, tranſmiſſa mandata, & hortationes reddunt teſtimonium veritatis. Concilium enim ipſum Mantuæ primùm, deindè Vicentiæ, ad quam propterea tres à Latere noſtro ex Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium numero Legatos miſimus, & nouiſſimè Tridenti per noſtras literas ſub data Romæ apud Sanctum Petrum XI. Kal. Iunij anno Incarnationis Dominicæ MDXLII. in quibus ne idem referamus, cur in Mantuana, & Vicentina Ciuitatibus præfatis Concilium huiuſmodi celebrari nulla ratione valuerit, explicauimus, ad Kal. Nouembris, quæ proximè præterierunt, incipiendum, & proſequendum, & Domino adiuuante ad ipſius laudem, & gloriam, & Chriſtiani totius Populi ſalutem, abſoluendum indiximus, annuntiauimus, & conuocauimus ex omnibus locis, tàm Venerabiles Fratres noſtros Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, quàm Dilectos filios Abbates, & alios quoſcumque, quibus iure, aut priuilegio in Concilijs generalibus reſidendi, & ſententias in eo dicendi permiſſa poteſtas eſt, requirentes, hortantes, & admonentes, ac eis in vim iuramenti nobis, & Sedi Apoſtolicæ præſtiti, & virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub certis, tunc expreſſis pœnis mandantes, vt ipſimet, niſi fortè iuſto detinerentur impedimento, aut per ſuos Procuratores, & Nuntios huic Sacro Concilio omninò adeſſe, & intereſſe deberent: necnon Chariſſimos filios noſtros Carolum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Regem Chriſtianiſſimum, cæteroſque Reges, Duces, & Principes Chriſtianos, nè Dei cauſam, & negotium deſererent, ſed ipſimet ad Sacri huiuſmodi Concilij celebrationem venirent, & ſi venire non poſſent, ſaltem Viros graues, Legatos, cum auctoritate, qui perſonam Principis ſui & prudentia, & dignitate in Concilio poſſent referre, mitterent; curarentque, vt ex ſuis cuiuſque Regnis, & Prouincijs Epiſcopi, & Prælati, ſine tergiuerſatione, & mora ad Concilium proficiſcerentur: rogauimus, & obſecrauimus, ſperantes Oecumenici Concilij celebrationem huiuſmodi, ad quam pro agri Dominici purgatione ſæpè antea deuenire (vt præfertur) fruſtra conati eramus, & ſaltem tempore, Dei benignitate & clementia, omninò ſucceſſurum eſſe: literiſque noſtris prædictis publicatis, cum poſtquam Nuntios noſtros ſpeciales pro pace inter dictos Principes tractanda deſtinaueramus, odia, & ſimultates inter eoſdem Principes augeri.

Et iam cùm ab vnoquoque eorum per alterum ab Inducijs noſtro interuentu Niciæ inter eos factis diſceſſum eſſe prætenderetur, arma tractari, & bellum nouari cerneremus, duos ſummæ auctoritatis Viros, inter cætera animi ornamenta, pacis ſtudioſiſſimos, S.R.E. Cardinales à Latere Legatos ad eoſdem Carolum Imperatorem, & Franciſcum Regem miſimus, qui ipſis noſtro nomine, in quanta pericula ex eorum diſcordijs vniuerſa Reſpublica Chriſtiana Domini noſtri breui eſſet ventura, exponerent, eoſque per viſcera Ieſu Chriſti ad pacem inter ſe mutuò complectendam, & Rempublicam Chriſtianam à tot, tantiſque imminentibus periculis liberandam, quàm maxi-

Angelus Maſſarel. in actis m.s. Conc. Trid. m.s. Vatic. fig. 3188. p. 70.

Suſpensũ Concilĩ ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. *Extat etiam in m.s. Arch. Vat. fi. n. 3190. pag. 19. incip. Etſi cunctis, & in m.s. fig. 3232. pag. 29.*

Concilĩ differt Paulus ob bella inter Cæſarem, & Regem Galliæ.

maximè possent, hortarentur: ac appetente iam die, pro quâ, vt præfertur, Concilium indixeramus, cùm in eodem proposito, & desiderio illud omninò celebrandi persisteremus, Dilectos filios nostros Petrum Paulum Sanctæ Balbinæ Parisium, & Ioannem Sancti Vitalis Moronum Tituiorum Presbyteros, & Reginaldum S. Mariæ in Cosmedin, tunc SS. Nerei, & Achillei Diaconum Polum nuncupatos S.R.E. Cardinales nostros, & dictæ Sedis Legatos de Latere summæ virtutis, doctrinę, & auctoritatis Viros, ad ipsam Ciuitatem Tridentinam, vt Episcopos, Prælatos, & alios ad Concilium venientes exciperent, atque ea, quæ ad Concilij celebrationem huiusmodi necessaria essent, seù opportuna facerent, destinauimus: necnon quamplures ex eisdem Prælatis singulis ad illos nostris datis literis admonuimus, vt frequentes Concilio huiusmodi interesse vellent.

Demùm cùm spe pacis per prædictos Legatos nostros inter eos componendæ ex ijs, quæ ab eisdem Legatis acceperamus, penitùs destituere-mur, nè quod reliquum erat in facultate nostra, omitteremus, prefatos Carolum Imperatorem, & Franciscum Regem diuersis nostris ad eos datis literis admonuimus, & hortati sumus, vt pro concilianda inter eos aliqua concordia nobiscum in aliquo commodo loco, ad quem, ætati nostræ non parcentes, nos profecturos esse pollicebamur, conuenirent; vtque desiderium nostrum pacis, colloquij, & Concilij celebrationis huiusmodi re ipsa comprobaremus, è nostra propria Sede profecti Bononiam venimus, vt motis, quod sperabamus, per appropinquationem nostram ipsorum Principum animis, concordia, statui, celebrationique ipsius Concilij securiùs, & feruentiùs instari, & fluctuanti Reipublicæ Christianæ aliquod salutare remedium afferri posset; iterumque post aduentum nostrum huiusmodi Prælatos præfatos per diuersas alias nostras literas admonuimus, vt exemplo quamplurium Prælatorum, qui ex Vrbe nostra ad locum Concilij de mandato nostro se contulerant, ad illud accedere ampliùs non tardarent.

Cùm autem dicti Carolus Imperator, & Franciscus Rex, suorum Regnorum, & Dominiorum tuitioni intenti, cui se propter vrgentia inter ipsos bella vacare oportere asserebant, nobiscum conuenire recusauerint; ac licèt postmodum Petrus Paulus, & Ioannes, ac Reginaldus Cardinales, & Legati prædicti, pro prædicto Concilio ad dictam Ciuitatem accesserint, ac inibi sex menses & vltra, non sine aliqua dictæ Sedis indignitate, expectando permanserint; nihilominùs præter eos, qui ex Alma Vrbe, vt præfertur, venerant, admodum pauci Prælati inibi conuenerint: quinimmò sicut Prouinciarum diuersitas affert, diuersimodè se excusauerint, & alij bellorum motus, alij itinera non tuta, ac viarum pericula, alij alia impedimenta obtulerunt; nos propterea prædictos Petrum Paulum, & Reginaldum Cardinales, & Legatos, vt ab eis, quo in statu res essent, & quid super celebratione Concilij sperari posset, intelligeremus, accersiuimus. Cùmque eundem Carolum Imperatorem Germaniam petere, & per Italiam iter facturum esse intelligeremus, nos apud eundem Carolum Imperatorem, cum quo in Oppido Busseti conuenimus, tàm per nos ipsos, quàm per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales, qui tùm nobiscum aderant, pro pace huiusmodi omni cura, & diligentia (quod etiam cum præfato Francisco Rege non minori studio antea pluribus literis egeramus) institimus, cùm verò nihil hactenus proficere potuerimus, & à Petro Paulo, & Reginaldo Cardinalibus, & Legatis prædictis, ac ex præfati Ioannis Cardinalis & Legati; necnon cæterorum Prælatorum in dicta Ciuitate Tridentina existentium literis, quorum ferè singulorum super ea re sententiam exquisiuimus, cognouimus (& nos ipsi clarè perspicimus) vigentibus tot in locis inter eosdem Principes bellis, ac immanissimo Turcarum tyranno, cum validissimo exercitu Hungariæ Regnum inuadente, eiusque copiosa, & munitissima Classe iam Mare inferum ingressa, cuius conatibus, quantum vires nostræ, licèt impares, suppetent, resistere, vt tenemur, intendimus, non posse ad præsens, Domino, forsan ob peccata nostra, sic permittente, nostram super huiusmodi Concilio intentionem impleri; quinimmò eandem actionem Concilij in aliud opportunius, & commodius tempus, quo dignitas, & frequentia Concilio, & Reipublicæ Christianæ præsentior salus afferri possit, differendam esse; sperantes ex Dei bonitate, & misericordia post tenebras lucem, & aliquando tandem, quod breui futurum speramus, & optamus, Concilium ipsum celebrari posset; volentes interim generalem Christianorum defensionem à periculis propter Infidelium Mare, & Terras infestantium impetus imminentibus, quantum in nobis erit, procurare, & Almæ Vrbi Sedi nostræ, ac Orbis Capiti, omniumque perfugio, quæ nobis ab ea diutiùs absentibus ob ipsorum Infidelium incursiones non leue periculum subire posse, nostra præsentia, quod necesse est, cæterisque præsidijs succurrere, ac conscientijs, & commoditatibus Prælatorum, qui ad ipsum Concilium venire tenentur, ne propter ipsius Concilij celebrationis inchoationem, molestia, aut incommodo afficiantur, paterna charitate consulere; habita super ijs cum eisdem Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorum consilio, & assensu celebrationem Concilij huiusmodi, vsque ad aliud opportunius, & commodius tempus per nos declarandum, Apostolica auctoritate tenore præsentium suspendimus, & suspensum esse nuntiamus, ac pœnas contra Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alios in posterioribus literis indictionis Concilij huiusmodi comprehensas, & inflictas, vsque ad tempus prędictum, quo Concilium ipsum omninò prosequi intendimus, relaxamus: necnon eosdem Petrum Paulum, & Reginaldum Cardinalem, & Legatum præfatum ab eodem Concilio ad nos, & Sedem prędictam reuocamus, & Prelatis in eadem Ciuitate occasione Concilij huiusmodi existentibus, indè vsque ad tempus per nos declarandum prędictum, quo eosdem Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, ac alios in literis posterioris indictionis Concilij huiusmodi comprehensas sub periurij, ac alijs in eisdem literis contentis pœnis, Concilio prædicto, iuxta formam ipsarum literarum, adesse, & interesse voluimus, recedendi licentiam concedimus, decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his à quocumque quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, &c. Nulli ergò, &c. *Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ MDXLIII. Pridie Nonas Iulij Pontificatus nostri anno IX.*

Ex-

Digitized by Google

18 Extant de extracto in aliud commodius tempus Concilio, Pontificis ad Moguntinum, Treuerenſem, Salisburgenſem, Bremenſem, Gneſnenſem, Biſuntinum Archiepiſcopos encyclicæ literæ, quibus etiam dedit imperia, vt Clerum ſacris precibus pro Diuina placanda ira, extinguendiſque ciuilibus Chriſtianorum bellis incumbere iuberent.

Paul.III. lib. breu. anno 9. pag. 306.

,, Tibi memoranda ad hoc duximus, vt & tuis ,, poſtes Suffraganeis ſignificare, te, & illos hortantes, vt veſtri Cleri ieiunijs, & orationibus ,, Diuinam iram placare ſtudeatis, quo ſublatis ,, præſentibus impedimentis, tranquillitateque ,, temporum reſtituta, celebrationem ipſius Con,, cilij vniuerſalis tàm ſalutarem, ac neceſſa,, riam, quantociùs reſumere, & proſequi Deo ,, fauente poſſimus. *Datum Bononiæ die X. Iulij MDXLIII. Anno IX.*

Diſſoluendi porrò Concilij indicti præcipua, & arcana cauſa hæc fuit, quòd Præſules Germaniæ apud Pontificem de non adeundo Concilio ſe excuſarint, Lutheranorum infidorum metu, ne dum illi Concilio gladio ſpiritus certaturi intereſſent, Lutherani ferreo gladio eorum Vrbes inuaderent, ad quos coërcendos pax eſſet neceſſaria, vt Reges impiorum inſidias, & contumaciam armis frangere, & retundere poſſent, quæ Pontifex Sigiſmundo Poloniæ Regi, necnon conſumptos in iungendo cum Cæſare colloquio, illuſtri quidem & pia conſcientia, ſed votorum impote irritos labores ſignificauit.

Regi Poloniæ.

Paul.III. lib. breu. anno 9. pag. 301.

19 Chariſſime, &c. Sperantes fore, vt Dei miſericordia noſtras actiones coadiuuante aliquid in proximo colloquio, quod cum Sereniſſimo Cæſare habuimus, ad concordiam inter eum, & Regem Chriſtianiſſimum proficere, Tuamque Sereniratem tanquam optimum Principem; & ergà publicam vtilitatem ſemper optimè animatum eo Nuntio lætificare poſſemus; ſed factum eſt noſtris, & Populi Chriſtiani peccatis, vt omnem laborem & vię, & operę noſtrę fruſtra inſumpſerimus, nec quidquam, vel ad ipſam concordiam, vel ad frequentationem vniuerſalis Concilij Tridentini indicti, quod noſtræ perſonæ appropinquatione frequentius nos reddituros credebamus, proficere potuerimus; nam quamuis Legati noſtri, tot iam menſibus, cum nonnullis Prælatis hinc à nobis profectis, Tridenti expectauerint, vt cęteri Prælati, præcipuèque ex vicina Germania, & locis ei propinquis conuenirent, tamen pauciſſimi, ac ferè nulli conuenerunt, ſed alij propter bella inter Chriſtianos Principes vigentia, alij pro diuerſitate Prouinciarum alijs de cauſis, nonnulli ob vicinitatem Lutheranorum ſuas Eccleſias tutò deſerere, ac perſonaliter ad Concilium venire non poſſe ſe nobis excuſarunt. Quamobrem nos conſiderantes, id quod omnibus manifeſtum eſt, in tanta perturbatione rerum, tantoque concurſu bellorum tùm terreſtrium, tùm maritimorum, quibus vniuerſa Chriſtianitas, ſicut Tua Maieſtas audire potuit, hoc miſerabili tempore concutitur, cùm ſuas omnes curas ad ſua quiſque vel à Fidelibus, vel ab infidelibus defendenda conuertere cogatur, impoſſibile eſſe, ipſum vniuerſale Concilium nunc celebrari, propterea meliora tempora expectare coacti ſumus. Interea Prælatorum ad Concilium non venientium conſcientias vlteriùs illaqueatas non tenere, noſtramque Vrbem, Sedem, & Statum temporalem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui ſanè aduentu Claſſis Turcarum per mare

Expoſitæ cauſæ diſſoluti Cõcilij.

Tyrrhenum, haud procul noſtro Statu nunc vagantis, ſunt maximè perterriti, noſtro reditu, ac præſentia firmare, & tueri (quamquam inuiti) decreuimus, itaque re maturè perpenſa, ac diù deliberata, tandem de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, celebrationem ipſius Concilij vniuerſalis, eouſque ſuſpendimus, donec per Dei clementiam meliora, & ad id aptiora ſe offerrent tempora, quæ ab eodem Deo nobis quamprimùm concedi, & optamus, & humiliter petimus. Hęc autem omnia licèt ex alijs noſtris generalibus literis propediem ſub plumbo expediendis pleniùs apparitura eſſent, Tuæ tamen Serenitati particulariter ſignificanda duximus, vt & ipſam rem noſſet celeriùs, & facti noſtri ratio ei conſtaret, quam illi vt amantiſſimo filio noſtro, & pientiſſimo Regi ſperamus, & cupimus probatam eſſe. *Datum Anconæ XXI. Iulij MDXLIII. Anno IX.*

20 In eandem etiam ſententiam ſcripſit Pontifex Ducibus Bauarię, Religionis Catholicę pręclariſſimis defenſoribus, nec colloquio Buxetano concordiam, aut frequentiores Concilij Tridentini cœtus promouere potuiſſe ſignificauit, atque adeò in meliora tempora actiones Concilij extractas fuiſſe, ſeque, ob terrorem Romæ iniectum à Turcica Claſſe hærente in finitimis eius littoribus, ad Vrbem ſua præſentia confirmandam proficiſci.

Dilectis filijs Nobilibus Viris Willelmo, & Ludouico Bauariæ Ducibus, &c.

Paul.III. libro breu. anno 9. pag. 300.

Cùm nos, quas ob cauſas noſtra Sede relicta Bononiam veneramus, nihil proficere potuiſſemus, nec circa concordiam Chriſtianorum Principum, nec circa frequentationem ipſius Concilij Tridenti indicti, cùm & pauciſſimi Prælatorum, etiam quos Principes eorum conuenturos nobis promiſerant, conueniſſent, eorumque alij ob bella inter Chriſtianos Principes vigentia, alij pro diuerſitate Prouinciarum alias ob cauſas, nonnulli ob propinquitatem Lutheranorum ſuis Eccleſijs timentes, ad ipſum Concilium perſonaliter venire non poſſe ſe nobis excuſaſſent, Nos animaduertentes (id quod omnibus manifeſtum eſt) in tanta perturbatione rerum, tantoque concurſu bellorum, tùm terreſtrium, tùm maritimorum, quibus vniuerſa Chriſtianitas hoc miſerabili tempore concutitur, omneſque ſuas curas ad defenſionem propriam conuertere cogitur, impoſſibile eſſe, ipſum vniuerſale Concilium nunc celebrari. (*Et infrà*) Coacti etiam neceſſariò ſumus Almam Vrbem noſtram, Statumque Sanctę Romanę Eccleſię ex Turcarum Claſſe, quæ nunc etiam in propinquioribus Vrbi, & Statui noſtro locis hæret, perterritam, noſtra pręſentia confirmare, & tueri. Ob hæc omnia, quę nemini eſſe poſſunt dubia, re diù, ac maturè penſitata, & deliberata, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctę Romanę Eccleſiæ Cardinalium conſilio, celebrationem ipſius Concilij vniuerſalis eò vſque ſuſpendimus, donec per Dei clementiam meliora, & ad id aptiora ſe offerent tempora, &c. *Datum Anconæ XXI. Iulij MDXLIII. Anno IX.*

Conſentiunt dictis, quæ memorat Ioannes Cochlæus de indicto Concilio Tridentino ob bella ciuilia dimiſſo.

Io. Cochl. in actis & ſcriptis Lutheri.

,, Fuit eodem anno (inquit) indictum à Summo ,, Pontifice generale Concilium ad Ciuitatem Tri,, dentinam, quo tres miſit Cardinales Legatos, ,, quoniam verò propter bella, quę inter Poten,, tiſſimos erant Monarchas, perpauci Epiſcopi

,, comparuerunt, reuocatis Romam Legatis ſu-
,, ſpenſum eſt ad tempus Concilium illud.
,, Cochlæus Tridentum ad Concilium Wratiſlauia proficiſcens, dum Campidunum vſque
,, peruenisſet, comperit ibi ſolutum eſſe conuen-
,, tum indictæ Synodi, & vidit ibidem die XV.
,, Iulij Cęſarem ex Italia cum exercitu tendentem
,, in Germaniam inferiorem aduersùs Ducem
,, Cleuenſem, qui ab eo ad Regem Franciæ defe-
,, cerat, atque Ducatum Gueldriæ occupauerat,
,, ac multa Brabantinis damna (Cęſare abſente)
,, intulerat, quem Cæſar intra paucos menſes vi-
,, ctum, ac ſubiugatum pro innata clementia ſua
,, rursùs in gratiam recepit.]

Cochleus in dictis, & ſcriptis Lutheri.

21 Additque Cochlęus, grauiſſimum offendiculum pijs hoc tempore iniectum ab Hermanno Archiepiſcopo Colonienſi, qui ad Lutheranam
,, impietatem ſceleratiſſimè deſciuit. [Bucerus
,, impia fraude Colonienſi inſinuatus Archiepi-
,, ſcopo Hermanno (qui natalibus Comes erat
,, à Vueda) grauiſſimam ſuſcitauit inter illum,
,, & Clerum eius diſcordiam in Religione. In-
,, duxit enim illum in Lutheri hæreſim, reclamante fruſtra non ſolùm Reuerendo, & Illuſtri
,, Capitulo Maioris Eccleſiæ Colonienſis, ſed
,, etiam Vniuerſo Clero totius Ciuitatis, totaque
,, Vniuerſitate Colonienſi.] Præfuerat Hermannus multis annis Archiepiſcopatui Colonienſi multa cum laude, atque etiam Synodum ad excindendas Lutheranæ impietatis propagines celebrarat, ab Aulicis verò corruptus, ac delitijs ſenſim eneruatus, cùm ſacrarum literarum, & Theologiæ ſcientiæ imperitus eſſet, ſpecie componendorum Religionis diſſidiorum, à Bucero (Apoſtata tribus inceſtis nuptijs infami) faſcinatus, & in rabidum lupum ex Paſtore verſus, omni contentione oues à Chriſto illius curæ commiſſas dilaniandas Lutheranis obiecit, excitis in Prouinciam Bucero, & Melanchthone Hæreſiarchis, & alijs flagitioſa, & impia eloquentia clariſſimis Concionatoribus, ad quod ſcelus, præter libidinum lenocinia, abripi ſe ſinit cœca mentis perturbatione, & vlciſcendi cupidine: nam cùm præter Colonienſem Archiepiſcopatum, etiam alios Epiſcopatus Mindenſem, Oſnabrugenſem, & Monaſterienſem, opibus florentiſſimos, conjunxiſſet, necdum his ſatiata eius auaritia, alia opima Sacerdotia exambiret, quæ ipſi, violato aliorum iure permitti non poterant à Pontifice, violato ſacramento Pontifici præſtito, impiè rebellauit, conditaque intùs venena effudit, in literis enim parænęticis ad eum datis hæc verba deſcripta fuere, licet lenitatis ſtudio, poſtea indu-
,, cta linea obliterata ſint. [Superbia, & ira-
,, cundia aduersùm nos inflatus, non ob aliam
,, cauſam, quàm quia iuſtitiam, qua totus
,, Orbis regitur, contra te ſuper certis beneficijs
,, Eccleſiaſticis adminiſtrari paſſi fuimus, propte-
,, rea odium tuum ad Dei offenſam, Religio-
,, niſque detrimentum conuertiſti, eodem enim
,, tempore, quo de iuſtitia contra te decreta
,, reſciuiſti, Lutheranos ad te vocaſti, vt ſic te
,, contra nos vlciſcereris.

Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis in hæreſim Lutheranam lapſus.

22 Porrò mox atque de impia hac Colonienſis Archiepiſcopi defectione certior factus eſt Pontifex, Senatum Colonienſem, & Clerum illius Vrbis ad conſtantiam in fide orthodoxa defendenda hortatus eſt ineunte Februario.

Senatui Colonienſi.

Cùm ex hac plena ſolicitudinum, & curarum ſpecula, in qua nos Deus Omnipotens hoc tempore collocauit, hunc infœlicem ſtatum inclytæ Nationis Germaniæ intuemur, quæ olim non ſolùm belli gloria, Principum nobilitate, Imperijque dignitate cæteras Nationes anteibat, ſed quod plùs erat, his omnibus, in vera, & Catholica Religione, & Sedis Apoſtolicæ reuerentia, nulli Prouinciæ, aut Regno cedebat, nunc pluribus in ſancta fide diſſenſionibus in partes confracta, & miſerabiliter diſciſſa eſt; magnum ſanè dolorem capimus, & eius damnis, tanquam nobiliſſimæ Chriſtianorum partis, permouemur, nec ſanè in hoc tàm noſtras, & dictæ Sedis iniurias attendimus, à cuius reuerentia, ſicut à fidei obedientia multi beneficiorum eius obliti receſſerunt (Mater enim omnium, & Magiſtra fuit) quàm contaminatum fidei Catholicæ ſenſum, ablatum Dei ſanctis honorem, cultum ipſius Dei imminutum, perſecutionem Cleri, & Religioſorum, Moniales anteà Deo dicatas, mox Monachis nuptas, ſpoliatas Eccleſias, & per hæc irreparabilem tot animarum iacturam dolore, quo debemus, comploramus. In his autem noſtri animi vulneribus non leuem ex eo conſolationem recipimus, gratiaſque Deo Omnipotenti agimus, quòd eius clementia ipſius Germanici corporis non minimam partem adhuc incolumem præſtitit, multos nobiliſſimos Principes, multaſque inſignes Ciuitates integras ab hac labe conſeruando, quorum in numero veſtram inprimis eſſe eò magis gaudemus, quo ſemper illa Apoſtolicam Sedem ſpeciali ab ea affectu dilecta ſpecialiùs coluit, & venerata eſt. Quamobrem, etſi omnium Eccleſiarum generalem curam, veſtræ tamen peculiaris gerimus, veſtramque conſtantiam præteritam dignis in Domino laudibus commendamus, vos filij hortamur, vt ſollicitè cauentes ſecundùm Apoſtolum, nè quis vos ſeducat, prouidèque attendentes, non eſſe in Catholica Religione ſine Eccleſiæ auctoritate quidquam recipiendum, præſertim quod vniuerſali Eccleſiæ, & tot ſæculorum obſeruantiæ aduerſetur, in ea, quam à Patribus accepiſtis, & illi per tot ſæcula obſeruatam ab Eccleſia vobis per manus tradiderunt, fide, ac Religione, ſolita conſtantia perſeueretis, certi, quòd Deus, & Dominus Noſter Ieſus Chriſtus ſicut promiſit, cum Eccleſia, & fide Petri, pro qua ipſe orauit, vſque in finem Sæculi permanebit, nec iſtę hæreſes, quas, exigentibus peccatis, idem Dominus pullulare permiſit, alium finẽ ſortientur, quàm cæteræ, quas etiam amplioribus niſas viribus videtis eodem Auctore Domino extinctas. *Datum Romæ I. Februarij MDXLIII. Anno IX.* Extant alię eodem argumento ad Clerum datę literę.

Paulus III. lib. breu. an. 9. pag. 55.

Paulus hortatur Colonienſes ad perſeuerandũ firmiter in fide Catholica.

Capitulo, & Clero Colonienſi.

Dilecti filij ſalutem. Etſi mirabiles ſunt hoc tempore elationes maris, cùm mundanarum tempeſtatum fluctus aduersùs Eccleſiam iſthic grauiſſimè intumeſcant, tamen ſperare filij debetis, quòd idem Dominus, qui nunc (exigentibus peccatis) Eccleſiam ſuam agitari procellis, & fluctibus concuti permittit, tandem ſuæ miſericordiæ recordatus, ſurgens ventis imperabit, ac mari, nec ad poſtremum, aut ſuos deſeret, aut permittet impios de ſua iniquitate gloriari, qui licèt de ſuis ſuperbiant exceſſibus, recordari tamen deberent de exitu, ac fine cæterarum hæreſum, & quod nihil eſt infęlicius peccantium fęlicitate, Nos quidem ſicut nouit Dominus, & vos etiam audire potuiſtis, nulla in parte officij noſtri defuimus hactenus, aut in præſentiarum deſumus, tùm in ſuadenda Chriſtianis Principibus concor-

Paul. III. lib. breu. an. 9. pag. 48.

Digitized by Google

cordia, è qua omnium Status dependet, tùm in promouendo, quantum nos facere poſſumus, Vniuerſali Concilio, quod Tridenti in ipſis Germaniæ portis ob id maximè indiximus, vt per illud vnà cum multis alijs Chriſtianitati ſalubribus veſtra præcipuè pax, & tranquillitas conſtitui poſſet, cui ſanè rei quamuis validus adhuc obſtet diſcordiæ ventus, nos tamen quantum vndique efficere poterimus, tanquam Pater pro filijs, & Caput pro membris, noſtramque rem agentes, omni noſtro ſtudio verè, ac ſincerè (quidquid alij dicant) intendemus. Interea filij dilectiſſimi, donec tempus miſerationis Domini adueniat, quod breui fore ſperamus, ad eum in tribulatione clametis, & ſicut Dei miniſtros in ſortem eius vocatos decet, conſtanter in ipſius ſancto ſeruitio, atque in vero fidei Catholicæ ſenſu perſeueretis, &c. *Datũ Romæ I. Febr. MDXLIII. Anno IX.*

23 Monaſterienſem pariter, Oſnabrugenſem, & Mindenſem Clerum, datis vigeſima ſecunda Martij literis, ad induendos in aduerſis fortes animos, ſpemque in Deo, qui concitatam impiam procellam eſſet ſedaturus, collocandam excitauit: monuitque, nil infelicius eſſe temporaria peccantium fœlicitate; tùm exeunte Martio, Senatum Monaſterienſem meritis laudibus extulit; qui cùm ſolicitaretur ab eorum nequiſſimo proditore Pſeudo-Epiſcopo ad Lutheranam impietatem amplectendam, miſſis ad eum Theologis, monuere, impiè ſentire cum Lutheranis deſineret, ac ſi in flagitio perſtaret, interminati ſunt de præficiendo ſibi meliore Epiſcopo operam non intermiſſuros.

Capitulo, & Senatui Monaſterienſi.

Paulus III. lib. breu. anno 9. pag. 197.

Benedictus Deus, & Pater Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui nos in tribulatione noſtra conſolari nuper dignatus eſt, & vobis talem animum, & in fide Catholica conſtantiam conceſſit, perfuſi enim ſumus gaudio audientes, quòd cùm Veſter Epiſcopus prauis, vt dicitur, eorum, quos circa ſe habet, conſilijs, potiùs quàm ſua voluntate ductus, vobis proponi feciſſet de Lutheraniſmo recipiendo, ſeù quadam noua ordinatione aſſumenda, vos filij, Capitulum, oblito ſuum munus Epiſcopo, Veſtrum recordati, Præpoſitum, & Scholaſticum ad ipſum Epiſcopum miſiſtis, cum eo nomine veſtro, ac totius Patriæ expoſtulantes, viriliterque requirentes, vt ſuum Paſtorale officium rectè ageret, alioquin cogeremini de opportuno remedio, melioreque Antiſtite cogitare, qua veſtra fortitudine animaduerſa, impij illorum conatus, tanquam ad ſolidam, & firmam petram allîſi reiecti fuerunt. Agimus igitur Deo Omnipotenti pro vobis gratias, ei enim honorem reddidiſtis, & fidem ſeruaſtis, proficientes vobis ad meritum, & alijs ad exemplum, vtinamque hanc, & veſtram (fili Senatus) pietatem cum eodem Capitulo conſpirantem ſicut laudibus proſequimur, ita pro meritis aliquando remunerari poſſimus, nunquam certè ex animo, & memoria noſtra deponemus, quandoquidem non dubitamus, ex hoc veſtro facto confuſos fuiſſe improbos, confirmatos dubios, bonos meliores effectos, atque hæc quidem veſtra laus tanto maior eſt, quanto rarior, caput enim aliàs regere ſua membra conſueuit, vos membra caput veſtrum rexiſtis, nutanſque tenuiſtis, nè rueret, capiteque conſeruato totum Eccleſiæ corpus in iſta Ciuitate, & ditione conſeruaſtis, vndè nunquam veſtra conſtantia apud homines delebitur, nec apud Deum ſuo præmio fraudabitur. Quo igitur fœliciùs agerent Ciuitates Germaniæ infelices ab Eccleſiæ corpore nunc auulſæ, ſi veſtram pietatem imitarentur, quid enim boni hæc nouatio Religionis eis attulit, niſi effuſionem ciuilis ſanguinis, Turcarum roborationem, Germanorum debilitatem? Nunc autem miſerè quid agunt? Quid cunctantur? Cur ad Concilium, quod tantopere inſtabant, non accedunt? Ecce illud Tridenti indictum, ac propinquum habent, Epiſcopiſque, & omnibus expoſitum patet, cur ſuas rationes eò non deferunt, ſi illis confidunt? Sin diffidunt, cur in illis obſtinatè cum tanta ſuæ patriæ iactura perſeuerant? Sed ad vos filij reuertimur, quos meritò, vt peculiares noſtros, & Eccleſiæ filios complectimur, vos hortantes per eum, qui in vobis habitat, Dominum Ieſum, vt in fidei Catholicæ, veſtrique officij conſtantia perſeueretis, & ad modicum ſuſtineatis, ſperantes quod ipſe, qui pro fide Petri orauit, & vobis cum ſuis fidelibus vſque ad conſummationem ſæculi ſe futurum promiſit, non dabit in æternum fluctuationem iuſtis, ſed permiſſa Sathanæ ad tempus euagandi poteſtate, probatis per tentationem fidelibus, pacem breui reddet, aduerſarijs verò veſtris eundem exitum, quem antiquarum hæreſum fuiſſe legitis, tribuet, ſicut diſparia veſtra, & eorum merita poſtulant. *Datum Bononiæ XXX. Martij MDXLIII. Anno IX.*

Monaſterienſes ad fidem Catholicam illibatam ſeruandã hortatur Paulus.

24 Licèt Sacerdotum Ordo, ac Senatus impijs Hermanni Pſeudoarchiepiſcopi molitionibus conſtanter aduerſaretur, plures tamen inſtabiles animę, illius, ac Lutheranorum laqueis irretitæ, à fide Catholica turpiter deſciuerunt, ruptiſque clauſtris, proterui Monachi, & laſciuæ Moniales ad inceſtas nuptias (ementita coniugij ſpecie) prouolarunt, tùm Lutherani rabulæ blaſphemas voces, & conuitia contra Religionem orthodoxam liberè in pluribus Vrbibus effuderunt, qua triſti fama accepta Pontifex iterum incunte Iunio Colonienſes Canonicos de fractis ſceleratis Hermanni Apoſtatæ conatibus, & pluribus finitimis populis in Sacroſancta vetere Religione confirmatis commendauit. *Sup. in comment. hoc anno.*

Colonienſes in fide Catholica conſtantes.

Dilectis filijs Canonicis Maioris Eccleſiæ Colonienſis.

Dilecti filij ſalutem. In tanta animi noſtri ſollicitudine, ac dolore, quam pro noſtro officio ex væſania Archiepiſcopi veſtri capimus, valdè nos conſolatur fortitudo, ac pietas veſtra, qua illi talia molienti, vos non modò non conſenſiſſe, verùm etiam viriliter reſtitiſſe audiuimus, quod ſanè non ſolùm vobis, ſed etiam conuicinis Populis, & Eccleſijs certam ſalutem attulit, niſi enim illius furori, tanto impetu ſe ferenti, veſtra diuina virtus ſe oppoſuiſſet, profectò & iſta inſignis Eccleſia, ac Ciuitas, & illius auctoritatem ſequutæ cæteræ eiuſdem Prouinciæ Eccleſiæ, & Ciuitates Deo amiſſæ nunc eſſent, &c. *Datum Bononiæ I. Iunij MDXLIII. Anno IX.*

Paul. III. lib. breu. anno 9. pag. 230.

25 Refert Surius in commentarijs admonitum officij à primarijs Cleri Colonienſis viris Hermannum, cui inter alia propoſitum eſt S. Ambroſij exemplum, qui iuſſus à Valentiniano Imperatore Auxentium Arianum in Eccleſiam Mediolanenſem inducere ita reſpondit. *Abſit à me, vt tradam Chriſti hæreditatem.* (& infrà) *Faciat, quod Imperatoris eſt, Imperator. Prius eſt, vt animam mihi, quàm fidem auferat.* Tùm ſubiunxere, *Scio vulnera hæc, quæ pro Chriſto excipimus, non vulnera eſſe, quibus vita amittitur, ſed propagatur,* [Sic te

Amb. to. 5. libr. 5. poſt epiſt. 32.

Baron. to. 4. annal. an. 387. num. 4.

Hermannus Apostata admonitus officij.

quoque Reuerendiſſime Princeps, ac Domine Lutheranis, & Zuinglianis ſuggeſtoribus, & conſultoribus peſſimis reſpondere decuiſſet: Abſit, vt ego hęreditatem Patrum Sanctorum Seuerini, Cuneberti, Brunonis, Hereberti, Peregrini, Annonis, & omnium rectò fidelium Epiſcoporum Anteceſſorum meorum, qui per tot Collegia, & Monaſteria, quæ ſuo ære, & labore fundauerunt, cultum, & laudem Dei, & Sanctorum eius memoriam, ac veneratione adauxerunt, tradam in manus tam rapacium luporum, ac publicè damnatorum Hæreticorum, qui Eccleſiarum Collegiatarum, & Monaſteriorum hoſtes ſunt nefandiſſimi. Quis Prædeceſſorum meorum vnquam ita fecit? Tali ſanè reſponſo ſeruares bonam ad Deum conſcientiam, bonam fidem Chriſto Principi Paſtorum, cuius tibi commiſſæ ſunt ouiculæ, debitam erga Summum Pontificem, & Romanorum Imperatorem Dominos, & Superiores tuos, obedientiam, atque fidelitatem, apud exteras nationes Chriſtianas laudem, apud Clerum, & populum Colonienſem, qui tot iam annis vnanimi tecum conſenſu iſtas perditionis damnatas ſectas abominati, ac deteſtati ſunt, beneuolentiam priſtinam, atque præcaueres infinita in plebibus Chriſti ſcandala, quæ de hoc facto tuo non ſine multorum gemitu audiuntur.]

26 In defendenda Religionis cauſa coniunxere ſe Colonienſi Clero Senatus & Conſules Colonienſes, quos Paulus Pontifex ob conſtantiam in tuenda fide Catholica, & pia monita defectori Archiepiſcopo ſuggeſta, vt ab immani flagitio quo ſe deuinxerat reſipiſceret, merita laude ornauit, hortatuſque eſt, ne Bucerum & alios impios concionatores, hæreſeos virus ad perdendas animas diffundere paterentur.

Solicitati ad conſtantiam Coloniēſes.

Dilectis filijs Burgimagiſtris, & Senatui Colonienſi.

☞

27 Veſtra illa pietas, & conſtantia ſemper laudata, & in ore omnium celebris, nuper ſplendidiùs fulſit, cùm veſter Archiepiſcopus, ſi is hoc nomine iam dignus eſt, corrupta ſua Diœceſi, etiam Ciuitatem veſtram corrumpere, atque à veteri fide, & vſu Catholicæ Eccleſiæ auertere conatus eſt, ei enim & viriliter reſtitiſtis, & poſtmodum non deſtitiſtis, omni ſtudio, & diligentia ſuadere, vt à tanto ſcelere deſiſteret. Benedictus igitur Deus Pater miſericordiarum, & totius conſolationis, qui nos in tribulatione conſolari dignatur, qui ſi hoc tempore (peccatis ita exigentibus) permiſit venena, etiam antidota nobis conceſſit. (*Et infrà*) Quapropter vos filij hortamur, & per Dominum Ieſum, qui in vobis nunc habitat, rogamus, vt in cœpta pietate, & conſtantia perſeueretis, modis omnibus prouidentes, atque impedientes, ne Bucerus, & Lutherani Concionatores, nunc in vicinis locis rugientes, & quærentes quem deuorent, in veſtra Ciuitate prædicare, aut populum ſeducere poſſint, &c. *Datum Bononiæ I. Iunij MDXLIII. Anno IX.*

Paul. III. lib. breu. an. 9. pag. 217.

☞

Confirmati etiam fuere ijdem Coloniæ Magiſtratus Cęſareis literis, vt fidem Catholicam tuerentur, ſtrenuèque Lutheranis obſiſterent, quod cum ſumma laude ab ijs perfectum eſt, vt licèt Lutherani mille artibus Colonienſium conſtantiam expugnare pertentarint, impia tandem eorum molimina irrita conciderint, vt narrat Surius his verbis,

„ 28 [Moguntia, Cæſar, dat literas ad Senatum Colonienſem, quibus eorum laudat in„ fide Catholica conſtantiam, quòd non ceſſe„ rint quibuſdam Concionatoribus, qui eos à „ Catholica Religione auertere modis omnibus „ attentarint, hortatur, vt perſeuerent, & po„ pulum in officio contineant. Idem ferè ſcri„ bit ad illos etiam Pontifex Paulus III. Senatus „ itaque conuocato populo mandat, vt his edi„ ctis pareant. Dici vix queat, quot dolis, quot „ cuniculis, quot modò occultis, modò aper„ tis machinationibus malus Dęmon per ſuos „ Adminiſtros hanc Vrbem, multis nominibus „ longè celeberrimam, conatus ſit ab vna vera „ Catholica fide in iſtos deterrimos, & pugnan„ tiſſimos noui Euangelij errores abducere, „ quibus tota iam ferè Germania miſerè pe„ rijt, ſed (quæ Dei eſt ſingularis benignitas) „ nihil hactenus efficere potuit, Senatu pru„ dentiſſimo, & grauiſſimo diligenter inuigi„ lante, ne homines peſtilentes voto ſuo potiri „ queant. Multæ ſunt artes Cacodęmonis, & „ habet ille ſuos ſatellites, qui vbi vident, nihil „ aperto bello poſſe conſequi, vertuntur ad in„ ſidias, transferunt ſe in Angelos lucis nihil „ niſi pacem, & pietatem præſeferunt, donec „ hac perniciosiſſima ſimulatione apud incau„ tos, præclaræ cuiuſdam exiſtimationis, ma„ gnæ pietatis, non dubiæ integritatis famam „ ſibi concilient. Tùm verò ſenſim virus effun„ dunt ſuum, & ſub pietatis prætextu, etiam „ illos non rarò à Catholicæ Eccleſiæ pace, & „ vnitate auellunt, quos neque Lutherus, ne„ que alij omnes ex profeſſo Eccleſiæ hoſtes euer„ tere potuerunt. Vigilandum eſt igitur omni„ bus, quibus ſempiterna animarum ſuarum „ ſalus cordi eſt, ne circumueniantur à Satha„ na. Habet, ſemperque quandiu hic ſtabit „ Orbis, habebit ſuas laudes eximias inclyta „ & præclara Colonia Agrippina, quòd tam „ multis in Germania, ab auita, eademque „ ſanctiſſima Religione deficientibus, ipſa „ conſtantiſſima permanſit, nec eam fidem, & „ Religionem puerili leuitate ſibi deferendum „ putauit, quam longè ante mille annos acce„ piſſet, & in hunc vſque diem à ſanctis Maio„ ribus ſuis integra fide, velut per manus ſibi „ tradita, religioſè conſeruaſſet, licèt ſæpè in„ credibilibus aſtutiſſimorum Sathanæ ſatelli„ tum fraudibus & technis, armis, & machi„ nis oppugnata. Orandus autem eſt Deus, vt „ eandem etiam deinceps (vt benè ſperamus) „ conſtantiam ſeruet, præſertim cùm nunquam „ ceſſet Sathanas nouos texere dolos, & nouas „ meditari artes, quibus vel tandem etiam con„ ſtantiſſimos expugnet, nec deſint, qui hanc exi„ miam laudem inclytę Vrbi inuideant, quam „ illi tribuit Scriptor quidam vetuſtus, his ver„ bis vſus: Poſtquam fidem ſuſcepiſti Ciuitas „ prænobilis, recidiua non fuiſti, ſed in fide „ ſtabilis.]

Surius in comment. hoc anno. Colonienſium in fide Catholica conſtantia laudatur.

Sur. in comment. ad annum 1547.

Aſſerendę apud Colonienſes Religioni multum profuit Adolphus ex Comitum Schwembergenſium inclyta Proſapia ſatus Archiepiſcopi Coadiutor, ad quem extant ſubiectę Pontificis literę.

29 Quod ad Hermannum infælicem Pſeudoarchiepiſcopum attinet, cùm is in Lutheranorum caſtra transfugiſſet, immane facinus aggreſſus eſt, ipſo enim die Feſto Paſchę, celebrata Germanico idiomate diuina re, populo non expiato ritè, prę-

miſſo

missio Sacrę exhomologescos Sacramento, Eucharistiam sub specie vtraque, contra Ecclesiæ institutа, more Lutherano tradidit, non reputans illud Apostoli: *Probet autem se ipsum homo, & sic de illo pane edat &c.* Lapsum itaque in hæresim Pontifex ex illo impietatis cœno, amantissimis monitis, excitare annisus est, aulisque verborum aculeis, quos rei indignitas expresserat, humanitate pia ad officium aberrantem reuocare conatus est, antequam grauiori censura ex Sacris Decretis illum percellere cogeretur.

Hermanno Archiepiscopo Colonienſi.

☞ *Paul. III. lib. breu. an. 9. pag. 234. Pontifex Archiepiſcopo Colonienſi ſcribit, vt reſipiſcat.*

Venerabilis frater, & ex fama vndique publica, & ex multorum fide dignorum relatione intelleximus, te, licèt pro boni Archiepiscopi, & Principis Electoris officio tuam Diœcesim, & Prouinciam in ea fidei Catholicæ puritate, atque obseruantia, in qua illas à tuis Prædecessoribus acceperas, conseruare, & cum Sancta Romana, vniuersalique Ecclesia in eadem fide consentire debuisses, prout tanto antea tempore conseruaueras, & consenseras, tamen à paucis citrà mensibus repentè immutatum, eiectis orthodoxis, vocatisque Lutheranis Prædicatoribus, introduxisse per eos Lutheranismum in Diœcesim tuam, habitaque etiam per te oratione coram trium Statuum tuæ Prouinciæ deputatis, suasisse omnibus, ac præcepisse, vt ipsum Lutheranismum reciperent, cùmque illi palàm obsisterent, teque orarent, vt ab incœpto tam pernicioso desisteres, nullis nec monitis, nec precibus eorum flecti potuisse, immò in die sancto Paschæ Sacrificium Missæ in lingua Vernacula celebratum, præmissaque publica, & generali tantùm Confessione, & Absolutione, prout in Lutheranis Ciuitatibus fieri consuenit, cætera Lutheranismo congruentia subsequuta fuisse, quæ omnia non solùm in animæ tuæ, & tuæ curæ commissorum perniciem, perpetuamq; tui nominis infamiam, verùm etiam in totius vniuersalis Ecclesiæ, cui tantum præiudicium tua temeritate inferre præsumpsisti, violationem, & offensam manifestam redundarunt, atque eo etiam grauiora fuerunt, quòd nulla aut Senatus, aut populi tui, sicut alibi accidit, tumultuantis, Lutheranismumq; optantis, seditione, ac necessitate compulsus, sed tuamet voluntate, contra Capituli, Senatus, Cleri, & Vniuersitatis egregiè in fide Catholica animatorum, voluntatem, eò maximè tempore hæc ausus es, quo vniuersale Concilium à te, & cuncta Germania tantopere efflagitatum Tridenti in ipsis Germaniæ portis habebas, neminemque ex Germanis Episcopis videbas, qui suam Ecclesiam non viriliter tueretur, multos etiam ex eis admirari poteras, qui potiùs exulare, ac persecutionem pati, quàm Lutheranismum recipere elegissent. Sic Tu, qui exemplum constantię alijs esse debuisses, primus omnium Prælatorum ab vniuersali Ecclesia, & fide Catholica, in qua tanto tempore perseueraras, defecisti, nullamque, nec officij, nec iurisiurandi à te toties in tuis promotionibus præstiti habuisti rationem, quin Deo, & Sanctę Romanę Ecclesię, à qua nunquam offensus, & toties, præsertim in confirmatione tui Archiepiscopatus, vigore cuius etiam Elector Sacri Imperij, & ornatus fueras, ingratus, & repente hostis existens, quo sanè facto, non tu quidem Nobis, aut vniuersali Ecclesię, cum qua se Dominus vsque ad finem sęculi futurum promisit, ac Petri Cymbam, etsi quandoque fluctuare, nunquam tamen mergi permisit, sed tibi ipsi nocuisti, qui in districto Dei iudicio, non solùm de tua, sed de tot millibus animarum, quas tecum perdidisti, rationem redditurus es. Quamuis autem omni nostra humanitate, & gratia te indignum reddideris, tantum facinus attentando, tamen ex benignitate Apostolicę Sedis, antequam ad alia procedamus, præmittere, hęc tecum voluimus Christianę charitatis officium, te etiam, atque etiam hortantes, atque monentes, vt à defossa tibi fouea pedem quàm primùm retrahens, ad vniuersalis Ecclesię gremium, atque consortium reuertaris, nec tantam tibi, ac tuo generi, & cunctę Ecclesię Germanię notam inuras, vt tu, qui vna ex solidioribus columnis es, illam sustentare deberes, eam primus deseras. Vide inquam, quid agas, recole qui sis, memorare quantum Deo Omnipotenti debeas, officium, iuramentumque tuum ante oculos tibi ponas, Coëpiscoporum tuorum constantiam imiteris, prudentique meditatione perpendas, quàm infelices fructus hęc innouatio Religionis in Germania prębuerit, effusionem scilicet ciuilis sanguinis, Turcarum roborationem, Germanorum debilitatem: Lutheranos proinde eijcias, Catholicosque Concionatores restituas, tuosque subditos (sicut optant) in veteri Christianæ Religionis cultu perseuerare permittas, quod si feceris, & illis, & tibi melius consules, sin autem in cœptis perseueraueris, Nos sanè nec nostrum officium, nec tot animarum salutem negligemus, nulloque pacto differemus, ea contra te agere, quæ secundùm Sacros Canones, & Sanctorum statuta Patrum agenda fuerint. *Datum Bononiæ I. Iunij MDXLIII. Anno IX.* ☞

30 Coniunxit cum Pontifice Io: Cochlęus pia studia, vt Archiepiscopum ad mentem reuocaret, at obduruit in perfidia veluti alter Iudas proditor Hermannus Pseudoarchiepiscopus, ac plures ficta, impia, & deformatissima Religionis reformatione, in scelus pellicere conatus est, quem demùm exauctoratum munere Archiepiscopali, & Principatu depulsum visuri sumus. Eodem tempore Bauariæ Principes egregia pro tuenda re Catholica studia explicuere: quorum pietatem Pontifex his literis commendat.

Ducibus Bauariæ.

☞ *Paul. III. lib. breu. anno 9. pag. 135. Commendat Paulus pietatem ergà fidē Catholicā Ducis Bauariæ.*

Dilecti. Reuersus istinc ad Nos dilectus filius Doctor Scotus Ecclesię Armachanę Administrator, ea nobis de singulari vestra pietate, & ad conseruandam fidem Catholicam indefessa constantia retulit, quę semper omnes retulerunt, ipse autem eo particulariùs, ac certiùs cuncta nobis explicauit, quo diutiùs in istis vestris locis ex voluntate nostra commoratus est. Itaque quamuis minimè noua, maxima tamen lætitia affecti fuimus ex eius sermonibus, in quibus, commemoratis multis à vobis piè, fortiterque gestis, & in vestras effusus laudes perfecit, vt & vestra pietas apud nos illustrior, nostraque erga vos beneuolentia fieret cumulatior, quamuis anteà fuisset tanta, vt nihil ad eam addi posse videretur. Agimus igitur, sicut sæpè egimus, Deo Omnipotenti gratias, quòd aduersùs has grauissimas Ecclesiæ fluctuationes, nos amantissimis filijs consolari, ac munire dignatus est, quorum præsidio hanc procellam sustinere possemus, &c.]: addit, mitti eundem Doctorem Scotum vitæ puritate, & doctrina præstantem, cęcitate ipsa admirabilem, vnà cum Claudio Iayo & socijs, vt in Banaria, & germani fratris Salisburgensis Prouincia fidem ☞

tue-

Digitized by Google

tueantur, aberranteſque conuertant. *Datum Placentiæ XIV. Aprił. MDXLIII. anno IX.*

Extant de ijſdem inſignibus viris, pietate conſpicuis, literæ ad Salisburgenſem Archiepiſcopũ, cùm eximijs dotibus ornati, & ad confirmandos in fide orthodoxa Catholicos, & Lutheranos ab impietate ad Eccleſiæ caſtra reuocandos miſſi eſſent.

Archiepiſcopo Salisburgenſi.

Paulus III. lib. breu. an. 9. pag. 133.

Reputantes & meſſem eſſe multam, operarios autem paucos (Scotum Eccleſiæ Armachanæ Adminiſtratorem) ad te, & eoſdem fratres tuos cum Dei nomine, & aliquot facultatibus ei conceſſis, quibus gratuitò ad Dei ſeruitium vti poſſit, remittimus, vt is diuino auxilio, veſtroque fretus fauore, vnà cum dilecto filio Claudio Iayo, quem iſtic reliquit, & alijs ſuis coadiutoribus in tota tua, & eorumdem fratrum tuorum ditione, ac in alijs etiam locis, præſertim circumuicinis, vbi neceſſarium, ac tutum duxerit, opere, verbo, & exemplo, ad ſalutem animarum, correctionem morum, retinendoſque in fide Catholica populos, & aberrantes reducendos, quantum poterit, re prius tecum, & cum alijs Ordinarijs locorum communicata, ſatagat, laboret, & intendat, quædamque etiam tibi ex parte noſtra referat, &c. *Datum Placentiæ XV. Aprilis, MDXLIII. anno IX.*

Orlandin. hiſt. Soc. Ieſu lib. 2.

Claudius Iayus, & Petrus Faber exprimis decem ſocijs S. Ignatij pro fide Catholica laborant in Germania.

31 Fuit porrò Claudius Iayus ex primis ſocijs S. Ignatij, de cuius pijs laboribus in Germania exantlatis memorat Orlandinus, narratque, ab illo multa Ratisbonæ à Lutheranis, tùm à Sacerdotibus concubinarum familiaritate contaminatis, quos à vitijs deterrebat, tolerata, deque eius conſtantia hęc addit. [ipſe verò cùm cruces vndique, & pericula intentarentur, triumphare gaudio cœpit, & minitantibus præruptа Danubij reſpondebat intrepidus, in Cœlum ſe tàm facilè aqua, quàm terra ire poſſe. Nec defuerunt, qui ei aut mortifera exitia venenі, aut ſubitum molirentur exilium: complures tamen viri boni Catholicique, atque inter hos Ciuitatis Epiſcopus in oculis eum ferebant, palamque exaltabant, & quòd tàm conſtanter ille ſe facinoroſis opponeret, & innocentis vitæ ſpeculo, facilitateque permira, haud contemnendos ſuę tolerantię fructus ferret.] Ab hoc, & Petro Fabro, quem Pontifex ex Hiſpania reuocatum in Germaniam proficiſci iuſſit, propagata eſt Societas Ieſu in Germania, ex qua innumeri viri inſignes pietate, & doctrina prodiere, qui Lutheranorum argutias egregiè confutarunt, ſuſceptiſque Gymnaſijs, pro inſtruenda iuuentute, hęreſi, nè latius propagaretur, fortiſſimè reſtiterunt: egebat verò Germania hoc tempore horum piorum Doctorum opera, cùm Ioannes Eckius, & Albertus Pighius acerrimi Religionis Catholicæ propugnatores, Lutheranorumque mallei, hoc ineunte anno, è viuis exceſſiſſent, vt Cochlęus narrat, qui de alijs rebus Germanicis hæc commendat hiſtoriæ.

Cochl. in act. & ſcriptis Lutheri.

32 [Hoc anno rursùs Nurembergæ, abſente adhuc Cæſare in Hiſpanijs, per Regem Romanorum habitus eſt conuentus Imperialis à menſe Ianuario vſque ad Aprilem, cuius Receſſus factus, & publicatus fuit die XXIII. April. Adiuncti fuerunt Regię Maieſtati ad id negotij tres Commiſſarij à Cęſarea Maieſtate, vtpotè Chriſtophorus Epiſcopus Auguſtenſis, Fridericus Comes Palatinus Rheni Dux Bauariæ, & Ioannes de Nauis, quorum primus in illo conuentu Nurembergæ obdormiuit in Domino. Tractatum eſt autem, & ibi pręcipuè de ratione belli aduersùs Turcas gerendi, deque pręſidijs, ſubſidijſque, & conſtitutionibus in tempore conſtituendis. De cauſa verò Religionis nihil aliud conſtitui commodè potuit, niſi vt publica pax vtrique ſeruetur, ne Religionis prætextu vlli vis inferatur, aut iniuria.]

Habiti quidem ſunt in Germania maximi delectus contra Turcas, ſed cùm Germanicæ vires diſtractæ eſſent à Cæſare in Belgium contra Cleuenſem Ducem, & Gallos profecturæ, tùm etiam ob Lutheranorum diſſidia debilitatæ, irriti conatus conciderunt, Turcicumque Imperium (victis Chriſtianis) propagatum eſt à Solymano, de cuius terrifico aduentu in Hungariam Duces Bauariæ Pontificem certiorem reddiderunt, promiſſaque ab eo in colloquio Buxetano quatuor Italorum peditum millia ſubſidiaria expetierunt.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino, D. Paulo III. Sacroſanctæ Romanæ, atque vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici Domino Noſtro Colendiſſimo.

Paul. III: lib. breu. anno 9. pag. 385.

33 Beatiſſime in Chriſto Pater, & Domine D. Colendiſſime. Poſt pedum oſcula beatorum. Redijt hodie ad nos per equos diſpoſitos Bonus Accurſius Gygnæus Conſiliarius noſter, ex cuius accurato ſermone intelleximus ea, quæ nuper à Sanctitate Veſtra Buxetano in colloquio in cauſa orthodoxæ Religionis noſtræ tractata ſunt: quæ quidem omnia cùm ſanctè, & maturè à Beatitudine Veſtra, tamquam Parente optimo, ac pientiſſimo conſiderata eſſe videamus, maximas ſibi propterea & agimus, & habemus gratias, ſummum verò gratiæ largitorem aſſiduè precantes, vt eas ſibi vberiores retribuere dignetur. Quoniam autem Cæſaream Maieſtatem, ipſa id à nobis efflagitante, propediem conuenturi, cumque eaque rem Sacroſanctæ Religionis noſtræ omni fide, ac diligentia tractaturi ſumus, ſingula idcircò, quæ ibi inter nos, ſiuè occurrent, ſiuè concludentur, Sanctitati Veſtræ adamuſſim ſignificare non intermittemus. Cæterùm hac hora certiores facti ſumus, Turcarum tyrannum cum omnibus ſuis copijs Hungariæ Regnum aliquot iam ante dies ingreſſum tripartito exercitu, Auſtriam versùs contendere, vt Viennam magna tormentorum vi, ac mole, atque omni belli apparatu oppugnet; quare Beatitudinem Veſtram eo reuerentiùs, quo poſſumus, comprecamur, velit quatuor illa promiſſa Italorum peditum millia (nulla interiecta mora) eò mittere maturè, ne quid detrimenti eorum tarditate intercipiatur, cuius ſummæ benignitati nos omni humilitate commendamus, & totos tradimus. *Datum in Vrbe Noſtra Landshut die penultima Iunij MDXLIII.*

Eiuſdem Sanctitatis Veſtræ.

Obſequentiſſimi filij, ac Seruitores.
Villelmus vtriuſque Bauariæ Dux &c.

Paul. lib. 9. p. 292. Paul. Iouius. l. 34.

Datam fidem egregiè exſoluit Pontifex, vt Paulus Iouius refert, ac ipſæ Pontificiæ literæ ad Ferdinandum Regem reſtantur.

Regi Romanorum.

Chariſſime. Mittimus ad Tuam Ciuitatem Viennenſem à communi hoſte Turca pro Noſtra virili defendendum quatuor millia delectorum peditum Italorum, quibus regendis dilectum filium Nobi-

Digitized by Google

Nobilem Virum Ioannem Baptiſtam Sabellum, Noſtrum ſecundùm carnem affinem, Noſtræ cuſtodiæ Generalem Præfectum, Virum inſignis virtutis, & auctoritatis, Capitaneum præfecimus, &c. *Datum Arimini XV. Iulij MDXLIII.*

Paulus Iouius. Surius in comment. Iſthuanffy.

34 Non Viennæ oppugnationem meditabatur Solymannus, ſed Strigonium, & Albam Regalem, aliaſque Hungariæ Vrbes expugnare, & Turcico Imperio ſubijcere ambiebat. Primos impetus, immiſſo Duce Amurate, effudit aduersùs Walponium Oppidum ad Drani fluminis ripam poſitum non longè ab Exechio, fœda Auſtriaci exercitus clade iam ante nobilitato, licèt verò Oppidum egregiè munitum eſſet, tamen præſidiarij vim Turcicam non tulere, atque in deditionem ſunt accepti, inde ad Soclos promota Turcica caſtra, pugnatumque eſt acerrimè ab Hungaris, qui irrumpentes Turcas vulneribus debilitatos propulſarunt, demùm Soclenſibus conſternatis, ac muro recedentibus, cùm ſuſtinere hoſtilem impetum non poſſent, in Arcem confugere, cùmque deditionem nuncupaſſent, ad vnum omnes contrucidati ſunt. Tunc exploratis, proniſque omnibus ad victoriam cum vniuerſo terreſtri, nauali que exercitu ad Strigonium expugnandum prouolauit, fugiente Paulo Vardano Archiepiſcopo, ne ſi intercipieretur, horrendo mortis genere interimeretur, quòd à Solymanno ad Ferdinandum defeciſſet. Præerat Vrbi Liſcanus Hiſpanus faſtu quàm belli peritia nobilior, Turcarumque impreſſiones non infœliciter frangebantur ab Italis, Germaniſque præſidiarijs, cùm ſenex Calaber, proditor, tormentorum librandorum arti aſſuetus, ad Turcas transfugit, perfidiæ pudorem obuelans, quòd Ferdinandus Rex ſibi ſtipendia plura non perſoluiſſet, is expugnandæ Turris præcipuè modum barbaros edocuit, qua capta Strigonio potirentur, in qua oppugnanda cùm vires intenderent Turcæ, obſeſſiſque auxiliorum deſperatione animi frangerentur: demùm Liſcanus Præfectus, auro ex continua præda congeſto, prædiues, cùm aurum magis rapto partum ſeruare, quàm Strigonium vellet, vitam, libertatemque pactus, contra militum ſpem, voluntatemque, hoſtem in Vrbem induxit, moxque omni auro, & torque, & ſupellectili exutus eſt, ac dein à Ferdinando ob admiſſum flagitium in cuſtodiam traditus. Solymannus verò Strigonio potitus principem Eccleſiam prophanauit, ac Mahumeticæ impietatis ſuperſtitioni addixit: tùm accitis Buda fabris, atque omni genere militum ad opus coacto, Vrbem firmiſſimis propugnaculis muniuit, adeò vt illius recuperandæ ſpem Chriſtianis adimeret. Inde Barbarus aduersùs Tattam, dictam olim Theodotam, ſigna extulit, atque præſidiarijs extremos cruciatus, ſi vim experirentur, intentauit; at illi ob captum Strigonium terrore perfuſi, deditione nuncupata, mox abeundi poteſtatem accepere, atque à victore fericis veſtibus donati ſunt; mox verò Arx illa euerſa eſt, cum Turcæ diſciplina militari, raris, ſed validiſſimis præſidijs Prouincias contineant: demùm ad Albam Regalem, itadictam, quòd Hungariæ Reges in ea Vrbe Regiũ Diadema accipere ſoliti eſſent, caſtra defixa ſunt, tantuſque terror obſeſſis offuſus eſt, vt quingenti equites Hungari, dicti Vſarones, quòd latrocinijs viuere ſoliti eſſent, includi in Ciuitate detrectarint: abierintque in ſyluas, dumque nimias moras Ferdinandus nectit in ſubmittendo auxiliari exercitu, quòd ærario exhauſtus eſſet, Barbari virgultis, & arena congeſtis, foſſam exequarunt, & propugnacula ſubruere cœperunt, vt demùm licèt Italicæ cohortes virtutis militaris plurima ſigna explicuerint, demùm poſt cladem inſignem acceptam, Albam, vitam, libertatemque pacti Itali, Germanique, reditu ad Ferdinandum impetrato, Barbaro ſe dediderunt. Exultans tanta victoria Barbarus, parta gloria contentus, Viennam progredi non auſus eſt, cùm Pontificiæ cohortes Ioanne Baptiſta Sabello, & Iulio Vrſino Ducibus, Viennam iam peruenisſent, & Ferdinandus Bohemorum, Marcomannorumque auxilijs ſuccinctus, aſcenſuro hoſti occurſurus eſſet, tùm ad Comaram Inſulam aditum in Danubio hoſtili claſſi præſepſiſſet. Diſcedente verò Conſtantinopolim Solymanno, Ferdinandus Rex, qui perditis iam rebus ſerò aduenerat, Autumnalis temporis imbribus impeditus eſt, ne quid Regio nomine dignum conficeret, & qui nimia ambitione pati non potuerat, vt Ioannis Regis filius pacato Regno potiretur, maxima Hungariæ parte in Turcicam ſeruitutem redacta, Auſtriæ timere cœpit.

Solymannus Hungariam inuadit.

Ferdinandi Regis expeditio irrita.

35 Viſus verò eſt Diuino patrocinio in tot aduerſis deſtitui, cùm Sacerdotum Chriſti patrocinium deſereret, quippè Adminiſtri licentię fræna ita laxabant, vt Eccleſiaſticos conculcarent, atque immania etiam ſacrilegia patrarent, de quibus Pontifex ſubiectis literis queſtus eſt.

Regi Romanorum.

Paul. III. lib. brea. anno 9. pag. 31.

Cùm anteà ſolùm temporalis iuriſdictio eiuſdem Cardinalis Patriarchæ (nempè Grimani Aquilegienſis, & Epiſcopi Tuſculani) à tuis Miniſtris perturbata, & moleſtata fuiſſet, poſtea ijdem tui Miniſtri temporali iuriſdictione ab ipſa Eccleſia in totum ablata, & erepta, etiam ſpiritualem iuriſdictionem in eum ſtatum infœlicitatis deduxerunt, quòd in illa Eccleſia tàm inſigni, vt potè Patriarchali, & in qua Tua Maieſtas, & Sereniſſimus Imperator frater Tuus Canonici eſtis, cultus Diuinus ex toto intermiſſus, ac penitùs deſertus eſt: ſiquidem Canonici ipſius Eccleſiæ iniurijs Miniſtrorum Tuorum eorumdem coacti ſunt ipſam Eccleſiam deſerere, in quorum locum milites illam inhabitare, & quadam in parte bruta etiam animalia ſtabulari dicuntur, tùm verò ipſum Sacrarium Euchariſtiæ confractum, & Reliquiæ Sanctorum violatæ, multaque alia attentata in dedecus, & opprobrium Eccleſiæ, & Religionis fuiſſe dicuntur, quę nos nunquam credemus, ſcitu, aut voluntate Serenitatis Tuæ facta eſſe &c. Additæ preces, ne Adminiſtrorum flagitijs conſcientiam Regiam maculari patiatur, & cuncta priſtino ſtatui reſtituat. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum XVI. Februarij MDXLIII. Anno IX.*

Aquilegiẽſis Eccleſia ab eius Adminiſtris conculcata.

Fuiſſe quidem Ferdinandum pronum ad pietatem teſtantur Authores, verùm eius facilitate abuſos Adminiſtros auaritiæ, & rapinis inhiaſſe. Hactenùs de Ferdinandi iacturis, ac Turcicis in Hungaria victorijs, nunc de claſſe Turcica à Solymanno, Duce Barbaroſſa, in interi Maris littora immiſſa agendum eſt.

Paul. Ion. lib. 42.

36 Exciuerat eam in auxilium Franciſcus Gallorum Rex, nulla quidem ipſius vtilitate, immò graui damno, & magnæ Chriſtianorum multitudinis, quæ Turcicis graſſationibus abrepta eſt in ſeruitutem impiorum, calamitate, pluriumque Oppidorum excidio, ac niſi Diuina prouidentia Chriſtianorum miſerta vim Barbatorum auertiſſet, longè grauiora exitia intuliſſet.

Paul. Ion. lib. 43.

Pri-

Primò quidem impetu Rhegium in fretu Siculo, cùm Ciues profugissent, captum incendit, Arcemque tormentis muralibus quati cœptam in deditionem accepit, præsidiariosque, ac plures Ciues, qui in eã perfugerant, seruituti addixit. Inde Brutiorum oris vastatis ad Terracinensium littora delatus, mox Ostiam peruenit circa festum D. Petro Principi Apostolorum dicatum, tantusque terror ex eius aduentu Romano Populo incussus est, vt deserere Vrbem cogitaret, nisi Polinus Galliæ Regis Orator, qui in Turcica classe versabatur, scriptis literis Romanos confirmasset, eam classem à Solymanno ad præsidium Galliæ missam, nec Romanis, nec Pontificiam oram incolentibus vllum damnũ allaturam. Verùm quia Barbarorum fides suspecta ex commodo infida est. raptim vndique auxilia contracta sunt ad tuendam Vrbem, quæ milite vacua à præferoce hoste opprimi potuerat: sed eam mentem à Barbaro Deus auertit, nec si capta fuisset, valuissent blanditiæ Gallici Oratoris iactantis, Franciscum Regem nil habere antiquius, quàm vt rem Romanam, non modò incolumem, sed maximè florentem, atque ab omni impiorum iniuria defensam vellet: facta verò adaquatione ad ostium Tyberis, Barbarossa triduo post inde discedens Etruriæ, & Liguriæ oram sine maleficio præterductus Massiliam contendit. Dum ea classis centum triremibus egregiè instructis, & biremibus decem constata per Mediterraneũ mare volitabat, secumque per omnia littora terrorem circumferebat, Pontifex Melitensibus Equitibus dedit imperia, vt suam classem cum Pontificia coniungerent ad Christianorum littora ab iniuria Turcarum vindicanda.

Classis Turcica à Rege Gallie excitata, grauia damna attulit Christianis.

Dilectis filys Magistro, & Conuentui Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

37 Dilecti filij salutem, &c. Superioribus diebus vos hortati fuimus, vt quoniam classis Turcarum Mediterraneo mari volitans, & in visceribus totius Christianitatis inclusa, maximam nostris populis, quocumque se verteret, calamitatem illatura formidabatur, vos pro vestro officio, vestraque consuetudine, huic communi hosti vos opponeretis, vestrasque triremes, & naues cum nostris triremibus ad defensionem nostræ, & cæterorum Christianorum orę maritimę coniungeretis. Quamobrem cùm commiserimus Locumtenenti earundem nostrarum triremium, vt eas cum vestris coniungeret, vos hortamur, vt ad communem omnium Christianorum littorum defensionem cum eisdem nostris triremibus coniuncti, contra eandem classem Turcarum, vbicumque illa fuerit, procedatis, publicamque salutem coniunctis animis, & viribus defendatis. *Datum Romæ apud S. Petrum &c. XXII. Augusti MDXLIII. Anno IX.*

Paul. III. lib. breu. an. 9. pag. 274.

33 Cùm Turcica classis Massiliam applicuisset, Galliarum Rex, quid de ea ageret, æstuare cœpit, nec facilè agitata consilia explicabat, adeò, vt Barbarus de cunctatione Gallorum quereretur, resque ad dissidium vergeret: demùm à Rege decretum est, vt coniuncta classe Gallica, eductoque exercitu Nicia Prouinciæ, olim Sabaudiæ Regulo oppignorata, quæ oblata ampliore pecunia, nunquam, vt Gallo restitueretur, impetrari potuerat, oppugnaretur; ac post varias impressiones hostiles propulsatas, non sine Turcarum cæde, Nicienses Ciues extremam cladem veriti, Gallis pactione militari Vrbem dediderunt, qua in potestatem redacta, ad Arcem situ loci inexpugnabilem, & opere munitissimam expugnandam conatus versi sunt, quo tempore Marchio Vastij, qui Insubriæ præerat, auxiliarem exercitum expedire cœpit, ac Pontifex in pluribus Italiæ, & Hispaniæ Prouincijs, Clero nummaria auxilia ad soluenda exercitui Niciam contra Turcam protecturo stipendia imperauit, ne si Turca Arce potiretur, è littore illo dein in Mediterranea loca excurreret, exitialique bello Christianam rem obtereret; vt ex subiectis constat literis.

Paulus Iouius l. 43. Martinus Bellatus comment. lib. 10.

Herculi S. Mariæ Nouæ Diacono Cardinali Mantuæ.

39 Dilecte fili Noster. Moti grauissimo periculo, quod prima facie littoribus Italiæ imminet, sed mox nisi obsistatur in tempore, & ad Mediterranea, & interiora ipsius Italiæ, quod Deus auertat, penetrabit, cùm classis Turcarum Duce Barbarossa Ciuitatem Niciæ iam ceperit, & Arcem eius obsideat: Nos, vt pro Nostro officio huic periculo, quantum possumus, occurramus, & Chariss. in Christo filium Nostrum Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, eiusque Duces, præsertim Marchionem Vasti, qui ad dictam Ciuitatem recuperandam, Arcique subueniendum cum exercitu occurrit, etiam contributione Ecclesiastica coadiuuemus, quinque decimas cùm in nonnullis alijs locis, tùm in Ciuitate, & Ducatu Mantuæ, Marchionatuque Montisferrati, quos pro Nepote tuo gubernas, imposuimus, &c. *Datum Marini Albanensis Diœcesis III. Septembris MDXLIII. Anno IX.*

Paul. III. lib. breu. anno 9. pag. 370.

Exaratæ sunt eodem argumento ad alios literæ cùm incendium illud, antequam latiùs flammas spargeret, extinguendũ esset. Pijs affuit Deus, nam Alphonso Vastio cum exercitu ad ferendam obsessis opem imminente, Turcæ, & Galli obsidionem Arcis soluerunt, in quo discessu tumultuario Turcę, Gallorum, quibus Vrbs tradita fuerat, nullo respectu habito, Vrbem diripuere, incendijsque deformarunt, & Ciues fidẽ Gallicam sequutos in seruitutem abripuere. Cùmque iam discessissent hostis, Carolus Dux Sabaudiæ, & Marchio Vasti, Germanicis, Hispanicis, atque Italicis copijs succincti, per Tendanos montes subsidio venere, atque Auriana classis in Villæfranchæ portum inuecta est, quo tempore exorta procella quatuor triremes ad scopulos miserè sunt allisæ, ac Barbarossa delendæ classis Cæsareæ occasioni Diuino nutu tum defuit, missis verò expeditioribus triremibus Hispaniæ portus euastauit, congestaque præda Algerium exportata est: miserat etiam Barbarossa Constantinopolim quatuor naues prę-da onustas, quibus quinque millia Christianorum Italorum vtriusque sexus, & eleganti forma Virgines Deo sacratæ ducentæ vehebantur, vt ad Solymanni lupanaria traherentur, sed Garzias Prorex Neapolitani filius, cùm ab euastanda Turcica ora cùm sua classe rediret, in eas Turcicas naues incurrit, ac maximo Dei beneficio, Christianos Messanam perductos pristinæ libertati restituit. Vasti verò Marchio exercitu ad Niciæ Arcem adducto benè vsus, Montemuicum, atque Carinianum, & nonnulla alia Oppida Gallis in Subalpinis eripuit: vicissimque Buterius Prorex Gallicus, captis multis Oppidis Subalpinis, Vercellas obsidione cinxit, irrito tamen exitu, cùm obsessi muris dificcis internum aggerem excitassent, dum ob Cæsarei Ducis aduentum hostilis irruptio retardaretur.

Suius in comment.

Nicia à Turcis liberatur.

Sur. in comment.

40 Eodem tempore expeditionis à Barbarossa ductæ occasione, maximi in Africa motus concitati sunt, nam cùm Mulcasses Tuneti Rex,

Cæ-

Digitized by Google

Cæſaris cliens metueret vim Turcarum, qui aliquas Regni Vrbes, Conſtantinam, antiquitùs Cyrtam dictam, Leptim paruam, quæ hodiè Africa dicitur, & Adrumetum præſidijs firmiſſimis obtinebant, improuidè in Siciliam traiecerat, vt à Cæſare Genuam deuecto maiora præſidia impetraret. Dùm autem Neapolim iuſſu Cæſaris ſubſiſteret, eius filius Amida, qui Præfectus erat exercitui, ſparſo falſo rumore, Muleaſſem Patrem Neapoli extinctum, Fratremque Mahometem, Chriſtiana Sacra ſuſcepiſſe, Regnum inuaſit, minores Fratres trucidauit, paternaſque concubinas conſtuprauit, quo audito Muleaſſes duobus circiter auxiliarium Neapolitanorum millibus conſcriptis in Africam traiecit; cùmque repentino aduentu ſe Amidam oppreſſurum putaret, irrueretque non expectatis propinquorum Numidarum auxilijs, fallacibus aliquorum Principum promiſſis illuſus, ab hoſte, qui inſidias parauerat, fuſus, captuſque eſt, cæſis in prælio mille, & trecentis Neapolitanis, cui Filius impius, candenti ſcalpello proſciſſis pupillis, oculorum lumen ademit, addita obiurgatione, illum atrociora promeritum, ob immanitatem in Fratres exercitam, paulò verò poſt cum Biſertam abijſſet, Touarris Hiſpani Guletæ Præfecti opera, qui ipſi Abdamelechum Regiæ ſtirpis Principem oppoſuit, Regno pulſus eſt, quo tamen breui extincto, iterum recepit, aduerſantemque ſibi Ioannem Perellum Tarentinum Equitem fortiſſimum Chriſtianum, exectis virilibus, in foro viuum combuſſit, cuius eximia fuit conſtantia, vt oblato vitæ munere adduci non potuerit, vt à Chriſtiana Religione deficeret.

Muleaſſes captus.

Perellus Martyr.

41 Cæſar, qui immortali nominis ſui gloria Hungariam defendere, vel etiam Chriſtiani Imperij limites latiùs proferre potuerat, in Cliuenſem Ducem, & Gallos arma conuertit. Expugnauit itaque impetu Duram Arcem munitiſſimam, Geldriæ, eamque, cædibus, rapinis, & incendio funeſtauit, Iuliacum deindè petijt infeſto exercitu, quod vacuum recepit, poſtea ad Ruremundam caſtra defixuro Ciues ſe illi dediderunt, ac pariter Venlonium, Zutphanium, & alia Geldriæ Oppida Cæſareum iugum accepere; quibus aduerſis fractus Guillelmus Cliuentis Dux, deſerta Gallorum amicitia, ad Cæſarem ſupplex acceſſit, eiuratiſque etiam Danico, & Suecico fœderibus, veniam obtinuit ijs legibus, vt Geldriæ iuri renuntiaret, fidem Catholicam in Principatu inuiolatam aſſereret, ad quem in fide continendum poſtea Ferdinandi Fratris filiam nuptui dedit, cùm ſponſalia cum Henrici Regis Nauarræ filia celebrata diſſoluiſſet. Adſcripſit tùm militiæ ſuæ Martinum Roſſeuium, atque aduersùs Gallos cum ingentibus copijs eſt profectus, excinitque Henricum Angliæ Tyrannum, cum quo fœdus iunxerat, vt ex compoſito duobus exercitibus Galliam inuaderent. Cæperant verò iam ante Landrecium Galli, ac firmiſſimis propugnaculis ita munierant, vt ex eo in Belgium magnas excurſiones agerent, Dux etiam Aureliæ Lucemburgum pactione militari receperat. Cæſar itaque ad Landrecium recuperandum copias admouit, quod cùm commeatu indigeret, Franciſcus Rex, inſtructo exercitu, commeatum, & militare auxilium illi intulit ſecunda Nouembris, inſpectante Cæſare cum ſuis Germanicis, Belgicis, Hiſpanicis, & Britannicis copijs: cùmque recedente Rege poſt datam bidui ſpatio prælij libertatem, Cæſar expeditum equitatum ad inſequendum agmen poſtremum immiſiſſet, ille à Delphino in inſidijs conſtituto cæſus, diſiectuſque eſt. At Cæſar, cùm omnia in dies acerbiora fierent ob imbres, & morbos, ſoluta obſidione, Cameracum liberam Ciuitatem, ditioniſque Epiſcopalis, pandentibus ex terrore portas Ciuibus, intercepit, illique Arcem impoſuit, in eaque hyberna traduxit.

Paulus Iouius lib. 44. Surius in comment. Ludouic. Guicciar. in comm. Martin. Bellaius lib. 9. & 10.

Cæſari Cliuenſis Dux ſe humiliat.

42 Celebrati ſunt in Germania duo conuentus Ordinum Imperij, primus ineunte anno Norimbergæ, ſecundus deuexo atque affecto, Spirę: in primo Norimbergenſi actum eſt à Cæſareis Legatis de comparandis auxilijs ad propulſandos Turcas, deque Henrico Brunſuicenſi Principe à Proteſtantibus ditione ſua ſpoliato in Principatum ſuum reſtituendo; is enim leges Cæſareas aduersùs vim, ac tyrannidem Lutheranam imploratat, at Proteſtantes in pertinacia obfirmati, Catholicorum bonis inhiantes, præfractè contendere, rectè, atque ordine ſe feciſſe, atque etiam Iudices Camerę, id eſt Senatum Cæſareum, vt erga Catholicos propenſiorem, gradu ſubmoueri, alioſque conſtitui, ni id fieret, nulla auxilia contra Turcas ſe coniuncturos denuntiarunt: cùmque reſponſum ijs eſſet, dicta cauſa Iudices amoueri non poſſe, neque Henricum iura implorantem deſeri, rogarenturque, vt controuerſias Religionis Tridentino Concilio iam indicto deferrent, flecti non potuere, atque profeſſi ſunt, ſe Concilio non parituros. Remotis itaque Proteſtantibus Ferdinandus Rex cum reliquis Ordinibus Catholicis de propulſando Turca, Religioneque Catholica tuenda, nonnulliſque alijs rebus decretum edidere, cui decreto Proteſtantes ſe minimè conſentire ,, profeſſi ſunt, Rem ità narrat Surius. Verùm ,, Proteſtantes aiunt non approbare Concilium. ,, Interim nihilominùs decretum facit Ferdinan- ,, dus cum alijs Ordinibus de certis quibuſdam ,, rebus, cui decreto Proteſtantes ſe minimè ,, conſentire profitentur. Quis non videat, ,, quàm hæc ad certam Germaniæ perniciem ,, pertinuerint, niſi Deus nobis peperciſſet. ,, Has animorum offenſiones, & diſſenſiones ,, peperit nobis Lutheri Euangelion, cuius pro- ,, tafim (ſine propagationem) longè triſtiſſimam ,, iampridem vidimus, cataſtrophem verò longè ,, turbulentiorem expectamus.] De horum Comitiorum actis ab Epiſcopo Caſertano Internuntio Apoſtolico tranſmiſſis ad Pontificem meminere Acta Conſiſtorialia his verbis.

Acta Conſiſtor. Duo conuentus in Germania coadunãtur. Surius in comment. M.S. Card. Spadæ fig. 133. pag. 425.

,, 43 Bononiæ XIX. Martij MDXLIII. fuit ,, Congregatio Reuerendiſſimorum Cardina- ,, lium, lectę literę Reuerendiſſimi Caſertani de ,, his, quę aguntur in Dieta Norimbergenſi, ,, primò de ſubſidijs dandis à Germanis contra ,, Turcas, & de rebus, quæ ad Religionem perti- ,, nent. Factumque eſt verbum à Sanctiſſimo de ,, obſeruanda reformatione, præſertim, vt pro- ,, ximo Concilio ſententias, & exempla præ- ,, beant.]

Molitos in his Norimbergenſibus Comitijs Proteſtantes ſuadere Germanis, vt repudiato Concilio Tridentino Concilium Nationis Germanicę cogerent ad eos à coniunctione Romanæ Eccleſiæ auellendos, conflandamque pro ipſorum libidine nouam Religionem, oſtendunt literæ Ioannis Moroni Cardinalis Legati Tridentini ad Alexandrum Cardinalem Farneſium XXVI. Maij huius anni exaratis, in quibus narratur, vt Granuellanus, qui Norimberga Tridentum redierat, vt venienti in Germaniam Cæſari occurreret, retulerit Legato, ſe in Comitijs Norimbergen-

Pag. 18. ex lit. ad Car. Far. 26. Maij 1543.

sibus Proteſtantium molimina diſcuſſiſſe, ne fieret Concilium Nationale, ac reformationem Iudicij Cameræ Imperialis à Lutheranis obtruſam, quam à Cæſarea Maieſtate impetraſſe falsò contendebant, diſturbaſſe, ideò Lutheranos noluiſſe ſubſidia aduersùs Turcam Romanorum Regi conferre: ingraueſcere verò in dies (ob plurium defectionem) Lutheranæ Sectæ potentiam, ad quos Colonienſis, idemq; Monaſterienſis Epiſcopus deſciuerit; ac ni eos Cæſareus aduentus contineret, in Moguntinum arma conuerſuros. Laudauit verò Granuellanus Ducum Bauariæ in propugnanda Religione pietatem, aduerſaſque omnes de ijs ſuſpiciones conceptas amotas eſſe addidit; conqueſtus verò eſt de reuocatis Tridento duobus Legatis, idque tota Germania peruulgatum, atque ex eo Lutheranos efferri, deprimique Catholicorum animos. Cui à Legato reſponſum, non ad diſſoluendam Synodum, ſed ad deliberandum euocatos, quia Scotis fauebat Gallus, Cęſarem de fœdere appellatum ab Anglo, qui ipſum adducere contendebat ad leges contra Sedem Apoſtolicam, quas ille repulit: ex Hiſpania Genuam aduolaſſe, vt eam ad Gallum deficientem in officio contineret; rogatum Pontificem, vt ſtuderet magis Cæſari quàm Gallo, qui Turcam aduersùs Chriſtianum Imperium iuncto fœdere concitaret; Inducias cum Cæſare violarit, licèt culpam reijciat in Imperatorem, totius rei iudicium deferentem Pontifici, quod Gallus recuſarit.

44 Ex quibus videtur culpam non redintegratæ ſequeſtræ pacis Gallo Regi hæſiſſe; is tamen ad Pontificem ampliſſimas literas VI. Idus Martij huius anni miſit, quibus Carolum V. in inuidiam afflictæ Chriſtianæ Reipublicæ adducebat.

45 Cæſar è contrà traducere in ſuas partes annitebatur Pontificem, vt armorum ſocietatem iniret aduersùs Gallorum Regem, ſed Paulus nunquam à communis Parentis officio deflectere conſenſit, vt pacis interpretem inter diſſentientes Reges ageret: quod conſtat ex literis Cardinalis Farneſij ad Regium Internuntium in Aula Cę-
,, ſarea. [Quo ad illud (inquit) quod ſcribis,
,, & Monſpolitianus ore retulit, de inſtantia
,, quam tibi, & illi fecerunt, vt Pontifex ſe Im-
,, peratori coniunctum declararet; ſcias eàdem
,, & Marchionem de Aghilar, & Reuerendum
,, de Burgo Suæ Sanctitati non ſemel retuliſſe.
,, Multa reſpondendo ſcribere poſſem, cùm res,
,, de qua agitur, magna ſubminiſtraret; attamen
,, quia ex te oppoſitas rationes cognoſcere potes,
,, non eſt neceſſe tibi illas longo ſermone repete-
,, re. Sua Maieſtas certa eſſe debet, quòd Sua San-
,, ctitas ſemper parata erit, pro illo omnia agere
M.S.Car. Spada to. 84. pag. 453. ,, quæ gradus, & honor illi permittent. Hoc
,, autem à præſenti petitione plurimùm diſtat,
,, quia cùm Imperator, & Rex Galliæ duo Prin-
,, cipes Chriſtiani ſint, & inter ſe, ſalua fidei
,, Catholicę integritate, diffidentes, Suæ San-
,, ctitati, cùm ſit amborum communis Pater,
,, non licèt, vnum vt amicum, & alium vt ini-
,, micum reſpicere.] Cumque Caroli nomine
Cæſarei Oratores iterum Paulum vrgerent, vt ob coniunctum à Gallo armorum fœdus cum Turcarum Imperatore aduersùs Chriſtianam Rempublicam cenſuras Eccleſiaſticas diſtringeret, eundemque armis perſequeretur, reſpondit, Galliæ Regem pari ratione implorare leges, vt in Imperatorem conſurgeret, damnaretque illum ob armorum fœdus percuſſum cum Henrico Angliæ Rege damnato hæreſeos, pro inuadenda Gallia Religioneque in ea euertenda: ſecundò addidit, ſi arma aduersùs Gallum expediret, nulla auxilia periclitanti Hungariæ aduersùs Turcas à ſe afferri poſſe; nec claſſem inſtrui aduersùs Turcarum excurſiones maritimas. Propoſuit tertiò ex eo fœdere contra Gallum admiſſo grauiora pericula impendere, ne Gallia à Pontifice abalienata ad obſequij erga Sedem Apoſtolicam, fideique defectionem inclinaret. Quartò ſubdidit, ſe hactenùs clementiſſimi Patris officium geſſiſſe, omnemque operam ad filios inter ſe conciliandos conſumpſiſſe; iam verò Iudicis officium exercere decreuiſſe ad tot ingentium malorum in vniuerſam Rempublicam Chriſtianam redundantium rerum pro meritis iuſtis cenſuris defigendum. Accepto eo reſponſo Albanus Dux Mediolani Præfectus prolixis literis ad Cardinalem Farneſium datis Pontificia argumenta multis argutiarum fucis pigmentiſque refringere conatus eſt, aſſeruitq; Pontificem maximam gloriam ſi Cęſari contra Gallum Turcarum fœderatum ſe coniungeret, collecturum: at Pontifex in ſuſcepta priore ſententia inconcuſſus ſtetit.

46 De inita cum Solymanno ſocietate Franciſcus prolixiore oratione apud Pontificem, vt ſuprà innuimus, ſe purgare niſus eſt, cuius ſummam Franciſcus Belcarius Epiſcopus Metenſis ità *Lib. 23. 27.*
,, retulit [Poſtremo loco de ſocietate cum So-
,, lymanno inita ſe purgare conatur: hic gra-
,, uiſſimus Cæſarianis accuſationis locus eſt,
,, in quo etiam magis Franciſcus commoratur:
,, neque veteri, neque nouo inſtrumento pio-
,, rum cum idololatris interdicta eſſe fœdera,
,, Dauidis, Salomonis, cæterorum Iudæorum
,, Regum exemplis probat: neque Chriſtus, ne-
,, que Paulus Magiſtratibus impijs pios ſalua
,, pietate parere vetat: recentia Venetorum, non-
,, nullorumque aliorum cum Turcis fœdera ad-
,, ducit, vt Galli quondam Regni Hieroſolymi-
,, tani compotes, Græcique Imperatores ſe-
,, neſcente memoria prætermittantur. Vt com-
,, mercia inter ſe, ac Solymannum libera eſſent,
,, ne priuata in cauſa alter alterum offenderet,
,, vt quantum Chriſtiana fides pateretur,
,, mutuis inter ſe amicitiæ muneribus funge-
,, rentur, conueniſſe palàm fatetur.] Attamen quod Rex ſibi licitum fuiſſe contendit, ipſi Galli execrati fuere; quare idem Belcarius mox ſubij-
,, cit. [At ſi Chriſtianiſſimi Regis hæredi- **Franciſcus Rex Galliæ conatur defendere ſuam cum Solymanno coniunctionem, ſed fruſtra.**
,, tarium cognomen tueri vult, quomodo cum
,, Tyranno omnium, quorum Hiſtoriæ memi-
,, nerint, teterrimo, Chriſtianæ perſuaſionis
,, hoſte infeſtiſſimo, longiſſimis terræ, mariſ-
,, que ſpatijs ſeparato, ſocietatem coiuit, niſi
,, vt vicinas Cæſaris, Ferdinandi, cæterorum-
,, que Chriſtianorum Prouincias, atque Inſulas
,, illi in prædam ſubijceret, flagrantiſſimum-
,, que inuidiæ ſuæ, atque odij erga Cæſarem
,, æſtum tot innoxijs Chriſtianis internecio-
,, ni eſſe pateretur? De Nauplio, atque Epi-
,, dauro dictum eſt: Ioannes Vaiuoda, quòd
,, Pannoniæ Regnum Solymanno tuliſſet acce-
,, ptum, à Romano Pontifice malis diris de-
,, uotus, & Chriſtianorum cœtu exterminatus fuit: quem nihilominùs Franciſcus &
,, Solymanno commendauit, ac clàm aduer-
,, sùs Ferdinandum, quoad potuit, iuuit, at-
,, que aliquantò poſt eiuſdem Viduam Iſabel-
,, lam, Hungaroſque Proceres eiuſdem factio-
,, nis,

Digitized by Google

,, nis, vt ad Solymannum itidem confugerent ,, induxisse, & pro ijsdem interceſſisse ferтur. ,, Quid, quod Ænobarbum ad Niciam oppu- ,, gnandam accersiuit, & vt tot Christiani eun- ,, dò, redeundoque in seruitutem raperentur in ,, causa fuit? Quin etiam vt à Solymanno frater ,, appellaretur sustinuit: crudeliſſimi inquam ,, Tyranni frater, in cuius familia, qui rerum po- ,, titur, cæteros statim trucidari iubet: hæc im- ,, manitas, quæ à suis incipit, quanta in alios ,, esse soleat, quis non satis colligit? Cùm hoc ,, monstro vllane Christiano homini Fraterni- ,, tas, aut societas esse potest?] Cætera huius Apologiæ capita prosequenda non putaui.

47 Decreuerat etiã Franciscus Rex ad Norimbergenſem superiorem conuentum Oratores Ioãnem Bellaium Episcopum Franciscũ Oliuarium Præsidem, & Malleium Prætorem Diuionensem: sed ij in Germaniam penetrare non potuerunt, prohibiti enim sunt aditu à Cæsareis, ne Lutheranos in Cæsarem Gallo Turcis coniungerent: ij verò III. Nonas Martij huius anni MDXLIII. Naulij promulgarunt Apologiam pro Francisco Primo Rege, cuius nomen tanquam Christiani nominis proditoris ab omnibus ob Turcã in Christianos concitatum diris omnibus deſigebatur, parique impudentia negarunt admissum flagitium, qua ipse illud admiserat.

Apologia Oratorũ Franc. I. ad conuẽtum Spirensem.

,, Negamus (inquiebant) Francisco Francorũ ,, Regi cum Solymanno fœdus vllum intercede- ,, re, interceſſisseue, præter vulgare illud com- ,, merciorum, & quietis publicæ ergò, quale Ve- ,, netis, Polonis, & alijs quibusdam Christiani ,, nominis Gentibus esse omnes scimus.] Dein- de conquesti sunt de Germanis, atque Italis, pro- posito capitali supplicio, vetitis stipendia sub Gallo facere, deque aditu in Germaniam intercluso, iunctoque cum Lutheranis fœdere.

,, Pedite extero nobis opus est, vt multis ante ,, sæculis opus fuit quoties bellum maximum ,, gerendum fuit, hoc Cæsar, qui sat cognitum ,, haberet, proposuit edicta, vt leuiſſimè dicam, ,, seueriſſima, ne quis Germanus miles Franco ,, militet, qui militauerit Franco, capite luat, ,, cum vxore quidem, ac liberis mitius aliquan- ,, tò agatur; Italis autem, quod his ferè vtamur ,, duabus Nationibus, pœna propè consimilis in- ,, fligitur; quicumque aut in Galliam, aut in ,, quascumque Regis ditiones patent militi adi- ,, tus omnes magnis diurnis, nocturniſque præ- ,, sidijs circumsepsit quicumque in itinere ad- ,, huc sunt, trucidari omnes iussit, neminem ad ,, Regem penetrare, quoad potuit, siuit. E diuer- ,, so gentem, quam vt prophanam, atque impiam ,, decennium ferè est execratus, nunc postea- ,, quam sese in nos incitari passa est ad militem ,, euocandum ad Germaniam, in conspectu ve- ,, stro omni iuuentutis robore spoliandam sum- ,, mis præmijs inuitat, neque enim licere nobis ,, vult omni Europæ auxilio exutis, aliundè, ne- ,, que ex Africa, neuè ex Asia militem euocare, si ,, euocauerimus, sceleratos, impios, inteſtabiles ,, pronuntiat. Deus immortalis, quæ lex gra- ,, uior feratur, quæ atrocior pœna statuatur, ,, quàm quæ in nos statuitur aduersus eum, qui ,, victus, qui profligatus, qui bello captus vitam ,, precario agere cogatur, si, & noua ista pluſ- ,, quam Imperatoria aduersum nos edicta locum ,, habeant, & omni externa ope nihilo secius ex- ,, cludamur, quid nobis denique fiat? Quid mi- ,, seris, & infelicibus Francis cognatis vestris ,, superſit, nisi vt ferreis vincti compedibus, ada- ,, mantinis obstricti, iugulum irato hosti hau- ,, riendum, ceruicem victori, quod ipse iam ,, præsefert implacabili feriendam præbent, &c.

Naulij 3. Non. Martij 1543.

Tentarunt Galli Oratores iterum misso ad Spirenses conuentus præconẽ militari (quem Haraldum vocant) liberi in Germaniam aditus tesseram impetrare, vt ad eos accederent, sed ranquam hostes Imperij repulsi sunt.

48 Coacti sunt ij Spirenses conuentus Mense Decembri, ad quos Hungarici Regni Ordines ex Nouiziensibus Comitijs Oratores miserè, vt Germanos excitarent ad instaurandam expeditionem pro Hungaria à tyrannide Turcica liberanda, exponerentque iam ante in superioris anni Spirensibus Comitijs petita fuisse auxilia pro Turcis propulsandis, atq; dum ea decernerentur, Budam à Turca expugnatam, partemque Hungariæ euastatam, sollicitatisque iterum per literas Germanis, vt suas copias in hostem promouerent tardiùs eas veniſſe, & Pesto obsesso, citiùs quàm oportuit, contra Hungarorum, Italorumque sententiam obsidionem soluisse, Turcasque ex eorum discessu efferatiores factos. In Norimbergensi verò conuentu huius anni celebrato non quadraginta armatorum millia, vt antea, sed tantùm viginti quatuor millia promissa fuisse magno Hungarorum dolore; at nec illa opportuno tempore mouisse signa, adeò vt Turcæ Strigonium, & Albam Regalem, duasque Arces munitiſſimas, quibus nomen est Sodios, & Vvalgo in suam potestatem redegerint, iussique sunt Oratores palàm contestari, se Turcico iugo colla subditurus, ni Germani idonea subsidia ferant, atque ex Hungaria in Germaniam victorem hostem penetraturum, cuius mandati formula subiectis verbis concepta erant.

Hungari ad conuẽtum Spirensem accedunt vt auxilia cõtra Turcas obtineãt.

Instructio Prælatorum, Baronum, ac Nobilium, aliorumque Ordinum, & Statuum Regni Hungariæ in conuentu Nouiziensi pro festo Beatæ Elisabeth anno MDXLIII. celebrato congregatorum: Reuerendiss. D. Martino Rescbey Episcopo Vesprimiensi, ac Magnifico Domino Francisco de Batian Consiliario Regiæ Maiestatis, & Egregio Georgio Rarosey Vicecomiti Comitatus Thuurocziensis Oratoribus ad Imperialia Comitia Spiræ celebranda delectis data.

Post salutem, & seruitiorum officiosam commendationem referent Oratores nomine Ordinum, & Statuum Regni Hungariæ, Reuerendiſſimis, Illustriſſimis, Generosis, Magnificis, ac Reuerendis Dominis, Principibus, Electoribus, cæteriſq; Ordinibus, & Statibus Sacri Romani Imperij in Comitijs congregati, recenti memoriæ tenere eosdem Dominos Principes, & Status Imperij, vt cum Instructione delecti fuerint anno ab hinc quarto ex Hungaria speciales Oratores ad Imperialia Comitia, quæ tunc Ratisbonæ celebrabantur, præsentibus Sacratiſſima Cæsãrea, & Catholica Maiestate, ac Sereniſſimo Romanorum Rege, quamquam copiosè, & diligenter in grauiſsimo illo Christiani Orbis Concilio ab Oratoribus illis expositus fuerit Regni Hungariæ Status, quem post varios casus, post graues, & diuturnas calamitates post ingentia pro Christiana Republica, pro fide, & Religione susceptæ pericula, Natio Hungarica, olim inter alias non postrema, tandem immodica, vi hostis propinqui deiecta est, & quantùm etiam, tùm propè adesset extremum illius Nationis excidium, nisi præsentanea adhiberentur remedia, neque huius solum,

MS. Franc. Car. Barb. fig. n. 2678 p. 93.

Oratores Hungari ad Spirenſes conuẽtus missi.

ſed & circumuicinarum Prouinciarum ampla iã pateret ruina, quarum ſanè tutela, ac defenſio ad Imperij Principes, ac Status, velut Chriſtianæ fidei columnę, potiores in primis ſpectaret, quemadmodum ea tunc luculenter ab ipſis Oratoribus Hungariæ in prædictis Comitijs peracta fuiſſe rectè conſtat.

Nec illud ſanè præterit eoſdem Principes, ac Status Imperij, cùm non multò poſt Turcarum Tyrannus magna victoria recens in Hungaria potitus, Budam Regni Caput in poteſtatem accepiſſet, extemploque initia iam nimium manifeſta extarent multò ante præuiſi excidij, Status, atque Ordines Hungarici iterum per literas, cùm propter temporis breuitatem Legati mitti nõ poſſent ex priori conuentu Nouizolienſi affatim ſignificaſſe Principibus, & Statibus Imperij, quanto in diſcrimine res verſaretur, & quàm maturè hoſtem è viſceribus Regni eijci oporteret, niſi paulò poſt, & Hungariam, & vicinas omnes Prouincias illius furori, & libidini deditas vellent, & quam etiam extremis rebus Hungari ad interitum vſq; pro patria, pro fide, & Religione Chriſtiana depugnare, dummodò à Principibus Chriſtianis non deſererentur, expoſitis videlicet, & commemoratis tunc his omnibus, quæ ad excitandos primos tantorum Principum ad iuſtiſſimum bellum in tam iuſta cauſa pertinere videbantur.

Recordentur & pariter Domini Principes, ac Status Imperij, quo pacto, ſiuè Legationibus, & ſcriptis Hungarorum, ſiuè quod eſt veriſimilius, auita virtute ſua, & perſimili etiam magnitudine commoti ijdem ipſi Principes, ac Status Imperij pro ſua ſingulari pietate in Religionem Chriſtianam decernendum ſibi eò ipſo duxerint, tùm pro continua Regni defenſione ad triennium, tùm verò pro generali expeditione, hoſtiumque exterminatione, de firmo, validoque exercitu, præſtantiſſima, nec multò poſt Illuſtrem D. Marchionem Brandeburgenſem Principem Electorem cum ingentibus copijs in Hungariam expediuerint, ad quem quidem Ducem, & exercitum pro oppugnanda Ciuitate Beſt deſcendentem, conſtat, Principibus, & Statibus Imperij Romani, quæ & quales copiæ, cùm Sacratiſſimo Romanorum Regiæ Maieſtatis, & Summi Pontificis, tùm verò ex omnibus ferè Ordinibus, & Statibus Hungariæ magno numero, atque apparatu confluxerint, quanta cum admiratione exterorum omnium acies Hungarorum aſſiduè ſub obſeſſa Vrbe, cum hoſtibus congreſſæ ſint, vt facilè reliquiæ bellicoſiſſimæ Nationis eſſe apparuerint.

Vt Germani à Beſti obſidione intempeſtiuè diſceſſerint.

Et quamuis magna ſpes erat expugnandi Beſt, incœptamque expeditionem Diuina ope feliciter conficiendi, perſpectum eſt tamen Dominis Principibus, & Statibus Imperij cùm, & Hungari, & Italicus peditatus acriter Prouinciæ inſiſtendum eſſe inſtarent, exercitum tamen Imperialem contineri diutius in officio non potuiſſe, atque ita re infecta, inſequente nemine, pedem retuliſſe, adeòq; multitudinem illam omnem breuiſſimo tempore diſperſam eſſe, & diſſipatam. Submiſſa quidem alia præſidia, ſed inſtante hyeme, alijſque rationibus obſtantibus, gentes illæ adduci non potuerunt, vt progrederentur vltra Poſonium, atque ita Maieſtatem Regiam, Regiam expeditionem in aliud tempus oportuit reijcere.

His igitur, ſic peractis, tametſi Status, atque Ordines Hungariæ fruſtrati ſpe maxima, & liberalibus oblationibus à Chriſtianis Principibus ſibi factis, & iam animis conſternati, tot, tantiſq; calamitatibus hoſtem ferocem intra viſcera habentes, & malis vndique circumuenti in deſperationem iure videantur prolabi potuiſſe, nihilominùs generoſum illum ſpiritum Maiorum, & animum retinentes, & Dei Optimi Maximi in primis auxilio freti, accepta rurſum benigna Regiæ Maieſtatis oblatione in diſceſſu ex Poſonio facta de generali capeſſenda expeditione in proximo ſequenti Vere, ideòque ipſi omnes animati, intentique, vel Patriam liberare, vel pulcherrimam mortem oppetere penès Regem ipſorum, ſi ita res ferat, congregati in hunc locum ea omnia inter ſe communibus ſuffragijs, quibus cùm præſenti hyeme tueri ſe ſuoſque fines, tùm ineunte Vere maximis, quibus potuerunt copijs, præſto eſſe Suæ Maieſtati in generali expeditione.

Cùm autem Status, atque Ordines Hungarię exiſtimare non poſſint quæcumque de cauſa oblata præſidia proximo anno neglecta ſint, Domini Principes, & Status Imperij pro ſua, Maiorumque excellenti virtute, pro magnitudine animi, & quod ipſorum proprium, & peculiare eſt Chriſtianos Populos ab iniurijs, & vi crudelis hoſtis ſollicitè vindicare, oppreſſoſque aſſerere in libertatem, ipſi quoque Hungariam iamiam ruentem in interitum defenſam. ac conſeruatam velint, & cùm in memoria habeant Maiores noſtros clariſſimos Viros, iam inde ab initio fidei noſtræ Chriſtianæ in hoc Regno proprijs viribus Hungariæ fines longo tempore, non ſolùm tutatos eſſe, verùm etiam protuliſſe longè, latèque per hoſtis ditionem, cum ſumma ipſorum gloria, & vtilitate totius Reipublicæ Chriſtianæ, ac vbi ſenſim labeſcere res cœpit, aucta nimirùm per cæteras Orbis Partes hoſtis potentia, victaque vi virtus eſt, tùm demùm ſimul cum Hungaria reliquas quoque Prouincias, & Regna circumuicina furorem hoſtis, indigno eorum malo, experiri oportuiſſe, & nihilominùs Hungaros nullis vnquam cladibus, nullis iacturis, aut periculis Regno ſint ex ea relicta, trienniſque illa inſtituta expeditio, vndecumque accidit, vix in trimeſtris ſpatij progreſſum euaſerit. Quo quidem facto, hoſtibuſque quò plùs erant tanti exercitus formidine perculſi, eò magis repentino eiuſdem exercitus diſceſſu irritatis, & animis erectis, conſtat Principibus, & Statibus Imperij, quanta rurſum contentione, quibus precibus Status, atque Ordines Hungarię egerint, per literas ex conuentu proxima hyeme Poſonij celebrato, vt in ſanctiſſimo ſuo decreto perſiſtentes Principes, ac Status Imperij continuum præſidium in Hungaria tenerent, hoſtemq; curarent ex ea exterminandum, nec ab incœpto deterrerentur quauis ratione perſuaſum planè habentes pacem, & tranquillitatem ſuorum Regnorum, & Prouinciarum ex Hungaria pendere, intelligenteſque Hungaros continuis bellis nimium iam attritos, ac debilitatos proprijs viribus diutiùs non poſſe ſubſiſtere eoſdem, niſi deſerantur, à quibus maximè defendi oporteret, facturos more Maiorum, vt in excidium nominis Chriſtiani intelligant omnes homines extrema eos quoque ſubire paratos. Ad quas literas ſic:

Petuntur promiſſa auxilia.

Expoſita ſepulturæ pericula.

Turcæ efferatiores poſt diſceſſum Germanici exercitus.

Ex Nurembergenſi conuentu proxima hyeme reſponſum fuiſſe conſtat, ſic ſanè Regiæ Maieſtati à Principibus, ac Statibus Sacri Imperij firmiter oblatum, vt viginti quatuor millium hominum ſubſidium cum ſemeſtri ſolutione æſtate proxima Maieſtas Regia ad nutum ſuum in Hungarica expeditione ſeſe habituram ſciret, & maiora addi-

Sab. Card. Pruſ. Barb. fig. 2678. n. 96.

Digitized by Google

Quid in Nurembergenſi conuentu actum.

additum iri ſi ingens neceſſitas exigeret. Quo quidem reſponſo etſi non parum Hungari erant commoti, priorem deliberationem tantorũ Principum immutatam iure admirantes, quod tamen videbatur, ne hoc quidem mediocre futurum ſubſidium, quodque cæteris quoque Principibus Chriſtianis defenſionem Hungariæ curæ fore ſperabant, ita ſeipſos compararunt, vt cùm ex pecuniario ſubſidio inter ſe decreto Regni fines ad initium æſtatis vſque ab inſultibus hoſtium tutati ſint, tùm verò inſtructos, armatoſque viritim, inſurrecturos ad proximam generalem expeditionem penès Regiam Maieſtatem, & Imperij exercitum vnanimiter deliberarint.

Strigonium & Alba Regalis occupata à Turcis.

Vere autem hoſte formidabili, initioque Æſtatis magna vi Regnum inuadente, conſiliaque & conatus Chriſtianorum Principum celeritate præueniente, munitiſſimæ duæ Arces Sodios, & Vualgo primo impetu, cum Ciuitate, & Eccleſia Quinqueclesienſi ditionis ſuæ fiunt, nec multò poſt idem hoſtis Arcem Strigonienſem obſidione cinctam deditione cæpit, poſtremoque Albam Regalem, haud diù obſeſſam expugnat, ſicque expugnatis minimo negotio potioribus Regni munimentis, quæ ex ſuperioribus cladibus reliqua erant, ijſdemque validis præſidijs firmatis (inſequente nemine) priùs ipſe reditum inſtituit, quàm vllæ vnquam Chriſtianorum copiæ in perniciem ipſius apparerent.

Vt cardè Ferdinandi exercitus venerit.

Et quamquam Maieſtas Regia ſolita ſua ſollicitudine indefeſſa, virilique ſtudio nuſquam milites conſcribere, armare Claſſem, delectus habere per Regna, & Prouincias ſuas prætermiſerit, omniaque diligenter pararet, quo priuſquam hoſtis abiret, victoriam illi de manibus eriperet, ſic tamen res cecidit, vt priùs ille peractis, quæ propoſuerat, quæque præmiſſa ſunt, in reditu eſſet, quam Sua Maieſtas Regia, cum exercitu è ſuis Regnis, & Prouincijs coacto Poſonium, in Vrbem venire potuiſſet. Quo quidem tempore intelligere potuerunt Principes, ac Status Imperij quãuis nullus Imperialis adeſſet exercitus, perpaucæque admodum auxilares copiæ conſpicerentur, Status tamen atque Ordines Hungariæ paratos (vti ſtatuerant) viritim penès Suam Maieſtatem cunctis viribus inſurgere ſumma contentione inſtitiſſe, vt Gentes exteræ, quæ cum Sua Maieſtate Poſonium conuenerant, inſtitutam expeditionem exequerentur, vtque Maieſtas Regia incœpto itinere ad interiora Regni penetraret, neque occaſionem pulcherrimam recuperandi ea, quæ paulò ante amiſſa erant, præteriret, nec abſterreretur, & ab imitandis veſtigijs Maiorum, qui ſemper pro rerũ magnitudine denuntiauere imminentia pericula Principibus Chriſtianis.

Regantur Germani, vt inſtaurato exercitu Hungariã liberent.

Ob has igitur, aliaſque rationes orabunt Legati, obteſtabunturque Dominos Principes, & Status Sacri Romani Imperij, vt conſiderato extremo periculo, quod ſupra caput cunctis adſtat, ſine mora, & ipſi maioribus, quibus poſſunt viribus, Hungarię ſubueniant, Sanctiſſimumq; propoſitum defendendi iugiter Hungariam, vſq; ad hoſtis exterminationem in manus reſumere, ac firmo, vnanimique decreto confirmare, & re exequi velint, neque vlla de cauſa hoc, quod præcipuum ipſorum inſtitutum eſſe debet, poſthabendum current, certi fore perbreui, vt amiſſa penitùs Hungaria, tùm demùm intelligant, quanti fuerit illam, vi, & furori hoſtis expoſitam, rueri, aditumque ad reliqua Regna, & Prouincias præcludere, experienturque tantò difficiliùs in poſterum reliqua defendi, quãtò bellicoſiore Natione deſtituti, illos ipſos aduerſarios, paulò poſt cogantur ſentire, quos nunc in communi cauſa acerrimos oppugnatores ſecum ſunt habituri, quemadmodum in cæteris Chriſtianis Populis, & Gentibus, paulò ante à Turca ſubactis, magno omnium malo ætas noſtra ſenſit. Addidere demùm Hungari, ſe ſatis Maiorum gloriam feciſſe, ac ſi ſe ab alijs Nationibus deſeri conſpexerint, ac Statum Reipublicæ Chriſtianæ Statum pro nihilo haberi, pro ſeruanda vita Turcicum iugum ſubituros, cùm ſatis iam præteritarum ab Hungaris rerum geſtarum, & præſentis eorumdem fortunæ fama terrarum Orbem fere vbique peruagata ſit.

49 In ijſdem conuentibus Spirenſibus cùm Lutherani ad deprimendam Religionem Catholicam more ſuo plura molituri eſſent, Pontifex ad eos Franciſcum Sfondratum Internuntium miſit, vt refert Angelus Maſſarellus in Diario Concilij Tridentini. [Cum (inquit) Cæſar Impe-
,, rialem Dietam Spiræ celebrandam indixiſſet,
,, in qua inter alia de Religionis controuerſia
,, tractandum erat, Sanctitas Sua, ne officio ſuo,
,, & in hoc quoque deeſſet, Reuerendiſſimum
,, Dominum Ioannem Franciſcum Cardinalem
,, Sfondratum, tunc in minoribus agentem, E-
,, piſcopum ſcilicet Amalphitanum ad dictum
,, Spirenſem conuentum die prima Decembris
,, dicti anni deſtinauit.

Angelus Maſſarell. M.S. Arch. Vatic. p. 22

Poſtulare plura in ijs conuentibus non veritos Proteſtantium Oratores, quæ ad Catholicorum damna, hæreſeoſque incrementa vergebant, nec tamen Cęſarem, quamuis potentiſſimorum hoſtiũ armis peteretur, ad vota inflectere potuiſſe, refert Surius, miſſum verò Sfondratum ad Ferdinandum Romanorum Regem, atque ad alios Principes Catholicos, vt de pace redintegranda pro celebrando Concilio, & propulſandis Turcis ageret, cui tradita fuit ſequens Inſtructio.

Surius com. hoc anno.

Inſtructio pro Franciſco Sfondrato Nuntio in Germaniam deſtinato.

Cùm Sua Sanctitas ab initio ſui Pontificatus prudenter conſideraſſet, quanti impedimenti bono Reipublicæ Chriſtianæ eſſent diſcordiæ inter Imperatorem, & Regem Galliæ, & quæ ruinæ imminerent, non tantùm ob eorum diſſenſiones, & bella, ſed etiam ob internas ſeditiones, maximè Religionis, etiamque ob potentiam periculis plenam Turcarum, iam ad totius Chriſtianitatis oppreſſionem excitatam, ideò Sua Beatitudo Paterno deſiderio, & permaxima ſollicitudine tantis malis occurrere cupiens, in principio ſui Pontificatus, vti communis Pater, nemini tamen ſingulariter addictus, cæpit iſtis Principibus ſe opponere, vt diſſenſiones, odiaque eorum extingueret, pacemque inter ipſos firmaret, vt ex iſta radice fructus Concilij oriretur, quo Religionis diſſidia, & in Germania præcipuè, ad concordiam adducerentur, & reformatio rerum multarum induceretur, quæ ſicuti ex temporum variatione ſemper accidit, incrementa maiora quotidiè ſumpſerunt, non ſolùm in ſpirituali regimine, ſed etiam apud Sæculares Principes Chriſtianos, & præterea in eodem Concilio, poſt Chriſtianorum reformationem, incumbere, & inuitare omnes ad liberandos à crudeli tyrannide Turcarum populos Orientales, & ad noſtram ſanctam fidem in illis Regionibus, in quibus initium habuit, & valdè floruit, reſtituendam.

MS. Card. Sped. tom. 15. p. 751.

Vt igitur ad optatum finem, & pacem, & omnia alia perduceret Sua Beatitudo, nec labori,

nec

nec ſumptibus pepercit, ad Deum confugiens, & ſemper hæc cogitans, ſuaſque actiones omnes ad hoc dirigens, & continuè, modò cum Nuntijs, modò cum Legatis, modò cum propria perſona, ſeipſum in iſta decrepita ætate exponens multis, & plenis periculorum itineribus; qui labores, Deo, ob Populorum peccata, ſic permittente, quamuis aliquoties ſpem attuliſſent, fructum aliquem reddituros, vt quando Induciæ Niciæ firmatæ fuerunt, & cum Venetis fœdus contra Turcas ſancitum fuit, attamen iſtorum duorum Principum ſuſpiciones, & durities contrarium effectum menti Suæ Sanctitatis produxerunt, quia ex Induciarum ſciſſione maius belli incendiũ exarſit, & non ſolùm vires Turcarum repreſſæ non fuerunt, quinimmò ipſi Hungariæ Regnum ſibi ſubiecerunt, qui euentus, & labores, abſque fructu à Sua Sanctitate ſuſcepti, eum, nè amplius in iſto pacis negotio ſe interponeret, remouere deberent; attamen Sua Sanctitas, ne ſuo officio deficiat, & neceſſitatem multò maiorem eſſe præſentibus diebus, quam in alijs præteritis annis, aſpiciens, cùm Turca, & Germaniæ, & Italiæ ex parte terræ proximior ſit, cùm iam totam Hungariam occupauerit, & ex alia parte potentiſſimam Claſſem in viſceribus noſtris teneat, cum qua totum excurrens Mare, Terris maritimis Italiæ, Hiſpaniæ, Africæ, & omnibus Chriſtianis Inſulis vltimum affert exitium, & cùm bellorum præteritorum inter iſtos duos Principes, experientia docuerit, quàm difficulter vnus alterum vincere poſſit, quandoquidem ex eorum bellis nihil aliud, quàm aliquarum pauperum Regionum deuaſtationem, retulerunt, multas expenſas, & mortem ſtrenuorum hominum, qui ad reprimendam Turcicam audaciam apti fuiſſent, itaut ſi bellum producatur, pro certo habere poſſumus, quòd cùm nulla alia res effectum habeat, præter alterutram conſumptionem, Regionum vaſtationem, pecuniarum diſpendium, & Militum mortem, Turcis deuincendi totã Europam occaſionem præbebunt, ſicuti Conſtantinopolitano Imperio accidit, quod in manibus Turcarum cecidit, ob diſcordias Principum Orientalium, quemadmodum nunc eædem diſcordiæ vigent inter Occidentales. Sua Sanctitas igitur ſupradictas rationes conſiderans, optanſque tandem Concilij coadunationem ad effectum perducere in bonitate Dei, quæ noſtra vincere ſolet demerita, confidens, & aliquando ſola ſua gratia, quod difficiliùs, ad concedendum videtur, & quod multoties negauit, concedit, noluit prætermittere, denuò repoſcere ab iſtis duobus magnis Principibus, ad quos, ſi ætas grauis, & conditio, & temporis breuitas non obſtitiſſent, propria perſona acceſſiſſet, non ſolùm vt oſtenderet, quo animi ardore iſtam pacem cupiat, ſed vt auctoritate illi ã Deo conceſſa, & viuis rationibus præſentium neceſſitatum, & calamitatum Chriſtianitatis, animos ſiliceos iſtorum Principum emolliret; ideòque miſit Reuerendiſſimum ſuum Nepotem Cardinalem Farneſium, vt ſic, quoad fieri poſſit, ſuam ipſam perſonam repræſentet, cui commiſit, vt omni conatu curet, iſtam pacem obtinere, & præter ſupradictam neceſſitatem, Sua Beatitudo cenſuit, tempus præſens nouam opportunitatem ad hoc tractandũ præbere, cùm hyeme ſuperueniente, iſti duo Principes arma depoſuerint, & Dei gratia, cum honore vtriuſq; partis hucuſque bellatum ſit, cùm Rex Galliæ terras parui momenti amiſerit, & Imperator Geldriæ Ducatum recuperauerit, & abſque ſanguinis effuſione ſuam bellicam virtutem oſtenderit, offenſionique, quam anno præterito acceptam dicebat, ſatisfecerit, dùm in Galliam propria perſona arma intulit, ipſumque Regem multoties, & forti animi Princeps, & Germanici Imperij dignus ad campeſtre prælium inuitauit.

Sed quia in tractatu pacis, ſicut tractationes oſtenderunt, multæ difficultates propoſitæ fuerunt, Sua Sanctitas magnitudinem auctoritatis Imperij Principum conſiderans, & quantum eam iſti duo Principes magnifacere debeant, & cùm certus ſit, ipſos, & prudentia, & bonitate, quã ſunt præditi, cernentes Chriſtianitatis pericula, deſiderantes remedia illis præbere, ſemper pacem ſuaſuros, decreuit ſuo nomine mittere, ad orandum, & hortandum, vt cum Imperatore, & Rege Galliæ, vt pax ſequatur, omne ſtudium ponant, vtriſque demonſtrantes, ſicut eorum dignitatibus decet, cùm tam Imperij honoranda ſint membra, de illo, cuius cauſa pax non ſequetur, quærendi neceſſitatem, illiſque omnes rationes, quas illorum prudentia ſuggeret, aptas ad pacem inter iſtos duos Principes componendam, exponentes.

Sed cùm elapſis annis, dum de pace inter iſtos Principes concilianda tractabatur, diuerſæ fuerunt propoſitæ conditiones, in quibus, ſicut in rebus magni momenti accidit, varias, & graues difficultates apparuerunt, & ideò modo, quando tali ex cauſa conditiones pacis, ad concluſionem deduci non poſſent, Sua Sanctitas iudicat, quòd meliùs eſſet, vel fœdus, vel firmas Inducias obtinere, & iura, de quibus diſceptant, & quæ vtraque pars in diuerſis Prouincijs, & Regnis ſibi deberi contendit, ad futuri generalis Concilij deciſionem, vel ſi in hoc conuenire non poterunt, ad idoneos arbitros remittantur. Ex iſtis Inducijs armorum, non ſolùm ſaltem hoc bonum ſequetur, ſcilicet, diſcrimen, damnum, & probrum belli inter Chriſtianos de medio tollere, ſed etiam Concilium adeò deſideratum, quæſitum, & neceſſarium, tandem incipere, & vires ad Turcarum defenſionem coniungere. Ideò Sua Sanctitas hortatur, dictoſque Principes orat, vt ſecum laborem coniungant, & ſi aliud medium præmanibus habent meliùs ad conſequendum ſupradictũ effectum, placeat illis communicare, quia Sua Sanctitas, omni ſepoſito reſpectu, omni ſibi poſſibili conatu curabit, vt adeò concupita reconciliatio ſequatur. Iſtis rationibus, aliiſque ſimilibus, quas Nuncius cogitare poſſit, Germaniæ Principibus perſuadere conabitur, vt Imperatori, & Regi Galliæ amicitiam, pacem, & armorum Inducias ſuadeant.

Sed quia tota Nuncij intentio eſt dirigenda, ad promouendum, vt iſti Principes, quantocyùs pacis, vel Induciarum negotium promoueant; & quò magis eos Sua Sanctitas hortatur, eò magis in hoc incumbant, vt promptiùs hoc ad effectum perducant, & verbis Suæ Sanctitatis maiorem fidem præſtent, erit etiam Nuntij officium, omnem falſam opinionem, quam fortè conceperunt, quòd Sua Sanctitas non ſeriò, & ex toto animo hanc pacem promoueat, ex illorum mentibus, quoad poterit, auferre. Quod facilè faciet, illis præcipuè, & ordinatè omnes tractationes, quas circà hanc pacem, Sua Sanctitas fecit, narrando; eandemque iuſtificationem de Concilio addendo, de quo iuxta Suæ Sanctitatis Bullam, ſummariam

ratio-

rationem reddere poterit, illis declarando, vltimam ſuſpenſionem Concilij Tridentini factam fuiſſe, cauſa ſatis clara impoſſibilitatis celebrationis, cùm tota Chriſtianitas ab inteſtinis, externiſque bellis, vt ſatis notum eſt, arderet, & verè nomen Concilij contemni videretur, & ſic remedium vnicum, & valdè efficax malorum omnium vanum exiſtimaretur, cùm Sedis Apoſtolicæ Legati per octo continuos menſes, abſque eo quòd vlla Concilij forma appareret, expectarunt: tamen certos eos reddere poterit, Suam Sanctitatem non reuocaſſe animum, nec locum Concilij, niſi quando ob publicum bonum aliter exiſtimaretur, & firmata pace, & armorum Inducijs totus animus & diligentia, in hac celebratione poſita erit. Circa iſtum Concilij articulum, bonum conſilium erit, Nuntium curare, vt Cardinali Moguntino, Archiepiſcopo Salisburgenſi, & Treuirenſi placeat, iſtam Suę Sanctitatis mentem notam facere ſuis Suffraganeis, Epiſcopis, & Imperij Principibus: etiamque Epiſcopo Auguſtano, vt hoc negotium aſſumat, præcipere, quia multùm iſta iuſtificatio, & exhibitio ante Dietæ Imperialis coadunationem valebit, etiamque ſi Cardinalis Moguntinus iudicabit expedire, cùm ſit animorum volubilitas maxima, Archiepiſcopo Colonienſi, vel ſaltem eius Suffraganeis nunciare, & quomodocumque ſit, vtile valdè eſt, vt talis opinio iuxtà veritatem imprimatur in animis non ſolùm Epiſcoporum, ſed etiam Principum ſæcularium, & Eccleſiaſticorum, qui ad Dietam conuenire debent, & etiam inter populos promulgare.

Et quia aliquis ſæcularis Princeps de abuſibus, quos eſſe in Dei Eccleſia, & præcipuè in hac Romana Aula dicent, querelam facient, Nuntius ſemper, quod verum eſt affirmabit, Suę Sanctitatis tempore non irrepſiſſe, nec eius voluntatis eſſe, eos confirmare, quinimmò vt hi abuſus tollantur, valdè deſiderare, qua de cauſa Concilium ſemper maximoperè optaſſe; ſed animaduertat Nuntius, & abſtineat ſe à contentionibus circa iſtos abuſus, & circa fidei Catholicæ dogmata, quia in præſentiarum iſtud non eſt ſuum negotium: & tantum de his rebus loquetur, quantum ad modeſtè defendendam veritatem ſufficit, ſimulque hoc modo animas illorum, cum quibus de his loqui oportuerit, ædificare curabit.

Quando Nuntio acciderit alicui mandata exponere, quoad poterit, ipſe per ſe, & non per interpoſitam perſonam faciet, & præcipuè, cum Guilielmo, & Ludouico Ducibus Bauariæ, qui fortè ſimul morabuntur, ſic ſe geret.

Et poſtea Comiti Friderico Rheni Palatino, qui cùm in Dietis præſidere loco Imperialis Gubernatoris ſoleat, magni eius perſona eſt facienda, nomine Suæ Sanctitatis dicet, Suam Sanctitatem ſemper in memoria res Daniæ retinuiſſe, ob quas etiam inter dictos duos Principes pacem deſiderauit, qua firmata, illud Regnum pro ſua perſona eſſe recuperandum, firmiter credendum eſt. Poſtea ad Electorem Palatinum, vt Imperij præcipuam partem, accedet: illique ſignificabit, Suam Sanctitatem auctoritati, & prudentiæ ſuæ in negotio pacis, & in rebus Germaniæ benè dirigendis valdè confidere. Poterit etiam prædictis Ducibus Bauariæ, & Archiepiſcopo Moguntino animum Suæ Sanctitatis confirmandi, & magis firmandi fœdus Catholicum clarè exprimere, ſignificabitque etiam, Cardinalem Farneſium habere in mandatis, & auctoritatem omnia, quæ oportebit, concludendi, & hoc idem Ducibus Bauariæ notum facere poterit. Non deerit Nuntius, quando occaſio aderit, omnibus Epiſcopis, cum quibus in itinere conueniet, iuxtà ſupradictam informationem, ſuadere, & præcipuè animum eis addere, & demonſtrare, quòd ſi in Dieta de Religione agetur, tota eorum Dominatio & ſpiritualis, & temporalis in diſcrimen ventura ſit. Poſtquam cum Comite Palatino egerit, ad Cardinalem Moguntinum accedet, cui omnibus amoris declarationibus paternum Suę Sanctitatis erga eum affectum oſtendet, & quod pro Religione vſque ad hoc tempus operatus eſt, commendabit, etiamque vt impoſterum perſeueret hortetur, ei oſtendendo, hoc ſui eſſe muneris, & quia eſt Cardinalis, & quia præcipuus Imperij Elector, & Magdeburgenſis Archiepiſcopus, qui eſt primus Germaniæ, cùm ex illa perillustri Familia Magdeburgenſi originem trahat, quæ ſemper Catholica, & veræ Religionis auxiliatrix fuit, poſtea rogabit, vt ſuum credentiale Breue Marchioni Electori Brandeburgenſi Nepoti ſuo mittere placeat, notumq; illi facere totum, quod nomine Suæ Sanctitatis circa pacem, Concilium, & Turcarum defenſionem nunciatum ei fuit, eumq; adhortari, vt ſuos Oratores pro pace mittat. Treuirenſem poſtea Vrbem petet, eademque cum illo Electore Archiepiſcopo communicabit, addetque ei, quòd ſi pax cum Rege Galliæ firmabitur, ſuæ Regiones, quæ continua vexatione ob finitimas Cæſareæ Maieſtatis laborarunt, pacem in Concilio aſſequentur. Et iſtis omnibus Principibus, ad bellum diſſuadendum, & pacem promouendam, diuturnas populorum querelas, ſupra vires exactionibus præteritis oppreſſorum, & diſcrimina valdè clara tumultuum, & rebellionum populorum oſtendat.

Accedat poſtea Coloniam, vel Bonnam, vbi Coloniæ Archiepiſcopus moratur, & cum ipſo de pace generaliter aget, & de Concilio, cum omni certitudine oſtendens, quàm bonę mentis ſit Sua Sanctitas erga iſta duo puncta, etiamque pericula, in quibus verſatur ob res Geldriæ, demonſtrabit, ſicuti & multò magis propter diſcordias Ciuitatis Colonienſis Religionis cauſa, ſuper quas, quo ſit animo, intelliget. Nuntius procuret, illius Ciues certos reddere de optima Pontificis voluntate erga pacem, & Concilium, laboreſque, quos ob iſtas res ſuſtinet, exponat, eoſque hortetur conſtanter in vera Religione permanere, quod officium agendum erit cum primarijs Senatoribus, quibus mos eſt, publicas perſonas ad eorum Vrbem accedentes inuiſere, & cum Clero præcipuè.

Sed Nuntius animaduertat, quando neceſſe fuerit, vt aliquem Principem alloquatur, longiorem producere viam, & ſic diù proferre aduentum in Belgium, vti eſſet ad Archiepiſcopum Salisburgenſem, & Marchionem Brandeburgenſem accedere: literis eo euentu ſuppleat, communicans omnia, vt ſuprà dictum eſt, cum Ducibus Bauariæ, & Archiepiſcopo Moguntino, & Breue cum epiſtolis mittat, excuſando temporis breuitatem, & neceſſitatem conueniendi cum Imperatore, & opportunas cauſæ cognitiones, iuxta Suæ Sanctitatis mandatum, afferri curet. Et cùm dictus Nuntius ſimul erit cum Ducibus Bauariæ, & Epiſcopo Auguſtano, notitiam ſumet, vbi iſti Principes morentur, & dum, quia valdè diſtantes, cum eis conuenire non poſſit, opera Epiſcopi

Au-

Augustani, affectione cum Sua Sanctitate coniunctissimi, vtatur. Nuntius etiam debet, ex Augusta, vel Spira omnia nunciare, epistolasque Laurentio Bordogna Tabellariorum Prefecto Tridentum transmittere, eique imponere, quòd si non adsit occasio præsens epistolas ad Vrbem transmittendi, illas Bononiam statim mittat, & si aliquod graue negotium acciderit, quod modò non est nostrum prouidere, proprium tabellarium cursoribus equis transmittat, iuxta quod ipse Nuntius iudicabit negotium exigere. Spiræ Episcopum Hildesheimensem inueniet, cui commissa est Cameræ Imperialis Iudiciorum reformatio, cum eo, qui fidelis est, & cui benè sunt notę res Germaniæ, consilia communicabit, eumque confirmabit, vt in sua perseueret solita constantia, dicetque illi, Suam Sanctitatem valdè eius Ecclesiæ res apud Cęsarem, vt agat cum Duce de Bransuich, commendasse, & præcipiet iterum (quamuis in mandatis hoc habeat) Cardinali Farnesio, vt hoc idem cum Imperatore agat, & quia, sicut ipse desiderauit, pro ipso ad Imperatorem Breue scriptum fuit, illud ei assignabit. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Anno Domini MDXLIII. die vltima Nouembris Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Pauli anno X.*

51 De misso in Germaniam Sfondrato Internuntio certiorem fecit Pontifex Ferdinandum Regem Romanorum, significauitque periclitanti rei Christianæ vnicam salutem in eo sitam, vt inter Carolum Cæsarem, & Franciscum Regem extinctis veteribus odijs pax firmissima sanciretur, ad quam conciliandam concitatissimis equis prouolare Internuntius iussus esset, qua sancita, & Turcica tyrannis ingraueścens comprimi, & Concilium Oecumenicum ad Lutheranos ab impietate suscepta reuocandos, morumque integritatem restituendam celebrari posset.

Regi Romanorum.

Paul. III. lib. breu. anno 9. pag. 443.

Charissime, &c. Vt à nostro officio, quoad nobis vita supperet, nunquam desistamus, & miseram Christianitatem in extremum penè adductam discrimen, modo quo possumus, nostręque interpositione auctoritatis iuuemus, curam pacis inter Sereniſſimum Cęsarem Fratrem tuum, & Regem Christianissimum totiès à nobis tentatę in præsentia repetendam, & resumendam duximus. Quandoquidem non alia via Turcis obsisti, & vniuersale Concilium per arma necessariò interruptum resumi, ac celebrari posse videmus, quod sanè, nisi eisdem armis prohibeamur, omninò prosequi, & celebrare intendimus, itaque ob hanc causam mittimus ad dictas Maiestates dilectum filium Alexandrum Cardinalem de Farnesio Sanctę Romanę Ecclesiæ Vicecancellarium, Nepotem, ac Legatum Nostrum. Cupientes verò in hoc sancto opere etiam à Serenitate Tua, ac Principibus Germaniæ coadiuuari, misimus in Germaniam dilectum filium Franciscum de Sfondrato electum Sarnensem Nuntium ad hoc nostrum, vt per equos dispositos omni celeritate adhibita, cùm omnis mora valdè periculosa sit, insigniores Principes nostro nomine adeat, & ad nos in hoc sancto opere coadiuuandum, suamque operam, & auctoritatem apud ambas Maiestates interponendum hortetur, & requirat, deindeque pari celeritate vsus, cum responsionibus, ac literis dictorum Principum ad residentiam Tui Sereniſſimi Fratris conuolet, vt in tempore, quo dictus Cardinalis Legatus eò venerit, adesse possit, quę omnia etsi plenius ex relatione Nuntij apud Te nostri, cui scribi fecimus, eras intellecturus, voluimus tamen ipsi ad Serenitatem Tuam his nostris literis perscribere, Tuam Serenitatem maximè hortantes, & requirentes, vt pro tua sapientia perspiciens, quo in periculo tota Christianitas ex huiusmodi discordijs versetur, velis pro tua singulari pietate, & Regia sublimitate, vtilitati communi consulere, animumque eiusdem Sereniſſimi Tui Fratris ad pacis consilia reddere proniorem, quo & vniuersale Concilium celebrari, & pericula à Turcis impendentia, qui omnibus quidem Christianis, sed Tuæ præcipuè Maiestati imminent, depelli possint, &c. *Datum Romę XXII. Nouembris MDXLIII anno X.*

Rogatus pariter est Ioachimus Marchio Brandeburgensis, vt Oratores pro vrgenda pace transmitteret.

Dilecto filio Nobili Viro Ioachimo Marchioni Brandeburgensi Sacri Romani Imperij Principi Electori.

Paul. III. lib. breu. anno 9. pag. 444.

Dilecte fili salutem. Quamuis nostra consilia, quæ ad suadendam inter Cæsaream, & Christianissimi Regis Maiestates, concordiam semper sint directa, sicut omnibus apparere potuit, sępiùs antea, ac nuper proximè, ex tanto inter eosdem Maiestates armorum apparatu, ac penè concursu interrupta fuerint, tamen, vt primùm deductis in hyberna illorum exercitibus, armorum strepitus aliquantum quietos animaduertimus, ne vnquam ab officio nostro desistamus, & miseram Christianitatem eo modo, quo possumus, nostrę interpositione auctoritatis apud ipsas Maiestates iuuemus, nostrum officium suadendę pacis resumendum, & hoc beneficio Hyemis vtendum duximus, priusquam Vere proximo iterum illorum irę, atque arma in suam, & totius Christianę Reipublicę perniciem forsan erumpant, quod Deus Omnipotens dignetur auertere, &c. *Datum Romæ XXVIII. Nouembris MDXLIII. Anno X.*

Ibid. pag. 461.

Extant eodem argumento literę ad Ludouicum Electorem Comitem Palatinum Rheni, tùm ad Fridericum Comitem Palatinum, ad Duces Bauariæ, ad Moguntinum Cardinalem, ad Treuirensem, Colonienſem, & Salisburgensem Archiepiscopos, vt placato bello, instauratąque concordia, Concilium Tridentinum celebrari posset.

M. S. Car. Spad. tom. 133. pag. 422. Cardinalis Farnesius Legatus creatur ad Imperatorem, & Regem Galliæ pro pace.

52 De Alexandri Cardinalis Farnesij Legatione à Paulo III. ad Cęsarem, & Franciscum Gallię Regem decreta, hęc memorat Angelus „ Massarellus: [Non destitit (inquit) Pontifex, „ tùm hortando, tùm monendo, Principum „ animos ad vnionem reuocare, quare Reue„ rendissimum Dominum Alexandrum Cardi„ nalem Farnesium Apostolicę Sedis Legatum „ ad Cęsarem, & Gallorum Regem pro tractan„ da inter eos pace die XXI. Nouembris dicti „ anni in Sacro Patrum Senatu creauit.] Fit de ea mentio in Actis Consistorialibus, in quibus additur, accessisse ad Consistorium Cęsareum Oratorem, & literarum exemplũ, & instructionem Regis Gallię ad Ducem Aurelianensem filiũ suum protulisse, in quibus Landtgrauij Hassię amicitia posce-

scebatur, ostenderatque se paratum esse, Lutheranismum in Ducatum Lucemburgensem inducere, sic acta. [Præterea lectum fuit ab Oratore ,, Cæsareo exemplar literarum Francisci Galliarum Regis, & eiusdem instructiones Caroli ,, Ducis Aurelianensis ad Hassię Landtgrauium, ,, quibus idem Dux eius societatem appetebat, ,, seque paratum fore ostendebat Lutheranismũ ,, in Ducatum Lucemburgensem introducere, ,, requisitisque Reuerendissimorum Cardinalium ,, votis, reiectum est negotium in aliud Consistorium, cùm res tanti ponderis maturiore ,, deliberatione indigeret.] In ista eadem Congregatione Cardinalis Parisius, sic iubente Pontifice, disseruit super pragmatica libertati Ecclesiæ obnoxia à Cæsare in Hispania edita. De scripturis autem contra Regem Galliæ cùm exemplaria, & non originalia essent, decretum fuit, vt Legatus, & Nuntius de istis querelis verba facerent, audirentque quomodo se à culpa liberarent, Legatoque ad Reginam Galliæ Imperatoris Sororem sequentes literas eiusdem Legati commendatitias traditę fuerunt.

Reginæ Franciæ.

Chariſſima in Christo filia nostra salutem. Semper intelleximus quantum Tua Maiestas discordijs viri, & fratris Tui, dolens, studio pacis inter eos conciliandę flagrauerit, non modò amantissimæ vxoris, atque Sororis, verùm etiam pientissimæ, ac præstantissimæ Reginæ officium peragens, & Deo acceptissimum præstans obsequiũ, quamobrem cùm sicut necessitas afflictæ Christianitatis postulat, in præsentia pacem inter illos toties à nobis tentatam denuò repetere, ac suadere, quantum in nobis fuit, annitamur, atque ob hanc causam dilectum filium Alexandrum Cardinalem de Farnesio Vicecancellarium Nepotem, ac Legatum Nostrum, ad eosdem mittamus, hortamur, & roganus Serenitatem Tuam in Christo Iesu, & omni, quo possumus affectu ab ea petimus, vt operam, studium, & auctoritatem Tuam ad nos in hoc opere tàm Sancto, ac laudabili apud eosdem virum, & fratrem Tuos, coadiuuandum enixè interponere velis, omnique cura contendere, vt hæc Sanctissima pax conficiatur, quã si à Deo consequi medio Tuæ Serenitatis merebimur, nihil erit Maiestate Tua, vel apud homines illustriùs, vel apud Deum digniùs, cui post Terrenum Regnum etiam Cœleste concedat, &c.

Paul. III. lib. brev. an. 9. pag. 450.

Datum Romæ XXVIII. Nouembris MDXLIII. Anno X.

53 Tot calamitatibus attritum fuerat Christianum Imperium, ex ciuili Hispanorum, Gallorumque bello, vt ducenta, & amplius Christianorum millia iræ, & ambitioni Principum suorũ immolata in varijs prælijs, ex quo Carolus V. & Franciscus I. mutua odia contraxerant, cecideriut, ac Turca ex ijs diffidijs insolescens, plures Prouincias subegerit, atque Hæretici efferatiores effecti, venena latius propagauerint, quare ad placandã Diuinã irã indictæ sunt à Põtifice solemnes supplicationes, noxarumque venia oraturis Deũ pro instauranda Principum cõiunctione exhibita.

Ex Diar. Concil. Tridentt.

,, Cæterum cùm in tanta hæresum dissensione, bellorumque tempestate, tantisque excitatis fluctibus, viribus suis non satis fideret ,, Pontifex, cogitatus suos in Domino coniecit, ,, publicasque processiones, & preces die XI. Decembris præfati per Vniuersum Christianum ,, Orbem indixit, totque Indulgentias pro hac ,, Principum vnione, & pace orantibus, concessit, quot vigesimo quinto quoque anno Iubilei tempore Apostolorum Principis limina ,, visitantibus tribui consueuere, necnon XVI. ,, eiusdem Mensis Pontifex ipse, vnà cum Reuerendissimis Dominis Cardinalibus, qui tunc ,, in Vrbe viginti quatuor erant, & quinquaginta septem Prælatis, totaque Romana Curia, à Palatio Apostolico ad Ecclesiam Diui ,, Petri per Ciuitatem Leoninam profectus est.

Angel. Massarell. in. 1. archiu. Vat. pag. 33.

54 Appetierat bello Henricus Anglus Iacobum V. Scotiæ Regem, cùm, varijs artibus ad impietatem pellicere, atque ab obsequio Pontificis diuellere, frustra pertentasset, ob patrata enim scelera suspicacis ingenij Princeps, subditisque, quos tyrannidè attriuerat, exosus, metuebat, nè conuersis rebus, ex Scotia ad eũm euertendum bellum moueretur. At Pontifex lacessitum ab hoste Scotiæ Regem omni præsidio adiuuare enisus est, Sacerdotumque decumas illi addixit, ad quem has literas antequam acceptæ cladis, & contracti læthalis morbi fama in Vrbem afferretur, transmisit.

Henricus VIII. Angliæ Rex bellum mouet, cõtra Regẽ Scotiæ.

Regi Scotorum.

Nuper cùm audissemus perditionis, & Sathanæ filium Henricum, qui pro Rege Angliæ se gerit, bellum tibi, quod antea Deo, & Virtutibus intulerat, intulisse, ægerrimè scilicet ferentem, quòd te, quem sæpissimè tentauit, secum in perditionem trahere non potuerit. Nos hac honesta, & iusta occasione se nobis offerente, sponte ipsi nostra, ac te nihil nunc à nobis petente, sex decimas fructuum Ecclesiasticorum vnius biennij in Tuo Regno imponendas, & in huius belli subuentionem, ac Tui Regni defensionem conuertendas duximus, illarum generalem Collectorem dilectum filium nostrum Cardinalem Scotiæ deputantes, sicut ex alijs nostris literis Maiestati Tuæ plenius constabit, ex quo apparere potest, nobis, qui eadem nunc fecimus, quę superiori anno denegauimus, honestam tunc facultatem defuisse potiùs, quàm voluntatem, atque vtinam, fili chariſſime, facultates Sedis Apostolicę non essent ita attritę, atque exhaustę (sicut non ignoras) certè nõ destitissemus hinc quoque, missa pecunia, Serenitati Tuę opitulari, sed tamen Te in bona spe esse volumus, quòd si necesse fuerit (quod Deus auertat) nos Tibi etiam de amplioribus decimis Tui Regni, & de proprio nostro subsidio, quantum nobis licebit, non deerimus, cùm pro Te tanquam præstantissimo Rege, ac pientissimo filio nostro, & contra illum communem hostem omnia facere cupiamus, & debeamus. Tu ergo memor tuę causę, imò Dei Omnipotentis, quam tueris, alacriter procedas, ac fortiter prælium Domini pręliaturus, ipse enim Dominus, cuius interdum auxilio vnus mille, & duo fugant decem millia Tibi deesse non poterit, sicut speramus, cùm Tu honorem eius Ecclesiæ, reuerentiam, fidei sinceritatem in tuo Regno conseruaueris, & defendas, quas è contra ille tot sceleribus, & crudelitatibus fœdauit, ac de suo penitùs eiecit. *Datum Romæ apud S. Petrum, &c. die IX. Ianuarij. MDXLIII. Anno IX.*

Paul. III. lib. brev. an. 9. p. 57

De indictis decumis extant ad Clerum Scotiæ literæ, in quibus hæc ratio dati mandati exprimitur. [Rex Henricus nihil aliud molitur, ,, nisi vt Regnum Scotiæ occupet, & Catholicã, ,, ac Orthodoxam Fidem in eo, sicut in Angliã ,, fecit, destruat.] Quod verò ad prosperos successus eius belli expectatos à Pontifice, visum est aliter Deo, qui grauissimis calamitatibus pios

ubi supra, & Card. Palauicin. lib. 5. c. 5. n. 1.

alib. 9. p. 7

interdum exercet, quod à Profeta prædictum eſt. a Pſal. 43. *Quoniam propter Te mortificamur tota die æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis*. Fuſus eſt enim ingenti clade Iacobi Regis Scotiæ exercitus, ex qua tàntum dolorem cepit, vt contracto morbo lethali, breui extinctus eſt, relicta filia Maria Regni hærede, ac teſtamento Betonium Cardinalem S. Andreæ, ac tres alios Regno adminiſtrando præfecit. Verùm .... Araniæ Comes Regni procurationem inuaſit, ac Cardinalem captum cuſtodiæ tradidit, de quibus aduerſis Pontifex his literis condoluit. [Sumus maximo conſtituti in Paulus III. lib. brev. an. 9. p. 81 ,, mœrore, quòd illum præſtantiſſimum, & omni laude dignum Regem (nempè Iacobum) ,, alieniſſimo ſui Regni tempore, quod orbatum, ,, belloque implicitum reliquit, amiſimus, tùm ,, quòd ea ſpes conſeruandi illius Regni, quam ,, in Te in primis habuiſſemus, ea nos in præſentiarum deſtituit, Te in poteſtatem perfidorum ,, redacto, &c. *Datum Bononiæ XXV. Martij MDXLIII. Anno IX.*

Miſit verò Pontifex in Scotiam Marcum Patriarcham Aquileienſem, vt pro tuendo Regno, aſſerenda Fide Catholica, ac ..... Betonio Cardinale in libertatem vindicando operam cõferret.

55 Cui inſtructio tradita fuit, continens ea, quæ cum Rege Galliæ agere debebat, cuius Conſilio Nuntio in omnibus vti, præcipiebatur, & M.S. Card. Spada To. 15. p. 705. inter cætera talia habuit mandata, ſcilicet, [Notam faciat facultatem, exigendi à Clero Regni ſex decumas, vt petitioni, de qua demortuus Rex ſupplicauerat, ſatisfactum ſit, adhortabitque Clerũ, vt libenter eas perſoluat, curabit cum Conſilio Reginæ, & Regni Gubernatoribus, vt vnus, vel plures homines probi, & bonæ exiſtimationis, & famæ vti Theſaurarij earum decimarum, eligantur, illiſque pecunia exacta cuſtodienda tradatur, poſteaque arbitrio Reginæ, & Regni Gubernatorum, expendatur; Vrbanitates graues, & affabiles, ſed nonnimis exquiſitæ ſint; facultates conceſſę, ad honorem Dei, ædificationem populorum, & vtilitatem Regni ſolummodo ſeruiant, quapropter ſuper tuos Miniſtros vigiles, nè auaritia exęcęti aliquid extorqueant, & in hac re Cardinalem Polum, & alios, qui annis præteritis, Legationis, & Nuntiaturæ munus illis in Regnis exercuerunt, tibi proponas ad imitandos.] Et inter multa Breuia, quę illi Pontifex ad Principes Galliæ, & Scotiæ dedit, vnum ſequens fuit ad Regni Gubernatores directum.

Venerabili fratri, & dilectis filijs tribus Deputatis ad regimen Scotorum.

Venerabiles fratres, & dilecti filij ſalutem. Superioribus menſibus cùm eſſet ad nos allatũ de bello Paul. III. lib. brev. anno 9. pag 222. per Henricũ pro Angliæ Rege ſe gerentẽ, contra clarę memorię Iacobum Regem veſtrũ moto, nos, qui ipſum Iacobum tanto amore proſequebamur, quantò eius erga Deũ pietas, ſinceruſque in Religione animus poſtulabat, vt ipſum, ac Regnũ eius aliqua ope iuuaremus, vltrò ipſi ſex decimas ſuper fructibus Eccleſiaſticis iſtius Regni ad defenſionẽ eiuſdẽ Regis, ac Regni, impoſuimus, literaſque noſtras cõplures, tùm ſuper ipſa impoſitione, tùm ad ipſum Regem, atque etiam ad dilectum filium noſtrum Cardinalem S. Andreæ, quem Collectorem ipſarum decimarum deputabamus, directas, iſtuc miſimus, additis etiam alteris literis, per quas de aduerſarijs veſtris repulſis eiſdem Regi, ac Cardinali gratulabamur, ſed heu miſerabilem humanarum rerum inſtabilitatem, paucis poſt diebus, noſtrum illud gaudium in amariſſimum luctum verſum eſt, illius præſtantiſſimi, ac plenitiſſimi Regis obitu primùm, deinde etiam captiua dicti Cardinalis auditis, quę nobis animum graui doloris aculeo meritò vulnerarunt, non ſolùm immaturam talis Regis mortem, indignumque ipſius Cardinalis caſum miſerantibus, verùm etiam anxijs, & ſollicitis de ſalute iſtius Regni, quod quidem ob ipſius fidem erga Regem, & Religionem erga Deum, omni laude dignum, ſpecialique noſtra dilectione, & cura proſequendum exiſtimamus. Nouiſſimè per nos audito, quòd ipſius Regni Status vos ad eiuſdem Regni regimen intereà deputarunt, dolorem noſtrum non parum mitigauimus, ſperantes, quod idem Deus, cuius nutu ad hanc veſtram deputationem illi impulſi fuerunt, veſtro fœlici regimine, & ipſius Regni ſecuritati clementer aſpirabit: vndè nos pia, ac paterna cura de iſto Regno incenſi, nè vobis, & eidem Regno in eo auxilio decimarum, quod viuente Rege decreueramus, nunc cùm illud magis neceſſarium vobis eſt, deſimus, cum ea ſpe, quam in dicto Cardinale habere potuiſſemus, ſimus fruſtrati, mittimus iſtuc dedita opera Venerabilem Fratrem Marcum Patriarcham Aquileienſem, latorem præſentium, virum prudentia, nobilitate, ac dignitate inſignem, & cuius opera in alijs grauiſſimis rebus vti ſumus, Collectorem decimarum prædictarum in locum eiuſdem Cardinalis, cum opportuna facultate deputantes, ei mandauimus, vt dictas decimas diligenter exigi, exactaſque penès idoneum Depoſitarium à vobis eligendum deponi, fideliterque in defenſionem, & ſecuritatem iſtius Regni iuxtà prouidam ordinationem veſtram expendi, ac dicti Cardinalis liberationem, ſi nondum liberatus ſit, omnibus modis, apud vos curet, generaliterque quacunque in rẽ noſtram auctoritatem, & ſuam operam eſſe putauerit vtilem ad eiuſdem Regni tutelam piè, ac ſeduld vobis noſtro nomine impartiatur, &c. *Datum Bononiæ XXV. Martij MDXLIII. anno IX.* Adhortatio vt Regnum, & Religionẽ tueatur.

Reſtitutus eſt libertati Gallicis auxilijs à Franciſco Rege ſubmiſſis Cardinalis Betonius, atque Henrici Angliæ Regis graſſationes compreſſæ ſunt: exarſiſſe verò poſtea maxima de Religione diſſidia, pietatiſque Catholicæ meo Regno nitorem defloruiſſe viſuri ſumus. Hiſt Scoti

56 In Polonia res Catholica Nouatorum artibus, inſidijſque adducta eſt in diſcrimen, ſignificauit enim Internuntius Pontificius, moliri nõnullos hæreſi pandere aditum, nouiſque rebus ſtudere, ac ſi ſeniorem Regem è viuis tolli contingeret, periclitaturam Poloniam, ne ob Arces minus munitas, & diſſenſiones ciuiles, Turcica irruptione vaſtaretur: ad Nouatorum verò nefaria molimina euertenda, Pontifex Sigiſmundum ſeniorem hortatus eſt, vt partam Catholici Principis in Polonia ab hæreſi vindicanda gloriam tueri pergeret, Apoſtolicæque Sedis auctoritatem integram, illibatamque contra nonnullos Proceres nouarum rerum cupidos, aſſereret, obſtaret impijs initijs, atque ex Germaniæ incendio infelici edoctus primas diſſenſionum in Polonia oriundarum faces extingueret. *Apud Paulum III. brev. pag. 374.* In Poloniam ſe Hæretici introdere tentant.

Regi Poloniæ.

Chariſſime. etſi laudatione potiùs quàm hortatione cum Tua Maieſtate vti debeamus, propterea quod cùm ſuperiore anno ad Te ſcripſiſſemus nè ius, & auctoritatem huius Sanctæ Sedis, ſicut à nonnullis ex Proceribus, & Sæcularibus Tui Regni attẽtabatur, immiinni patereris, fructum optatum, Paulus III. lib. brev. anno 9. pag. 385.

Digitized by Google

tum; Tuaque Maiestate dignum retulimus, tamen cùm illos eosdem in proximo Petriconiæ Conuentu idem conaturos esse nobis significatum fuerit, existimauimus id, quod illi clàm à Tua Maiestate (sicut credimus) moliuntur, ad Maiestatis Tuę notitiam per nos esse deducendum; non enim fili chariſſime, Sathanas dormit, sed fremens, ac rugiens inuidia, & dolore ardet, quod quamquam finitimis ferè omnibus pernicioſa hæresi contaminatis, tuum tamen Regnum, cura ac pietate Maiestatis Tuæ videt esse incolume, propterea que his paulatim initijs pertentat, vt idem tuum Regnum in eandem vicinorum trahat ruinam, quod Deus Omnipotens auertat, & Maiestate Tua, Tuoq; Nato pientiſſimo Rege viuentibus timere non posse confidimus: sed tamen cùm omnis mutatio, ac nouitas, præsertim in his, quę ad Religionis obedientiam pertinent, periculoſa sit, sicut ex propinquo Germaniæ incendio Maiestas Tua perſpicere potest, nos propterea, quamuis illam abundare sciamus sapientia, & flagrare pietate, nec egere cuiusquam monitis in his, quæ rectè agenda sunt, eandem Maiestatem Tuam paterna beneuolentia, & charitate per Dominum Ieſum requirimus, hortamur, & rogamus, vt repreſſis suorum huiusmodi conatibus eandem in suo Regno Apoſtolicæ Sedis reuerentiam, iuriumque eius conseruationem fouere velit, quam à suis accepit, & ipsa hactenus piè custodiuit, ſi hoc fecerit, longæuam ætatem, præstantiſſimumque filium Regni hęredem, foris victorias, domi tranquillitatem, vbique fœlicitatem à Deo consequutura est in terris, nec dubitamus quin post vitam tàm piè actam maiora consequatur in Cœlis. *Datum Veltris die XV. Septembris MDXLIII. Anno IX.*

Petri Vermilij defectio à fide.

57 Hoc anno Petrus Vermilius Canonicus Regularis Theologicis artibus, & literis Latinis, Græcis, & Hebraicis excultiſſimus, & Sacrę eloquentię laude florentiſſimus, ex impiorum librorum lectione hæresim adeò auidè suxit, vt ad Hęreticos transfugiens, cathedram peſtilentię conscenderit, atque inter impios claritatem flagitio collegerit, apud quos Martyris nomen falsum sibi asciuit: digeſſit verò Scholastico more hęreticas argutias, orthodoxamque Religionem acerrimi ingenij contentione oppugnauit, adeò vt etiam Caluinum improbitate æquauerit, vel vicerit. Vocatus is fuerat in iudicium ob errores Neapoli sparsos, sed nimia in eum adhibita clementia abusus, & Lucam relegatus, eam Vrbem maximè infecerat, ad quam cùm Pontifex se conferret, metu percitus Genuam prouolauit: nec defuere in Religioſis Ordinibus plures hypocritę, qui à vera pietate auerſi hæresim ſimplicibus affiare niterentur, ad quæ mala auertenda Pontifex Ordinum comitia celebrari iuſſit, atque in ijs suſpectos de hæresi à publicis muneribus dimoueri, tùm à concionum habendarum, exhomologeſeonque audiendarum officio inhiberi, qua de re Congregationis Lateranenſis Canonicis Regularibus, qui Placentiæ, & Prędicatoribus, qui Parmæ, & Minoribus Conuentualibus, qui Anconæ, & Auguſtinianis, qui Romæ congregandi erant, ſubiectas literas dedit.

Paul. III. lib. bren. an. 9. pag. 196.

Dilectis filijs Hieronymo Seripando Priori Generali, ac Definitoribus, & Vocalibus, cæteriſque Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in Capitulo Generali dicti Ordinis Romæ proximè congregandis.

58 Dilecti filij ſalutem. Cùm inſtigante Sathana, Lutherana hęresis (quod dolenter referimus) quotidiè pullulet, atque eius mali cauſa à verbum Dei prædicantibus, qui venena huiuſmodi in miſeros auditores ſpargunt, plerumque procedat, ideò filij dilectiſſimi, conuenientibus vobis in vnum, vt Capitulum Generale veſtri Ordinis de more celebretis, inter cętera ad officium veſtrum, ad Dei honorem, ad animarum ſalutem pertinentia, hoc in primis curandum, & omni opera ſatagendum vobis est, vt ſingulos veſtri Ordinis, quos verbo Dei prędicando, & Confeſſionibus etiam audiendis pręficere conſueuiſtis, diligenter excutiatis, illorumque famam, ſenſus, & voluntates ſedulò perſcrutemini, & quos hac hęreſi infectos, aut de ea quomodolibet ſuſpectos cognoueritis, ab officio prędicationis, & Confeſſionum audiendarum penitùs amoueatis, imò etiam Canonica pœna tanquam morbidas oues afficiatis, nè ſanas inficiant, & in eorum locum illos ſubſtituatis, qui hac ſuſpicione omninò careant; his verò, quos ſubſtitueritis, vel aliàs deputaueritis, certam formam, ac normam pręſcribatis, quam egredi in prædicando non poſſint. Denique taliter in hoc prouideatis, curam adhibeatis ita ſolicitam, ac diligentem, vt deputatorum à vobis peccatum culpa veſtra non ſit, vtque nobis, qui cum noſtris Prædeceſſoribus hęc officia prędicandi, & Confeſſiones audiendi in veſtro Ordine, alijs tunc benè vtentibus hactenus manere permiſimus, nunc vobis, & alijs abutentibus, neceſſarium non ſit, vt ipſa officia ad alios meliùs vſuros transferamus, ſed hęc veſtrę charitatis admonendę gratia à nobis dictum ſit, non quòd de ſinceritate vniuerſali veſtri Ordinis dubitemus, ſed tamen, ſi hęc cura, atque ſolertia, in initio huius mali fuiſſet adhibita, nunc certè tàm periculosè non laboraremus. Veſter igitur Ordo ſemper fidei Catholicę, Sanctęque Eccleſię defenſor ab his zizanijs, & ſentibus repurgandus vobis est, vt ſolito ſplendore niteat, vtque non ſolùm iſto Capituli habendi tempore, verùm etiam poſteà, aſſidua, & iugi cura inuigiletis, vt deputati à vobis, ad vtrumque officium illud catholicè, ac piè, iuxta ſenſum Vniuerſalis Eccleſiæ exerceant, & nouas atque hęreticas opiniones nec recipiant ipſi, nec alijs ſua venena propinent, quòd ſi qui in hunc errorem labantur, ſtatim à vobis arripiantur, ac debitè puniantur, vt ipſorum pœna alijs tranſeat in exemplum, atque vt hæc efficaciter, ſicut veſtri est officij, faciatis, vos hortamur, monemus, & in virtute Sanctę obedientię per Apoſtolica vobis ſcripta pręcipimus, acriùs prouiſuri niſi feceritis. *Datum Bononiæ XXX. Martij MDXLIII. Anno IX.*

Surius in comment. Georgius David Hęreſiarcha.

59 Hoc anno Georgius David Maior in Friſia Hęreſiarcharum numerum auxit, faſcinatus enim à Dęmone etiam magicis artibus imperitam plebem adeò faſcinauit, vt tamquam nouus Chriſtus ab ea coleretur, ac mulierculæ ſe beatas prędicarent, ſi ab eo contaminarentur, de quo ,, hæc Surius. [Ille infanus non dubitauit ſe Dei ,, nepotem appellare, cum ferís, & auibus, quo- ,, cumque eſſet collibito idiomate colloquia ,, miſcuit, & ab illis alimenta accepit, haud du- ,, bio pręſtigijs, & Dęmonum opera vſus. Aie- ,, bat Cœlum eſſe vacuum, ſe diuinitùs miſſum, ,, vt Regni hęredes accerſeret, multaque id ge- ,, nus alia ridicula, & abſurda, quibus tamen ,, non defuerunt, qui fidem commodarent, vt ,, eſt hoc ſęculum pudenda leuitate, & pluſquam ,, anili ſtoliditate auidum, in res nouas quan-

Georgius Maior hęreſum numerum auxit.

Digitized by Google

,, tumcumque alioqui abſurdas, & impias.] Sed ab impio ad pijſſimum ſermonem traducamus.

Horat. Turſell. S. Franciſci Xauer. vit. lib. 2. cap. 5.

S. Franciſci Xauerij miri labores in India.

60 Hoc anno S. Xauerius, Goa profectus, ad Paranas Malabares Promontorij Comorinenſis accolas, gemmarum Piſcatores, vt eorum animas pretioſiores gemmis piſcaretur, Chriſtique coronę adderet, barbarum populum, fide Chriſtiana excoluit. Tota Regio triginta conſtabat inſignioribus Oppidis, ac viginti ex ijs millia ſacro quidem Baptiſmo fuerant initiata, ſed Diuina prorsùs ignara lege, deſtitutaque à Sacerdotibus ob ſterilitatem loci; magna verò adultorum, infantiumque multitudo adhuc Baptiſmo abluenda ſupererat, nec non decem Oppida adhuc in Idolorum cultu perſtabant: maximos verò labores interprete vſus in ijs Chriſto aggregandis, erudiendiſque Sanctiſſimus Legatus pertulit; accedentes ad fidem quotidiè ſalutari vnda abluebat, Idolorum ſacrificia impediebat, ſponſos, ſponſaſque ritè in matrimonio collocabat, diffidentes reuocabat ad pacem, Chriſtianę diſciplinæ capita in Malabaricam linguam conuerſa cùm mandaſſet memoriæ, mox tintinnabulo puerorum greges, ac virorum cogens obibat, coactis in vnum locum eadem inculcabat, puerorum etiam opera vſus, vt ſuos quiſque parentes, cognatos, domeſticos, vicinoſque omnes paulatim docerent ea, quæ in ſchola didiciſſent. Si alicubi Idola coli accepiſſet, contracta puerorum manu, eò contendebat, eaque confringi, conſpui, conculcarique pedibus curabat, Dęmoniſque cultum vertebat in ludibrium: tantus verò numerus ſacra Chriſtiana capeſcentium fuit, vt inter baptizandum, manibus, brachijſque defatigatis, ſępè langueret, vicos enim totos, non ſemel, ſingulis diebus expiauit, confirmauit verò Deus inſignibus miraculis prędicatam ab eo fidem. In Tutuchurino Pago honeſta mulier tertium iam diem difficultate partus periclitata, cùm ipanes Deos fruſtra imploraſſet, à Franciſco Xauerio, qui cum interprete occurrerat, vtque (deſperata corporis ſalute) animæ conſuleret, baptizata, mox innoxia fœtum effudit, atque è moribunda, vegeta euaſit, quo miraculo primùm domeſtici, dein Oppidani Chriſto nomina dedere, multi (ab eo recitato Euangelio) ægroti ſanati, multi energumeni liberati.

Mortui ad vitam excitati.

Tres etiam in eodem Comorinenſi tractu mortui ad vitam reuocati, vt narrat Turſellinus ex fi-
,, de digniſſimis monumentis. [Punicale Oppidum eſt in ora Commorinenſi, haud ſanè
,, ignobile. Hic adoleſcens quidam minimè obſcuro loco natus, mortem obierat, qui confeſtim ad Franciſcum delatus à ſuis cum ingenti comploratione, ad eius pedes ponitur, itaq;
,, eum Pater manu prehenſum Chriſti nomine
,, ſurgere iubet, ille continuò ſurgit, haud dubiè rediuiuus. Id Xauerius humilitati ſuæ indulgens, quantum potuit, diſſimulando ſuppreſſit, ſed fruſtrà, neque enim teſtes, pręconeſque magnæ rei defuere, & huic miraculo
,, conſimile deinde adfirmauit fidem. Ibidem
,, Chriſtiana mulier Franciſcum adijt, & flens,
,, ac ſuam orbitatem deplorans, ſuppliciter obſecrabat, vt ad paruum filium ſuum nuper in
,, puteo extinctum accedere ne grauaretur,
,, tùm ille negans, puerum eſſe mortuum, bono
,, eſſe animo mulierem iubet; eique protinus
,, morem gerit. Ad eius tecta vbi ventum eſt,
,, procumbit in genua, Deum aliquandiù precatus, exanime pueri corpus ſignat Cruce; ex-
,, templò exilit puer è feretro non viuus modò,
,, ſed etiam valens, enimuerò circumſtantes
,, Chriſtiani circumſtrepere, & miraculum clamitare, At Xauerius enixè eos obteſtatus, vt
,, rem omni ope tacerent, repentè inde proripuit ſe. Cęterùm illi, vt rem tàm admirabi-
,, lem ſilentio ſupprimerent, nequaquam ſibi
,, temperare potuerunt. Et Xauerij diſſimulatio
,, illuſtriorem inſuper eius ſanctimoniam fecit.
,, Porrò Ioannes Triaga Luſitanus (vt de alijs
,, taceam) vir iuxtà pius & grauis, idemque
,, Franciſci familiaris, poſt eius diſceſſum, à
,, Goani Epiſcopi Vicario ritè interrogatus, pro
,, teſtimonio dixit: Punicali interfuiſſe ſe, cùm
,, Franciſcus puerum quemdam, itemque puellam reuocaret ad vitam. Accepiſſe etiam ſe à
,, multis, alium præterea ab eodem in vico, cui
,, Bembari eſt nomen, à mortuis excitatum. De
,, quo interrogatum ab ſe Xauerium ita rem
,, humilitatis ſtudio ſuppreſſiſſe, vt tamen ſuppreſſa veritas emineret, & hæc ſatis teſtata
,, atque ab Indiæ Prorege Luſitani Regis iuſſu
,, conquiſita, obſignataq; penes nos habemus.]

Conſtitutæ à Sancto Legato Eccleſiæ.

Cùm deeſſent Sacerdotes in ampla Regione ad continendas in diſciplina Chriſtiana Eccleſias, quas conſtituerat, in omnibus locis ſingulos, vel binos viros virtute præſtantiores præfecit, qui vicem Curionum ſupplerent, Baptiſmi rationem ijs tradidit, vt ſi neceſſitas vrgeret, infantibus baptiſmalia ſacra conferrent, Ædem ſacram curarent, bis in die Catechiſmum tùm Latino, tùm patrio ſermone, manè viris, poſt meridiem mulieribus repeterent, nuptias contrahendas de more promulgarent, connubiorumque impedimenta inquirerent, natorum eo anno puerorum numerum, vel habentium pellices, vel ſimultates exercentium Xauerio referrent, vt his malis mederetur: ad eos verò ſtipendiolo ſuſtentandos perfecit cum Regina Catharina, vt vectigal, quod à Paranis in illius ſoccos, & crepidas pendebatur, in pium hoc opus conuerteretur, perſuaſitque non alios ſoccos, quibus ipſa Cælum ſcanderet, futuros aptiores, quàm Neophytorum preces. Sępiùs Brachmanas in eorũ ſuperſtitione confudit, paucos tamen horum, ad fidem conuertit. Tanta autem in

Orlandin. lib. 4. hoc anno.

his locis Xauerij animum gaudia diuina perfundebant, vt ingentis ſui laboris, ſolicitęque in proximos charitatis fructum quemdam vel in hac vita præripere, & in Cœlo conditam præguſtare mercedem ſibi quodammodo videretur; & ille quidem, cum Romam ad ſuos ſcriberet, diſertis verbis affirmauit tantam eſſe vim gaudiorum, quæ Deus in ea excolenda barbarie ſedulò laborantibus elargiebatur, vt ſi quid eſſet ſolidi in hac vita gaudij, id vnum ibi eſſe videretur. Idemque ſępiùs auditus eſt inter eos labores, cùm cœleſtis ſe iucunditas ſupertunderet, exclamare. [Quæſo
,, te Domine, noli me tantis in hac vita obruere
,, gaudijs, aut ſi pro tua infinita liberalitate, his
,, me circumfluere omninò placet; transfer me
,, hinc ociùs in iſtas ſedes, regionemque beatorum.]

IESV CHRISTI

Anno 1544.

PAVLI III. Anno 11. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 26.

1 HOrrendi bellorum fragores detonuere in Chriſtiano Imperio, anno poſt Chriſtum

ſtum natum milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto. Sed demùm Diuino imperio, fulgurantis Cœli terrores in ſuauiſſimũ concordiæ rorem abiere, vt redintegrandi Concilij expectatio reuiuiſcere, & melior rerum ſpes reflореſcere cœperit, in quo Prophetæ oraculũ illud ſuſpexerunt pij: *Et ſtatuit procellam eius in auram, & ſiluerunt fluctus eius, & lætati ſunt, quia ſiluerunt.* Vt verò res geſta ſit, ordinem temporis ſecuti eam percurremus.

Irriti Cardinalis Legati labores.

Conciliandæ paci inter Cæſarem & Franciſcum Galliæ Regem ardentiſſimo ſtudio nauata eſt opera, decretuſque à Pontifice Legatus Cardinalis Farneſius (vt vidimus) in Belgium ſe contulit ad Cæſarem; ſed iam ille Belgio egreſſus, in Germaniam ad Spirenſia Comitia properabat, eumque in itinere conſecutus, plurima cum eo de redintegranda cum Galliarum Rege concordia, pro publica Chriſtiani Imperij ſalute aſſerenda, pro Lutherana hæreſi comprimenda, pro cogenda Oecumenica Synodo, pro coërcenda frangendaque Turcica tyrannide verba fecit, quibus Cæſar ira vehementiore in Gallum, qui Solymannum aduersùs Chriſtianos cum æterno ſui nominis dedecore concitarat, elatior aures clauſit, omnemque pacis actionem diſiecit: cùmque Vormatiam peruenisſet, Legatum re infecta à ſe dimiſit, de quo Pontifex expediti curſoris opera factus certior decreuit VIII. Ianuarij incuntis huius anni in ea cauſa grauiſſima, in qua Chriſtianæ rei ſalus vertebatur, poſthac non vt Patrem & Paſtorem ſe gerere, ſed Iudicis munus exercere, vt docent Acta Conſiſtorialia: quibus addit Angelus Maſſarellus in diario Concilij Tridentini Farneſium Cardinalem Legatum reuerſum in Vrbem, eamque prima die Martij ingreſſum.

Cæſar pacis verba reſpuit.

2 Omni itaque pacis tractatu diſſoluto Imperator ad comitia Imperij Spiræ agenda, quæ iam ad Kal. Nouembris anni præteriti indixerat, ſe conuertit. Celeberrimi fuere ij conuentus Spirenſes, quibus non modò Carolus V. Imperator, ſed etiam Ferdinandus Romanorũ Rex, & Electores omnes interfuere, & Germaniæ Principes ferè vniuerſi, & in hac Dieta Fridericus Elector Saxoniæ Ferdinandum Cæſaris Fratrem, vt Regem Romanorum agnouit: De hoc conuentu ita Surius:

Hoc anno in comm.

„ [Cæſar huius anni initio è Belgio Spiram
„ proficiſcitur ad Imperij ab ipſo indictum con-
„ uentum, qui quidem cum primis celebris fuit,
„ præſentibus illic Electoribus omnibus, quod
„ rarò fieri ſolet, & ipſo quoque Ferdinando
„ Rege, & Principibus pleriſque omnibus. In
„ hoc conuentu Cæſar contra Gallicum Regem
„ ab omnibus Imperij Ordinibus grandem pe-
„ cuniæ ſummam in ſex menſes impetrat: cum
„ Daniæ Rege, qui cum Gallo fœdus percuſſe-
„ rat contrà ipſum omninò tranſigit. Saxoniæ
„ quoque Elector Ferdinando Regi obſeruan-
„ tiam promittit.]

Lib. 23. 34.

„ His addit Belcarius [Etiam Spiram miſit
„ Franciſcus Rex Galliæ, vt teſſeram liberi adi-
„ tus Legatis ſuis impetraret; Cæſarem enim
„ de ſe apud Imperij Ordines queſturum, præ-
„ uidebat; Legati autem (hi erant: Ioannes Bel-
„ laius Cardinalis, Franciſcus Oliuarius, qui
„ poſtea Cancellarius fuit, Africanus Melleius
„ Prætor Diuionenſis) iam Nuntium appule-
„ rant. Heraldus ſolemni veſte indutus, Re-
„ gis literas ad Cæſarem, atque Imperij Or-
„ dines ſcriptas Granuellano offert. At iuſ-
„ ſus redire domum, ne quis cum illo quic-
„ quam communicaret, *adhibita* cuſtodia,
„ quatriduo poſt grauiter increpitus dimitti-
„ tur, in magnum capitis periculum incurriſſe;
„ cum Rege enim Germaniæ hoſte, Ius Gen-
„ tium in Germania haud eſſe communican-
„ dum, Cæſarem literas eius nec velle, nec
„ recipere debere, ne propter vana eius promiſſa
„ nonnulli circumſcribantur. Itaque cum cæ-
„ teris remiſſus eſt, re cum Principibus Impe-
„ rij non communicata, quod à Germanorum
„ conuentuum more alienum fuit. Redeunti
„ comites dati, qui Nuntium vſque deduce-
„ rent, quo reſponſo accepto, Regis Legati in
„ Galliam reuertuntur. Interim dum Nuntij
„ Heraldi reditum præſtolarentur, Chriſtierna
„ Chriſtierni Daniæ Regis, Filia Cæſaris è ſoro-
„ re neptis, Antonij autem Lotharingiæ Reguli
„ nurus, Spiram ſocero inſtigante pacem procu-
„ ratura conceſſit; vt quam Antonius non po-
„ tuerat, ac ne quidem Paulus ipſe Summus
„ Pontifex, precibus & lachrymis obtinere:
„ quamquam enim Antonius neutram in par-
„ tem inclinaret, idque vt ſibi liceret longe
„ ante impetrarat, tamen ſine graui Prouincia-
„ rum ſuarum iactura bellum iſtud geri non
„ poſſe ſapienter prouidebat. Cæſar conſilio-
„ rum ſuorum pertinax executor in inſtituto ſuo
„ perſtitit. Quinto Idus Februarij nonnulli Im-
„ perij Principes, Cæſare admonente, literas
„ ad Paulum Pontificem ſcripſerunt, vt Allo-
„ brogis opem ferret, neque munitiſſimam Ni-
„ ciæ Arcem in Turcarum poteſtatem venire per-
„ mitteret, quin potiùs Claſſem Turcicam è no-
„ ſtro Mari expelleret, quarto Kalend. Martij re-
„ ſpondit Paulus,] cuius literas hic ſubijcimus.

Paul. III. lib. breu. anno 10. pag. 47.

3 *Dilectis filijs Nobilibus Viris Sacri Romani Imperij Principum Electorum Conſilijs, aliiſque Principibus, Statibus, & Ordinibus, abſentiumque Oratoribus, & Commiſſarijs in Comitijs Imperialibus Spirenſibus congregatis.*

Dilecti filij Nobiles Viri, ſalutem. Legimus libenter literas veſtras defenſionem Arcis Niciæ nobis commendantes, quod enim ex nobis ipſis & egimus ſuperiore anno efficaciter, & agere in præſenti, quantum nobis licuerit, intendimus, gaudemus etiam, in eo nos Nobilitatibus veſtris tanquam amantiſſimis filijs, & ea dignitate Principibus gratificari, quibus ſanè pro noſtra in eas dilectione ſemper gratificatum cupimus, ſperantes etiam illas pro ſua ingenti pietate, inſignique auctoritate, qua apud omnes meritò pollent, ſicut huius Nicienſis, ita cæterarum Reipublicę Chriſtianę partium generalem curam ſuſcepturas eſſe, perinde ac veſtra dignitate, & Romani Imperij fulgore dignum eſt, ac nos quidem iam inde ab initio Pontificatus noſtri, quales nos pro communi ſalute contra hunc communem hoſtem geſſerimus, omnibus notum eſt, in omnium enim oculis geſtum eſt, vtque omittamus ſigillatim recenſere tot auxilia, milites, Duces, Claſſes contra eundem hoſtem in Auſtriam, Hungariam, Africam, tam frequenter à nobis miſſa, breui comprehendemus, nullum Noſtri Pontificatus tempus, quod decennale iam eſt, à noſtra huius hoſtis ſubmouendi, & Chriſtianorum ceruicibus repellendi continua cura vacauiſſe, tantumque auri à nobis in hoc ipſo negotio fuiſſe profuſum, in dieſque profundi, quantum exhauſtæ noſtri ærarij vires (antea quoq; per ſe attenuatę) optimè ſentiunt, eaque fecimus, & facimus in maximis Apoſtolicæ Sedis iacturis, obe-

obedientiaque, & auctoritate eius tot in locis, vel proſtrata penitùs, vel inſigniter diminuta, quid verò intereà laboris, & ſolicitudinis pro communi Chriſtianorum ſalute non ſuſcepimus, quàm crebrò nos itineri dedimus, Legatos, & Nuntios noſtros, quos ſæpè ob eandem cauſam miſimus, longum eſt cenſere, quàm inquietos nos in hac noſtra ætate cum noſtra curia habuerimus, vt alijs quietem, & ſecuritatem pareremus. Iam Oecumenicum vniuerſale Concilium exoptatum à vobis, & omnibus ſalutare, & neceſſarium Tridenti pro foribus Germaniæ indiximus, vt & veſtra inclyta Natio tranquillaretur, & mores depraua ti reformarentur, & multa præterea neceſſaria, Principumque in primis Chriſtianorum concordia, Turcarumque repulſio in iſto Concilio decernerentur, ſed omnibus his tentatis apparuit id quod eſt, curationem huius morbi, quo Chriſtianitas tota conficitur, ab vna, eademque cauſa pendere, quæ quoniam abſcindi noſtris tot curis non potuit, ipſa Chriſtiana Reſpublica in dies contabeſcens, ad manifeſtum fertur interitum. Quamobrem quòd nos humiliter, ac piè ad Arcem Niciæ defendendam, noſtrum affectum in Domino collaudatis, ita vobis reſpondemus, nos, quantum licuerit, noſtrarumque virium tenuitas ſufferet, non ſolùm ipſam arcem Niciæ, verùm ne cæteras Reipublicæ Chriſtianæ partes negligemus, etiam reliqua Chriſtiana Regna, Catholicaſque Prouincias, ne cum peruerſis peruertantur, contra Turcas, & contra cuiuſuis generis impios, & infideles propoſuiſſe defendere, & ad extremum vſque ſpiritum noſtro officio non deeſſe, non enim tantùm eius Arcis, vel huius, aut illius loci, verùm totius corporis incolumitas à nobis procuranda eſt, totum enim Chriſtianitatis corpus laborat, valdeque ægrum eſt, illi toti ſubuenicndum eſt, ſic & partibus eius ſubuenietur. Nos igitur, ſicut à vobis particularem eius Arcis curam rogati ſumus, ita vos pro veſtra apud omnes maxima auctoritate, ac pietate ad vniuerſalem curam, & medelam afflictæ Chriſtianitatis vocamus, quæ quanto in periculo conſtituta ſit, videtis. Vna autem communis ſalutis, quod & ipſi perſpicitis, ratio eſt, ſi Chriſtianorum Principum diſcordiæ, à quibus horum malorum omnium cauſa, & origo proceſſit, tollantur, tùm deinde omnia mala tollentur; tenetis enim memoria, ante has diſcordias nec in Germania hæreſes, nec in Hungaria, Auſtria, & Italia fuiſſe Turcas, poſt ipſas verò diſcordias, & ab ipſis omne malum prodijſſe hæreſes, rebelliones, Turcas, inteſtina arma, & per hæc vniuerſalis Concilij impedimentum. Ergo in priorem pacis ſtatum redeundum eſt, vt his incommodis, quæ ex contrario inuecta ſunt, careamus, ac ſic vt boni Medici facere ſolent, cauſam morbi abſciderimus, omne exitij periculum euademus, pax ſiquidem bellum, & Turcas, vniuerſale autem Concilium, quod ſublatis armis liberè, & tutò, & prorsùs plenè celebrari poterit, hæreſes, ac prauos mores, cæteraque fœda fugabunt, paulatimque in ſuum nitorem afflicta Chriſtianitas reuertetur. Hanc igitur pacem, in Chriſto filij dilectiſſimi, pro communi totius Chriſtianitatis ſalute omnibus modis curare, & perficere nobiſcum debetis, aliter, nec defenſio Arcis Niciæ, nec vlla localia, aut particularia remedia (quamquam nec illa negligemus) vt diximus, huic vniuerſali Chriſtianitatis ægritudini opitulabuntur, quin (quod Deus Omnipotens dignetur auertere) omnes vna ruina inuoluemur. *Datum Romæ XXVI. Februarij MDXLIV. Anno X.*

Perorat in comitijs Cæſar aduersùs Gallum.

4 In hoc Ordinum Imperij Conuentu Spirenſi Cæſar XXIV. Februarij orationem habuit, in qua magnificè expoſuit, quantos bellicos labores pro Chriſtiani Imperij ſalute ad propulſandos Turcarum impetus ſuſtinuiſſet: ſed in tanto opere Franciſcum Galliæ Regem iuncto cum Turcarum tyranno Solymanno fœdere ſibi aduerſatum, in quem aculeatis ſententijs omnium odia veluti in communem hoſtem, nominiſque Chriſtiani proditorem phalerata eloquentia accendere eniſus eſt, vt à Principibus, Prouincijſque Germaniæ militaria auxilia aduersùs illum eliceret, eoque fracto ac contuſo liberiùs arma Cæſarea aduersùs Turcas, qui Germaniæ iugum tyrannicum imponere exambiebant, exercere poſſet, potitum autem votis Sleidanus refert his verbis. „ [Pecunia Cæſari decernitur ſemeſtris aduer- „ sùs Galliæ Regem, in equitum millia quatuor, „ peditum viginti quatuor, eius verò pecuniæ „ partem aliquam Cæſar communicabit Ferdi- „ nando fratri, qui loca finitima Turcis muni- „ at; in futurum bellum Turcicum colligi pla- „ cet pecuniam viritim per omnem Germaniam „ pro cuiuſque facultatibus, atque cenſu, nec „ immunitas vlli datur: ne quis exteris mili- „ tet, Galliæ Regi præſertim, grauiſſimis pœ- „ nis edicitur, & Magiſtratui permittitur, vt „ in eos vindicet, qui deprehenſi fuerint.] De hac Principum, & Germaniæ populorum ſocietate contra Regem Galliæ, & de auxilijs contra ipſum ab omnibus præſtitis, etiam Surius, & Adrianus loquuntur. *Lib. 15. an. 1544.*

In eodem verò Conuentu Imperator cùm ingenti bellorum mole premeretur, magnoque indigeret ærario, ac maior Principum, ac Ciuitatum pars Lutherana impietate infecta eſſet, eorum amicitiam Diuino honori quodammodo prætuliſſe viſus eſt: ad corradenda enim ab ijs ſubſidia pecuniaria, edictum Lutheranæ factioni augendæ fauſtum exoptatumque ab impijs, Catholicæ verò parti infauſtum promulgauit: ac licèt Catholici illi minimè aſſenſerint, neceſſitate tamen adacti illi paruere, vt memoratus Sleidanus hæreticus narrat „ his verbis. Decretum hoc minimè laudabant „ Pontificij, totiſque viribus impugnabant, ſed „ cùm Colonienſis, & Monaſterienſis Epiſcopus „ ſtaret à Proteſtantibus, Cliuenſis etiam, & „ Badenſis arbitrio Cæſaris omnia permitterent, „ qui viam hanc veluti mediam, & vtriſque to- „ lerabilem, poſt multam diſceptationem oſten- „ derent illis, bona ſua parte diminuti non ſe „ quidem aſſentiri, ſed ne Cæſari modum in ea „ præſcribere, nec ipſius derogare poteſtati, „ ſed tolerare velle dicunt.]

De hoc pariter Decreto ita loquitur Cochlæus. „ Hoc anno celebris fuit conuentus Imperia- „ lis, à Cæſare præſente Spiræ habitus, in „ quo ſeptem Principes Electores (quod rarò „ fit) præſentes fuerunt, tractatum ibi rurſus „ fuit de ratione belli defenſiui contra Turcas, „ & de ſumptibus, atque contributionibus ad „ bellum illud neceſſarijs, fuit & de cauſa Reli- „ gionis ibi ſeriò actum, & Lutheranis ad im- „ portunam eorum inſtantiam nonnihil conceſ- „ ſum, quod Summo Pontifici per omnia place- „ re non potuit.] *In act. Lutheri anno 1544.*

Præcipua verò capita illius Decreti, quo laxatæ ſunt furenti impietati Lutheranæ habenę, concuſſaque Catholicę rei firmitas, ac quàm deteſtandum

Digitized by Google

dum, & Religioni Catholicæ obnoxium, qualę fuerit ex Sleidano percipiamus, qui sic loquitur. „ [Quia diſſidium Religionis, in his bellicis „ occupationibus tractari non potuit, ad pro„ximum conuentum, inque menſem Decembris „ eijcitur. Interea Cæſar negotium ſe daturum, „ ait, viris bonis, atque doctis, qui piam ali„quam emendationis formulam conſcribant: „ vt idem quoque Principes faciant, hortatur, „ quâ poſt in futuris Comitijs facta collatione, „ de communi conſenſu ſtatuatur aliquid, quod „ ad publicum Orbis Concilium vſque ſeruetur „ in Germania: pacem interea colant omnes, „ nec turbæ quicquam de Religione excitentur: „ Eccleſiæ cuiuſque ſint Religionis, vtrobique „ facultates ſuas obtineant, earumque bona di„uidantur Eccleſiæ Miniſtris ſolis, & egeſtate „ preſſis. Cameræ Iudices locum ſuum reti„neant, vſque ad tempus eis præfixum; cùm eum „ exierint, tunc in eum conſeſſum recipiantur „ omnes promiſcuè, non habita ratione Reli„gionis. Edictum Auguſtanum, & lites omnes „ motæ Proteſtantibus, doctrinæ profeſſionis „ cauſa, Goldarienſis etiam, & Mindenſis pro„ſcriptio ſuſpenſa maneat, ad proximam futu„ram vſque tractationem. Anabaptiſtæ pœnam „ ſubeant eam olim decretam, Magiſtratus ta„men, viros doctos, atque pios adhibeant, qui „ commonſtrato errore, ad ſententiam ipſos re„uocent. Decretum hoc minimè laudabant „ Pontificij.] Hucvſque Sleidanus. Et quantam perniciem fidei Catholicæ, quantumque fauoris Hæreticis Lutheranis hoc decretum attulerit, ſi quis ſcire deſiderat, ſequentes audiat Adnotationes.

MS. Card. Pg fig. m. 64. p. 106.

5 Aduertenda circa Articulos Religionis, Pacis, & Iuſtitiæ.

Circa Articulum Religionis.

Circa Decretum Spirenſe.

Ex nono, Articulus Religionis, & Controuerſiæ eiuſdem in præſentibus Comitijs conciliari, & concordari non poteſt, & commodius, quàm in Concilio vniuerſali componi non poterunt, idcircò de Concilio generali indicendo, & celebrando Cæſarea Maieſtas cogitabit.

Annotationes in receſſum Dietæ Spirenſis.

Et quia incertum eſt, quando Generale Concilium haberi poterit, ideò modò alium Conuentum Imperialem Cæſarea Maieſtas indicet, in nono de eodem articulo Religionis componendo agetur Kal. Octob.

Et interea per viros doctos, per tractabiles, ac pacis amantes, Chriſtianam reformationem, Cæſarea Maieſtas confici, & ordinari curabit, & Status, & Ordines Imperij, etiam hoc per ſuos Theologos, & doctos fieri curabunt, quod reformatio in dicto proximo Conuentu Statibus proponetur, & deliberabitur, ac conſultabitur de controuerſis Religionis Articulis conciliandis, & ad ordinandum quid medio tempore, & interim quòd Concilium generale fieri non poterit, ſuper illis in Romano Imperio debeat.

Non dicit, quia Papa rogari debeat, vel moneri, vt Legatum, ſeu Nuntium ad Conuentum indicendum mittat, vel quia reformatio illa, & ordinatio debito modo fiat, & etiam eſt aduertendum circa illam Chriſtianam reformationem, tunc offerendam Statibus, ne per impios, & ſceleratos fiat, & concipiatur, ac Cæſari obtrudatur ad maiorem confuſionem, & perturbationem negotij Religionis, vti fuit factum in conuentu Ratisbonenſi anno MDXLI.

Circa Articulum Pacis.

Præterea in euentum in quem in conuentu Imperiali proximè habendo conqueriæ Religionis componi non poſſint, & ad Concilium nationale, ſeu generale pro conciliatione eorumdem deueniendum, & procedendum foret, vt interim pacifica omninò, & quieta in Romano Imperio, & Natione Germanica permaneant, tractabit Cæſarea Maieſtas cum Statibus Imperij de Articulo Pacis publicę, & adminiſtrationis Iuſtitiæ, in quibus ex plenitudine poteſtatis Imperialis, & pro officio Cæſareo, ex bono conſenſum omnium Statuum deſuper habere nequiuit, ordinauit infraſcripta.

Primò, vt publica Imperij pax ſeruetur, & propter Religionem neutra partium alteri vim ſeu violentiam inferat, ſtatuit Conuentum Imperialem, ſeu Concilium nationale, vel generale, & illius determinationem expectabunt.

Nota non dicit, ordine, modo, & legitimè aſſiſtente Summo Pontifice, quando eſt habendum.

Et attentata per Lutheranos circa Religionem poſt receſſum Ratisbonenſem habitum repurgabuntur, & in priorem ſtatum reſtituentur.

Nota, Nullam tamen adijcit pœnam, & ſeu quomodo ad hæc Lutherani loqui debeant, fructus, redditus, & prouentus Eccleſiaſticos, tàm antiquæ Religionis, quàm Proteſtantium, Eccleſiaſticis ex omnibus Dominijs, tam Catholicorũ, quàm Lutheranorum Principum ſoluentur.

Nota, Hic ergo ad fructus, & prouentus Eccleſiaſticos parificat Lutheranos, & Catholicos Clericos.

Lutherani, & Proteſtantes Status, Principes, & eis adhærentes, liberè Catholicis Presbyteris, & Clericis, fructus, redditus, & prouentus ſolui permittent, detractis tamen ante omnia neceſſarijs, pro eorumdem Concionatoribus, Scholis, Hoſpitalibus, & eleemoſynis.

Nota, Hoc pacto talis fiet detractio, quia nihil remanebit Catholicis Presbyteris de fructibus huiuſmodi in totalem perditionem Catholicorũ Presbyterorum.

Item, Status Proteſtantium, qui ſe compoſuerit, & concordauerit cum Catholicis Statibus occaſione bonorum Eccleſiaſticorum, hoc eſt bonis Monaſteriorum Eccleſiarum Collegiatarum, vel alijs, concordia facta obſeruari, & bona eiſdem remanere debent.

Nota, Non dicit concordijs ritè, & rectè, ac debito modo, & legitimè factis, ſed quibuſcumque etiam vnicuique factis, & ita etiam quamuis iuris ordinationem, & diſpenſationem forc, approbandam in præiudicium perpetuum Catholicorum, quales concordiæ exortæ ſint infinitæ.

Circa Articulum admiſſionis Iuſtitiæ.

Iudicium Cameræ vltimo menſis Iulij proximè futuri ſuſpendetur, & deinde alij noui Aſſeſſores, & Iudices indifferenter præponentur, tàm per Catholicos, quàm per Lutheranos, ſiuè etiam præſentandi ſint Catholici, ſiuè Lutherani.

Nota, Ita parificantur ad actus legitimos, & ad iudicia Lutherani Catholicis, qui tamen iure ab omnibus actis ciuilibus excluduntur, & ita erunt Lutherani Iudices Catholicorum, quia bonorum Eccleſiaſticorum occupatores, & occaſionem non habent, nec pro ſpolijs, nec pro ſacrilegio, quia bona illa conuerterunt in meliorem vſum ad rectum, & debitum cultum Diuinum,

Miſſas

Missas Papisticas, idololatriam, blasphemias, & impietatem esse iudicant, & asserunt, à quibus quales sententiæ expectari debeant, facilè cognosci potest.

Iuramenta noui Iudicis, & Assessores præsentandi, & assumendi, & reliquę personę Iudicij Camarę de nouo assumendę præstabunt ad sancta Dei Euangelia, vltimò per Deum, & Sanctos eius, donec per Cęsaream Maiestatem aliter ordinabitur.

Nota, Hic trahitur in dubium veneratio Sanctorum contra Ecclesię Catholicę obseruationem, & ritum hactenus inuiolabiliter obseruatum.

Item, Status Protestantium debent posse stare in iudicio, tamquam actores, & tamquam rei contra capitula, intelleximus de Iudicijs, quamuis sint publicè excommunicati, & declarati Hęretici.

Nota, Habilitatio ista per Papam fieri debet, quia sibi reseruauit absolutionem in Bulla edita contra Lutherum, & eius adhęrentes, ac etiam in Bulla Cœnæ Domini.

Item, Iura communia, & omnes recessus Imperiales, hactenus facti aduersus Lutheranos, quatenus illi recessus Religionem concernant, vsque ad finalem concordiam, & compositionem negotij Religionis suspenduntur.

Nota, Per hoc parificantur bona, & personæ Lutheranorum per omnia Catholicis, quia adduntur actus ciuiles, & iudiciales, nec ad illas pœnas contra Hæreticos ordinatas, contra eos procedi poterit, & ita eis in futurum omnia licebunt.

Item, Omnes processus, & causæ Religionis, sub quo verbo Lutherani etiam spolia Ecclesiarum, & bonorum Ecclesiasticorum comprehendunt vsque ad prædictam finalem determinationem contra statum Religionis suspenduntur.

Item, Omnes processus iudiciales, etiam in causis profanis post prætensam recusationem Protestantium contra iudicium Camerę habiti, & facti, antequam de eiusdem recusationis validitate cognoscatur, cassantur, & annullantur.

Item, Bannum Imperiale contra Ciuitates, Goslarensem, & Mindensem, latæ suspensum sit, & suspensum remanere debeę.

Item, In præmissis omnibus Cęsarea Maiestas super incidentibus, seù emergentibus dubijs, & differentijs, sibi declarationem reseruat.

MS. Card. Spad, tom. 133. p. 438

6 Hoc Decretum Spirensis Dietę in Consistorio fuit lectum, vt indicant acta Consistorialia. „ [Romę die Mercurij quarta Iulij 1544. fuit „ Consistorium, & in eo lectæ fuerunt quędam „ scripturę actę in Dieta Spirensi per Cęsaream „ Maiestatem, & fuit Decretum, vt mitterentur „ Reuerendissimis per manum.] De quo etiam Decreto Cardinalis Farnesius in epistola sub die vigesima tertia Iulij ad Nuntium Poggium apud Imperatorem loquens, sic ait. [Nuntius Veralus Romam misit paucos ante dies recessus Spirensis exemplar, & in latinum idioma conuersum, quantò plùs expensum, examinatumque fuit, eò magis officere nostrę Catholicę Religioni, & auctoritati Sedis Apostolicę cognitum fuit, quare propter nocumenti magnitudinem Sua Sanctitas, nec tacere, nec dissimulare potuit. Ideoque, vt suo gradui in tanta re etiam satisfaceret, ipsemet de hoc Imperatori, & longiùs, & peculiariter scribit.] Hoc idem refert Masarellus.

MS. Card. Spad, to. 84 pag. 515.

„ [His tantis Reipublicæ incommodis, & calamitatibus accessit (id quod plurimum Suæ Sanctitatis animum turbauit) quod Cæsar in Conuentu Imperiali, Spirę habito, quædam Religionem concernentia cum Lutheranis tractauerat, atque concluserat, quæ ipsius Pontificis, ac Sedis Apostolicæ dignitati, & auctoritati aduersabantur. Quare non parum commotus Pontifex, literas in forma Breuis ad ipsum Imperatorem scripsit, quibus intrepidè magna animi constantia Maiestatem Suam admonuit, atque reprehendit, quod ea, quæ Pontificis Summi essent, sibi arrogaret, incipientibus literis prædictis.] Ex edicto Maiestatis Tuæ acta conuentus Tui Spirensis cognouimus. ***Datum Romæ apud Sanctum Marcum die XXIV. Augusti MDXLIV.***

Angelus Masarell. in Sumar. Conc. Trid. sub Paulo III. n. 2. Archiv. Vat. fig. n. 7190 pag. 223.

Et etiam Cochlæus eadem refert. [Recessus ergo (inquit Cochlæus) publicus datus fuit Spirę X. die Iunij, cuius sanè tenorem vbi Romæ Pontifex accepit, paternè admonuit per quandam epistolam Cæsaream Maiestatem, vt in causa fidei, & Religionis, more Maiorum nihil velit inconsulto Romano Pontifice statuere, aut permittere in Sedis Apostolicæ præjudicium.] Quæ autem Pontifex Cæsari scripserit, se habent, vt infrà.

MS. Card. Pyl fig. tom. 64. p. 109. Pauli III. ad Carolū V. monitoriæ.

7 Quæ in recessu à Spira tanquam acta reliquisti, dilecte fili Rex, magnam profectò multis admirationem, Nobis autem etiam ingentem, ingesserunt, qui de Imperatore Augusto multa diuersa ab illis, & meliora sperabamus. Vt enim facilè ipse agnoscas, quid secundùm Fidem, ac Religionem, quam Deo debebas, perperam egeris, quod non nostri esse muneris nescimus, obsecramus te pro paterna, atque erga te peculiari dilectione Nostra, vt querelam, atque expostulationem Nostram, & iustam, & necessariam patienter accedas.

Ext. apud Card. Pala. tit. lib. 5. c. 6.

Concordiam, & pacem inter Germaniæ Principes te primùm intendere exponis, hactenus rem sanè bonam, atque optandam, modò ne fuerit illa pax, quam Dominus non venit in terram mittere, sed exturbare. Subdidisti id minimè fieri posse, nisi quæ sunt Fidei, & Religionis inter illos controuersa simul componerentur, & hoc non abesse à veritate existimamus. Adiecisti tu, nec per te stetisse, quò minus legitimo, libero, & generali Concilio, hæc iam essent definita. Quo in loco nescimus, an fubtacitè nos insinuare volueris, quod satis ipsa reliqua gesta videntur prætendere, tamquam per nos steterit, ne Concilium haberetur: quodquam sit veritati proximum, in promptu est consecuta, cùm iam ab exordio assumptionis nostræ ferè continuum de habendo Concilio tractatum habuerimus, nec vnquam detrectauimus illud, quin sæpiùs, ac pluribus in locis indixerimus, & nouissimè Tridenti, vt postulationi tuę satisfaceremus. Quod autem per temporum calamitates hoc contigerit, flagrante vniuerso Christiano Orbe discordijs, ac bellis, ne vspiam cogi potuerit, Principum interim Christianorum animis exacerbatis, qui non perspicuè cernit, profectò in luce meridiana cœcutiet. Fortè nos esse in causa, quòd huiusmodi bellorum incendia viguerunt, quispiam obijciet? scilicet quia toto tempore, quo Pontificium munus obiuimus, nihil magis acceptiùs curauimus, quàm vt videremus tandem aliquando pacem in diebus nostris, ita vt nec annis nostris

Paulus Imperatori scribit recessum Spirensem damnans.

Digitized by Google

ſtris perceperimus moleſta itinera, & in hac ætate grandæua admodum periculoſa, ſæpiùs arripientes, & vt iam teſtimonium aduocare nobis valeamus.

Quo pacto Tu Imperator, res fidei & Religionis, ac tanti ponderis controuerſias componendas eſſe in Tuo iſto à Spira receſſu definiuiſti? Primum Nationale Concilium ſpopondiſti, vt ibi de fidei noſtræ dogmatibus controuerſiæ dirimerentur, quem vſum, quæ omnia, quis prudens, ac ſapiens non admiretur? Tùm quia illa tibi, & Nationali Concilio arrogaueris, quæ minimè gentium ad veſtram agnitionem, & iuriſdictionem pertineant, tùm vel maximè, quod attentaueris quod ſcire poteras per Legatum noſtrum dilectũ fratrem recolendæ memoriæ Gaſparem Contarenum, Vobis eſſe, & noſtro nomine, ac ſpeciali mandato, viuis etiam rationibus, interdictum: namque Tibi ad eum primùm ſpectare, qui Chriſti vicem in terris gerat, iam ex innumeris Sanctorum Patrum ſententijs, ac geſtis poterat eſſe perſpicuum.

Præterea, quę Tibi videtur in Nationali Concilio poterit eſſe abſque nobis vlla determinandi facultas, ea quæ ad fidem, & Chriſtianam vitam, & Eccleſiaſticos ritus pertinerent? Cum & iſtic penè cuncta ſint violata, perturbata, confuſa, & iam præiudicium factum aduerſus veritatem. Nemini dictum fuit niſi Petro: *Rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*. Et cùm hęc ita ſe habuerint, & quàm latiſſimè pateãt. Tu tamen, Cæſar, præſumpta auctoritate (quod Tua pace dictum velimus) declaraſti, quæcumque erunt ibi determinata, etiam rata fore vſque ad generale Concilium, ita vt ſi fortè, immò ſi non fortè, ſed etiam certè, quæ factio Lutherana præualitura ibi, mordicus tenet, & omnis verè pius, atque Catholicus execratur, determinarentur, ea ex nunc Tu ſtatuis eſſe rata, adeò incircumſpectus, vt priùs approbes, quàm ſcias eſſe probanda; immò poſtquam probabiliter noueris improbanda, Tu tamen illa eſſe rata conſtituis. Ac vnde hanc arrogare poteſtatem potes, vel ſtatuendi, vel approbandi contra fidei veritates, qui neque illam habes licentiam fidei veritates abſque nobis? cùm te decet audire, & non docere; & iam ſtatuta probare, atque recipere, non ſtatuere, aut probare, quin etiam illos gladio, quem per nos accepiſti à Deo, tueri, atque defendere vſque ad ſanguinem, & non aduerſarijs partibus, quouis modo adhærere, aut fauere; nam eiuſmodi audere, quæ Tu audes, quid eſt aliud, quàm miſerabiliter Eccleſiam ſcindere? immò etiam turpiter atque infœliciter ab ipſa Eccleſia temetipſum reſcindere, & ſegregare, & reliquam Germaniæ partem, quæ (Dei gratia) hactenus à tanta labe permanſerat incontaminata, vno exemplo tecum idem in barathrum errorum adducere, vt relicto Fonte Aquæ viuę conuertantur ad Ciſternas diſſipatas. Nos autem qui hæc interim fieri per Imperatorem videmus, quanto putas mœrore afficimur. Et per eum Imperatorem Carolum, cui Dominus tanta dedit, tanta credidit, quanta poſt primum Carolum nemini alteri, quę & nos tibi ſeruari, & adhuc multo maiora cum Dei benedictione augeri veris perpetuò augmentis magnopere cupimus. Audiuimus enim libenter, atque docemus, quę ſunt Cęſaris Cęſari, modò, & Tu libenter audias, quę ſunt Dei Deo ſeruẽtur, non autem abſte prępipiente, cuius petitorium erat, ſi ab alio vendicarentur vindicem eſſe. Si enim Tu quę iura Ceſaris eſſe putas, tanta cura, tanta militia tueris, & vendicas, exiſtimas Deum omnipotentem, non ſua tuiturum, aut vindicaturum? Si quis autem, etiamſi Cęſar eriperet, an non cogitas fidelium animas, quas Baptiſmo regenerauit Eccleſia in ſpem viuam, & ſuo ſanguine Ieſus Chriſtus redemit, eſſe ipſius Dei, & peculiũ ipſius Chriſti? Porrò earum curam nunquid Cęſari demandauit? Numquid Cęſari dictum eſt: *Paſce Oues meas*? an vni Petro, & in eius perſona cunctis Succeſſoribus eius? Hęc ſunt fidei noſtrę fundamenta, quę qui ignorat, certè aberrat à fiuibus, & non putamus eſſe domeſticum: qui autẽ violat, etiã hoſtem experiatur, cùm qui huiuſmodi eſt, ea quę Dei ſunt ſibi, vt fur, & latro furripiat. Quæ tibi Cęſar non conuenire, ea tantum ratione putamus, quia hoc non à Tuę mentis bonitate, ſed per ſubreptionem aliquam malignorum abſte obtenta, atque extorta eſſe exiſtimamus: quod nobis probabit Cęſarea circumſpectio, ſi quę perperam acta viderit, protinus, vt ſperamus, reuocauerit. Nam illud, quod in eiſdem actis abſte præſumptum perſpeximus, quantum poſſemus vnquam iuſta reprehenſione proſequi, cùm tumet ille Cæſar, qui in Auguſtenſi, & Imperiales in eos leges vigere decreuiſti; Tu (inquã) illemet Cæſar (ſi modò nunc ille idem) quæcumq, abſte rectè, ritèque, ac magnificè pro Chriſtiana Religione geſta fuerant, nunc à nouo conatu reuocaſti, & reprobaſti. Quod adeò improbum factum, cùm omnes pij, qui ſunt in Germania, deteſtentur, vt mitiore, minuſque inhoneſto vocabulo linires, ne immodicè religioſa pectora exulcerares, ſuſpenſionem vocas, quam nos abrogationem penitùs interpretamur. Cùmque in Nationali conuentu, quæ probanda ſunt, facilè quiſque valeat diuinare, hac in re quis ſummopere non admiretur, Te illud egiſſe, per quod nulli hominum magis, quàm tibi contumeliam feceris, & detrimentum, nullumque magis, quàm teipſum damnaueris? Si enim quos iam Hæreticos cenſuiſti nobiſcum, & iudicaſti, eos etiam nunc tales putas, nulla eſſet tibi profectò cauſa Tuam reuocándi, aut ſuſpendendi ſententiã, ne Imperatoriæ leges in eos vigeant, cùm tantò magis nunc Hæretici ſint, quantò pertinaciores, ac duriores tanto tempore in ſententia perſtiterint. Si autem eos nunc Hæreticos inficieris, à Te ipſo recedes, Tuamque ſententiam damnans, non aliud agis, niſi quòd manifeſtè declaras, Te in eorum aggregare ſocietatem, & illam fidem, profiteri, quam ſcelerata, & adultera illa factio prædicat, & quam Sedes Apoſtolica cum omnibus Catholicis Eccleſijs anathemati ſubdit: quod quàm ſit glorioſum, quamque iſto culmine Imperatorio dignum, Tuæ prudentiæ tranquilla mente iudicandum relinquimus: nos enim tremendum, ac maximè perhorrendum Tibi maximè exiſtimaremus, non ob iudicia bonorum tantùm, apud quos tuæ bonæ famę diſpendium pateris, nec ob nomen, quod tranſmittis in poſteros, cùm in eorum hiſtorijs, qui geſta huius ſęculi enarrãdo, inter eos Te adnumeratum perſpiciunt, qui Hęreticorum fautores, & Eccleſię Sanctę Dei perſequutores fuerunt, & infœlices exitus habuerunt, verùm ob iudicium Dei, de quo dictum illud verbum audimus, *Potentes potenter tormenta patientur*. Quòd ſi vita noſtra quouis modo à Dei ritibus diſiuncta eſſet, & illi per Te periclitarentur. daremus hoc fortè Cęſari, ob-

ſtaremus, diſſimularemus, at cum fieri nequeat, vt contempta auctoritate, deſpectiſque iudicijs noſtris, non ſimul etiam Dei auctoritatem deſpicias, iam Nobis diſſimulare non licet, ſed expoſtulare cogimur, atque admonere, vt cœptum peſſimum meliore conſilio retractes, irritumque facias, ne in Te iram Dei de terra prouoces, & de Cœlo. Attende, oramus Te, atque in Domino obſecramus, quod ex ore noſtro Sũmus tibi Deus prætatur, quid enim miri ſi Pontifex de Cathedra intonans, profiteatur, Ego (inquit) Domine Deus exercituum ò Cęſar, *Ego ſum, qui ſum, per me Reges regnant*, & Potentes ducuntur iuſtitia, & in manu mea cor Regis, meumque eſt dare, & conferre Regna, atque Imperia; ego qui noui ſuper Aſpidem, & Baſiliſcum ambulare, & conculcare Leonem, & Draconem; ego qui aufero ſpiritum Principum, terribilis in Reges terræ, regens illos in virga ferrea, & quaſi vas figuli confringens eos. Et nunc ò Cæſar intellige, & audi, qui iudicas terram, recole Maiorum tuorum geſta, & exempla, qui illam aſcenderunt celſitudinem, in qua Tu es, conſidera tàm triſtes eorum exitus, qui ad impietatem conuerſi meam Eccleſiam ſunt perſequuti, non eos tibi commemorabo, nec aliud quidquam obijciam, niſi in mentem redigas, quam ob cauſam, ego Imperium ad Germanos ex Grœcis per meos Vicarios tranſtulerim, eamque gentem deſpexerim, hoc Tibi in Magni Commentarij locum relinquo commemoratum. Hæc ipſe Chriſtus per os meum inſinuat tibi dilectiſſime Carole, cuius vocem vehementem velim non obaudires, ne fruſtrà iactam eſſe interpreteris, nam cum ſchiſmatico Rege, & Catholicæ Eccleſiæ hoſte acerrimo iniiſſe fœdera, qui Te inſigni iniuria affecerat, Reginam Amitam Tuam veram eius vxorem, tanquam concubinam, & ſecum adulteram infando repudio ab ſe ſegregans, quem pro horrendo ſcelere Romana Sedes (etiam Te poſtulante) & proclamante damnauit, pragmaticam in Regno Hiſpaniæ ſanxiſſe, Auguſtenſem Tuam ſententiam, & aliorum Imperatorum ſanctiones nuper reuocaſſe, Nationalem Synodum Hæreticis promiſiſſe, & eius acta antequam appareant, rata nihilominus fore conſtituiſſe, denique nullum vlterius Concilium futurum, niſi quod celebratum fuerit in Germania, nulla etiam noſtri nominis, & auctoritatis facta per Te mentione, quaſi nihil ad nos negotia Religionis pertinerent, & ſpectarent. Quis adeò prorsùs ſtupidæ mentis non ſentiat, quid hæc ſibi velint? Sunt enim certa nimis indicia, quia à parte Eccleſiæ ad partes hoſtiles deciſti, quod dum memoramur, etiam Tui gratia contremiſcimus, & ſtupore quodam inuadimur, dum cogitamus hæc ab illo Imperatore Carolo emanare, qui tantum fidei ardorem in omnibus ſuis actis antea proferebat. At qui dices, quia ego detuli generali Concilio, ſi quod liberum, & Chriſtianum fuerit, verùm cùm locum adijcis, ſcilicet in Germania celebratum fuerit, non queat eſſe liberum, & Chriſtianum, alterum verò quia ibi demum Chriſtianum, & liberum, vbi maximè Lutherana factio viget, & præſtat cœteris, vt illud iuxta Tuam mentem, liceat interpretari Chriſtianum eſſe, quod fuerit Lutheranum.

Nonne ſentis Cæſar, nonne ſentis ſpicula veritatis acerba, & nonnihil ad ſalutem facientia ſi reſipiſcas? Nam rurſum quæſo, quod putas meditari. Ais te velle generale Concilium? hoc ſi verè, & ex animo, cur illis promittis Nationale? cùm etiam Tridenti per nos fuerit indictum, cur de illo verbum nullum? & tamen, ſi ita neceſſè fuerit, vt alibi & in Germania celebretur Cõcilium, fidentes in Domino non abnuemus. Modò illud reliquum conueniat, quod ſuo iure vera Concilia depoſcunt, videlicet, vt liberum ſit, & Chriſtianum, cùm ſit ſcriptum, *Non ſedebo cum Concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, odiui Eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo*. Tu ergo vide an liberum eſſe poſſit, vbi ad arma concurritur, & ibi Chriſtianum, vbi Chriſti Vicarius dicitur Antichriſtus, & tamen ibi nihil eſt Chriſti, niſi obſtentationis, ac prætextus gratia, & nuda vox, quamquam hanc contumeliam (ſi me ſolum percellit) eius exemplo, qui etiam Dæmonium haberi inſimulatus eſt, manſuetè omninò ferre deberemus, atqui blaſphemiam habet in ſe contra Dominum clauſam, cuius (licet indigni) vicem gerimus, ob iſtam gratiam, nec à nobis libenter accipienda eſt, neque à Te patienter ferenda, cui dedit gladium Deus, non enim fruſtra portas, ſi ad Chriſtiani nominis defenſionem, non ad Chriſti ſanguinis effuſionem. Nolumus ò Cæſar, duris vllis verbis exulcerare, & tamen veritatem continere non poſſumus, ad quam, ſi æquo animo reſpicias, & ſuſpicias, erit Tibi profectò ſalutaris. Id enim ſi cœpta proſequeris, ea certè facies, quibus quæcumque hactenus præclara geſſiſti, magnopere obſcurentur, coinquinentur, atque nomen Tuum nota ſempiterna inuretur. Quid ignominioſum Tibi magis? quid diu maiorem tibi poteſt conflare inuidiam, quàm quòd dicatur Imperator Carolus Lutheranus. Quocirca Tuum erit dilectiſſime fili Carole conſulere nomini Tuo, & prouidere ſaluti, & vocem Patris audire, ſedulo, ac paterno amore monentis, nec in Tua, & confœderatorum quantauis potentia fidere, cùm enim omnis humana potentia ſub Deo, Dei Omnipotenti comparata, iam non eſt potentia, ſed infirmitas. Nos autem, ne quod habeas vnde conquæri de nobis poſſis, pollicemur Tibi animum noſtrum ad omnia quæcumq; petieris, promptum eſſe, modò Diuinam Maieſtatem non lædant. Vis Concilium? damus Concilium, nec vlla per nos interponetur mora quin fiat. Vis illud in Germania? nec nos abnuimus, modò queat ibi eſſe liberum, & Chriſtianum. Vt enim ſit Chriſtianum, non oportet illic Hæreticos commiſceri, tanquam ſint illi pars Concilij, qui iam non ſunt, & ſeipſos ſegregauerunt. Qui autem ſint eiuſmodi, non erit Cæſaris, aut alterius cuiuſcumque id cognoſcere, & declarare, ſed noſtrum, qui hoc iudicium accepimus ab ipſo Chriſto. At verò vt ſit Concilium liberum, Tuum erit hoc facere, quod & fiet, ſi iuſſeris arma deponi, ſi animum inclines ad pacem, aut ſaltem ad Inducias, fideles etiam ad pacem præuenias, interim omni cauſa veſtræ controuerſiæ ad cognitionem Sanctæ Synodi remiſſa. Has leges & conditiones, quæ ad pacem faciunt, ſi Tu recipis, pacem certè reddes Orbi. Sin autem hactenus apud Dei Maieſtatem excuſabimur, quia Te paternè monuimus, & quæ Tibi aduerſa erant, pertractauimus, vt minus acerbus futurus ſit nobis luctus, ſi forſitan (quòd minimè vellemus) paternas ſpreueris admonitiones noſtras, nec minus tamen quæ noſtræ erunt partes, cum Omnipotentis Dei auxilio, & fauore, vt maturè meditabimur, ita firmo animo exequemur.

Exce-

8 Excepit benevola mente Pontificia monita Cęsar, vt in Historiæ Concilij Tridentini serie visuri sumus. At Lutherus satanica efferatus rabie, lectis Pontificijs literis, impia scripta blasphemijs, & spurcissimis vocibus, adeò conspersa edidit, vt ne quidem à Sectarijs honestè legi possent. Scripsit etiam Pontifex multis alijs maximè apud Cæsarem auctoritate pollentibus, vt in officio, & Religione Catholica confirmarent, inter quos hæc ad Granuellanum.

Domino de Granuela.

Dilecte fili salutem. Cùm in eo recessu, qui nuperrimè Spirę in conuentu Imperiali factus est, multa legerimus, & compererimus Catholicæ fidei, & vnitati Ecclesiæ aduersantia, scribentes super his ad Serenissimum Cæsarem, eum de omnibus amanter, ac paternè admonemus. Scientes autem qua auctoritate apud ipsum meritò polleas, voluimus etiam ad te scribere hortantes, & studiosè requirentes, vt pro tua erga Deũ pietate, & in ipsum Cæsarem fide, omnia considerare diligenter velis, ac pro tua prudentia, quantumin te erit, prouidere, vt in omnibus ipsius Cæsaris, & in primis Dei Omnipotentis honori debitus respectus habeatur, sicut te omninò facturum esse confidimus. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXIV. Augusti MDXLIV. Anno X.*

Paulus III. lib. brev. an. 10. pag. 362.

Scripsit Paulus ad Granuellanum, & alios, vt Cæsarem in Religione confirmarent.

Admonuit quoque Dominicum è Soto, quem Cæsar sacris exhomologesibus audiendis sibi adhibebat: multa in decreto Cæsareo Spirensi Catholicæ Religioni exitialia contineri, ijsque malis occurrere iussit.

Dilecto filio Dominico de Soto Ord. Prædicatorum Professori Serenissimi Cæsaris Confessori.

Paul. III. lib. brev. an. 10. pag. 362.

Dilecte filij. Etsi credimus pro tua pietate, quod tu, cùm quotidiè audire, & videre possis, quid Serenissimus Cæsar agat, præsertim in rebus, quæ ad salutem animæ, cuius curam eum tibi commisisse intelligimus pertinent, officio tuo apud Suam Maiestatem non deesse, tamen cùm præteritis diebus legerimus recessum ab eo Spiræ Imperialem nuperrimè factum, quoniam multa non solùm saluti animæ eius, verùm etiam vnitati Ecclesiæ damnosa, ac præiudicialia in illo comperimus, sicut de ijs eius Maiestatem paternè admonere per nostras literas voluimus, ita quoque visum est nobis, idem officium tecum etiam peragere, cùm ad id teneri videamur, quippè qui veram eius Maiestatis gloriam, vnà cum publica Christianitatis quiete, coniunctam, summoperè exoptemus, quamobrem iniungimus tibi in virtute sanctæ obedientiæ, vt tàm ista Germanica, quàm cætera huiusmodi, quæ minoris momenti, & ponderis non sunt, benè consideres, ac perpendas, atque ita tuum officium administres, vt Deo in primis, deindè & nobis, qui eius Filij in terris Vicarij, licèt immeriti, sumus, rationem tui muneris reddere cum laude possis. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXV. Augusti MDXLIV. anno X.*

9 Conquestus est etiam grauissime Pontifex apud Ferdinandum Regem Romanorum de Spirensi decreto, atque Dei, & Religionis causam ei enixè commendauit.

Regi Romanorum, &c.

De eodem lib. brev. an. 10. pag. 532.

Cùm superioribus diebus eorum, quæ in conuentu Spirensi decreta fuerint, ad nos notitia deuenerit, non mediocri molestia affecti fuimus, quòd illa in pluribus Capitibus Apostolicæ Sedi, & Catholicæ Religionis vnitati aduersentur, nec deesse potuimus, quin paternè (vt nos decet) ipsum Cæsarem monuerimus, sicut ab ipso Nuntio nostro pleniùs intelliges, itaque Nobilitatem Tuam hortamur in Domino, & efficaciter, quo possumus studio requirimus, vt ipsum Ioannem Thomam Episcopum, & Nuntium Nostrum, super ijs omnibus tecum loquuturum, fide adiecta, libenter audias, & talem te Deo, & piæ causæ præstare velis, qualem dignitas, Tuaq; probitas, & pietas Christiana nobis pollicentur. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXVII. Augusti MDXLIV. anno X.*

Paulus quæstus est cum Ferdinando de decreto Spirensi.

Pag 360. de eodem ad Electores, & alios Principes Ecclesiasticos, & Sæculares.

Eodem argumento scripsit Pontifex ad Principes Electores Ecclesiasticos, & Sæculares.

10 In his Spirensibus conuentibus Pseudoarchiepiscopus Colonienſis Cęsarem in Lutheranam hęresim impellere nisus est, illique suadere, vt fictam ab Hęresiarcha Bucero profligatissimam reformationem admitteret, qua religio Catholica euertebatur, Ecclesiæ vertebantur in prostibula, Sacerdotes ab Altaribus, & Diuino cultu, ad concubinarios thalamos trahebantur, Sacra polluebantur, ac impietas (euersa omni pietate) in Solio, & Aris collocabatur, at Cæsar cùm huius nefandissimi Apostatæ nequitiam apertè auersari, & conterere debuisset, politicis causis adductus, nè Lutheranos à se abalienaret, quorum arma in Gallos effundere decreuerat, dissimulauit nefas, ac frigidè Religionis causam tutatus, nec eam impiam, & hæreticam reformationem apertè, & constanter (vt pium decuerat Cæsarem) damnauit, ex qua dissimulatione grauissimo dolore Colonienses perculsi sunt, atque Internuntium Apostolicum rogauere, vt Cæsarem ad damnanda impia hæretici hominis molimina in Cæsareo decreto Spiræ edendo incitaret.

Impietas Buceriana hæresis.

Reuerendissime in Christo Pater, ac Domine D. obseruandissime. Sparsus est hic non ita multis ante diebus rumor quidam etiamsi non ita certus, adeò tamen bonis omnibus, & nobis potissimùm ingratus, vt amicos planè, sollicitosque habeat quotquot veteri Ecclesię adhuc strenuè benè volunt. Asserunt enim passim nonnulli, Reuerendissimum D. Archipræsulem Colonienſem reformationem illam suam Germanicis dudum pariter, & nunc Latinis excusam characteribus Imperatorię Maiestati Domino nostro clementissimo in Comitijs porrexisse, precibusque apud Serenissimam Maiestatem Suam postulasse, vt eius auctoritate comprobata recipi ab omnibus velut Catholica, & Orthodoxa mereretur; Maiestatem verò Cæsaream post exactum breuiusculi temporis spatium, nec lectam fortassis, necnon penitus aliquanto introspectam, reformationem illam, sic Reuerendissimo D. Archiepiscopo nostro pro admirabili sua, & Diuina planè sapientia respondisse ferunt, non posse vllo modo sese eam reformationem ea in forma, qua exhibita est, siuè recipere, siuè approbare, cùm non omni ex parte sibi arrideat, nec Ecclesię Christi toleranda censeatur. Quamobrem si res ad istum modum sese habet Reuerendissime Prę sul, neque aliter mentem hanc suam, & voluntatem de reformatione ista pientissimis Cęsar literis in lucem datis expresè declarauerit, ingens est, ac præsens nobis periculum, ne digressus istinc, & ad suos reuersus Archiepiscopus noster, ac opinionem semel arreptam pergens retinere, mordicus persuadeat multis reformationem suam à Cæsarea Maiestate per conniuentiam approbatam esse, vt nusquam hodiè desunt, proh dolor! qui tanquam Corui hiantes ad

Paul. III. lib. brev. an. 9. pag. 232. Colonienses pro vera tuenda Catholica Religione Pontificio Nuntio scribunt:

Digitized by Google

innouandas, & inuertendas res Eccleſiaſticas, & cæremonias bonas anhelant, qua ex re, quando nobis vnà cum toto Clero, Populoque, & Plebe Colonienſis Diœceſis ingens perturbatio, ac ſubuerſio haud dubiè ſit exoritura, ſequuturaque Religionis omnis, & fidei Chriſtianæ extrema, quędam apud nos pernicies, cùm videmus Bonnę, Andernaci, Lynſi, Kompis, & alijs huiuſce Diœceſis in locis, Religionem noſtram veterem à Cęſaris abitione nihilo in melius verſam, quin potiùs in longè deterius eſſe prolapſam. Hinc occaſione ſumpta ad Reuerendiſſimam Paternitatem veſtram ſupplices confugimus, eamque etiam, atque etiam rogatam volumus, vt nunc in auertendis imminentibus hiſce malis, apud Cæſarem noſtrum clementiſſimum velit nobis eſſe auxilio, hoc fiet, non ſolùm facilè, verùm etiam ex animi noſtri ſententia, ſi cum Cæſarea Maieſtate diligenter agere non grauabitur, vt nequaquam laconico illo ſuo reſponſo, & apud paucos admodum fortaſſis dato, ſit contenta, ſed vbi Cæſarea Maieſtas in receſſu Spirenſi huiuſmodi Colonienſem reformationem publicè reprobare, & nullam, ac inualidam eſſe, quod vehementer cupieremus, declarare non poterit, ſaltem editis ad Clerum, & Vniuerſitatem, ac Status Colonienſis Diœceſis literis, quid & ipſa de nullitate, ac inualiditate, & inefficacia reformationis Colonienſis ſentiat, & alios cum omnibus Pſeudoconcionatoribus, ac ſubintroductis nouationibus Cæſareæ Maieſtatis auctoritate remotis abiectis, & ab hac Diœceſi, procul ablegatis, ſentire velit, ac iubeat, & palàm faciat, quo ſic tandem, & Archiepiſcopus noſter clarè intelligat, vbi gradum oporteat ſiſtere, tùm nos vnà cum reliquis omnibus, qui ſeſe in veteris, & veræ Chriſtianæ Eccleſiæ pomerio adhuc continet, liquido perſciamus, quid nobis in Sereniſſima eius Maieſtate ſpei ſit reliquum, quod vt ſuperis benè fortunantibus conſequamur, pro voto Reuerendiſſimæ Paternitatis Veſtræ potiſſimùm in manu eſt, quam D. Ieſus Eccleſiæ ſuæ, & Sacræ Cæſareæ Maieſtati, ac nobis omnibus pulchrè valentem in Neſtoreos vſque annos ſeruet; *Ex Agrippina Colonia X. Kal. Maias anno à reſtituto genere Humano MDXLIV.*

Reuerendiſs. Paternitatis Veſtræ

Deditiſſimi deputati Serui.

Deſignati Domini ex Clero Ciuitatis Colonienſis:

11 Agebat tunc Coloniæ Petrus Faber primus Sancti Ignatij ſocius, qui à Pontifice ex Hiſpania in Germaniam ſe conferre iuſſus erat ad propagandam pietatem, aſſerendamque contra Hæreticorum artes, is verò Cæſaris diſſimulationem in Religionis Catholicæ damnum vergere indoluit, atque Hæreticos exultare, quod Cæſar impiam illam conſtituendæ Religionis, vel potiùs euertendæ formulam non damnaſſet, monuitque Internuntium Apoſtolicum, neceſſarium eſſe ad infringendam Hæreticorum impudentiam, vt Cæſar apertis verbis commentitiam illam reformationem damnaret, monuitque Collegij Canonicorum Principem defeciſſe ad Lutheranos, ac Pſeudoarchiepiſcopo adhæreſcere, & percupere Colonienſes (quantumuis Hæretici iudiciũ Religionis Cęſari deferant) ne quidquam admittatur, quod Pontificia auctoritate confirmatum non ſit.

Orlandin. lib. 3.

Petrus Faber ex primis ſocijs Sancti Ignatij pro Religione Catholica in Germania laborat.

Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, ac D.D. Poggio Epiſcopo Tropienſi Nuntio Apoſtolico apud Cæſarem, & Domino meo, & Patrono obſeruandiſſimo.

Scripſi me expectare ex Dominatione Veſtra ab eundi copiam, & vt intelligam iſtius Dietę finem. Vniuerſitas Colonienſis, & cæteri, qui Religionem Catholicam tuentur, maximè timent, nè Archiepiſcopus ſuus plura mala prioribus, poſtquam iſtinc redierit, contra hæreditatem ſuam moliatur: audiunt enim reformationem eius Cæſareæ Maieſtati eſſe oſtenſam, vndè facilè fieri poſſit, vt ſpargatur rumor per mendaces homines Cæſarem vidiſſe, & non reprobaſſe, ſic enim loquuntur Hęretici, ſummum iudicium Religionis in Cęſaream Maieſtatem referentes, non propter conſcientiam, ſed propter timorem: Hęretici enim nulli poteſtati, quantum ad ea quę ſunt Religionis, ſubditi ſunt propter conſcientiam, timor tamen videtur facere, vt aliquid Cęſareę auctoritati in hac etiam parte deferant, ſed & Populus confortatur intellecta Cęſaris voluntate, & mente; propter hoc nobis parcendum eſt, dùm non ſumus contenti niſi expreſſis ſcriptis viderimus mentiri Hęreticos, aut falſa opinari, ſi dixerint Cęſarem, vel diſſimulando tacere, vel aliud agendo non eſſe ipſis contrarium: hoc igitur nunc effectum vellent Domini Colonienſes, vt Cęſarea Maieſtas expreſſis verbis Staribus huiuſce Diœceſis ſignificaret, ſe nullo modo velle, vt hęc reformatio admittatur, ſed nec aliud quidquam quod auctoritate Romanę Eccleſię ipſius confirmatum non fuerit. Ego dico deſideria piorum huius Ciuitatis, &c. *Colonię XXII. Aprilis MDXLIV.*

Ex Bull. apud Paulū III. lib. breu. an. 9. pag. 233.

Serous, & Capellanus minimus.

Petrus Faber.

12 His, ac Superioribus Colonienſium literis admonitus Internuntius muneri ſuo non defuit, ac reſpondit Colonienſibus libellum reformationis ab Archiepiſcopo datum Cęſari, qui perlegendum tradiderit Viris peritis, qui ſenſerint Archiepiſcopum impiè moliri, Religionem in ſuo Principatu extinguere, verùm ſe in ſpem efferri, iniquos eius conatus à Cęſarea pietate demùm obtritum iri.

Colonienſibus.

Perſpexi (nempè ex literis Colonien.) quàm ſollicitò eſſetis animo quidnam Cęſar decreturus ſit de impia Religione, quàm in iſta Ampliſſima, ac Nobiliſſima Ciuitate Veſter Archiepiſcopus inſtituere deliberauerat. Cęſari quidem de iſtius modi rebus libellum dedit, ſed ita ab ijs, quibus erat demandatum negotium fuit lectus, vt nihil aliud illum conari iudicauerint, quàm Sanctiſſimam iſtic delere Religionem, quod Cęſarem minimè paſſurum ſperamus, & profectò, quotidiè magis confidimus, cùm aut ipſum Cęſarem alloquimur, aut eius Familiares, & Miniſtros cõuenimus: eſt præterea ſperandum, Deum noſtram cauſam, vel ſuam potiùs, minimè deſerturum, quam ſpem, ſi certam, & exploratam habuerimus, ea nos profectò nunquam fallet: hic nobis curæ erit, vt Archiepiſcopũ à ſuo iniquo, & deteſtando conſilio Cæſar, & priuatim, & publicè deterrere conetur, quidq; de nefando libro ſentiat, vt vobis per literas ſignificet, quod quidem eũ libentiſſimè facturũ, haud dubitamus. Vos ad omnia ſuſtinenda forti animo cohortarer, niſi nunc & multò ante veſtram mentem, animũ, & conſiliũ cognitum, & perſpectum habuiſſem, quæ ſanè quibus maximè poſſem laudibus extollerem, niſi vobis iniuriam fieri putarem, qui enim fieri poteſt, vt ij qui pro Chriſto pugnant, non fortiſſimi, conſtantiſſimique ſint contra iſtos præſertim, qui ita apertè ſunt improbi, vt nemini eorum poſſit eſſe ignota

Paul. III. lib. breu. an. 9. pag. 216.

mali-

Digitized by Google

malitia? nec tantam iſtorum eſſe ingenij aciem exiſtimare debemus, vt ea in noſtra Religione videant, quæ Maiores noſtri Viri Sanctiſſimi, nec viderint, nec intellexerint, quorum animi bonitatem imitari potiùs debemus, quàm iſtorum non occultam malitiam, præſertim cùm præclare cernamus, quotidiè nihil aliud, quærere, quàm Sanctiſſimi Corporis Chriſti membra diſcerpere, ſed confido fore, vt breui & Diuino auxilio, & religioſiſſimi Imperatoris ſtudio, & ope, tantæ improbitati, & malitiæ occurratur, &c. Valete. *V. Non. Maij MDXLIV.*

Io. Poggius Nuntius.

13 Peruincere non potuit Internuntius Apoſtolicus apud Cæſarem, vt Apoſtatæ Archiepiſcopi conatus impios ferro elideret, obtinuit tamen, vt Colonienſes verbis ad conſtantiam, ne quid in Religione nouarent, hortaretur, efferatus enim odijs in Franciſcum Regem, permiſſa tunc Lutheranis graſſandi in Catholicos licentia debellandæ Galliæ inhiabat, & inanis nominis ſui gloriam Diuinæ gloriæ anteferebat, cui nefario bello, dùm vacaret Cæſar, Hermannus Apoſtata omni contentione clientes ſuos peruertere conatus eſt, cui ſumma conſtantia, & præclariſſimo virtutis exemplo Colonienſes reſtitere, vt narrat Surius his verbis. [Dùm Gallicum feruet bellum, Hermannus Colonienſis Archiepiſcopus pergit vrgere ſuæ Diœceſis infauſtam, planèque Buceranam reformationem. Clerus ſeſe opponit, hortatur, & obſecrat Principem, vt rem differat ad œcumenici Concilij cognitionem, & definitionem, nam ſi ſecùs faciat, ad ſupremum Magiſtratum ſibi confugiendum, eaſque vias excogitandas, quibus poſſint conſcientijs ſuis ſatisfacere. Princeps malè perſuaſus manſit in ſententia. Itaque Clerus, & qui ad eum pertinent Octobris octaua die cùm in vnum conueniſſent, inter alia commemorant, quæ ante annos viginti tres Vuormatiæ, vbi Lutherus à Cæſare cunctis ferè illi Principibus ſuffragantibus damnatus fuit, quæ item poſtea Auguſtæ, & Ratisbonæ, atque recens Spiræ decreta fuerint, quibus omnibus poſthabitis, Hermannus Archiepiſcopus res nouas attentarit, Bucerum Apoſtatam, & Sacramentarium, qui iam alteris ſeſe incœſtis nuptijs contaminarit, Argentina euocauerit, concionandi munus, & illi, & paſſim alijs leuibus hominibus demandarit: horum verò ſuggeſtione quandam reformationis formam conceptam, & Principis mandato euulgatam: ſe quidem modis omnibus Principem dehortatos, ſed nihil promouiſſe, iam verò Diœceſim peſſimè habere, omniaque ad ſummam perturbationem ſpectare: quamobrem neceſſariò ipſos prouocare ad Summum Pontificem, & ad Cæſaream Maieſtatem. Id vbi reſciuit Epiſcopus, ſcripto publico teſtatur, nullam eos prouocandi iuſtam cauſam habuiſſe, ſe nihil præter officium feciſſe. (O impudentiam Hæretici hominis, & Sathanicum mendacium!) proindè eam ſe appellationem reijcere, ſperareque ipſos à debito non diſceſſuros. Quod ſi non faciant, ſe tamen in cœptis progreſſurum, ſimul etiam non mediocriter Lutheri, & Buceri ſcripta commendat, ſed haud dubio ab alijs malè inſtitutus. Tùm verò ſummæ Ædis Canonici totius Diœceſis Colonienſis Ordines ad ſe euocant, Principis conatus explicant: Cæſaris quoque mandatum, ne quam mutationem admittant, grauiſſimè iubentis, exponunt, hortantur omnes, vt in Catholica, & quam ab Apoſtolis acceperint, atque hactenùs conſeruarint, Religione, cum ipſis permaneant; Principi verò, vt ab appellatione ceſſarent, & quædam alia hortanti, prolixè ſcribunt, & vt Summi Pontificis, atque Cæſaris, quibus ipſe quoque ſubditus ſit, ſententiam expectet monent, multaque alia, quę nimis longum eſſet hic adſcribere, hiſce literis Canonici primariæ Ædis, itemque Diui Geronis, & Vniuerſitas ſua ſigilla appendunt.

Surius in comment. hu. anno.

14 Confugit etiam ad Cęſarem Clerus Colonienſis, atque ſupplicibus hiſce literis eum rogauit, vt Hermanni Archiepiſcopi plura aduerſus Catholicam Religionem nouare molientis, impietatem Imperiali poteſtate coërceret.

Supplicatio Prælatorum, Abbatum, Capitularum Coloniæ Agrippinæ contra Archiepiſcopum.

Inuictiſſime, & Glorioſiſsime Imperator, Auguſte, Domine Clementiſſime, ſub finem Comitiorum Spirenſium Sacratiſsimę Maieſtati Veſtrę vti vnico noſtro poſt Deum Prędiſidio, Statum Sacroſanctę noſtrę Religionis, vt tunc illa apud nos habebat, ſignificauimus, eiuſque opem, qua Maioribus, & periculoſioribus nouationibus, quantum niſi tempeſtiuè obuiam iretur, non temerè metuebamus, futuras ſupplicibus votis efflagitauimus. Hactenùs verò ad ea noſtra ſcripta, quę extrema ſanè neceſsitas, vt prędens rerum conditio ſatis indicat extorſit, nihil reſponſi retulimus, niſi quod de Maieſtatis Veſtræ optima voluntate in defendenda priſca noſtra ſancta, & vera Religione benè ſperare iuſsi ſumus, & perſuaſi quoque, vt ſi Reuerendiſsimus Archiepiſcopus noſter à Comitijs illis aduerſus Catholicam traditionem, quid vlteriùs nouare pergeret, eam ſuo Imperiali officio, quod Eccleſię Chriſti debet non defuturam: hac ſpe, qua nos vtcunque ſuſtentamus freti, ad Maieſtatem Veſtram rurſus confugimus, ipſi non ſine graui dolore amicorum noſtrorum, quàm humillimè exponentes, quod is timor, quem iampridè timebamus aduenerit, & quod verebamur acciderit, adeò etiam prędictus Archiepiſcopus noſter poſt habita Comitia ab inſtituto illo ſuo non ceſſauit, vt longè etiam vehementiùs quam antea illud vrſerit, ac promouerit. Interea enim Schiſmatici illi prędicantes, quos in hanc Diœceſim infauſtis auſpicijs, iam dudùm induxit, ad illius ſuę obtenſę reformationis perſcriptum, atque adeò ſępè deteriùs ſua improbata dogmata vbiuis ſpargere ſummo conatu adnituntur, veris & legitimè vocatis Paſtoribus neceſsitate illis cedendi impoſita, qui & nunc iubentur Sacramentorum illis adminiſtrationem permittere, non quidem ad Eccleſiaſticam, & Catholicam formã, ſed in Lingua Germanica, & nouo more quemadmodum Prędicantibus ipſis videtur, hoc eſt, non ſine veterum ſolemnium precum, & piarum cęremoniarum à temporibus Apoſtolorum in Eccleſia Dei ad Sacramentorum exhibitionem vſitatarum, necnon etiam à tot Sęculis obſeruatę Miſſę, ac Sacroſancti Canonis abrogatione.

MS. Card. Paſig. 64. p. 117. Clerus Colonienſis contra Archiepiſcopum, hæreticũ Cæſari ſcribunt.

Ante Comitia Eccleſiarum Ordinarijs Paſtoribus, alijſque Presbyteris, & Clericis adhuc, vt par eſt, licuit, cuique ſua Eccleſiaſtica officia ſuis ſolitis, & ſtatutis locis in Templis peragere, nunc verò eo ventum eſt, vt eiuſmodi Ordinarijs, Miniſtris, ſubindè mandetur, nè vel prędicando, vel cantando breuiter, ne verbo, vel facto prędeſſendo Eccleſijs illis vllo impedimento ſint, vt taceamus, quod

Digitized by Google

quod ab eo tempore libellus quidam Apoſtatę Monachi Ioannis Memerhagenſis, qui ſe Miniſtrum Eccleſię Bonnenſis appellat, qui & recens ſe incœſtis nuptijs polluit, ſub titulo ..... Blaſphemijs, & impietatibus refertus, publicè denuò expoſitus fuerit, & nunc denique proſtet, liber illæ obtenſæ reformationis Archiepiſcopi noſtri Francfordię etiam in præſentibus nundinis, iuſſu eius, vt accepimus, diſtrahendas, quæ omnia (quamlibet ea, ne fierent, ſuam Celſitudinem, humiliter, & ſedulò deprecati, & obteſtati ſumus) in præſentiarum, apud nos aguntur, pijs ad hæc ingemiſcentibus, aguntur autem (id quod nobis longè grauiſſimum, & acerbiſſimum eſt) ſub eo prætextu, perindè, atque Sacratiſſima Veſtra Cæſarea Maieſtas ipſi præfato Principi noſtro. (ſicut etiam nuper quidam ex ſuis Conſiliarijs ad nos retulit) ea agendi fecerit poteſtatem. Et quamquam adduci non poſſumus, vt id feciſſe, vllo modo credamus, ſcimus enim, quid Maieſtas Veſtra per ſuas ſerias literas bis, deindè quoque ſuo ipſius oraculo, nuper perſonaliter præſens, denique quod per ſuum Vicecancellarium, poſt Comitia in diuerſam longè ſententiam nobis mandari curauerit, vt hinc facilè intelligamus Archiepiſcopo noſtro non aliam à Maieſtate Veſtra poteſtatem factam eſſe, quàm forſan prædicandi Euangelij, verùm non ea procul dubio mente id vt per Schiſmaticos, & Hæreticos adulterantes verbum Dei facere liceret, ſed tantùm per Paſtores, alioſque Miniſtros canonicè vocatos ad Apoſtolicam, & Catholicam traditionem, quia tamen hic prætextus nobis multum in præſentiarum faceſſit moleſtiæ, neque videmus vlla alia ratione imminenti auerſioni veteris Religionis, quam Schiſmatici illi per abſentiam Maieſtatis Veſtræ in hac Diœceſi fortiter vrgent, occurri poſſe, quam ſi Maieſtas Veſtra ſuis patentibus Imperialibus literis ad nos, omneſque alios Prælatos, Capitula, Abbates, Conuentus, Paſtores, & animarum Curatores, vniuerſumque Clerum, necnon Comites, Barones, Nobiles, ac communia Oppidorum, omneſque Fideles huius Diœceſis, coniunctim, ac diuiſim dirigendis, alijs quoque ad Senatum huius inclytæ Ciuitatis deſtinandis palàm faciet, ac declaret, ſuæ mentis nunquã fuiſſe, Archiepiſcopo noſtro permittere, & curare in hac Ciuitate, & Diœceſi per aliquos verbum Dei prædicari, quàm per idoneos, & canonicè vocatos Paſtores, & Eccleſiaſticos legitimos Miniſtros, idque ſecundùm Apoſtolicam, & Catholicam traditionem, non autem per Sectarios, Hæreticos, Schiſmaticos, & Hypocritas, Miniſtros, alioſque veteris Religionis euerſores, nobiſque & alijs omnibus, & ſingulis incolis ſupradictis ſeriò diſtrictè demandet, vt veterem Religionem mordicus retinentes, miſſum demus hiſce Pſeudoeccleſiaſticis, locum, nullaſq; nouationes contra priſcam Eccleſiam, & Catholicam, ordinationes, vel prætextu commemoratæ obtenſæ reformationis, noſtri Archiepiſcopi, vel alias inuectas, ſeù inuehendas admittamus, denique ſi nos in Veſtræ Maieſtatis ſingularem tutelam, & protectionem recipere non grauetur. Hoc igitur beneficij, vt Maieſtatem Veſtram pro ſua ergà Chriſtum, & Eccleſiam Suam Sponſam Matrem noſtram indicibili pietate nobis, quàm humiliſſimè ſupplicantibus collaturam, & planè per hunc noſtrum tabellarium, idque quàm maturrimè tranſmiſſurum planè confidimus. Ita idem ſemel collatum nulla vnquam apud nos, aut poſteros noſtros delebit obliuio. Quod & in primis ipſe Chriſtus Ieſus, qui Maieſtatem Veſtram ſuæ Sponſæ Aduocatum potentiſſimum, fecit immortali mercede remunerabit, & nos pijs precibus pro feliciſſimi Imperij Maieſtatis Veſtræ propagatione, & de hoſtibus ſuis referenda victoria, Deo ſedulò fundendo penſare nunquam intermittemus, qui Maieſtatem Veſtram nobis, & vniuerſi Orbis Chriſtiani ſaluti vnicum auitæ pietatis, & Religionis aſylum incolumem perpetuò ſeruet, & proſperet, & ouantem Germaniæ pacificandæ reſtituat. *Datum Agrippinæ Coloniæ Nonis Septembr. ſub noſtris videlicet Maioris, & Metropolitanæ, atque Diui Gereonis Colonienſium Eccleſiarum ſigillis anno ab Incarnatione Domini MDXLIV.*

Sacratiſsimæ Cæſareæ Maieſtatis Veſtræ longè deuotiſsimi Prælati, Abbates, Capitula, & Monaſteria, totuſque Clerus Agrippinæ Coloniæ.

15 Diſceptata etiam eſt apud ſubſellia Apoſtolica Hermanni Antiarchiepiſcopi Colonienſis cauſa, quem de hæreſeos crimine poſtulatum referunt acta Conſiſtorialia.

„ XXII. Decemb. MDXLIV. fuit Conſiſto-
„ rium publicum. Dominus Achilles Maffeus
„ Aduocatus Conſiſtorialis pro parte Procura-
„ ratoris Fiſcalis propoſuit cauſam Colonien-
„ ſium contra Hermannum Epiſcopum Co-
„ lonienſem, qui ſuæ ſalutis, & dignitatis imme-
„ mor, labe hæreſis ſe inficere, & quod peius eſt,
„ his non contentus, cùm Sacerdotes Colonien-
„ ſes ad id vi ſecum adducere conaretur, idque
„ obſiſtente Georgio Eccleſiæ Colonienſis Viro
„ ſanctiſſimo, & orthodoxæ Fidei Defenſore ef-
„ ficere non poſſet, Diuina, humanaque omnia
„ commiſcere tentauit, & fuit commiſſa cauſa
„ R. D. Auditori Cameræ, qui moneat Dom.
„ Hermannum Epiſcopum, & complices, &
„ fautores ſuos ad comparendum perſonaliter
„ in Curia, prout in commiſſione contine-
„ tur.

Acta Conſiſt. in Cardinal. Sp. fig. in 133 pag. 449.

Non deterritus eſt ſapientiſſimis Colonienſiũ monitis, nec Cæſaris metu, nec Pontificij iudicij terrore Hermannus Apoſtata à cœpta impia tyrannide. nec Sathanæ precones Lutheranos à ſe amouit, ſed in pluribus Oppidis Religionem Catholicam euertit, ac rudem plebeculam Hæreticorum erroribus illaqueatam, in ęternum exitium perduxit, vt verò Principatu fuerit deturbatus, cum iam Cæſar, bello Gallico compoſito, à Lutheranis, qui viribus auctis, confirmatiſque rebellarant, laceſſeretur, ſuo loco dicetur, nunc de ipſo bello, cum Franciſco Rege, & pace redintegrata agamus.

16 Refert Cochlęus, Cæſarem in Comitijs Spirenſibus, pronuntiaſſe hoſtem Imperij Franciſcum Gallię Regem, atq; Proteſtantium arma, in eum verſa fuiſſe, verùm antequam in Galliam Cęſar, & Henricus Rex, Gallię irrumperent, Cęſarianę res in maximum diſcrimen adductę ſunt, in Italia, nam cùm Galli Carinianum obſidione premerent, Alphonſus Daualus Marchio Vaſtus Germanicis, Italiciſque ſuccinctus copijs opem laturus eſſet obſeſsis, commiſſa in Ceroſolano agro pugna, die decima Aprilis eodemque Feſto Paſchatis maxima clade deletus eſt ab Anghiano Duce, acceptoque vulnere ęgrè fuga euaſit, de qua pugna hęc refert Paulus Iouius.

„ [Pugnatum eſt ad Ceroſolam poſtridiè Idus
„ Aprilis, quarto & quadrageſimo anno ſupra
quin-

Archiepiſcopus Colonienſis obdurescit in hæreſi.

Cochl. in act. & ſcriptis Lutheri.

Petr. Paulus Gualt. in Diar.

Paul. Iouius lib. 44 Martin. Bellaius lib. 10. Paulus Iouius lib. 44

Digitized by Google

Bellum initum inter Imperatorem, & Regem Galliæ.

,, quingentesimum, atque millesimum Christiani salutis. Occisa autem referuntur ad duodecim millia hominum. Sed multa maxima ex parte Germanorum, neque enim, quum in acie vtrinque æquato ferè numero supra quadraginta millia peditum constitissent, omninò ineruenta victoria Gallis obtigit, sinistro præsertim eorum cornu magnis cædis, & fugę detrimentis affecto, & aliquot ex illustri Gallica Nobilitate desideratis.

Paulus Iouius lib. 45

Poterant Galli consternatam Insubriam innadare, ac latiùs victoriam proferre, sed Gallię Rex cùm ad excipiendos Cesareę irruptionis impetus se pararet, auxiliares copias non submisit, cęterùm Anghianus in Cariniani obsidione hęsit, ac demùm pactione militari eò potitus est, cuius victorię sparsa fama, Florentini exules, & alij Gallicarum partium studiosi circa Mirandulam exercitum ad decem millia bellatorum conflarunt, atque in Insubriam excurrentes terrorem intulere, sed opportunè submisso equitatu à Cosmo Duce Florentię is exercitus dissipatus est. De quo hæc Petrus Paulus Gualterius in Diario refert. ,, [Hoc Mense Iunij decem millia peditum, ,, quos Petrus Strozzius, cum exercitu Regis ,, Franciæ in Lombardia coniungere studebat, ,, fuerunt in transitu cæsa, & fugata à Cæsariani,, nis, & ipse Petrus cum paucis euasit.] Porrò Anghianus Dux, nil vltra tentandum censuit, cùm de belli Gallici euentu ancipiti esset sollicitus, nam Cæsar cum Henrico Angliæ Rege Gallis infestissimo, ita fœdus cum illo percusserat, vt Galliam certa lege cum ea partiretur, atque ad Lutetiam ipsam Regni Sedem in nequissimi persecutoris Ecclesiæ communibus armis redigendã se obstringeret, quod Iouius silere non potuit, ,, Tantum (inquit) Cæsaris odium valebat ad,, uersus Gallos ab Auorum vsque memoria con,, ceptum, vt grauissimarum offensionum ex re,, pudiatæ, adactæque ad necem Materteræ peni,, tùs obliuisceretur, nec iniquum, & fide sua in,, dignum existimaret ad contumeliam Pontifi,, cij nominis cum eo Rege fœdere coniungi, qui ,, propter euersa Sacra, despectamq; , & conuul,, sam Romani Pontificis existimationem, Chri,, stiano iure anathemate à Romano Pontifice ,, damnatus, ipso præsertim Cæsare id orante, ,, postulanteque, cùm se in Britanni Regis gra,, tiam nunquam rediturum iurasset, nisi Pon,, tificiæ dignitati Henricus satisfaceret, & ad ,, veteres Sacrorum ritus, pristinamque Romani ,, Pontificis auctoritatem se conferret.

Fræciscus Rex Galliæ ab amicitia Turcarum discedit.

17 Irrupturis in Galliam Cæsare, & Henrico Anglo, Franciscus Rex honestissimo, & pio consilio Barbarossam à se dimisit, licet ille ad euastandam Hispaniæ maritimam oram ad Gades vsque se offerret, sed Rex sapienter perpendit Turcicam societatem non profuisse hactenus, sed multum obfuisse, cùm Protestantes ea de causa ad decernendum contra ipsum bellum adducti essent, & ipsorum Gallorum animos à se abalienaret ea societate impia, tùm etiam Turcæ quoscúque possent Prouinciales abriperent in seruitutem, neque ex insontium Hispanorum calamitate per Turcas inferenda vllum decus, vel commodum, sed Diuinas tantum iras, & publica odia promeriturum, tum quia Turcas exciuisset non ad lædendos Christianos, sed vt à Cæsareæ tantum Classis iniuria se tueretur, at Barbarus ad Christianorum cædes, & damna anhelabat, & quærebatur, se non sine contumelia sui nominis retineri, cùm neque Gallo vtilis, neque Cæsari infestus foret (addens, inquit Iouius) [Si iube,, retur, & Rex Cæsari implacabili suo hosti in,, Galliam irrumpenti æquo iure nocendum pu,, taret, se paratum fore, vt expedita, & strenua ,, excursione totius Hispaniæ oram summis ferro, atque igne illatis detrimentis, à primo Py,, renei promontorio ad Gaditanum vsque fre,, tum peruastaret, id consilium Rex ab insita ,, sua pietate prorsùs alienum, quamquam ami,, cissimè oblatum, continuò repudiauit. Cur ,, enim Christiani nominis gentes nihil tale me,, ritas, parentesque tantum Imperio Cæsaris, ,, immanibus Barbaris delendas concederet? ,, cur in hoc tàm atroci facto sui vetusti cogno,, minis obliuisceretur? cur denique vsque adeò ,, detestabilis, & impiæ cladis inuidiotam sibi, ,, & posteris memoriam relinqueret?] Id virtutis exemplum in reprimenda vltionis cupidine, vt se in malo vinci fineret, placuit Deo, qui Cæsaris mentem postea ad pacem flexit, vt Cæsar penè victor, penè victo Gallo, ea concederet, quæ victor Gallus à victo Cæsare vix exprimere potuisset, vt mox dicetur. Porrò Barbarossa in reditu omissis Liguribus, quos Gallus amicos optabat, Hetruscis, ac Neapolitanis littoribus plura damna intulit, de quo hæc habet Petrus Gualterius Aretinus in Diario. [Hoc Mense Maij Barba,, rossa Pyrata discessit cum tota Classe ex Portu ,, Tolonensi, Mense Iunij in suo transitu per Ma,, re Thyrrenum, occupauit, & incendit Portum ,, Herculis, & Talamonem in Dominio Senen,, sium, & ab Insula Lilij multos captiuos du,, xit.] Non muniuerant Senenses idoneis præsidijs eas Vrbes, nec oblata à Cosmo Duce Florentiæ subsidia admiserant, quod finitimi hostis prævalidas copias finibus suis excipere tutum non putarent, eiusdemque monita de repentino Barbarorum aduentu spreuerant. Tentauit etiam Orbetellum Barbarus, inhiabat quippè Etruscæ oræ portubus, vt tutam stationem sibi in Italia pararet, ex qua Solymannus ad Imperium Italiæ inuadendum aspiraret; submisso verò opportunè exercitu à Florentiæ Duce, Barbarus cœptis destitit, multaque præda in Hetruria capta, discessit, ac deprecante Gallico Oratore, nè Francisco Regi inuidia cõflaretur, à Pontificiæ Ditionis Maritimę iniuria temperauit. In Ænariam verò Insulam delatus, nocturna descensione incolarum multitudinem intercepit, Puteolos frustra oppugnauit, è Brutijs multam prædam congessit, profectus inde Lipparim, illius Insulę Vrbem terribili oppugnatione concussam ad deditionem compulit, cùm illius Præfectus Nicolaus suam libertatem pactus hosti ciues in seruitutem abducendos prodidisset, quos septem millium summam impleuisse Iouius refert, ac de tristissima eorum, aliorumque Christianorum captorum calamitate ,, hæc subdit. [Tantam omnis generis morta,, lium prędam, qui in Classe erant fuisse retule,, runt, vt in toto cursu ad Byzantium directę ,, nauigationis, plura captiuorum (euecta fame ,, siti, mœroreque) corpora vti erant in infirmis ,, carinis, inter naturę sordes angustissimè con,, stipata, omnibus propè horis in Mare proij,, cerentur execrantibus cunctis immites Gallię ,, Regis, & Cęsaris animos adeò studentes vete,, ribus eorum odijs, vt subditę Imperio ipsorũ ,, gentes, nihil tale meritę, plecterentur, quando ,, quidem ex sua effręni, obstinataque libidine, ,, abhorrentes concordiam tantis calamitatibus

Paulus Iouius lib. 45

Paulus Iouius lib. 45

graui

,, graui cum infamia cauſam prębere dicerentur.

Martin. Bel lauus comm. lib. 10 Paulus Iouius lib. 45

18 Abeunte Conſtantinopolim Barbaroſſa Henricus Angliç, ſublato Scotię Rege Gallorum fœderato, qui domeſtico metu illum retinere potuerat, Caletum cum maximo exercitu traiecit, ac Boloniam obſidione cinxit, parte aduerſa Cæſar Germanis, Belgicis, Hiſpanicis, atque Italicis copijs ſuccinctus in Galliam irrupit, ac Lucemburgum ſuperiore anno Aureliani Ducis virtute receptum, antequam communiretur ad deditionem coëgit, cæpitque Liuium Oppidum, tum ad Sandiſerium octaua Iulij Caſtra promouit, quo demùm pactione militari honeſta potitus eſt, indè ad Matronam flumen progreſſus, cupiebat caſtra coniungere cum Anglo, qui triginta millia armatorum adduxerat, vt Franciſcum Galliæ Regem ad certamen adigeret, nè Regnum ferro, flammaque peruaſtari pateretur, ſed crudelia, & iniqua eorum conſilia Deus Galliæ miſertus diſcuſſit, nam Anglus, niſi capta Bolonia Caſtra mouere abnuit, vel diſcrimini ſe obijcere, ac Cæſar, qui Lutetiæ extremum terrorem inferebat, cœpit communicatum varijs difficultatibus angi, ac dolore meditati conſilij ab Anglo Boloniæ hærente confundi, ſpeſque ſubijciendæ Galliæ temerè conceptas ſenſit, cum Galli ad eum propulſandum acerrimis animis accingerentur.

Henricus Rex Angliæ in Galliam irrumpit.

19 Dùm tantis bellis turbaretur Orbis, ſemper tamen in Imperiali Aula, alijſque in locis pacis tractatus vigebat, ſicut epiſtolæ Cardinalis Farneſij ad Nuntium Poggium apud Imperatorẽ teſtantur. Et ſic loquitur in vna illarum ſub vigeſima tertia die Iulij huius anni. [In ſupradictis tuis literis cùm confirmes, & repetas tractatum pacis abſque fundamento non eſſe, Sua Beatitudo maximo perfuſa eſt gaudio, & eò magis, quia ex alijs locis idem percipitur, & præcipuè epiſtolæ Camilli Columnæ ad Archiepiſcopum ſuum Fratrem, hoc teſtantur, & ab alijs ex varijs partibus hoc idem nunciatur; itaut Sua Sanctitas, quæ pacem apud Chriſtianos ſuis diebus videre ſemper quæſiuit, optauitque, ſolummodo nomine, & ſpe pacis animi vires reſumit, maximoperèque lætatur. Nec diffidit, Deum, à cuius pietate, hoc, & omne aliud bonum procedere fatendum eſt, vt maius, & ſuæ dexterę opus appareat, reſeruaſſe tempore maioris neceſſitatis, ſicut verè eſt diebus iſtis; quapropter ob vnitormitatem Nunciorum, & præcipuè ob Sue Maieſtatis Cęſareę Confeſſarij verba, à quo, vt ſcribis, hortatus fuiſti, Suę Beatitudini ſuadere, vt mediatoris, & excitatoris onus ad hanc pacem ſtabiliendam, ſuſcipiat, decreuit, ſicut annis præteritis fecit, modò etiam, officio, & munere ſuo non deeſſe, ſed omnibus mediis eam procurare, & præcipuè vnicuique Maieſtati Virum auctoritate prędituin tranſmittere, confidens, quod in tantis Chriſtianę Reipublicę neceſſitatibus vnaquaque Maieſtas obligationi quam Deo, & populis eorum regimini ab ipſo Deo commiſſis debet, non deficiet, quia res in eo ſtatu ſunt, in quo, etiam qui in bello ſuperior ſit, cum effectu pacem optabit, eo maiora apud Deum, & apud homines merita, acquiret.]

M.S. Card. Spad. to. 84 p. 442.

Inter bellicos motus ſemper aliqua ſpes pacis effulgebat

Et in alia epiſtola ad eundem ſub die vigeſima ſexta Auguſti iſtius anni, ſic dicit. [Cùm in tuis literis nuncias, tractatus pacis ſemper vigere, ſcias, Suę Beatitudini, nihil gratiùs, & iucundiùs nunciari poſſe, cùm ille ſua deſideria ad iſtam pacem ſemper direxerit, & ſupra quam dici poſſit, de ea cogitet; ideoque quidquid circa iſtud negotium dietim agitur, ſcribas, & quod ad te attinet, nihil officij circa iſtam pacem, quando occaſio ſuggeret prætermittas, quia eadem nos faciemus.] Hæc Farneſius.

vbi ſupra

20 Pontifex igitur tanta ſpe motus duos ad tractandam pacem Legatos elegit, quos ſollicitè expediendos eſſe, in ſupradicta epiſtola Cardinalis Farneſius, promittit, & ſic de iſta electione ,, acta Conſiſtorialia loquuntur. [XXX. Iulij ,, decreti fuerunt duo Legati pro tractanda pa,, ce. Reuerendiſſimi Domini Io: Hieronymus ,, Moronus ad Sereniſſimum Dominum Caro,, lum V. Romanorum Imperatorem ſemper ,, Auguſtum, & Marinus Grimanus S.R.E. Car,, dinales, ad Franciſcum Francorum Regem ,, Chriſtianiſſimum.] Confirmat hæc Angelus Maſſarellus in actis Concilij Tridentini, in quibus horum temporum calamitates ita deſcribit.

MS. Card. ſpad. tom. 133. p. 430 Duos Legatos elegit Pontifex ad pacem' tractandam.

,, Cæſar Maio Menſe, validiſſimo cum exer,, citu Galliam aggreſſus fuerat, Lignique Op,, pidum die XXIX. Iunij anni eiuſdem expu,, gnauerat; Angliæque Regis adiutus copijs ,, maiora propè diem in Gallos minabatur, at,, que etiam eodem tempore in Pedemontana ,, Regione Cæſareas copias Marchione Guaſti ,, ducente, non minùs acre bellum cum Gallis ,, gerebatur, quorum ambo exercitus die XIV. ,, Aprilis MDXLIV. propè Carignani Oppidũ ,, Cæſarianis in fugam verſis. Nec multo poſt ,, IV. ſcilicet Iunij non longè à flumine Thelino ,, Gallis profligatis conflixere.

M.S. Vatic. Archiu. ſig. num. 3190. pag. p. 215. Diar. Cõc. Trid. Au. flore Aug. Maſſarell. Secr. mſ. Arch. Vat. p. 33.

,, Non deſperauit tamen Pontifex poſſe ali,, quando Dei beneficio pacem inter ſæpeſatos ,, Principes fieri, opuſque toties fruſtra tenta,, tum iterum aggreſſus eſt. Quarè die XXX. Iu,, lij prædicti anni duos à Latere Legatos Reue,, rendiſſimos videlicet S.R.E. Cardinales Mari,, num Epiſcopum Portuenſem, Grimanum ad ,, Gallorum Regem, & Ioannem tit. S. Vitalis ,, Presbyterum Moronem ad Cæſarem pro v,, nione inter eos concilianda. Grauiùs nihilo,, minùs in dies magis, atque magis bellum in,, ter ipſas Maieſtates excitabatur, Cæſare non ,, longè à Pariſijs in Oppido Mellun, cum vali,, diſſimis copijs exiſtente. Rex autem Turca,, rum fœdere innixus, eorum Claſſe Italicas di,, tionis Cæſareæ maritimas Regiones continuò ,, infeſtabat, nam Dux ipſius Claſſis Barbaroſſa ,, Thyrreni Maris Dominus factus, iã Herculis, ,, Talamoniſque Portus in Senenſium Dominio ,, Menſe Iunij, necnon Liparis Ciuitatem, & In,, ſulam XIV. Iulij vnà cum nonnullis Oppidis ,, expugnauerat, depopul aueratque.

Diar. Con. Trid.

21 De Cardinalibus Legatis decretis pro concilianda pace certiorem fecit Pontifex Ferdinandum Regem Romanorum, cumque rogauit, vt vnà cum Germaniæ Principibus, concordiæ pro re Chriſtiana inſtauranda, adeò perneceſſariæ interpretem ageret.

Regi Romanorum.

Etſi tamdiù, totieſque, & nullis non modis, atque omni opera, & ſtudio ſummos Chriſtianorum Principes inter ſe acerbiſſimè diſſidentes conciliare tentauerimus, & tot conatus, & labores incaſſum, hactenùs effunderimus, adeò vt in in re hac ampliùs tractanda animum ferè deſpondiſſemus, tamen alia ex parte nos mouet miſerrimus Chriſtianæ Reipublicæ Status, neque enim præteritarum dumtaxat calamitatum damna intuemur, ſed imminentem procellam proſpectamus, quando hinc Chriſtianorum vires penitùs atte-

Paul. III. lib. brev. an. 19 pag. 333.

Digitized by Google

atteruntur, indè Turcarum potentia ad ſummum aucta, omni conatu in præſens bellum molitur, atque excidium, extremamque perniciem primo quoque tempore nobis minatur. Quis autem hæc non videt, ſentitque, aut quis extremo huic diſcrimini remedium perquirendum eſſe non cognoſcit? Sed noſtro hæc potiſſimùm pectori ſemper inſident, vrgetque intimè, atq; impellit Chriſtiani Gregis cura nobis Diuino ore præcipuè demandata, nè omninò officij noſtri munus deſeramus, tùm negotium ſæpiùs etiam fruſtra exploratum iterum tentemus, & quantum in nobis eſt, Dei benigno auxilio, & præcipua in Chriſto confidentia idem rursùs periclitemur. Cùm igitur proximè deſtinauerimus Venerabilem Fratrem Grimanum, & dilectum filium Moronum Cardinales Legatos noſtros, hunc ad Cæſarem, illum ad Franciſcum Regem, vt inter eos concordiam à pijs omnibus maximè optatam, & Chriſtianæ Reipublicæ conſeruationi perneceſſariam noſtro nomine perſuadeant, & ſi fieri poſſit, vt proſequutio Concilij Oecumenici celebretur, expeditiorque reddatur, conficiant, haud nos præterit, quod etiam anno nondum elapſo animaduerrimus, rem hanc præter id quod omnes tangit ad Clariſſimos Germaniæ Principes, præcipuè ſpectare, quorum auctoritatem, & Chriſtianam charitatem ad negotium peragendum, & pia conſilia noſtra adiuuanda non mediocriter profutura arbitramur, atque eam ob cauſam ad te, & nonnullos alios Principes mittimus Nuntium noſtrum Venerabilem Fratrem noſtrum Ioannem Thomam Epiſcopum Cauenſem nobis gratum; vt noſtrum hoc pium propoſitum vobis ſignificet, & tuum, ac ipſorum pariter conſilium, auxiliumque ad id poſcat, quod non ad nos tantùm, neq; ad paucos, ſed ad vniuerſos Chriſtianæ Religionis homines pertinere manifeſtum eſt, &c. *Datum Romæ apud S. Marcum XXVII. Auguſti MDXLIV. Anno X.*

De Cauenſis Epiſcopi miſſione loquens Cardinalis Farneſius in epiſtola vigeſima ſexta Auguſti ſic fatur: [Et quia quo res maioris eſt ponderis, neceſſitatiſque, eò magis Sua Sanctitas iudicat, ſimul omnia media, quæ adiuuare poſſunt, eſſe coniungenda, mittit modò Epiſcopum Cauenſem ad Sereniſſimum Romanorum Regem, & ad alios Imperij Principes ad eos adhortandos, vt à Cæſarea Maieſtate optimum concordiæ finem curent obtinere.] Hæc Farneſius.

Scripſit etiam Pontifex eodem argumento.

22 Scripſit etiam Pontifex eodem argumento ad Septemuiros, tùm ad plures alios Principes, atque Luſitanos Proceres, indixit etiam publicas preces populo Chriſtiano, de quo extant encyclicæ literæ ad Archiepiſcopos tranſmiſſæ.

Lib. breu. an. 10. p. 415.

Exceptæ Cœlo fuere piorum preces, paucis enim poſt diebus pax confecta eſt, vt ſacrũ illud oraculum vſurpari poſſet: *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* [Dum magis (inquit Angelus Maſſarellus) omnia per totum Chriſtianum Orbem, bellis, ſimultatibus, diſſenſionibus ardent, ecce tandem lætiſſimus, Domino miſerante, dies illuxit, in quo pax, & vnio inter prædictas Cæſaream, & Chriſtianiſſimã Maieſtates conciliata eſt, die videlicet XVIII. Septembris MDXLIV. cuius pacis nuntio quamprimùm ad Pontificem, qui Peruſij tunc erat, allato in magnam ſpem Sanctitas Sua deuenit, poſſe etiam tandem Oecumenicum Concilium celebrari: Deoq; in primis pro tanto in Chriſtianã Rempublicam collato beneficio gratias egit.]

Angel. Maſſarell. in ſumar. Con. Trid. m. s. Vat. fig. num. 3199. p. 214. & in Diar. Gõc. Trid. m s. Arch. Vat. pag. 24.

23 His addunt Acta Conſiſtorialia [VII. Octobris redijt Pontifex ad Vrbem, X. Octobris fuit Conſiſtorium, in quo fuerunt lectæ conditiones pacis initæ inter Cæſarem, & Regem Chriſtianiſſimum.]

Acta Conſiſtor. M. S. Car. Spad. fig. num. 155. pag. 439.

Percuſſum fœdus XIV. Kal. Octobris confignat ſuis monumentis Paulus Iouius. Petrus enim è Soto Ord. Dominicani Sacrarum Cæſaris exhomologeſeon exceptor pacis maximus auctor extitit, nec-non Gabriël Guſmanus Reginæ Galliæ Sacerdos piacularius, ab ea ad fratrem Cęſarem miſſus, promouit actionem concordiæ, ad quam vrgebat Cæſarem inopia ſtipendiorum, quæ Germani arrogantiùs exigebant, nec tutum erat certamen experiri, cùm Galli ardentiſſimis animis in eum proſilire parati eſſent, cùm ipſe victoriam eſſet relaturus ſuo tantùm periculo, at præmia victorię eſſet comparaturus Anglo, cui Lutetia ex impio fœdere ceſſura erat, pacis verò leges ad commodum Ducis Sabaudiæ, dignitatemque Galliæ Regis diſtinctæ fuere, quas ſi anteà Cæſar dediſſet ad Pontificias preces, conciliato ſibi Gallo & Hungariam Chriſtiano Imperio afferere, & Anglum ad officium redigere, & Proteſtantes ad obſequium Eccleſiæ reuocare, & Chriſtianum populum à Turcicis graſſationibus vindicare potuiſſet: nam cùm omnium diſſidiorum inter Cæſarem, & Franciſcum Regem fons, & cauſa eſſet expoſtulatio Mediolanenſis Principatus, quo Cęſar eum ante viginti annos depulerat, ita lis iuncto nouæ affinitatis vinculo dirempta eſt, vt refert Martinus Bellaius. [Pacis conditiones ſtatuuntur, vt Carolus Angoliſmenſis, qui tunc Dux Aureliæ erat, Cæſaris filiam, aut certè eius ex fratre Romanorum Rege neptem intra biennium vxorem duceret, vtque quo tempore exacto biennio coniugium re ipſa perficeretur, ei Cæſar vel Mediolani, vel Flandriæ, & Belgij dominatum, vtrum tradere mallet, traderet, vtque Rex ab omni deinceps iure, atque actione in Ducatu ipſo diſcederet, ac in Regno etiam Neapolitano; ſi quidem Belgium filio Aurelio daretur, vtique Sabaudo omnia, quæ adempta fuerant, reſtituerentur: ſimul atque Aurelius alterius ditionis compos eſſet, vtique dum biennij illius tempus adeſſet, quidquid vtrinque tùm in Tranſalpinis, tùm Ciſalpinis Regionibus iam inde à Nicianis inducijs bello captum fuerat, reſtitueretur, omniaque priſtinum ſtatum reciperent, quo eſſe, cùm illæ Inducię fierent, conſtaret. Cæſar eis Alpes, Regi Sandiſerium, Liuium, & Commercium reſtituit. Rex Yueſum, Mommedium, & Landriſium: Stenęum Lotharingiæ Duci (munitionibus priùs dirutis) reſtituitur: in Italia Cæſar Mondeuiſium dumtaxat reſtituit, Rex ei reddidit Albam, Gueraſſium, Antinianum, Sandamianum, Palezuolium, Creſcentinum, Verruam, Moncalium, Bargas, Pontem-Aſturæ, Laniſium, Vigonem, Sanſaluatorium, Sangermanũ, Magnam Regionis linguarum, Marchionatus Seuiani partem, & Valpergam.

Paul. Ioui. l. 45. Martinus Bellaius lib. 10.

Pax inter Cæſarem, & Regem Galliæ firmatur.

Leges pacis inter Cæſarem, & Regem Galliæ.

Martinus Bellaius lib. 10.

Sancita pace cum Cæſare, Franciſcus Galliæ Rex aduersùs Nortfolchium Ducem Montrolij obſidionem ſoluere coëgit: Henricus verò Rex iam Boloniam in deditionem acceperat, Veruini Præfecti culpa, qui, licèt tempeſtas horrida Anglorum tentoria euertiſſet, eorumque caſtra magnis incommodis affeciſſet, imminente iam cum exercitu Delphino ad inuadendum hoſtem, concepto iniquè ſacramento ſtare maluit, licèt Ciues ipſi aduerſarentur, atque ad repellendum hoſtem

Martinus Bellaius lib. 10.

Digitized by Google

essent comparati, Bolonia verò potitus Caletum primùm, dein in Angliam se subduxit, atq; à Delphino Bolonia irrito conatu oppugnata est, quæ demùm ab Anglo, biennio post confecta pace, Galliæ est restituta.

24 Accepto porrò inito inter Cæsarem, & Franciscum Regem pacis nuntio, Pontifex ingenti lætitia delibutus grates Deo egit, atque hisce literis Francisco est gratulatus.

Regi Christianissimo.

Gratias ingentes agimus primùm Deo Omnipotenti bonorum omnium dispositori, ac largitori, deindè Maiestati Christianissimæ pro tàm exoptato, omnibus precibus, omnibus aris supplicato & efficacissimis votis tandem exorato nuntio super pace inter Cæsarem, & Serenitatem Tuam nuper conuenta, atque concluſa: quam non magis quietem vestram, & vtriusque incrementa existimamus, quàm totius Christiani Orbis tranquillitatem, atque inimicorum eius excidium, & confusionem, cùm nostris discordijs se tutos esse, & proficere, atque augeri in dies existimarent. Sit laus Patri luminum datori omnis optimi, & omnis doni perfecti indulgentissimo. Post hæc, grates habemus innumerabiles eidem Maiestati Tuæ, quòd se (monitis præcipuè nostris ad hoc inductam) & vt deuoti filij obsequio erga Apostolicam Sedem versaretur (quod indefessè ante hac fecit) coactam autumat, Diuinam obsecrantes benignitatem, vt isti tàm bonæ, tàm egregiæ menti digna retribuere præmia non dedignetur: postremò id nobis supra modum acceptissimum fuit, quòd cùm scires quantopere id expectaremus, ea obsecundandi promptitudine vsus es, vt sponte Tua, non expectato Legato nostro ad hoc destinato, votum nostrum impleueris, & obsequio preces anteuerteris, quod nobis cordi semper futurum est, rogaturis Deum sine vlla intermissione, vt hæc stabilia, & prospera Tibi, liberis Tuis, propinquitati, & Regno larga manu concedat, & tàm bonæ menti, tàm benigno animo nihil neget optatum, fœliciſſimè valeat Maiestas Christianissima. *Romæ die XIII. Octobris MDXLIV. Anno X.*

Paul. III. lib. breu. an. 10.

Epistola gratulatoria Pauli ad Regem Galliæ.

ibid. pag. 435.

25 Strenuam in pace conficienda nauarunt operam Regina Nauarræ Francisci Regis Soror, Cardinalis Turnonius, & Bellaius, ac Moguntinus, necnon classis Gallicæ Præfectus (Admiralium vulgò vocant) quibus à Pontifice actæ sunt gratiæ.

pag. 436. *pag. 447.* *pag. 435.*

Commendauit porrò Cæsarem maximis laudibus Pontifex de pace publica Christiano restituta Imperio, deq; eximia animi moderatione, qua gloriosissimo victoriæ genere seipsum vicisset, hortatusq;, vt Imperialia consilia ad frangendã Turcarum tyrannidem, ad hæreseon pestes excindendas, ad Concilij indicti actiones promouendas intenderet.

Ad Cæsarem.

Paul. III. lib. breu. anno 10. pag. 451.

26 Literæ Maiestatis Tuæ, quibus nos de pace inter eam, & Christianissimum Regem composita certiores fecit, tantam nobis lætitiam attulerunt, vt eam verbis exprimere non facilè possimus. Perspicimus enim ex hac vestra concordia Christianæ Reipublicæ, quæ in extremum penè erat adducta discrimen, quendam quasi in medijs tenebris salutis diem illuxisse; quapropter ipsi Patri luminum, in cuius manu Regum sunt corda, maximas egimus gratias, quòd eius rei, cuius incredibili per tot annos flagrauimus desiderio, sua nos bonitate compotes effecerit: Maiestati autem Tuæ ex animo gratulamur, quòd hac animi sui moderatione seipsam vicerit, quæ omnium maxima honestissimaque victoria est existimanda. Eam igitur magnopere hortamur, vt quod reliquũ est, quodque illam sua sponte facturam esse non dubitamus, ad comprimendam Turcarum audaciam, quę nimium diù in nos grassata est, & ad extinguendam Hæreticorum impietatem, quod Oecumenici tantùm Concilij celebratione effici posse omnibus compertum est, totis Nobis cum viribus incumbat, vtrumque enim Deo in primis, eiusque Religioni debet, in virtute, ac nomine suo. Cætera Tropiensis Episcopus Nuntius Noster Maiestati Tuæ vberiùs exponet. *Datum Romæ XVI. Octobris MDXLIV. Anno X.*

Pauli epistola ad Cæsarem ob pacem cum Gallo initam.

27 Emendandus hic videtur Ioannes Baptista Adrianus, qui priuatis simultatibus maleuolentia imbutus erat aduersùs Paulum Pontificem, inter quem, & Cosmum nonnulla intercedebant dissidia, atque adeò iniquissimè Pauli III. famam, ac gesta traducere non veretur: ideòque delira somnia sua, & leuissimi vulgi, vel Aulicorum rumusculos pro oraculis historiæ suæ insperſit. Inter alia fingit Paulum formidantem potentiam Cæsaris, ne meditata consilia discuteret, armorum fœdus arcanum cum Galliæ Rege, & Veneta Republica iunxisse, verum simulasse neutri parti studere velle? Sed iniquam hanc calumniam contraria Pauli gesta perspicuè refellunt, cùm eo ipso labente tempore, de quo Adrianus loquitur, Pontifex arctissimum fœdus percusserit cum Cæsare, ac supra quindecim millia militum auxiliaria decreuerit, pro asserenda tuendaque in Germania aduersus Hæreticos Catholica Religione, vt Cardinalis Farnesij literæ ad Poggium Pontificium Internuntium in Aula Cæsarea agentem testantur; quibus illum docet, Cardinalem Tridentinum attulisse Pontifici sacri fœderis pactiones à Cæsare consignatas, easque in Cardinalium Senatu perlectas, atque mox promissa in actum prouocasse, atque stipendia pro duodecim millibus equitum leuioris armaturæ, seque Legatum Apostolicum in exercitu creatum fuisse; atque Octauium fratrem cum supremo militari imperio Ducem præfectum fuisse. Cùm verò Cæsar pluribus districtus negotijs non tàm celeriter ad sacram illam expeditionem se compararet, Pontificiarum copiarum iter in Germaniam aliquandiù dilatum est.

28 Exeunte Octobri Franciscus I. literis humanissimis Pontifici datis Regias vires pro auctoritate, dignitateque Sedis Apostolicæ asserenda detulit, atque ad deprimendam Angliæ Regis tyrannidem auxiliares copias proposuit, in quem etiam Cęsarem sibi coniungi flagitauit, precesque addidit, vt Concilium Oecumenicum Tridenti indictum trimestri flexu maturaret, quę literę in Senatu Cardinalium lectę fuere, vt Acta Consistorialia referunt.

Acta Consistor. ms. Card. Spat. fig. num. 133. pag. 445.

Epistolæ Regis Galliæ ad Cõcilij inchoationem Pontificẽ adhortantis.

,, VII. Nouembris MDXLIV. fuerunt lectæ
,, literæ Christianissimi Regis datæ XXVIII.
,, Octob. MDXLIV. per Reu. Georgium Epi-
,, scopum Ruthenensem eius apud S. D. N. Ora-
,, torem, quibus Maiestas Sua Christianissima
,, significabat, eo se desiderio teneri Sanctam Se-
,, dem Apostolicam conseruandi, in primisque
,, Suę Beatitudinis auctoritatem, & quę ad com-
,, modum, & honorem eius pertinerent, vbi
,, opus esset, ea præstare iam animo suo consti-
,, tuerat, quod vt fieri posset, Sanctitatem Suam
,, obsecrabat, vt in bello contra Anglię Regem

,, ea

Digitized by Google

,, ea tantum causa suscepto, quod Sanctam Ecclesiam minimè sequutus fuit, sibi auxilia, atque opem ferret, vt scilicet singulis mensibus sex millibus peditũ stipendia persolueret, quodque non minùs ad Sanctitatẽ suam, quam ad se pertinere asserebat. Quem quidem Regẽ Christianissimum, cùm strenuos, ac fortes Milites habere Catholici iam viderent, cum eo Sanctitate Sua fœderata fœdus inire quàm maximè petebant ad Angliæ Regis interitum, & exitium. Sed quoniam id à neutris præstari posse arbitrabatur, sine consensu, atque in primis Cęsareę Maiestatis voluntate, hortabatur Sanctitatem Suam, vt totis viribus ad id Cæsaream Maiestatem adducere conaretur. Et cùm totius Christianæ Reipublicæ beneficia in Christianorum omnium concordia, atque pace potissimùm posita essent, ad quam quidem per vniuersale Concilium facilè peruenire posse putabat, cùm id Imperatori, atque Suæ Maiestati Christianissimæ cordi esset, Sanctitatem Suam orabat, vt infrà tres Menses accelerari curaret, vbi iam indictum fuerat, scilicet Tridenti, qui quidem locus & Christianissimę Maiestati, & Imperatori quàm maximè placebat, & vt omnibus, qui ad Concilium venturi essent, indictum diem nuntiari curaret, vt se ad iter comparare possent Reipublicæ Christianę conseruandę, & augendę gratia.

29 Pacato ita fœliciter Christiano Imperio, Pontifex Paulus redintegrandi Concilij Tridentini percupidus, habito Cardinalium Senatu, decretum edidit de instaurando Tridentino Concilio, cuius actiones fuerant intermissæ, vt tradunt memorata Acta Consistorialia, quibus consentit Angelus Massarellus, additque dilatione sublata, quę Bononię promulgata fuerat, Concilium indicta die XV. Martij anni sequentis redintegratum fuisse, edita Bulla, quæ incipit, *Lætare Hierusalem; & concilium facite omnes, qui diligitis eam, &c.* Sub data Romæ XIX. Nouembris MDXLIV. Pontificatus sui anno XI. publicata autem vltima dicti Mensis.

30 Edita, ac promulgata est eodem die alia constitutio ad pericula Schismatis auertenda, vt si sacrosanctum Solium vacuum ẽsse contingeret, dùm celebraretur Concilium, Romæ tantùm à Cardinalibus nouus Pontifex deligeretur, vt subdit Angelus Massarellus in Actis Concilij Tridentini.

Promulgata sunt hæc diplomata solemni ritu vltima Nouembris, quę mox transmissa sunt ad Cæsarem adiectis à Pontifice alijs literis, quibus rogauit, vt itinera libera, atque tuta commeaturis per sua Regna ad Concilium Præsulibus explicanda curaret.

Extant eodem argumento ad Ducem Sabaudiæ Pontificis literę, cui etiam gratulatus est de amissa ditione beneficio pacis recuperanda, monuitque, vt Præsules sui Principatus ad Concilium mitteret.

31 Heluetios quoque Pontifex amantissimis literis prouocauit, vt motas de Religione controuersias ad Concilium Oecumenicum, quod pace inter Cæsarem, & Gallorum Regem constituta celebrandum erat, referrent, suosque Oratores idoneis ad id mandatis fultos mitterent.

Dilectis filijs tredecim Cantonibus Heluetiorum Ecclesiasticæ libertatis Defensoribus in Dieta congregatis.

Dilecti filij salutem. Subsequuta, Dei clementia pace &c. Hortamur, vt huic sanctæ celebrationi fauere velint, ordinareque, vt ad ipsum Concilium venturi tutò per vestra loca transire, & commodè in illis hospitari possint, nos verò dabimus operam, vt nostri Legati statuto tempore in loco Concilij sint excepturi venientes, & ipsi celebrationi præselluri. *Datum Romæ III. Decembr. MDXLIV. Anno XI.* *Paul. III. lib. breu. anno 10. pag. 521.* Heluetios ad Concilium inuitat Paulus.

32 Ad expedienda verò in dubijs certiora consilia, Pontifex Cardinales, qui in varijs Prouincijs versabantur, exciuit, vt proximo Epiphaniæ festo Romæ adessent, quo argumento extant literæ III. Decembris exaratæ ad Rodulphum, ad Cybum, ad Rauennatem, ad Mantuanum, ad Auriam, ad Tridentinum, ad Ferrariensem, ad Sadoletum, ad Gallię, & Hispaniæ Cardinales, ad Cardinalem Scotiæ, si sine detrimento eius Regni fieri posset, cuius securitas sibi chariſſima erat; ad Moguntinum, cuius operam pro pacanda Germania expetebat. Cardinales Paulus Romam vocat pro Concilio.

,, Hortamur (*inquit*) te, vt quod personæ, rerumque tuarum commodo fiat, quorum salus, ac securitas nobis meritò cordi est, ad nos venias, vt in tanto discrimine Catholicæ fidei, & sanctæ Religionis, tantaque perturbatione istius inclytæ Nationis Germanicæ, quam compositam cupimus, tua prudentia, ac virtute vti possimus, &c. *Datum Romæ III. Decembr. MDXLIV. Anno XI.*

33 Vt fœliciùs suscepta consilia perduceret Pontifex, implorandam in primis Diuinam opem censuit, solemnesque supplicationes in Vrbe, & reliquo Orbe Christiano habendas decreuit, necnon misit Internuntios ad Cæsarem, & Gallorum Regem, qui ipsis de instaurata pace gratularentur, arctiùsque eorum voluntates inter se adstringerent, vt refert Angelus Massarellus his verbis. Supplicationes pro celebratione Cõcilij indicuntur à Paulo.

,, [Die X. Decembris per Vrbem, & Christianum Orbem preces publicas ad Deum offerri, & processiones per tres continuos dies fieri mandauit: necnon die XII. eiusdem mensis ipsemet Pontifex, cum Sacro Patrum Senatu, totaque Romana Curia, pedes, à Basilica Principis Apostolorum vsque ad Ecclesiam Beatæ Mariæ supra Mineruam profectus est. Præterea quoniam dicta pax eo maiorem lætitiam Suæ Sanctitati attulit, quò magis in eo componendarum controuersiarum negotio per tot annos laborauerat, & præcipuam curam adhibuerat, de huiusmodi sua exhilaratione ipsos Principes non potuit certiores non reddere: quapropter die XXIX. dicti Mensis Decembris Reuerendissimum D. Ioannem Franciscum Cardinalem Sfondratum, tunc Episcopum Amalphitanum in Belgis ad Cæsarem, dieque XXX. D. Hieronymum Dandinum Episcopum Casertanum ad Gallorum Regem, vt Suæ Sanctitatis, & Sedis Apostolicæ nomine suis Maiestatibus de pace facta gratularentur, Nuntios destinauit.] *Summar. Con. Trid. Angel. Massarel. m. s. Arch. Vatic. fig. n. 3190.* Preces publicæ indictæ 10. Decemb. *In eodem m. s. fig. 3190. cad. p. 3190.*

34 Refert Franciscus Belcarius, Heleonoram Galliæ Reginam, Aureliano, ac Turnonio Cardinalibus comitantibus, Mense Nouembri Bruxellas ad Fratrem Cæsarem profectam, de pace cum Viro constituta illi gratulatam esse: tùm addit, Cæsarem pro Belgio ab hæresconpeste vindicando Louanienſium Theologorum Articulos triginta duos, quibus Lutheri, Oecolampadij, & Anabaptistarum errores damnaban- *Francis. Belcar. lib. 24. num. 8. & 9.*

Digitized by Google

bantur, Cæsareo edicto confirmasse. Concepti erant ij Articuli subiectis verbis.

Decanus, & facultas Theologorum Louanienſium omnibus in Christo fidelibus ſalutem.

☞ *Extat etiam Tom. 13. de Concil. m.s. Arch. Vat. fig. nu. 3200. pag. 791.*

Articulos condemnantes hæreſes à Louaniẽſi Academia editos Cæſar cõfirmat.

35 Magnas quotidie vires in his Regionibus accipit hæreticę peſtis contagium, ac niſi occurratur, futurum proſpeximus, vt hic breui plena ſint omnia non ſolùm Lutheranorum, Oecolampadiorum, & Anabaptiſtarum, ſed iſtorum etiam, qui nuper adhùc obſcuris nominibus emergere cœperunt. Nec dici poteſt, quanto ſtudio teneantur multi clanculùm monſtra iſta alendi. Quare pro officio, quod in Eccleſia Dei gerimus, verbis paucis complexi ſumus Articulos certos dogmatum, quos propter hæreſes dictas valdè expedit hoc tempore à bonis, & Catholicis Concionatoribus (nam Populi cauſa operam hanc ſuſcepimus) exponi, fideliterque, & diligenter explicari. Quos quidem Articulos aliquanto fuſiùs, paulòque altiùs repetitis principijs ampliare, exponereque potuiſſemus; verùm hoc neceſſarium viſum non eſt: quinimmò vtilius fore credidimus, ſi quàm ſimpliciſſimè proponerentur ad captum etiam imperitiſſimorum. Porrò eò libentiùs hæc curauimus, quia certò intelligebamus eadem Cęſareæ Maieſtati magnæ curæ eſſe, vt quæ ipſius egregia pietas eſt, vltrò etiam iſtiuſmodi quippiam cogitet.

ARTICVLI.

I. Credendum eſt ſeptem eſſe Eccleſiæ Sacramenta à Chriſto inſtituta, quæ ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, Matrimonium, per quę (quamuis corporalia, & externa ſigna) Deus inuiſibiliter ſiuè per bonos, ſiuè per malos Miniſtros noſtram ſalutem operatur.

II. Baptiſmus ad ſalutem omnibus eſt neceſſarius, etiam Infantibus, per quem peccata plenè tolluntur, & fiunt filij Dei, ac hęredes vitæ æternæ; nec vnquam eſt iterandum.

III. Pœnitentiæ Sacramentum, quod poſt Baptiſmum omnibus relapſis eſt ad ſalutem neceſſarium, complectitur Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem.

IV. Contritio eſt dolor de peccatis propter Dei offenſam ſuſceptus, cum propoſito continendi, & ſatisfaciendi, non autem (vt quidam hoc ſęculo perniciosè docent) terror conſcientię propter apprehenſum gehennę ſupplicium peccatis debitum; prępărat enim hic terror, & gehennę metus ad veram animi contritionem.

V. Confeſſurus diligentiam legitimam adhibere debet, quòd Sacerdoti Iudici manifeſtet omnia peccata ſua mortalia, etiam occulta cordis, vt ab ijs per ipſum abſoluatur; cuius abſolutionis Miniſter eſt ſolus Sacerdos, ſecundùm Eccleſię ritus conſecratus.

VI. Satisfactio eſt perſolutio pœnæ, plerumque adhuc debitę, remiſſa iam culpa: nam omnem pœnam peccato debitam ſemper condonari, culpa remiſſa, erroneum eſt, & Scripturis Sacris aduerſatur.

VII. Certa fide tenendum eſt, hominem habere liberum arbitrium, quo poteſt mala, & cum gratia Dei bona agere, & poſt mortale peccatum admiſſum, Deo adiuuante, pœnitere, & peccatorum remiſſionem conſequi.

VIII. Ad iuſtificationem ante omnia neceſſarium eſt in Adultis fides, qua certò credimus Chriſtum Ieſum Dei filium nobis propitiatorem à Patre propoſitum eſſe, pro peccatis noſtris in ſanguine ipſius, ſine qua nullis noſtris operibus, nullaque pœnitentia iuſtificatio obtineri poteſt, ſicut nec fide ſola ſine pœnitentia, & propoſito viuendi ſecundùm mandata Dei.

IX. Fides, qua quis firmiter credit, & certò ſtatuit propter Chriſtum ſibi remiſſa eſſe peccata, ſeque poſſeſſurum vitam æternam, nullum habet Scripturæ teſtimonium, imò eidem aduerſatur, etiamſi firma, & certa ſpe expectare debemus in hac quidem vita per Sacramentum Baptiſmi, & Pœnitentię peccatorum remiſſionem, in ſęculo autem futuro vitam ęternam.

X. Itaque quamdiù inter hoſtes noſtros, & aduerſarias poteſtates hic viuimus, nulla nobis eſt ſecuritas, ſed cum timore, & tremore (iuxtà ſententiam Apoſtoli) noſtram ſalutem operari debemus, & ſecundùm varias animorum noſtrorum affectiones, nunc magis ſperare, nunc magis timere, ſimpliciter tamen magis, & frequentiùs de miſericordia Domini ſperandum eſt, quàm formidandum de ſeueritate.

XI. Opera bona omnibus Adultis ſunt ad ſalutem neceſſaria, & cùm ex Fidei, & Charitatis ſpiritu proficiſcuntur ea grata ſunt Deo, & eis tanquam iuſtam mercedem vitam tribuet æternam.

XII. Confirmatio, & Extrema Vnctio Sacramenta ſunt à Chriſto inſtituta, ſed non vt duo præcedentia ad ſalutem neceſſaria, ex contemptu tamen illa omittere mortale peccatum eſt.

XIII. In Euchariſtię Sacramento eſt re ipſa verum Corpus Domini Noſtri Ieſu Chriſti, illud ipſum quod de Virgine natum eſt, & in Cruce paſſum eſt.

XIV. In Euchariſtia non manent panis, & vinum, ſed hęc in Corpus, & Sanguinem Chriſti admirabili potentia verbi ipſius ſunt conuerſa, manentibus tamen panis, vinique ſpeciebus. Vndè certa fide tenendum eſt, Sacram Euchariſtiam ſanctè à nobis adorari, ſiuè in Miſſa, ſiuè extra Miſſam repoſita fuerit, aut quoties in ſupplicationibus publicis à Sacerdote circumfertur.

XV. Non eſt laicis neceſſaria ad ſalutem Communio ſub vtraque ſpecie, iuſtiſque de cauſis ab Eccleſia ſancitum eſt, vt illa ſub vna tantùm ſpecie panis ſumeretur, in qua Carnem, & Sanguinem, atque ita totum Chriſtum ſumant.

XVI. Sacrificium Miſſę ex inſtitutione Chriſti tàm viuis prodeſt, quàm defunctis.

XVII. Solis Sacerdotibus ſecundùm Eccleſiæ ritum ordinatis data eſt à Chriſto poteſtas conſecrandi verum Corpus Chriſti, & Sanguinem.

XVIII. Matrimonium contractum, & conſummatum inter Chriſtianos eſt indiſſolubile, qualiſcumque fiat alter coniugum ſiuè adulter, ſiuè ſterilis, ſiuè Hæreticus.

XIX. Nunquam licet Chriſtiano poſt diuortium contrahere matrimonium viuente ea, cum qua prius legitimè contraxerat.

XX. Matrimonia contracta contra Canones ipſa dirimentes ſimpliciter ſunt irrita, & nulla.

XXI. Firma tenendum fide, vnam eſſe in terris veram, & Catholicam Dei Eccleſiam, eamque viſibilem, quæ ab Apoſtolis fundata, in hanc vſque ætatem noſtram perdurans retinuit, & ſuſcepit quidquid de Fide, & Religione tradidit, tradit, traditura eſt Cathedra Petri, ſuper quam ita à Chriſto ſuo Sponſo eſt ædificata, vt in his, quæ

Fidei

Digitized by Google

fidei ſunt, & Religionis errare non poſſit.

XXII. Extra hanc nulla ſperanda eſt ſalus, ſuntque extra eam Hæretici, Schiſmatici, & Excommunicati, vnde vehementer formidanda eſt excommunicatio, nec humana, ſed Diuina eſt excommunicandi poteſtas.

XXIII. Vnus eſt Eccleſiæ Summus Paſtor, cui omnes obedire tenentur, ad cuius iudicium controuerſiæ, quæ ſuper Fide & Religione exiſtunt, ſunt referendæ.

XXIV. Summam hanc Præpoſituram primus omnium geſſit Sanctus Petrus verus Chriſti in Terris Vicarius, & totius Familiæ eius Paſtor, poſt Petrum verò ex Chriſti inſtitutione, omnes deinceps Pontifices, Petri in Cathedra Succeſſores.

XXV. Certa fide tenenda ſunt, non ſolùm quæ Scripturis expreſsè ſunt prodita, ſed etiam quæ per traditionem Eccleſiæ Catholicæ credenda accepimus, & quæ diffinita ſunt ſuper Fidei & morum negotijs per Cathedram Petri, vel per Concilia generalia legitimè congregata.

XXVI. Conſtitutiones Eccleſiæ de celebrandis feſtis, & abſtinentia ciborum, alijſque multis obligant in conſcientia; etiam extra caſum ſcandali.

XXVII. Rectè fit in Eccleſia, quòd Sanctos in Cœlis cum Chriſto agentes veneramur, & inuocamus, vt pro nobis orent, quorum etiam meritis, & interceſſione Chriſtus nobis hìc multa largitur, aliàs non largiturus, per quos etiam miracula multa in terris operatur.

XXVIII. Quapropter ſanctè, & religiosè faciunt, qui loca eis dicata vnà cum ipſis Reliquijs religioſa pietate viſitant, & hoc modo ab ipſis opitulationem quærunt.

XXIX. Gratus eſt & Deo Imaginum vſus, rectèque coram eis procumbimus inuocaturi eos, quos repræſentant.

XXX. Firmiter credendum eſt poſt hanc vitam Purgatorium eſſe animarum, in quo ſoluitur peccatum adhuc debitum, eiſdem tamen ſubuenitur Sacrificio Altaris, ieiunio, eleemoſyna, alijſque bonis operibus viuorum, ſicut & Indulgentijs, quo citiùs ab eo liberentur.

XXXI. Animæ Defunctorum purgatæ mox regnant cum Chriſto in Cœlis, & animæ impiorum hinc migrantes ſempiternis Inferni traduntur ſupplicijs.

XXXII. Rectè Deo vota facimus, tàm Monaſtica, quàm alia, & facta obligant apud Deum, nec aduerſantur libertati Euangelij, quæ à peccatis libertas eſt, & ijs qui ſpiritum noſtrum quodammodo impediunt, quo minùs totus Deo ſeruiat, aut à iuramenti obligatione, ſiuè ab obedientia Magiſtratus Eccleſiaſtici, vel Sæcularis liberat.

Ergò, quod vnum noſtræ facultatis eſt, mandamus Theologiæ ſtudioſis omnibus quacumque ratione nobis ſubiectis, & in poſterum ſubijciendis. Primùm, ne quid vſquam doceant, aut proferant, quod dogmatibus his contrarium ſit, deindè vt eadem cùm locus, & occaſio poſtulabit; tueantur, & explicent ad veteris, & Orthodoxæ Fidei cuſtodiam, & ædificationem Chriſtiani populi, ſi qui verò contraria agant, eos pro modo facultatis noſtræ omninò punire decreuimus.

☞ *Anno à Natiuitate Domini MDXLIV. Menſis Nouembris die VI.*

Facultas Theologiæ congregata per iuramentum in Collegio Theologorum, ſuper Articulis præcedentibus approbauit hos Articulos ſub forma, qua ſcripta ſunt.

De mandato Dominorum Decani, & Facultatis Iudocus de Langhone Notarius ſubſcripſit.

37 His Articulis damnatas à Louanienſibus Theologis ſuas hæreſes Lutherus infremuit, impiaque rabie efferatus, libello typis mandato, varijs mendacijs, blaſphemiſque ineptijs Catholicæ veritatis ſplendorem obſcurare eniſus eſt. Habiti quoque ſunt Meloduni in Gallia, Regio iuſſu, Theologorum conuentus, in quibus aduerſus Catholicæ Religionis deſertores controuerſa capita ex ſacris literis illuſtrata, & confirmata ſunt, grauiſſima etiam edicta aduersùs Hæreticos ſancita fuere, cùmque Franciſcus Cardinalis Turnonius egregiam in eo Regno operam pro aſſerenda fide Catholica, tuendaque dignitate Sedis Apoſtolicæ nauaret, illi à Pontifice gratiæ actæ ſunt ſubiectis literis.

Franciſ. Belcar. lib. 24. n. 9.

In Gallia hæreſes deprimũtur opera Card. Turnonij.

Cardinali Turnonio.

Non alia poterant expectari à nobis, & ab hac Sancta Sede officia, & opera, quàm ea, quæ quotidiè à tua circumſpectione proueniunt in noſtrũ, & eiuſdem Sedis honorem magna cum lætitia audimus, ſcimus enim qua pietate, & virtute præditus ſis, & quanta obſeruantia nos, & dictam Sedem pro tua natura, & boni Cardinalis officio proſequaris, &c. *Datum Romæ VI. Aprilis MDXLIV. Anno X.*

☞ *Paul. III. lib. breu. anno 10. pag. 284.*

☜

In Scotia ad hæreſeos præfocanda ſemina Cardinalis Sancti Andreæ Legati Apoſtolici dignitate ornatus eſt, ampliſſimaque ad id auctoritate inſtructus.

Acta Conſiſtor. mſ. Car. Spad. fig. n. 133. pag. 433.

38 Fulgere cœpit hoc anno in dignitatis Archiepiſcopalis gradu clariſſimum Hiſpaniarum lumen Thomas Villanouanus Ordinis Sancti Auguſtini, Euangelicæ prædicationis laude florentiſſimus, quem maximæ virtutes Diuinis illuſtratæ miraculis ad Sanctorum numerum, honoreſque euexerunt, Eccleſiæ enim Valentinæ, quæ tanto Paſtore inclaruit præfectus eſt VII. Octobris, vt referunt Acta Conſiſtorialia, adduntque ex Archiepiſcopali vectigali detracta duo millia ducatorum pro conſtruendo Collegio pro filijs Maurorum conuertendorum. Is enim in Salmanticenſi Academia publici Profeſſoris munus cum ſumma doctrinæ laude ſuſtinuit, deinde in Auguſtiniana familia regendis pluribus Cœnobijs adhibitus, religioſam diſciplinam, cum pietatis amplificatione, excoluit, ſolutioreſq; mores aſtrinxit, atque ob ſanctitatis, & ſcientiæ claritatem, tùm ob ſacræ eloquentiæ famam, tùm in peccatoribus à vitijs ad virtutem traducendis, diuinorumque iudiciorum terrore percellendis, vel Diuino amore ſuis Concionibus inflammandis inſigne nomen adeptus à Carolo V. Imperatore, eiuſque Conſorte Auguſta Regius Eccleſiaſtes deſignatus, maximam ſui admirationem concitauit; cùm inter concionandum in ſacro Suggeſtu frequentes ecſtaſes, diuinoſque raptus vel in re Diuina peragenda pateretur, necnon in liberandis energumenis præcipuam poteſtatem obtineret, ac prophetiæ dono inſigni præditus eſſet, collectaque inde maximi nominis exiſtimatione, inter primarios ſanctioris Senatus Conſiliarios adlectus, non modò à Nobilibus, Proceribuſque in dubijs conſulebatur, verùm etiam à Cæſare in omnibus grauioris momenti rebus peragendis eius ſententia rogaretur, eiuſdemque poſtulata & monita benignè & piè exciperentur; adeò vt

Thomas Sanctitate claritatem adeptus.

A Carolo V. delectus Concionator Aulæ Regiæ.

Digitized by Google

Summa gratia, & auctoritate floret apud Cæsarem.

aliquando ex Imperatore hęc vox audita fuerit; Viri istius verba preces non sunt, sed imperia; adeòque animum meum in quamcumque velit partem trahit ac versat. Puro candore fatur hic Dei seruus, & quamquam inter mortales positus, immortalium honore dignus est. Efferre illum propterea ad Ecclesiasticos honores meditatus est Cæsar, atque Archiepiscopatum Granatensem ampliſſimis vectigalibus opulentum obtulit: at ille actis gratijs religiosa demissione ab eo munere se abdicauit; eademque mentis constantia honores auersatus Valentinum recusasset, nisi Superioris sui, cui parere debuit, arctioribus imperijs ad eum admittendum adactus fuisset, cuius rei ipsemet meminit in literis ad Seripandum Eremitici Ordinis supremum Magistrum XII. Augusti huius anni Vallisoleti datis: *Multorum* (inquit) *indicio à Deo facta hæc electio existimatur, & licèt pacem & silentium Monasterij, quod fueram professus insequi mihi magis intererat, tamen Prouincialis iussioni censuris interuenientibus obedire proposui, cùm potior sit obedientia, quàm sacrificium.* Quanta verò sanctitatis gloria in Valentina Sede constitutus effulserit, suo loco dicetur. Interim non abs re erit nonnulla ad Concilium Tridentinum, quod ipse diuino Spiritu prænuntiarat celebratum iri, spectantia inferere. Die quodam peracto Sacrosanctæ Missæ Sacrificio non sine lachrymis, & insolito pietatis sensu conferre verba cœpit cum familiari quodam Theologo de infelici statu Ecclesiæ, verum mox subdidit: *Ne dubites Magister, etenim breui hisce malis diuinitùs occurretur, certum & indubitatum esse scias, nam vni de seruis suis hoc ipsum Deus reuelauit.* Postridiè peruenit in Hispaniam nuntius cum mandatis Pauli III Pontificis, necnon cum literis Imperatoris, quibus Præsules eius Regni ad indictos Concilij Tridentini cœtus euocabantur, ad quos licèt Thomas ob affectam valetudinem grauissimè proficisci non posset, licèt absens corpore, præsens tamen animo ob flagrantissimas preces ad Deum pro Concilio fusas illi non defuit, vt constat ex Oratione funebri à Magistro Ludouico Pontio de Leone in laudem huius Viri Apostolici habita. Etenim Hispaniarum Episcopi arrepto per Valentiam itinere cùm ægrotantem salutassent, ab eo grauissimis argumentis ad prosequendum iter, perferendosque labores pro diuino perficiendo opere incitati sunt: cùmque illi conscendissent mare, sæuissimaque procella concitata in extremo vitæ discrimine penderent iam iam absorbendi fluctibus, conclamataque omni spe salutis repentè diuino miraculo conspexere Sanctum Archiepiscopum, veluti salutare Sydus Pastorali baculo efferatam tempestatem comprimentem, fluctusque compescentem, ac nauim dirigentem; adeò vt celeri & prospero cursu summa admiratione perfusi delibutique lætitia, breui ad portum salui applicuerint, egerintq; gratias Deo, cui *mare & venti obediunt*: quique meritis & precibus Præsulis Valentini placatus, ipsos ab imminenti mortis discrimine prodigio insigni eripuisset.

Granatensem Archiepiscopatum respuit.

Valentinum censuris coactus admittit.

De Concilio Tridentino celebrando diuinitùs edoctus.

Præsules Hispanos hortatur vt Tridentum se conferant.

Periclitantes in mari diuinitùs liberat.

39 Hoc anno in India Franciscus Xauerius Legatus Apostolicus è Comorinensi Regione ad Trauancorij Regionem digressus, Machoadas, perlustratis eorum Vicis, ab Idolorum cultu ad Christum traduxit, tanto Euangelij in ea gente inculta, & barbara, Dæmonumque superstitioni addicta progressu, vt Capitum amplius decem millia simul vno tempore baptismali mysterio consecrarit: instituendi verò populi hęc ab eo ratio seruata est. [Vbi ad vnum aliquem Pagum baptismi causa accersitus venerat, Viros omnes, pueros, mulieres, vnum in locum contractos, cùm vnum esse Deum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum docuisset, ter sibi quemque ad honorem Sanctissimæ Trinitatis Crucis signum adhibere ex præscripto iubebat, indè linteatus Christianæ Religionis mysteria, ac præcepta, clara pronuntians voce, eadem ipsorum lingua, vtcumque poterat, explicabat breuiter, postea verò quàm satis instituti videbantur, eos à Deo veniam anteactæ vitæ publicè petere iussos rogitabat, an vniuersa, & singula Christianæ Religionis capita, haud dubiè crederent, vbi illi brachijs in Crucis modum compositis, se verè omnia omninò credere annuerant, tùm demùm baptismo ritè expiabantur, & suum cuique scriptum tradebatur nomen. Ad vltimum baptizatis omnibus, Xauerius Fana disturbari, Deorum simulachra confringi penitùs imperabat, nec aliud illi gratius iucundiusue spectaculum erat, quàm cernere Idola modò ab eis suppliciter culta eorum proculcari pedibus.] In hos Neophytos incitati à Sathana Badagæ in Trauancoriensem oram hostili impetu susceptæ ab incolis Religionis odio irruperunt: sed à Beato Xauerio eos increpante diuinitùs deliniti, perculsiuè discessere, nec verò minùs solers in tuenda fide, quàm ferenda extitit, viginti enim ampliùs Sacella in eo Tractu excitauit, ac discedens, vt Christiana disciplina post discessum fixa, & incorrupta maneret, antemeridianis, ac pomeridianis horis, exercendæ Christianæ institutionis moderatorem in singulis Pagis reliquit. Proximo anno Mense Aprili in Ceilanum Insulam traiecit, vbi reperit Regis filium & fratris exemplo, & cœlestis, terrestrisque Crucis prodigio permotum, clàm Sacra Christiana suscepisse, nec multò post Manaria Insula Tyranno adempta à Constantino Indiæ Prorege, & Incolæ omnes Christianis Sacris initiati fuere.

Maximæ conuersiones populorum in India, per S. Franciscum Xauerium.

Commendata est insigni miraculo à Deo pia eleemosynæ erogandæ voluntas in Sancto Xauerio, qui rogatus à naufrago de subsidio pecuniario sibi afferendo, pecunias suis precibus, quas pauperi traderet, impetrauit, vt refert vitæ eius Auctor. [Testatum est, & admirandum, quòd in Indiæ Oppido, Cormandeli nomen est, accidisse memorant. Hic cùm esset Xauerius, naufragus quidam mendicus ad eum venit pro sua calamitate petitum aliquid opis, atque subsidij: Franciscus etsi benignæ voluntati deerat facultas, non potuit tamen miserum illum spei irritum dimittere, ergò cùm suæ egestatis immemor (& benignitas stimulabat) in sæculum suum inseruisset manum, nihil penitùs inuenit. Nec tamen incœpto destitit, sed respicere cœpit eum, cuius est aurum, & argentum. Igitur tollens in Cœlum oculos, mendicum confidere Diuinæ largitati iubet: nec Xauerij spem Deus, nec mendici decepit Xauerius. Diuinæ fiduciæ plenus manum rursus inanes in loculos iniectam aureis nummulis (Fanoos Incolæ appellant) plenam educit, protinusque pecuniam diuinitùs suppeditatam naufrago elargitus omnem, inexhausto Diuinæ spei thesauro satis fidens.]

Tursellin. in vita S. Franc. Xauer. l. 5. cap. 2.

Miraculo parata pecunia Franciscus Xauerius subuenit mendico.

Tursellin. in vita Francis. Xauerij lib. 2. cap. 11.

40 Au-

Digitized by Google

M.S. Arc. tom. 11. Diar. pag. 230. Cardinales creati.

40 Auctus est hoc anno à Paulo III. Cardinalium Senatus, nam in primis Mense Iulio Christophorus Madrutius Episcopus Tridentinus Presbyter Cardinalis renuntiatus est. Mense verò Decembri Sacræ purpuræ insignia tredecim Viris conspicuis narrat Diarij Vaticani Ms. Auctor, quibus consentientia referuntur in Actis.

Acta Consistorialia M.S. Card. Spadæ fol. 233. pag. 448.

„ XIX. Decembr. MDXLIV. S. D. N. postquam in Consistorio secreto sub die Veneris „ II. Iunij MDXLIV. Reuerendissimos DD. Ioannem, tunc Episcopum Mutinensem, & Marcellum de Crescentijs, tunc Episcopum Marsicanum, & alios tunc expressos in S. R. E. „ Presbyteros Cardinales de Fratrum suorum „ consilio creauerat, & deputauerat, cùm in eodem Consistorio nonnullos alios ad instantiam Principum, & Sanctitatis Suæ, sine certo „ numero nominandos, & publicandos in pectore suo reseruasset, idcircò de simili consilio „ creauit, nominauit, & publicauit in eiusdem „ S. R. E. Presbyteros, & Diaconos Cardinales „ infrascriptos, videlicet; ad preces Cæsareæ Maiestatis Reu. Gasparem de Aualos Archiepiscopum Compostellanum, Franciscum de Bobadilla Episcopum Cauriensem, D. Bartholomæum de la Cueua Clericum Segobiensis „ Diœcesis, Hispanos Cardinales Presbyteros, „ ad preces Regis Christianissimi R. P. D. Georgium de Armagniaco Episcopum Ruthenensem ipsius Regis apud Sanctitatem suam Oratorem, & Iacobum D. Hanebault Episcopum „ Lexouiensem, Gallos Cardinales Presbyteros; „ ad preces Romanorum Regis Illustris R. P. D. „ Othonem Truchses Episcopum Augustanum „ Germanum Cardinalem Presbyterum; ad „ preces Illustris Dominij Venetorum Reu. Andream Cornelium electum Brixiensem Venetum Diaconum Cardinalem, necnon Reuer. „ Franciscum Sfondratum Archiepiscopum „ Amalphitanum Cremonensem, Fridericum de „ Cæsijs Episcopum Tudertinum Romanum, „ Durantem de Durantibus Episcopum Cassanensem Brixiensem, & Nicolaum Ardinghellum Episcopum Forosempronensem Florentinum Presbyteros Cardinales: necnon Hieronymum Recanatensem de Capiteferreo electum Maurianensem Romanum Diaconum „ Cardinalem, & Tiberium Crispum electum „ Suessanum Romanum Diaconum Cardinalem.]

M.S. Car. Spadæ to. 133. pag. 449.

41 De Titulis ijsdem collatis hæc referunt proximi anni Acta Consistorialia.

„ VII. Ianuarij MDXLV. fuit Consistorium „ publicum propter aduentum Reuerendissimi „ D. Christophori Madrutij Cardinalis Tridentini, antea à Sanctissimo D. N. in Presbyterum Cardinalem creati, & publicati per Breue, vigore reseruationis factæ sibi in pectore „ de anno MDXLIV. II. Iunij, in quo Sanctitas Sua eundem Christophorum Cardinalem „ recepit ad pedes, manus, & osculum &c. & „ dedit pileum rubeum, dicens verba solita, IX. „ Ianuarij dedit ei titulum Sancti Cæsarei in „ Palatio. Reuerendissimo Armagniaco titul. „ SS. Ioannis, & Pauli, per obitum bonæ memoriæ Petri Cardinalis de la Bauma, Reuerendissimo de Cæsis titulũ Sancti Pancratij, „ Reuerendissimo Duranti de Durantibus, tit. „ XII. Apostolorum, Reuerendissimo D. Ardinghello, tit. Sancti Appollinaris, Reuerendissimo D. Cornelio Diacono Cardinali Sancti „ Theodori, Reuerendissimo Hieronymo Recanatensi de Capiteferreo etiam Diac. Sancti „ Georgij ad vellus aureum, Reuerendiss. Crispo similiter Diac. S. Agathæ.

42 Præcepit Cardinali Moguntino Pontifex vt Cardinali Augustano in ista promotione ad sacram purpuram assumpto traderet Cardinalitium pileum, quem illi per suum secretum Cubicularium transmiserat, vt literæ sequentes indicant.

Cardinali Moguntino.

Paul III. libro breu. anno 10. pag. 424. Cardinali Moguntino præcepit Paulus vt pileo Cardinalitio Cardinalem Augustanum adornaret.

Dilecte fili noster salutem. Licèt dilectum filium nostrum Othonem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Augustensem, quem nuper creauimus, ad nos venire, pileumque rubrum Cardinalatus insigne à nobis iuxta veterem, & probabiliorem morem accipere maluissemus, tamen cùm ob generalis Commissarij totius Germaniæ officium, quo fungitur, Wormatiæ in præsentibus Comitijs interuenire cogitur, ob hoc ad nos veniendi labore excusatus, ipsum pileum ad eum per dilectum filium Flamminium de Sabellis Camerarium nostrum secretum mittendum duximus, cùm verò in ipsius pilei assignatione, sicut scis, iuxta S. Romanæ Ecclesiæ cæremonias Missam solemnem ab aliquo Antistite celebrari consuetum sit, nos decentiùs existimantes Cardinalem à Cardinale potiùs quàm à quouis alio dictum pileum ex parte nostra recipere, propterea hunc laborem circumspectioni tuæ in eiusdem comitijs affuturi pro Confratre suo libenter iniungentes, Tibi mandamus, vt solemni Missa in aliqua Ecclesia per Te eligenda priùs celebrata, receptoque ab eodem Othone Cardinali iuramento, cuius forma inferiùs adnotata est, demùm ex parte Nostra dictum pileum, qui à Nobis de more benedictus est, capiti eiusdem Othonis Cardinalis reuerenter imponas, forma autem iuramenti per ipsum Othonem Cardinalem præstandum sequitur, & est talis, &c. *Ego Otho Cardinalis*, &c. Concepta est ijsdem verbis illius Sacramenti formula, quibus aliàs à nobis allata est &c. *Datũ Romæ XXVIII. Ianuarij MDXLV. Anno XI.*

Ibid. pag. 419.

Extant eodem argumento literæ ad Othonem Cardinalem, quibus significat, ad preces Ferdinandi Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regis ea dignitate insignitum, adeundęque Sedis Apostolicæ labore solutum, vt in Wormatiensi conuentu, tùm in Concilio Tridentino Fidei, & Ecclesiæ causam, communemque Christiani Imperij salutem tueretur.

Sur. in comment.

Dum Romæ Basilicæ S. Petri magnificentius extruendæ amplificandæque daretur opera refossum est sepulchrum Mariæ quondam Honorio Imperatori desponsæ, in quo aperto inter gemmarum supellectilem pretiosissimam reperta est lamina aurea in qua insculpta erant hæc Angelorum nomina Græcis literis Michaël Gabriël, Raphaël, Vriël: ex quo constat peruetustam esse Cœlitum inuocationem, contra Nouatores.

Inuentio caduceris Imperatricis Mariæ Honorio desponsatæ.

43 Erutum è terra, & inuentum cadauer Imperatricis Mariæ hunc annum claudat, cuius historia à Surio ità narratur. [Huius anni „ mense Februario Romæ in Vaticano, haud „ procul à Tiberi, cùm in Sacello S. Petri fundamenta foderentur, inuenta est marmorea „ arca longitudine pedum octo, & semis, latitudine quinque, & sex altitudine, in qua condita fuit Maria Honorij Imperatoris coniux,

,, quæ virgo obijt, morte abrepta ante nuptias. ,, In ea arca corpore absumpto aliquot tantum ,, dentes supererant, capillique, ac tibiarum ,, ossa duo, præterea vestes, & pallium, quibus ,, tanti auri fuit intextum, vt ex his combustis ,, auri pondera triginta sex collecta sint. Erat in- ,, super capsula argentea longa pedum vnum ,, & semissem, latitudine digitorum duodecim, ,, in qua vascula multa ex Crystallo, nonnullaque ,, ex Agate perpulchrè elaborata. Item annuli ,, aurei quadraginta varijs gemmis ornati. ,, Erat & Smaragdus auro inclusus, in quo ,, sculptum caput, quod creditum est ipsum Ho- ,, norium referre. Is quingentis aureis nempè ,, ducatis æstimatus est; præterea inaures, mo- ,, nilia, aliaque muliebria ornamenta, in qui- ,, bus vna earum, quas hodie Agnus Dei vo- ,, cant, per cuius ambitum inscriptum erat: ,, *Maria nostra florentissima*, laminaque ex auro, ,, & in ea hæc nomina, *Michaël*, *Gabriël*, *Ra- ,, phaël*, *Vriël* Græcis literis. Item veluti race- ,, mus ex Smaragdo alijsque gemmis consertus, ,, & discriminale longitudine duorum digito- ,, rum, inscriptum hinc, *Domino Nostro Ho- ,, norio*; hinc, *Domina Nostra Maria*. Ad hæc ,, erat sorex ex Chelidonio lapide, cochlæaque, ,, & patera ex crystallo, item pila ex auro luso- ,, riæ similis, sed quæ in duas partes diuidi po- ,, tuit. Innumeræ aliæ inerant gemmæ, qua- ,, rum etsi plurimæ vetustate corruptæ, nonnul- ,, læ tamen recentem admirandamque pulchri- ,, tudinem retinebant; & hæc omnia Stilico fi- ,, liæ dedit pro dote.]

IESV CHRISTI

Anno 1545.

PAVLI III. Anno 12. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 27.

Angelus Massarell. in Diar. Cóc. Trid. & in act. ms Arch. Vat. & aliud fig. n. 3232. pag. 47. Acta Consistor. MS Car. Spad. fig. num. 133. pag. 452.

1 ANno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, indictione tertia, Paulus post confectam superiore anno inter Reges pacem, concepta de celebranda Synodo Oecumenica consilia ad exitum perducere omni studio, & contentione conatus est, vt Nouatorum, qui pacis in Germania constituendæ specie conciliabulum, & fraudulenta colloquia, quibus Germaniam ab obsequio Sedis Apostolicæ omninò diuellerent, promouere annitebantur, nefarias molitiones elideret; quare tres Cardinales eruditione florentissimos Præsides Concilij Tridentini designauit, nimirùm ex Episcoporum Ordine, Io: Mariam de monte Episcopum Prænestinum, qui Iulij III. nomine accepto Paulo III. successit, ex Presbyteris Marcellum Tit. S. Crucis, qui Pontificios etiam apices retento eodem nomine gessit, atque ex Diaconis Reginaldum Polum, Religionis Catholicæ acerrimum propugnatorem, vt Acta Consistorialia testantur.

Deputantur Legati ierũ pro Concilio, & vnus Legatus ad Imperatorem.

Traditæ sunt de ea Legatione ipsis decreta Pontificiæ literæ (inquit Angelus Massarellus) ,, [sub data Romę VIII. kal. Martij MDXLIV.] Afferentur eæ suo loco, cùm in Concilio perlectæ dicentur: tum subdit Angelus Massarellus. ,, [Præterea nè tam sanctum celebrationis Con- ,, cilij huiusmodi opus ex incommoditate loci, ,, aut aliàs quouis modo impediretur, dictis Re- ,, uerendissimis Legatis, quandocumque ipsis ,, visum fuerit Concilium prædictum de eadem ,, Tridentina ad quamcumque aliam commodio- ,, rem, & opportuniorem, seù tutiorem Ciui- ,, tatem, de qua etiam eis visum fuisset transfe- ,, rendi, & immutandi, ac ipsum in Ciuitate ,, Tridentina supprimendi, & dissoluendi; ei- ,, demque sic translato Concilio præsidendi po- ,, testatem concessit, editis desuper literis, quæ ,, incipiunt. *Regiminis vniuersalis Ecclesiæ &c.* ,, sub data Romæ VIII. Kal. Martij.] Præcipua pars earum literarum, quarum auctoritate Concilium tertio vertente anno Bononiam translatum visuri sumus, subiectis verbis concepta erat.

Data auctoritas Legatis Concilij etiã illud transferẽdi in alium locum, si hoc necessi tas exigeret.

2 Paulus &c. Ne tam sanctum celebrationis Concilij huiusmodi opus ex incommoditate loci, aut aliàs quouis modo impediatur, aut plùs debito differatur, opportunè prouidere volentes, motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, parique consilio, & assensu vobis insimul, aut duobus ex vobis aliquo legitimo impedimento detentis, seù inde forte absente, quomodocumque vobis videbitur, Concilium prædictum de eadem Ciuitate Tridentina, ad quamcumque aliam commodiorem, & opportuniorem, ac tutiorem Ciuitatem, de qua vobis videbitur, transferendi, & mutandi, ad illud in Ciuitate Tridentina supprimendi, & dissoluendi; necnon Prælatis, & alijs personis Concilij huiusmodi, ne in eo ad vlteriora in dicta Ciuitate Tridentina procedant, etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis inhibendi, ac idem Concilium in alia Ciuitate huiusmodi, ad quam illud transferri, & mutari contigerit, continuandi, tenendi, & celebrandi, & ad illud Prælatos, & alias personas Concilij Tridentini huiusmodi, etiam sub periurij, & alijs in literis indictionis Concilij huiusmodi expressis pœnis euocandi, eidemque sic translato, & mutato, nomine, & auctoritate præditis præsidendi, ac in eo procedendi, & inox plenam, & liberam Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus potestatem, &c. *Anno Incarnationis Dominicæ MDXLIV. VIII. Kal. Martij Pontificatus Nostri Anno XI.*

Ext. in eod. m. s. Arch. Vat. fig. num. 3232.

Alijs literis die VII. Martij datis, etiam eos potestate instruxit, vt duobus etiam impeditis, vnus ex ijs Concilio præsidere, omniaque gerenda gerere posset, rursumque alijs X. Februarij consignatis, auxit ea prærogatiua, vt in ingressu Tridentinæ Vrbis, gratuitam conuenturo populo noxarum veniam elargirentur, modo ritè eas sacra exhomologesi expiassent, vel expiare constituto sacris Canonibus tempore decernerent, vel qui eo die, quo Concilium inchoaretur, princeps Templum piè lustrarent.

M. S. Arc. Vat. in fig. n. 3188. ext. ibid. pag. 80. Ibid. pag. 80. & 81.

3 Retardatus est aliquantulum ab itinere Reginaldus Polus, cùm Henricus Angliæ Rex in iras efferatior illius vitæ insidias compararet, vt refert Angelus Massarellus.

M. S. Arc. Vatic. in Summar. Concil. Trid. & Bononien. auctore Angel. Massarello Secr. Concil.

,, [Reuerendissimus (*inquit*) Cardinalis Polus ,, ob nonnullas rationabiles causas Romæ per ,, aliquot dies immoratus est. Aiebant enim ,, Ludouicum ab Armis Bononiensem, & Co- ,, mitem S. Bonifacij ab Angliæ Rege pecunias ,, accepisse, vt suo nomine milites in Italia con- ,, scriberent, & quoniam dictus Rex Reginal- ,, dum Cardinalem præfatum, aliàs multoties ,, diuersis technis demoliri conatus est, ne idem ,, in præsentiarum à dictis Ducibus ferret, arre- ,, pta hac ex Vrbe Tridentum versùs itineris oc- ,, casione verebatur.]

De

Paul. III. lib. brev. anno 10. pag. 358.

De his insidijs aduersùs Cardinalem Polum conflatis, meminit Paulus in literis XXII. Febr. datis ad Cardinalem Tridentinum, quibus eum monuit, vt debitis honoribus Legatos exciperet, necessariaque pro celebrando Concilio Tridenti compararet. [Sumus enim (*inquit*) in hanc celebrationem Concilij omni cordis syncerità te intenti, sicut debemus, cùm illud maximè necessarium, & salubre fore videamus.]

Ibid. pag. 81. & m.s. Arch. Vat. fig. num. 3190. pag. 216. MS. Arch. Vat. fig. 3188. pag. 81. & alias ad 3190. pag. 81. Diar. Con. Trid. & aliud m.s. Card. Bar. fig. n. 23.

4 His subdit Angelus Massarellus [Ipsi autem Legati Apostolici, & Præsidentes nimirùm Cardinales de Monte, & S. Crucis ingressi sunt Tridentum die XIII. Martij MDXLV. exceptis solemni Legatorum de latere more.]

[Dominica verò quarta Quadragesimæ, quę dicitur *Latare*, constituta pro inchoatione Concilij Tridenti, cùm Apostolici tantum Legati, & Præsidentes, & vnus Episcopus Feltrensis adesset, visum est ob hanc, & quasdam præterea causas ex voluntate Summi Pontificis, vt Concilij inchoatio in alind commodius tempus differretur.

XXII. Martij Illustris D. Didacus Hurtadus à Mendoza Orator Caroli V. Imperatoris ingressus est Tridentum.]

Legati, & Cæsaris Orator Tridentũ ingrediuntur.

Angelus Massarell. in Diario Con. Trid. m.s. Vat. Arch. & m.s. aliud fig. num. 3190. pag. 216.

Lapso quatriduo idem Orator in Aula primi Legati Cardinalis publicè apertis ianuis comparuit, atque habita oratione, Cæsareas curas pro Concilij Oecumenici celebratione prouehenda exposuit, deque ea re mandatum Imperiale exhibuit, nec non Præsulum Hispanorum, qui nondum accesserant, moras excusauit, de quibus confecta sunt publica documenta, quorum potiorem partem afferimus.

Oratio habita à Didaco Oratore Cæsareo.

Superiori anno Illustrissimi, & Amplissimi Patres, cùm esset à Sanctissimo D. N. Paulo Summo Pontifice generale Concilium indictum Tridenti, destinatis ad id inchoandum, & prosequendum Reuerendissimis, Parisio, Mutinensi, & Polo Apostolicæ Sedis Legatis; Inuictissimus Dominus meus Carolus Romanorum Imperator Augustus, iustissimis tunc de causis adeò detentus, vt principio Concilij à Sua Maiestate tantopere exoptati, & efflagitati adesse non posset, Episcopum Atrebatensem D. de Granuela, & me, qui Iacobus à Mendoza dicor, Procuratores, & Oratores ad hanc Tridentinam Vrbem destinauit, quo futuro Concilio, vel omnes vnà, vel quicumque nostrum eius nomine interesset. Facta itaque à nobis Cæsaris nomine coram Reuerendissimis illis Legatis comparitione, visum fuit Sanctissimo Domino ad commodius tempus Concilium protrahere. Nunc verò idem ipse Sanctissimus Dominus, cuius munus atque præcipuum officium est Reipublicæ Christianæ non deesse, Concilium Tridenti indixit, sicque sublata suspensione omnibus, qui interesse debent, huc conuenire iussit ad quartam Dominicam Quadragesimæ præsentis, vos Reuerendissimi, atque Amplissimi Patres, qui præsentes adstatis, Legatos ad peragendum Concilij munus demandauit. Quod vbi Cæsar intellexit, rogatus à Pontifice Maximo, cùm per nuntios, tùm per literas, vt vel præsens ipse adesset, vel Oratores suos mitteret, statim vtpote qui Religiosissimi, & Optimi Imperatoris, & pijssimi Principis officium nulla ex parte non expleuit, animo semper ad commune Reipublicæ, fideique Christianæ decus, ac maiestatem restituendam, ac confirmandam maximè propenso, atque addicto, homines certos, ac literas in omnem Hispaniam, reliquasque suæ ditionis Prouincias destinauit, qui excitent, & cogant Episcopos, aliosque Viros, quibus sacrarum rerum cura præcipuè incumbit, vt quàmaximè poterunt celeritate Tridentum conueniant.

Præterea quoniam Cæsar ipse nunc se præsentem exhibere non potest, grauissimisque ijsdem impedimentis implicitus mihi, qui publicè Venetijs Suæ Maiestatis vices gerebam, mandauit quod huc venirem, & eius nomine Generali Sacro Concilio assistens Augustam ipsius præsentiam pro virili, atque auctoritatem præstem ad ea omnia conficienda, quæ Sacrosancti Concilij confectioni, & communi Reipublicę Christianę bono, sanctissimęque Religionis maiestati profutura videbuntur. Verùm in præsentia Reuerendissimi Patres, Cæsaris animum explicare operæ pretium non arbitror, quandoquidem vniuerso Orbi notissimus sit, innumeris sanè, & certissimis rerum testimonijs vndequaque communitus, compluribus præclaris facinoribus in Reipublicę Christianæ commodum collatis comprobatus, cùm neque Cæsar animi, aut corporis labores vllos quantumuis grauissimos subire, neque maxima, & periculosissima contra Christiani nominis hostes bella suscipere nunquam recusauerit, modò quidquam subsidij Reipublicæ Christianæ, fideique Catholicæ asserre posset, etiam cum ingenti propriarum fortunarum detrimento, nec sine summo salutis, & vitę suę discrimine. Adsunt igitur Illustrissimi, & Amplissimi Patres, meque hic præsentem Cęsareo nomine statuo, ea præstaturus, quæ à me supra relata, mihique à Cæsare data in mandatis fuere; sicque inuictissimum eiusdem animum, eandem religiosissimam operam, quam Cæsar hucusque præstitit, nunc totam eius vobis nomine polliceor, atque exhibeo, tùm ad Reipublicę commodum & tranquillitatem, tùm ad Sacræ Religionis maiestatem, amplificationemque, tùm ad Sacrosancti Concilij prosequutionem, &c. Excusauit tardiorem aduentum suum ob aduersam valetudinem, necnon Hispaniæ, & aliarum Prouinciarum Episcopos, si nondum accessissent: id non negligentiæ adscribendum, aut vlli dolo malo, sed itinerum difficultati, & intercapedini: rogauit tùm vt Cæsareum mandatum legeretur, quod Bruxellis XX. Februarij huius anni, Imperij XXV. aliorum verò Regnorum XXX. consignatum erat: quod posteà in sessione quarta productum visuri sumus.

5 Proximo die XXVII. Martij publicè à Legatis redditum est responsum Oratori Cæsareo, in quo inter alia significarunt, se de Cæsaris pietate ac Religione confidere, non permissurum vt in conuentu Wormatiensi de rebus fidei quidquam decerneretur, sed controuersiæ ad Concilium referrentur.

Responsum datum à Reuerendissimis Legatis ad propositiones Oratoris Cæsarei.

Ang. Mas. in Act. Con. Trid. m. s. Vat. n. 3188. p. 30. & in m.s. fig. n. 3232.

Die Veneris XXVII. mensis Martij anno MDXLV. conuenerunt Reuerendissimi prænominati Domini Cardinales, responsumque ad ea, quæ hesterna die per Illustrissimum Oratorem Cæsareum coram proposita fuere, dederunt in hunc sensum, & verba per Reuerendissimum D. Cardinalem de Monte ex scriptura in eius manibus existente, lecta, & recitata in præsentia etiam antedictorum Prælatorum, Procerum, & Nobilium videlicet.

Legatorũ responsio ad orationem Cæsarei Oratoris.

Quæ nobis hesterna die Illustrissime Domine, de

de inuictissimo Imperatoris animo ad Religionem tuendam, atque amplificandam, & Concilium vniuersale celebrandum propensо, Dominatio Vestra copiosè, & grauiter expoſuit, & ſi pro perpetua Suæ Maieſtatis pietate vniuersо Christiano Orbi perſpecta & cognita, nihil noui audiuimus, gratissima tamen nobis acciderunt, Nam cùm à Sanctissimo D. N. Paulo, Diuina Prouidentia huius nominis III. vero, & indubitato Ieſu Christi Redemptoris noſtri in terris Vicario, Dominici Gregis Paſtore, ac Beati Principis Apoſtolorum Succeſſore, Oecumenicum, & vniuersale Concilium, communicato conſilio cum Maieſtate Sua Cęſarea in hac Ciuitate indictum ſit, ea potissimùm ratione, vt diſſidia Religionis tollantur, & animæ, quæ ex huiuſmodi diſſidijs aſſiduè periclitantur, ſeruentur, & ad Ouile Dominicum, cùm in cæteris Prouincijs, tùm in Germania in primis reducantur, ſperamus Maieſtatem Suam effecturam, vt in conuentu Imperiali Wormatienſi de articulis, cauſiſuè Religionem concernentibus minimè agatur, ſed ad Concilium integrè remitti debeat, cùm cauſæ ipſæ in eo conuentu ſine humani, Diuinique iuris, & vetuſtiſſimæ in Eccleſia conſuetudinis læſione, ac ſine pernicioſo in omne æuum exemplo, & abſque ipſius Concilij perturbatione, & impedimento pertractari nequeant. Quam ſanè rem ad perpetuam Maieſtatis Suæ gloriam dicere volumus, ad conſcientię ſerenitatem, pertinere maximè arbitramur. Præterea verò & aſſiſtentia Dominationis Veſtrę in Concilio erit nobis gratiſſima, cùm propter eius nobilitatem, ac virtutem, tùm ob fauorem, quem à Principe tàm Catholico, ac tàm potenti, cuius vices gerit, & nos ipſi ſperamus, & ipſa nobis pollicita eſt. Itaque mandatum Maieſtatis Suæ Cęſareę Dominationi Veſtræ miſſum, & coram nobis exhibitum, & lectum, quantum de iure poſſumus, & debemus, grato, & beneuolo, & prompto animo admittimus. (*Et mox.*) De Epiſcopis Hiſpaniarum, & cæterorum Regnorum, & Nationum (quos à Sanctiſſimo D. N. per literas, & nuntios monitos magno cum deſiderio expectamus) quoniam adhuc nullus eorum comparuit, nihil nunc habemus, quod dicamus, niſi nos perlubenti animo intellexiſſe Maieſtatem Suam eos, qui ſub eius ditione, ſunt per literas, & nuntios excitaſſe, quo fit, vt illos propediem venturos ſperemus.

☞ 6 Tranſmiſit etiam Tridentum Ferdinandus Romanorum Rex Oratorem ſuum, qui propenſiſſimum erga Religionem Regium animum expoſuit, operamque pro celebrando Concilio detulit, vt refert Angelus Maſſarellus in Diario.

Ang. Maſ. in Diario Con. Trid. m.s. Arch. Vat. & ex eo M. S. Fran. Car. Barb. fig. num. 23. pag. 4.

Orator Ferdinādi in Concilio orat. & illi Legati reſpōſum dederunt.

„ Mercurij VIII. Aprilis Illuſtriſſimus D. „ Franciſcus à Caſtelalco Orator Sereniſſimi „ Regis Romanorum ad Concilium deſignatus „ comparuit coram Reuerendiſſimis, & Illuſtriſſimis DD. Legatis cum literis Regijs ſub „ data Wormatiæ XXIV. Martij, in quibus operam omnem ſuam pro Concilij celebratione „ offerebat, id, quod dictus Orator fecit ore. „ Reuerendiſſimi DD. Legati reſponderunt lætari plurimùm de religione, & propenſo erga Concilium animo Regis, cui gratias agebant, &c. ſperarеque ſe tùm bonitate Summi „ Pontificis, tùm fauore Cæſaris, & Maieſtatis „ Suæ Regię aliud tandem commodum Chriſtianę Reipublicę ex hoc Sacro Concilio allatum „ iri, in quo ipſi Reuerendiſſimi DD. Legati „ conarentur, nihil ex eorum parte deſiderari „ poſſe &c.]

Act. Conc. m.s. Card. Spadę fig. num. 133. pag. 455. M.S. Vat. Arch. fig. n. 3232. pag. 71.

7 Ad excitandos verò Prælules, vt Tridentum pro celebrando Concilio confluerent, Pontifex XVII. Aprilis in Cardinalium Senatu diploma promulgauit, quo ipſos monuit, propoſitiſque pœnis Canonicis iuſſit in Tridentino Concilio præſentes, ac non Procuratorum opera intereſſe, quod Angelus Maſſarellus in actis Concilij confirmat. Præcipua eius diplomatis pars concepta eſt hiſce verbis.

Ad futuram rei memoriam &c.

☞ *Ext. ibid. pag. 72.*

Attendentes grauitatem negotiorum, quæ in Concilio tractanda erunt, Prælatorum, & aliorum vocem habentium, huiuſmodi iudicium, conſilium, & præſentiam exigere; & propterea ne ſub prætextu alicuius forſan minimè legitimi impedimenti, aut ſpei eorum admiſſionis per Procuratorem, ipſi ab accedendo ad dictum Concilium retrahantur, & vt abſque aliqua corruptela ſingulorum Prælatorum, & aliorum, vt præfertur, vocem habentium iudicia, & conſilia huiuſmodi in eodem Concilio liberè exquiri, & haberi poſſint, prouidere volentes, habita deſuper cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorum conſilio, & aſſenſu eoſdem Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, & alios, quibus in Concilijs generalibus reſidendi, & in eis ſententias dicendi, vt præfertur, permiſſa eſt poteſtas, de nouo monemus, & hortamur, ac in Domino requirimus, eiuſque non ſolùm ſub periurij, & alijs pœnis prædictis, verùm etiam ſub ſuſpenſionis à regimine, & adminiſtratione Eccleſiarum, quibus præſunt, & aliarum dignitatum, cæterorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, quorum ratione eis locus in Concilio, & poteſtas ſententias in eo dicendi permittitur, per eos obtentorum; necnon interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ſententijs per eos, niſi præſentibus cum effectu paruerint, eo ipſo incurrendis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus mandatis procurationum per eos hactenus, vt præfertur, factis, vel in poſterum faciendis, quæ omninò reuocare, & eorum reuocationem Procuratoribus per eos conſtitutis, aut in Concilio huiuſmodi intimare ſub eiſdem pœnis, & ſententijs teneantur, minimè attentis ipſimet perſonaliter per ſeipſos, & non per Procuratorem, aut Procuratores, niſi forte iuſto detineantur impedimento, (*Et mox:*) quanto citiùs potuerint, ad eandem Ciuitatem Tridentinam accedere, & proſecutioni celebrationis Concilij huiuſmodi adeſſe, & intereſſe velint, &c. *Datum Romæ &c. MDXLV. XV. Kal. Maij Pontificatus Noſtri Anno XI.*

☞

Qua de cauſa Pontifex conſtitutionem edidit, quòd Epiſcopi per Procuratorem non poſſent Concilio adeſſe.

8 Hoc decretum edidit Paulus, vt Concilium pro reſtituenda ſanctiore morum diſciplina, atque hæreſcos vicinas Germanię Prouincias, inſtar incendij latiùs depaſcentis, impetus comprimeret: at Cæſar, eiuſque Adminiſtri politica ſecuti conſilia Oecumenicam Synodum varijs artibus retardare affectabant; atque ideò Neapolitanus Prorex Epiſcopis Regni Neapolitani dederat imperia, ne adeundæ Synodi cauſa è ſuis Diœceſibus diſcederent, ſed procuratorium munus per literas quatuor delectis Epiſcopis demandarent: At Epiſcopi Pontificalis officij memores iniqua reſpuerunt imperia, & conſtanter contenderunt velle ſe Concilio vetere more intereſſe, ac Religione ad id adſtringi; nec velle alienæ ſubijci voluntati; hoc accepto reſponſo Prorex edictum propoſuit,

Digitized by Google

fuit, quo Regem Carolum ità imperare promulgauit. Quare Pontifex conſtitutionem mox allatam edidit, eamque Legatis ante promulgationem tranſmiſit. Verùm quia paulò aſperior viſa eſſet, ità eam temperauit, vt ijs pœnis non conſtricti forent, qui legitimo impedimento diſtinerentur, vel à negligentiæ culpa immunes eſſent. Impreſſo deindè typis eo diplomate, Pontificius Internuntius, qui Neapoli agebat, illud Metropolitanis tranſmiſit. Prorex verò multis verborum officijs acta ſua excuſauit apud Pontificem, atque de procuratorijs literis ſermo ſuppreſſus eſt.

9 Proxima die XVIII. Aprilis Legati Tridentini ſignificarunt Pontifici, videri non ſeriò rem agi à Cæſare, atque in ancipites curas ſe diſtractos fuiſſe, an Concilium aperirent, præſenteſque caſus, & varias formidinum cauſas expoſuerunt.

Beatiſſime Pater poſt pedum oſcula beatorum.

Accepimus Reuerendiſſimum Cardinalem Farneſium Roma ad Cæſaream Maieſtatem profectum, atque ideò ad Veſtram Sanctitatem noſtras literas direximus. Hactenus hæſimus in ancipiti, quo tempore aperiremus ob varias rerum viciſſitudines, conuerſioneſque, quas Ordinum Imperij comitia parere poſſint, ac maiori luce à Veſtra Beatitudine in re grauiſſima colluſtrari flagitamus: poſtremis Cardinalis Farneſij literis iuſſi ſumus, dato caſu, quo in comitijs Germanicis de Religione agendum foret, Concilium non expectato maiori Præſulum numero aperire, ſin verò eo periculo non vrgeremur, præſtolari Epiſcopos, vt honeſto numero Tridentum confluerent: ex habita Cæſareo nomine oratione ad Ordines Imperij perpendimus tertium caſum poſſe contingere, cùm hæc concepta verba dixerit. ,, [Attamen quoniam negotium reformationis ,, maturam deliberationem efflagitat, Turcæ ve,, rò negotium vltra differri non poteſt, conſul,, tius fore Cæſar exiſtimat, quandoquidem ita ,, factum ſit Concilium, & diſputatio reforma,, tionis in præſentia ſuſpendatur, interim habebi,, tur, quod Concilium progrediatur, quidq; ex eo ,, ſi ſpes nulla reſulſerit ante huius Dietæ finem; ,, alia indicetur, in qua huius reformationis, & ,, Religionis conſultatio omninò habebitur.] Graue propterea incidit dubium, ne ob imminentis diſcriminis grauitatem comitia breui expediantur, vt neceſſarius contra Turcam bellicus apparatus inſtruatur, ac quantocyùs decretum feratur, in quo ex Cæſarea ſponſione indicantur comitia, in quibus de Religione agatur, atque ita omnis inuidia in nos transferatur: peruulgatum enim iri, patefacta in comitijs Cæſarea ſententia, vt ardentiùs promoueretur Concilium, illud inchoatum non fuiſſe, atque ita vulnus nullam medelæ ſpem admiſſurum, maximè quòd pro Germaniæ ſanandis vulneribus Concilium celebrari debeat, totieſque Legati Apoſtolici ſine vllo fructu acceſſerint, in qua ſententia magis confirmamur, quòd D. Mignanellus Internuntius pluries ſuis literis ſignificarit, coacto, apertoque Concilio Lutheranos non acceſſuros, ſed eo caſu mutaturos ſententiam, atque expetituros à Cæſare, vt ſi velit ab ijs ſocialia contra Turcam iungi arma, ſpondeat publicæ fidei ſyngrapha, nullo eos damno, vel moleſtia Religionis cauſa affectum iri, quam ſyngraphan Cæſar ſine Maieſtatis Cæſareæ iniuria concedere nequeat, atque adeò tanquam honoris tuendi cupidiſſimum ad memoratum decretum, dum hic in otio degimus, inclinaturum. Veſtram itaque Sanctitatem horum omnium certiorem reddimus, vt conſueto prudentiæ molimine imperet, quæ à nobis agenda ſint, qua in re ſi forte noſtram exquirat ſententiam, hodie poſt collatos inuicem prolixos ſermones conſtituimus, vt Sacrum de Spiritu Sancto ſolemni ritu peragatur, antequam Cæſar ad comitia perueniat, & continuò indicatur prima ſeſſio intra pauços dies celebranda pro diſcutiendis erroribus, diſciplinaque reſtituenda, antequam in comitijs decretum, quòd Receſſum vocant, promulgetur. Apertum verò Concilium, aut fælicem progreſſum habiturum, ac tùm debitas laudes Deo perſoluendas, aut ſi ob irruptionem Turcicam aſperiora fuerint tempora, aut aliàs Veſtra Sanctitas de eo poſtuletur, illud in meliora, & commodiora tempora differre, non videmus in Sanctitatem Veſtram ex inchoato & aperto Concilio quidquam aliud quàm honoris, & gloriæ compendium redundaturum, quamcumque verò deliberationem ſumpſerit, aut progrediendi vlteriùs, aut ſuſpendendi, vel transferendi, vel claudendi Concilij ſummis precibus contendimus, vt ea quantocyùs nobis ſignificet, quo ipſius mandata conficere poſſimus. Humillima oſcula Beatitudinis Veſtræ pedibus libamus, ac Deum comprecamur, vt ipſam ſaluam, incolumem, ac fælicem in longiora tempora ſeruet. *Datum Tridenti XVIII. April. MDXLV.*

Sanctitati Veſtræ addictiſſimæ creaturæ.

Significarunt alijs literis eodem die exaratis Legati Pontifici, Cæſarem, vt ex grauibus indicijs apparet, parum curare, vt modò celebretur Concilium, ac Didacum Mendozam illius Oratorem, ab ea qua comparuit die, poſt hac ne verbum quidem feciſſe de agendis, nec quæſiſſe, cur in otio ageremus, contentum tantummodo diligentiæ ſuæ conſcientia, ac purgati ab omni culpa Cæſaris oſtentatione, quod in ipſa comparitione magnifica oratione præſtitit, nec Cæſar tuendi honoris ſui auidiſſimus, ac laudis in omnibus geſtis appetentiſſimus vult. vt excedat Tridento, vt alias ne dici vlteriùs poſſit: [Vo,, cauit, & non erat qui audiret, venimus, & ,, non erat vir.] Cenſemus verò, non parui referre, vt priùs aperiatur Concilium antequam Reuerendiſſimus Cardinalis Farneſius in conſpectum Cæſaris veniat, ne maledicæ linguæ Veſtram Sanctitatem ea calumnia appetant, Legatum ad diſturbandum Concilium miſſum fuiſſe, &c. *Tridenti XVIII. April. MDXLV.*

M. S. Franciſci Car. Barberini fig. 2677. pag 108.

Legatorũ Concilij ad Pontificem Epiſtola de rebus Cõcilij ante eius aperitionem.

10 Profectus in Germaniam Alexander Cardinalis Farneſius Pontificius nepos his maximè mandatis grauiſſimis inſtructus eſt, vt nummarium ſubſidium Cæſari pro gerendo ſuſtentandoq; contrà Turcas bello afferret, eumdemq; ad tuendũ, promouendumque Concilium accenderet, curaretque flagrantiſſimo ſtudio, vt omnis de Religione actio, ac tractatio ad Concilium referretur. Cæterùm de ea Legatione varij varia opinati ſunt. Belcarius verò ſenſit, fuiſſe miſſum, vt Cæſarem ad ſociale bellum in Proteſtantes ad eos in officium redigendos incitaret, cogeretque decreta Concilij amplecti.

Legatio Cardinalis Farneſij ad Imperatorem, & cauſæ.

11 Appetente Concilij aperiendi die anceps curarum æſtus Pontificios Cæſareoſque diſtraxit: nam Cæſar verebatur, ne inchoato Concilio, à quo pertinaciſſimè abhorrebãt Lutherani, caperent arma in Cæſarem, ſi Concilium tueretur, in quo ſe omninò damnatos vrente conſcientia cer-

certissimè norant ; atque ità Cæsar Lutherano simul & Turcico implicitus bello succumberet sub hostium ferocissimorum tyrannide ; ideòque omni ratione mulcendos Lutheranorum Principum animos retardato Concilio ; atque iniecta illis fiducia ac spe titillabant Religionis diffidia, & Ecclesiasticæ disciplinæ causas in comitijs Imperialibus compositum iri . At Pontificij vrgebantur à Paulo III. , vt tertia Maij die Sacro Sanctissimæ Cruci Concilium inchoaretur, quod testatur Angelus Massarellus , qui addit eodem tempore Cardinalem Farnesium Legatum XXV. Aprilis Tridentum ingressum , cùm ad Cæsarem se conferret , ac tunc scissos esse in varias sententias Legatos Cardinales , an indicta die à Pontifice inchoandum esset Concilium , an expectandum , vt priùs Cardinalis Farnesius salutato Cæsare rem cum illo contulisset . Vicit demùm ea sententia , vt priùs consuleretur Cæsar ; cùm Cardinalis Tridentinus , & Mendosius Cæsarei in Concilio Oratores certum ac præfixum diem à Cæsare pro inchoando Concilio non accepissent : ità enim inter Pontificem Cæsaremque alendam concordiam videri ; tùm quia Imperator comitijs indictis præsens futurus non esset , nec ijs dimissis exitiale aliquod edictum metuendum esset , postquam Farnesius Legatus accessisset ad Cæsarem ; tùm quia Granuellanus, qui Imperatorio nomine conuentui præsidebat , capita omnia ad Religionem spectantia ad Concilium ab eo dirimenda retulisset ; tùm quia iam ex omnium animis euersa esset ea falsa opinio, Legatum pro Concilio disturbando à Pontifice missum , sed potiùs pro eo ex Cæsaris consensu promouendo ; tùm quia prorogata dilatio breuissimo temporis flexu esset definita ; quibus acceptis Pontifex dilationi factæ assensit .

Cæsar non approbat Concilium tam citò aperiri.

12 Exceptus est perhumaniter à Cæsare Farnesius Cardinalis ; sed cùm arbitraretur Cæsarem ingenti gaudio cumulatum iri audita Pontificis sententia de Concilio non ampliùs differendo , quod tot annorum flexu continentibus votis expetijsset , spe sua & opinione excidit ; cùm Cæsar potiùs illud ob iniquiorum temporum calamitatem illud retardandum contenderet : premi enim se graui metu, ne Protestantium factio , quæ à Concilio damnatam iri præuidebat , in arma desperatione efferata consurgeret ad opprimendos Catholicos , atque etiam in Italiam bellum transferret : quare videri magis prudentiæ consonum , vt Pontifex conflando ærario operam daret , validiora subsidia pro confirmandis Catholicis compararet , ac Protestantes dilato Concilio credituros se armis non opprimendos . Ad hæc respondit Legatus, Paulum , cùm de Religione tuenda actum fuerat , nunquam auxilia denegasse , nec ijs submittendis defuturum; quamquam eius opes tenuiores essent , quàm Cæsar æstimaret . Cæterùm nulla ratione posse ampliùs differri Concilium , cùm in tot Ordinum Germaniæ conuentibus promissum esset à Pontifice , maximamque infamiæ labem contracturus esset , si Christiano Orbi illusisse diceretur , ac Tridentinos Legatos vrgere , vt dies certa Concilio inchoando decerneretur . Perstabant defixi in sua sententia Cæsarei Administri , tempus celebrandi Concilij opportunum non esse , posse quidem Pontificem illud aperire , sed Imperatorem non assensurum , eademque Ferdinandus Rex Romanorum præsente Cardinale Augustano exposuit Cardinali Farnesio Legato, qui omnia tùm Pontifici , tùm Legatis Tridentinis significauit , de quibus hæc tradit Massarellus [MDXLV. vigesima quinta Maij Reuerendissimi , & Illustrissimi DD. Legati receperunt literas à Reuerendissimo , & Illustrissimo Cardinale Farnesio Wormatiæ vigesima secunda huius datas , in quibus significauit , qualiter vigesima octaua præsentis mensis loquutus fuerat cum Imperatore de aperitione Concilij , à quo habuisset responsum , quòd cùm res esset ita grauis , vt erat , non posset tam citò certam responsionem dare . Videbatur autem Suæ Maiestati , quòd pro nunc suspendendum esset à celebratione Concilij , tùm multis alijs rationibus , tùm maximè , quia Lutherani maximè profitentur , se nolle ad Concilium venire , interim operam dabit , in Dieta Wormatiensi (quæ nunc celebratur) vt eorum animos flectat,& ad Concilium amplectendum inducat.] Quæ omnia , vt idem Massarellus dicit , Legati cum Patribus communicarunt . [Trigesima prima Maij vocati sunt in congregatione Patres , nimirùm Archiepiscopi quinque , & Episcopi quatuordecim , quibus hęc exposita à Legatis fuere .]

Legati Cæsaris argumenta diluere conantur.

13 Respondere Legati Tridentini Cardinali Farnesio allatas rationes penitus inanes , quæ de Lutheranorum aduersa sententia , vel de belli ab ijs inferendi terrore adducebantur ; illos enim hactenus cogendo Concilio semper restitisse , atque in hoc rerum statu illum monuere , vt in Wormatiensi conuentu promulgandum curaret , non ex Pontificis vitio ac culpa Concilium non inchoari , sed illud ab Imperatore impediri , qui nullam possit excusationem prætexere , si aliquod decretum Religioni exitiale ferre velit . Addidere etiam , vt Pontificiam Sanctitatem hortaretur, vt priùs Pontificatu se abdicaret , quàm toleraret Cæsaream , vel aliam laicam potestatem de religionis causis pronuntiandæ sententiæ sibi arrogare auctoritatem , illa prætexta causa , quod potestas Ecclesiastica Concilium non celebraret , suoque muneri defuisset .

Scripsere ijdem Legati Tridentini Pontifici , vehementer se vndique angustijs premi , expectandumque reditum ex Aula Cæsarea Cardinalis Farnesij , si in tanta rerum caligine , qua lux non affulgeret . Angebantur enim graui metu ne quid comitijs Religioni noxium pro conciliandis Cæsari Lutheranis constitueretur .

14 Affulsit ea lux fęliciter, etenim Cæsar mentem suam Cardinali Farnesio aperuit , contrahi à se exercitum , vt Protestantes cogeret ad morem Concilio gerendum , si illos humanioribus officijs flectere non posset , vt eius legibus se subijcerent : fęlici hoc nuntio allato , tùm Pontifex , tùm Legati Tridenti maximo gaudio delibuti , iudicarunt differendam adhuc prudenter Concilij congregandi celebratione ; nec non Catholici Principes sincera Pontificis mente cognita recreati Spirensi decreto iam ante edito se opposuere : Lutherani verò non mouere arma , cùm non inchoaretur Concilium ; eaq; occasione sequestra pax misso Oratore Gerardo Wtuuicho inter eas temporis moras cum Turca conciliata est ; cùm ardente bello Turcico , nec Concilium celebrari , nec Lutheranus furor compesci potuisset . Ex his refellas Petrum Soauium dum fingit Cardinalem Farnesium missum ad Cæsarem , vt illum à petendo Concilio abduceret .

Surius in comment.

15 Per-

Digitized by Google

15 Peruenere proximo tempore Tridentum plures Episcopi, atque insignes Theologi, ac inter alios Theodoricus Raius Iuris vtriusque Doctor, ab Alberto Moguntino Archiepiscopo Cardinale Procurator missus, qui cùm accepisset promulgatum à Pontifice edictum, ne Episcopi Procuratores mitterent, exarsit in iras; sed monitus est, eo decreto Moguntinum non obstringi, cùm iusta causa distineretur, Pontificemque de ea re factum iri certiorem. Ex Italia plures accessere, & ex Regno Neapolitano quatuor illi ante delecti, non tamen procuratorias aliorum Episcoporum literas attulerunt. Rex Galliæ Episcopos, & Theologos scientiæ laude conspicuos misit. Cùmque Regum corda sint in manu Dei, ita diuina prouidentia Imperatoris, & Ferdinandi Regis animos inflexit, vt qui antea obstiterant inchoando Concilio, iam institerint, vt quantocyus aperiretur; cùmque vehementiùs vrgerent Ferdinandi Oratores, vt mandata de ea re coram Patribus promulgarentur, respondere Legati expectandum, vt Mendozius Orator Cæsareus Venetijs Tridentum rediret, vt summo omnium consensu res perficeretur, illique à Cardinale Tridentino persuasi acquieuere.

16 Rex autem Lusitaniæ, cùm conceptam contra Pontificem indignationem inani de causa deposuisset, certiorque factus fuisset, Pontificem non solùm Concilium indixisse, sed etiam Legatos misisse Tridentum, lætissimis officijs refertam epistolam illi scripsit.

☞ *Sanctissimo in Christo Patri, & Beatissimo Domino Paulo III. Diuina Prouidentia Papæ, deuotus, & obedientissimus Sanctitatis Suæ filius Ioannes III. Dei gratia Portugalliæ, & Algarbiorum Rex citrà, & vltrà Mare in Africa, Dominus Guineæ, nauigationis, expeditionis, & commercij Aethiopiæ, Arabiæ, Persidis, & Indiæ humillimum sanctorum pedum osculum mittit.*

Exstant in Arch. Vat. Conc. tom. 8. fig. num. 3195. pag. 32. M. S. Arc. Vat. fig. n. 3232. pag. 92. M. S. Francisci Car. Barb. fig. 1805. pag. 87.

Et si nemini vnquam dubium, aut obscurum fuit, Beatissime Pater, nullum Tui Sanctissimi Pontificatus tempus à Consilijs tuendæ Christianæ Religionis, constituendæque inter Principes amicitiæ abhorruisse; nulla tamen res conceptam de Sanctitate Tua opinionem æquè, vt Oecumenici Concilij indictio confirmauit: quòd benè, fœliciter cessurum vniuerso populo Christiano facilè sibi persuaserit, qui Diuini Nominis primùm, cui eius auctoritas innititur, maiestatem, deindè Sanctitatis Suæ in eo denuntiando constantiam perspexerit: quique postremò ad eas artes animo te, & cogitatione conuerterit, quibus sæuissimus humani generis hostis omnes aditus, qui ad Sacrosancti Concilij celebritatem patere videbantur, superioribus annis obstruxit; nec enim ille tam studiosè id oppugnasset, nisi iacentem, afflictamque Christianam Rempublicam excitari posse ea via præuidisset, aut Sanctitas Tua animi contentionem in agendo totius Populi Christiani conuentu adhibuisset, nisi constanter speraret fore, vt moribus pristinę seueritati restitutis, omnibusq; idem de orthodoxa fide sentientibus, facilè non modò hostium vim repellere, sed etiam priorum temporum calamitate amissa recipere, & vindicare possemus, quę si aliquando singula tantum habere momenti visa sunt, vt agi de illis nisi frequentissimo Populi Christiani concursu pro dignitate non posset, quid nos de Sanctitate Tua cogitare par est, quam tot, & tàm graues causæ ad promulgandum Oecumenicum impulerunt, præsertim veteri Christianæ Reipublicæ disciplina ita collapsa, & in tantam perturbationem adducta, vt etiam si nullus vel Hæreticorum seditiones, vel hostium incursiones pertimescerent, ad colligendas tamen antiquę sinceritatis reliquias conuenire omnes oportuerit, & suo quemque loco sententiam dicere; nam cùm labefactati mores Hæreticorum improbitati, & hostium victoriæ aditum patefecerint, ea sanè parte diligenter constituta, & qui à fidei Catholicæ veritate defecerunt, requiescent, & qui Christianam Religionem oppugnant, Dei Optimi Maximi potentia opprimentur, quam, vt si facilem habuerimus, victoriam, pacem, otium, summa denique omnia nobis spondere possumus? Ita eo irritato, & offenso, non video quid in nostris copijs sit reliquum, in quo spem figere debeamus, quod si vbi nec ab exteris Nationibus vllum graue, & periculosum bellum immineret, nec intestinis factionibus esset conuulsa, & tactata nostra Respublica Christiana, tamen Religionis in te fuit ad conciliandum animorum charitatem Sacrosancto Concilio locum, tempusque à Sanctitate Tua præscribi, si vlla promouendæ Christianæ pietatis ratio haberetur, si quem augeret dolor, quem de tot animarum, Prouinciarumque iacturis omnes capere oportebat, transacta iamdudum res esset, cùm Sanctitas Tua tanto Concilij ritè celebrandi studio esset inflammata, vt multis ab hinc annis nos ad id hortari, & incitare nunquam destiterit, quam animi propensionem Sanctitas Tua in medio bellorum tumultu præ se tulit, nunc pace tandem aliquando facta, & armis in angustiorem Reipublicæ partem contractis, in animum induco, nullam difficultatis speciem tantam obijci posse, quæ vel eximium Sanctitatis Tuæ ardorem, vel conatum restinguere possit, cui nos non solùm morem gerere decet, sed etiam gratias Deo, quantas maximas mens nostra concipere potest, agere: cuius nutu effectum est, vt in edicendo Concilio nunquam Sanctitatis Tuæ industria langueseret.

Rex Lusitaniæ Pontifici literas gratulatorias scripsit.

Nec verò diffido quin qui animo vigorem dedit, incolumem etiam Sanctitatis Tuæ valetudinem tueatur, & quod sapienter exorsa est, cum summa etiam Diuini, & Tui Nominis gloria, fortiter ad extremum perducat: facilè porrò adducor, vt credam omnes muneris sui partes Sanctitatem Tuam diligenter acturam, tùm quia captato toties frustra tempori nollet deesse, tùm quia minimè deceat Sanctitatem Tuam id inchoatum relinquere, quod vt inchoaret, nullam sibi recusandam molestiam, nullum non subeundum laborem, nullam honestam conditionem repudiandam iudicauit. Neque sanè iam multa valeant ad interrumpendum Sacri Concilij cursum, quùm eius initium impedire multa non potuerunt, & si modò Sanctitas Tua ab eo, quod instituit, non decederet, quod Deo Optimo Maximo auctore, cępit, eodem egregium conatum iuuante prosequetur: qui, vt quod maximè obstare videbatur, diuinitùs submouit, ità proposito omnibus Sanctitatis Tuæ saluberrimo exemplo, & longè, latèque Sacri Concilij diffuso splendore, si quorum nondum satis est confirmata voluntas, & perspecta, eos paulatim ad colendum Ecclesiæ Catholicæ nomen, & ad frequentiorem Oecumenici Concilij celebritatem adducet.

Quamobrem supplex ipse Sedis Apostolicæ filius Sanctitatem Tuam oro, atque obtestor, quàm modestissimè possum, vt ad omnem se difficultatem confirmet, nè animum contrahat, ac remit-

rat, quod licèt sua sponte facturam Sanctitatem Tuam existimem, vis tamen amoris, & obseruantiæ meæ, rei etiam magnitudo efficit, vt à Sanctitate Tua id petere, atque obsecrare non dubitem. Cæterùm cùm Legatos meos, & quos illius Concilij participes, socioſque destinaui, minori celeritate, quàm vellem, viderem se ad iter componere, nè vlla esse in me mora videretur, vt ad id, quod Sanctitas Sua tantopere vult, efficerem, delegi ex eo numero Viros bonos, & eruditos Fr. Georgium à S. Iacobo, Fr. Hieronymum ab Oleastro, Fr. Gasparem à Regibus sacrarum literarum Professores, qui ad Sanctitatem Tuam celeriùs mea mandata perferrent, & quid de sacro Concilio peragendo sentirent, accuratè responderent: quibus vt fidem habeas hac de re tota, enixè peto Beatissime Pater; Christus Optimus Maximus diù tueatur incolumem Sanctitatem Tuam, Pater Sanctissime, & Beatissime Domine, ad Sui Nominis laudem, & gloriam. *Datum Eboræ XX. die Iunij an. humanæ salutis MDXLV.*

Accepta sunt gratissimo animo à Pontifice Lusitani Regis officia, & quanto animi ardore in illud opus sanctissimum incumberet, significatum est, De prosecutione Concilij inferiùs denuò agemus.

17 Modò progressum Dietæ Wormatiensis videamus. Cùm igitur Pontifex timeret, ne Protestantes de Religione tractare vellent, Ferdinandum Bohemiæ, & Romanorum Regem sacris monitis instruxit, vt ea omnia, quæ ad Religionem spectarent, referenda ad Concilium Oecumenicum curaret, ad quæ promouenda Fabium Mignanellum Internuntium ad eum misit.

Regi Romanorum, &c.

Paul. III. lib. breu. anno 11. pag. 368.

Charissime. Cùm Venerabili fratre Hieronymo Verallo Archiepiscopo Rossanensi, quo Nuntio apud Serenitatem Tuam vtebamur ad Maiestatem Sereniſſimi Cæsaris fratris Tui per nos destinato, nunc apud Te Nuntio nostro careamus, nos pro beneuolentia, quam singularem, ac paternam erga Serenitatem Tuam meritò gerimus, Nuntium apud Te continuum, prout semper consueuimus, habere volentes, qui nostra, & Apostolicæ Sedis negotia iugiter cum Tua Maiestate tractet, & exequatur, elegimus Venerabilem fratrem Fabium Mignanellum Episcopum Lucerinum Prælatum Nostrum domesticum latorem præsentium, singulari doctrina, prudentia, & integritate præditum, cuius opera in alijs legationibus etiam apud Serenitatem Tuam, & multis arduis rebus vsi sumus, eum itaque cum Dei nomine ad Serenitatem Tuam Nuntium nostrum, & huius Sanctæ Sedis destinantes, Serenitatem Tuam hortamur, & requirimus in Domino, vt pro Sua erga nos, & dictam Sedem reuerentia, eundem Fabium Episcopum Nuntium solita, qua cæteros Nuntios humanitate, & benignitate excipere, ficemque eius verbis tàm nunc, quàm quoties Te nostro nomine alloquetur, haud minorem præbere velis, quàm si nos ipsi præsentes Maiestatem Tuam alloqueremur, & quoniam existimamus eandem Serenitatem Tuam in Wormatiensi conuentu pro sua maxima, ac Regia auctoritate adfuturam, hortamur, & in Domino requirimus eandem Serenitatem Tuam, vt causam Religionis solito fauore prosequens, si quid de ea in ipso conuentu Wormatiensi proponi contigerit, velis curare, & efficere, vt id rotum ad Vniuersale Concilium, quod Tridenti denuò indictum, & iam omnibus expositum est, remittatur, sicut omni iure debitum est, id erit consuetudine Tua, atque officio præstantissimi Regis dignum, & Deo Omnipotenti gratissimum. *Datum Romæ XII. Martij MDXLIV. Anno XI.*

Res Religionis nó tractentur in conuẽtu Vvormatiensi, sed in Cõcilio.

18 Iussus etiam est Fabius Mignanellus Internuntius Pontificius proficisci ad Cæsarem, vt illum admoneret; vt si quid de Religionis diffidio in conuentu Wormatiensi proponeretur, id ad Concilium Tridentinum referendum curaret.

Religionis causa ad Cõcilium referatur. Ibid. pag. 280.

Monitus eodem tempore est à Pontifice Granuellanus, qui aduersa valetudine implicito Cæsare ad conuentum Wormatiensem præmissus fuerat, vt qua auctoritate florebat apud Cæsarem, causam Religionis in eo conuentu tuendam susciperet, controuersiasque fidei ad Concilium Tridenti indictum referendas curaret. Prænoti quoque Sancti Petri ad Vincula Cardinalis, idemque Moguntinus Archiepiscopus, Ioannes Ludouicus Treuirensis, Otho Cardinalis Augustanus, nè quid de Religione decerni à Wormatiensibus comitijs paterentur; sed ad Concilium Tridentinum referendum contenderent; inter alios verò Moguntinum, & Treuirensem Septemuiros institisse vehementer aduersùs Protestantes, Religionis causam ad indictum Concilium referendam esse refert Franciscus Belcarius.

Paul. III. lib. breu. anno 11. pag. 296.

Ib. p. 258. Ib. p. 256. Ib. p. 257.

Lib. 24. num. 9.

19 Celebrari cœperant Wormatiæ comitia Principum Germaniæ absente Cæsare, cùm podagra impeditus esset, quare Ferdinandus Rex habita oratione coacti conuentus causas exposuit, præcipuas quæ fuere grauissimæ: prima, vt pacatis pristinis dissidijs Religio vera in sua dignitate constitueretur; secunda, vt communi consensu bellum aduersùs Turcam coniunctis socialibus armis decerneretur; ea de causa Imperatorem pacem composuisse cum Galliæ Rege, qui Episcopos ad Concilium Tridentinum missurus esset, atque auxiliares copias aduersùs Turcam spopondisset: congregari iam Concilium Tridenti, ac se vnà cum Imperatore Oratores ad illud de creuisse, atque adeò causa Religionis Concilio Tridentino permissa, de bello Turcico pro ferocissimis hostibus à Germanorum ceruicibus propulsandis in eodem Wormatiensi conuentu agendum esse.

Assensere Catholici Principes propositis rebus in Regia oratione; at Protestantes in hæresi impia confirmati dissensere; moliebantur enim in conuentu maxima ex parte ex Laicis, vel Hæreticis coacto quoddam Religionis monstrum conflare, cùm iam ante omnia comitia, quæ de Religione egerant, rei Catholicæ maxima damna attulissent. Quare obtulit supplicem libellum Regi Romanorum Mignanellus Pontificis Internuntius Wormatię vigesima sexta April. MDXLV.

M. S. Fr. Ciscí Card. Barberini pag. 132.

Nuntius Mignanellus pro Religione contra Protestãtes loquitur in Dieta Vvormatiensi.

,, consignatum, quo exposuit: à multis iam annis in omnibus Ordinum Imperij cœtibus ,, Lutheranas res augeri, ac confirmari, eos enim, quæ ipsis conceduntur auidissimè arripere, acerbèque exigere, & ea, quæ vi rationis spondeant, per summam perfidiam non ,, seruare, remque Catholicam profligare, atque hactenùs prætexi solitas causas toleratæ ,, eorum insolentiæ, belli Turcici terrorem, discordiam Principum, ac Concilij Oecumenici ,, inanem expectationem, iam verò Principes ,, mutua pace conciliatos, Concilium indictum ,, congregari, nullum imminere Turcicum terrorem, atque adeò rogauit, nè Regia Maiestas fidei, & libertatis syngrapham concede,, ret Lutheranis, qui eam eblandiri niterentur,

,, vt

,, vt procaciter illuderent Concilio, nec aliam
,, formulam verborũ conceptam traderet, quàm
,, eam, quæ Concilij ſyngrapha concepta foret,
,, conſtare enim de Proteſtantium animo, in id-
,, que ipſos inniti, vt ſi decretis Concilij non pa-
,, ruerint, ad ea amplectenda, obſequiumque
,, Cæſaris armis cogi non poſsint, demumque
,, preces addidit, vt Pontificis, Concilijque au-
,, ctoritatem aſſereret. Wormatiæ vigeſima ſex-
,, ta Aprilis MDXLV.] Vigeſima octaua Aprilis Proteſtantes propoſitioni Ferdinandi ſua reſponſa obtulerunt, confertaque erant ſolitis inſulſiſſimis rationibus, & impijſſimis nęnijs, ne Concilio obtemperarent.

Reſponſi dati XXVIII. Aprilis MDXLV. à Proteſtantibus, ſumma, dictata à Senatoribus Principis Catholici.

M. S. Franciſci Car. Barb. fig. 2678. pag. 130. Ex litera Mignanelli Interuntij 10. Maij. Illuſoria reſponſio.

20 Reſpondere Status Confeſſionis Auguſtanæ, in Receſſu Spirenſi promiſſum fuiſſe Concilium vniuerſale, liberum, Chriſtianum, ideſt Lutheranum celebrandum in Germania, non verò Papiſticum, & partiale, vt Tridentinum.

Licèt aliæ Nationes ſe ſubmittant iudicio Concilij Papiſtici, non tamen ipſos velle, nec poſſe, quòd ſuſpectus ſit ipſis locus, ſuſpecti Præſides, ſuſpecta decreta in eo condenda.

Qui interſint illi Concilio iureiurando obſtringi Pontifici, atq; adeò ipſorum eſſe aduerſarios, nec propterea aſſentiri illi poſſe; non celebrari ſecundùm purum Dei verbum, nec ſecundùm morem veteris, verę, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, ſecundùm quem omne Concilium celebrari debet, atque adeò illi non conſenſuros, vt contrario animarum ſaluti, ac confeſſioni Auguſtanæ, adhærenti rei politicæ, cùm illi qui celebraturi ſunt illud Concilium, ſacramento ſint obſtricti Pontifici, atque procliues ad tuendam eius doctrinam, Conſtitutiones propterea, & decreta poſſe condere conformia iuri Papiſtico, at non puriſſimo verbo Dei, contra ſponſionem decreti Spirenſis, atque adeò rogari à ſe Regiam Maieſtatem, Cæſareoſque Adminiſtros, vt ſi quid contrarium decerneretur in Papiſtico Concilio Tridentino, non diſſolueretur pax in Receſſu Spirenſi, ſed potiùs perduraret vſque ad Chriſtianam compoſitionem in Nationali Congregatione, ſeù Dieta Imperiali à Germanica Natione fienda vi, & tenore antedicti Spirenſis Receſſus.

Quod ad articulum de Iuſtitia, & Pace, quia edicta, wormatienſe, & Auguſtanum, ſubijciunt Status Confeſſionis Auguſtanæ pœnis contentis in priuilegio pacis publicæ, ac ſecundùm leges declarantur Hæretici, adeòque bello petendi; propterea in Receſſu Spirenſi extorſerant, vt pax ijs concederetur, polliciti enim erant contra Turcam arma ſubſidiaria ea tantùm lege, ne cauſa Religionis moleſtia ipſis exhiberetur.

Addidere ſe id agere adactos neceſſitate pro bono publico Germanicę Nationis, ac vera antiqua, & orthodoxa Religione aſſerenda.

21 Agit etiam de his comitijs Wormatienſibus Io: Cochlæus, & hæc refert:

Ioann. Cochlæus in Actis ſcriptis Luiberi.

,, Hoc anno indictus, ac celebratus eſt Wor-
,, matiæ conuentus Imperialis, qui promiſſus
,, fuerat in Receſſu Spirenſi, & conſtitutus in
,, diem primum Octobris prioris anni. Itaque
,, Cæſar ad eum diem ſuos iuſſit ibi comparere
,, Commiſſarios. Cęteri tardiùs aduenerunt.
,, Rex Romanorum Menſe Decembri: Cæſar in-
,, firmitate corporali præpeditus longè tardiùs
,, aduenit. Ex Principibus autem Electoribus

,, vnus dumtaxat, perſonaliter comparuit Illu-
,, ſtriſſimus Comes Palatinus Rheni, & Dux Ba-
,, uariæ Fridericus; cæteri miſerunt ſuos Ora-
,, tores. Minùs igitur frequens, ac celebris fuit
,, iſte conuentus, quàm fuit Spirenſis, licèt ſatis
,, celebris fuerit ex Cæſaris, Regiſque perſonali
,, præſentia, vbi & Reuerendiſſimus Dominus
,, Epiſcopus Auguſtenſis Otho Cardinalitia di-
,, gnitate, ac amplitudine ſublimitatis inſignio-
,, rem eo honore conuentum illũ reddidit: pro-
,, tractus autem eſt iſte conuentus vſque in Men-
,, ſem Auguſti, cuius die 4. datus eſt publicus
,, Receſſus, in quo propter paucitatem Princi-
,, pum, & Statuum, qui in proprijs perſonis ad-
,, fuerunt, maiores, & grauiores cauſæ, de qui-
,, bus tractatum fuit, non ſunt definitæ, ſed ſu-
,, ſpenſæ, atque in alium conuentum remiſſæ,
,, quem Cæſar conſtituit Ratisbonæ celebran-
,, dum die feſto Epiphaniæ, ſeù Trium Regum,
,, ad quem omnes Principes, & Status perſona-
,, liter (excepta cauſa infirmitatis) conuenire
,, debeant.] Refert Belcarius, miſiſſe ad hos conuentus Wormatienſes Gallorum Regem ſuos Oratores, atque eorum opera verbis pijſſimis Proteſtantes Principes eſſe cohortatum, vt cùm ipſe ſuas lites, cum Cæſare pace confecta, diremiſſet, ſuas etiam ipſi de Religione controuerſias componerent, atque ad Concilij Oecumenici Tridentini ſententiam referrent, vt Chriſtiana Reſpublica, extinctis omnibus diſſidijs, publica pace frueretur. Verùm Lutheranos ſana hæc conſilia reſpuiſſe, atque in peruicacia obduruiſſe confirmat Surius, eoſdem diſertiſſimis verbis pernegaſſe ſe parituros Concilio Oecumenico: ex quo patuit eos malis artibus toties poſtulaſſe Concilium Oecumenicum ad obuelandam eo mendacio impietatem. [In hoc (inquit) VVormatienſi conuentu inter alia, Proteſtantium Legati palàm teſtati ſunt, ſe Concilium Tridentinum, quod Pontifex indixerat, pro legitimo non agnoſcere. Et ea fuit facillima ratio omnia eius Concilij decreta eleuandi, & negligendi: ſi ſic liceat ſubditis quibuſlibet Principum ſuorum decreta pro legitimis non agnoſcere, nimirùm breui pulcherrimum habebimus in Republica rerum ordinem, & tranquillitatem, ſed hæc ab Eccleſiaſticis ſuis Proteſtantium Ordines hauſerant. Verùm hoc illius ampliſſimæ Synodi auctoritati nihil penitùs pondęris detraxit, atque ita videre licuit, quàm ì, ex animo tot ſuperioribus comitijs illi Eccleſiaſtæ ſuis Magiſtratibus ſuaſiſſent, vt Oecumenicam Synodum peterent.

Belcar. lib. 22.

Belcar. l. 24. n. 9.

Sur. in comment. hoc anno.

Cùm verò repudiarent procaciſſimè Concilium Oecumenicum, poſtulabant priuatũ colloquium; quod Cæſar conceſſit, vt conſtat ex ſequenti Receſſu huius VVormatienſis Dietæ.

22 Carolus, &c. Notum facimus vniuerſis, poſteaquam in proximis comitijs Spirenſibus, propter multas vrgentes, & graues cauſas, generalem Dietam die prima Octobris præteriti anni hic in noſtram, & Imperij Ciuitatem Wormatiam promulgauimus, & inſtituimus, (*Et infrà*) arduis rationibus moti, iſtam Dietam protraximus, & aliò tranſtulimus illam per præſentes ad feſtum Trium Regum proximè futurum, in noſtram, & Imperij Ciuitatem Ratisbonam vulgò Regenſpurg, ita vt Electores Principes, & cæteri Ordines Imperij, intuitu grauium, & arduorum negotiorum Imperij, ad diem præſcriptum in propria perſona Ratisbonę compareant: hi verò, qui mala

M. S. Car. Franciſci Barb fig. 2678. p. 139. Receſſus VVormatienſis Dietæ ann. 1545.

Digitized by Google

valetudine impediſi comparere nequeunt, necnon liberæ Ciuitates Imperij ſuos Legatos, & Mandatarios cum ſufficienti mandato ſine vlla dilatione prouideant, ita vt communia Imperij negotia, præſertim verò illa puncta, & Articuli, qui in præſenti Dieta debuiſſent expediri, perfectè conſultari, concludi, & decreta ad efficacem effectum perduci poſſint. Nos quoque omninò propoſuimus ad ipſam Dietam, Diuina gratia non aduerſante, nos conferre, omniaque hæc cum conſilio Ordinum Imperij, cum conſeruatione pacis, tranquillitatis, concordiæ, & iuſtitiæ in Sacro Imperio commodè ſpectare poſſunt.

Quoniam autem fauoroſo, & paterno ducti affectu ergà ſacrum Imperium Germanicæ Nationis nihil magis cupimus, & optamus, quàm vt diſſidium Religionis componatur, & ad Chriſtianam concordiam, & intellectum redigatur, fuimus quidem, & ſumus tanquam Imperator Chriſtianus, & Defenſor noſtræ ſalutiferę fidei, intuitu noſtri officij, & promiſſionis fauoroſè factæ multùm inclinati hanc diſcordiam Religionis præſenti hac Dieta ad Chriſtianam vnionem ducere, ſed omnibus Statibus Imperij ſatis, ſuperque eſt cognitum, quàm graues, & vrgentes rationes fuerint in cauſa, quominùs hæc compoſitio nunc temporis commodè fieri potuerit. Vt ergò hanc perneceſſariam compoſitionem, Deo gratiam dante, bono aliquo ordine, adiuuare, & in effectum ducere adhuc valeamus, ex æquo, & bono viſum nobis fuit, ad promouendum huiuſmodi concordiam denuò concedere Chriſtianum colloquium, quod permittimus pacis Viris, ijſque probis, pijs, doctis, bonæ conſcientiæ, pacificis, habentibus præ oculis pacem, & tranquillitatem: ita quod nos tanquam caput, vnum aut plures ordinabimus Præſidentes, necnon quatuor Colloquutores, totidemque Adiutores Catholicæ Religionis (itaut ſimiliter faciant Status Confeſſionis Auguſtanæ, eligantque quatuor Colloquutores, totidemque Auditores, & quos habere velint intra XV. Septembris nominent, & præfati Præſidentes, Colloquutores, & Auditores in feſto Sancti Andreæ, qui eſt vltimus dies Nouembris, Ratisbonæ confluant, negotium ibi, & diſcordantia puncta Chriſtianę fidei in nomine Domini aggrediantur, & inſuper, quantum poſſibile erit, pacificè, & Chriſtianè componant; ſolummodò reſpicientes, quæ ſint Sacræ Scripturæ conſentanea, & ad tollendos abuſus ſeruire poſſunt: quin & ſine aliquo impedimento, & obſtaculo habebunt reſpectum ad honorem Dei Optimi Maximi, veram Chriſtianam vnionem, & reformationem Eccleſię. Super hoc iam attinet, & debent nobiſcum omnibus Ordinibus Imperij in futura Dieta referre, & copioſam dare notitiam omnium, quæ inter ipſos ſunt acta, & colloquuta, vt nos deinceps cum cæteris Statibus poſſimus, ſuper Articulis, quibus ſe colloquentes concordarunt, vel non, ampliùs nos concordes facere, deliberare, & penitùs ponderare, quod in huiuſmodi rebus tractandum ſit, quo omnia negotia, prout neceſſitas requirit, ad amicabilem, Chriſtianam, & perfectam vnionem, & compoſitionem dirigantur, quod adiuuare ex officio debito fauoroſè, & paternè prompti ſumus. Vt itaque per Sacrum Imperium Germanicæ Nationis, pax, tranquillitas, & iuſtitia commodiùs, & tutiùs conſeruentur, volumus, vt publica pax antea erecta, & publicata, necnon cęterę pacis conditiones, & decreta Imperialia, prout Imperij Ordines, vbique ea acceptauere, aut nos ex officio noſtro hucuſque ordinauimus, per præſentes ſint renouata, & confirmata. Vniuerſis præterea, & ſinguliſ tàm ſummis, quàm infimis Statibus Imperij, cuiuſque ſint dignitatis, & conditionis, tenore præſentium iniungimus, vt hæc in omnibus ſuis punctis, & Articulis firmiter ſummo cum ſtudio conſeruent, vnuſque alium contra ſupraſcripta, nec premat, nec grauet, ſub pœna in huiuſmodi decretis contenta:] Multis interiectis de expeditione in Turcas comparanda, cogendoque auro ſubſidiario addit.

Hæc omnia ſupradicta nos tanquam Imperator ſpectantes, promittimus, & pollicemur firma, & rata habituros, nihil contra id inchoaturos, aut permiſſuros, vt aliquid noſtro nomine, quod his contrarium ſit intentetur, in cuius fidem, & teſtimonium noſtri ſigilli Imperialis appenſione muniri facimus.

Huic decreto non modò Catholici Ordines, verùm etiam Confeſſioni Auguſtanæ addicti aſſenſerunt.

23 Perculit illud decretum Catholicos magno dolore ac perturbatione, cùm arcanę mentis Cęſareæ ignari ſuſpicarentur Cæſarem ad Lutheranas partes deflectere, quia religionis cauſam non retuliſſet ad Concilium, ſed in Conuentu Germanico ad vniuerſam Eccleſiam ſpectantes controuerſias dirimendas promulgaſſet, adeò vt Tridentini Prçſules in eũ grauiſſimas querelas effunderent, quos Legati Apoſtolici conſilij Cæſarei arcani participes facti docuere Cęſarẽ hac vna ſpe detinuiſſe Proteſtantium Principum animos, ne importuno admodum tempore ciuile bellum conflarent, antequam validus exercitus pro ijs comprimendis comparatus eſſet; atque ea de cauſa Andelotium fidum Adminiſtrum à Cęſare ad Pontificem tranſmiſſum, vt certiorem faceret, nolle ſe iniquę Proteſtantium voluntati obſecundare: vehementiſſimè enim depoſcebant, ne Concilio Tridentino ſubijci cogerentur, ne profitendę hęreſeos libertas adimeretur, ne rapta Eccleſiaſtica bona etiam poſt comitia Ratisbonenſia ab ijs repeterentur; eos verò tantummodo inani conuentus expectatione lactari, vt fœliciùs ad officium redigi poſſent, nec vllum damnum Religioni allatum iri: tum multis verborum officijs ac ſingularis obſeruantiæ ſignis Pontificiam auctoritatem aſſertum iri Cęſar pollicitus eſt: de exauctorando etiam Pontificia decretoria ſententia Archiepiſcopo Colonienſi egit, cùm Hęreticam impietatem amplexus Proteſtantium potentiam pertinaciamque auxiſſet, tùm addidit, vt ſi Concilium aperiendum foret, certior fieret à Pontifice, vt ſe Wormatia ſubduceret, ne importunis Lutheranorum precibus, & querelis diuexaretur,

His acceptis reſpondit Pontifex, expeditionem breuiore temporis flexu comparari poſſe, nec ſe ſubmittendis auxilijs defuturum: verùm ſi Cęſareæ Maieſtati in bellicis rebus exercitatiſſimæ, & prudentiæ laude ſpectatiſſimę aliter viſum eſſet, cui vtpote in Germania agenti, omnia locorum temporumque pro re gerenda commoda exploratiora forent, ſe illius iudicio expeditionem totam commendare, ac promiſſa auxilia celerrimè atque alacriter collaturum. Ita Andelotius ob conceptam à Pontificia Sanctitate de Cęſarea virtute opinionem, & Pontifi-

cis

eis in promittendis auxilijs promptam alacritatem gaudio ingenti delibutus Roma discessit.

Quod ad Concilij res attinet, ostendit Pontifex, se antea Cæsareis consilijs, monitisque ac placitis obsecundasse, iam verò differre vlterijùs non posse, ne inchoaretur Concilium, nisi in se grauem culpam susciperet, famamque Concilij labefactaret: de modo verò procedendi in Concilio addidit, eam moderationem adhibitum iri, vt nullum Religionis causæ, nec meditatę expeditioni impedimentum obijceretur. Scripsit verò Mense Iulio Cardinalis Farnesius Nuntio Verallo, vix vnquam fieri posse, vt in Concilio dogmatum Fidei pertractatio differatur, cùm hęc præcipua congregandi Concilij causa exiterit, vt in Diplomate conceptis verbis expressum est, semper is mos seruatus sit à Concilijs, vt ante omnia Fidei controuersiæ discutiantur, nec à suscepto eo more discedendum sit, quæ dedita occasione insinuare poterit: tùm etiam addidit, quòd si credatur Protestantes in officio faciliùs ea indulgentia contineri posse, Pontificiam Sanctitatem contrarium sentire, & arguere ex præteritis eorum gestis: non tanta insolentia vel in Catholicos, vel in alios grassaturos, si res ipsorum commodo non vertatur: si enim Concilium eorum causa consuetum agendi modum commutaret, obsoleisceret illius fama, aduersarijque magis consueto more insolescerent, & Catholicorum virtus emarcescceret: cæterùm Cæsareæ voluntatis, quoad fieri poterit, rationem habitum iri.

Quod verò spectat ad Catholicos idoneis subsidijs confirmandos, si à Lutheranis diuexentur; censet sua Sanctitas, vt Cæsar in Germania hęreat in loco commodiore vicino Belgio, in quo & exorientes motus compescere, atque ad futuram expeditionem se comparare posset, ac Sanctitati suæ, Italiæque vicinior foret, denique quicumque casus sequatur, Pontificem tuendis Catholicis, nunquam defuturum, & hæc Cæsari nitidè, & eleganter significet, quod verò Cęsarea Maiestas efflagitat, vt Pontifex æqui accipiat, colloquium Catholicos inter, & Lutheranos iniri, indicique nouos Ordinum conuentus, responsum est, hęc à Pontifice æqui bonique consuli, modò Cæsar pro suo flagrantissimo Religionis studio caueat, ne Ordinum decretum, aut colloquium fiat, quod Religioni damnum afferat, vel Pontificis, Sedisque Apostolicæ auctoritati; hisque rebus saluis, quod sibi conducere censuerit, agat.

De Archiepiscopo Colonienſi responsum est, iudiciarium ordinem breuissimum ad eum exauctorandum exercitum iri, cùm illius hæresis, & perduellio sint conspicuæ, vt Cæsarea Maiestas Pontificia aduersùs illum auctoritate vti possit, imò Pontificem, quantum sua attinet, meditari, atque paratissimum esse ad seueritatem eandem contra quemuis Electorem aut Principem eiusdem criminis affinem distringendam, necnon ad sancienda fœderis capita, & promissa complenda.

Quod autem efflagitauit Cæsar præmoneri antequam aperiatur Concilium, illius votis morem gestum iri, maximè quòd Administri Cæsarei spondeant, dilationem eam, quindecim, vel sexdecim dies non excessuram. At de damnato Episcopo Colonienſi inferiùs dicemus.

24 Modò ad narrandam Dietam Posonienſem in Hungaria fœliciter pro Religione Catholica asserenda celebratam sermo conuertendus est.

Articuli concluſi in Dieta Poſonij MDXLV.

M. S. Francif. Car. Barb. fig. 2677. pag. 78.

In primis, quoad negotium Religionis, omnes Status, & Ordines Regni vna voce sentiunt, cultum Diuinum, & Religionem ad pristinam normam esse redigendum, & hæreses vndique tollendas, iuxta admonitionem Regię Maiestatis.

Id autem rectè fieri posse existimant, si in omnibus Ecclesijs, Prelati, siuè sint Episcopi, siuè Prępositi, siuè Abbates, Viri Ecclesiastici, & doctrina prędditi quamprimùm constituantur, qui & ipsi doceant verbo, & exemplo gregem sibi commissum, & Vicarios, Ministrosque suos sibi subiectos eorum officium exercere faciant, mittantque sine mora in omnes partes Archidiaconos, Vicearchidiaconos, & alios, quorum interest, ad docendam plebem, quibus si ipsi fortè sufficientes non sunt, Prędicatores bonos adiungant, vt vbique vetus Religio, pristinusque Dei cultus restituatur. Parochos etiam in omnibus Villis, & & Oppidis tales constituantur, qui veram doctrinam sapiant, & eam doceant, sacraque ministrent iuxta ritum Sanctę Ecclesię Catholicę. Idem etiam Prelati pro facultatibus ipsorum scholas erigant, in quibus bonę literę, & vera Religio doceantur, & sic in dies magis prana dogmata tollantur, & vetus Religio repullulet, Prædicatoresque boni per Regnum dispergantur; Sacerdotes autem non creentur, nisi probatæ vitæ, ac doctrinæ Viri, & ijs sacerdotia, Ecclesiasticaque beneficia conferantur, ipsi autem Prelati penès Ecclesias ipsorum iugiter resideant, vt vnusquisque siuè Prelatus, siuè alius Vir Ecclesiasticus vnum tantùm beneficium possideat, non plura.

Si quis Prælatus publicis muneribus occupatus penès Ecclesiam residere non posset, Vicarium Virum sufficientem, & Ecclesiasticum loco suo continuè teneat penès Ecclesiam. Vt autem faciliùs, & citiùs boni Viri per Regnum dispergantur, dignetur Maiestas Regia, ijs, qui in Gymnasio bonis literis operam dant, gratiosè prouidere, ita vt studia ipsorum continuare, & perficere possint. Interea vt Prelati omnes modo præmisso, officio ipsorum possint omni ex parte satisfacere, videntur omnia bona, & quocumque nomine vocentur prouentus, & Decimæ, item Abbatiæ, aliaque omnia beneficia, quæ per Laicos possidentur, quæque à Maiestate Sua Regia ad beneplacitum, vel ad tempus iam occultum inscripta sunt, vel probata de facto, & sine titulo occupantur, de manibus quorumcumque de facto liberanda esse, ijs restituenda, ad quos spectant; si quæ autem beneficia huiusmodi vacarent, Maiestas Regia personis idoneis conferat, super bonis autem, & prouentibus Episcopatus Iaurienſis, & alijs similiter iam inscriptis, Maiestas Sua, quemadmodum gratiosè obtulit, dignetur tractatus fieri curare, quibus tractatibus ea bona, ac prouentus, quo faciliùs potest, de manibus eorum, penès quos sunt, liberentur.

Et quoniam Episcopatus ferè omnes, qui sub ditione Regię Maiestatis sunt, in ijs disturbis, magna ex parte bonis, & prouentibus ipsorum spoliati sunt, adeò vt vix quotidiani sumptus Episcopis suppetant, nedum Arces ipsorum finitimas conseruare possint, supplicant Ordines, & Status Regiæ Maiestatis, vt Sua Maiestas instet, & efficiat, & apud Sanctiſs. D. N. id quod etiam Ordines, & Status publico nomine facturi sunt, quo Sanctitas Sua confirmationes Episcoporum nondum consecratorum gratis concedat, auctoritatemque insuper gratis tribuat aliquibus ex eis con-

conſecrandis hic in Regno Suffraganeis, vt ſint, qui Ordines impartiantur, nam & antea Suffraganeorum inopia multis in locis magnus defectus Clericorum, & Sacerdotum in Regno accidit.

Prętereà, cùm hactenùs multis in locis ex licentia multorum Dominorum, & Nobilium homines idiotæ, & plerumque mechanici, & alij Prędicatoris officio fungi veriti non ſint, videtur Ordinibus, & Statibus Regni, vt Prędicatores, Vicarij, Archidiaconi, Vicearchidiaconi, & alij qui modo ſupradicto ad reformationem Religionis per Prelatos emittentur, diligenter iſtos tales prohibere, & ad priſtinam, veramque Religionem redigere curent: qui ſi reſipiſcere nollent, tunc de bonis illis eijciantur, vel ex merito puniantur, Domini autem terreſtres non ſolùm id non impediant, ſed ipſos Prędicatores, & alios Miniſtros verbi Dei per Prelatos emiſſos iuuent omnibus modis ad exercendum officium ipſorum, ſi quis ex eis aliter facere intelligatur, ad primam requiſitionem Regiæ Maieſtatis, vel in eius abſentia Domini Locumtenentis perſonaliter, vel per Procuratorem comparere teneatur, & iure conuictus ex merito puniatur,

Anabaptiſtas, & Sacramentarios iuxtà admonitionem Regiæ Maieſtatis, ſi qui adhuc in Regno ſuperſunt, procul expellendos eſſe de omnibus locis, Ordines, & Status Regni ſtatuerunt, nec ampliùs illos, aut quempiam illorum intra Regni fines eſſe recipiendos.

Prętereà bona, & prouentus Monaſteriorum, ac Clauſtrorum, ac Capitulorum deſertorum excepto *Belanſar*, & eius pertinentijs, quas Maieſtas Regia durante beneplacito ſuo Franciſco *Thalu* ad ſuſtentationem eius conceſſit, ad alendos doctos Parochos, & verbi Dei ſinceros Prędicatores, qui populum in veteri orthodoxa vera, Catholicaque fide, & Religione confirmare, & ſi quis ab ea deſciuerit in hoc Regno, ad eam reducere ſtudeant, necnon ad inſtaurationem, & erectionem Scholarum particularium, earumdemque Magiſtrorum, qui docti, probi, & honeſti ſint, intertentionem, & denique bonę ſpei, & indolis innenum, & adoleſcentum, vt bonis literis operam dare poſſint, promotionem, & auxilium applicentur, & conuertantur, quo tali ratione boni, & docti Viri alantur, & nutriantur. Ad hęc autem prędmiſſa ritè, & ordine exequenda, prouentuſque prędictos in prędmiſſum vſum fidelium conuertendos quilibet Prælatus ſub ſua Diœceſi curam gerere teneatur, & vbi opus fuerit Maieſtati Regię de adminiſtratione huiuſmodi rationem reddat.

Supplicant Ordines, & Status Regni Maieſtati Regiæ Domino eorum clementiſſimo, vt Maieſtas Sua, tùm ſua, tùm Sacræ Cęſareę Maieſtatis auctoritate agant apud Sanctiſſimum D. N. quo Sanctitas Sua generale Concilium pro complanandis omnibus differentijs, vaniſque opinionibus de Religione, ſine diuturniori mora celebrare dignetur: quòd ſi Sanctitas Sua id differret, Maieſtas Cæſarea dignetur modum adhibere, ne celebratio Concilij diutiùs protrahatur.

25 Dum anxiè Legati Apoſtolici, & Patres Tridentini expectarent Pontificium imperium de aperiendo Concilio, controuerti cœptum eſt, an Concilium in commodiorem locum transferendum eſſet; auerſa enim Imperatoris voluntas videbatur à celebrando Tridenti Concilio, ac potiùs propendebat, vt in aliam Vrbem, vel ipſam Romam transferretur: quare Internuntio Verallo in Aula Cæſarea data ſunt mandata, vt cùm Lutherani apertè ſint profeſſi, ſe Tridentum non acceſſuros, prudenter exquirant à Cęſare, an ęqui & boni accipiat, vt ob Tridentinę Vrbis anguſtias, & incommoda, in ampliorem commodioremque Vrbem Concilium transferatur: quinimò Legati conſuluere Pontifici, vt, conſentiente tranſlationi Cæſare, primùm inchoetur Concilium, ac deinde tranſlatio decernatur ob loci anguſtias; ne ſi primùm indiceretur tranſlatio, dilaberentur Patres in ſuas Diœceſes, abiecta omni celebrandi Concilij ſpe, & Chriſtianus Orbis ſe inani expectatione illuſum opinaretur: ſi verò Cęſar transferri Concilium nolit, nec de Religione afferenda, damnandiſque hæreſibus agi, Concilium in ſeruitute redactum iri: plures verò non deeſſe Concilij transferendi cauſas, magnam annonę caritatem, loci anguſtiam, cœli aſperitatem hyberno tempore, comitia Imperialia proximè celebranda, in quibus contraria Concilio decernentur, Lutheranorum obfirmatam pertinaciam, conſtituendæ ſanctioris diſciplinę difficultatem, Pontificię Cęſareęq; Maieſtatum abſentiam.

26 Significarunt etiam Pontifici Patres Tridentini, conſenſurum fortè Cęſarem, vt inchoetur Concilium, ſed intercęſſurum ne Religionis capita theologico certamine excutiantur, donec Hiſpanię, Gallię, Luſitanię, Polonię, & aliorum Regnorum Pręſules ac Theologi Tridentum peruenerint, intermiſſaque hęreſum damnatione de reſtituendo tantùm morum nitore ac ſplendore agatur; nec ſe Cęſareę voluntati aſſenſuros, vt ab eo colloquia vel conuentus de ſanctiſſimis Religionis capitibus cum Lutheranis agantur, & ipſi indicto congregatoque Concilio tanquam canes, qui latrare neſciant, penitùs obmuteſcant, abiectaque Concilij cauſa, fruſtrà vitam, opes, labores, deſertis proprijs Eccleſijs profundant, animaſque prodita diuina cauſa, illuſoque Orbe Chriſtiano malè perdant. Si verò Imperator velit rebus ſuis conſulere, definita breuioris temporis circumſcriptione, vt aduersùs Proteſtantes bellicum apparatum comparet, ſe ęqui accepturos, vt pro Concilij inchoatione tempus extrahatur, nulla verò ratione ſe aſſenſuros, vt ſtante indicto coactoque Trideni Concilio, à Cęſare cum Lutheranis pertinaciſſimis, vel in colloquio, vel in conuentu de Religionis rebus tranſigatur.

27 Dum hęc agitantur ancipiti animorum æſtu ob implicitas grauiſſimas rerum difficultates, commodè acceſſit ad Pontificem Vega Orator Cęſareus de Edicto Wormatienſi promulgato excuſationes allaturus; atque Andalotij, qui nondum Roma diſceſſerat, opera expetijt, vt Concilium Tridentinum niſi exacto menſe Decembri aperiretur; nec in eo fidei dogmata tractarentur, ſed de Eccleſiaſtica diſciplina ad puriorem formam reuocanda, moribuſque ſolutioribus adſtringendis ageretur; cui Pontifex propoſuit, an Cæſar transferri Concilium vellet; cùmque Orator negaret, ſe vlla de ea re mandata accepiſſe, Pontifex decreto primùm Dandino Epiſcopo Caſertano, ſed eo morbo impedito, Marquini, qui erat à ſecretis Imperatori, opera Cæſarem qui iamdiù Tridentini Concilij principium, ac progreſſum retardarat, conſuluit, an vellet Concilium Tridento transferri.

28 At Cæſar cùm veritus eſſet, ne Germanorum odia ex ea re in ſe concitaret, aſſenſit, vt Concilium Tridenti aperiretur, dedirque imperia

Digitized by Google

ria Mendozzio Oratori apud Concilium decreto, vt mox Venetijs Tridentum se conferret, at propterea Paulus Pontifex, qui vehementiori animi ardore flagitabat, vt Concilium Tridentinum celebraretur, decreuit habito VI. Nouembris, Cardinalium Senatu, vt Concilium Trideti XIII. Decembris præsentis anni aperiretur, in quâ diem tùm Dominica tertia Aduentus, dicta *Gaudete*, inciderat. Interea Tridentum Principum Oratores, & Episcopi accesserant, & quotidiè accedebant, vt refert M. S. Vaticani Auctor.

M. S. Arch. Vat. fig. n. 3232 pag. 64. ex mss. Fr. Card. Barb. p. 7.

„ 29 VI. Augusti MDXLV. Reuerendissimus „ D. Archiepiscopus Aquensis, & Episcopi Cla„ romontanus, Rhedonensis, & Agathensis na„ tione Galli, qui heri Tridentum applicuerunt, „ visitarunt Reuerendissimos, & illustrissimos „ DD. Legatos, quibus nomine Regis Christia„ nissimi salutem dixerunt, Suæ Maiestatis ope„ ram, & fauorem in Concilij celebratione offe„ rentes, &c. Grato, & beneuolo animo exce„ pti sunt, gratiæq; Christianissimo Regi actę.]

Addunt Acta de alijs Oratoribus à Ferdinando Rege Hungariæ, & Bohemiæ decretis,

Ext. in mss. Vat. Mandatũ Regii Romanorum.

„ XXIX. Augusti Illustrissimus D. Franciscus „ à Castelalto Orator Sereniſſimi Regis Roma„ norum comparuit coram Reuerendissimis, & „ Illustrissimis DD. Legatis: quibus exhibuit „ mandatum Regium, in quo constituebantur „ Oratores ad Concilium Sue Regiæ Maiestatis „ nomine ipse D. à Castelalto, Episcopus Passa„ uiensis, Episcopus Viennensis, D. Ioannes „ Cochlæus, & D. Antonius Queta: fuerunt ex„ cepti grato animo à Reuerendissimis DD. Le„ gatis, &c.]

Paulus etiam dedit imperia omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, qui Romæ versabantur, vt licèt munera aliqua Curiæ exercerent, ad Concilium Tridentinum se conferrent, vt subiectæ literæ ostendunt.

Paul. III. lib. breu. anno 11. pag. 146. Episcopos ad Concilium Paulus mittit.

Venerabili Fratri nostro Ioanni Dominico Episcopo Ostiensi S. R. E. Cardinali Tranensi nuncupato; & in eius absentia Venerabili Fratri nostro Ioanni Petro Episcopo Albanensi eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali.

Venerabilis Frater noster salutem. Cùm vniuersale Concilium per nos Tridenti indictum, propediem, Deo fauente, aperiendum sit, inibique, sicut audire potuisti, cum Legatis nostris notabilis numerus Prælatorum etiam ex Gallia, & Hispania conuenerit, nos etsi Prælatis in Vrbe existentibus, vt & ipsi illùc conuenirent iam monitis, ob immoderatos proximæ æstatis feruores pepercimus, nè tàm periculoso tempore hoc iter arriperent, tamen caloribus iam remissis, rem omninò vrgere, neminemque Prælatorum eorumdem vlteriùs excusare decreuimus. Quamobrem volumus, ac tibi iniungimus, vt adhibitis tecum cæteris Cardinalibus Collegis tuis, super negotio ipsius Concilij deputatis, omnibus, & singulis Archiepiscopis, & Episcopis, ac alijs Prælatis ad vniuersale Concilium ire debentibus, Romę existentibus, etiam quoduis Officium, & Magistratum Romanæ Curiæ exercentibus, nemine omninò excepto, ex parte nostra significes, ac in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis aliàs geminatis mandes, vt infrà octo dies se ad iter præparasse, ac ex Vrbe discessisse, & intra sexdecim alios Tridentum pro ipsius Concilij celebratione peruenisse debeant, ostendasque eis id quod est, si id fecerint, eos suo primùm officio satisfacturos esse, & deindè Deo Omnipotenti, ac nobis gratum obsequium præstituros, ac dictas pœnas euitaturos esse, ad quarum pœnarum executionem procederetur, si ipsi in hoc essent contumaces, vel negligentes. *Datum Viterbij IX. Septembris MDXLV. Anno XI.*

Regibus scribit Paulus vt Episcopos sui Regni ad Concilium mittant.

30 Vrsit etiam Pontifex Christianos Principes; vt Prouinciarum suarum Præsules ad Tridentinam Synodum mitterent, quo argumento hæ litteræ ad Ioannem Lusitaniæ Regem datæ sunt, vt Lusitanorum Præsulum profectionem vrgeret.

Regi Portugalliæ.

Paul. III. lib. breu. an. 11. p. 43.

Agimus Serenitati Tuæ gratias de hoc studio, & promptitudine animi tui ad ipsius Concilij celebrationem, Deumque oramus, vt tibi, vndecumque pio, & Regem optimum agenti digna præmia in hoc, & in alio sęculo concedat. Nos quidem, fili charissime, tùm nostra ipsi voluntate, ac desiderio, quod omnibus speramus esse manifestum, tùm Tuæ Serenitatis hortatu in ipsius Concilij prosequutionem affiduè intendimus, & intendemus, quod vt facere meliùs possimus, Tuam Serenitatem in Deo Domino vicissim hortamur, studioseque requirimus, vt sicut eius præstantę pietate dignum est, nosque ipsa ad hanc rem tantoperè hortata est, velit vrgere profectionem Prælatorum sui Regni, curareque efficaciter, vt illi sicut iure obligantur, & iam sæpiùs ad hoc sunt moniti, ad ipsum Concilium quamprimùm veniant, cùm præsertim illud propediem sit aperiendum, ac præter tres Legatos nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & multos Italiæ Prælatos, etiam aliqui Galli, & Hispani Prælati eò conuenerint, & reliqui expectentur, &c. *Datum Romæ XXIV. Nouembr. MDXLV.*

Francis. Belcar. lib. 24. n. 14. Paulus Iouius.

31 Dum Præsulum Gallorum maior multitudo expectatur, atque ex arctissimo inter Franciscum I. & Carolum V. fœdere Lutheranę hęreseos excidium, fęliciſſimique sperantur Concilij successus, repentè illud vinculum, quo iuncti erant Reges, disruptum est. Carolus enim Aureliæ Dux, qui Ferdinandi Regis Romanorum filiam cum dotali Mediolanensi Principatu Vxorem ducturus erat, pestilenti febre correptus propè castra, quę aduersùs Anglos defixa erant, inter Abbeuillum, ac Montrolium VI. Idus Septembris, è vita cessit hinc perturbari inter Franciscum I. & Carolum V. concordia cœpit, ad quam tamen redintegrandam Rex Kalend. Nouembris Claudium Hannebaldum Gallico Mari Præfectum, ac Franciscum Oliuarium Regij Serinij Magistrum ad Cæsarem misit, qui priore fœdere ob mortem Aureliani Ducis iam dissoluto, de nouo ac firmiore fœdere sanciendo pertractarent: quia etiam Franciscus Rex (quasi priora consilia) aduersùs Lutheranos capta abijceret, ac Synodo œcumenicæ, quam tantoperè commendarat, celebrandæ aduersaretur) non misit Præsules Tridentum, qui iturì fuerant, sed pauciores iam missos ad se literis reuocauit; erant ij Archiepiscopus Aquensis, & Episcopi Claromontanus, Rhedonensis, & Agathensis, de quibus Angelus Massarellus in Diario Concilij Tridentini hæc refert.

Morte Ducis Aurelianensis filij Francisci Regis pax abrupta. Rex Galliæ Episcopos a Cõcilio reuocat, *M. S. Arc. Vatic. fig. n. 3233. Ang. Massarellus in Diar. Con. Trid. ms. Arch. Vat. M. S. Francis. Car. Barb. fig. n. 123. pag. 8.*

„ Sabbato XIV. Nouembr. MDXLV. Prælati „ Galli petierunt licentiam à Reuerendissimis, „ & Illustrissimis DD. Legatis recedendi ex Tri„ dento, & reuertendi in Galliam, asserentes ita „ habere in mandatis à suo Christianissimo „ Rege.

„ Lu-

,, Lunæ XVI. Nouembris Reuerendiſſimi, & ,, Illuſtriſſimi DD. Legati, accerſitis coram ſe ,, Prælatis Gallicis, videlicet Archiepiſcopo A- ,, quenſi, & Epiſcopis Rhedonenſi, & Agathenſi, ,, inſtantiſſimè eos rogarunt, nè diſcederent ex ,, Tridento, oſtendentes eis multis rationibus ,, quanti mali cauſa talis receſſus eſſe poſſet, & ,, tandem hoc ab eis impetrarunt, vt Rhedonen- ,, ſis craſtina die diſcederet, alij duo remane- ,, rent adhuc per aliquot dies Tridenti, donec ,, hæc res ſignificaretur Sanctiſſimo Domino ,, noſtro.]

Francif. Belcarius Lib. 24. num. 16. M.S.Fr. Car.Barb. fig. 1108. pag. 228. Francif. Belcar. n. 17.

32 Audierat Brugis in Belgio Gallorum Regis Oratores Cæſar, nec de Mediolanenſi Principatu (ciuilium bellorum fonte) Gallis reſtituendo ex nouo fœdere poſtulata admiſit, ſed vnum id tantùm diſertè Gallis Oratoribus reſpondit, ſe Gallorum Regi bellum nequaquam illaturum, niſi à Gallo Rege prouocaretur: itaque Gallici Oratores ad Regem ſuum exeunte Nouembri reuerſi ſunt cum hoc reſponſo, quo Gallorum animi non ſedati, ſed exaſperati ſunt, eaque vſi occaſione Proteſtantes Gallorum Regem ſollicitarunt, vt ipſis aduersùs Cæſarem ſtuderet, Gallique à Tridentino Concilio, quo potentia Cæſarea excitanda videbatur, animis auerſi eſſe cœperunt, adeò vt Agathenſis Epiſcopus clandeſtinam fugam corripuerit, ex qua eum Legati datis literis reuocare niſi ſunt.

Reuerendo Domino tanquam Fratri noſtro Chariſſimo Domino Epiſcopo Agathenſi.

☞ Legati Concilij Epiſcopũ Agathenſem ad Concilĩũ, ex quo clàm diſceſſerat, reuocant.

Reuerende Pater, & Frater noſter amantiſſime. Non paruam concepimus admirationem ex repentino diſceſſu Dominationis Veſtræ, cùm heri veſperi venturum ſe hodiè ad nos Miniſtris noſtris, qui eam noſtro nomine vocauerant, dixiſſet. Nullam cauſam habebat, cur nobis inſcijs, atque inſalutatis clàm recederet, cùm nihil nobis ſit magis cordi, quàm vt Prælati omnes ad Concilium venientes, ea qua decet, ſecuritate, & libertate gaudeant. Cupiebamus alloqui Dominationem Veſtram amicè, & fraternè de ijſdemmet rebus, de quibus eam, & Reuerendiſſimos Dominos Aquenſem, & Rhedonenſem alloquuti priùs fueramus, hortando ſcilicet, rogandoque, & pro noſtræ Legationis munere monendo, vt nobiſcum ad celebrandum Concilium manere, & nullo pacto diſcedere vellet, quod & nunc per literas, ea, qua poſſumus charitate, facimus, reducentes ad memoriam Dominationis Veſtræ diſcrimina, in quibus Reſpublica Chriſtiana ante conſtituta expoſita, quantiſque periculis & fides, & Religio noſtra reperitur, ac repetentes rationes, quas ei coram adduximus, honoris, conſcientiæ, & Epiſcopalis officij, cùm præſertim iam in portis ipſius Concilij ſimus. Viderunt, audiuerunt, & legerunt Prælati cuiuſcumque Nationis hic exiſtentes. Viderunt etiam Domini Aquenſis, & Rhedonenſis prædicti, & vnà cum ipſis duobus Dominatio Veſtra literas Reuerendiſſimi, & Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Farneſij 7. die Nouembris Romæ datas, commiſſioneque & mandato Sanctiſſimi Domini noſtri nobis ſcriptas, in quibus continetur Sanctitatem Suam in ſacro Conſiſtorio de omnium Reuerendiſſimorum Dominorum Cardinalium conſenſu decreuiſſe Concilium ipſum incipi debere Dominica tertia Aduentus proximè futura. Quocirca Dominatio Veſtra ſi adhùc precibus noſtris vllum locum reliquit, iterum hortamur, & per viſcera Domini noſtri Ieſu Chriſti obſecramus, vt memor dignitatis, ac Nobilitatis ſuæ, cogitanſque quibus vinculis, tùm proprij iuramenti, tùm mandati Sanctiſſimi Domini noſtri ad intereſſendum ſacro Oecumenico Concilio teneatur, ad nos redeat. Redibit autem optata nobis, atque omnibus, qui hic adſunt Prælatis, in ea qua ante receſſum ſuum erat libertate permanſura. *Datum Trideti die XXVI. Nouembris MDXLV.* ☜

M.S. Fr. Car.Barb. fig. n. 23. 16. p. 175.

33 Redijt Tridentum Agathenſis Epiſcopus, ac Cardinali de Monte Legato expoſuit, ſe quidem vt Epiſcopum perſtare Tridenti debere, ſed metuere, ne ab irato Gallorum Rege bonis exuatur: fœlicem Concilij Tridentini ſucceſſum pendere ex inſtauranda pace inter Gallorum Regem, & Cæſarem, qua conſtituta omnes Galli Præſules Tridentum confluxuri ſint, & Concilium celebrandum, ni concordia ſanciatur, conijci Gallorum Regem ſe Lutheranis aduersùs Cæſarem coniunctũrum: ex literis verò Internuntij Pontificij in Gallica Aula agentis ad Alexandrum Cardinalem Farneſium datis conſtat, Lutheranorum Principum Oratores honorificè exceptos à Rege, & quinquies ab eo auditos, vehementiſſimèque illum vrſiſſe, vt ſigna attolleret in Cæſarem, ac pollicitos arma Germanica coniunctum iri, vt Mediolano potiatur, atque Auſtriaca Familia deprimatur, Proteſtantes quoque omnes illum Germanicæ Nationis caput, ac Principem conſtituturos, ad eum quoque à Cæſare abalienandum grauiſſimè conqueſtos de Cæſare, qui Henricum Angliæ Regem in ipſum concitaſſet, ambos bellum gerentes contemplari, deque induſtria fauere Anglis, vt in teſſos bello, exhauſtoſque viribus ipſe tertius demùm irruat, nec minùs ſollicitarunt Anglum Proteſtantes, vt pacem cum Gallo aduersùs Cæſarem redintegraret, ac perfecere demum, vt vtriuſque Regis Oratores inter Caleſium, Arderaſque medio interuallo ſub tentorijs VI. Kalen. Decembris conuenirent, ſed irrito ſucceſſu colloquium illud diſſolutum eſt.

Proteſtantes contra Cæſarem Gallum ſollicitant

Fran. Belcar. l. 24. num. 17.

Angel. Maſſarelli in actis Con. Trid. m.s. Arch. Vat. fig. n. 3190. p. 217.

34 Inter ancipites hoſce difficultatum æſtus, Proteſtantibus in peruicacia obfirmatis, & contemnentibus Cæſarem, Cæſareque eos tandem perdomare ferro meditante, Paulus Pontifex Legatis Tridentinis IV. Decembris dedit imperia, vt Concilium inchoarent, vt refert Angelus Maſſarellius, [Cùm (inquit) Apoſtolici Legati, ,, & Præſidentes decem propè Menſes Tridenti ,, abſentes Prælatos expectando permanſiſſent, ,, & iam vltra triginta Patres in ea Ciuitate con- ,, ueniſſent, placuit Summo Pontifici Paulo III. ,, vlteriùs inchoationem Concilij non eſſe pro- ,, trahendam, ſed illud aperiri Dominica tertia ,, Aduentus anni MDXLV.] Afferuntur ab Auctore literæ ea de re, quæ ducunt initium ab ijs verbis: *Superiore anno*, & IV. Decembris huius anni conſignatæ, quo etiam die alias ad Legatos literas dedit, vt Præſulum Germanorum, qui ob comparatas à Lutheranis inſidias accedere Tridentum non poterant, Procuratores admitterent, qui eorum vice ſuffragij ferendi auctoritate pollerent.

Paulus præcepit, vt Concilium 4. Decemb. inchoaretur.

Legati Concilĩũ aperiunt.

35 His acceptis imperijs mox Legati ad celebrandum Concilium ſe accinxere, vt ſubdunt Acta.

,, [Die Veneris XI. Decembris Reuerendiſſimi ,, & Illuſtriſſimi Domini Legati receperunt lite- ,, ras à Sua Sanctitate in forma Breuis, Sub data ,, Romæ apud Sanctum Petrum XI. Decem-

bris

bris MDXLV. quibus literis præcipiebatur Concilium aperiri, & inchoari die XIII. præsentis mensis, quæ erat dies Dominica tertia Aduentus Domini.

Eadem die indicitur publicè ieiunium per totam Ciuitatem ob fælicem inchoationem sacri Concilij &c.

Sabbato XII. Decembris fit generalis Processio omnium Religionum, & Ordinum per Ciuitatem, & preces publicæ ad Deum effunduntur pro huiusmodi fælici aperitione Concilij.]

Vbi proximus affulsit dies, inchoatum est Concilium pro asserenda Religione, excindendis hæresibus, alenda publica pace, expoliendis Cleri moribus, & vi hostium Christiani nominis retundenda, vetere ac solemni ritu, qui in Actis describitur subiectis conceptis verbis.

Angelus Massarellus in act. m.s. Arch. Vat. Conc. Trid. M.S. Arc. Vat. fig. n. 3188. pag. 103. sess. 1. & m.s. Arch. Vat. f.n. 3232. pag. 18. & aliud m.s. fig. m. 3248. p. 7. Diar. Con. Trid. m.s. Arch. Vat. pag. 33.

36 [In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Anno à Natiuitate eiusdem D. Nostri Iesu Christi MDXLV. Indictione III. die verò XIII. mensis Decembris, quæ fuit dies Dominica tertia Aduentus Domini, in qua per Ecclesiam cantatur in introitu Missæ, *Gaudete*; Sedente in B. Petri Apostolorum Principis Cathedra Sanctissimo in Christo Patre, & Domino Nostro Paulo Diuina Prouidentia Papa III. Pontificatus eius anno XII datum fuit initium sacrosancto œcumenico, & generali Concilio Tridentino præsidentibus in eo ipsius S.D.N. Papæ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ nomine Reuerendissimis in Christo Patribus, & Illustrissimis Dominis Ioanne Maria Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero Ceruino, ac Reginaldo S. Mariæ in Cosmedin Diacono Polo, S. R. E. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis.

Mane igitur inter primam, & secundam diei horam conuenerunt in Æde Sanctissimæ Trinitatis in Ciuitate Tridentina ipsi Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Præsidentes, & Legati, necnon Reuerendissimi Patres & Prælati, Venerabilesque Viri Ecclesiastici infrascripti, & exinde acceptis Pluuialibus, Mitris, & Paramentis consuetis, & incœpto à Cantoribus Hymno *Veni Creator Spiritus*; præcedentibusque Ecclesiæ Cathedralis ipsius Ciuitatis, Canonicis, & Capellanis, aliarumque Ecclesiarum Sacerdotibus, Religiosis & Clericis, & associantibus Nobilibus, & popularibus, maxima cum deuotione accesserunt ad Ecclesiam Cathedralem prædictam sub inuocatione S. Vigilij, & in loco eminentiori, & parte superiori ipsius Ecclesiæ ad celebrandum Concilium, & celebrandas sessiones ordinato. In primis Illustrissimus Cardinalis de Monte primus Præsidens, & Legatus cantauit Missam solemnem de Spiritu Sancto. Qua absoluta conuersus ad populum hæc verba fecit, videlicet: Ex speciali priuilegio Apostolico conceditur omnibus hic interessentibus Indulgentia Plenaria in forma Ecclesiæ consueta. Rogate Deum pro pace, & maximè Sanctæ Matris Ecclesiæ.] Deinde per Reuerendissimum Dominum Episcopum Bituntinum, nimirum Cornelium de Mussis, patria Placentinum, eloquentiæ laude florentissimum, indutum Pluuiali, & Mitra, habita est oratio: quæ typis edita est.

37 Cùm peroraſſet Bituntinus Episcopus, inquit Massarellus, qui à secretis erat [Posteà Illustrissimi Domini Præsidentes, & Legati, ac Illustrissimus Dominus Cardinalis Tridentinus: omnesque alij Prælati Pluuialibus, & Mitris induti suo quisque loco ex ordine promotionum consederunt, & Illustrissimus Cardinalis de Monte primus Præsidens recedens è loco iuit ad Altare maius, ibique assedit ad sanctam Synodum conuersus; statimque Magister cæremoniarum ait: Silentium. Cùmque paululùm omnes quieuissent, Diaconus sacris indutus à dextris Præsidentis, dixit alta voce: *Orate*; moxque ipse Illustrissimus Præsidens, & alij omnes genuflexi detectis capitibus, versi ad Altare orauerunt, surgensque Illustrissimus Præsidens legit alta voce infrascriptam Orationem.

Angelus Massarel. in Act. ms. sess. 1.

[Adsumus Domine Spiritus, adsumus quidem peccati immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris: doce nos quid agamus, quò gradiamur, & ostende, quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi complacere in omnibus valeamus. Esto salus, & effector consiliorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, & eius Filio nomen possides glorioſum. Non patiaris perturbatores esse tuæ iustitiæ, qui summam diligis æquitatem: non in sinistrum nos ignorantia trahat: non fauor inflectat, non acceptio munerum, vel personæ corrumpat; sed iunge nos efficaciter tibi solius tuæ gratiæ dono, vt simus in te vnum, sed in nullo aberremus à vero, quatenùs in nomine tuo collecti sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam: vt hic in nullo à te dissentiat sententia nostra, & in futuro pro benè gestis consequamur præmia sempiterna.] Qua Oratione finita, Cantores responderunt: *Amen*.

Ritus seruati in inchoatione Concilij.

38 Deinde Subdiaconus à sinistris Illustrissimi Præsidentis surgens versus ad Synodum dixit alta voce: *Erigite vos*; & omnes surrexerunt. Posteà à Cantoribus decantata est Antiphona. [Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundùm multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine.] Iterumque Diaconus versus ad Patres dixit: *Orate*: & similiter omnes genibus flexis paulisper orarunt: surgensque Subdiaconus à sinistris dixit: *Erigite vos*; & omnes surrexerunt; Illustrissimusque primus Præsidens, deposita Mitra, dixit subsequentem Orationem: [Mentes nostras quæsumus Domine Paracletus, qui à te procedit, illuminet, & in omnem, sicut tuus promisit Filius, inducat veritatem, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus &c.] Et Cantores responderunt: Amen.

Qua finita iterum omnes genuflexerunt, & duo ex Cantoribus cantarunt Litanias more Romano, & ab alijs Cantoribus alta voce respondebatur (licèt quilibet secretò responderet) Cùmque Cantores illi duo peruenissent ad illum versiculum: *Vt Dominum Apostolicum* &c. Illustrissimus primus Præsidens surgens cum Mitra, versus ad Patres, benedixit Synodo per hæc verba: *Vt hanc Sanctam Synodum, & omnes Ecclesiasticos gradus benedicere digneris*: & omnes responderunt Cantores alta, Prælati submissa voce: *Te rogamus audi nos.*

Deinde Illuſtriſſimus primus Præſidens iterum benedixit Synodo dicens; *Vt hanc Sanctam Synodum, & omnes gradus Eccleſiaſticos benedicere, & regere digneris*; omneſque item reſponderunt: *Te rogamus audi nos*. Tertiòque Illuſtriſſimus Præſidens Synodo benedicens ait: *Vt hanc Sanctam Synodum, & omnes gradus Eccleſiaſticos benedicere, regere, & conſeruare digneris*; omneſque item reſponderunt: *Te rogamus audi nos*.

Poſteà procumbente iterum Illuſtriſſimo Domino Præſidente Litaniæ à Cantoribus perfectæ ſunt. Abſolutis Litanijs omnes ſurrexerunt, & Illuſtriſſimus Dominus Præſidens detecto capite, verſus ad Altare dixit; *Oremus*. Tunc Diaconus à dextris ait: *Flectamus genua*, & Subdiaconus à ſiniſtris ait: *Leuate*. Præſidenſque ita Deum precatus eſt: *Da quæſumus, Eccleſiæ tuæ miſericors Deus, vt in Spiritu Sancto congregata hoſtili nullatenus incurſione perturbetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum*, &c. Poſteà Diaconus petijt ab Illuſtriſſ. Domino Præſidente benedictionem pro Euangelio, quam Illuſtriſſimus Dominus Præſidens ei dedit, impoſuitque incenſum more ſolito &c. cantauitque Diaconus Euangelium ſecundùm Lucam, cap. X. *Deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos* &c. cum luminaribus, & cæremonijs conſuetis. Quo finito omnes Illuſtriſſimi Domini Legati, & Cardinalis Tridentinus ſine ordine librum oſculati ſunt.

Deinde alij duo Illuſtriſſimi Domini Legati ad Altare maius profecti ſederunt in faldiſtorijs, medium habentes ipſum Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem de Monte: cùmque paululùm omnes quieuiſſent, ſurrexerunt, & Illuſtriſſimus D. Cardinalis de Monte præfatus, capite detecto genuflexus, idemque facientibus alijs, incœpit Hymnum; *Veni Creator Spiritus*; omneſque genuflexi permanſerunt, donec primus verſiculus Hymni perfectus eſt à Cantoribus. Deinde omnes ſurrexerunt, capitibus tamen detectis, & Cantores totum Hymnum continuarunt. Cùm Illuſtriſſimus Dominus Præſidens dixit: *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur*; Cantores reſponderunt: *Et renouabis faciem terræ*. Poſteà Illuſtriſſimus Dominus Præſidens orauit his verbis: *Deus, qui corda fidelium Spiritus Sancti illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum* &c. Poſtremò duo Cantores dixerunt: *Benedicamus Domino*; & ab alijs reſponſum eſt, *Deo gratias*. Quibus cæremonijs peractis omnes ſuis in locis reſederunt, Illuſtriſſimis Dominis Præſidentibus, & Legatis in ſuis faldiſtorijs permanentibus ante Altare maius.

Tunc Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Feltrenſis aſcendens ſuggeſtum legit clara, & intelligibili voce literas Apoſtolicas ſuper reuocatione ſuſpenſionis, & indictionis Concilij ad quartam Dominicam in Quadrageſima, quæ incipiunt: *Lætare Ieruſalem, & conuentum facite omnes, qui diligitis eam*.] Inſertę ex antea à nobis fuere ſuo loco. Subdunt Acta.

Bulla facultatum Legatorũ Concilij.

39 Deinde legit eam Bullam Legationis, ſeù mandati Apoſtolici in perſona ipſorum Legatorum, & Præſidentium. Conceptæ illæ erant ſubiectis verbis:

Paulus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Venerabili fratri Ioanni Mariæ Epiſcopo Præneſtino, & dilectis filijs Marcello Tit. S. Crucis Presbytero, & Reginaldo S. Mariæ in Cosmedin S. R. E. Cardinalibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ext. in cod. m. s. Arch. Vat. p. 79. & ſig. num. 3232. p. 42. Ang. Maſ. in Act. Con. Trid.

Vniuerſalis Gregis Domini curam nobis licèt inſufficientibus ſuperna diſpoſitione commiſſam viriliter gerere cupientes, ſingulis Chriſtianæ Reipublicæ occurrentijs, quibus debitum Apoſtolicæ ſeruitutis Nos ipſi perſonaliter præſtare non poſſumus, Viros proponimus virtute, doctrina, & auctoritate pollentes, quorum operatione miniſterium nobis commiſſum, Diuina aſſiſtente gratia, vtiliter exequi valeamus. Cùm itaque Nos aliàs ſperantes, quòd in rebus Religionis diſcordia, qua Eccleſiæ vnitas ſcindebatur, penitùs tolleretur, & oues errantes ad ouile Dominicum reducerentur; ac ea, quæ in populo Chriſtiano reformatione indigebant, reformarentur, & in meliorem formam reſtituerentur, necnon communi omnium conſilio, atque auxilio expedito decernerentur, qua & à fidelibus recuperarentur, quæ ab infidelibus occupata erant, & tot millia animarum, quæ quotidiè ſub eorum iugo miſerabiliter peribant, liberarentur, & ſeruarentur, ſuſpenſionem celebrationis Sacri Oecumenici, & vniuerſalis Concilij dudum antea per nos in Ciuitate Tridentina ex cauſis tunc expreſſis de Venerabilium fratrum noſtrorũ S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu indicti, ex certis alijs etiam tunc expreſſis cauſis vſque ad aliud opportunius, & conuenientius tempus (per nos declarandum) de ſimili conſilio, & aſſenſu factam, accepto nuntio pacis inter Chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum conciliatæ, pari conſilio, & aſſenſu ſuſtulerimus, & amouerimus, prout in alijs noſtris inde confectis literis pleniùs continetur. Nos qui ætate noſtra valdè ingraueſcente, & aliàs multipliciter impediti, ad dictam Ciuitatem ad præſens perſonaliter accedere, ac ipſi Concilio iuxta deſiderium cordis Noſtri intereſſe nequimus, nolentes tàm ſanctum celebrationis Concilij huiuſmodi initium ex Noſtra abſentia impediri, vos (*& infrà*) de fratrum Noſtrorum conſilio Noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Legatos de Latere auctoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, voſq; ad illam Ciuitatem Tridentinam pro Concilio huiuſmodi celebrando, tamquam pacis Angelos deſtinamus, ac vobis, aut vno ex vobis legitimo impedimento detento, ſeù abſente, duobus ex vobis nomine, & auctoritate noſtris ipſi Concilio præſidendi, ac in illo pro veſtra pietate & ſapientia, ac omnia, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & alia quomodolibet opportuna eſſe, ac aliàs ad laudem, & honorem Dei pertinere noueritis, etiamſi magis ſpeciale mandatum exigant iuxtà formam literarum indictionis Noſtræ faciendi, & exercendi plenam, & liberam auctoritate præfata, tenore præſentium, concedimus poteſtatem, & auctoritatem, quocirca Circumſpectioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs iniunctum vobis munus huiuſmodi ita implere ſtudeatis, vt perati fructus inde proueniant, voſque à Nobis commendationem, & à Deo bonorum operum retributore fæliçitatis æternę gloriam conſequi valeatis. *Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M D X L IV. VIII. Kal. Martij Pontificatus noſtri Anno XI.*

40 Sub-

Digitized by Google

Literæ Mendozij Oratoris Cæsarei se excusantis de absentia propter infirmitatem.

40 Subdunt Acta: [Quibus literis lectis comparuit Dominus Alphonius Torilla Hispanus, vertensq; se ad Patres dixit infrascripta verba: Cùm Dominus Didacus de Mendoza, Reuerendissimi, & Sanctissimi Patres, assistens Orator, & Procurator Cæsareus, grauissimo iam morbo correptus, ac morbi grauitate præpeditus, nunc Venetijs inuitus detineatur, atque vt æquum erat, & ipse cupiebat, huic Sacrosancto Concilio interesse non possit, literas has ad vos scripsit, quibus Sanctitates Vestræ suæ hinc absentiæ iustissimam causam intelligere valeant. Deinde suę procurationis, & institutionis Cæsareas has literas vnà cum suis mittit, vt vel his facilè cognoscatis, quàm pio, quàmque Christiano animo Diuus atque Inuictissimus Cæsar erga huius Sacrosanctæ Synodi celebrationem se gerat. Ego verò, vt vtrasque has literas legere iubeatis, & audire dignemini, humilibus precibus Sanctitates Vestras precor, &c.] Præfixa erat ijs literis hęc inscriptio: *Sacrosanctæ Synodo generali Tridenti congregatæ, vniuersalem Ecclesiam repræsentanti hæ dentur.*

Porrò ijsdem literis præfatus Mendoza significabat, se à Cæsare decretum Oratorem ad Concilium fuisse, atque ea de re Caroli V. mandatum jam in Concilij initio Legatis Ioanni Mariæ, & Marcello Cardinalibus ostendisse, deinde verò grauiore morbo implicitum decubuisse, atque scripsisse ad Cæsarem, vt alium Oratorem submitteret, tùm has adiecit preces: [Vos interim precor, Sanctissimi Patres, vt hanc moram boni consulatis, protestorque hanc, quam dixi moram ob aduersam valetudinem causatam, nulla in re Imperatori apud hos, qui in Sacrosancto Concilio sunt, nocituram, aliquidue de eius iure adempturam, &c. Valete. Ex Venetijs XI. Decembris MDXLV.

Perlectum deinde Imperatoris mandatum, quo prædictus Mendoza Cæsareus in Concilio Orator, ac Procurator constituebatur, cuius lectionem iterum in sessione quarta repetitam visuri sumus, atque ideò illud mandatum consultò à nobis nunc prætermittitur.

Pergunt Acta. [Quibus literis, & mandato recitatis, Illustrissimus Dominus primus Præsidens respondit impedimentum aduersæ valetudinis Illustrissimi Domini Didaci à Mendoza esse notorium, & propterea excusationem eius esse admittendam: mandatum verò Cæsareum recipiendum esse, & examinandum, prout in literis Domini Didaci petitur, persistendo etiam, quantum ad ipsos Præsidentes & Legatos pertinet, in responsionibus iam factis, cùm aliàs priuatim coram eis mandatum ipsum est exhibitum. Addunt Acta]

☞ *M.S. Arc. Vatic. fig. n. 3188. pag. 107.*

41 Illustrissimus primus Præsidens alloquutus est Patres his verbis: Dies tandem optatissima, Patres, Sacræ Synodi initium auspicandi benignitate, & prouidentia Omnipotentis Dei, Sanctissimi Domini Nostri Pauli Pontificis Maximi pietate, & constantia, Augustissimi Cæsaris fauore ac studio, clarissimorum Regum consensu, vestrum omnium charitate, illuxit nobis. Hæc est dies, quam fecit, & constituit Dominus ad instaurandam fidem, religionem, pietatem, veritatem, Dei cultum, concordiam; sanctissimarum Legum obseruantiam: ad confirmandam quoque auctoritatem Ecclesiæ, castigandos errores, extirpandas hæreses, abscindenda putrida membra, abijciendam pompam, fastum, luxum, mollitiem, omnemque libidinem; præmijs denique bonos, malos verò condignis pœnis afficiendum. Itaque Patres genus electum, Regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, qui nullis longissimorum itinerum incommodis, nullis laboribus, nullis periculis deterriti huc accessistis, quique tam diuturnam in vnum conueniendi moram ægrè ferentes hactenùs in tristitia fuistis, gaudete nunc, & consolamini ab vberibus consolationis vestræ: gaudete, inquam, sicut Apostoli, & Ecclesiæ voce Spiritus Sanctus cunctis fidelibus hodie præcipit; non quidem in sæculo, cuius est fallax, inane, fluxum, & caducum gaudium; sed in Domino semper, qui verum, plenum, perfectum, & sempiternum gaudium elargitur diligentibus se. Modestia insuper vestra nota sit omnibus hominibus, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Etenim Dominus propè est. Propè est certè Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Vbi etiam duo vel tres in eius nomine congregati fuerint in medio illorum est.

Oratio primi Legati ad Patres Concilij.

Oportet præterea nos in eius nomine, non autem in virium nostrarum fiducia congregari, nihilque iam timidos, aut solicitos esse: nam si sepositа mundi sollicitudine, promissa Dei præoculis habentes in omni oratione, & obsecratione, & gratiarum actione pro tot in nos collatis beneficijs petitiones nostræ, non apud mortales per iactantiam, sed per humilitatem innotescent apud Deum, pax eius, quæ summa est, & exuperat omnem sensum, in hac Sacrosancta Synodo celebrandą diriget, & custodiet corda nostra, & intelligentias nostras in Christo Iesu, vt extra ipsum nihil appetamus, nihil quæramus: sed quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quęcumque iusta, qnęcumque amabilia, quæcumque bonæ famę, si qua virtus, si qua laus disciplinæ sit, ea cogitemus, decernamus, agamus, atque executioni demandemus. Et prosequendo sermonem suum dixit.

☞ *In Codice Concily. Decretum inchoationis Cõcilij & indictio secundæ ses.*

42 [Placetne vobis ad laudem, & gloriam Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ad incrementum, & exaltationem Fidei, & Religionis Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pacem, & vnionem Ecclesiæ, ad reformationem Cleri, & populi, Christiani, ad depressionem, & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere, & declarare, Sacrum Tridentinum, & generale Concilium incipere, & incœptum esse? Responderunt: Placet.

In Codice Concilo impresso. M.S. Arc. Vat. tom. 2188. pag. 120. Diar. Con. Trid. pag. 64.

Et cùm proxima sit celebritas Natiuitatis D. N. Iesu Christi, & subsequenter aliæ Festiuitates labentis, & incipientis anni, Placetne vobis primam futuram Sessionem habendam esse Feria V. post Epiphaniam, quæ erit septima Mensis Ianuarij anni Dom. MDXLVI.? Responderunt, Placet.

Feria sexta XVIII. Decembris coacta est prima Congregatio generalis post apertionẽ Concilij, in qua D. Cardinalis de Monte primus Præsidens, & Legatus recitauit, ad inuocandam Spiritus Sancti gratiam, Orationem, *Adsumus*, &c. Deindè proposuit Articulos infrascriptos.

43 Plura discutienda videntur ad Concilium ordinandum. Quædam sunt extrinseca, quædam intrinseca. Ante omnia declarandum est, vt componamus nos ipsos, & personas nostras in vita, & moribus, & studeamus placare Deum precibus,

Digitized by Google

bus, ieiunijs, eleemosynis, & alijs pijs operibus.

Vt Episcopi, & Sacerdotes saltem in Hebdomada celebrent Missam semel.

Vt Familiares nostri sobriè, castè, pacificè, & sanctè viuant, numerus eorum non sit excessiuus.

Articuli propositi ad obseruandum in Concilio.

Vt statuatur dies ad celebrandam Missam in qualibet Hebdomada in Collegiatis Ecclesijs, cum aliqua Indulgentia pro celebrante, & interessentibus, prout seruatum fuit in recentioribus Concilijs.

Vt Concilium sit securum, & liberum in veniendo, manendo, recedendo, & sententijs dicendis.

Vt fiat prouisio eorum, quæ pertinent ad sustentationem nostram, & sunt humano victui necessaria.

Vt honesto pretio conducantur hospitia, atque honesto pretio vendantur, & emantur res.

Vt statuantur Magistratus ad ius dicendum, continendumque in officio bonos, malos verò puniendum.

Vt deputentur Officiales Concilij, prout sunt Abbreuiatores, Secretarij, Aduocati, Promotores, aliqui Cantores, & aliquis Impressor.

Vt conducatur etiam aliquis Medicus insignis.

Vt constituatur Ærarium à Sanctissimo D. N. pro multis, & varijs, & necessarijs expensis ordinarijs, & extraordinarijs, quas fieri continget.

Vt in loco, in quo habemus Sessiones, distinguantur sedilia pro Prælatis, secundùm dignitatem, & gradum cuiuslibet, & pro Oratoribus Principum Laicis, qui non sunt admiscendi cum Prælatis indutis Pluuiali, & Mitra.

Vt statuatur ordo omnium sedentium in Concilio, ne oriantur contentiones inter eos cum scandalo Laicorum.

Vt declarentur, quę personę sunt admittendę ad dandam vocem consultiuam, vel deliberatiuam, vel vtramque.

Vt in qualibet Sessione sit vnus Concionator, & qui voluerit subire onus, det nomen.

Vt materiæ, de quibus erit tractandum in Congregationibus, & Sessionibus, examinentur priùs, & decernatur, quomodo, & qualiter, & per quos erunt examinandæ.

Vt statuatur, quid sit agendum in hac prima Sessione. Super his omnibus poterunt Patres cogitare etiam in Congregatione (quæ, si placet, fiet die Martis proximè sequenti) & dicere sententiam.

Hortamur autem omnes in Domino, quanta possumus charitate, vt cogitent quale sit hoc Concilium, & propter quid sit indictum: quam reuerentiam habere debeamus erga Sanctissimum Patrem, & D. N. Paulum Pontificem Maximum; quantum deferre Inuictissimo Imperatori, Christianissimo Regi, & alijs Serenissimis Regibus Catholicis: quæ ratio sit habenda absentium, præsertim eorum, qui fortasse sunt in itinere, vt propterea nihil præcipitanter agamus, sed omnia cum moderamine, & temperamento condecenti. Reliqua suppleat prudentia, & pietas consulentium. Proposuerunt etiam ipsi Præsidentes considerandum, vtrum à dogmatibus fidei, an à reformatione inchoandum sit, in materijs pertractandis, vtque super his omnibus in futura Congregatione sententias dicerent.

Deindè Venerabilis Sacræ Theologiæ Magister Hieronymus Ordinis Prædicatorum nomine Serenissimi D. Ioannis Regis Portugallię ad Patres perorauit.

Præcipua eius orationis pars his concepta erat verbis.

,, Serenissimus Ioannes Portugallię Rex III. ,, spe futuri Concilij concepta, quo non corpo- ,, ra, sed mentes decipientium, ac deceptorum ,, hominum liberandas sperat à potestate tene- ,, brarum, totus lętus, totusque iucundus, non ,, solùm palmas suas extendit ad superos, sed ,, quàm celeriùs potuit Oratores suos ad vos ,, parare decreuit, qui vobis gaudium eius de ,, Concilij incœptione afferrent, & promptissi- ,, mi animi erga fidem, & Ecclesiam, insignia ,, perferrent: sed eius ardens animus moras non ,, valens ferre, dum solemniores parat, nos in- ,, terim tres Religiosos Dominicani instituti ad ,, vos prœmisit, vt pedibus Sanctissimi Pontifi- ,, cis osculis priùs, datisque ad eum literis, ad ,, vos tandem venerimus, quibus & literas de- ,, dit, quę eius animum vobis aperirent, & man- ,, data, quę eius intentionem apud vos explica- ,, bant. Ait namque, hoc Concilij opus esse, ,, tàm debitum, tàmque necessarium tempori, ,, quo fit, & rebus in eo tractandis, vt non sine ,, Dei numine putet illud esse indictum, vt eo, & ,, peruersa dogmata, quibus totus flagrat Orbis ,, locis tàm periculosis, quibus magna celeri- ,, tate obuiam iri opus est, destruantur, & mo- ,, res, qui penè decidisse videntur, vbique refor- ,, mentur.] Interiectis nonnullis de vindicata ,, ab hęresi Lusitania, addidit: [Indicabo vobis ,, Patres, cùm Serenissimi Regis affectu to- ,, tius Regni non excidium, sed firmissimam fi- ,, dem; non Reipublicę disturbium, sed sum- ,, mam tranquillitatem, & pacem: nam etsi nul- ,, lum, aut paruum Orbis Dominium sit, in quo ,, venenata sua dogmata nebulones isti non effu- ,, derint, mirum tamen est, quòd Dei peculiari, ,, qua illud Regnum custoditur, prouidentiæ ,, adscribendum, necnon Christianissimi Regis ,, industrię, ad nos huius Lutheranę hęresis, quę ,, nunc totum occupat Orbem, nec scintilla per- ,, uenerit. Valete ergo Sanctissimi Patres, & ,, pro tam pijssimo, & de fide, & de Ecclesia ,, tam benemerito Principe incessanter orate. ,, Dixi.

Ang. Massarellus in act. Congr. primæ mi. Arch. Vat. fig. num. 3188. pag. 121. & to. 89. p. 23. Congregatio prima post apertum Concilium. Hieronymus Oleaster nomine Regis Lusitaniæ perorat.

Deinde primus Concilij Præses rogauit Patres, an vellent Regis Lusitani literas legi: quorum publico consensu perlectæ sunt.

Ioannes Dei gratia Portugalliæ, & Algarbiorum Rex, citrà, & vltrà Mare in Africa, Dominus Guineæ, nauigationis, expeditionis, commercij Aethiopiæ, Arabiæ, Persidis, & Indiæ, Sacrosancto generali Oecumenico Concilio diuinitùs Tridenti collecto, Catholicæ Ecclesiæ personam gerenti, cum sincera deuotione, & filiali obedientia salutem.

M. S. Arc. Vat. fig. n. 3232. p. 90. Ext. in act. m. s. Cóc. Trid. auctore Angelo Massarello tom. de Conc. m. s. Vat. fig. n. 3188. p. 122. & tom. 19. pag. 23. Ext. etiam in Diar. Con. Trid. m. s. Arch. Vat.

Cùm earum rerum, quæ ad orthodoxæ fidei sinceritatem, Deique Optimi Maximi gloriam pertinent, exitum initij dignitate metiri debeamus, magnę mihi voluptati fuit, ea vos animorum coniunctione conuenisse ad Sacri Concilij celebrationem, vt Ecclesię Catholicę præsidio, & ornamento esse possitis: si enim statui debet nihil à Sanctissimo conuentu profecturum, quod non esset cum publica omnium vtilitate coniunctum: cui vt non defuturum Spiritus Sancti numen pro vestra omnium integritate, & concordia,

Digitized by Google

Litteræ Regis Lusitaniæ ad Concilij.

dia vero simillimum est, ita eo in consilium adhibito nihil est, quod vereri debeamus, quin constituatis ea, quæ ad constituendam Christianæ Religionis auctoritatem, ad restituendam veterem morum disciplinam, ad totius denique Reipublicæ pacem, & tranquillitatem spectare videbuntur. Quibus omnibus de rebus omninò erunt vestra decreta firmiora, quanto frequentiore, celebrioreque Senatu fuerint sancita, & promulgata. Proindè ne quam occasionem prætermitterem declarandæ animi mei ad eam rem propensionis, Legatos isthùc meos destinaui: qui cùm in apparatu suæ profectionis diuturniorem moram mihi facere viderentur, quàm vestra in conueniendo maturitas, & mea in iubendo alacritas exigebat, præmisi ad vos interim Religiosos Fratres Georgium à Sancto Iacobo, Hieronymum ab Oleastro, Gasparem à Regibus, factæ Theologiæ Magistros, quos inter alios Legatorum comites à me selectos celeriùs istuc ire volui, vt Sacrosancto Concilio obsequij mei firmitatem patefacerent, & vobis consilij mei rationem explicarent. A tanto verò Concilio enixè postulo, vt æquis animis audiantur, & si quid meo nomine habere se in mandatis dixerint, admittantur. Faxit Deus Optimus Maximus, & vt qui ad celebrationem generalis Sacrosancti Concilij Ecclesiam Catholicam repræsentantis ritè conuenietis, omnes legitimè per Spiritum Sanctum congregati ea statuatis, quæ ad Orthodoxæ Religionis puritatem conseruandam, & Diuini nominis augendam gloriam sint penitùs accommodata. *Datum Eboræ XXIV. July anno Salutis humanæ MDXLV.*

☞

,, Quibus lectis literis Illustrissimus Dominus Cardinalis de Monte primus Præsidens, ,, & Legatus respondit, consensu, & approbatione omnium Patrum Sanctam Synodum perlibenter audiuisse literas Serenissimi Regis, ,, cuius studium, & pietatem in defendenda, ,, propagandaque Christi fide, & obseruantia erga Ecclesiam Catholicam omnibus esse compertam. De animo autem Maiestatis Suæ ad promouendas, iuuandasque futuri Concilij ,, res admodum propenso, Deo in primis, ac Maiestati Suæ Regiæ gratias agere, ipsius verò ,, Hieronymi præsentiam Patribus charissimam ,, esse ob eius religionem, & doctrinam, deinde dimissa fuit Congregatio hora XXIV.

Pallauic. Tom. 1. l. 6. cap. 1. num. 12.

Cùm autem Hieronymus supradictus petijsset, vt eum vellent recipere tamquam Regis Lusitaniæ Oratorem, cùm electi à Rege Oratores non adhuc ad iter capessendum essent parati; huic petitioni Legati non annuerunt, quia epistolę Regię, quas obtulit, de eius Legatione non loquebantur, decreuerunt tamen, aliquem illi peculiarem honorem tribuere.

,, 46 Die Sabbati XIX. Decembris RR. DD. ,, Archiepiscopus Aquensis, & Episcopus Agathensis Natione Galli comparuerunt coram ,, Dominis Præsidentibus, & Legatis, petentes ,, ne permitterent aliquid substantiale tractari in ,, Concilio, antequam Christianissimus Rex ,, Oratores suos mitteret exhibentes cedulam in- ,, scriptam.

Episcopi Galli petierunt, vt nihil in Concilio substantialiter tractaretur ante aduentum Oratorum Regis Galliæ.

,, Cùm Reuerendissimæ, & Illustrissimæ Dominationes Vestræ inter alia multa proponant, ,, videndum esse nobis, quibus de rebus potissimùm in hoc Sacro Concilio tractari conueniat, nos mandato Christianissimi Regis respondemus, & petimus, ne ad res tractandas ,, vlteriùs procedant, sed expectent donec idem ,, Christianissimus Rex Legatum suum cum ,, reliquis Regni sui Prælatis, & Doctoribus ,, transmiserit.

Consultis Patribus, in secunda Congregatione generali habita XXII. Decembris ita responsum est.

,, Ad proposita per Reuer. Dominos Archie- ,, piscopum Aquensem, & Episcopum Agathen- ,, sem Sacra Synodus respondit, quòd ad ea ,, quæ proposita per eos erant, & ad reliqua ,, omnia pertinerent, se esse habituram semper ,, rationem Christianissimi Regis, quantum se- ,, cundùm Deum, & rectam rationem, & hono- ,, rem ipsius Synodi fieri poterit. Hortatur autem, & rogat Maiestatem Suam, vt considerans ,, quàm expediat hoc tempore celebrationem ,, Concilij non differri, velit, ac dignetur, quanto citiùs mittere Legatum, siuè Oratorem ,, suum, & excitare Prælatos Regni sui, vt veniant ad ipsum Concilium iam Dei munere in- ,, cœptum, cum magna omnium Christifide- ,, lium lætitia.] Addunt Acta. [Quo responso ,, dato, Archiepiscopus Aquensis, & Episcopus ,, Agathensis gratias egerunt Sanctæ Synodo.]

Rogatę dein fuere Patrum sententiæ de septemdecim Articulis antea propositis, qui iterum discussi fuere in tertia Congregatione generali habita die XXIX. Decembris, in qua etiam sancitum, vt supremi Religiosarum Familiarum Magistri in possessione ferendi vtriusque suffragij & consultiui, & decisiui assererentur: de Insulatis etiam Abbatibus visum est pariter ad ius ,, vtriusque suffragij admittendos: [Postremò ,, (inquiunt eius Congregationis Acta) delecti ,, sunt tres Patres, Hipporegiensis, Cauensis, & ,, Feltrensis Episcopi, quibus onus esset videndi ,, titulos, & promotiones Prælatorum, cognoscerentque de ordine tàm ipsorum Prælatorum, quàm Oratorum Principum in sedendo: & quoad ipsos Prælatos obseruaretur ,, tempus promotionum.

Angelus Massarel. in actis Congreg. tertiæ.

,, Feria III. XXIX. Mensis Decembris fuit Con- ,, gregatio generalis, in qua concluduntur duo ,, decreta, vnum quòd Abbates, & Generales ,, Ordinum habeant vtramque vocem consultiuam, & decisiuam in sacro Concilio; alterum electionis trium Prælatorum, qui curam ,, habeant videndi titulos, & promotiones Prælatorum Concilij, & de ordine eorum, & Oratorum Principum in sedendo cognoscant, nè ,, altercationes, & lites oriantur, nihil tamen ,, decisiuè, sed referant Patribus in Congregatione generali.

MS. Arch. Vat. sig. n. 3232. pag. 97.

47 Interim Legatis, qui de varijs rebus consilium à Pontifice petierant, hæc instructio mandato ipsius Pontificis transmissa fuit.

De capitibus Religionis, abscisso quocumque respectu, primùm tractabitis, damnantes non personas, sed doctrinam, & non solùm generales propositiones, sed particulares, quæ nunc vigent, & hæresum sunt fundamenta.

De Reformatione, nec ante dogmata, nec simul cum illis omninò agetur, cùm hæc secundaria, & minor causa congregandi Concilij fuerit; sed tali circumspectione in hac re vtantur, vt occasioni alijs non sit credendi, eam nos vel euitare, vel ad finem Concilij differre velle: immò declarent, quod, quando Concilium in re principali benè procedere cœperit, de illa sicut conuenit, pertractabitur.

Instructio ad Legatos de rebus Concilij.

Digitized by Google

In rebus, quæ ad Romanam Curiam pertinent, de quibus querelas afferunt, consilijs Prælatorum, & Prouinciarum libenter aures porrigant, non quia Concilij sit illas emendare, sed quia Pontifex de illis optimè instructus remedia porrigat opportuna.

Literæ, & Scripturæ, quæ nomine Concilij expediendæ erunt, etiam nomine Legatorum, vti Præsidentium, & Pontificis vti ab illis repræsentati consignentur, ita vt non solùm Pontifex Concilij conuocandi auctor, sed etiam summam in eo perducendo auctoritatem præferre appareat, & tribus Legatorum sigillis, vel saltem primi muniantur.

Celeriter negotia Concilij, ni imperia contraria recipiant, expediant, vt tempus cum fructu insumatur, & calumniæ ob prolixitatem euitentur.

Facultatem Legatis damus aliquas Indulgentias largiendi, sed animaduertant, vt concessæ à Concilio non appareant, cui summum ius, & auctoritas non competit. Hæc erant instructionis capita. Alij Concilij, & Congregationum tractatus suis locis referentur. Modò ad alia huius anni gesta se conuertat oratio.

Articulos Theologorum Louaniensium, contra Hæreticos Carolus V. cõfirmat. *Surius in comment. hoc anno.*

48 Hoc anno incunte, Cæsar pro asserenda fide Catholica in Belgio, quod impij varijs hæresibus inficere nitebantur, Theologorum Louaniensium Propositiones, Edictis Latina, & Burgundica lingua conscriptis, confirmauit, atque supplicio capitali affici iussit eos, qui contraria orthodoxæ Religioni sentirent; quo audito Lutherus venenata scripta aduersùs Louanienses Theologos sparsit, Sacramentarios tamen damnauit, ac professus est adorandum esse Christum in Sacramento, quod antea negauerat, nam eius thesis decimaquinta his verbis concepta est.

Lutherus damnat Zuinglianos.

,, In Eucharistiæ Sacramento venerabile, & ,, adorabile est, & exhibetur, & sumitur verè, & ,, re ipsa Corpus, & Sanguis Christi, tàm à dignis, quàm indignis] Et thesi vigesima septima hæc habet. [Hæreticos scriò censemus, & ,, alienos ab Ecclesia Dei esse Zuinglianos, & ,, omnes Sacramentarios, qui negant Corpus, ,, & Sanguinem Christi ore carnali sumi in venerabili Eucharistia.] Hęc ille de Zuinglianis; quid verò Zuingliani Tigurini de Luthero sentirent his verbis antea promulgarant. [Pro- ,, phetæ, & Apostoli (inquiunt) Dei glorię, non ,, priuato honori, non suæ pertinaciæ, & superbiæ studebant, sed peccatorum salutem quæ- ,, rebant vnicè: Lutherus autem sua quærit, per- ,, tinax est, insolentia nimia effertur, & confe- ,, stim Sathanæ tradit quotquot illius sententię ,, non illicò subscribere velint, & in omnibus ,, correptionibus suis plurimum maligni Spiri- ,, tus, quàm minimum verò amici, & paterni ,, ingenij habere deprehenditur.] Planè maligno se spiritu turgere ostendit impius Hæresiarcha, dum pestilentissimas satyras aduersùs Pontificum Romanorum dignitatem scripsit, blasphemaque procacia contendit, Pontificatum à Christo institutum, à Sathana esse constitutum, ac picturas infames apposuit, in quibus Pontifici fatellitio Dæmonum succincto aures asininas appinxit, pari insania in alia Imagine Ecclesiam, quam Apostolus modò Virginem castam, modò Columnam, & Firmamentum veritatis appellat, de qua in Canticis dicitur, *Tota pulchra es amica mea*, quamque Ioannes Euangelista Mulieris amictæ Sole Lunam pedibus calcantis specie diuinitùs expressam, vidit, specie Porcæ depinxit, cui insidebat Pontifex, dextra lustrale signum Crucis fingens, ac sinistra oletum fumans, quo œcumenicum Concilium adumbrari volebat, præferens, & quia continentibus votis Concilium à pijs expetebatur, eandem Porcam ad vaporem, & halitum oleti adgrunnientem rictu auido effinxit. Quid sceleratius, & spurcius, vel à Mahomete, vel à Dæmone aduersùs Dei Ecclesiam fingi potuit? attamen hic spurcissimus scurra se organum Spiritus Sancti esse iactauit. Quis non ex his agnoscat illum apertum Sathanæ administrum, blasphemumque Dei hostem, exortemque omnis honestatis, & sapientiæ, cuius tamen vmbratilem, & fucatam speciem Hæresiarchæ affectare contigerunt? Quis tantam amentiam non lugeat, ac Sectariorum horrendam cœcitatem non deploret? nulla quidem in terris sat digna inueniri poterant supplicia ad plectendam tantam Lutheri impietatem, atque adeò proximo anno ad Infernalem carnificinam repentè abreptus est: repetenda verò hic visa sunt verba Surij grauissima, quæ his ,, addidit. [Id quidem notatu dignum est in ,, Lutheri, & totius gregis eius Apostatarum ,, Monachorum scriptis, nihil ferè crebriùs ma- ,, lo Dæmone, & stercore nominari, vt intelli- ,, gat prudens Lector, eos se totos Cacodęmoni, ,, & spurcissimæ Veneri deuouisse, & tales tam ,, impuri homines non alio, quàm vel ipsius ,, Christi Apostolorum loco habentur. O hor- ,, rendam nimis Dei iram! Sleidanus harum pi- ,, cturarum in suis commentarijs libenter memi- ,, nit, & non modò non reprehendit, licèt id ,, plerosque fecisse scribat, sed etiam nititur no- ,, bis ex Luthero Prophetam efficere. Sic olim ,, Manichæi impurissimum nebulonem illum ,, Manetem auctorem Sectæ ipsorum non alium ,, volebant esse, quàm Spiritum Sanctum. Sed ,, veniet ille dies, quando æquissimus Iudex ,, Christus veram feret sententiam, & tunc ap- ,, parebit, quàm nihil profuerit Luthero Sleida- ,, nus vanissimus ipsius Encomiastes.] Sed esto in tanto honore versetur apud Nouatores inhonestus Lutherus, & Propheta ab ijs falsò prædicetur, quantus ille apud Deum habitus fuerit, & quantum valuerint eius preces, vel quanta in patrandis miraculis gratia floruerit, quantùmue illum Dæmon malus pertimuerit, quantùmue decipi Lutherus potuerit in concepta de se sanctitatis, florentissimæque apud Deum gratiæ existimatione, ex conspicuis eiusdem hoc anno gestis perpendamus.

Surius in comment.

Lutherus suo magno periculo Dęmoniacam curare aggreditur sed in cassum.

,, 49 [Anno MDXLV. (prosequitur Surius) ,, Puella quędam dęmoniaca è Misnia adducta est ,, Wittembergam ad Lutherum, ceù tertium ,, Eliam, ea spe, quòd Lutherus Dęmonem el- ,, fet eiecturus. Ille quidem (vtpotè malè sibi ,, conscius) principio valdè se difficilem præ- ,, buit, tamen tandem iussit puellam in sacra- ,, rium Parochianæ Ecclesiæ introduci. Ibi suis ,, quibusdam Luthericis exorcismis adiurat Dæ- ,, monem, sed Dæmon eius exorcismos irridet. ,, Tum verò Lutherus mirè angi, discruciari, & ,, è sacrarij ostio se velle propripere. At malus ,, Dæmon adeò obstruxit ostium, vt neque foris, ,, neque intus referati potuerit. Ea res etiam ,, in maiores illum miserum angustias adduxit, ,, iamque per fenestras erumpere conabatur, sed ,, conatus eius cancelli ferrei retardabant, deni- ,, que securi ferrea per cancellos immissa ostium ,, pertringi oportuit, vt Luthero pateret exitus.

,, Fa-

A Zuinglianis vicissim dãnatus.

Ioann. Cochl. in act. & scriptis Lutheri. Sur. in comment. Sleidan.

Digitized by Google

,, Faxit Dominus Deus noſter, vt ad ſanitatem
,, redeant, qui eius hominis nulla vitæ ſanctimo-
,, nia, nulla miraculorum efficacia ſuffulti infau-
,, ſtum Euangelium magno totius Europæ malo
,, complexi ſunt.

Non defuere ſimiles Luthero fanatici impoſtores, qui ſe numine afflatos fingerent, mendaciorumque phalerata pompa ſimplices, & credulos inſanis erroribus illaquearent, inter quos flagitio inclaruit hoc anno Dauid Georgius, vt narrat Ioannes Cochlęus ſubiectis verbis.

Cochl. ad an. 1545.

,, 50 In Friſia ſurrexit Laicus quidam in Op-
,, pido Emeda nomine Dauid Georgius ex Del-
,, phis Oppido Hollandiæ, qui abſurdiſſimos
,, propoſuit articulos, in quibus etiam Saddu-
,, cęorum renouauit errores, negans reſurrectio-
,, nem carnis, extremum Iudicium, Angelos,
,, Dęmones, Baptiſmum, Matrimonium, Scrip-
,, turas, Paulum, Vitam ęternam in Cœlo.
,, Affirmauit autem ſe tertium eſſe Dauid, qui
,, in Regno Chriſti ſuper terram regnare debeat;
,, vxores voluit eſſe communes, docuit non eſſe
,, peccatum coram hominibus: non ſpiritum,
,, ſed ſolam carnem peccare, ſtultos fuiſſe Apo-
,, ſtolos, & Martyres, quòd tormenta, mor-
,, temque propter Chriſti confeſſionem paſſi
,, ſunt, quia ęquè benè ſaluentur ſpiritus infide-
,, lium, ſicut fidelium, & ęquè benè damnetur
,, caro Apoſtolorum, ſicut infidelium.] Fuiſſe
illum faſcinatum à malo Dęmone, Magiciſque artibus inſtructum, ac plures alios etiam errores docuiſſe narrat Surius in commentarijs. [Ille, inquit, inſanus non ſe dubitauit Dei nepotem appellare, cum feris, & auibus quocumque eſſet collibitum idiomate colloquia miſcuit, & ab illis alimenta accepit, haud dubio pręſtigijs, & Dęmonum opera vſus. Aiebat Cœlum prorsùs eſſe vacuum, ſe diuinitùs miſſum, vt Regni hæredes accerſeret, multaque id genus alia, & abſurda, quibus tamen non defuerunt, qui fidem commendarent, vt eſt hoc ſęculum pudendum leuitate, & pluſquam anili ſtoliditate auidũ in res nouas quantumcumque abſurdas, & impias: prorupit eo demùm ipſius impietas, vt ſe Meſſiam à Prophetis promiſſum ſequacibus, deprauatis Scripturæ oracuſis, ſuaderet, ac Imperium Orbis Terrarum conſtituto tempore capeſſiturum, cùmque arte pingendi vitri antea ęgrè vitam ſuſtentaret, magnas mendacijs huiuſmodi opes comparauit. Cùm verò Cęſar ſimilium Impoſtorum amentiam coërceri ſupplicijs iuſſit, è Batauia Baſileam profugit, ac ciuitate donatus, quod Euangelij cauſa ſe extorrem factum mentiretur, magnificas ſibi parauit Ædes, tùm Arcem, ac prędia coëmit, ac Regia propè magnificentia coniuncta, cum ſimulata modeſtia omnium in ſe oculos conuertit, vt verò demùm infœliciter perierit, eiuſque fraudes patefactæ, damnatęque, ſuo loco dicetur.

Sur. in comment. ad annum 1543.

Nouos errores diſſeminat Dauid Georgius.

Cochleus in act. & ſcriptis Lutheri

51 Eodem anno Swenckfeldiana hęreſis, quę in Sileſia, & Morauia Ioannis Fabri pijs ſtudijs, ac Regis Ferdinandi ſeueritate ſopita fuerat, in Sueuia propagata venena latiùs diffudit, vt narrat Cochlęus, qui ad confutandos impiorum errores plures etiam libros edidit.

Swenckfeldiana hæreſis propagatur.

,, Erupit (*inquit*) alia hęreſis noua in pleriſ-
,, que Sueuiæ Oppidis, quam Swenckfeldia-
,, nam vocant, cuius author Sleſita eſt genere
,, nobilis. Is ergò vt aliquid noui, per quod in-
,, noteſcat, afferat, ex antiqua Manichæorum
,, hæreſi dogma vetus arripit, ac renouat, do-
,, cens Chriſtum noũ fuiſſe conceptum in vtero
,, Virginis Mariæ ex natura, & ſanguine eiuſ-
,, dem, opificio Spiritus Sancti, neque ex ea
,, natum, ſed aliundè à Deo creatum hominem
,, aſſumpſiſſe. Inter has inſanientium, & vndi-
,, que irruentium Hęreticorum diuerſas machi-
,, nationes, impioſque conatus, ſua pro parte
,, Catholicorum ſtudia exercens Cochlæus quæ-
,, dam Opuſcula ſua Latinè ſcripta, velut anti-
,, dota quędam euulgauit, vtpotè Miſcellaneo-
,, rum Libros tres, qui diuerſos continent tra-
,, ctatus triginta; item Conſiderationem de con-
,, cordię tractatu contra duo ſcripta Lutherano-
,, rum; item Velitationem, contra quatuor con-
,, iecturas Andreæ Oſiandri de fine Mundi; item
,, Replicam in Muſculi Anticochlęum de Sacer-
,, dotio, & Sacrificio nouę legis, & in Antibolen
,, Bullingeri, atque in quædam ſcripta Buceri,
,, item in Nycticoracem noui Euangelij, &c.

Pertentarunt nonnulli Italiam Lutheranę Zuinglianęuè hęreſeon venenis inficere, ſed hæc impiorum molimina legum ſeueritate facilè fracta conciderunt, nam cùm in Clero, & Populo Mantuano ea lues apertis impijs diſceptatiunculis ſerperet, Cardinalis Mantuanus eam mox coërcuit, cuius diligentiam commendauit Pontifex, illique ſacrę Cenſurę munus aduerſus quoſcumque etiam Religioſos iniunxit.

Cardinali Mantuæ.

52 Dilecte fili noſter ſalutem, &c. Accepimus nuper, quod cùm in iſta Ciuitate Mantuæ nonnulli Clerici etiam literarum, & Sacræ Theologię rudes, arteſque mechanicas exercentes, auſu temerario de rebus ad fidem Catholicam pertinentibus, deque articulis fidei, & Sanctę Romanę Eccleſię ſacris inſtitutis non ſolùm diſputare, ſed etiam dubitare auderent in animarum ſuarum perniciem, & graue aliorum ſcandalum, fuit in hoc à Circumſpectione tua pro boni Cardinalis, & Epiſcopi officio opportunè prouiſum, ita vt hoc malum, quod ſi fuiſſet neglectum, vlteriùs ſerpere, & progredi potuiſſet, tua cura, & diligentia, metuque acriorum pœnarum repreſſum fuerit, de quo eandem Circumſpectionem tuam laudamus plurimùm, vt debemus, & in Deo Domino commendamus hortando illam, etſi hortatione in hoc ſciamus non egere, vt in cœpta pietate, ac vigilantia perſeueret, Apoſtolica quoque ei auctoritate iniungentes, vt per te, vel alium, ſeù alios à te ſubdeputandos etiam contra Clericos ſæculares, & cuiuſuis Ordinis etiam Mendicantium Regulares per totam Ciuitatem Mantuæ, & tuam Diœceſim Mantuanam exiſtentes, & vbicumque tua iuriſdictio quomodolibet ſe extendat, etiam auctoritate Apoſtolica exemptos, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectos ſuper crimine hæreſis, & an eorum aliqui libros Hæreticos habeant, legant, & opiniones ab Eccleſia reprobatas, ac damnatas ipſi teneant, & alios doceant, iuxta canonicas ſanctiones diligenter inquiras, teſtes recipias, culpabiles, & ſuſpectos capi, & prędictis indicijs torqueri facias, proceſſuſque deſuper vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè formatos, tuo ſigillo clauſos in forma authentica ad nos tranſmittas, vt deſuper opportunè prouidere poſſimus, &c. Ad hæc verò peragenda ampliſſimis eum mandatis reſciſſis quorumuis contrarijs priuilegijs inſtruxit. *Datum Romæ apud S. Petrum die VII. Februarij MDXLV. Anno XI.*

Paul III. libro breu. anno 11. pag. 413.

Hæreſes, quæ Mantuæ ſerpebant à Cardinali Mantuano repreſſæ.

53 Diffundere quoque virus ſuum Mutinæ cœperat hæreſis, opera, & aſtu Philippi Valentini, quod cùm fama accepiſſet Pontifex, mox ad capiendam eam vulpeculam, nè vineam Domini euaſtare pergeret ..... Duci Ferrariæ dedit mandata, vt pro ſuo in Deum cultu, & Religionis ſtudio Hæreticum hominem in carcerem conijceret.

Paul. III. lib. breu. anno 11. pag. 246.

Duci Ferrariæ.

Dilecte Fili Nobilis Vir ſalutem. Relatum eſt nobis, quòd in Ciuitate Mutinæ hæreſis Lutherana incebruit, & quotidiè magis increbreſcit, ac diffunditur, quodque huius mali auctor, & caput fuit, & eſt iniquitatis filius Philippus Valentini, quod tuę Nobilitati, quę inſigni pietate eſt prędita, indecorum, & nobis meritò moleſtiſſimum. Quamobrem dedita opera pręſentium latorem ad te mittendum duximus, te ex animo hortantes, & requirentes, vt pro boni, & Catholici Ducis officio, quod Deo, ac nobis, & ſanctę Eccleſię debes, proque tua, & Maiorum tuorum pietate, & Religione dictum Philippum ſtatim comprehendi facias, & ad noſtram detineri inſtantiam, eiuſque libros, ac literas perquiri, eo enim compreſſo, facilè nobis, ac tibi erit, complices eius compeſcere, & huic malo prouidere, &c. *Datum Tuſculi XXVII. Maij MDXLV. Anno XI.*

Philippū Valentinum Hæreticum Paulus iubet, vt cuſtodiæ tradatur.

Extinctis ea diligentia primis Lutheranæ impietatis ſcintillis, nullum in Italia exarſit incendium, quo conflagratura videbatur. Intentabat tunc etiam Turca tot præteritis victorijs elatus, Italiæ irruptionis barbaricæ terrorem, cuius primos impetus trepida Siciliæ Inſula expectabat, ad quos propulſandos cùm Cęſar bellicos apparatus neceſſarios inſtrueret, Siculi centum millia aureorum in ſumptus ſpopondere, modò Clerus ratam portionem pro vectigalium magnitudine conferret, ſed cùm Lateranenſis Concilij ſanctio quidquam à Clero exigere Principibus vetuiſſet, Paulus ea religione Carolum ſuis literis exoluit.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto.

Paul. III. lib. breu. anno 11. pag. 313.

54 Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Exponi nobis nuper fecit Maieſtas Tua, quod cùm vt impijſſimo Turcarum Tyranno inuaſionem in Regnum Tuum Siciliæ vltra Pharum Claſſe parata iterum comminanti, Diuino poſſis auxilio obuiare, & à Regno prędicto eorum incurſus propellere, Magnates, & alij Laici eiuſdem Regni in quodam generali colloquio per eos habito *Parlamento* nuncupato conſtituerint tibi in præſenti anno vltra donatiuum in præterito præſtitum cauſa prædictæ inuaſionis propulſandæ ſummam centum millium ducatorum auri dare, dummodò Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archimandritę, & alię perſonę Eccleſiaſticę dicti Regni pro rata reddituum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos obtentorum in hoc contribuerent, qui etſi ſponte ratam prętatam etiam in pręſenti anno, interueniente tamen noſtra ad hoc licentia, dare ſtatuerint, obtulerintque perſoluere, quia tamen per diuerſas canonicas ſanctiones, & poſtremò per fælicis recordationis Leonem PP. X. Prædeceſſorem noſtrum in nouiſſimo Lateranenſi Concilio ſub diuerſis cenſuris, & pœnis prohibitum exiſtit, nè Reges, Principes, & alij Potentatus ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Archimandritis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, etiam ſponte offerentibus, ſubuentionem aliquam pecuniarum recipiant, aut illi præſtent, Maieſtas Tua ſubuentionem ipſam capiendo, & prędicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archimandritę, & alię perſonę Eccleſiaſticę elargiendo, dubitant cenſuras, & pœnas prędictas incurrere, propterea Maieſtas Tua ſuo, & prędictorum nomine humiliter nobis ſupplicare fecit, vt pro quiete Tuę, & ipſorum conſcientię in prędictis noſtram, & huius ſanctę Sedis auctoritatem interponere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes ex defenſione prædicti Regni à tyrannide impijſſimorum Turcarum, non minùs Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus perſonis commodum prouenire, imò hoc etiam in Almę Vrbis noſtrę, ac totius Italię, & Chriſtianę Religionis conſeruationem cedere, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archimandritis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis prędictis, vt ratam huiuſmodi eidem Tuę Maieſtati perſoluere, tuque vel tui Officiales illam exigere, & recipere abſque prędictarum, vel quarumuis aliarum cenſurarum, aut pœnarum incurſu liberè, & licitè, attenta cauſa, & neceſſitate prędicta, pro hac vice tantùm, valeatis, licentiam, & facultatem auctoritate Apoſtolica per eaſdem pręſentes concedimus, & indulgemus, &c. *Datum Romæ, &c. die IX. Maij MDXLV. Anno XI.*

Paulus concedit, vt Clerus Siculus ſubueniat Imperatori de pecunijs Eccleſiaſticis, ob Turcicum bellum.

55 Cæſar verò, cùm ad arcendas Turcarum ex Pannonia in Germaniam irruptiones exercitum pararet, nec Proteſtantes Principes poſſet flectere, vt aduersùs Turcas arma coniungerent, niſi ille ipſos à Concilij Tridentini excipiendis decretis immunes pronuntiaret, nec in ius ob Eccleſiaſticos oppreſſos, expilatoſue vocari permitteret, Gerardum Veltuuichum Oratorem ad Solymanum pro Inducijs paciſcendis mandatis ampliſſimis ſultum miſit, ne eodem tempore à Turcis, & Lutheranis inuaderetur; Menſe etiam Iunio, Clerum, & Senatum Colonienſem in ſuum patrocinium adſciuit aduersùs tyrannidem Hermanni Archiepiſcopi Lutherani, eumdemque in ius, vt accuſatoribus reſponderet, accerſiuit, quem etiam Pontifex inſtituto ordine iudiciario ad ſubſellia Apoſtolica, recurrente die ſexageſimo ſe ſiſtere iuſſit. Spreuit verò ille Pontificis, & Cæſaris Edicta, cùm Proteſtantium armis fulciretur, quem tamen poſtea gradu deturbatum, pulſumque viſuri ſumus: ingraueſcebat verò in dies adeò Lutheranorum potentia, vt cùm Henricus Brunſuicenſis Princeps ditione ſua Religionis Catholicæ odio depulſus conſcriptis copijs Principatum recuperare anniteretur, hoſtium numero obrutus, captuſque cum Carolo filio fuerit, cuius ſortem miſeratus Cæſar Lantgrauium victorem monuit, vt benignitate captos Principes complecteretur; at Lutherus è contra Lantgrauium, & Saxonem edito libello deterruit, nè Brunſuicenſem dimitterent, allato eo argumento, illum à Deo caſtigatum non poſſe abſolui, niſi veram agat pœnitentiam, & ritè ſatisfaciat; quibus verbis Hæreſiarcha, qui pœnitentiam, & ſatisfactionem adeò inſectatus eſt, ſeipſum confe-
,, cit. [Hoc loco (inquit Surius) aliquid valet
,, pœnitentia, & ſatisfactio, quam adeò irrident
,, iſti Euangelici.] Nec prætermittendum ſilentio viſum eſt, quòd cùm Ioannes Gropperus Canonicus Colonienſis, eruditione, & pietatis ſtudijs clariſſimus, fortiſſimè Religionem Catholicam propugnaret contra Lutheranos, fictis criminibus fuiſſet appetitus à Lutheranis, quaſi cum ipſis

Surius in comment. Carolus V. cum Turcis inducias curat paciſci.

Surius vbi ſupra. Proteſtantes ſpoliant Henricum Brunſuicenſem Dominio ob Catholicam fidem.

lib. 4. de rebus memor.

Digitized by Google

Surius in comment. hoc anno 1547.

ipſis ſentiret, & rem Catholicam prodidiſſet, vt eo crimine perſtrictus in odium apud Catholicos adduceretur, ille elegantem Apologiam ſcripſit, qua ſubornatum crimen à ſe depulit: de cuius inſignibus virtutibus, & caſtimoniæ excellenti laude hęc refert Surius. [Fuit admirabili eloquentia, rara eruditione, animo imperterritus, nocte, & die Scripturæ Sacrę, & ſanctiſſimorum Patrum lectioni incumbens, atque à fœdiſſimo concubinatu, quo ſe plerique ex Clero turpiter dehoneſtant, vſque adeò abhorrens, vt cùm quodam die domum reuerſus, famulam inueniſſet lectum ipſius ſternentem, vehementiſſimè commotus, repentè famulam è cubiculo exegerit, & lectum è feneſtra cubiculi proiecerit, hoc ipſo ſanè egregium animi ſui erga continentiam zelum, & ardorem prę clarè declarans, quod idcircò commemorare volui, vt tanti Viri exemplo commoueantur Eccleſiaſtici, & carnis petulantiam victus parſimonia, ſacræ lectionis, & feruentium precum aſſiduitate, vigilijs opportunis, mulierum vitanda conſuetudine, & id genus alijs pietatis ſtudijs edoment, deſinantque aduersùm ſe prouocare iram præpotentis Dei, atque procacibus Hæreticis veterem, eandemque Catholicam Religionem lacerandi, ac proſcindendi præbere occaſionem.] Fuit illę Præpoſitura Bonnenſi donatus pulſo Friderico Lutherano, egregiamque Religioni reſtituendæ operam nauauit, ob quam Cardinalitijs apicibus à Paulo IV. poſtea ornatus eſt, vt ſuo loco viſuri ſumus, nunc reliquas huius anni res proſequamur.

Paulus curat pacem firmare inter Imperatorem, & Regem Galliæ.

56 Incubuit interea Pontifex alendæ, fouendæque paci, quæ ſuperiori anno inter Cæſarem, & Franciſcum Galliæ Regem confecta fuerat, atque ad eam arctiùs conſtringendam Interpretes adhibuit, qui fuerant illius ſanciendæ maximi auctores, nimirùm Gabriëlem Guſmanum, ac Petrum de Soto Ordinis Prædicatorum, ad quorum poſtremum extant literæ, quibus egregijs cœptis iuſſit inſiſtere, cùm ex ea pace Reipublicę Chriſtianæ ſalus penderet.

Dilecto filio Petro de Soto Ordinis Prædicatorum, & Sacræ Theologiæ Profeſſori, Sereniſſimi Cæſaris Confeſſario.

Paul. III. lib. breu. anno 11. pag. 252.

Dilecte fili, &c. Veniens nuper ad nos dilectus filius Gabriël de Guſman Ordinis Prædicatorum, & Sacræ Theologiæ Profeſſor Chriſtianiſſimæ Reginę Franciæ Confeſſor pro expeditione cuiuſdam Monaſterij, ad quod eum Rex Chriſtianiſſimus nobis nominauit, multa retulit de tua ſingulari doctrina, ac pietate, vtque in negotio pacis, inter Cæſaream Maieſtatem, & dictum Regem Chriſtianiſſimum, nuper confectæ, vnà ſecum piè, ac diligenter laboraueris, quę etſi erant nobis antea de te cognita, tamen ex ipſo etiam Gabriële audire iucundiſſimum nobis fuit, teque de hoc ſummopere in Domino commendamus: rem enim procuraſti non ſolùm illis Principibus, & eorum Regnis, verùm etiam vniuerſę Chriſtianitati ſalutarem, quæ vt diutiſſimè conſeruetur, nobis, ac tibi, & bonis omnibus laborandum eſt, quamobrem nos publicę vtilitatis, quę ex hoc dependet, deſiderio ducti, cum nonnulla ad eiuſdem præſeruationem pacis pertinentia nobis in mentem veniſſent, ea per ipſum Gabriëlem iſthùc redeuntem tibi nota eſſe voluimus, vt in his Sereniſſimo Cæſari ad commune bonum ſedandis pietatem tuam exerceas, quemadmodum ea pleniùs, & vberiùs idem Gabriël noſtro nomine tibi referet. *Datum Romæ XXII. Martij MDXLV. Anno XI.*

Bellaius lib. 10. Paul. Iouius lib. 5. Belcar. lib. 24. Martinus Bellaius vbi ſupra.

57 Adulto anno confundi ea pax viſa eſt, cùm Dux Aureliæ iuuenis omnibus corporis, atque animi dotibus, quę à natura conferri poſſent florentiſſimus, cui Belgij, aut Mediolani Principatus à Cæſare cum Sponſa Regia erat promiſſus, anno vigeſimo tertio extinctus eſt ex febre (vt dictum eſt) peſtilenti apud Monaſterium firmum, dum bello aduersùs Anglos vacaret: Franciſcus enim Rex Boloniam terra, marique obſidione cinxerat, & Angli à Gallis cruenta pugna tumultuaria victi, deletique ſunt, Claſſis etiam Gallica centum quinquaginta onerarijs, ac viginti quinque triremibus, & ſexaginta minoris aluei nauibus conſtans, Menſe Iulio in Angliam vela fecit, ac repentina exſcenſione facta multa loca euaſtauit. Miſit etiam Franciſcus Rex Reginæ Scotiæ viduę ſubſidiarias copias (Duce Comite Lenoto) ad frangendam Regis Angliæ vim, ſed Anglus eumdem Comitem (tradita illi nepte in vxorem) ad ſuas partes pellexit, quare Franciſcus Rex, cum nouis copijs Broſſium, deindè Lorgium, Duces ſtrenuos, ad Scotos confirmandos ſubmiſit. Commiſsis autem ad Boloniam pluribus minoribus prælijs, contigit, vt Claudius Guiſius Dux in prælio quodam certans ab Anglo percuteretur, adacto per oculum in cerebrum lanceæ fruſtro ad occiput pertinente, eoque educto diuinitùs percurraretur, cęterùm in caſtris Gallorum, & circumiectis Oppidis horrida lues ex nimijs imbribus graſſari cœpit, & noctu repentè extincti plures reperti, qui interdiù nullam morbi ſignificationem dederant, idque in diuerſorio, in quo ipſe habitabat contigiſſe tradit Martinus Bellaius, additque mitigatam luem hoc remedij genere. [Cùm ad extremum non aliud ſepulturæ genus vſurparetur, quàm quòd vniuerſis in domo aliqua mortuis domus ipſa in eos diruta vice ſepulchri erat.] *Belcar. lib.* 22.

Cæterùm Henricus Angliæ Rex ſuorum veritus odia, & belli ſumptibus fatigatus, reiecta antea pacis conſilia complexus, Boloniam Franciſco Regi redimendam auro reſtituit, proximo anno idem etiam Franciſcus Rex, poſtquam Caroli Aureliæ Ducis funus luxiſſet, Oratores ad Cæſarem miſit, acturos de pace, quæ filij morte confuſa erat redintegranda, quibus Cæſar damnoſæ tranſactionis ſollicitudine liberatus reſpondit ſe bellum Regi nunquam illaturum, niſi iniuria à Gallo prouocatus eſſet, ita priores controuerſiæ recruduere, & Carolus Dux Sabaudiæ recuperandi Principatus ſpe deiectus eſt: tanto porrò Franciſcus Rex Regni ab Hęreticorum peſte vindicandi ſtudio arſit, vt cùm in Delphinatu, & Comitatu Auenionenſi nonnulli Pagi hęreſi infecti leuiora remedia non admitterent, immiſſis in eos copijs funditùs deleuerit, nimiaque ſæuitia miles nulli ætati, vel ſexui pepercerit. *Belcar. foreſt. lib. 6. cap. 63.*

In Luſitania contra Hæreticos exercita ſeueritas.

58 In Luſitania ſacra fidei cenſura exercebatur nimia acerbitate in Neophytos Marranicæ hæreſeos ſuſpectos, ac Pontifici relatum eſt ab Adminiſtris Regijs, & Cenſuræ gerendæ Præfectis multa crudeliter, & iniquè patrari, inſontesque eadem pœna cum ſontibus inuolui, inſontium itaque à Iudicum crudelitate vindicandorum ſtudio Pontifex cognitionem eorum cauſæ ſibi reſeruauit, animaduerſionemque in mancipatos carceribus extrahi iuſſit: quod decretum Pontificium, cùm Luſitaniæ Rex in partem iniquam

Digitized by Google

quam detortum acciperet: Pontifex ſubiectis literis decreti ſui æquitatem, firmitatemque in luce collocauit, blandiſque verbis Regias iras permulſit.

☞ *Regi Portugalliæ.*

Paul. III. lib. breu. anno 11. *pag.* 161. & 232.

Attulit ad nos nuper dilectus filius Simon de Vega literas Serenitatis Tuæ XIII. Ianuarij Eborę datas longiſſimas illas quidem, in quibus cauſas petitæ per Te Inquiſitionis ab initio repetens, de vltimo Breui, per quod inhibuimus, ne contra Neophytos incarceratos ad executionem procederetur, donec nos à Ioanne Riccio electo Sypontino, quem ad Te Nuntium miſimus, de quibuſdam informaremur, multa Serenitas Tua queritur, contra ipſos Neophytos grauiſſimè inuehitur, ne noſtris quidem parcit, ad poſtremum omni inſtantia petens, vt inhibitione reuocata inquiri iſthìc contra Hæreticos, Iudaicamque perfidiam plena ſeueritate velimus. Ad quæ, nos, fili chariſſime, licèt multo acerbiùs, quàm à Te expectandum fuerat, ſcripta, memores tamen eius perſonæ, quam gerimus, remota omni iracundia, ſedatoque animo reſpondebimus, nihilque ſcribet vnquam Tua Serenitas ad nos tam aſperè, quod nobis beneuolentiam in Te noſtrã minuat, ac primùm ad communia communiter reſpondebimus, criminationes videlicet ac ſuſpiciones hinc indè eſſe mutuas, & vbique famam hominum præſertim in Aulis Principum patere linguarum morſibus. Nos tamen de Tua Serenitate nihil ea indignum credidiſſe, aut credere, omniumque iſthìc minùs rectè per hos annos geſtorum culpam non Tuæ Serenitati, quàm piam, & rectam exiſtimamus, ſed potiùs Tuis Miniſtris aſſignare, quorum conſilijs effectum eſt, vt nuper Tua Serenitas dilectum filium Ioannem de Montepolitiano electum Sypontinum Nuntium noſtrum in Tuum Regnum venire prohibueris, quæ excluſio Nuntij Noſtri, cùm grauiter offendat, vt debet, tùm cauſa excluſionis non minùs, à Tuis enim Agentibus relatum nobis eſt, ideò ipſum Nuntium à Tua Serenitate excluſum fuiſſe, quòd nos poſt eius diſceſſum literis noſtris mandauerimus, nè quid contra eos fieret, qui ab Inquiſitionis Miniſtris in carceribus detinebantur, quę res multipliciter nos admirari coëgit, primùm quòd ipſe Nuntius noſter multò ante excluſus à Te fuerat, quàm hæ Tuę literę expedirentur, deindè quòd illę nihil continent, quod iuſtitiæ, & æquitati non maximè conueniat, nam cùm grauiſſimæ, atque acerbæ de Miniſtris ipſius Inquiſitionis ad nos querelæ & antea eſſent delatę, & aſſiduè deferrentur, tamquam ſuo officio iniuſtè, & crudeliter vtentibus, noſque de nimio erga Serenitatem Tuam reſpectu ſubaccuſaremus, nos de ipſis querelis Tuos Agentes paternè admonuimus, vt Serenitatem Tuam (forte hęc ignorantem) admonerent; illi autem ſtatim nobis ſupplicarunt, pergratumque Tuę Serenitati id futurum affirmarunt, vt Nuntio ipſi noſtro, quem tùm expediebamus, mandare vellemus, vt de huiuſmodi querelis ſe informaret, ſi enim eas veras comperiſſet, prouideri à nobis poſſe, ſi autem non comperiſſet, apparituram illorum Miniſtrorum probitatem, Tuæque Serenitatis honori ſimul conſultum iri, itaque fecimus, mandatis huiuſmodi ipſi Nuntio, antequam à nobis diſcederet, datis. Cùm verò poſtea nouæ querelę ſequutę eſſent de multis iniuſtè crematis, & pluribus, qui in carceribus eſſent, cremandis, videntes fruſtrà Nuntium noſtrum crematis carceratorum corporibus ſe eſſe informaturum, iuſtè, an iniuſtè cremata eſſent, hoc tantùm prouidimus, quod niſi feciſſemus, omnem ſanè charitatem, omneque officij noſtri debitum exuiſſemus, vt executio dumtaxat contra eoſdem carceratos ſuſpenderetur, quoad de iuſto, vel iniuſto Miniſtrorum proceſſu certiores fieri poſſemus, quo noſtro mandato nulla nocentibus data impunitas, cùm in carceribus nihilominùs remaneant, ſed innocentibus, ne videlicet opprimantur, tempus, & ſpatium conceditur, quod qui reprehendit, Iudicum potiùs errata obtegere videtur, nolleque id curare, vt reorum delicta debitis pœnis afficiantur. Si hæc igitur pro noſtra poteſtate, & auctoritate, cùm hęc cauſa ſpiritualis, & propriè noſtra ſit, & ad nos omni iure pertineat, ac pro Miniſtrorum ipſius Inquiſitionis detegenda vel probitate, vel iniuſtitia ordinauimus, ſi iuſtas preces miſerorum non negleximus, erat nobis de Tuæ Serenitatis pietate, ac beneuolentia expectandum, vt quo etiam Tua in ipſa Inquiſitione integritas eluceſceret, nos laudaret de ea re potiùs quàm noſtrum Nuntium, cùm noſtra & huius Sanctę Sedis iniuria, excluderet: neq; enim Tua Serenitas ex hoc mirari, aut offendi debet, ſi in tanta re vbi de fide Catholica, & vita tot hominum agitur, nos Miniſtrorum ipſius Inquiſitionis, præſertim malè audientis, curam gerere, & adminiſtrationis eorum rationem interdum reuidere velimus, ne ſanguis occiſorum à nobis, & Tua Serenitate poſtea requiratur. Sequutum tamen eſt, quod minimè debuit, vt hæc cura à nobis pro debito noſtri officij ad communem noſtrum, Tuumque honorem ſuſcepta, quæ faciliorem admiſſionem Nuntij noſtri operari debuerat, contrarium, videlicet excluſionem eius operata ſit, Accedit his etiam, quòd licèt cum Serenitate Tua ſæpiùs, & per Oratorem apud Te noſtrum, & per Tuos apud Nos Protectorem, atq; Agentem egerimus, vt dilecto filio noſtro Michaëli Cardinali Viſenſi poſſeſſionem, ac fructus Eccleſiæ, & beneficiorum ſuorum, quibus fuit per Tuam Serenitatem ſpoliatus, reſtituere, aut Nuntio, vel alteri Miniſtro noſtro conſignare velles, neutrum tamen hactenùs ſequutum eſt, de quo non valdè mirari, & dolere non poſſumus, cùm præſertim nos eiſdem Tuis Protectori, & Agenti ſæpè obtulerimus, ſi de aliquo delicto ipſius Cardinalis nobis conſtaret, Nos illud ſeuerè punituros eſſe, qua de re nihil adhuc nobis conſtitit, nec ſi etiam conſtitiſſet, fructus ipſi, qui Eccleſiaſtici ſunt, ad alterius, quàm noſtram diſpoſitionem pertinuiſſent. Quamobrem, fili chariſſime, de his rebus omnibus, vtpotè in Diuini honoris, Tuæque conſcientiæ offenſam tendentibus, meritò dolemus, & angimur, Teque in cæteris præſtantiſſimum Regem, in his tàm diſſimilem Tui, ac Maiorum Tuorum eſſe miramur, proindè cùm nec cauſarum huiuſmodi grauitas, nec Vniuerſalis Concilij propinquitas patiantur, vt prouiſionem opportunã his adhibere vlteriùs differamus, has noſtras ad Te præmittere, Tuamque Serenitatem paternè monere voluimus, illam ſtudioſè requirentes, vt his omnibus prouiſionis remediũ afferre velis quamprimùm, quod ſi à Te fiet, ſicut fieri certè debet, & ſperamus, nos maximè lætabimur, ſin autem ſecùs euenerit, non committemus, vt Deo Omnipotenti rationem reddere debeamus, quòd in tàm arduis, tàmque importantibus rebus negligentes in noſtro officio fuerimus. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annu-* ☞

Infantes iniquè vexati.

Suſcepta eorum clientela à Pontifice.

nulo Piſcatoris die XVI. Iunij MDXLV. Pontificatus noſtri anno XI.

Rex Luſitaniæ ſimultates contra Pontificẽ deponit.

59 Victus æquitate Luſitaniæ Rex Pontificijs monitis morem geſſit, vt ex literis alijs colligitur, ſublatis enim ijs querelarum cauſis, extinctiſque offenſiunculis, germanum Luſitani Regis Archiepiſcopum Eborenſem Cardinalitia dignitate Paulus ornauit, atque amoris paterni notis inſignes literas ad eumdem Regem dedit.

Regi Portugalliæ.

Paul. III. lib. breu. anno II. pag. 7.

Chariſſime, &c. Quod ſemper optauimus, vt verè Tua Serenitas cognoſceret noſtram ergà ſe paternam beneuolentiam, & quàm illi gratum facere ex animo cuperemus, hodiè lætamur Serenitati Tuæ oſtendiſſe, Tuum enim germanum fratrem Henricum Archiepiſcopum Eborenſem in his ſacris ieiunijs, & in Conſiſtorio noſtro ſecreto S. R. E. Presbyterum Cardinalem de eiuſdem S. R. E. Cardinalium conſilio creauimus ad Dei primùm Omnipotentis laudem, Sanctæque Sedis Apoſtolicę honorem, & totius Chriſtianitatis vtilitatem, deindè etiam ad Tuæ Serenitatis omni virtute præſtantis ſatisfactionem, Tuęque Domus (quamquam per ſe clariſſimæ) maius ornamentum, ſed quamquam Tuæ Serenitati, veſtroque Regio ſplendori hoc tribuerimus, acceſſerunt tamen pro cumulo virtutes ipſius Archiepiſcopi, quas hac dignitate etiam per ſe dignas eſſe audimus, & proindè cohoneſtandas eſſe exiſtimauimus, ergo dignitatem Cardinalatus, quę in Cardinibus vniuerſalis Eccleſiæ regendis verſatur, & qua maiorem in Romana Eccleſia Pontifex conferre nequit, per obitum alterius tui fratris in tua Domo extinctam, per ipſius Henrici creationem reſtituimus, vt defuncti fratris memoria in hoc reuiuiſcat, doloremque Tuæ Serenitatis ex illo conceptum huius lætitia conſoletur, atque vtinam ij obices, qui ſine tua, vt credimus, voluntate interpoſiti fuerant, citiùs remoti fuiſſent, noſtri quoque ergà vos paterni amoris ſignificatio maturiùs erupiſſet, ſed agimus Deo gratias, qui hæc vertit in melius, noſque inter nos eoſdem fore voluit, qui ſemper fuimus, & eſſe debemus, vt tu nos in amantiſſimi Patris, noſque te in chariſſimi filij loco habeamus, quod & futurum in Domino confidimus. Nos, fili chariſſime, de hoc tui fratris honore, quem tibi in primis tribuimus, tibi gratulamur, fœlixque, & diuturnum hoc fore gaudium vobis optamus, ſperantes vos viciſſim in cultu, & obſeruantia erga Nos, & Apoſtolicam Sedem, à qua meritò ornati eſtis, Regio, & grato animo reſponſuros eſſe, quemadmodum Venerabilis frater Ioannes Riccius Archiepiſcopus Sypontinus Noſter apud Te Nuntius hæc plenius explicabit, qui etiam Birretum rubrum à Nobis de more benedictum, vnà cum Breui Noſtro, quem ipſo tuo fratri Cardinali mittimus, quorum dilectus filius Ludouicus Brandon Agentis apud Nos Tui affinis lator erit, Tuæ Serenitati ex parte noſtra conſignabit, per eamdem Serenitem Tuam eidem Tuo fratri Cardinali ad maius vtriuſque veſtrum gaudium conſignanda. *Datum Romæ die XVI. Decembris MDXLV. anno XII.*

60 De illo, & tribus alijs eodem die creatis Cardinalibus hæc referunt Acta Conſiſtorialia.

Acta Conſiſtor. M. S. Car. Spad. fig. num. 133. pag.

„ Romæ die XVI. Decembris MDXLV. fuit „ Conſiſtorium, in quo S. D. N. de fratrum „ conſilio, & aſſenſu aſſumpſit, creauit, & „ publicauit in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pres„ byteros, & Diaconum Cardinales infraſcri„ ptos, videlicet R. P. D. Petrum Paecheco Epi„ ſcopum Gienneuſem Presbyterum Cardina„ lem Hiſpanum. Reu. Georgium de Ambaſia„ Archiepiſcopum Rothomagenſem Presbyte„ rum Cardinalem Gallum, R. P. D. Henricum „ à Portugallia Archiepiſcopum Eborenſem„ Presbyterum Cardinalem Luſitanum, & Do„ minum Ranutium Farneſium Adminiſtrato„ rem Eccleſiæ Neapolitanæ in XVI. vel circa„ ſuæ ętatis anno conſtitutum Diaconum Car„ dinalem cum detentione omnium Sacerdo„ tiorum„.

Paulus Cardinales creat.

Conſignatæ ſunt eodem die literę ad Franciſcum Galliæ Regem de Georgio Ambaſiano Rothomagenſi Archiepiſcopo in Senatum Cardinalium cooptato.

Regi Chriſtianiſſimo.

Paul. III. lib. breu. an. II. pag. 2.

Hodiè in his ſacris Ieiunijs, & Conſiſtorio noſtro ſecreto ad aliquot paucorum Cardinalium creationem deuenientes, Georgium de Amboyſia Archiepiſcopum Rothomagenſem in gratiam Tuæ Maieſtatis, & Tuo intuitu, de Venerabilium fratrum noſtrorum Sanctę Romanę Eccleſiæ Cardinalium conſilio, eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Cardinalem creauimus, in quo ſumus lætati, Tuæque Serenitatis iudicium, & probitatem laudauimus, quod eiuſdem Archiepiſcopi eas audimus eſſe virtutes nobilitati generis eius adiunctas, vt quem Tui contemplatione ad hanc dignitatem eueximus, etiam ex ſolis eius virtutibus id facere potuiſſemus, &c. *Datum Romæ XVI. Decembris MDXLV. Anno XII.*

Aethiopes cum Romana Eccleſia damnato Dioſcoro coniunguntur.

61 Calamitoſiſſimo hoc tempore, quo tot Europæ populi ab obſequio Romani Pontificis Hæreticorum peſtiferis ſuſurris ſubornati deficiebant, Æthiopes Orientales veterem cum Romana Eccleſia coniunctionem (damnato Dioſcori ſchiſmate) redintegrare, atque adſtringere expetiuerunt: allatæ ſunt eo argumento Claudij Imperatoris, qui Dauidi Patri ſucceſſerat, literæ ad Pontificem, qui commendata eius pietate, ſignificauit, ſe ad eum Internuntium miſſurum ad ipſius populos Cœleſti doctrina imbuendos, afficiendoſque ſacris muneribus, cùm in Indiam Sacerdotes pietate, & Chriſtianorum Sacrorum cognitione apprimè inſtructos eſſet legaturus.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Claudio Aethiopiæ Regi Illuſtri.

Ext. in lib. breu. Pauli III. fig. 2891.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem; &c. Dilectus filius Paulus Prior Conuentus Monachorum Æthiopum Hieroſolymis exiſtentium attulit ad nos literas Serenitatis Tuæ, quas, ſicut ipſe Paulus nobis affirmauit, quidam alius Tuę Serenitatis Orator cum illis ad nos miſſus, & in itinere mortuus nobis reddere non potuit; itaque, etſi voluiſſemus ipſum Tuum Oratorem ad nos peruenire, atque audire, tamen quantùm eius caſu doluimus, tantùm gauiſi ſumus, Deoque gratias egimus, quòd literas tanti, & tàm remotè Chriſtiani Regis, nobiſque & Apoſtolicæ Sedi deuoti noſtro tempore nobis recipere conceſſerit: ex eis igitur maxima in primis ſumus lætitia affecti, quòd Te claræ memoriæ Dauidi Tuo genitori in Regno Æthiopiæ ſucceſſiſſe cognouimus, nimirùm ex fama Tuæ probitatis conijcientes, & ſperantes, quòd Tu ſicut in Regno, ita & in vera Religione erga Deum, deuotioneque erga Apoſtolicam Sedem Tuis progenitoribus ſuccedes, de quo haud dubia nobis ſigna in eiſdem literis dediſti, ex quibus certam in ſpem adducti ſumus, Te haud minore ſtudio, quàm illi fecerint, ſanctam

ctam fidem Catholicam, & veram Christi Religionem in istis Regionibus propagaturum esse: ad quod sanè Tuam Serenitatem paterno affectu hortamur: nos verò cùm proximè Deo concedente missuri sumus via maritima ad partes Tuis Regnis vicinas aliquos Viros probitate, & doctrina conspicuos, & ad institutionem Christianæ fidei aptos, tunc eodem adiuuante Domino dabimus operam, vt Tuam Serenitatem etiam per nostrum, & Apostolicæ Sedis Nuntium visitemus, Teque, & Tua Regna, ac populos Tibi subiectos illis spiritualibus gratijs consolemur, quas tunc idem Dominus nobis inspirare dignabitur: interea verò ipsum Paulum Priorem cum his nostris literis ad Tuam Serenitatem remittimus, quam Dominus Omnipotens, & in præsenti vita prosperare, & in futura cœlestibus præmijs decorare dignetur. *Datum Romæ XXIII. Augusti MDXLV. Anno XI.*

62 Orlandin. lib. 1481. num. 112.

Poposcerat à Pontifice Lusitaniæ Rex, vt Sacerdotes Societatis Iesu, quæ probitate sex cellentis, & doctrinæ fama inclarescebat, mitteret in Indiam, atque etiam à S. Ignatio socios in Æthiopiam mittendos flagitabat, vt verò ex eadem Societate Patriarcha delectus sit ad Æthiopiam, à veteribus erroribus vindicandam, suo loco dicetur. Nunc insignem casum Petri Gamrati Cracouiensis Episcopi, qui hoc anno piè obijt, cùm à sodalis defuncti anima præmonitus esset, vt se compararet ad mortem, ex Stephano Damaleuicio referemus.

Stephanus Damaleuicius de Archiep. Gnesnen. sium in Petro Gamrato pag. 297.

In Cracouiensem Ecclesiam Anno Domini MDXXXVIII. suffectus est, ac tandem Archiepiscopatum adijt, & simul cum Cracouiensi Episcopatu tenuit Paulo III. indulgente. Multùm ille populari gratia, & aulico fauore reluxit; Regi Augusto Elizabethã Austriacam copulauit, & diademate cinxit. Cracouiensis ciuis vxorem Iudaismum professam comburi in foro Cracouiensi fecit; pauperum, & egentiorum singularem gessit curam, singulis diebus ex eo numero centum erant, qui Episcopali mensa, & ferculis reficiebantur; dum iter faceret, duo currus onusti lineis indusijs, & laneis tunicis, vel si hyems esset, ex pelle ouina consutis vestibus sequebantur, nudus, vel malè vestitus, si quis opem implorans obuius erat, vestiebatur, viatico etiam donabatur: hæc consuetudo familiaris Gamrato erat, cùm alioquin ipse in tantis opibus, vt prodigi solent, egeret: luxui, vanitatibus, parasitis, ludionibus, comportationibus, & libidini deditus fuit, quod tamen serio dolore dicitur expiasse: nam cùm annis fessus, vt reliquum vitæ illius stylo Stanislai Lubienski Episcopi Plocensis in monitis prosequar, & morti esset proximus, neque tamen de supremo vitæ fuisset exitu solicitus, accidit, vt in peruigilio festi cuiusdam diei ad vespertinas preces recitandas ad Ecclesiam iturus accingeretur, paratusque in cubiculo aliquantisper solus subsisteret, ecce nota illi Viri cuiusdam nobilis Curosij iam diù fato functi persona apparet (familiariter secum mutuorum conscij facinorum, diù vixerant) exhorruit tamen ad visam rediuiui hominis speciem Episcopus, cùmque ille, vt metu posito secum ageret, hortaretur, paululùm resumpto spiritu, mortuum affatur, etiamne tu viuis, & in quo tandem loco es mortali perfunctus vita? Respondit ille: Viuo, longèque feliciori quàm vos, fruor aura. Tùm Gamratus, tu ne quem flagitijs grauatum, & turpibus libidinibus me (proh dolor!) conscio fœtentem è vita excessisse constat, inter eos sis qui felices sunt? Vix credo. Credes, inquit ille, mox, paulisper sustine. Iuuenis admodum cùm in Germania essem incidi in quemdam, qui sacrilego ore sanctissimam Dei Matrem Virginem incestabat, ego flagitij impatiens colaphum homini impingo, nec mora ille armatus, manu ad capulum admota, duellum mihi denuntiat, ego non segniùs stringo ensem, congredimur, nec diuturnum fuit certamen, nullo accepto vulnere sacrilegum conficio, & tunc quidem ne homicidij, & duelli crimine succumberem, fuga mihi consului; deinceps vix aliquando ea res mihi in mentem venit, sed cùm suprema adesset hora, animaque è corpore exitura, insultantibus infernalibus hostibus conflictaretur, & ego exitij certus nullam reliquam spem haberem, ecce mox noua affulsit lux: Regina Cœli Angelicis Choris stipata præsto aderat, diffugiunt infernales belluæ, nescio quid horrendum frementes, frendentesque. At illa vultu benigno flexit in me misericordiæ oculos. Milesne, inquit, meus, defensor honoris mei peribit? Absit, tùm versa ad Filium, en Vterus, in quo conceptus es, en Vbera, quę suxisti, ego militem, quibus olim te stringebam brachijs, complexum tantisper tenebo hunc. Tu sanguinem, quem ex meis traxisti visceribus stilla, ego efficiam, vt ex eius oculis vberes fluant lachrymę abluendis sceleribus sufficientes. Dixerat, & ego ex detestatione anteactæ vitæ intimo concepto dolore singultibus concutior, lachrymas fundo, Patrem optimum me offendisse agnosco, & annuente Sanctissima Patrona mea ingenti illius amore exardesco, affectu non voce, nam morbi vis vsum linguæ interceperat, atque ita supremis meis castissima Virgine assistente expiro. Anima è corpore egressa Angelorum ministerio fertur in Cœlum, illic non meritis meis, nam ea vel nulla, vel satis exigua erant, sed Diuina misericordia mihi per Patronam meam conciliata æternam fælicitatem adeptus verè viuo; indè ad te nunc missus sum, vt te supremorum tuorum admonerem: dudum iam merueras, vt tot beneficiorum acceptorum ingratus more ferali ad exemplum voluptarij Vdonis mulctareris, tuę largitiones in egenos factæ, illæ epulæ quotidianæ mendicis exhibitę, illæ vestes, quibus nuda Christi membra texisti, nè ex meritis tuis in te Diuina fæuiret iustitia, prohibuerunt. Scito autem te ab hinc sexto mense (tantum tibi indulget clemens Pater) moriturum, expende, & dispice quid te interim agere oporteat, nam veniæ adhuc superesse locum, vel meo doctus exemplo ne diffidas: his dictis ille quidem disparuit: Episcopus in lachrymas resolutus, neque eo die in publicum progressus diutiùs solito solus mansit, & nisi ferò quid sibi accidisset, ijs, quibus maximè fidebat patefecit. Nouerat Karnkouius plerosque, qui cum Gamrato familiariter vixerant, quique supremis eius adfuerunt, confirmabant illi ita vltimos sex illos menses ab eo exactos fuisse, vt verè, & ex animo peccata detestantis hominis omnes numeros impleret, denique sanctissimis Sacramentis ritè expiatum cum optima æternæ salutis spe eum è vita cessisse testabantur, postquam Gnesnensem Ecclesiam quinquennium gubernasset, Anno Domini MDXLV. obijt.

Eleemosynæ mira vis.

Mortuus se videndũ obijcit Gnesnensi Archiepiscopo.

Ope B. Virginis se seruatũ narrat.

Prædicit mortem Archiepiscopo.

Conuertit ad sanctiorem vitã.

63 Hoc anno adulta ætate Pauli III. Ducatu Camerinensi Ecclesiæ Romanæ iuribus concesso Parmam Placentiamque Ecclesiasticas vrbes, Aloysio Farnesio fiduciario iure tradidit, ex quo in-

infeliciſſima mors ipſi Aloyſio conflata eſt, & Pontifici ante tempus accerſita, bella inter Cæſarē & Galliæ Regem exarſere, Tridentinum Concilium diſſolutum, & impedita Lutheranorum conuerſio, & in maximum Schiſmatis diſcrimen adducta Eccleſia, ob Cæſaris & Pauli diſſenſiones inde enatas, vt ſuis locis lugebit hiſtoria.

Surius in comment.

64 Hoc eodem anno grauiſſima inter Lutheranos, & Sacramentarios diſſidia erupere; nam cùm ſinguli maleſani ſui capitis deliramenta pro vero & puro Euangelio obtrudant, ſuperbiaque turgidi alij alijs nolint inferiores videri, Scripturam Sacram in ſenſus adulterinos diſtorquent, contenduntque hęc eſſe Spiritus Sancti auguſtiſſima oracula, nolentes parere Petro Apoſtolo admonenti, *Scripturas depranari ab indoctis, & inſtabilibus ad ſuam ipſorum perditionem*; iterumque docenti, prophetiam Scripturæ propria interpretatione non fieri, *non enim voluntate humana aliquando allatam eſſe prophetiam*. Porrò Lutherus inſtar phrenetici aliquod lucidum interuallum nacti in ſuis theſibus contra Louanienſes Theologos editis Sacramentarios ità damnauit Theſi 15. *In Euchariſtia Sacramento venerabili, & adorabili, eſt, & exhibetur, & ſumitur verè & re ipſa Corpus, & Sanguis Chriſti tam à dignis quàm indignis*. Et Theſi 27. *Hæreticos* (inquit) *ferìò cenſemus, & alienos ab Eccleſia Dei eſſe Zuinglianos, & omnes Sacramentarios, qui negant Corpus & Sanguinem Chriſti ore carnali ſumi in venerabili Euchariſtia &c.*

Petr. epiſt. 2. cap. 4.

De Luthero verò hæreſiarcha Tigurini Sacramentarij præclarum hoc tulere teſtimonium, quanto interuallo iſte noui Euangelij conditor ab Apoſtolis, & Prophetis diſtaret, *Prophetæ, & Apoſtoli* (inquiunt) *Dei gloriæ, non priuato honori, non ſuæ pertinaciæ, & ſuperbiæ ſtudebant, ſed peccatorum ſalutem quærebant vnicè: Lutherus autem ſua quærit, pertinax eſt, inſolentia nimia effertur, & confeſtim Sathanæ tradit*, quotquot illius ſententiæ, *non illicò ſubſcribere velint, & in omnibus correptionibus ſuis, plurimum maligni Spiritus, quàm minimum verò amici, & paterni ingenij deprehenditur*. His repetitis ex Tigurinorum Sacramentariorum ſcriptis interijcit Surius hoc epiphonema contra Nouatores, *tali ſcilicet Pontifice digni eſtis, qui Romani Pontificis iugum excuſſiſtis*. Mirum certè eſt ac prodigio ſimillimum, Nouatores ſequi fictitium impoſtorum ſenſum, cum enim non de Scripturæ, ſed de ſenſus illius veritate controuertatur, non alius ſenſus amplectendus eſt, quàm qui traditus eſt ab Eccleſia, quæ ex Apoſtolo eſt columna, & firmamentum veritatis: inflatis illi, & crepantibus buccis arrogantiſſimè Scripturas extollunt in alienum ſenſum conuulſas, quaſi veteres hæretici pro nefarijs ſuis hæreſibus commendandis eaſdem artes non inſtruxerint, ac venditarint. Sacramentariorum autem impietatem pluribus miraculis ſæpiùs confutatam in Annalibus Eccleſiaſticis vidimus; hoc verò anno illa in Sacerdote, qui ad eandem clàm defecerat, conuicta eſt inſigni miraculo, cuius hiſtoriam circumſtantijs certiſſimis inſtructam. Scripandus Auguſtinianorum Generalis Magiſter poſteà Cardinalis, ac præſes Concilij Tridentini ſcripſit XXVIII. Septembris ad Cardinalem Farneſium, Suardini Ciuis Neapolitani neptem ex filio in extremis mortis confinijs agentem legente Sacerdote Euangelium de Cœna Domini, cùm veniſſet ad ea verba, *Hoc eſt Corpus meum*, exclamaſſe, prætermitte ea verba, quia ea non credis, exterritumque vaticinio Sacerdotem, coram adſtantibus perfidiam ſuam faſſum eſſe, criminiſque veniam à Deo popoſciſſe, illam verò dimidiæ horæ fluxu animam efflaſſe, remque certis teſtibus conſtare.

Ex litera Car. Farnesij. Sacerdos non credens in Euchariſtia Sacramentum miraculo conuertit.

65 In India Reguli Ceilanenſis filius ob ſuſceptam Chriſti fidem à crudeli Patre occiſus eſt, eiuſque martyrium miraculis comprobatum, quibus permoti Principes barbari & alij nobiles, ſpretis omnibus terrenis, per magnos labores ad Chriſti caſtra ſe contulerunt, vt Indiarum Prorex Ioanni Regi Luſitaniæ ſignificauit. [Ceilanum eſt Inſula, vbi res ad Dei gloriam contigit ſanè memorabilis. Reguli cuiuſdam filius natu maximus, quòd Chriſtiana Sacra ſuſcipere ſtatuiſſet, patris iuſſu necatus eſt, quem Luſitanus quidam Chriſtiano more ſepelijt tali obita morte Martyrem certum exiſtimans; Luſitani iudicium Deus illuſtri miraculo comprobauit. Siquidem eius nutu factum eſt, vt quoad Principis corpus humatum erat, in crucis figuram cerra fatiſceret, quæ bis Barbarorum opera glebis oppleta iterum, atque iterum in eundem hiatum eſt reſoluta. Aiunt etiam per eos dies crucem ignei coloris viſam in Cœlo, quibus miraculis commota magna hominum vis ad Chriſtum acceſſit, quorum multi Regis immanitate eandem Martyrij coronam adepti ſunt. In eo numero fuiſſet alius quoque Regis filius, itemque ſororis filius, ad quem Regni hęreditas pertinebat (Sororis enim non Regis ipſius filios ſuccedere in Regnis Ceilani mos eſt) horum igitur vterque ad Chriſtum propenſus Regis imperio mactatus eſſet, niſi eos præſenti periculo Regis Sor or maturè exemiſſet. Ambos enim ad ſe vocatos de recenti adhuc miraculo interrogat, velint nè fieri Chriſtiani, cùm ſe vtique velle dixiſſent, cum Luſitano tranſigit mulier eodem ipſo, qui demortui Principis funus curauerat, vt eos quam occultiſſimè Goam vſque perducat, quò vt venere, fidei præceptis imbuti, baptizatique magnum pietatis, ac Religionis ſpecimen præbuere. Hos imitatus Regius quidam Præfectus, & alij decem Nobiles viri, vxoribus, liberis, bonis denique omnibus ſponte relictis, magno ſuo incommodo, corporiſque defatigatione paſſuum amplius ſexcenta millia terreſtri itinere emenſi, Goam Baptiſmi cauſa cùm veniſſent, Cathechiſmo inſtituti, ſacroque fonte luſtrati ſunt. Id accidit Anno Chriſti nati MDXLV.

Concil. Generale Auctore Petro Lopez. alium na Caſtel. Trinit.

Proregis Cōment. de rebus Indicis ad Ioannem Regem.

Celiani Reguli filius occiſus ob fidem.

Miraculo comprobatū eius martyriū.

Mirus pietatis ardor in Neophytis.

IESV CHRISTI

Anno 1546.

PAVLI III. Anno 13. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 28.

1. ANno à Virgineo partu MDXLVI. indictione IV. tracta eſt Proteſtantium procacia, qui excuſſo Pontificis iugo etiam Cæſarem de gradu Imperij deijcere conati ſunt, nec minùs Diuino verbo in Tridentino Concilio, quam ferro in caſtris pugnatum eſt, quæ ſingula ordine recenſituri ſeriem temporum ſequemur. Coacta eſt quarta Ianuarij Congregatio Generalis à Patribus Tridentinis, cuius Acta ſubiectis verbis concepta ſunt,

Digitized by Google

Angelus Massarel. in act. mss. Conc. Tri. M.S. Arc. Vat. fig. n. 3188. pag. 127. & aliud n. 3232. pag. 98. & aliud m.s. fig. n. 3206. pag. 34. & aliud fig. num. 3249. in primis Acta quarte Congreg. Generalis, & aliud Fran. Car. Barb. fig. n. 1868. pag. 14. Diar. Con. Trid. in actis Congreg. m.s. Arch. Vat.

[Die Lunæ quarta Ianuarij MDXLVI. à Natiuitate Domini hora XXI. habita est Generalis Congregatio, in qua primus Præsidens exposuit, Præsidentes ipsos accepisse literas à Sanctissimo Domino Nostro, in quibus laudabat ea, quę anteà acta fuerant in sessione, & congregationibus, hortabaturque, vt ad articulorum controuersorum explicationem vnirentur; quodque etiam breui mitteret Viros probos, & idoneos Officiales Concilij, cuius expensis necessarijs non esset defuturus. Omnia à Patribus laudantur, quo verò ad Officiales aliqui ex Patribus dixerunt, eorum creationem, cùm Sua Sanctitas abest, spectare ad Concilium. Quibus Cardinalis de Monte respondit, non ea mente se ea proponere, vt super ijs sententiæ dicerentur, sed vt Patres intelligerent quid continerent literæ Suæ Sanctitatis, Officiales verò mittendos, esse approbandos à Patribus, & cùm iam audiuisset nonnullos arbitrari ex aperitione Concilij imminutam esse auctoritatem Summi Pontificis, declarauit eos maximè falli, immò potiùs auctam. Cui Reuerendus Dominus Episcopus Asturicensis respondens ait: scimus quidem, & nos, qua auctoritate fungamur, vt scilicet in ijs, quæ in Concilio tractantur, Concilij sit potestas, & statuendi auctoritas; in ijs verò, quæ extra Concilium geruntur, auctoritatem remansisse apud Pontificem. Ea tamen disputatio statim quieuit. Deindè lectum fuit decretum formatum pro futura sessione de modo viuendi, & alijs in Concilio seruandis. Cùmque longè maior pars decretum ipsum approbaret, Reuerendus Dominus Episcopus Fesularum dixit, se desiderare in titulo ipsius decreti, apponi verba in alijs Conciliorum decretis apposita, videlicet: Sacrosancta Tridentina Synodus vniuersalem Ecclesiam repræsentans; cùm hæc nostra Synodus, etsi adhuc pusilla esset, non tamen minore alijs fungeretur auctoritate. Reuerendus Pater Generalis Seruorum dixit, non multi facienda esse verba illa, quando, vti compertissimum est, recens inuenta sint, nec vsurpata ab antiquioribus Concilijs. Dominus verò Pighinus dixit verba ipsa, quæ à nonnullis desiderantur, si rectè considerentur, quæ apposita sunt, eadem re ipsa adesse: cùm enim dicitur Oecumenicum, idem sonat quod vniuersale, & vniuersalem Ecclesiam repræsentans, & iam in proxima sessione decretum fuerit, Oecumenicum Concilium esse apertum, & inchoatum.

Controuersia de titulo Concilij, an essent apponenda verba, Vniuersalem Ecclesiam repræsentans.

2 Cardinalis de Monte comprobauit Generalis Seruorum, & Pighini sententiam, addens, se illa quoque ratione moueri, nè verba ipsa apponerentur, cùm nullum validius telum habeamus aduersùs Hæreticos, quàm quod nos hic congregati Ecclesiam vniuersalem repræsentemus, noluimus eos, quos Synodum amplecti cupimus, in primo congressu causam, & occasionem accipere, vt nos reprehendant, quasi nimiùm elatos, fimbriasque nostras in opprobrium dilatantes, longè etiam diuersam esse rationem nostræ Synodi, & Constantiensis, & Basileensis: Constantiense enim Concilium ea verba apposuit propter schisma, quod tunc vigebat; non enim apparebat ex tribus quis verus Pontifex esset: nec tamen Concilium ipsum in decretis, in quibus de alijs rebus agebatur, his verbis vsum fuisse; Basileense verò, quòd propriùs Conciliabulum dici debet, solo odio Eugenij IV. ea verba minùs rectè vsurpasse. Et profectò præter alias, ea maximè ratione abstinere ab his verbis debemus, nè inflati videamur, vt dixi, magnam sumendo auctoritatem, quia potiùs imitari debemus Summum Pontificem, qui cùm Ecclesiæ Dei Caput sit, se tamen Seruum Seruorum appellat. Cardinalis Tridentinus dixit se compertum habere, Protestantes ęgrè verba illa habituros, quapropter laudabat, & hortabatur, nè apponerentur, quæ sententia à longè maiori parte Patrum approbata est.

3 Addunt Gesta, deindè actum fuisse de electione Officialium, de loco Oratoribus Principum designando, ac de ijs, qui in publica sessione sedere, vel stare deberent: nec non de Abbatibus, quorum prærogatiuis Episcopalem splendorem obscurari, auctoritatemque infringi nonnulli querebantur: maximè de tribus Abbatibus Cassinensibus vocatis: quam contentionem Cardinalis de Monte sic diremit.

Pallauic. tom. 1. lib. 6. cap. 1. n. 2. 3. 4.

[Si placet, possumus Abbates tres cum Mitra, & pluuialibus iuxta eorum priuilegium admittere, non vt Abbates tantùm, sed vt totam eorum repręsentantes Congregationem ita tamen, vt eorum trium vnica sit sententia; quod quidem ab omnibus comprobatum est.] Actum posteà est de sessionis proximo die constituendo, quem Itali accelerandum, Galli verò extrahendum ad bimestre tempus contendebant; sancitum autem est, vt ad mensem indiceretur, nimirùm tertia sessio, sed secunda sequenti die celebraretur. Adiectæ sunt Actis Pontificiæ literæ prima Ianuarij die huius anni consignatæ, quibus Paulus III. Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, atque Abbates in Tridentino Concilio præsentes, vel ad illud accessuros, omnibus priuilegijs, vectigalibus, ac iuribus potiri voluit, acsi in Ecclesijs suis præsentes essent, exemit etiam ab omni decumarum onere, & solutione.

Acta Concilij vt sup.

4 [VII. Mensis Ianuarij MDXLVI. à Natiuitate celebratur sessio secunda sacri Concilij Tridentini sub Paulo III. post celebratam Missam de Spiritu Sancto per Ioannem Fonsecam Episcopum Castellanensem: est habita oratio per Coriolanum Martiranum Episcopum S. Marci.] Ille post defletas morum corruptelas de sæuitia Hæreticorum, qui se infidelibus aduersùs Ecclesiam coniunxissent, ita conqueritur est. [Videtis, quàm in nos instructę, quàm paratæ, quàm firmæ inimicorum, & transfugarum acies circumstant, vt certatim contendant, quis in te, Ecclesia Sancta, ictus profundiùs infligat, quis tua præcordia lethaliùs petat. O facinus miserandum! quid facient inimici? Filij, quos priùs Cœlum casurum, quàm defecturos putabas, quibus elata præcipuè & superba incedebas, in te arma conuerterunt, ij, quos sanguine tuo, & visceribus aluisti, vt tibi murus æneus contra hostes forent, ij veluti venificijs incitati te deletam funditus, & extinctam volunt. Huccine tui labores & vigiliæ inciderunt? Sed quid hos incusare, aut de his conqueri opus est? Sunt ipsi quidem nefandi, vt videtis. Quæ sit horum vita, moresque cognouimus: locus in alios dicendi non erit, si se respiciant, vt tamen

Ibidem vt supra.

Secunda sessio Concilij.

tàm

Digitized by Google

,, tàm liberè obloquantur, tàm ſeuerè in noſtros ,, mores noui Catones vitamque inuehantur. (Et paulò poſt.)

,, 5 Poſtquam omnia conturbarunt inſtituta ,, noſtræ Religionis, rituſque euerterunt, fato ,, omnia ſubiecerunt. Noſtris inſuper nos telis ,, laceſſunt, Scripturam Sanctam, quæ noſtra ,, ſunt arma, in noſtrum exitium conuertunt, ,, mutilando, lacerando, intorquendo (factum ,, impudens quis non aſpicit, & deteſtabile, ,, quid tandem poſtea?) Scripturæ ſanctæ in ,, manibus impij tela ſunt plumbea, quæ obiecta clypeo veritatis nullo negotio retunduntur.] Nonnullis interiectis de eorum hypocriſi ita queritur. [Dum fucis verborum doloſis, ,, dum ſeueritate accerſita, dum veteratoria ,, frontis triſtitia illudentes, dum ſua dogmata, ,, & miracula quædam, nunc horum nunc illorum auribus inſtillantes, quid dico aniculas? ,, robuſtos quoſdam, immò vniuerſas Ciuitates ,, in perniciem trahunt, &c.

Cùm finem dicendi feciſſet, ſubdunt Acta.

,, Recitata fuit per me Angelum Maſſarellum ,, Secretarium nomine Illuſtriſſimorum Legato- ,, rum admonitio, ſeù hortatio ad Patres ſuper ,, his, quæ in celebratione Concilij generalis ,, perpendenda, & facienda ſunt à Prælatis ip- ,, ſius Concilij.] Quæ admonitio incipit. [Cùm ipſa muneris noſtri ratio.] Excuſa eſt typis, atque in editione Binij malè in Seſſionis primæ Actis collocata.

M.S. Arch. Vatic. fign. 3212. pag. 18.

6 Promulgatum fuit in eadem ſeſſione decretum de vita ſanctiore ducenda, & modeſtia tenenda in Concilio, quatuor canonibus diſtinctum.

Canon I.

Sacroſancta Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata, in ea præſidentibus eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis agnoſcens cum B. Iacobo Apoſtolo, quòd *omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum*, qui ijs qui poſtulant à ſe ſapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis, & ſimul ſciens, quòd *initium ſapientiæ eſt timor Domini*, ſtatuit, & decreuit, omnes, & ſingulos Chriſtifideles in ciuitate Tridentina congregatos exhortandos eſſe, pro vt exhortatur, vt à malis, & peccatis hactenùs commiſſis emendare, ac de cætero in timore Domini ambulare, & deſideria carnis non perficere, orationibus inſtare, ſæpius confiteri, Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, Eccleſias frequentare, præcepta denique Dominica, quantum quiſque poterit, adimplere, nec non quotidie pro pace Principum Chriſtianorum, & vnitate Eccleſiæ priuatim orare velint: Epiſcopos verò, & quoſcumque alios in ordine Sacerdotali conſtitutos Oecumenicum Concilium in ea ciuitate concelebrantes, vt aſſiduè in Dei laudibus incumbere, hoſtias, laudes, & preces offerre, ſacrificium Miſſæ quolibet ſaltem die Dominico, in quo Deus lucem condidit, & à mortuis reſurrexit, ac Spiritum Sanctum in diſcipulos infudit, peragere ſatagant facientes, ſicut idem Spiritus Sanctus per Apoſtolum præcipit, obſecrationes, orationes poſtulationes, gratiarum actiones pro SS. D. N. Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & cæteris, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, & pro omnibus hominibus, vt quietam, & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, vt ieiunent ſaltem ſingulis ſextis ferijs in memoriam paſſionis Domini, & eleemoſynas pauperibus erogent; in Eccleſia Cathedrali ſingulis ferijs celebretur Miſſa de Spiritu Sancto cum Litanijs, & alijs Orationibus ad hoc inſtitutis; in alijs verò Eccleſijs eadem die dicantur ad minùs Litaniæ, & Orationes; tempore autem quo Sacra peraguntur, collocutiones, & confabulationes non fiant, ſed ore, & animo celebranti aſſiſtatur.

Canon II.

Et quoniam oportet Epiſcopos eſſe irreprehenſibiles, ſobrios, caſtos, domuique benè præpoſitos, hortatur etiam, vt ante omnia quilibet in menſa ſeruet ſobrietatem, moderationemque ciborum, cùm in eo loco ſæpè otioſi ſermones oriri ſoleant, vt in ipſorum Epiſcoporum mentis diuinarum Scripturarum lectio admiſceatur; familias verò ſuas vnuſquiſque inſtruat & erudiat, ne ſint rixoſi, vinoſi, impudici, cupidi, elati, blaſphemi, & voluptatum amatores: vitia demùm fugiant, & virtutes amplectantur, & in veſtitu, & cultu, & omnibus actionibus honeſtatem præferant: ſicut decet miniſtros miniſtrorum Dei.

Canon III.

Ad hæc cùm huius Sacroſancti Concilij præcipua cura, ſollicitudo, & intentio ſit, vt propulſatis hæreſum tenebris, quę per tot annos operuerũt terram, Catholicæ veritatis lux, Ieſu Chriſto, qui vera lux eſt, annuente, candor, puritaſque refulgeat, & ea quæ reformatione egent, reformentur; ipſa Synodus hortatur omnes Catholicos hic congregatos, & congregandos, atque eos præſertim, qui ſacram literarum peritiam habent, vt ſedula meditatione diligenter ſecum ipſi cogitent, quibus potiſſimum vijs, & modis ipſius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum ſortiri poſſit, quo maturiùs, & conſultiùs damnari damnanda, & probanda probari queant; vt per totum Orbem omnes vno ore, & eadem fidei confeſſione glorificent Deum Patrem Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

In ſententijs verò dicendis iuxta Toletani Concilij ſtatutum, in loco benedictionis conſidentibus Domini Sacerdotibus nullus debeat aut immodeſtis vocibus obſtrepere, aut tumultibus perturbare; nullis etiam falſis, vaniſuè, aut obſtinatis diſceptationibus contendere; ſed quidquid dicetur, ſic mitiſſima verborum prolatione temperetur, vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

Canon IV.

Inſuper ipſa Synodus ſtatuit, ac decernit, quod ſi fortè contigerit aliquos debito in loco non ſedere, & ſententiam etiam ſub verbo, Placet, proferre, Congregationibus intereſſe, alios quoſcumque actus facere Concilio durante; nulli propterea præiudicium generetur, nullique nouum ius acquiratur.

7 His ſubdunt Acta perlectum fuiſſe ab Epiſcopo Caſtellano diploma Pauli III. quo prohibitum eſt, ne Epiſcopi procuratoris opera in Concilio compareant; præcipua eius pars con- ,, cepta eſt his verbis: [Habita cum Venerabili- ,, bus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ,, matura deliberatione, de eorum conſilio, & ,, aſſenſu Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epi- ,, ſcopos, ac Abbates, & alios, quibus in Con- ,, cilijs generalibus reſidendi, & in ijs ſenten- ,, tias dicendi, vt præmittitur, permiſſa eſt po- ,, teſtas, de nouo monemus, & hortamur, ac ,, in Domino requirimus, eiſque non ſolùm ,, ſub

Bulla ne Epiſcopi per Procuratores ad Concilium accederent:

,, ſub periurij, & alijs pœnis prædictis, verùm
,, etiam ſub ſuſpenſionis à regimine, & admi-
,, niſtratione Eccleſiarum, quibus præſunt, &
,, aliarum dignitatum, cæterorumque Benefi-
,, ciorum Eccleſiaſticorum, quorum ratione ijs
,, locus in Concilio, & poteſtas ſententias in eo
,, dicendi permittitur, per eos obtentorum,
,, necnon interdicti ingreſſus Eccleſiæ ſenten-
,, tijs per eos, niſi præſentibus cum effectu pa-
,, ruerint, eo ipſo incurrendis; diſtrictè præci-
,, piendo mandamus, quatenus mandatis pro-
,, curationum per eos hactenus factis, vel in po-
,, ſterum faciendis, quæ omninò reuocare, &
,, eorum reuocationem Procuratoribus per eos
,, conſtitutis, aut in Concilio huiuſmodi inti-
,, mare ſub eiſdem pœnis & ſententijs teneantur,
,, minimè attentis, ipſimet perſonaliter per ſe-
,, ipſos, & non per Procuratorem, aut Procu-
,, ratores, niſi fortè iuſto detineantur impedi-
,, mento: quo caſu Procuratorem ad ſe in eo-
,, dem Concilio excuſandum, & de eorum im-
,, pedimento fidem legitimam faciendum, ita
,, tamen quod eodem impedimento ceſſante
,, ipſi perſonaliter, & non per Procuratorem,
,, vel Procuratores ad hæc omninò teneantur,
,, conſtituere poſſint, quantocitiùs poterunt ad
,, eandem Ciuitatem Tridentinam accedere, &
,, proſecutioni celebrationis Concilij huiuſmo-
,, di adeſſe, & intereſſe velint, nec mandata
,, procurationum pro aliquibus Prælatis, aut
,, alijs vocem, vt præfertur, habentibus, niſi iu-
,, ſto impedimento detineantur; & tunc ad eo-
,, rum impedimenta dumtaxat deducendum, &
,, probandum recipere, aut acceptare præſu-
,, mant. Nos enim omnia & ſingula mandata
,, per eoſdem Prælatos, & alios, vt præfertur,
,, vocem habentes, ad aliud, quàm ad eorum
,, iuſtum impedimentum in Concilio huiuſmodi
,, allegandum, & probandum hactenus facta,
,, & in poſterum facienda, nulla, irrita, & ina-
,, nia, nullíuſque roboris vel momenti fore,
,, ac ſolùm Prælatos, & alios vocem, vt præ-
,, fertur, habentes, in dicto Concilio præſen-
,, tes; & non alijs, etiamſi ab eis mandata cum
,, quacumque, etiam plena, & libera facultate,
,, & poteſtate habuerint, vocem in dicto Conci-
,, lio habere; ſicque in præmiſſis omnibus, &
,, ſingulis per quoſcumque quauis auctoritate
,, fungentes, ſublata eis & eorum cuilibet quauis
,, aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate,
,, & facultate, iudicari, & interpretari debere,
,, & quidquid ſecùs ſuper his à quoquam qua-
,, uis auctoritate ſcienter, vel ignoranter conti-
,, gerit attentari, irritum, & inane decernimus
&c.] *Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXLV. XV. Kal. Maij Pontificatus Noſtri Anno XI.*

,, Addunt Acta. [Qua Bulla lecta idem Reue-
,, rendiſſimus Dominus Epiſcopus Caſtellanus
,, legit ſucceſſiuè Breue Sanctiſſimi Domini No-
,, ſtri, per quod Sua Sanctitas mandat Reueren-
,, diſſimis, & Illuſtriſſimis Dominis Præſidenti-
,, bus, & Legatis, vt aperiant Concilium, quod
,, eſt huiuſce tenoris.

Paulus Papa III. Venerabili fratri Ioanni Mariæ Epiſcopo Prænestino, & dilectis filijs Marcello, Tit. S. Crucis in Hieruſalem, ac Reginaldo S. Mariæ in Coſmedin Diacono, Cardinalibus Noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Legatis.

M.S.Arc. Vat. fig. n. 3190. pag. 39.

8 Anno ſuperiore, ſequuta Dei munere pace inter Serenissimum Cæſarem, & Regem Chriſtianiſſimum, nos ſperantes Concilium vniuerſale celebrari poſſe, eiuſdem Concilij ſuſpenſionem ſuſtulimus, illudque in Dominica *Lætare* proximè præterita inchoandum, & celebrandum eſſe decreuimus. Cùm autem ob ſubſequutas poſteà iuſtiſſimas illas quidem, & ipſammet Religionem concernentes rationes, & cauſas, ipſam celebrationem in hanc vſque diem diſtulerimus, & nuper ipſis cauſis ceſſantibus, ipſum Concilium in Dominica *Gaudete*, tertia præſentis Aduentus, aperiendum, inchoandum, & proſequendum eſſe de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio decreuerimus, id vobis per præſentes noſtras ſignificare voluimus; vobis iniungentes, vt ad aperitionem, & inchoationem, proſequutionemque dicti Concilij in dicta tertia Dominica præſentis Aduentus, iuxta formam literarum noſtræ indictionis, ac facultates vobis deſuper à nobis conceſſas in Dei Omnipotentis nomine procedatis &c. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IV. Decembris MDXXXV.*

Bulla facultatum conceſſarum Legatis aperiendi Concilium.

9 Habita eſt congregatio die XIII. Ianuarij, in qua mota eſt controuerſia, an Concilium Tridentinum vniuerſalem Eccleſiam repreſentaret, de qua Cardinalis de Monte perorauit, vetuſtiora Concilia, ſplendidioribus licèt illis verbis vſa non fuiſſent, nullum tamen moueri dubium, quin vniuerſalem Eccleſiam repreſentarint text. in cap. *Maiores* XXIV. quæſt. 1. ex vſurpato verò eo nitidiore verbo poſſe Eccleſiæ hoſtes nobis odium, atque inuidiam conflare, cùm Cæſaris, Galliæque Regis Oratores nondum ad Concilium acceſſiſſent, atque in ludibrium adducere; triginta plus minus Epiſcopos vniuerſalis Eccleſiæ titulos ſibi adſciuiſſe; cùmque Pontifex hanc Synodum vniuerſalem, & œcumenicam appellarit, ab eo nomine ab ipſo indicto diſcedendum non videri.

M.S.Arc. Vat. fig. n. 3205. pag. 29. M.S. Franciſci Card. Barberini fig. num. 1799. p. 21.

His addidit Marcellus Cardinalis tit. S. Crucis Conſtantienſem Synodum non vſam eo ſplendido titulo niſi in grauioribus cauſis, videlicet in citatione contra Hieronymum de Praga, in condemnatione errorum Ioannis Hus, & cùm aduersùs Ioannem XXIII. à Patribus proclamatum fuit; Pontificiumque mandatum indictionis formula circumſcriptum, ideòque extra eos limites ſplendidiorem titulum non affectandum.

Tum Reginaldus Cardinalis Anglus piè Patres admonuit, vt quæ Dei forent, non ſua quærerent: multos deeſſe ſuo muneri, qui nunquam ſuorum Epiſcopatuum Eccleſias, vel rarò perluſtrarint; nec ex virtute humana, ſed ex Deo bonum aliquod in Synodo expectandum, nec vtili, vel honeſto, vel neceſſitate Synodum cogi ad eos titulos ſibi adſcribendos, cuius ſententiam laudauit Tridentinus Cardinalis. Tum ſubiecit Cardinalis Giennenſis ſibi nullum dubium occurrere, quin Tridentinus Conſeſſus licèt exiguus vniuerſalem Eccleſiam repræſentet, ac demonſtrare poſſe eum titulum vetuſtis temporibus frequentatum, cùm conſtet, Apoſtolos nomine Synodi Scripſiſſe in hæc verba: *Placuit Spiritui Sancto, & nobis, & toti Eccleſiæ*: cæterùm in præſenti caſu nulla Patres vrgeri neceſſitate, vt eum titulum adiungant: ferinè omnes eandem amplexi ſunt ſententiam, decretumque eſt, vt prætermiſſis ijs verbis, adderentur tantùm in decreto hæ voces *Oecumenica, & generalis*.

10 XVIII. eiuſdem Menſis Ianuarij habita eſt Congregatio generalis, in qua magna contentione actum inter Patres de ordine procedendi

in

Digitized by Google

Tom. 19. de Con. fig. n. 3209. pag. 31.

in Concilio Tridentino, cùm Tridentinus Cardinalis, & alij censerent à cõstituenda emendatiore forma morũ inchoandum, quod ex corruptis Ecclesiasticorum moribus hæresis emersisset, vocandosq; ad Concilium Lutheranos, vt ipsi quoque morum vitia emendarent. Alij verò colligendas esse Nouatorum hæreses, vt damnarentur: ante omnia verò sollicitandos literis Imperatorem, ac Reges, vt Oratores ad Concilium mitterent. Subdunt „ Acta: [Archiepiscopus Aquensis, & alij Prælati Galli in primis salutarunt Sanctam Synodum nomine Regis Christianissimi, eique de propenso animo, quem Synodus erga Maiestatem Suam superioribus diebus lapsis declarauit, gratias egerunt.] Rogarunt verò, ne grauiora tractarentur, antequam Regij Oratores, & alij Prælati accessissent, inchoandumque à dogmatibus censuere.

Inter alios Præsules Thomæ Campegij Feltrensis auctoritas potissimùm eminebat; hic vt de dogmatibus fidei, ac de morum disciplina vnà simul ageretur, Patribus suggessit; cui sententiæ maior pars applausit. Quare Legati, qui Pighinum antea consuluerunt, an Episcopis de dogmatibus, & de reformatione simul pertractandum esse sentientibus ipsi contradicere potuissent, hocque minimè ipsis licere ab eodem audierant, in hanc vltrò sententiam defluxerunt. In sequenti itaque Congregatione Cardinalis de Monte Patribus proposuit, an omnibus placeret, tractationem dogmatum fidei cum restauratione morum coniungendam, vt decretum de hac re in sequenti sessione promulgandum institueretur? Mox Tridentinus insurrexit, suamque opinionem validis rationibus propugnare percupiens, virorum Ecclesiasticorum reformationem ad reducendos hæreticæ prauitatis assecias ad Orthodoxæ religionis semitam præstantissimum fore medium pluribus inculcauit. Cùmque huiusmodi assertio maximum apud Patres excitasset plausum, Concilij Præses prudenti vsus consilio Deo Optimo Maximo gratias agere fassus est, quòd Tridentini mentem tàm pijs Ecclesiasticoque Præsule dignis imbuisset sensibus; nempè vt Catholicorum morum restauratio ab ipsis, potioribus videlicet Ecclesiæ membris, foret incipienda. Mox vt alijs, quibus in Synodo præerat, ipsemet exemplum præberet, à Papiensi Præsulatu se se abdicare, splendidiore suppellectili expoliare, atque nimiam famulorum turmam dimittere paratissimum coram Patribus sese exhibuit, cæterosque ad huiusmodi abdicationem animauit. Verùm non modò Romanæ Aulæ, sed totius Ecclesiæ restaurationi incumbendum esse, plures in quolibet Ecclesiastico ordine abusus reperiri, arduam hanc prouinciam, nimisque prolixo indigere tempore: propterea, vt tot in tenebris hæresum miserrimè iacerent sepulti, amplius ab ipsis non permittendum esse subiecit. Mirum fuit! mox Patres ferè omnes verbis, ac potissimùm exemplo Cardinalis à Monte permotos, eius sententiæ adhæsisse: adeò vt Tridentinus solus in arena derelictus, neminem suo sermone permouere potuerit, neque de Episcopis duas Ecclesias administrantibus vituperatis sese excusauerit.

Decretum itaque fuit in Congregatione habita *Ib. p. 32.* XXII. Ianuarij vt simul de dogmatibus, & reformatione ageretur, atque à dogmatibus inchoandum, tùm vt errantes in viam salutis reducerentur, tùm vt Catholici contra Hæreticorum fraudes communirentur; ostendit Cardinalis de Monte, ita in Concilio Chalcedonensi, licèt corrupta Hæreticorum disciplina ex prauis moribus originem traxisset, nihilominus Patres primùm de fide, deinde de moribus egisse, quæ Cardinalis Polus confirmauit his verbis [Videri omninò impossibile tractari re vera de moribus „ omisso tractatu de Religione, qui enim mores „ esse possunt sublata Religione, aut collapsa? „ sic namque, si paulò altiùs inspexerimus, intuebimur Deum ipsum dantem duas tabulas „ Moysi, quorum prima, & præcipua fidem „ continebat & Religionem; secunda verò mores; sic Dominus Noster Iesus Christus quando misit Discipulos ad prædicandum, dixit: „ *Ite, & prædicate Euangelium omni Creaturæ*, „ non dixit in moribus instituendis, quoniam „ sciret, vbi Religio integra sit, difficile posse „ malos mores locum habere.]

Ang. Maf. in Diario Con. Trid. pag. 36. De Religione simul, & de morum reformatione agitur.

11 Sed cùm Pontifex iustis de causis simul optaret, vt de solis dogmatibus, & non simul de reformatione ageretur, ideò Legati vt ostenderent, quòd recto consilio decretum fuerit, simul & de dogmatibus, & de reformatione tractare, Cardinali Farnesio significarunt secunda Februarij rationes, quibus fuerant adducti, vt illi decreto subscriberent. Primum (inquiunt) ne incideremus in foueam, quam declinare studebamus, nimirùm, ne Patres iudicarent de sola reformatione agendum esse: & experientia docuit, non frustra eum timorem animis ipsorum insedisse; cùm necessitas nos adegerit, pluribus Cæsareis Præsulibus claritate nominis, ac dignitate conspicuis contendentibus, soli constituendæ disciplinæ Ecclesiasticæ, castigandisque corruptelis incumbendum, omni studio viriumque contentione aduersari. Secundò, quia prohibere non potuimus, ne Synodus breuiorem vtilioremque tractandarum rerum ordinem induceret, qui magis ad finem in Suæ Sanctitatis diplomate expressum, scilicet hæresum extirpationem, reformationemque attingendum conduceret. Tertiò, in hoc rerum statu grauissimum imminebat discrimen, quod omninò declinandum erat; ne si in ea sententia fixi perstaremus, vt de solis dogmatibus Fidei ageretur, coniunctio nostra cum Synodo dirimeretur, cum maxima Pontificij nominis inuidia, & publico odio: Synodus verò elata populari aura, ac iugo Papali, vt iniquo, & non ferendo, necnon publicæ saluti inutili excusso, absque Legatorum Præsidum consensu nostra imperia, contestationesque contemptu proterens, ad tractandam reformationem progressa esset: ex quo quantum vulnus, ac detrimentum accepisset Sedes Apostolica facilè perpendi potest. Deindè verò cùm redintegranda fuisset concordia inter Pontificem, & Concilium, media ratio amplectenda erat, vt vnum extremum cum alio coniungeretur, consentiendumque, vt de duobus capitibus dogmatum, & reformationis tractaretur: quod ergo tunc exactè, & cum maximo Sedis Apostolicæ dedecore agendum manebat, nunc sponte cum maxima Suæ Sanctitatis gloria, & honore Sedis Apostolicæ gestum apparet. Quartò, vt nobis viam facilem, atque expeditam muniremus, qua Suæ Sanctitatis imperia fæliciùs in opus prouocentur. Denique priùs de dogmatibus agetur, quibus ea reformationis pars, quæ ad Romanam Curiam spectat, connectetur, quam Sua Sanctitas sponte perficere poterit. Quintò, dum reformationi siuè sanctitati morum reuocan-

eandæ libenter incumbimus, meliùs res (vti conuenit) peragetur, quàm si ab ea abhorrere ostenderemus: consulentes verò tantæ rei honestati, ac dignitati, Pontificium decus augemus, existimationemque, atque auctoritatem nobis in Concilio comparamus: cuius beneficio quidquid optatur, cum pace recto ordine ad optimum exitum perducetur. Sextò, prospicietur fæliciùs rebus Germanicis, quarum cura, & solicitudo adeò Pontificio animo insedit, vt ad eas restituendas Sedes Apostolica existimarit, cogendum esse Tridenti Concilium: atque adeò propter propositionem ab Imperatore in Conuentu Wormatiensi Mense Martio anni præteriti celebrato expositam, atque edictum indè promulgatum, & propter colloquium Ratisbonense, de quo modo agitur, Ordinumque Imperij cœtus mox celebrandos, tùm ob conuitia ab huiusmodi hominibus effundenda, si vel de dogmatibus tantùm; vel de sola reformatione in Concilio tractatum iri videretur; causę etenim omnium malorum, quę ex colloquio inter Doctores Catholicos, & Lutheranos sequuto conuentu dimanarent (& vtinam nulla redundent) in nos conijcerentur; ac de nullo, qui Lutheranorum partibus adhæresceret, expostulare possemus, quin statim excusationem in os nobis objicerent, non adhibitum remedium à Concilio in tanto Germaniæ morbo, qui nullam moram pati poterat, nec valeret excusatio ignorantiæ, quia protestatio, vel similium contestatio in memorata propositione nobis denuntiata est: Si Concilium strenuè restituendæ disciplinæ non incumbat, ipsos reformationis sanciendæ munus aggressuros; cùm in hoc rerum discrimine, Germania hæresum ardens incendio salua consistere non possit; ac præterea libros nuper à Lutheranis editos consentire veritati fateremur, quibus sparsere in vulgus, Concilium non cogi ad Ecclesiæ corruptelas castigandas, prauosque mores ad pristinum sanctitatis nitorem reuocandos, sed ad placita Lutherana damnanda; cùm vitam solutiorem vt priùs ducere velimus, de qua fama increbrescente, opinioneque confirmata multi Præsules, tùm maximè Sidonienſis Vir exaggeratæ virtutis ac prudentiæ, nos grauiter præmonuerant. Septimò, Concilium habiturum est progressum, vel non; si ad viteriora progrediatur ad reformationem constituendam cogere poterit; cùm itaque necessariò illa sit sancienda, præstantius est, illam cum publica laude decernere, Christianumque populum in officio, & Ecclesiæ obsequio continere, cùm viderit nos prompto & alacri animo pro instauranda primæua morum sanctitate sedulam operam collocare, quo prætermisso labore, Præsules, qui Tridento animis malè affecti discederent, per varias Prouincias famam nostram atrociùs etiam, quàm Hæretici lacerarent; obseruantia quoque erga Sedem Apostolicam obsolesceret, perfrigesceret amor, atque etiam iactura prouentuum, qui ad Curiæ Officiales deriuantur, damna quæ seuera reformatio inferret, multo ampliùs superaret. Octauò, non deerit Suæ Sanctitati spatium temporis, quo ipsa reformationem Curiæ componat; dum interim modi illius perducendæ ad exitum Tridento Romam transmittuntur: duos autem modos descripsimus, vt præstantior seligatur, vel aptior inueniatur. Nonò, constabat perspicuis argumentis, nunquam Concilium solas reformationis Leges, pressis silentio dogmatibus fidei, admissurum; quamquam priuati & magni Principes (quibus verbis Cæsar & eius Proceres designantur) diuina suis commodis dimetientes ardentiore studio expeterent, vt dogmatum Hæreticorum damnatio differretur.

Antequam has literas accepisset Pontifex, alijs Legatorum monitis ad æquitatem mentem inflexerat, assensumque præstiterat, vt vnà cum dogmatibus etiam de reformatione ageretur, vt ex literis Legatorum quarta Februarij datis enitescit.

12 Die XXIV. Ianuarij in alia Congregatione generali Præsides Concilij proposuere: ,, [Qua via, & quibus modis sit procedendum ,, ad examinationem, & discussionem vtriusque ,, causæ, an per aliquot Prælatos vel sorte, vel ,, viua voce, vel per scrutinium, vel quauis alia ,, ratione deputandos, & coram Reuerendissimis Dominis tribus Præsidentibus congregandos; & an per totam Synodum diuisam in ,, tres classes congregandas, coram quolibet eorumdem Dominorum Præsidentium, pari numero, eadem hora, & super eisdem articulis.] Decretum est per tres Classes procedendum, deligendos tamen aliquos, qui adducenda in consilium, in examen reuocent, posteà actum est de prorogatione futuræ indictæ sessionis. *Ibid. tom. 19. p. 35. & aliud m.s. Arch. Vat. fig. n. 3232. pag. 112. Diar. Con. Trid. pag. 68.*

XXIX. Ianuarij fuit Congregatio, in qua fuerunt lectæ ab Episcopo S. Marci literæ sanctæ Synodi ad S. D. N. ad Imperatorem, ad Regem Christianissimum, ad Regem Romanorum, ad Regem Portugalliæ, & ad Regem Poloniæ conscriptæ, in quibus omnes Principes grauiter, & eruditè hortabatur ad fauendum huic Concilio, ad excitandos Prælatos eorum, & cætera huiusmodi: Pontifici verò maximæ gratiæ agebantur ob præclara studia adhibita pro pace in populo Christiano conseruanda: atque etiam hortabatur, ne ab incœptis desisteret, Prælatos verò omnes iterum moneret, vt quàm primùm ad Concilium accederent. Lectis literis graues dictæ fuerunt à Patribus sententiæ. Placebat Cardinali Tridentino, vt literæ, quæ ad Regem Romanorum destinatæ erant, eius egregia aduersùs Turcas facinora vberiori laudum præconio celebrarent; itemque vt admoneretur ad excitandos reliquos Germaniæ Principes, vt se ad Concilium conferrent, quod & in literis ad Regem Poloniæ directis à plerisque desideratum fuit. Giennensis verò Cardinalis vrgebat, vt in literis ad Cæsarem scriptis adderentur preces, vt præsentia sua Concilium cohonestaret. *M S. Arc. Vatic. fig. n. 3209. pag. 36. tom. 19. de Conc. & aliud m.s. Arc. Vat. fig. num. 3232. p. 112. Diar. Con. Trid. pag. 36. M S. Fæs. Car. Barb. fig. 1799. pag. 30. & aliud m.s. fig. n. 23. & m. s. Card. Pÿ.*

Literæ Concilij ad diuersos Principes.

13 Cæterùm exarsit grauis controuersia inter Patres, vt quæ videlicet literę priùs essent perlegendæ in Sessione, an eę, quæ Regi Romanorum, an quæ Christianissimo Regi dirigebantur? Consultius itaque visum est post aliquot altercationes, in solemni congressu ab ijs perlegendis abstinere.

Deindè actum fuit de modo eligendi Prælatos per classes distinctos; quæ electio delata fuit Reuerendissimis, & Illustrissimis Dominis Legatis.

Secunda Februarij coactę sunt singulares Congregationes in tres classes distinctæ eadem hora, ac disceptatum, an decreta promulganda extrahenda essent, donec ampliores cœtus essent, sanciumque, vt de professione fidei decretum ederetur, absentiumque ratio haberetur. *Tom. 19. pag. 37. & tom. fig. n. 3232. p. 113. & Diar. Con. Trid. pag. 26. & in Actis Congregationis pag. 69.*

Tertia Februarij eadem propositia sunt in Congregatione generali, quæ in particularibus, eademque in proxima sessione sancienda, constitutum est. *Ib. p. 39.*

14 Instaurata tunc iterum de titulo decretorum

Digitized by Google

Controuerſia de titulo decretorum.

rum controuerſia à Feſulano, Caputaquenſi, & Pacenſi Epiſcopis, qui efflagitarunt, vt adderentur ea verba, Vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad conciliandam decretis Synodi maiorem auctoritatis ſpeciem. Sed maior pars diſſenſit; ſatis enim iudicauit, ſi decretum ſic inſcriberetur: Sacroſancta Oecumenica, & Generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata.] Profitente verò Feſulano, ſtare ſibi fixam priorem ſententiam, nec ab ea diſceſſurum, licèt maior pars ſibi repugnaret, ne conſcientiæ ſuæ vim afferret; tùm Cardinalis Polus ita fatus eſt; [Quod conſcientia alicui dictat, proferendum quidem eſt, verùm poſtquam ſemel atq; iterum, & tertiò quis ſibi ſatisfecerit proferendo opinionem ſuam, & apertè cognitum eius dictum à maiori parte non ſolùm non probari, ſed omni conatu reprobari, poteſt, ac debet ille opinionem ſuam dimittere, & quod ampliùs eſt, à malo eſt.

M. S. Arch. Vat. fig. n. 3232. pag. 119. & ſeqq. M.S. Car. Barberini, & m. s. Card. Pÿ.

15 Tertia ſeſſio celebrata eſt die quarta Februarij, in qua præter memoratos Legatos, ac Præſules inſignes, duo alij Cardinales, Chriſtophorus Madrutius Tridentinus, & Petrus Paceccchus Gienuenſis Epiſcopi, necnon aliqui alij Antiſtites interfuere. Ambroſius Catharinus Politus Senenſis piam orationem habuit, qua Patres hortatus eſt ad conſectandam ſanctiorem vitam, exemplo B. Petri, [Qui etſi ter Dominum negauit, conuerſus tamen in ſe eſt, & pœnitentiam egit.

Perlectum deinde eſt à Saluatore Alexio Decretum de Symbolo Fidei, quo Romana Eccleſia vtitur, quo veluti inexpugnabili propugnaculo aduersùs Hæreticorum aſſultus munitur, quo veluti clypeo omnia impiorum tela retundit, in quo, veluti principio, omnes, qui fidem Chriſti profitentur, neceſſariò conueniunt, quod denique fundamentum eſt firmum, atque vnicum, contra quod inferorum poteſtates nunquam ſunt prævalituræ. Cùm vero perlatum eſſet plures Præſules iter ad Synodum ſuſcepiſſe, extracta eſt quarta ſeſſio in diem octauum Aprilis, vt decreta maiori veneratione ſuſciperentur, quo à maiore Patrum numero eſſent promulgata. Nauata tamen interea eſt opera diſcutiendis, & in examen adducendis ijs, quæ in Synodo decernenda viderentur.

Alla Typis excuſſa.

Seſſionis tertiæ celebratio.

16 Legati verò in Epiſtola quarta Februarij cauſam adduxerunt, propter quam in tertia ſeſſione Fidei decretum ſolummodo firmauerunt: Decretum (inquiunt) de Fidei Symbolo ſancitum fuit: primò, vt antiquorum Conciliorum veſtigia ſequeremur, poſteà ne iſta ſeſſio abſque aliquo decreto celebraretur. Narrarunt etiam in eadem epiſtola quid acciderit in ſeſſione, addentes. Quoad huius diei decreta, omnes præter Epiſcopos, Feſulanum, Caputaquenſem, & Pacenſem, qui ſcriptum votum ad maiores turbas euitandas dederunt, veterem decretorum inſcriptionem approbarunt.

Mota etiam controuerſia, an expoliendorum ſanctiorum morum, caſtigandorum vitiorum, tollendarumque corruptelarum leges Romæ à Pontifice, an Tridenti in Concilio Oecumenico ferendæ eſſent? ac multis vltrò citròque literis Tridento Romam, Romaque Tridentum tranſmiſſis, re diligenter excuſſa, decretum eſt, vt Tridenti de cauſis dogmatum, ac morum excolendorum ageretur. Licèt nonnulli expeterent magis Romæ de corruptelis emendandis agi: atque Imperator non de dogmatibus Tridenti neſas efferarentur Lutherani, cùm ſe damnari à Concilio acciperent, ſed de moribus ad puriorem ſanctioremque formam reuocandis agendum flagitaret.

17 Octaua Februarij coacta eſt prima poſt ſeſſionem tertiam Congregatio generalis, in qua Ioannes Maria Legatus Cardinalis Patribus fusè oſtendit, quare decretorum titulo non fuiſſent adiecta ea verba Vniuerſalem Eccleſiam repræſentans.

M.S. Arc. Vat. fig. n. 3232. pag. 120. Alla Congreg. Con. Trident. Angelus Maſſarell. in Diario Con. Trd. pag. 37. & in Actis Congreg. pag. 71. M.S. Car. Franciſci Barb fig. n. 1799. pag. 35.

Cardinalis de Monte (inquiunt Acta) dixit de titulo decretorum promulgatorum, quòd ſi rectè inſpiciatur, ſatis amplum eſſe & decorum apparebit, cuius rei teſtes locupletiſſimi nobis ſunt, vt ſæpiùs dictum eſt, antiqua omnia Concilia, quorum nullum reperitur, vſum fuiſſe hoc, qui à nobis efflagitatur, titulo. Nec quiſquam exemplum Concilij Conſtantienſis nobis obijciat, quoniam vel diuerſa ratio eſt in illo tempore ſchiſmatis congregato, & in iſto, quod ſub vero, ſolo, & indubitato Papa conuocatum fuit. Addamus, quòd Synodus illa Conſtantienſis non dicit verba illa de omnibus Concilijs, ſed de ſe tantùm loquitur. Sed quidquid ſit, habemus poſteriora exempla, Concilij ſcilicet Florentini, & Lateranenſis, in quibus nunquam tali titulo ſynodus, præſente Papa, vſa eſt, quod tamen magis facere poterat. Quamobrem hortor & precor eos, qui diſſenſerunt, vt velint tandem ſententiæ maioris partis acquieſcere, nec vltra de re tam friuola, tamque nullius momenti verba facere, & rerum grauiorum curſum, & tractatum impedire.] Aſſenſiſſe Patres Legato ſubdunt Acta: [Quibus rationibus moti aliqui Prælati, qui in ipſa præterita ſeſſione dixerunt, ſe omninò velle, quòd verba illa addantur, mutauerunt ſententiam, & ſe acquieſcere maiori parti Patrum oſtenderunt.

18 Deinde idem Cardinalis Præſes rationes attulit, ob quas decretum de dogmatibus Fidei vnà cum reformatione tractandis proponere Patribus omiſiſſet, quorum plures de hac re queſtos fuiſſe intelligebat: nempè, ab ampliore Præſulum conuentu tàm grauis decreti promulgationem emanare debuiſſe; nullum tamen ex hoc ſilentio ortum fuiſſe rectæ diſciplinę detrimentum, cum eadem quantocyùs operibus ipſis magis conſtabilienda foret: præcipuè quia in Pontificia Bulla omnes ferè cauſæ pro aperiendo Concilio recenſebantur, quas præfatum illud decretum continebat. Tùm Aſturicenſis Epiſcopus, addiſcendi potiùs (vt ipſe aiebat) quàm impugnandi decreti gratia Legatum interrogauit, qua auctoritate decretum ab omnibus Patribus ità confirmatum permutaſſet? Cui blandè Cardinalis reſpondit, non modò Apoſtolico Legato, verùm etiam cuilibet Epiſcopo permitti, ante decreti promulgationem, eius mutationem proponere coram Synodo, eiuſque iudicio diſcutiendam relinquere. Ampliſſimas deindè Legatorum à Latere facultates eſſe ſubdidit, quarum ſingulas tunc recenſere omittebat, cùm ad grauiora negotia peragenda vrgeretur.

18 In eadem Congregatione Patres conſenſere, vt Sacrorum, ſiuè Canonicorum librorum catalogus texeretur ex formula à Sanctis Patribus, vt in ſecundo Concilio Carthaginenſi, & in Concilijs à Gelaſio, & Innocentio Pontificibus: & po-

Digitized by Google

& poſtremò in Florentino Præſide Eugenio IV. in diplomate ad Armenos, & Iacobitas dato. De traditionum etiam Eccleſiaſticarum tuenda auctoritate actum eſt, coërcendaque eorum licentia, qui Sacris Scripturis alienum ſenſum ex proprij intellectus audaci interpretatione affingunt; data imperia Concionatoribus, vt Scripturas ex communi Eccleſiæ ſenſu interpretentur, tùm ſortes, ac ſuperſtitiones omnes in die Epiphaniorum ab impijs inductæ tollerentur.

M. S. Arc. Vat. fig. n. 3232. pag. 122. Acta Congreg. Conc. Trident. Angelus Maſſarel. in Diario Con. Trid. pag. 37. & in act. pag. 71. M. S. Fr. Car. Barb. fig. num. 1977. pag. 37.

19 XII. Februarij fuit Congregatio generalis, in qua Cardinalis de Monte præfatus dixit: „ [Nouerunt Paternitates veſtræ qualiter omnis „ fides noſtra ex reuelatione Diuina eſt. Hanc „ reuelationem tradidit nobis Eccleſia partim „ ex Scripturis, quæ ſunt in Veteri, & Nouo Teſtamento, partim etiam ex ſimplici Traditione ſcimus. Igitur vt omnia ordinatè à nobis „ tradantur, conſequens eſt, vt poſt fidei profeſſionem à nobis factam, Scripturas probemus, „ quo peracto, deinceps quoque de Traditione „ Eccleſiaſtica, quæ ſine Scriptura eſt, in alia „ tamen Congregatione diſcutiemus: & ſucceſſiuè, ſi qui abuſus, tùm in vertendo ipſas Scripturas, tùm etiam, ſi videbitur in docendo, & „ prædicando illos inuenerimus, eos quoque „ recidere extra propoſitum non erit. Nunc de „ Scripturis agamus, de quibus in particularibus Congregationibus habitus ſermo, & vt dicam, quid ex conuentibus illis hauſerimus, „ omnes ferè probarunt, vt omnes Libri tàm „ Noui, quàm Veteris Teſtamẽti ita probarentur „ quemadmodum à pluribus ſanctis Concilijs „ probati fuerunt, & nouiſſimè in Concilio Florentino: qua in re rogamus nunc in plena „ hac Congregatione Patrum ſententias. Quibus addidit Cardinalis S. Crucis: duo ego „ ſubijciam, quæ in mea particulari Congregatione tractata fuerunt, vnum eſt, an facienda „ ſit ſimpliciter approbatio ipſarum Scripturarum, ſicut Florentinum, & vniuerſa Concilia, „ an magis diſtinguendum ſit, qui ſint libri Sacri, ex quibus fundamenta doctrinæ eruantur: „ qui verò ſint Canonici quidem, ſed non tales, „ quales priores, ſed ideò recepti ab Eccleſia, „ vt ex ijs multitudo inſtrui poſſit, quales ſunt „ libri Sapientiæ, liber Prouerbiorum, & ſi „ qui ſimiles: idque videretur è re eſſe, quoniam „ ambiguum eſt valdè, nec adhùc ab Eccleſia „ determinatum, quamuis & Auguſtinus, & „ Hieronymus, & alij Veteres ſæpiùs de his nonnulla tradiderint. Alterum eſt, an ſicco pede „ approbatio iſta à nobis facienda ſit, an verò „ additis rationibus, & ſolutis argumentis, quibus aduerſarij maximè innituntur ad expungendas multas ex Scripturis Sacris; hæ enim „ ab ipſis potiſſimùm infringuntur, liber Macabæorum, quem penitùs reijciunt, Epiſtola Pauli ad Hebræos, vna Petri, altera Iacobi „ Epiſt. Canon. itẽ Apocalypſis, & aliq quędam.]

De Scripturis, & de Traditionibus tractandum.

Tùm dictæ ſunt à Patribus ſententiæ, in primiſque Tridentinus laudauit, vt, tametſi omnes Scripturas, quas Florentinum Concilium numerat, ipſe probaret, non tamen omnes probandas cenſebat, antequam aduerſariorum rationes audirentur, & diſſoluerentur. At Gienneńſi contraria placebat ſententia, nempè vt nulla habita diſcuſſione, nulloque tractatu, ita omnes Libri approbarentur, quemadmodum à Concilio Florentino approbati fuerunt, ita vt nullum diſcrimen inter libros adnotaretur. Cuius ſententiam omnes ferè ſequuti ſunt; ita vt nemo de reprobatione Librorum diſſereret. Aliqui tamen, nec pauci quidem, & in primis Pacenſis Epiſcopus diſputationem omninò reijciendam eſſe dicebat, cæterùm diſquiſitionem faciendam putabat exemplo Apoſtolorum, qui cùm de legalibus Legis Veteris reijciendis à nonnullis dubitaretur, conquiſitione facta ſententiam dixerunt; quam quidem conquiſitionem non ideò fecerunt, vt dubitarent ipſi, ſed vt debiles in fide conquiſitione illa confirmarentur: ita nos ad exemplum illorum poſſe noſtra tutari, & confirmare; aduerſariorum verò argumenta diſſoluere.

Cardinalis de Monte dixit (paulò poſt.) Vt verè dicam, quod ſentio, nunquam mihi placuit hæc conquiſitio, quam pati non poſſum, vt de noſtris principijs incatur diſceptatio. Cui Cardinalis Gienneńſis: maior (inquit) pars probauit, ne conquiſitio fieret omninò; id Tridentinus negabat, & nec benè, nec cum dignitate rem tam ſicco pede pertranſeundam eſſe cenſebat, ne aduerſarijs daretur anſa vocandi illud Concilium Papiſticum, quod planè facient, ſi nos ita ire in ſententiam cognouerint, ita multis nullo ordine diſceptantibus res diù protracta eſt.

M. S. Arch. Vat. fig. num. 3232. pag. 46.

„ [Cardinalis Anglicus cùm aduersùs Feſu„ lanum, & Aſturicenſem ſe conuertiſſet: Sunt „ (*inquit*) aliqui qui nos vt leues, & inconſtan„ tes, alij vt tardos & in re nihili diutiùs labo„ rantes accuſant: quod profectò non alia ra„ tione illis euenire puto, quòd ipſi ſatis ea „ quæ tractantur, non intelligunt: nam ſi con„ ſiderarent hi, quomodo inquam omnis noſtra „ Religio ab aduerſarijs noſtris in dubium reuo„ catur, profectò non parum nos feciſſe, neque „ rem nihili putare, intelligerent in receptione „ Librorum, & Traditionũ, quæ quidem res tanti „ momenti ſunt, vt nihil maioris potuiſſet fieri; „ eſt enim Eccleſia iſta tamquam caſtrorum „ acies ordinata, quæ non ante ad bellum, ne„ que certamen progredi poteſt, ni priùs ordi„ netur. Hic nempè eſt ordo, vt priùs nos mu„ niamus armis, deinceps verò vt decertemus „ cum aduerſarijs: qui quidem ordo omnibus „ patebit, cùm decernendum erit, & quia ali„ quis ad deſcendendum ad huiuſmodi abuſus „ renuit, ſciat quòd expeditis abuſibus Scriptu„ rarum, & Traditionum, erit expedita pars to„ tius negotij noſtri, nam abuſus Scripturarum „ ſub ſe continent ordinem & modum prędican„ di verbi Dei, & Libros ipſos interpretandi: „ Traditionum verò abuſus totam penè diſcipli„ nam Eccleſiaſticam reſpicere videntur, cùm „ & confeſſiones, & omnes cæremoniæ noſtræ „ ad ipſas Traditiones reſpiciant.

Cenſebat iure pars maxima non reuocanda in controuerſiam, quæ ab Eccleſia ſanctiſſimè recepta fuerant, maximè cùm Hæreticorum dubia, atque argutias Ioannes Eckius, Albertus Pighius, & Cardinalis Roſſenſis eruditiſſimè diſſoluiſſent. Alij verò, licèt nullatenus receptos Sacros Libros in dubium reuocarent, diluenda tamen eorum ſophiſmata, ad æternum ijs ſilentium imponendum opinabantur.

M. S. Arc. Vat. fig. n. 3232. pag. 122.

Quare XV. Februarij in Congregatione generali eadem quæſtio ventilata eſt, vt referunt Acta:

21 Quod ſpectat, ad excutienda grauiore examine argumenta, quibus aliquot Libri Sacri (vt Eſdræ, Macabæorum, Baruch, Epiſtola Pauli ad Hebræos, ſecunda Petri, & Apocalypſis Ioannis) impugnantur, Patres bifariam diuiſi ſunt; alijs om-

Ib. p. 123.

Digitized by Google

Diar. Con. Trid. in act. Congr. habita 15. Feb. 1546. m.s. Arch. Vat. Autore Angelo Maffarello Secretario.

omninò prætermittendam afferentibus, alijs è contra has rationes adducentibus. Quòd licèt de his, quæ ſemel per Concilium ſtatuta ſunt, diſputare minimè liceat, ea tamen diſceptatio, quæ ad confutandos errores fiat, licita ſit, & laudabilis, ſecundùm Thomam 2.2. q. 10. art. 7. & Gloſſ. in l. *Nemo*. c. *de Summ. Trin. & Fide Catholica*. Athanaſius enim in Antiocheno Concilio cum Arrio priùs in Nicæno 1. Conc. damnato diſputauit; Beatuſque Hieronymus cum Luciferiano, quem ex Actis anterioris Concilij devicit, nec non Africanum Concilium ſub Bonifacio in inſtructione, quam Legatis ſuis dederat, atteſtatur, quòd Donatiſtæ hac de cauſa fuerunt inuitati, vt ſecum pacificè conferrent, & manſuetudine Chriſtiana, ſi quid veritatis tenerent, non ambigerent proferre. Cum quibus quidem Auguſtinus poſteà diſputauit, & nihilominùs eorum errores in Nicæno, & Africano Concilijs damnati priùs extiterant. Filium enim minorem Patre, & Hæreticos rebaptizandos cenſebant, vt in c. *Quidam*. 24. q. 3. Beatus item Dominicus cum Albigenſibus, quorum errores damnati priùs fuerant Toloſæ diſputauit. Itemque Macharius, qui in VI. Synodo damnatus, & Romam relegatus fuerat, à Benedicto Romano Pontifice in diſputationem admittitur. Nam Bonifacium Conſiliarium ſuum ad eum miſit, qui per quadraginta dies commonitorijs verbis ex Diuina Scriptura inſtrueret, licèt pertinaciter ſemper permanſerit, vt habetur in c. *Conuenientibus*. 55. Item Petrus 1. q. 7. & quod de ſemel conſtitutis ad ſimplices inſtruendos differere liceat, docuit Leo I. ep. 76. ad Leonem Imperatorem, cùm ait; multo gaudio mens noſtra exultat; & quæ ſequuntur, ad quod etiam B. Petrus in ep. 1. cap. 3. nos monuit, vt parati ſemper ſimus ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea, quæ in nobis eſt, ſpe, & fide. Beatuſque Paulus ad Titum inquit, vt ſimus idonei exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere.

Quæ ſunt fidei, non adducenda in diſceptatione.

At iſti è contra cenſebant, diſputare de his, quæ Fidei ſunt, & à cunctis Concilijs conſtituta infidelitatem ſapere c. *Quicumque de Hæreticis* libro 6. quæ diſputatio inhibetur per Martianum Imperatorem per Conſtitutionem, quæ habetur in l. *Nemo*. C. *de Summa Trin. & fide ca.* Item Gelaſius in c. *Maiores*. 24. q. 1. decreuit, vt quod contra vnamquamque hæreſim coacta ſemel Synodus pro fidei vnione, & veritate Catholica promulgaſſet, non ſineret nouis retractationibus mutilari. De quo etiam Leo ep. 42. ad Martianum Imperatorem, ſic ait: [Nimis iniquum eſt, vt per paucorum inſipientiam ad coniecturas opinionum, & ad carnalium diſceptationū bella prouocemur tamquam reparata diſceptatione tractādum ſit, vtrum Eutyches impiè ſenſerit, & vtrum impiè Dioſcorus iudicarit.] Necnon ep. 43. ad eundem inquit: [Vnde per ipſum Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, qui Regni veſtri eſt Auctor, & Rector, obteſtor, & obſecro clementiam veſtram, vt in præſenti Synodo fidem, quam Beati Patres noſtri ab Apoſtolis ſibi traditam prædicarunt, non patiamini quaſi dubiam retractari, & quæ olim Maiorum ſunt auctoritate damnata, rediuiuis non permittatis conatibus excitari.] Quare Paulus epiſtola 2. ad Timotheum refert: *Noli verbis contendere, nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium*. (Et paulò poſt)

Votis perquiſitis, à ſaniori tamen parte in hanc ſententiam ventum eſt, vt Libri Sacri ante omnia recipiantur omnes, vt in præterita Congregatione decretum fuit, deinde domi priuatim ab vno quoque (ſi velit) fiat aliqualis dictarum rationum diſcuſſio & examinatio, ita tamen, vt non videatur res in controuerſiam adduci.

22 Deinde alia quæſtio orta eſt, ſcilicet, An æqualis fuerit ſacrorum illorū Librorum auctoritas? Nōnullos enim Libros maiori honoris gradu habendos eſſe plerique exiſtimabant: ſententijs inquiſitis, generaliter ſuſcipiendos pari auctoritate „ decretum eſt. Quòd Libri Sacri (inquiunt) „ purè & ſimpliciter recipiantur, & numerentur, „ rationum autem diſcuſſio omninò omittatur, „ non prohibendo tamē, quod vnuſquiſque, ſi vo„ luerit, priuatim faceret aliquā examinationem.

Habitæ ſunt die XVIII. Februarij priuatæ Congregationes, in quibus de Traditionibus actum, in ſua verò Claſſe, auditis Patribus Cardi„ nalis Sanctæ Crucis ita perorauit [Nobis „ hæc via magis idonea viſa eſt, vt poſt Symboli „ profeſſionem, Sacri Libri tamquam prima „ fundamenta, vbi omnes noſtræ concluſiones „ firmari debeant, recipiantur. Multa enim ar„ dua, & difficilia à Sacra Synodo pertractanda „ erunt, quæ niſi firmis fundamentis ſtabiliantur, corruerent. Poſt igitur primum Symbo„ li fundamentum, cætera, quæ reſtabant prin„ cipia ſumenda neceſſariò videbantur. Ea au„ tem Fidei noſtræ principia tria eſſe inueniemus. „ Nam doctrinam noſtram, nonniſi reuelatio„ nem quandam diuerſis temporibus factam, eſſe „ dignoſcimus. Patriarchis primùm, quorum „ fidem in ſacris Scripturis habemus, haſque „ Vetus Teſtamentum nominamus. Procedente tempore placuit Diuinæ Bonitati eadem, & „ longè plura hominibus per Vnigenitū Filium „ ſuum reuelare, qui non ſcripto, ſed ore, non „ in charta, ſed in corde plantauit Euangelium „ ſuum, prout nihilominus ijdem Prophetę prę„ dixerant, & hoc Nouum Teſtamentum dici„ mus. Eorum tamen quæ à Chriſto emana„ runt, quædam ſcripturæ demandata, quędam „ in cordibus hominum relicta fuerunt, hocque „ ſecundum principium eſt Fidei noſtræ.

Fidei fundamentū eſt diuina reuelatio.

„ Tertium autem, quoniam non ſemper Filius „ Hominis nobiſcum manſurus erat, Spiritum „ Sanctum ſuum in mundum miſit, qui Dei ſe„ creta, & quæ dubia apud homines erant, de„ clararet. Quibus omnibus diligenter conſi„ deratis, ad eadem principia ſuſcipienda in„ greſſi ſumus. Sed quoniam dicta principia in „ Veteris, & Noui Teſtamenti Scripturis conſi„ ſtunt, eaſdem Scripturas in primis cum Dei „ benedictione ſuſcipimus. Cæterùm eorum „ quæ ab Apoſtolis inter homines profecta ſunt, „ nonnulla facta, & non ſcripta credimus. Igi„ tur multa dicta, & non ſcripta fuiſſe fateri de„ bemus. Apoſtoli enim adeò prædicationibus „ intenti erant, vt propriæ etiam menſæ non mi„ niſtrarent, quæ quidem rationes plurimæ „ quæ à Domino ad Apoſtolos, & ab Apoſtolis „ ad nos deuenerunt, ſcripto minimè demanda„ ta eſſe demonſtrant; quare à Traditionibus „ priùs incipiendum ſuaderi debemus. Nihil „ tamen inter Scripturas Sacras, & Apoſtolicas „ Traditiones differt, illæ enim ſcriptæ, hę per „ inſinuationem habentur, vtręque tamen à Spi„ ritu Sancto eodem modo emanatæ. (Et mox) „ Quo autem ad auctoritatem Eccleſiæ, quo„ niam ante ſuſceptionem Sacrarum Scriptura„ rum de ea tractari non poterat, ſucceſſiuè ad „ il-

Digitized by Google

,, illam maturè suo loco deuenietur. Demùm
,, vt abusus, qui ex Sacris Libris, & Apostolicis
,, Traditionibus occurrunt, in scriptis notarent,
,, Patres admonuit.]

M.S.Car. Spad. 23 Die XIX. & XX. eiusdem Mensis Theologorum Congregationes habitæ sunt, in quibus de Traditione Apostolica, ac de abusibus, qui circa Sacram Scripturam occurrunt, actum est magno animorum æstu. Quare à Præsidentibus Concilij decretum est, quoties de Articulis Fidei, & dogmatibus agendum esset, antequam quidquam à Sancta Synodo decerneretur, omnia prius cum dictis Theologis familiariter conferenda, eorumque opiniones intelligendas esse. Isti autē Theologorum conuentus coram Legatis fiebant; quoniam Episcopi, vt in suis Congregationibus interessent, constanter renuebant.

24 XXI. Februarij redditæ Reuerendissimis Dominis Legatis literæ Reuerendissimi Domini Cardinalis Augustani Dilingæ datæ, in quibus ferebatur Fridericum Comitem Palatinum Rheni, Othonem, Henricum & Wolfgangum Duces ..... nec non Brunsuicensem. Pseudo Archiepiscopū Colonienſem, XXV. Ianuarij Francofurti, in qua vrbe Lutheranorum Conuentus habebatur, Smalcaldico fœderi se coniunxisse; in qua sociali coitione hæc duo præcipua capita continebantur, vt in Religionis, vel quacumque alia causa aduersùs omnes molestiam inferentes, sociale bellum gererent, nec per suas ditiones militaribus copijs aditum præberent, nisi à fœderatis conscriptæ essent: timere enim se bello à Cæsare petitum iri, pluresque Nobiles, Vrbesque illi fœderi accessisse, quam coniurationem Imperialis defensionis nomine cohonestauerint. Cæterùm Germaniæ Episcopos non accessuros ad Concilium, vel propter senilem infirmitatem, vel ob Lutheranorum metum, vel quia opinantur Concilium dissoluendum: nihil verò ea re tristius atque funestius Sedi Apostolicæ posse accidere, atque adeò vrgendos à Pontifice Episcopos, vt ad Concilium se conferant. Addidit etiam Libellos satyricos, picturas infames contra Concilium, Pontificemque, ac mille calumnias & probra passim spargi.

25 XXIII. Februarij congregatæ sunt coram Legatis Theologorum classes, relatumque, quid de modo recipiendi Sacros Libros, & Traditiones Apostolicas sentirent,

Diar. Con. Trid. in actis Congreg. habit. 26. Feb. pag. 86.

,, Procurator Reuerendissimi D. Cardinalis
,, Augustani laudauit communem sententiam,
,, vt Traditiones nunc primùm recipiantur,
,, Verùm distinguendas esse Traditiones, quæ
,, reciperentur. Sunt enim diuersarum specie-
,, rum, nam quædam ad fidem pertinent, & eæ
,, pari auctoritate cum Euangelijs à nobis susci-
,, piendæ sunt, de alijs autem, quæ cęremonia-
,, les existunt, non ita. Nam de Bigamia, &
,, de sanguine suffocato aliter à nobis obserua-
,, tur, quàm ab ipsis Apostolis sit traditum.]

De traditionibus agitur.

Laudata est ea sententia à Generali Eremitarum Sancti Augustini, & Cardinali Sanctæ Crucis, qui subdidit, quæ sint Traditiones, ipsas suo tempore reuidendas putabamus. Nam Traditionum aliquæ scriptæ, aliquæ non scriptæ reperiuntur, & aliquæ essentiales, aliquæ cęremoniales sunt, vt ab Augustensi rectè dictum fuerat, nam in Sacramentis nonnulla scripta, nonnulla tradita ab Apostolis fuerunt, quæ Sacramenta essentialia Fidei nostræ sunt. In cęremonialibus autem habemus Quadragesimam, quæ licèt vix ex Scripturis probari possit, Apostolos tamen eam nobis tradidisse certò scimus. Quòd autem scriptæ sint aliquæ, aliquæ non scriptæ Apostolorum Traditiones legit c. *Ecclesiasticam* 11. dist. & infrà, Postremò ipse Cardinalis legit, quæ de Traditionibus Congregatio excerpserat. In Congregationibus priuatis auctoritas Traditionum Apostolicarum recepta fuit, de qua Legati Cardinali Farnesio ita scripserunt vigesimaquarta Februarij. [Heri omnes in priuatis Congregationibus Traditiones Apostolorum receperunt, de quibus in decreto Sacrarum Scripturarum, post dinumerationem tamen in genere, & non pro nunc in specie, librorum Noui Testamenti facienda erit mentio, eas modò prætermittentes, vt de illis postea suis locis agatur. Fuit etiam iuxtà nostram propositionem constitutum, vt sex Præsulibus (scilicet pro qualibet classe duobus) vni Theologo, & alteri Canonum Professori formatio decreti Scripturarum, & Traditionum committeretur, omnia ista die Veneris vigesima sexta in Congregatione generali firmabuntur, & postea ad abusus Sacrarum Scripturarum tollendos intendent.

M.S.Car. Spad. tom. 210. pag. 59.

26 Igitur vigesima sexta Februarij in Congregatione generali excussa est eadem controuersia de Traditionum Apostolicarum auctoritate.

Clodiensis (inquiunt Acta) nouarum rerum cupidus, frustrà, inquit, nos modò quærere Traditiones per manus verbo, & obseruantia communis Ecclesiæ ad nos perductas, cùm habeamus Euangelium, in quo omnia, quæ ad salutem, & vitam Christianam necessaria sunt scripta inueniuntur.

Euangelij auctoritas pendet à Traditione.

Reprehensus est à pluribus, etiam ex verbis ipsiusmet Euangelij Ioan. vlt. *Sunt, & alia multa, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror Mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Item Io: 20. *Multa quidem, & alia signa fecit Iesus in conspectu Discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.* Item Io. c. 16. *Adhuc multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo, cùm autem venerit ille, qui est Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Et Christus nunquam præcepit Apostolis, vt scriberent, sed ait: *Ite, & prædicate, &c.* Item Paulus pluribus in locis suarum Epistolarum apertè ostendit, multa extra Euangelium ab eo præcepta ad Christianam vitam necessaria esse emanata, vt 1. Cor. 2. *Laudo vos, &c. & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Item Cor. 1. c. 11. *Collaudo autem vos Fratres, quòd omnia mea memoria tenetis, & quemadmodum tradidi vobis instituta tenetis,* & similibus. Item Io. 2. *Plura habeus vobis scribere nolui, &c.* Item Pauli ad Phil. 4. *Fratres quæcumque sunt vera, &c. hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me.* Item 2. ad Thess. *State, & tenete traditiones, quas didicistis, siuè per sermonem, siuè per epistolam nostram.* Item 2. Thess. 4. *Fratres rogamus vos, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ita ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim, quæ præcepta dederim vobis.* Item Dionys. Areopag Hierarch. Eccl. c. 1. *Eloquia Diuina duplicis sunt generis, quædam in Sanctis Theologicis libris nobis commendata, & alia prætereà, quæ ex animo in animum medio intercurrente verbo, &c.* Item alia quàm plura, quæ in Classe diei XXIII. præsentis Mensis commemorantur.

Diar. Con. Trid. ms. Arch. Vat. pag. 61.

In actis Cong. habitæ 29. Feb.

Traditionum admittendarum necessitas.

Quod autem Augustinus dicat in Euangelio om-

omnia esse scripta, quę necessaria sunt ad salutem; verba illa formaliter intelligi debent, scilicet ad fidem Christi accipiendam, vt salui fiamus, quo verò ad mores, & Christianam vitam instituendam, certè non omnia scripta sunt, quarè ipse Dominus noster ait: *Mittam autem Spiritum Sanctum Paracletum, qui docebit vos omnia &c.* Ergò indigebant etiam ipsi Apostoli adhuc alia doctrina extra eam, quàm ab ipso Christo verbo didicerant, ad rectè, beatèque viuendum necessaria, quę à Spiritu Sancto suggereretur eis.

27 Cùm mentio deindè iniecta esset de Bulla Eugenij IV. de vnione Iacobitarum, quę in calce VI. Decretalium conscripta, in qua Sacri Libri connumerantur, atque Episcopus Clodiensis argueret ex adiecta temporis nota non esse editam in Florentino Concilio, responsum est à Legatis, Florentinũ Concilium non fuisse dissolutum post vnionem Græcorum, sed post eam perduraſſe ferè per tres annos, vsque ad annum MCCCCXLII. vt ex Actis ab Augustino Patritio Senensi editis constat, & translationem Concilij ex Ciuitate Florentina in Lateranensem Ecclesiam decretam in X. sessione VI. Kal. Maij MCCCCXLII. cùm ,, Eugenio significatum esset [Legatos etiam ,, Zarę Iacob Magni Regis Æthiopię (quem Pres- ,, byterum Ioannem vocant) ad dictum Concil- ,, lium Florentinum orthodoxę fidei suscipiendę ,, gratia aduentare.] Bullam verò vnionis Iacobitarum 1441. in Concilio Florentino editam constare ex autographo, & subscriptione Eugenij, & Cardinalium obsignata, quam Angelus Massarellus proprijs oculis Romæ in Arce Sancti Angeli, & Cardinalis Ceruinus (vt alij asserunt) inspexerunt. His discussis Patres vnanimes ferè omnes concurrere in eam sententiam, vt in vno eodemque decreto Sacri Libri, & Traditiones Apostolicæ recipiantur.

Decreti mox tres Archiepiscopi, tresque Episcopi pro eo decreto conficiendo, quod deindè in Congregatione expendendum erat. Interim singulę Classes de abusibus Scripturarum suè corruptelis egerunt. Hic tamen non de reformanda Scriptura, sed de emendandis erroribus, qui ab exscriptoribus irrepserant, & castiganda adulterantium scripturas audacia agebatur. Quæ omnia vti gesta fuere in generali illo conuentu, Legati duabos epistolis eadem die Romam transmissis Pontifici denunciarunt; ad quarum calcem præfatę Bullę Iacobitarum autographum, vel exemplar authenticum ad se mitti postularunt. Quę Bulla, vt suo loco videbimus, Tridentum transmissa fuit.

In Diario Con. Trid. ostiore Angelo Massarello m.s. Arch. Vat. pag. 97.

28 I. Martij (pergunt Acta) Aquensis legit schedulam infrascripti tenoris: *Abusuum quidam in scriptis, in esse, sunt, in loco, in tempore, & in fine. Ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad interpretandum. Ad docendum abusus considerantur, aut quia non sunt idonei, aut quia non possunt, vel quia non sunt approbati. Item considerantur abusus realiter, priuatiuè, & actiuè.*

De abusibus Scripturarum.

Primò, circa editionem, quia non omnes Textus sunt conformes, imò plures sunt corrupti, ideò erit bonum committere correctionem peritis deputandis, & quia correctio Veteris Testamenti est principaliter consideranda circa Hebræum, & Noui Testamenti circa Græcum, à quibus respectiuè vt plurimùm editio Latina emanauit, ideò deputandi sunt docti in Hebręo, in Græco, & docti Theologi in Latino, & etiam mixti in omnibus, & bonum esset habere Textus antiquos tàm in Latino, quàm in Hebręo, & Græco, qui verisimiliter essent, & reputarentur correcti, Quantum ad translationem habeantur, & colligantur tot antiqui Translatores (aliter dicti Interpretes) quot haberi poterunt. Non quòd dubitemus de translatione Beati Hieronymi, & aliorum Doctorum, ac Sanctorum, sed vt emendatio ipsa circa loca corrupta, & deprauata melius fieri possit.

Secundò, circa interpretationem, quia multi detorquent Sacrę Scripturę testimonia, oracula, & eloquia in peruersum sensum; ideò determinetur quis Scripturæ sensus sit Catholicus, & quis non. Qui etiam Doctores sint admittendi ad interpretandum, vt scilicet sint, nedum docti, sed etiam probi, & Catholici, & inter alios aliqui enumerantur in c. *Sacrosancta* 15. dist. Obseruetur determinatio generalis Concilij Lateranensis, de qua in c. *Quia nonnulli de Magistris in antiquis*.

Tertiò, circa impressionem, aut Scripturam tenendam, quòd fiat prohibitio sub pœnis, &c. Quòd Biblia ipsa non imprimantur, teneanturue, minùsque illis vtatur quis, nisi secundùm quod fuerint correcta, & emendata: tum addidit, Sacra Biblia non esse conuertenda in linguam vernaculam, ne forte ignari nefarios sensus Sacræ Scripturæ pro sua libidine affingant, atque in varios errores prolabantur; sufficere enim mulieribus, & plebeijs, vt Sacrarum Literarum sensum à concionatoribus excipiant: prohibendum etiam, ne in margine Sacrorum librorum notæ aliquæ apponantur.

Quartò subdidit arcendos Laicos, nec non mulieres ab habendis concionibus; adhibendumque diligens studium, vt Sacerdotes non tantùm verbo, sed etiam exemplo prædicent, ne ex Apostolo alijs prædicando reprobi fiant, cùm etiam Christus pronuntiet hęc verba, *qui fecerit & docuerit &c.* Questus etiam est viros doctrina excultissimos in religiosis familijs distrahi à munere concionandi, atque præfici alienis muneribus; aliquos etiam Euangelicam prędicationem fabellis immixtis polluere, atque adulterare, vt auditorum aures titillent; aut Præsulum, Sacerdotum, vel Principum famam carpere, atque in contemptum eos adducere: tùm hæc addidit, eis est prohibitum in virtute sanctę obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternę, detrahere dictis Prælatis in eorum prędicationibus in Clem. 1. §. *Quibus de priuilegijs*. Dicit tamen ibi gloss. *Quod in Genere, &c.* Non retrahant etiam Populos ab Ecclesiarum suarum Parrochialium accessu, quia hoc est eis iam prohibitum, quinimò hortentur eos, vt diebus Dominicis interfint Missę Parochiali, publicationibus, seù denuntiationibus, quæ ibi fiunt, vt addiscant mandata Dei, & Ecclesiæ, & dies festiuos, ac ieiuniorum, & caueant ab excommunicatione, cùm ibi publicantur monitoria generalia. Non abalienent populum à solutione Decimarum, & aliorum, ad quæ iure Diuino, & positiuo sunt omnes obstricti: si illi qui prædicare tenentur, noluerint, aut non potuerint, vel quod absit, & tolerandum non est, si nesciant prędicare, alij eorum sumptibus in eorum locum deputentur iuxtà c. *Inter cætera de off. ord.* Non prædicent absque licentia Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Episcopi Diœcesani, quia sæpè plures indigni disseminant per Castra, & Parochias errores pessimos. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur* (inquit Apostolus.) Et in Euangelio dicitur; *Rogate Dominum messis, vt mittat operarios, &c.*

Quo-

Quoties habeant prædicare, qui prędicare tenentur, vt ſcilicet prędicent tempore Quadrageſimę, & Aduentus, & diebus Dominicis, & feſtiuis, & aliàs ſi opportunum fuerit in locis ſuſpectis de hæreſi. Adijciatur prœceptum, quòd opportuno tempore Beneficiati habentes curam animarum prouideant de Prędicatore pro Quadrageſima. Haſtenùs Aquenſis.

Feltrenſis ſuam huius tenoris ſententiam legit.

Maximus abuſus Scripturarum eſt eorum, qui indocti, & inſtabiles eas deprauant ad ſuam ipſorum perditionem, vt dixit B. Petrus de his, qui D. Pauli Epiſtolas ad malum ſenſum detorquebant. Hinc in Germania abuſus irrepſit Communionis ſub vtraque ſpecie ex mala interpretatione illius Dominici prœcepti, quod habetur Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes.* Illius Pauli 1. Cor. 11. *Ego enim accepi à Domino.* Et eius quod priùs dixerat c. 10. *Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane, & calice participamus, &c. & comperimus* de Conſecr. diſt. 11. Hinc connubium Sacerdotum ex praua detorſione illorum locorum; *Creſcite, & multiplicamini. Habeat vnuſquiſque vxorem ſuam propter fornicationem. Melius eſt nubere, quàm vri*, Epiſcopum eligendum, qui ſit vnius *vxoris vir*, & ſimilium. Hinc ieiuniorum abrogatio, & quorumdam ciborum certis diebus abſtinentia ex praua interpretatione illorum locorum Sacrę Scripturę. *Non eſt regnum Dei eſca, & potus. Eſca non commendat nos Deo. Nemo vos dijudicet in cibo, & potu. Omnis creatura bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur*, & ſimilia.

29 Geſta huius Congregationis Legati Tridentini ſignificarunt Cardinali Farneſio, necnon expoſuere cauſam Petri Pauli Vergerij Iuſtinopolitani Epiſcopi, qui à Cardinale Alexandro delatus, Lutheranæ hæreſeos virus hauſiſſe, atque adeò iudicio poſtulatus, ſe purgare abnuit, ſed ad Concilium Tridentinum ſe contulit concepta ſpe Tridentini Cardinalis operą Concilio aſſeſſurum: ſed ſpe ſua deiectus, iuſſuſque coram Patriarcha Veneto, & Pontificio Internuntio purgare crimen, non Venetias adijt, ſed in Ripæ Oppido aliquandiù moratus, demùm ad Heluetios hęreticos fugam capeſſiuit, exutaque Catholici Præſulis larua, condita diù intimo pectore venena publicè effudit, ſcriptis aduersùs Pontificem & Concilium libris: nimia enim librorum Hæreticorum (ſpretis Sanctis Patribus) lectione mentem corrumpi ac faſcinari fuerat. Pœnituit illum poſtea flagitij admiſſi, prenſauitque gratiam Pontificis, ſed cùm hæreſim eiurare iuberetur, reſpondit, non eſſe honeſti Viri palinodiam canere, atque in crimine obfirmatus hæſit. Mirum certè ac planè miſerabile fuit Virum Epiſcopali charactere inſignitum, qui in Germania Clementis VII. & Pauli III. Internuntium egerat maxima cum laude & flagrantiſſimo Religionis tuendæ ardore tantos labores pertulerat, in hæreſeos barathrum ſe fœdiſſimè conieciſſe, ac tanquam Luciferum è Cœlo decidiſſe, vt veriſſimum ſit Apoſtoli oraculum, *qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.*

30 De tollendis corruptelis, adſtringendaque ſolutiore Eccleſiaſtica diſciplina, agitata ſunt grauiora conſilia, de quibus Legati VI. Martij Paulum Pontificem certiorem fecere: ſecurim nimirùm radicibus imprimendam, fibraſque malorum euellendas, inſtaurata enim ſanctiore diſciplina, non extimeſcendum quippiam in Concilio aduersùs auctoritatem Pontificiam nouatum iri, Synodumque ad fœliciorem exitum perducendam fore: cumque Pontificio nomine tranſmiſſa eſſet ad Legatos imperfecta diſciplinæ in Curia Romana conſtituendæ ratio, nitidè ſeptima Martij ſignificarunt Pontifici Legati, non rectè ita conſuli diuino cultui, nec Pontificiæ Sanctitatis honori, nec temporum neceſſitati, nec conceptæ à Patribus Tridentinis expectationi: atque ex priuato cum Præſulibus ſermone collegiſſe, eos iniquo ferre animo, eripi regendarum animarum ipſis commiſſarum libertatem, ac contendere, ſpectare ad ipſos ſacerdotia, quibus animarum cura annexa eſt, conferre, ſacerdotalibus ſacris initiare Clericos immunitate donatos, vel Canonicorum Collegijs addictos, vel Regulares non debere concionatorum munus inuadere, vel Sacras exhomologeſes excipere ſine obtenta à Præſulibus poteſtate; quæſtores tollendos, indulgentias ſiuè gratuitas noxarum condonationes pro fabrica Sancti Petri vel Cruceſignatorum militia quæſtuarias abolendas; Romanam Curiam in grauiſſimum odium ob auaritiam, pompaticum faſtum, luxumque adductam, quæ vitia caſtiganda ſint; Pœnitentiariæ, Cancellariæ & Rotæ tribunalia ad æquitatis leges reuocanda, maxima verò contentione depoſci ab omnibus, vt ſacerdotia conferantur ijs, qui illa gerere velint & poſſint, non à conductitijs adminiſtranda, decumana ſubſidia temperanda, expectatiuas gratias maximo omnium offendiculo concedi, ex quibus grauiſſima mala emergere exploratum eſt; Pontificij decoris eſſe, vt hæc tollat vel tollenda curet à Concilio: hac enim ratione Præſulum beneuolentiam, populorumque obſeruantiam Sedi Apoſtolicæ conciliandam.

Epiſt. Legat. 25. Martij M.S.Car. Spada to. 210. pag. 105.

Vbi ſupra pag. 73.

Vbi ſupra pag. 76.

31 Excepit Pontifex æquo animo Legatorum monita, pramiſitque liberam Eccleſiarum adminiſtrationem Epiſcopis ſe permiſſurum, modò immunitatem à Sedis Apoſtolicæ imperio non affectarent: eoſdem etiam Legatos vrſit, vt morum corruptelis delendis ſedulam operam darent, non tamen de Pontificia & Concilij auctoritate diſceptationes induci permitterent. Reſpondere Pontifici Legati hoc malum non aliunde poſſe emergere, quàm ex diſcordia & diſſenſione in tractando reformationis opere, profiteri Præſules Pontificem eſſe Concilij caput, maximam eorum partem ſummo obſequio & amore illum complecti: ac ſi quis eam quæſtionem inducat, illum moliri euellere caput à corpore, & ſchiſma conflare; ac ſi qui expetant, vt in decretis addatur Concilium repręſentare vniuerſalem Eccleſiam, eos negare non poſſe intelligi Concilium ſuo Capiti coniunctum, à quo diuulſum conciliabulum euaderet.

Præſertò Concilio Pontifici Schiſmaticum eſt.

Addidere Legati, ideò Concilium primùm egiſſe de Scripturis & de Traditionibus, quia Hæretici nonnullas Scripturas, quibus impietatis conuicti ſunt, tentant conuellere, & Traditiones Apoſtolicas refellunt, vt deliramenta ſua nefanda obtrudant. Quæ verò geſta ſint in Præſulum, Theologorumque congregationibus, deſcribunt earum Acta.

32 [XVII. Martij Congregatio generalis habita eſt, in qua Deputati retulerunt abuſus, quorum quatuor in ſcriptis exhibuerunt. Primus eſt, haberi varias editiones Bibliæ, & eius remedium eſt, recipere tantùm Vulgatam editionem, & ea pro authentica vti. Secun-

dus

Aug. Maf. in Diario Con. Trid. m.s. Arch. Vat. p. 88.

Diarium Con. Trid. m.s. Arch. Vat. pag. 123.

,, dus modus abuſus eſt mendoſitas Codicum, ,, qui circumferuntur. Remedium eſt, vt purgetur vnus Codex, qui imprimatur fideliter. ,, Tertius abuſus eſt, quemlibet interpretari ad ſuum ſenſum Scripturam Sacram, & eam ,, ad profana conuertere. Remedium eſt, id ,, grauiſſimis pœnis prohibere. Quartus abuſus eſt, Impreſſores Sacrarum Scripturarum ,, imprimere ſine licentia Superiorum Eccleſiaſticorum, & libros ſine nomine Auctoris edere. Remedium eſt, id prohibere ſub maxima ,, cenſura. Super quibus abuſibus moniti fuerunt Patres, vt cogitarent pro futura Congregatione.] Superiori etenim Congregatione, cùm de verſione Scripturarum in linguam vernaculam controuerteretur, ita diſſeruit Cardinalis Giennenſis.

Acta Cong. Con. Trid. Auctore Ang. Maſſarello Secret. M. S. Franciſci Car. Barb. ſig. num. 1677. pag. 50.

,, 33 Animaduertebant huiuſmodi Deputati ,, ad colligendos abuſus circa tranſlationem ,, Bibliorum in linguam maternam, quia ſolet ,, hoc ſæpius nonnulla ſcandala parere, itemque ,, videtur prouidendum, ne deinceps Bibliorum, ,, tàm variæ interpretationes hactenùs editæ, & ,, deprauatæ relinquantur in manibus hominum. ,, Cui Cardinalis Tridentinus: nollem, inquit, ,, ſi poſſem aduerſari ſententiæ Reuerendiſſimi ,, Domini mei Giennenſis; ſed pro ea, quæ nobis à Deo data eſt, libertate loquendi in hoc loco, ſumma cum ſinceritate loqui cogor, & ea ,, dicere, quæ mihi adeò vera videntur, vt tergiuerſari non valeant. Illud eſt ſcilicet, ne vnquam permittatur verſionẽ Bibliorum in maternam linguam inter abuſus numerari. Quid ,, enim dicent aduerſarij noſtri, ſi ſciuerint velle nos è manibus hominum Sacram Scripturam ,, auellere, quàm ſæpiùs Paulus Apoſtolus nunquam ab ore noſtro ſeparandam eſſe cenſuit? ,, (Et mox) Vtinam Græcæ, & Hebraicæ Linguæ Profeſſores nunquam in Germania fuiſſent, quia hac moleſtia nos hodiè careremus, ,, & infelix Germania non ita miſerè in tot hæreſes delapſa fuiſſet. Non enim hæreſes, & mala ſemina ab idiotis, & maternam tantùm Linguam ſcientibus ortæ ſunt, ſed ab ijs, qui ,, ſe eruditos profeſſi ſunt. Quamobrem oro ne ,, vobis, Patres, in mentem veniat aliquando, ,, ne dicatur, vt hanc rem inter abuſus numeremus, ſed ſi eam controuertamus, poſſe abuſum nuncupari.

Ibidem pag. 128. De verſione Sacrorum Librorũ.

34 Cùm de corruptelis circa Scripturas admiſſis ageretur, ac Præſides Legati cenſerent articulum, an verſio Sacrarum Scripturarum in linguam vernaculam permittenda ſit, non proponendum, cùm Gallię, & Hiſpaniarum Regna eam non ſuſcipiant, alię verò Nationes, vt Germani, Italique, & Poloni expetant; relinquendam itaque vnamquamque Nationem in ſuis inſtitutis, vt quod ſibi neceſſarium, vel vtile cenſet, amplectatur, Cardinalis Giennenſis proponendum articu-

Sententia Cardinalis Giennenſis.

,, lum cenſuit hac de cauſa. [Quòd pars affirmatiua huius articuli à pauciſſimis tenebitur, ,, cùm in primis Hiſpani Prælati, Gallique omnes, & magna pars Italorum in negatiuam inclinent, magnique apud Concilium momenti, ,, & exiſtimationis eſſe debet, quòd duo illa ampliſſima Regna Hiſpaniarum, & Galliæ ita ,, verſionem hanc deteſtentur, vt nedum pluribus Edictis, pœnis grauiſſimis, & prohibitionibus publicis vetuerint, ſed nouiſſimè his ,, diebus Vniuerſitas Pariſienſis, quę vltrà centum, & quinquaginta Doctores habet, non ſolùm verſiones Sacrorum Librorum non eſſe in ,, vernaculam linguam faciendas cenſuit, verùm etiam, qui eas vertunt, tanquam Hæreticos habendos eſſe declarauit. Et ſacra illa Synodus, cùm nunc de abuſibus Scripturarum ,, ſermonem habeat, articulum hunc relinquet ,, indiſcuſſum? Conſideret parumper vnuſquiſque vndè potiſſimùm tot hęreſes in Orbe ,, Chriſtiano ortæ fuerint; nulla equidem alia ,, ex cauſa id eueniſſe comperiet, quàm ex verſione Sacrorum Librorum in vernaculam linguam, nam Germania in primis antequam ,, Libri Sacri ruſticis, & plebi legendi traderentur, paululùm in Catholica Religione permanſit, quamprimùm verò eorum omnibus facta ,, eſt copia, in quam calamitatem dęuenerit, ,, quiſque oculis intueri poteſt. Idem in Gallia, ,, idem & in Hiſpanijs pullulare cœperat, ni ,, optimorum Principum diligentia, & pietate ,, grauiſſimis legibus id fuiſſet prohibitum. Quid ,, verò, & in aliquibus veſtrę Italiæ Ciuitatibus ,, (Germania eximatur) minimè latere arbitror. Diſcutiatur igitur articulus iſte, & Spiritus Sancti determinationi acquieſcamus. ,, Egoque in primis ſi contrarium à ſacra Synodo decretum fuerit, quàm ipſe modò ſentiam, acquieſcam libenter communi Patrum ,, conſilio. Cùm res hæc adeò difficilis controuerſa, & dubia inter Patres eſſet, vt quæ pars ,, prævaleret in votis rectè cognoſci non poſſet, ,, tunc Sacra Synodus ſtatuet Summum Pontificem conſulere, eiuſque ſententiæ acquieſcere, ,, tùm quia Caput, & Dominus eſt noſtrum ,, omnium, & ad quem omnes res arduæ referri ,, deberent.]

35 Significarunt Legati Cardinales Pontifici, Cardinalem Tridentinum vehementer, ſed honeſtè aduerſatum eſſe Cardinali Giennenſi, in quæſtione de Sacra Scriptura è Latino idiomate in vernaculum non traducenda, nam ſi prohiberetur ea tranſlatio à Concilio, maximos animorum motus concitandos in Germania, pluresque fortè ad Lutheranas partes defecturos, propterea quę rem in aliam congregationem extractam, vt accuratiore examine diſcuteretur.

Sententiæ variæ Congregationis generalis.

36 Excuſſa ſunt acerbiore examine adulto menſe Martio ſingula decreti de Scriptura, & Traditionibus capita, ac de ipſo decreti titulo quæſtiones ventilatę; hęc enim Acta Congregationis ,, generalis referunt. [Feſulanus ſe decretum ,, probare dixit, ſi tamen illa verba demerentur, ,, videlicèt Præſidentibus in Synodo tribus Apoſtolicę Sedis Legatis, quoniam hęc nullo veterum exemplo addita fuiſſent. Cui cùm Epiſcopus Aquenſis reſpondere cœpiſſet, Cardinalis ,, S. Crucis dixit: Ne velitis hunc fruſtra laborem ſumere, quoniam ego in vetuſtiſſimis, ,, quibuſque Concilijs hoc obſeruatum fuiſſe Feſulano oſtendam. Cui Feſulanus: nullibi in ,, Conciliorum decretis oſtendi poteſt de Legatis Sedis Apoſtolicæ factam mentionem. Cardinalis S. Crucis: Hoc, inquit, accidit quoniam omnes Canones vno die ſimul promulgabantur, & propterea ſatis erat in principio ,, ſeſſionis de ipſis Legatis ſemel fieri mentionem, at hìc, cùm ſeparatim fiant decreta, in ,, vnoquoque de Legatis Apoſtolicæ Sedis fieri ,, mentionem oportet.

,, 37 Fanenſis Epiſcopus acriter decretum ,, impugnauit, primùm quod iniquum videba,, tur dicere, nos pari pietatis affectu, & Scrip-

Digitized by Google

turas Sacras, & traditiones Eccleſiaſticas ſuſcipere. Sunt enim (inquit) inter has multa diſcrimina; Scriptura enim Sacra indelebilis eſt penitùs, & Traditionum Apoſtolicarum pleræque mutabiles ſunt, & pro arbitrio Eccleſiæ tolli, & immutari poſſunt: & quamuis ab vno Spiritu profectæ, non tamen æquali gradu habendæ ſunt, quoniam omnis veritas à Spiritu Sancto eſt, & tamen non omnis Scriptura veritatem continens paris eſt potestatis. Præterea cùm ſuſcipiamus Apoſtolorum Traditiones non ſcriptas in Libris Sacris ad eum effectum, vt dogma conficiamus, quod directè contrarium ſit dogmati Lutheranorum, qui dicunt, nihil tenendum eſſe, quod non ſit in Sacris literis ſcriptum, quare non potiùs dicendum eſt hoc modo, videlicet; Item, quoniam hæc Sancta Synodus ſcit quàmplura alia eſſe à Spiritu Sancto dictata, quæ in ſacris literis non ſunt prodita, propterea illa quoque ſuſcipit, & veneratur; nam hoc modo melius Synodi intentio explicatur, & anſa calumniantibus auferetur: nam ſtatim quòd Traditiones Apoſtolorum à nobis ita receptas viderint, dicent: quas Traditiones iſti ſuſcipiunt, quarum ipſi violatores exiſtunt? Nam certum eſt communicare hominem ſub vtraque ſpecie, vt ſtantes à Paſchate ad Penteçoſtem, vt adversùs Orientem oremus, Traditiones eſſe Apoſtolicas, quarum aliquæ conſultò mutatæ ſint, aliquæ verò Chriſtianorum ſocordia relictæ. Nec ſatis tuti videmur, reſpondendo, quòd recipimus eas dumtaxat, quæ ad nos perueuerunt; quoniam aduerſarij dicent factum per nos eſſe, quominùs peruenirent, & propterea dicent nos eas Traditiones ſuſcipere, quas volumus; quas verò nolumus, excludere.

XXVII. Martij collectæ ſunt tandem controuerſæ difficultates, atque in ſchedulis ad Patres ſingulos tranſmiſſis deſcriptæ, vt eas diligentiſſimè expenderent.

Ea dubia fuere numero tredecim, quorum præcipua hæc fuere. [An ſatis ſit, cùm de Traditionibus Apoſtolorum fit mentio in decreto, agnoſcere tales eſſe in Eccleſia; an verò per hoc decretum ſit ſtatuendum eas eſſe, & recipiendas eſſe.

An placeat dici, quòd in decreto eſt ſcriptum, cùm de libris Sacris, & Traditionibus Apoſtolorum fit mentio, quibus par debetur pietatis affectus; an verò hæc verba ſint expungenda, & alia illorum loco addenda, quę debitam vtriuſque reuerentiam adhibendam exprimant.

38 Legati deinde Pontificem enixè rogarunt, &c. vt promouendæ ſanciendæque diſciplinæ Eccleſiaſticæ adeò ſtrenuè operam daret, vt illa Chriſtiani Orbis expectationi conceptæ reſponderet. Quibus XXVIII. Martij Pontificio nomine Cardinalis Farneſius reſponſum dedit, nil gratius Pontifici accidere poſſe, quàm vt extremo hoc vitæ ſuæ cadentis flexu deletum omne corruptelarum genus, ac primæuam Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſanctitatem ſuo ſplendori reſtitutam intueretur; verum admonuit, vt in ea controuerſia nil penitùs decernerent, niſi antea rem totam Pontifici detuliſſent, addidit etiam ſe mittere autographum illius Diplomatis, quod in Concilio Florentino ab Eugenio IV. Pontifice editum fuerat, de quo mota fuerat in Congregatione generali à nonnullis controuerſia.

39 Prima Aprilis ſumma Patrum conſenſione confectum eſt decretum, quo Scripturarum, & Traditionum Apoſtolicarum auctoritas aſſerta eſt, iterumque de corruptelis in vertendis, vel inuertendis, & euertendis Scripturis actum eſt, de quibus Acta hæc addunt.

Expedito decreto, Cardinalis de Monte: Adhuc, inquit, reſtat, vt de abuſibus Scripturarum, de quibus toties facta eſt mentio, agamus. (Et mox) Cardinalis Giennenſis: multa habeo (inquit) quę me dubitare faciunt, in primis mihi parùm proviſum videtur circa multiplices tranſlationes Bibliæ, niſi poſt huius Vulgatę approbationem reijciantur omnes aliæ editiones, itemque Hæreticorum omnes tranſlationes damnentur. Cui Epiſcopus Fanenſis vnus ex deputatis: Si placet, inquit, ego facilè has dubitationes reſoluam: nam aduertendum eſt, quòd nos non dicimus pro abuſu diuerſas, & varias eſſe Bibliorum tranſlationes, quoniam & hoc ſemper antiquis temporibus toleratum fuit, & hodiè tolerari debet; ſed dicimus abuſum eſſe, plures huiuſmodi tranſlationes vt authenticas afferri, quibus in diſputationibus, interpretationibus, & prædicationibus vtantur: nam vnam ſolam authenticam eſſe volumus Vulgatam editionem, tùm quia antiqua eſt, & ſemper in manibus Chriſtianorum habita, tùm etiam ne aduerſarijs ipſis detur anſa dicendi, nos hactenùs libros non probos habuiſſe, ſi enim, inquiunt, libros bonos non habuerunt, quomodo bona dogmata, & bonas cęremonias habere potuerunt? alias autem non reijcimus, quoniam noluimus Chriſtianam libertatem reſtringere, immò ne Hæreticorum quidem tranſlationes reijcere voluimus, idque exemplo Veterum, nam conſtat Aquilam, Symmachum, Theodoſionem Hæreticos quidem fuiſſe, & nihilominùs ab illa antiqua Eccleſia non fuerunt reiectæ illorum tranſlationes. Accedit ad hęc, quòd nondum illi, qui tranſlationes fecerunt, fuerunt hactenùs palàm vt Hæretici publicati. *Acta Cig. Con. Trid. m.s. Fran. Car. Barb. fig. num. 1799. p. 57.*

40 Tunc Cardinalis Giennēſis: Eſt & aliud, quod me torquet, nam vultis Vulgatam editionem recipere, & dicitis illam mendoſam eſſe: hoc mihi implicat contrarietatem. Cui Fanenſis Epiſcopus: Non dicimus, inquit, Vulgatam editionem corruptam eſſe, nam illam integram, & incorruptam habemus; ſed dicimus aliquos ex libris, qui circumferuntur, mendoſos eſſe, quòd minus inconuenit, neque decreto noſtro contrariatur: emendationem autem in Sanctiſſimum D. N. ideò reiecimus, quòd cùm ad ipſam faciendam tria requirantur præcipuè, ſcilicet codicū antiquorum copia, multa hominum doctorum peritia, denique verò maxima pecuniarum quantitas, habemus nos dumtaxat ex his tribus vnum, ſcilicet peritorum copiam, exemplaria autem, pecuniaſque non habemus, quæ tamen omnia Optimo Maximo Pontifici facilè adſunt.

Tunc Giennenſis; non adnotatum eſt (inquit) inter abuſus huiuſmodi tranſlationes in linguam vulgarem, cui cùm Fanenſis reſpondere vellet, Cardinalis de Monte dixit: Non eſt alicuius nouas quęſtiones proponere, ſed noſtrum id eſt munus, & id, cùm tempus erit faciendi, faciemus.

41 Non-

Digitized by Google

41 Nonnullis interiectis subiecit Giennensis: „ [Plura sunt, quę in hac abusuum collectione „ me offendunt; & in primis mihi videtur, quod „ recipere hanc Vulgatam editionem pro au„ thentica, & non reijcere aliàs, sit nihil agere; „ propterea desidero, vt omnes alię editiones, & „ translationes etiam illę septuaginta Interpretũ „ reijciantur, & eijciantur illę, quæ ab Hæreticis „ translatę fuerunt, sed ante omnia desidero, ne „ recipiatur Biblia, nisi optimè priùs expolita, & „ ad normam veterum exemplarium emendata: „ cuius emendationem hic magis per deputatos „ ab hac sancta Synodo, quàm Romæ fieri cu„ pio. (Et infrà,) Cardinalis de Monte dixit: „ Quæritur tantum an vna Biblia, id est Vulga„ ta editio, quàm emendatissima haberi, & pro„ bari debeat pro canonica. Et quod dictum est „ de remittenda emendatione illius ad Sanctiss. „ D. N. est dictum pro facilitate materiæ, non „ enim aliud est Pontifex, aliud est Synodus, sed „ vtriusque vnum est corpus, cuius ipse Papa est „ caput, quem hic repræsentamus.

M.S. Arc. Vat. fig. n. 3232. pag. 131.

„ 42 Tertia Aprilis habita est Congregatio „ generalis, in qua (inquiunt Acta) conclusum „ fuit recipiendam esse Vulgatam editionem Bi„ bliæ, & alia, quę circa reformationem in„ quarta sessione promulgata fuerunt. Item „ demandatur cura conficiendi decretum super „ his abusibus eisdem Patribus, qui eos colle„ gerunt, de quibus supra in Congregatione habi„ ta die V. Martij.] His addunt Acta Congregationis tertia Aprilis habitæ,

M.S. Arc. Vat. tom. 3249. p. 171.

„ Valdè discussum fuit à Patribus, an ipsa „ Sacra Scriptura verti deberet in linguam ver„ naculam, nonnullis id enixè petentibus, atque „ vt à Sancta Synodo decretum fieri deberet, „ multis rationibus contendentibus, ne præser„ tim, qui linguam Latinam ignorant, lectione „ Sacrarum Scripturarum carerent, ac aliquibus „ etiam suadentibus, vt Missa, lingua, quam „ populus qui adstat, intelligeret, celebrare„ tur, vt quoties à Sacerdote inuitatur, respon„ dere posset, aliàs vel omninò taceret, vt so„ let.]

Hosius Car. Varmien. cap. 41. confes. Cathol. p. 324.

43 Visum est Patribus nil in ea re nouandum cùm plurimæ rationes afferri possent, eam tantùm referemus, quam affert Stanislaus Hosius Cardinalis Varmiensis in tract. de Sacram. Euchar. *Ne existimet aliquis temerè sic sine causa factum esse, quod vna, & sola lingua Latina in Occidentali Ecclesia sacra peraguntur, in qua sicut vna est fides, ita visum est æquum, vt vna esset quasi Catholica Lingua, communis omnium gentium & nationum, qua res diuina fieret, per quam etiam vnitas fidei retineretur &c.*

44 Proximæ congregationi generali interfuit Franciscus è Toleto Cæsareus Orator, atque ad Patres orationem multis honestissimis officijs ornatam habuit, quæ ab his verbis duxit exordium.

Propositio facta Concilio à Francisco Toletano Oratore Cæsareo.

„ [Cæsarea Maiestas eximio illo amore, & stu„ dio, quo vniuersam Rempublicam Christia„ nam sedulò fouere solet, ac prosequi, vos om„ nes, ò Reuerendissimi Domini, quotquot in„ hac sacrosancta Synodo in fide, & sinceritate Euangelica estis congregati, officiosissimè „ per me salutatos esse voluit in Christo. [Pluribusque verbis in laudes Cæsareas effusus addit: „ Quod reliquum est, Patres Amplissimi, Præ„ sules vigilantissimi, Dominum Deum commu„ nibus votis omnes oremus, vt istis vestris „ tàm sanctis, tàm pijs conatibus, Diuino suo „ numine aspirare dignetur, & quod huius „ negotij præcipuum caput est, robur, & stabi„ limentum, Sanctissimum Dominum Nostrum „ Paulum III. & Inuictissimum Cæsarem in„ hac tàm pari, & germana quadam animorum „ conformitate quam diutissimè conseruet, „ qua ipsi inter sese mutuò coniunctissimi om„ nes rationes, consilia, studia, conatus, & vires „ suas ad asserendam Euangelicam libertatem„ conferunt, vt quęcumque sæculi malignitate, „ morum corruptela, vitæ licentia, vitiorum„ omnium seminarijs, in Christi Sponsa Eccle„ sia fœdata sunt, in pristinum illum candorem „ restitui possint, atque vtriusque solerti indu„ stria, diligenti cura, sedulo labore, ex agro „ Domini, omni conuulsa zizania, omnes erro„ rum caligines, ac tenebræ profligatæ ad co„ ruscantem Euangelij lucem tamquam vmbræ „ euanescant.

Lecta ea propositione, Cardinalis de Monte „ Legatus, ex consensu Patrum, ita respondit: *MS. Arch. Vat. fig. n. 3232. pag. 135.*
„ [Gratissimum esse sanctæ Synodo aduentum „ ipsius Domini Oratoris, libenterque, & gra„ to animo audiuisse Augustissimi Imperatoris „ mandatum, & Suę Cęsareę Maiestatis optimam „ mentem erga Religionem Christianam, & „ hanc sanctam Synodum; de quo gratias Deo „ Optimo Maximo, & ipsi Cæsari agit. Quod „ verò ad propositionem ipsius Domini Orato„ ris, Sanctam Synodum daturam ei esse respon„ sum in proxima Congregatione.

45 Addit in Actis Angelus Massarellus se postea legisse decretum de sacris Libris, & Traditionibus Apostolicis suscipiendis, idque in examen adductum: postea lectum aliud decretum de corruptelis, siuè abusibus circa sacros Libros. Sexta Aprilis die congregatas esse Pręsulum classes pro responso Oratori Cęsareo dando, ac die septima Congregationem generalem habitam esse, ac post peractam rem Diuinam, precesque repetitas, responsum hisce verbis redditum fuisse: „ [Illustrissime Domine Orator, aduentus Do„ minationis Vestrę huic sacrosanctę Synodo gra„ tissimus est, tùm propter eam obseruantiam, „ qua meritò Augustissimum Imperatorem Sy„ nodus ipsa prosequitur, tùm propter fauorem, „ quem de pijssimo animo Maiestatis Suę in tam „ sancto, & vniuerso Christianæ Reipublicæ sa„ lutari opere sibi firmissimè pollicetur: in qua „ etiam Dominationis Vestræ præsentiam ob „ præstantes eius animi dotes, & religionis stu„ dium plurimum adiumenti allaturam sperat, „ quare & Dominationem Vestram grato, ac „ benuolo animo amplectitur, & mandata Cæ„ sareæ Maiestatis per eam exhibita, & producta, „ quantum de iure, admittit.] Ea verba ita expressa referunt alia Acta hac de causa.

Responsio Concilij facta Oratori Cæsareo Francisco Toletano.

„ Quoniam in mandato ipso aderat, vt ipse „ Orator in omnibus Congregationibus, & ses„ sionibus admitteretur, etiam ad interponen„ dum votum, & decretum Cæsareæ Maiestatis, „ quod à iure absonum est [Paucis interiectis „ verbis in eodem responso hæc adiecta:] Pro „ coniuncta verò ipsius Augustissimi Imperato„ ris cum Sanctissimo Domino Nostro Paulo „ III. Pontifice Maximo in Ortodoxa fide, & Re„ ligione nostra tuenda, & conseruanda volun„ tate Omnipotenti Deo omnium bonorum ope„ rum auctori, quantas maximè potest gratias „ agit, quem assiduè precabitur, vt pijs vtriusque „ studijs, ad ipsius Omnipotentis Dei laudem, *M S. Arc. Vat. fig. n. 3232. p. 139.*

&

Digitized by Google

,, & gloriam, Religionis Christianæ incremen-
,, tum, Ecclesiæ pacem, prosperumque in omni-
,, bus, & optatum ipsius Sanctæ Synodi recess-
,, sum aspirare dignetur.

46 Rogatæ deinde fuere Patrum sententiæ circa decreta in proxima sessione promulganda, communique consensione confirmata fuere. Dissentiente tamen ac inhonestè repugnante Episcopo Clodiensi, qui in ea parte decreti, qua refertur Scripturam & Traditiones recipi *pari pietatis affectu & reuerentia* prolaturus sententiam, dixit se ea verba vt impia reijcere, nec eumdem pietatis cultum, atque affectum deberi Traditionibus Apostolorum, & Sacræ Scripturæ &c.

Clodiensis Episcopi sententia falla.

47 Fascinatus ille erat fallaci atque nefaria recentiorum veterumque Hæreticorum opinione, qui vt Scripturam Sacram in alienum sensum distorquerent, Traditiones Apostolicas reiecerunt: non perpendebat Euangelium, non scripto primùm instar Mosaicæ Legis promulgatum, sed verbo, propagatamque fuisse fidem Christianam primùm verbo & Traditione ab Apostolis, antequam Euangelia, & reliqua instrumenta Christianæ Legis scriberentur. Non perpenderat quod dictum erat à Diuo Paulo, ep. 2. ad Thessalon. cap. 2. *State & tenete traditiones, quas didicistis, siuè per sermonem, siuè per epistolam*; iterumque 1. ad Corinth. cap. 11. vers. 2. *Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*; ac postquam Apostolus toto eo capite de Sacramento Eucharistiæ disseruerat, demùm in vltimo versu addidisse, *Cætera cùm venero disponam*. Ex quibus verbis colligit Augustinus in epistola ad Ianuarium, ordinem qui in celebrando Sacrificio vniuersa per orbem tenet Ecclesia, tùm à D. Paulo, tùm ab alijs Apostolis fuisse institutum: nec enim decebat, vt singula scripto consignarentur, ne margaritæ (ex Christi monito) proijcerentur ante porcos. Non perpenderat Clodiensis Scripturæ auctoritatem Traditione niti, verumque Scripturæ sensum Traditione teneri; non enim verbum Filij cum Patre consubstantialis, quo Arriana hæresis iugulata est: nec illud dogma, Deum esse vnum in natura ac trinum in personis, nec etiam ipsum personæ, vel hypostaseos nomen in Scriptura haberi. Non distinxerat alias Traditiones spectare ad fidem, alias ad religionem, alias ad ritus, siuè cerimonias, & priores immutabiles, de quibus agebat Synodus, alias iure positiuo nixas pro varia temporum occasione mutari posse, vt modò præcepta fuerit Laicorum communio sub duplice specie, alias sub vna tantùm; ita præceptam à sanguine, & suffocato abstinentiam, deindè verò sublatam. Ideòque meritò à Patribus correctus fuit, vt Legati in epistola octaua die Aprilis Romam directa Pontifici renuntiarunt.

Refellitur

48 Celebrata est quarta Sessio octaua die Aprilis, cui præter Legatos, & Tridentinum, ac Giennensem Cardinales, Cæsareumque Oratorem quinquaginta quinque Præsules mittrati, & Præpositi generales interfuerunt. Sacrum de Spiritu Sancto ab Archiepiscopo Turritano celebratum est, & Oratio habita à Francisco Augustino Bonuccio Generali Seruorum B. Mariæ, in qua Dæmonis (Lutheri opera) aduersùs Ecclesiam nefanda molimina hac apostrophe ita expressit.

Quarta Sessio.

,, [Nouum nactus es Iudam, iam in nouum
,, ingressus es Apostatam, qui simulato oscu-
,, lo, & ficta salutatione Christum prodere
,, non veretur, falsum sanè illum discipulum
,, nostris his temporibus verbum Dei, cuius est
,, sceleratissimus corruptor, prætendentem, &
,, Euangelij titulo dicentem ea, quæ recto, vt
,, aiunt, diametro cum Euangelio pugnant,
,, numerosam habet cohortem fustibus, & ar-
,, mis instructam, nempè auctores Sectarum
,, proprijs furoribus, quæ carnis sunt, docen-
,, tes, &c.]

Aug. Bonuccius Gener. Seruorum in serm. habito die VIII. Ap. 1546. m. s. Vat. sig. num. 3190. p. 91.

49 Vbi ab eo peroratum est, inquit Angelus
,, Massarellus [Publicantur duo decreta, in
,, quorum primo recipiuntur, & numerantur
,, Libri sacri, & canonici, Veteris, & Noui Te-
,, stamenti. Item, recipiuntur Traditiones Apo-
,, stolorum. In secundo autem decreto, recipitur
,, Vulgata editio Bibliæ pro authentica. Item,
,, corriguntur quidam abusus qui circa dictam
,, Sacram Scripturam orti erant, videlicet circa
,, interpretationem ipsius Sacræ Scripturæ. Item,
,, circa Impressores, & modum imprimendi di-
,, ctos sacros Libros: decretum autem primum
,, erat infrascripti tenoris:]

M. S. Arc. Vat. fig. n. 3232. & aliud sig. num. 3249.

Aug. Mas. in Diario Con. Trid. pag. 39.

Sacrosancta Oecumenica, & Generalis Tridentina Synodus. (Et infrà) Orthodoxorum Patrum exempla sequuta omnes Libros, tàm Veteris, quàm Noui Testamenti, cùm vtriusque vnus Deus sit Auctor, nec non Traditiones ipsas, tùm ad fidem, tùm ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu Sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conseruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia suscipit, & veneratur. Sacrorum verò Librorum Indicem huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt verò intrascripti, Testamenti Veteris, quinque Moysi, id est Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Ruth, Quatuor Regum, Duo Paralipomenon, nec non Esdræ primus, & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Dauidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Ieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, Duodecim Prophetę Minores, id est Osea, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Habacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum Primus, & Secundus. Testamenti Noui, Quatuor Euangelia secundùm Mathæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti, quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, scilicet ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duę ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philæmonem, ad Hebręos: Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna, & Apocalypsis Ioannis Apostoli, si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri Vulgata latina editione habentur pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones prędictas sciens, & prudens contempserit, Anathema sit.

Decretum sessionis quartæ.

50 Ad reprimendam etiam eorum temeritatem, qui Diuinę Scripturę oracula in sensus contrarios ijs, quos tenet Ecclesia, detorquerent, hęc sancita à Synodo. [Ad coërcenda petulantia in-
,, genia decernit, vt nemo suæ prudentiæ inni-
,, xus in rebus fidei, & morum ad ędificationem
,, doctrinę Christianę pertinentium, Sacram

Scri-

Digitized by Google

„ Scripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum Sanctarum, aut etiam contra vnanimem conſenſum Patrum ipſam Scripturam Sacram interpretari audeat, etiamſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendę forent, qui contrauenerint, & per ordinarios declarentur, & pœnis à iure ſtatutis puniantur.]

51 Interiectis nonnullis; Ad frenandam Typographorum auaritiam, qui ſine Pręſulum venia expoſitiones in Sacros Libros typis excudunt, vel pretio diſtrahunt, pœnæ à Lateranenſi Concilio in eos conſtitutæ, inſtauratæ ſunt. Vetiti ſunt fideles ſacris oraculis, vel ad facetias, & ſcurrilitates, vel ad magicas artes abuti.

„ Temeritatem (inquit) illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba, & ſententiæ Sacrę Scripturę, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos etiam famoſos, mandat, & præcipit, ad tollendam huiuſmodi irreuerentiam, & contemptum, ne de cętero quiſquam quomodolibet verba Scripturæ Sacrę ad hæc, & ſimilia audeat vſurpare, & vt omnes huius generis temeratores, & violatores verbi Dei, iuris, & arbitrij pœnis per Epiſcopos coërceantur, &c. Vltimo canone quinta ſeſſio in feriam quintam poſt feſtiuam Pentecoſtis celebritatem indicta eſt. Demùm perlectę ſunt literę Caroli V. ampliſſimis titulis refertę, quibus Iacobum Mendozam Procuratorem Cæſareum in Synodo conſtituebat.

Ext. etiam in m. s. Arch. Vat. ſig. num. 3249. pag. 183.

„ 52 Carolus V. Diuina fauente Clementia „ Romanorum Imperator Auguſtus, & Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Ieruſalem, Hungarię, Dalmatiæ, Croatię, Inſularum Balearium, Sardinię, Fortunatarum Inſularum, ac terræ firmæ Maris Oceani, &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundię, Brabantiæ, Lotherici, Limburgię, Lucemburgię, Gheldrię, Witembergiæ, Comes Habsburgi, Flandrię, Tyrolis, Artheſię, & Burgundię, Palatinus Hannonię, Hollandię, Zelandię, Ferreti, Riburgi, Namurci, & Zuthphanię, Lantgrauius Alſatię, Marchio Burgouiæ, & Sacri Romani Imperij, & Princeps Sueuię, &c. Dominus Friſiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c.

Mandata Oratorum Impetatoris.

Recognoſcimus, & commendamus memoriæ vniuerſis, quibus expedit. Cùm Beatiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Paulus III. Diuina pronidentia ſacroſanctę Romanę Eccleſię Pontifex Maximus Oecumenici Concilij celebrationem aliquandiù ſuſpenſam iam denuò inſtituerit, ac ſublata, & remota ea ſuſpenſione, ipſius Concilij proſequutioni aliam diem, nempè quartam Dominicam huius imminentis Quadrageſimæ in Ciuitate Tridentina prefixerit, noſque cùm per literas, tùm per Nuntios rogauerit, vt vel perſonaliter, vel per Oratores Noſtros idoneos adeſſe, & aſſiſtere velimus; nos verò iam olim ipſius Concilij celebrationem votis omnibus, & expetiuerimus, & quantum in nobis fuit ſollicitè procurauerimus, & per noſtros Oratores ſolemnes Tridenti comparuerimus; proindè quamnis alioqui iuſtis impedimentis detineamur, quo minùs principio Concilij adeſſe poſſimus, tamen nè quid moræ, aut difficultatis per noſtram abſentiam inijciatur, nèue in verbis quidpiam deſideretur, quod ad rem iuuandam pertinere queat, ideircò confiſi de ſingulari pietate, religione, fide, probitate, eruditione, iudicio, & multarum rerum experientia Venerabilis deuoti nobis dilecti Domini Iacobi à Mendoza Conſiliarij, & Oratoris noſtri apud Venetos, eundem Dominum Iacobum Oratorem, Nuntium, & Procuratorem noſtrum fecimus, conſtituimus, & deputamus, ac tenore præſentium ex noſtra certa ſcientia facimus, conſtituimus, & deputamus, dantes ei plenam poteſtatem, & facultatem vnà cum amplo, & libero mandato; citra tamen aliorum noſtrorum Procuratorum, & Mandatariorum iam conſtitutorum, & conſtituendorum reuocationem, vel prejudicium, vt noſtro nomine prefatę Concilij celebrationi interuenire, atque adeſſe, & intereſſe, locum, & vices noſtras in omnibus ſeſſionibus, conſultationibus, deliberationibus, & actibus obtinere, & gerere votum, & decretum noſtrum interponere, atque alia omnia agere, facere, dicere, gerere, tractare, procurare, & promouere poſſit, & valeat, quæ ex vſu Reipublicæ Chriſtianæ, & dignitate noſtra fore videbuntur, quæque nos ipſi facere, dicere, gerere, & tractare poſſemus, ſi coram præſentes eſſemus, etiamſi talia eſſent, quæ mandatum exigerent, magis ſpeciale, quàm hic expreſſum eſt; habituri proindè ratum, & gratum quidquid per præfatum Oratorem, Procuratorem, & Mandatarium noſtrum præmiſſo modo, actum, dictum, geſtum, factum, & procuratum fuerit, dolo, & fraude remotis, harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei appoſitione munitarum. *Datum in Oppido noſtro Bruxellenſi die XX. menſis Februarij Anno Domini MDXLV. Imperij noſtri XXV. & Regnorum noſtrorum XXX.*

Carolus.

Addit Angelus Maſſarellus ſe perlegiſſe aliud mandatum Cæſareum Franciſco à Toleto traditum, vt Iacobo à Mendoza morbo implicito Cęſareas vices gereret, quod hac loci, & temporis nota conſignatum erat. *Datum in Ciuitate noſtra Traiectenſi die altero Menſis Februarij Anno Domini MDXLVI. Imperij noſtri XXVI. & Regnorum noſtrorum XXXI.*

53 Cùm decreta huius ſeſſionis Romam perlata fuiſſent, quibus maximè Vulgata editio Scripturæ à Concilio recepta fuerat, nonnulli expoſtularunt, cur in eo decreto de emendatione errorum, qui in illam irrepſerant, actum non fuiſſet; quorum expoſtulatio cùm à Cardinale Farneſio Cardinalibus Legatis ſignificata fuiſſet, hoc illi reſponſum dedere. Reuerendiſſima veſtra Dominatio ſciat, plurimos Doctores Hiſpanos, Gallos, atque Italos, Theologos tùm ex diuerſis Academijs, tùm ex pluribus religioſis familijs Prædicatorum, ac S. Franciſci, aliorumque Ordinum, opinatos editionem Vulgatam Latinam à Sancto Hieronymo confectam fuiſſe, multaque argumenta ad id comprobandum cumulaſſe; alios verò id non approbaſſe, omnes tamen in hoc conſenſiſſe, editionem Latinam, qua Romana Eccleſia ſemper vſa eſt, præ omnibus alijs firmiorem eſſe, grauioreque auctoritate pollere, ac nunquam prauitatis hæreticæ nota perſtrictam, quamuis in aliquibus verſibus à textu Hebraico, & Græco diſcrepare videatur, eiuſque ſtylus humilis ſit, nec careat alicuius vocis barbaræ labe.

Porrò hæreticos alia Sacræ Scripturæ volumina, varijs in locis corrupisse: atque adeò non aliò confugiendum esse, quàm ad obseruantiam legemque eius Ecclesiæ, quæ Imperij Christiani caput est, & quæ singulari diuina gratia confirmata, fidem ab omni erroris labe purissimam semper seruauit, perpetuamque ac nunquam interruptam Pontificum successionem tenuit. Vulgatam itaque Latinam editionem receptam cum maximæ auctoritatis prærogatiua, non tamen alias editiones damnari, modò Catholicæ doctrinę consentiant, aut vulgatam illustrent. Addidere demùm, errores, qui Exscriptorum vitio irrepsere, Pontificio studio ac diligentia emendandos, nec Synodum illius subsidio defuturam.

54 Assensit Pontifex Biblia Sacra ab erroribus, qui vitio Exscriptorum, aut Typographorum irrepserant, vindicandas, decreuitque, vt rei in opus prouocandæ strenua, ac diligentissima opera daretur; cuius pium consilium Legati meritis laudibus commendarunt; cum hæretici sathanico furore ad conciliandam nefandissimis suis erroribus auctoritatem apud ignarum vulgus, nouas in dies ex Hebraico, & Græco idiomate translationes impietate inquinatissimas, licet latini sermonis elegantia perpolitas mandarent typis: cùm è contra Vulgata translatio, licèt minus tersa, nunquam tamen antea nisi ab hostibus Ecclesiæ recentioribus, in suspicionem hæretici erroris adducta fuisset; cuius veritas flagrantissimo pietatis studio aduersùs Nouatores, qui eam ex Hebræo, & Græco sermone emendare affectant, asserenda sit, quamquam si qui illius Textus obscuri videantur, liceat eos ex Hebræo & Græco textu Theologis, & sacris Interpretibus illustrare, ad maiorem lucem affundendam Catholicæ veritati, quæ sæpè magis inclarescit simplici ac agresti sermone, quàm perpolito & phalerato: quod Cardinalis Baronius in Annalibus ex Sanctorum Patrum decretis antiquissimis demonstrauit.

55 Refellendæ hoc loco videntur calumniæ hæreticorum effusæ aduersùs Concilium Tridentinum, inter quos Petrus Soauius libertatem Concilij à Pontifice Legatisque Apostolicis violatam conqueritur, quasi Patres Tridentini seruitute premerentur, eò quòd Pontifex, quæ agenda forent Legatis præciperet, illique è Pontificio nutu penderent. Sed ne huius hæretici aculeatis dictis ac laqueis prudens lector irretiatur, reuoluat quæso Oecumenicorum Conciliorum Codices, ac præcipuè sextæ Synodi Acta, instructiones Pontificias Legatis traditas sedulò animaduertat, quibus præcipiebatur, ne limites ipsis præscriptos transirent, neque in Concilio alia decerni permitterent, nisi ea quæ à Romana Sede, Apostolicaque auctoritate sancita erant. Perpendat aliam esse libertatem carnis, quam affectant hæretici, aliam spiritus, quam commendat Apostolus: nam & *vbi Spiritus, ibi libertas.* Omnia enim in Concilio debita directione atque ordine pertractanda erant: cùmque Pontifex sit Caput visibile Ecclesiæ militantis, & monarchicum teneat Imperium, ad eum pertinere directionem Concilij, & quæ sint excutienda ac decernenda proponere perspicuum est; nam si quisque Episcopus sibi arrogaret ius proponendi, quæ vellet, tùm maximæ turbæ inducta Anarchia concitarentur: ac præterea nec iniquè correpti fuere aliqui Episcopi, cùm absona vel aliena à rei veritate in Concilio effutirent; nec Legati ea dicta corrigendo malè libertatem sustulere; quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt; sed de hoc alibi occurret sermo.

56 Absolutis sessionis quartæ actionibus Legati Romanis, qui de varijs corruptelis conquesti erant, responderunt. Datariæ reformationem opere potiùs quàm diplomate perficiendam: Cathedrales sine præuio debito examine, & informatione minimè conferendas; ad illas, quarum nominatio ad Principes pertinet, viros ætate iàm adulta, doctos, & graues promouendos, ita tamen vt velint, ac possint in ijs residere; Ecclesiarum pluralitatem etiam in Cardinalitio ordine, qui alijs virtutis normam præferre debet, omninò auferendam. Quantum ad Episcopos spectat, ipsis residentiam non solùm ex honestate, verùm etiàm ex necessitate præscribendam. Quamuis autem Episcopalis potestatis exercitium à Regularibus, à Dominis temporalibus, atque ab ipsamet Apostolica Sede persæpè impediatur, ideòque Præsules à suis sedibus crebrò remoueantur: attamen opportunam aliquam Regularium cum Episcopis conuentionem opera ac studio Præpositorum suorum Generalium in Synodo præsentium pertractandam; nec non contra Dominos sęculares iurisdictionis Ecclesiasticæ vsurpatores sacrorum Canonum constitutiones instaurandas. Has verò, nec non alias corruptelas sublatas suis locis visuri sumus.

57 Collocabat interea omnem operam Paulus Pontifex flagrantissimo pietatis ardore, vt extinctis hæresibus omnes populos ad Ecclesiæ coniunctionem reuocaret: quare Heluetios, qui antea multis rebus præclarè gestis in bello pro Ecclesiastica libertate suscepto à Iulio II. Pontifice maximam nominis gloriam collegerant, cùm suæ nationis Ordinum celebres conuentus agerent, Paulus amantissimis literis eos prouocauit, vt pro æterna animarum salute comparanda, parentum exemplo, qui nunquam à religione catholica defecerant, redirent in sinum Romanæ Ecclesiæ, ac pro componendis diffidijs, excipiendisque Concilij Tridentini decretis, Oratores ad illud mitterent, cùm iàm ante illud congregari ardentibus votis expetijssent.

Dilectis filijs Heluetijs Ligæ superioris Alemaniæ Ecclesiasticæ libertatis defensoribus in Diæta congregandis.

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 274. Epistola Pauli ad Hęreticos Heluetios adhortantis illos ad Officium.

Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem; Magno in dolore animique nostri anxietate sumus, quòd præter eam, quam omnium Christi fidelium animarum curare debemus, salutem, vestram fortissimam Nationem Sedi Apostolicæ specialiter deuotam, titulumque meritam Ecclesiasticę libertatis defensorum, iam dudum diuisam, ac scissam inter se nouis in Religione videmus, cùm quidem antea in Religione concors, & vnanimis & robore esset, & auctoritate apud omnes insignis: itaque quod ad nostrum officium, & in vos paternum amorem pertinet, non destitimus crebris literis, & mandatis per dilectum filium Hieronymum Franchum Nuntium nostrum vos hortari, vt in pristinam sanctæ fidei vnitatem, & veterem concordiam, per quas vestra in tantum creuerat existimatio, redire velitis, congruentes cum patribus, & Maioribus vestris, qui ex quo Christianam fidem acceperunt, nunquam illam deseruerunt, aut vlla sui parte imminuerunt, sed constanter in omni tempore retentam piè conseruarunt, cùmque laudabilis, & pia responsio vestra ad nos fuisset perlata, quòd cuncta super Religione ad

vni-

Digitized by Google

vniuerſale Concilium Tridenti indictum eſſetis reiecturi, eiuſque determinationi obedienter acquieturi, dici non poteſt, quàm illa voluntas, ac pia intentio veſtra fuerit nobis iucunda, & grata. Ecce igitur filij dilectiſſimi, aduenit tempus ſponſionis veſtræ, & tempus acceptabile, tempus non ſolùm ſalutis, verùm etiam tranquillitatis veſtræ, ipſum enim Concilium Dei munere iam apertum, & celebrari cœptum, Galliſque, & Hiſpanis, atque Italis, cæterisque Prælatis in dies confluentibus frequens habetis, à quo remedium veſtrarum in Religione diſſenſionum & petere, & obtinere poteſtis, ſi ad illud, quemadmodum promiſiſtis, accedere volueritis: vos igitur per illum, qui nos pretioſo ſuo ſanguine redemit, communem Dominum Ieſum hortamur, & rogamus, vt ad ipſum Concilium veſtros Oratores, quamprimùm mittere velitis pro medela, & remedio veſtris diſſenſionibus humiliter implorando. Nos enim in Domini miſericordia ſperamus, ſi ſanctam, & ſpiritualem eiuſdem Concilij diſciplinam, vt vos decet, admiſeritis, nec obicem Diuinæ gratiæ oppoſueritis, futurum, vt ſalutis, quietis, & tranquillitatis veſtræ fructum optatum inde referentes, atque in vnum Religionis conſenſum vnanimes reuerſi, & pietate apud Deum, & auctoritate apud homines, vt priùs, polleatis; Noſque, qui nemini Prædeceſſorum noſtrorum in beneuolentia erga vos cedimus, veſtra concordia & pietate lætemur, ac tamquam filios peculiares huius Sanctæ Sedis omni noſtra charitate, & fauore ſemper proſequamur, quemadmodum hæc pleniùs, & particulariùs idem Noſter Nuntius vobis explicabit. *Datum Romæ die XI. Aprilis MDXLVI. anno XII.*

58 Extant aliæ ad eoſdem eodemque argumento exaratæ literæ, quibus dolet aliquorum impiorum inſidijs, ac dolis magnam gentis Helueticæ partem fuiſſe ab obſequio Romanæ Eccleſiæ diuulſam, prouocauitque ipſos ad exempla Maiorum, qui poſt acceptam fidem Chriſtianam ſumma conſtantia Romanæ Eccleſiæ adhæſiſſent, hortatuſque eſt, vt Concilij Oecumenici, quod regi ſolet à Spiritu Sancto, auctoritatem ſequerentur.

Paul. III. lib. breu. an. 1546. pag. 371.

Dilectis filijs tredecim Cantonibus Heluetiorum, Ligæ ſuperioris Alemaniæ libertatis Eccleſiaſticæ defenſoribus.

Dilecti filij &c. Pro noſtra perpetua, & Prædeceſſorum Noſtrorum erga deuotiones veſtras, totamque iſtam fortiſſimam Nationem beneuolentia, quæ facit, vt ſemper nos veſtri memores, veſtrorum commodorum, atque honorum ſummam rationem habeamus, non dubitamus quin vobis quoque in animo, & in memoria infixum ſit, quanta fuerit ſemper inter vos, & hanc ſanctam Sedem coniunctio, quod mutui amoris vinculum, quàm multa indicia beneuolæ vtrinque, & beneficæ voluntatis, cùm nos ſemper noſtris iudicijs, noſtriſque ſtipendijs, vos honeſtauerimus: veſtra autem virtus, & veſtra fides nunquam Prædeceſſoribus noſtris, & nobis vlla in temporum varietate defuerit: atqui hanc tantam & tam arctam inter nos amicitiæ coniunctionem, quæ vtrique parti, & honori fuit ſemper, & commodo, fuerunt tamen vafri, & inſidioſi homines perturbatores legum, morumque bonorum, ijdemque ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Religionis corruptores, qui ſeparare, & conuellere conati ſunt, quibus tantum fauit perfidus humani generis hoſtis, vt ex iſta fortiſſima, & nobis chariſſima Natione aliquos à nobis potuerit auellere magno cum dolore noſtro, tamquam è ſinu, & complexu amantiſſimi Patris dilectiſſimos filios, quorum iacturam, atque damnum etiam nunc lugere, & lamentari non deſiſtimus, deſiderantes Deo reſtitui, & nobis, quos noſtræ curæ, diurnæque, & nocturnæ cogitationes, omnibus precibus apud Deum, & aſſiduis lamentationibus requirunt: illud tamen Deo, eiuſque diuinæ bonitati, & clementiæ referimus acceptum, quòd bona pars veſtrum in fide erga ipſum Deũ, & erga ſanctam Matrem Eccleſiam perſtitit, nec ſe alienari à cultu veræ, & Chriſtianæ Religionis paſſa eſt, in quo Deus miſericordiæ Dominus & vobis, qui integri remanſiſtis, de ſpiritu ſuæ ſapientiæ effudit, & ſi qui gentis veſtræ decepti & inducti improborum ſermonibus in alienum ſenſum abierunt, illis tamen exemplum ante oculos poſitum eſſe voluit conſtantioris, & melioris partis, per quam aliquando poſſint faciliùs reſipiſcere, & reuerti ad eam ſanctam fidem, quam Patres ipſorum, omneſque Aui, & Maiores, perpetuo curſu veterum ſæculorum in Catholicæ Eccleſiæ gremio tenuerunt, cuius Dei voluntatis maximum eſt argumentum, quòd pax, & concordia inter vos, ne diſſidio quidem Religionis, è quo ſolent aſperrimæ ſeditiones oriri, infringi, aut violari potuit, quàm pacem veſtram, & coniunctionem nos optimum ſignum veſtræ probitatis, & optatæ, ac ſperatæ nobiſcum conſenſionis habemus.

59 Ac Nobis quidem iam inde à Noſtri Pontificatus initio omnia tentantibus, ac molientibus, quo his diſſidiorum, atque hæreſum domeſticis malis occurreretur, cùm & pro pace inter Chriſtianos Principes reconcilianda, ſicut notum vobis eſt, plurimùm laborauerimus, & lenibus primò remedijs, ſcribendo, hortando, monendo iniquos Hæreticorum animos placare ſtuduiſſemus; poſtquam cætera non ſatis proceſſerunt, ad ſummum & maximum omnium huiuſmodi malorum remedium, Oecumenicum, & generale Concilium indicendum, deuenimus, & quoniam in Germania maximè hæc Hæreticorum praua ſeges pullulabat, locum Concilio habendo Tridentum elegimus, iuris, & Nationis Germanicæ Ciuitatem, ad quam illi commodè venire, tutòque commorari in ea, & tueri (ſi vellent) partes ſuas poſſent: ſperauimus enim, id quod erat ſperandum, in tanta Concilij generalis auctoritate, cui ſemper Reges Chriſtiani, & populi plurimùm detulerunt, in tanto conuentu Venerabilium Epiſcoporum, qui ex omnibus Nationibus illuc collecti, de ſumma fide Catholica (auctore Spiritu Sancto) eſſent acturi, neminem fore tanta impietate perditum, qui non ſe tantæ Diuinæ magis, quàm humanæ auctoritati ſubmitteret, qui non reiectis falſis ſuggeſtionibus improborum, iudicium vniuerſum Catholicæ Eccleſiæ ſuſciperet, quam etiam nunc ſpem dilectiſſimi filij de vobis retinemus, pacemque illam inter vos, quam omni laude dignam paulò ante diximus, tanquam anſam diuinitùs nobis datam, accipimus ad conglutinandos iterum veſtros cum Deo, & nobiſcum animos, cùm & qui fideles, & conſtantes ex vobis manſerunt, hoc certè animo obtemperandi ſacro Concilio ſint futuri, & qui non ſua culpa, ſed quodam credulitatis errore, qui ſæpè etiam bonis incidit, prolapſi ſunt, auctoritatem Oecumenici Concilij, & eius Spiritus Sancti, qui Concilium regit, non contempturi

pturi esse videantur, ad quod nos Concilium tanquam ad cœlestem Senatum quemdam, cui Deus præest, cumque ipsemet & moderatur, & gubernat, deuotiones vestras, sicut etiam ante fecimus, & inuitamus, & adhortamur.

60 Quod verò nobis præter omnem spem, & expectationem accidit, vt inuenirentur inter Germanos, non pauci etiam de numero eorum, qui se dicunt esse Principes, qui Oecumenici Concilij grauissimam auctoritatem, potiùsque Diuinam, vt diximus, quàm humanam, ita superbè, insolenterque despicerent, vt non modò ad id se accessuros negarent, sed contumelijs, & maledictis petulantibus, atque nefarijs omnem Conciliorum sanctitatem improbissimè insectarentur, seque nec Concilij decretis staturos dicerent: id nobis, vt verè loquamur, maximè dolori fuit: vidimus enim hanc perditorum contumaciam summam nobis necessitatem afferre, vt de vi atque armis esset cogitandum, cùm nec tantum animarum interitum, quæ hæresum venenis quotidiè inficiebantur, nec conculcationem totius, non magis Ecclesiastici, quàm Christiani nominis, atque honoris possemus ampliùs perferre, quod alterum nobis pastorale officium, charitasque paterna, quam erga omnes fideles Dei filios, atque nostros gerimus; alterum locus, atque honor, & summi Pontificatus dignitas non permittebat, sed nobis sæpè cogitantibus, quid agendum esset, Deumque precantibus, vt his Diuini sui consilij nobis lumen afferret, opportunè accidit, vt Charissimus in Christo filius noster Carolus Romanorum Imperator semper Augustus, cuius erga Deum Omnipotentem, & sanctam Catholicam, Apostolicamque fidem, singulare semper extitit studium, & præstantissima pietas, impiorum sceleribus, eisdem ferè quibus nos offensus, & quòd cùm Concilium Germanicæ Nationi ipsius præsertim postulatione, & opera à nobis datum esset, qui id contemnebant, ipsius quoque & factum & auctoritatem videbantur contemnere, sicut quidam apertè petulanterque faciebant, armis sibi constitueret, violatę fidei Catholicæ sanctitatem, ac vnitatem esse vindicandam, cui nos occasioni tamquam Nobis à Deo sine vlla dubitatione oblatę studiosè Nos adiunximus, summique Imperatoris optimam voluntatem omnibus Nostris, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ opibus, atque auxilijs iuuare constituimus, Deo hanc nostram operam, & actionem tribuentes, cuius numen honoremque defendimus, nec volumus committere, vt si lentè negligenterque Nos geramus, is post tot filiorum animas, Hæreticorum perfidia interitum adductas, è nostra manu requirat, quem animum nostrum, & totam consilij rationem voluimus vobis dilecti filij nostris literis facere notam, primùm, vt vobiscum, tamquam cum eis, quos charissimos habemus, curas, & solicitudines, quæ nos premunt, communicaremus &c.

Hæsere in pertinacia Zuingliani, Lutheranorum exemplum sequuti, qua enim licentia Diuina peruertunt oracula, & sanctorum Patrum doctrinam respuunt, eadem Concilij auctoritatem abiecerunt.

M.S. Arch. Vatic. fig. n. 3212. pag. 151.

61 XV. Aprilis post sessionem quartam habita est Congregatio generalis, in qua refert Angelus Massarellus, adductum fuisse in examen „ [Decretum de Lectoribus, & Lectionibus Sacræ Scripturæ instituendis, & Concionatoribus ordinandis.]

Bracci Martelli Episcopi Fesulani contra Religiosos loquutio.

Qua occasione vsus Braccius Martellus Episcopus Fesulanus, erga Pontificem, & Religiosos Ordines malè affectus, declamauit contra Monachos, vt referunt alia Acta: Fesulanus ex scripto „ sententiam dixit. [Me torquet, vt sit liberum „ Regularibus in suis Monasterijs, nec missis, „ nec vocatis à nobis in nostris Diœcesibus prę„ dicare, nam hoc si admiserimus, Pontifices, „ quid aliud est, quàm pati, vt Lupi non per „ ostium, sed per posticum intrantes, greges „ nostros turbent. Quapropter rogo vos, Pon„ tifices, vt hæc pati nolitis. Quod si secus fa„ ctum fuerit, protestor, quod inuitus omninò „ hoc permittam: verùm prouocabo ad Christi „ tribunal, me nihil in hoc peccasse. Super vos „ igitur erit & culpa, & sanguis eorum. Cui „ suo ordine Britinorienſis optimè respondisse „ visus est, inquit enim: Patres scire nos oportet „ omnium Christianorum Episcopum esse Pa„ pam, nos autem in partem eius sollicitudinis „ vocatos esse: quamobrem non minùs per „ ostium intrat, qui à Pontifice Maximo mit„ titur ad nostras oues, quàm is, qui à nobis „ mittitur. Cogitate, si placet, Pontifices ip„ sos Maximos priuilegia ipsa Regularibus „ concessisse propter nostram desidiam, ne„ dicam ignorantiam; quod ni fecissent, proti„ nus Christi Ecclesia corruisset; sunt enim Re„ gulares, qui omne onus Episcopale subeunt; „ nos si quid lucri est, nullo labore suscipimus. „ Britinorienſis sententiam alij quoque secuti „ fuerunt.]

62 In Congregatione generali decima quinta Aprilis actum fuit de Episcoporum residentia, & de tollendis eius impedimentis: deindè cunctorum Patrum suffragia super duos Scripturarum abusus, scilicet Lectionum, & Concionum, in alijs prioribus conuentibus non ritè discussos audita fuere. Hoc temporis flexu Cardinalis Tridentinus, ac Cæsareus Orator nomine Imperatoris efflagitarunt, vt in Synodo, prætermissa dogmatum discussione, de vitijs excindendis, & disciplina Ecclesiastica restituenda ageretur: eo enim vergebant studia Lutheranorum, ne damnarentur hæreses, & Ecclesiastici cumulatis in eos calumnijs vexarentur. Cæsar verò Lutheranos asperare verebatur, nè res in apertum bellum erumperet: quare Legati missò concitatissimis equis tabellario Pontificem consuluerunt: à quo responsum est, causam dogmatum non prætermittendam, vt omnium in Concilio grauissimam.

63 Coactam fuisse Congregationem generalem decima Maij tradit Angelus Massarellus, in qua lectæ sunt sententiæ collectæ in qualibet classe super decreto de Lectionibus, & Prædicatione Sacræ Scripturæ. Tùm verò Petrus Paccechus Cardinalis de Episcoporum residentia, hac de causa pro instruendo Christiana doctrina populo „ sermonem intulit, vt referunt Acta. [Omnis „ substantia huius rei, vt mihi quidem videtur, „ est Episcoporum residentia, quæ si fiat, om„ nia, vt optimè à Domino meo Tridentino di„ ctum fuit, facilè præstabimus. Et cùm dico „ residentiam, intelligo ad effectum vt prædi„ cent, & officio sibi commisso fungantur. Vti„ nam etiam verum esset, quod Panormitanus „ Archiepiscopus dixit, vt videlicèt iure Diuino „ non essemus adstricti ad prædicandum, quo„ niam benè nobiscum ageretur, verùm scimus „ Paulum sæpiùs dixisse: *Væ mihi, si non euange-*

liza-

Digitized by Google

„ *liquero*: & alibi, *sumus Doctores, & Pastores*; quamobrem non opus est, vt in hoc nobis nimis indulgeamus, sed sciamus oportet, „ iure Diuino nos coactos esse ad prædicandum, „ quando autem prædicare debeamus, id iure humano statutum est. Debet igitur, meo iudicio, sancta hæc Synodus in primis & ante „ omnia renouare Canones antiquos super Episcoporum residentia per fructuum subtractionem, & per alia opportuna remedia: ita vt si „ diù ea pœna paruipendatur, tandem ad depositionem deueniatur. Et in primis exoretur „ Summus Pontifex, ne passim indocti ad Episcopatum promoueantur, nam hæc iusta est „ causa, vt deponi possit Episcopus, si literas „ nesciat. Memini cùm primum promotus fuissem ad Ecclesiam Pampilonensem, audiuisse, „ Ciuitatem illam annis octuaginta ante me „ non vidisse Episcopum suum: quod accidit, „ quoniam Episcopatus semper fuit in manibus „ Cardinalium.]

64 Addit Angelus Massarellus ortam fuisse non modicam altercationem de quibusdam verbis prolatis à Fesulano, quod Episcopi Christi vicem in terris gerant, sed omnia pacata mox fuisse, quæ distinctiùs in Actis sic referuntur.

„ [Cardinalis de Monte conuersus ad Fesulanum dixit: Domine, altera die dixisti appellare ad Tribunal Christi, si aliter in re, de qua „ agitur, statueretur, quàm à vobis dictum „ fuerat, persistis ne in illa appellatione? Fesulanus, oblitus sum, inquit, id dicere. Ego, „ vt scitis, Patres prouocaui ad Tribunal Christi, non vt prouocarem sic vt qui superiorem „ Iudicem appellant, sed quemadmodum faciunt, qui suam conscientiam exonerare cupiunt; eius rei causa perhumanè fui hodie à „ Reuerendissimis Legatis admonitus, qui mihi dixerunt, prouocationem ad Christum „ hæresim sapere, si quis in illa pertinaciter „ insistat: propterea me declaro, non prouocandi, & appellandi animo id dixisse, sed „ vt meam conscientiam exonerarem, & nihilominus ab appellatione ipsa, quatenus appellatio est, desisto, illique penitùs renuntio. „ (Et infrà.)

„ Cardinalis Anglicus ad Fesulanum conuersus dixit: Multa bona dicta fuerunt à Domino Fesulano, quæ & nos, & boni omnes „ æquè secum desiderant; nam Episcopos residere, prædicare, muneri Episcopali operam „ dare non nisi bonum est; modus autem dicendi nequaquam bonus est, hoc enim magis inuectiua fuit, quàm libera sententia, & „ seditiosa concitatio, quàm plana, & æqua „ oratio; quamuis si omnia perpendantur, neque oratio ipsa æquè ipsamet satis sibi constat, non videt enim, quòd dum proximis „ diebus curaret, vt nomina Legatorum delerentur ex decretis, & pridiè dum ad Tribunal „ Christi appellasset, quantum in se erat, ius, „ & auctoritatem Concilij minuisset, quam „ maximè debebat extollere, si ex Concilij auctoritate desiderabat pristina iura Episcopis „ concedi, & restitui: nunc rursùs non cogitat, dum aduersùs omnes Regulares inuadit, „ vt Episcopis propria restituantur, hoc vnum „ agere, vt Episcopi careant ministris. Vtinam enim Episcopi sine ijs facere possent, quoniam res Christiana meliùs se haberet, quàm „ se habeat &c.

65 Significarunt Legati Cardinali Farnesio gesta istius conuentus, nempè vt decreto de tollendis corruptelis, quæ in tractandis sacris Scripturis committuntur, finis imponeretur, extractamque rem in noctem ob sententiarum in diuersis capitibus varietatem; cùm plures Episcopi proprijs commodis magis quàm æquitati consulerent, ac Regularium, Parochorumque priuilegia rescindi cuperent; quasi ipsorum auctoritas ex depressa eorum dignitate excresceret: consumptam partem temporis, vt Tridentino Cardinali, qui Legatorum munus affectare visus est, obsisteretur, cùm sponte sua proponeret, dandum responsum literis Regis Lusitaniæ, quas duo religiosi viri Roma attulerant: Fesulanum, & Clodiensem Episcopos, quorum dicta ad seditionem quodammodo spectare viderentur, ex Concilio reuocandos videri; arsisse autem odio Fesulanum Præsulem in Religiosos ordines, declamantemque aduersùs eos lubenter audiri à pluribus: interiectis paucis diebus scripsere Pelargum Ordinis Prædicatorum Theologum accessisse Tridentum; ac literas Archiepiscopi Treuirensis, & Cardinalis Augustani attulisse, quibus illi se graviore impedimento distineri significarunt, ne, vt gerebant in votis, se ad Concilium Tridentinum conferrent: commendatus est etiam ab Augustano Internuntius Verallus, qui suis concionibus sacris pietatem latè propagaret.

„ 66 XVIII. Maij coacta Congregatione generali Cardinalis de Monte (inquit Angelus „ Massarellus) reprehendit immodestiam aliquorum Patrum in sententijs dicendis, qui „ nimis licentiosè loquuntur, nominauitque „ Episcopum Fesulanum, contra quem excerpta „ fuerant quędam capita ex concione, quam „ ipse Fesulanus habuit in Congregatione die „ X. præsentis Mensis contra Regulares, monens „ omnes, vt in futurum modestiùs, & reuerentiùs loquantur, & quòd si libera debent esse, „ prout sunt in Concilio Patrum suffragia, ea „ tamen dici debent, quæ in nullius iniuriam „ cedant.] Tùm addit, ortam contentionem inter Concilij Præsides, & quosdam Præsules, „ num ad Legatos Apostolicos tantùm spectet officium proponendi in Concilio, & Congregationibus generalibus.] Quo argumento, quæ hinc inde iactata sint, recensent alia Acta.

„ 67 Asturicensis inquit: Fateor, & semper „ fassus sum, ad Præsidentes pertinere specialiter, vt proponant, & vota super propositis „ colligant; sed & munus hoc proponendi cuilibet competere puto. Sic Osius in Laodiceno „ Concilio, & alij plerique, quamuis non præsiderent, materias proposuisse legimus, super „ quibus materijs deinde Canones facti fuere, si „ quis tamen hoc neget, ego id me probaturum, „ & probatissimis Viris interpretibus profiteor. „ Cui Cardinalis de Monte: Istud (inquit) planè recipio ad Præsidentes pertinere, vt proponant, & vota colligant; at illud idem cuilibet „ Episcopo competere prorsùs nego, quando „ apud omnes constat, proponere, & præsidere „ ad eos tantummodò pertinere, qui in vnaquaque vniuersitate locum primum tenent, sic „ enim leges Consule interrogante sciscebantur, „ & Plebiscita Plebeio Magistratu, id est Tribunis interrogantibus, & quod dictum de Osio „ non mirum est, quoniam is Legati primæ Sedis fuisset Auditor.

Digitized by Google

„ 68 At Aſturicenſis; Erunt igitur (inquit) „ adeò adſtricti Epiſcopi, vt nihil, quod ad rem „ Chriſtianam, nihil quod ad proprias Prouin„ cias pertineat, proponere poſſint? Quod ſi fa„ teatur, neſcio an rebus Concilij benè caueatur. „ Nam apud omnes, quos ego hactenùs percurri „ Authores, & apud Bartolum, & Baldum in„ uenio, licere omnibus de vniuerſitate propo„ nere id, quod poſſunt omnibus oſtendere. Cui „ Cardinalis de Monte: Non eſt (inquit) vt hac „ de re vobiſcum diſputem, ſunt enim ſi vultis „ hic Iuriſconſulti, qui vobiſcum de Iure diſce„ ptabunt. Cui Aſturicenſis: Nolo (inquit) „ cum Iuriſconſultis diſputare, nec à me ſunt „ dicta Iuriſconſultis, ſed Synodo, quam volui „ meam intelligere ſententiam, vt ſciant omnes „ eis licere, proponere quodlibet, dummodò „ honeſtum ſit. Credo (inquit Giennenſis) Car„ dinalem de Monte, quando dixit non licere „ Epiſcopis proponere, intelligere, ita vt vota „ Præſidentibus ipſis inuitis colligere poſſint; „ quod & ego credo: verùm ac quod quilibet, „ dum ſententiam dicit, non poſſit, quid ſentit, „ proponere, & explicare, non credo, eſſe eius „ ſententiam. Dico (inquit Aſturicenſis) poſſe „ ſingulos Epiſcopos proponere, nec aliter fieri „ poſſe, exempli cauſa: ponamus aliquem Epi„ ſcopum velle aliquam materiam contra Lega„ tos ipſos vel Cardinales proponere, æquum„ ne cenſetis illa oportere Legatis ipſis priùs „ dicere, an non? Non (inquit Cardinalis de „ Monte) vobis licere arbitror, neque licebit „ vnquam contra Legatos Sedis Apoſtolicæ, ne„ que contra Cardinales aliquid proponere„, „ nec enim me præſente talia alicui permittam „ impunè facere, & miror vos audere talia„ dicere. Aſturicenſis inquit, non dico de Le„ gatis, vt de Legatis, ſed vt de Cardinalibus „ in genere. Ne hoc quidem vobis licet (inquit „ Cardinalis de Monte) nam quæ vobis liceant „ ſatis aliàs explicani, & nunc optimè ex Car„ dinali Giennenſi diſcere poteritis. Cui cùm„ acquieſceret Aſturicenſis, Cardinalis Gien„ nenſis ad illum conuerſus dixit: Satis eſt (in„ quit) dixiſſe veſtram ſententiam, quam Patres „ vt videtis non probant. Gratias (inquit Aſtu„ ricenſis) vobis refero, quoniam ſatis meam „ audiuiſtis ſententiam. Cui Cardinalis Gien„ nenſis: Non poſſum (inquit) id probare quod „ ego non teneo. Epiſcopus Vaſionenſis dixit; „ ego nunquam, etiam rogatus, reſpondebo, niſi „ Legatis interrogantibus, qui noſtrum caput „ ſunt, alios autem omnes in Concilio pares „ eſſe exiſtimo.] Hæc paucis perſtringens Ange„ lus Maſſarellus ita ſcribit. [Cardinalis de Mon„ te comprobauit multis rationibus, & aucto„ ritatibus, quòd licèt vnicuique liberum ſit di„ cendi in Concilio ſententiam, munus tamen„ proponendi ad ſolos Reuerendiſſimos Cardi„ nales pertinet.] Recruduiſſe eam controuer„ ſiam poſt plures annos ſub Pio IV. viſuri ſumus.

69 Interea Legati, cùm ex Cardinalis Farneſij literis percepiſſent Pontificis mentem eſſe, vt omnimodè peccati originalis dogma proponeretur, atque ſumma diligentia diſcuteretur, abſq; mora Pontificio imperio ſeſe obtemperaturos ſignificarunt; præcipuè quia de Iuſtificatione ritè pertractare non poterant ante decretum de peccato originali; Quare mox auditis Theologis, & expenſis mediis, quibus in dogmate peccati originalis procedendum erat, decretum ab ijs fuit priùs diligenti examine perquirendum, quid de hac re Concilia generalia, aliaque à Sede Apoſtolica approbata ſtatuerint; & innouatis veteribus conſtitutionibus, illas addere, quę ad ſtatum rerum præſentē magis accōmodæ cenſebantur, reiectis tamē ſupernacaneis, & non neceſſarijs; quem modum vnà ſimul Patres commendarunt; licèt nonnulli ac potiſſimùm Hiſpani, excepto tamen Cardinale Giennenſi, de reformatione ante omnia pertractandum eſſe à Synodo inſiſterent: quibus tamen pollicici ſunt, poſt huius decreti deciſionem, de reformatione, ac de Epiſcoporum reſidentia, abſque mora pertractaturos.

70 Perſpexerat Imperator (vt paulò ante„ inſinuatum eſt) Proteſtantes ad defectionem à Cæſareo obſequio inclinare, atque adeò promulgatis in Concilio dogmatibus Catholicis aſperandos, atque in arma conſurrecturos verebatur; Patres verò Tridentini extimeſcebant, ne ſi inuito ac reluctante Imperatore, de dogmatibus fidei agerent, eius patrocinio orbarentur. Conſultum itaque eſt à Cardinale Tridentino, vt de peccato originali ageretur, cùm in illo articulo in colloquio Ratiſbonenſi Catholici, & Proteſtantes inter ſe conſenſiſſe dicerentur: veruntamen Franciſcus Toletanus Cæſareus Orator intercedebat, ne ille articulus tractaretur, donec Ratiſbonenſis conuentus ſolutus foret, trahebatque in ſuas partes Præſules Hiſpano Imperio obnoxios, verùm maior Epiſcoporum pars vnà cum Legatis in ſuſcepta perſtitię ſententia adducendæ in examen„ quæſtionis de peccato originali, definiendæque„ in proxima ſeſſione: iuſſerat enim Pontifex, ſicuti innuimus, vt ea controuerſia dirimeretur, ex cuius mandato collegere animos Legati, vt importunæ Franciſci Toletani factioni generosè repugnarent.

71 XXIV. Maij propoſiti ſunt Theologis plures articuli controuerſiarum circa peccatum„ originale, de quibus diſſerturi erant. XXVIII. verò die in Congregatione generali Cardinalis de Monte de eo dogmate ita ad Patres diſſeruit: „ [Auditis Theologis, & conſiderato quanta„ laboremus temporis anguſtia, quoniam per„ magni intereſt, qua via procedatur, cogitaba„ mus, ſi videretur Patribus, vt is modus fo„ret optimus, ſi ante omnia proſpiceremus, quid „ ſuper huiuſmodi articulo à maioribus noſtris „ in Concilijs, aut Vniuerſalibus, aut Prouin„ cialibus approbatis, & receptis ab Eccleſia„ decretum eſſet: & illis omnibus collectis adde„ remus ea, quæ pro ſtatu præſentis temporis ad„ denda viderentur, & veteribus decretis innoua„ tis, & nouis additis ab hac ſancta Synodo „ ſuper hoc, vt fieret ſalutare decretum. Di„ cant igitur Patres, vtrum hic modus proce„ dendi eis placeat. Super qua re ſententijs per„ quiſitis, omnes modum propoſitum lauda„ runt.] Deindè ipſe Reuerendiſſimus, & Illu„ ſtriſſimus Præſidens legit ea, quæ ſuper ipſo „ articulo collegerat, videlicèt.

M. S. Arch. Vat. ſi. n. 3232. p. 1586. Diar. Con. Trid. m.s. Archiui Vat. pag. 40.

Propoſitio articuli de peccato originali.

„ Articulus de peccato originali non incom„ modè diuidi poteſt in duas partes. Prima eſt „ de eius cognitione, propagatione, & malitia, „ ſeù damno. Secunda de eius remedio, & re„ medij effectibus. Quoad primam attinet, de „ qua nunc agendum eſt, hæc ex decretis Sum„ morum Pontificum, & Conciliorum annotata „ ſint pro faciliori Patrum indagatione, vt per „ ea inuitentur ad exquirēda alia, & ea addenda,

Ext. etiā m.s. Arch. Vat. ſig. n. 3249. pag. 239.

„ quę

Digitized by Google

quæ pro huius temporis ſtatu deeſſe videãtur.
Subiecit mox ex Concilio Mileuitano Canonem ſecundum, ex Carthaginenſi cap. 72. ex Arauſicano Canonem 1. ex eodem Can. 2. ex Toletano 12. Can. 2.
Ex Concilio Florentino de vnione Armenorum, [Firmiter credit, profitetur, & docet, neminem vnquam ex Viro Fœminaque conceptum, à Diaboli dominatu fuiſſe liberum, &c.
Subiunxit deinde teſtimonia Pontificum Innocentij I. ad Concilium Carthaginenſe epiſt. 25. Cęleſtini I. epiſt. 1. c. 4. Leonis epiſt. 84. ad Aquileienſem Epiſcopum, Leonis epiſt. 91. can. 9. & 10.
Quarum auctoritatum exempla ad omnes Patres eadem die tranſmiſſa ſunt.

72 Inſtitit iterum Giennenſis Cardinalis in eadem Congregatione ex ſingulari (vt videbatur) ſenſu pietatis, qua erga B. Virginem delibutus erat, vt de immaculata B. Virginis Conceptione ageretur in Concilio; maximam enim Chriſtiani orbis partem piè ità ſentire, remque Hiſpanis & Gallis forè gratiſſimam: maxima tamen Præſulum pars, quibus ſe etiam aliqui Hiſpani coniunxere, ſenſit ab ea quæſtione magnis implicita difficultatibus abſtinendum, ac potiùs perſpicuas hæreſes damnandas, quàm in occultis & ambiguis controuerſijs tempus terendum, quæ ſignificauit Cardinalis è Monte Legatus Cardinali Farneſio, opportuniore verò tempore eam quæſtionem excuti atque illuſtrari poſſe. Verùm Giennenſem Cardinalem magis ductum abblandiendi Cæſareis voluntatibus, quàm pietatis ſtudio, referunt Acta, vt dum in ea quæſtione tereretur tempus, Lutheranæ impietatis dogmata ſilentio inuoluerentur, tùm ſubdunt. Aquenſis mirum in modum inſtitutum Legatorum de dogmatibus pertractandis laudauit, in eoque perſeuerandum eſſe dicebat, donec tandem omnes hæreſes, quarum præcipuè cauſa Concilium conuocatum fuerat, extirparentur. (Et mox:) Reformationem vnuſquiſque ſibi facere poſſet, dogmata nonniſi in Concilijs commodè definiri poſſe. Multis interiectis,

An tractandum eſſet de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis.

Fanenſis Epiſcopus: Probo (inquit) quod de peccato originali propoſitum eſt, quod autem controuerſia illa de Maria Virgine in Sacroſancta hac Synodo pertractetur, mihi perſuaderi non poterit. Primùm, quod ſciam vtramque partem maximè piam eſſe, & à tot ſanctiſſimis Doctoribus hinc indè ſuas partes cõprobantes, vt non ſine manifeſta plurium nota, & damnatione poſſet Synodus hanc rem determinare: addo etiam rei difficultatem: quis enim ſententiam hanc noſſe potuit, quæ Sedi Apoſtolicæ adeò obſcura hactenùs viſa eſt, vt neutram vſque adhùc partem elegerit. Ne autem vos Patres prætereat, ſcitote, nihil Proteſtantibus gratius hoc tempore nos facere poſſe, niſi de hac ipſa re pertractare, quæ non adeò breuis erit, vt aliqui putant, ſed quæ ne tribus quidem Menſibus perfici poterit, cum magno dedecore Synodi, dicentibus omnibus, quæ decidenda ſunt omitti, & ſilenda decerni, propterea hac in re laudarem, vt perpetuum ſilentium imponeretur omnibus, ità vt nulli deinceps liceret hac de re palàm diſputare, neque aliquid populum docere.

73 XXXI. Maij in Congregatione generali excuſſa eſt prima quæſtio de peccato originali, de eius cognitione, propagatione, & malitia, de quibus primùm à Cardinali Giennenſi, deindè ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & Abbatibus ſententiæ dictæ, inter quos Fanenſem Epiſcopum eruditè perloquutum referunt alia Acta [Theologi rem ipſam longa oratione proſequuti ſunt, quorum omnium Fanenſis Epiſcopus omnem à capite materiam commodè pertractaſſe viſus eſt. Conſtare quidem ipſe ex totius Eccleſiæ conſenſu dicebat, Adam ipſum, præter ea, quæ vt homo ab auctore conſequutus fuerat, fuiſſe inſuper rectitudine, & iuſtitia donatum à Deo, quam quidem ſi ſeruaſſet, vt poterat, perpetua immortalitate gauiſus fuiſſet, & hæc quidem ipſi Adamo data fuere à Deo ipſo, vt naturæ parenti, ita vt in omnes ex ſemine eius naſcituros prouenirent: de alijs autem virtutibus; quibus Adam à Deo ipſo donatus fuerat, puta de ſtellarũ cognitione, de natura Animalium, & ſimilibus, non ſatis conſtat inter Theologos, vt ita datæ eſſent, an propriæ ipſius Adami eſſent, an potiùs vt tranſmitterentur vnà cum rectitudine ipſa. Conſtat quoque apud eandem Eccleſiam, Adam ipſum coram Deo peccaſſe, & genus quidem peccati inobedientiam fuiſſe, ſiuè fuerit per pomorum ſuſceptionem ex arbore prohibita, ſiuè quouis alio modo, nihil intereſt. Satis eſt nos ſcire Adam peccaſſe, cuius peccati ea vis fuit, vt mereretur ipſe Adam gratiæ, & iuſtitiæ, & rectitudinis ſibi à Deo datæ priuari: quo quidem Adæ priuilegio poſteros quoque eius priuauit, quoniã ſicut gratia ipſa Adę data fuerat, ita ab ipſo, & per ipſum à poſteris eius accepta fuiſſet. Id Apoſtolus dixit: *Per vnum hominẽ peccatum in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.* Quæ quidem mors, niſi per baptiſmum tollatur, omnes reos gehennæ facit: quibus in rebus ſtatuenda duo in primis ſemper conſideranda mihi viſa ſunt. Alterum, vt ita concipiamus verba, ita rem pertractemus, vt nulla culpa ipſi Deo, nullaque iniuſtitia ei, qui ſemper rectus eſt, tribui à nobis videatur. Alterum, ne peccatum ipſum Adæ ita minuamus, vt penè fruſtra Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum humanam pro nobis carnem ſumpſiſſe affirmare videamur. Quod autem Lutheranos ipſos tangit, omnino falſum eſt, dum dicunt, per Baptiſmũ peccatum originis non tolli, ſed nobis non imputari, nos verò, neque manere, neque imputari nobis defendimus, &c.

74 IV. Iunij, & V. in Congregationibus generalibus, de ſecunda quęſtione, nimirùm de Remedio peccati originalis, & de eiuſdem remedij effectibus actum eſt. VIII. verò Iunij propoſitum decretum de Peccato originali excutiendum.

M. S. Arch. Vat. fig. num. 3231. pag. 164.

IX. Iunij in Congregatione generali reſidentia Epiſcoporum propoſita, deindè hæreſeon circa Peccatum originale catalogus perlegitur.

Hæreſes, & errores ſuper peccato originali.

Primus error eſt ille notiſſimus Pelagij: nos non naſci, aut concipi peccatores, ſiuè nullam peccati labem ex noſtra generatione contrahere: quem errorem damnauit Conciliũ Mileuitanum.

Ext. etiam in m.s fig. n. 3249. pag. 275. per lect. 9. Iuny in Cong. gen.

II. Eſt Valentini, Manichęi, & Priſcilliani, ex Chriſtiano coniugio natos non contrahere originalis culpæ contagionem. Quem errorem damnauit Innocentius I. & profligauit Auguſtinus lib. de peccat. mer. & remiſſ. c. 25. & 26.

III. Eſt Pelagianorum, quem etiam ſequutus eſt

M. S. Arc. Vat. fig. n. 3232. pag. 163. Acta Congreg. Con. Trid.

M. S. Franciſ. Car. Barb. fig. 2799. pag. 100.

Digitized by Google

est Erasmus, Paulum ep. ad Rom. 5. huius peccati originalis nullam prorsùs facere mentionem.

IV. Peccatum originale nihil esse in vnoquoque nostrum, sed esse dumtaxat ipsam Adæ prævaricationem, quæ reuera nobis non insit, sed soli Adæ.

V. Est Martini Lutheri, concupiscentiam nobis innatam, atque insperſam, quæ remanet in baptizatis, esse peccatum originale, quæ scilicet concupiscentia completè, atque præcisè sortita sit originalis peccati rationem.

VI. Est eiusdem Martini Lutheri, originale peccatum esse concupiscentiam vltimo præcepto Decalogi notatam.

VII. Est error Pelagij, peccatum originale esse prævaricationis Adæ imitationem.

VIII. Est eiusdem Pelagij, quem Martinus Lutherus sequitur, ad peccatum originale expiandum in paruulis Baptisma non esse necessarium.

IX. Eiusdem etiam Pelagij, ad quem errorem Martinus Lutherus accedere videtur, puellos non baptizatos morientes non damnari, sed saluari, & vitę æternæ fieri possessores, licèt ad Regnum Christi non pertineant. Contra quem errorem latè scripsit Augustinus.

X. Est Priscillianorũ, Euchytarum, Messallianorum, & Manichæorum, Baptismum infantibus nihil prodesse: quem errorem etiam Anabaptistæ sequuntur.

XI. Est eorumdem Anabaptistarum, paruulos in infantia baptizatos rebaptizandos esse.

XII. Est eorum, qui dicunt quoslibet infantium actus, quamuis ratione careant, esse peccata, atque in eiusmodi consistere peccati originalis rationem, nullaque alia ratione eos esse baptizandos, quàm vt hæc sola peccata expientur.

Tertius decimus est eorum, qui tenent non vnum esse peccatum originale, sed plura, quem errorem confutat Magister Sententiarum 33. dist.

Quorum errorum vnusquisque hodiè suos habet defensores.

75 Decima Iunij in Congregatione generali agitatum est de Residentia; cùmque ea controuersia dirimi non posset in proxima sessione, in aliud tempus extracta.

M.S. Arc. Vat. fig. n. 3206. pag. 166. *Ext. in n. 1. Vat. fig. num. 3206. pag. 119.*

XIV. Iunij discussum est acerbo examine ,, decretum de peccato originali: [In cuius de- ,, creti examinatione (addunt Acta Angeli Mas- ,, sarelli) oritur magna contentio, & disputatio ,, inter Patres, num in hoc decreto de peccato ,, originali esset decidenda quæstio de Concep- ,, tione Beatæ Mariæ Virginis.] Lectę tùm in ea Congregatione generali fuere ab Episcopo Bituntino auctoritates plurium Sanctorum Patrum negantium Immaculatam Conceptionem.

Addit verò Angelus Massarellus decretoriam ,, in ea re sententiam: [Et maiori parti visum ,, fuit relinquendum esse hunc articulum sub de- ,, terminatione fælicis recordationis Sixti Pa- ,, pę IV. quæ determinatio à Concilio innouetur.

Ib. p. 166. Narrantur paulò fusiùs huius Congregationis Acta in alio MS. in quo verba à Polo, & Paceccho Cardinalibus habita recensentur.

Tom. 19. de Conc. De Peccato originali.

,, Lecto decreto de peccato originis, Cardi- ,, nalis Polus sententiam suam ita dixit [Vt à ,, capite decreti incipiam, quid sit peccatum ,, originale, magis nos ipsi in omnibus sentimus ,, omnes re ipsa, quàm ipsi sciamus, quid sit, ver- ,, bis comprehendere. Hęc indè possumus osten- ,, dere, quòd, cùm multi sanctissimi Patres de ,, hac re scripserint, tamen hoc quid esset, defini- ,, re nescierunt. Hoc etiam vobis patuit ad ocu- ,, lum tàm in Congregationibus Episcoporum, ,, quàm Theologorum, in quibus maxima fuit ,, omnium concordia in reliquis constituendis, ,, sed in hoc vno valdè fuerunt dissidentes. Illud ,, valdè scimus, mortem nobis per Adæ pecca- ,, tum interminatam esse, mortem inquam non ,, vt statim occumberet ipse Adam, & nos cum ,, ipso, sed mentis obtenebrationem, quæ & ipsa ,, mors dici potest. Hoc senserunt & vetustis- ,, simi Philosophi ferè omnes, non à fide vt ,, nos edocti, sed à natura ipsa, cuius vim, & ,, mortem sentiebant in malam pœnam esse. ,, Id Aristoteles dixit, dum regimen magis apud ,, Rempublicam esse vult, quàm apud Regem ,, vnum, ea scilicet ratione, quoniam spiritus ,, vnius sæpè impotentes sunt ad resistendum ,, malis, ad quę natura nos inclinat. Id osten- ,, dit Socrates, dum post vniuersam perlustratam ,, Philosophiam, se vnum scire fassus est, quòd ,, nihil sciret. Philosophi igitur huic morbo ,, prouidere volentes, legibus muniendam esse ,, Rempublicam decreuerunt, vt quorum scilicet ,, concupiscentiam indomitam esse cognosce- ,, bant, saltem pœna cum metu coërcerent.

,, 76 Longè alia via Deus Omnipotens, cum ,, priscis Patribus nostris, egit; certauit scilicet ,, beneficijs, & gratijs nostros motus reprimere, ,, & impetum protinùs extinguere. Sed neque ,, præmia, neque mannæ manducatio diuturna, ,, neque aliquod aliud gentem duræ ceruicis ,, potuit domare. Exemplo potest esse Salomon ,, tot, tantisque bonis à Deo donatus, vt nemo ,, plus eo acceperit, fatetur planè ipse omnia va- ,, nitatem esse, & in ipsa quoque sapientia labo- ,, res. Quamobrem Deus, vt generi humano ,, prouideret, per mortem Vnigeniti Filij nobis ,, gratiam, & salutem dedit. Hæc tendunt ad ,, demonstrandum, quod ad abolendam huius ,, peccati vim nulla vnquam humana res valere ,, potuit. Hæcque ad declarationem primi, ,, secundi, & tertij capitis, in quibus nihil ad- ,, di, minuiuè desidero. Quod mihi dubium ,, fuit, est, quod dicitur in fine decreti, nihil es- ,, se, quod Deo displicere possit. Quæ quidem ,, verba, si ritè intelligantur, nullam habent ,, distinctionem, quomodo de hoc ipso Paulus ,, loquens, *In renatis* (inquit) *qui in Christo ,, sunt nihil odibile esse*; nam in alijs non aude- ,, rem id ego affirmare propter nostras imbecil- ,, litates: propterea addendum aliquod verbum ,, existimarem ad maiorem declarationem, nè ,, alioquin aliqui, perperam intelligentes hunc ,, locum, intelligant omninò, renatos impecca- ,, biles esse: quod quàm falsissimum est, omnes ,, intelligunt, quinimmò statutum est, vt etiam ,, Viri sancti dicerent quotidiè, *Dimitte nobis ,, debita nostra*; & non propter humilitatem, sed ,, propter veritatem.

,, Giennensis censebat stare posse verba il- ,, la decreti, nec aliquo modo mutanda, ne vi- ,, deatur magis potuisse vnius Adæ peccatum ,, quàm Christi meritum. Hoc referre, quod ,, etiam iusti dicunt: *Dimitte nobis peccata nostra*; ,, quia id fit propter peccata, quæ timentur, & ,, quę à quantumuis iustis timeri debent. Illud ,, autem, quod in fine decreti ponitur, mihi non ,, placet, dum dicitur.

,, De-

Tom. 19. de Concil. MS. Arch. Vat. fig. n. 3206. p. 117.

M. S. Fr. Car. Barb. fig. num. 1179. pag. 116.

Diar. Can. manuscr. Arch. Vat. pag. 41.

„ Declarat autem Synodus non esse suæ intentionis, in decreto huiusmodi, vbi de peccato originali loquitur, comprehendere Beatam, & Immaculatam Virginem Mariam Matrem Iesu Christi, de qua re ad præsens nihil declarare intendit, præter id, quod à fælicis recordationis Sixto IV. decretum fuit; hæc enim declaratio non est iuxta decretum Synodi, nam in proxima Congregatione plusquam dnæ ex tribus partibus tenuere eximendam esse à decreto Beatam Virginem Mariam, cum hac adiectione, videlicèt, de qua piè creditur, sine peccato originali conceptam fuisse.]

Card. Pallav. tom. 1. lib. 7. c. 7. num. 2.

Verùm quidem est, in antecedenti Congregatione ex tribus partibus duas in dictam decreti formam consensisse, sed in sequenti recesserunt, vt in Actis in Castro Sancti Angeli asseruatis ità narratur.

„ 77 [Die octaua Iunij, in Congregatione generali decretum de originali peccato à Theologis in priuatis Congregationibus compositum, lectum fuit. Cardinalis Giennensis præcognoscens tam breui temporis interuallo tali quæstioni possibile non esse finem imponere, requisiuit, vt vniuersali propositioni, cum qua declaratur, originalem culpam esse communem omnibus hominibus, talia adderentur verba, scilicet: Quod ad Beatam Virginem attinet, sacrum Concilium nihil definire intelligit, quamuis piè credatur, eam sine originali peccato conceptam fuisse. Tali sententiæ tunc maior pars consensit. Sed Episcopi, alijque ex Prædicatorum Familia ardentes contradixerunt, multique eis adhæserunt. Opponebantque, si pium est vnam opinionem credere, consequenter aliam partem credere impium esse. Et sic (quamuis tacitè) quæstio definita censeretur. Idcòque consilium fuit, excogitanda esse verba, quibus nec vnius, nec alterius opinioni præiudicium afferretur, & ambæ in eodem statu, quo tunc in Ecclesia erant, permanerent. Ideò Theologi, vt Synodi mentem executioni mandarent, in suis Congregationibus sequens decretum exararunt. Declarat Sancta Synodus, non esse suæ intentionis in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, Beatam, & Immaculatam Virginem Mariam Matrem Domini Nostri Iesu Christi comprehendere, cùm modò circa hoc nihil declarare intelligat, præter quod à fælicis recordationis Sixto IV. decretũ fuit. Attamen Cardinalis Giennen. non acquieuit, asserens, in præterita Congregatione generali ex tribus partibus supra duas consensisse, vt decreto adderetur, de qua piè creditur, sine peccato originali conceptam fuisse. (Et paulò post.) Asturicensis Episcopus proposuit, vt illa verba declararentur, quibus asserebatur, Concilium modò nihil se declarare intelligebat. Placuit ista propositio Bertano, alijsque Dominicanis. Sed Cardinalis Giennen., eiusque sectatores eam non approbarunt. Et cùm plus temporis quàm par erat, & præter consuetum in illa Congregatione consumptum fuisset, tandem suffragia collecta fuere, & conclusum; quod quamuis maior pars Conceptionem absque peccato fuisse crederet, tamen etiam maior pars melius consilium existimauit, nullum contrariæ opinioni præiudicium esse ferendum. Quare verba decreti iuxta sententiam Asturicensis recepta fuere, quod Cardinalis Giennensis cum amaritudine animi pertulit.]

78 XVI. Mensis Iunij coacta Congregatio generalis, in qua sancita decreta de peccato originali, & de lectionibus sacræ Scripturæ instituendis, & Concionatoribus ordinandis promulganda esse in quinta sessione postero die celebranda.

79 XVII. Iunij celebrata est quinta sessio Concilij Tridentini, cui quadraginta nouem Episcopi, Archiepiscopi nouem, quatuor Cardinales, duo Monachorum Abbates, tres Mendicantium Præpositi Generales, duo Cæsarei Oratores interfuere, atque in ea grauissimi Nouatorum errores circa peccatum originale damnati fuere.

Pallauic. tom. 1. lib. 7. cap. 13.

Sacrosancta Oecumenica, & Generalis Trid. Synodus, in Spiritu Sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarum Scripturarum, & Sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium, & consensum sequuta, hæc de ipso peccato originali statui fatetur, ac declarat.

An ita apponenda sit.

Si quis non confitetur, primum hominem Adam, cùm mandatum Dei fuisset transgressum, statim sanctitatem & iustitiam in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam præuaricationis huiusmodi iram, & indignationem Dei, atque ideò mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est Diaboli, totumque Adam per illam præuaricationis offensam secundùm corpus, & animam in deterius commutatum fuisse, anathema sit.

Si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam cum perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ; anathema sit. Cùm contradicat Apostolo dicenti, *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.*

Rom. 5.

80 Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus, ideſt vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Domini Nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio: aut negat ipsum Christi Iesu meritum per Baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum tàm adultis, quàm paruulis applicari; anathema sit: quia non est aliud nomen sub Cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: vnde illa vox, *Ecce agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi*, & illa, *quicumque baptizati estis Christum induistis.*

81 Si quis paruulos recentes ab vteris matrũ baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam

dam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam; vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur; anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus, *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt*; nisi quemadmodum Ecclesia Catholica vbique diffusa semper intellexit; propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis committere potuerunt, ideò in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. *Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Dei.* Damnati sunt eo decreto Caluinistæ, qui segniores erant ad conferendum paruulis baptisma, vt eorum plurimi inde infeliciter perirent.

82 Inuexerat alium errorem Lutherus, quem sequutus est Caluinistarum grex, remanere post Baptismum in baptizatis peccatum, sed non imputari: vtque errorem fulcirent, contendebant, concupiscentiam esse peccatum, quæ cum remaneat in baptizatis, concludebant peccatum etiam in ijs remanere; ac verba Apostoli, & S. Augustini, qui concupiscentiam dixere peccatum, eo quod concupiscentia sit peccati causa, & pœna peccati, atque etiam inclinet ad peccatum, detorsere in prauum sensum; quasi sit propriè & secundùm essentiam suam peccatum, contra quos Nouatores addidere Patres Tridentini in decreto,

Si quis per Iesu Christi Domini Nostri gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam asserit, non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantùm radi aut non imputari; Anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil damnationis in ijs, qui non secundùm carnem ambulant; sed veterem hominem exuentes, & nouum, qui secundùm Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij ac Deo dilecti effecti sunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; ita vt nihil prorsùs eos ab ingressu Cæli remoretur.

In renatis remanet concupiscentia, sed non nocet dissentientibus.

83 Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fomitem hæc Sancta Synodus fatetur & sentit, quæ cùm ad agonem relicta sit, nocere valet consentientibus, sed viriliter per Christi gratiam repugnantibus non valet, quinimmò qui legitimè certauerit coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, Sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit Anathema sit.

Inclinat ad peccatum, sed peccatum non est.

84 Perlectum etiam est in eadem Sessione decretum de certis capitibus restituendæ adstringendæque disciplinæ Ecclesiasticæ: atque in primis sancitum, vt sacrarum Literarum Interpretes ac Lectores stipendijs Ecclesiasticis sustentandi in Ecclesijs insignium Ciuitatum suo munere fungerentur; vt in Oppidis Magister Grammaticæ pro instruendis Clericis inopibus teneretur, vt sibi viam ad sacra Theologiæ studia munirent, vt in Monasterijs & Cõuentibus Regularium sacræ Scripturæ lectiones habeantur ab ijs, qui priùs de vita, moribus & scientia excussi, atque ab Episcopo approbati fuerint, ne impietas specie pietatis propagetur.

85 De Euangelij prædicatione constitutum est, vt Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & alij Ecclesiarum Prælati, nec non Archipresbyteri, & Parochi Euangelium prædicent ad populum instruendum, ac si fuerint impediti idoneos Concionatores eligant. De Regularibus verò conciones ,, sacras habituris hæc sancita lex. [Regulares ,, cuiuscumque Ordinis nisi à suis Superioribus ,, de vita, moribus & scientia examinati & ap- ,, probati fuerint, ac de eorum licentia, etiam ,, in Ecclesijs suorum Ordinum, prædicare non ,, possint, cum qua licentia personaliter se co- ,, ram Episcopis præsentare, & ab eis benedictio- ,, nem petere teneantur, antequam prædicare ,, incipiant.] Additum est, ne sine impertita ab Episcopis facultate in alijs Ecclesijs quæ non sunt suorum Ordinum conciones habeant, si quis verò hæresim in populum sparserit, omni immunitatum respectu abscisso, in eum Episcopus auctoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicæ delegatus seueritatem legum distringat.

86 Lectum postea fuit petente Archiepiscopo Turritano Breue Pontificium Legatis directum. Postea Procurator Seuerolus absentium contumaciam accusauit, vt contra ipsos processus statuerentur, & Ianuæ Cathedralis Ecclesiæ Tridentinę affigerentur; sed in hac re suffragia inter se multum discrepantia fuerunt. Duę sententiæ numero ampliores apparuerunt, in vna earum conuenerunt Legati, qui contra non legitimè impeditos distringendas leges iudicabant, in alia Cardinalis Giennen., excipiendos esse dicebat Germanos, quam exceptionem aliqui volebant extendere ad omnes illos quibus Cęsari respectum habendum esse in proxima Congregatione requisierant. Alij solos in Dieta commorantes, & vsquedum illa congregata esset, excipi optabant; sed prętер istas duas sententias, quæ pluribus placebant, Episcopus Fauentinus eorum solummodò contumaciam, qui Romæ morabantur, accusandam esse censebat; alij, ne Episcopi à Concilio absque iusta, & cognita à Concilio causa, possent discedere, addendum esse dicebant. Et alij alias diuersas sententias protulerunt.

87 Dum Patres Tridentini nullis parcunt laboribus pro restituēdo primario Religionis splendore, excindendis vitijs, discutiendaque hæreseon caligine, coëgere Lutherani suos conuentus ad confirmandam suam in Pontificem, Cæsaremque perduellionem, in ijsque de respuendo Concilio Tridentino, de prorogando impio fœdere, de sumptibus belli Brunsuicensis sustinendis, de Hermanno Anti Archiepiscopo Colonienſi, qui à Catholica Religione desciuerat, tuendo, deliberarunt, in quo quidem conuentu Colonienſi Apostatæ legati questi sunt de Clero Catholico, qui sacras aras præferret meretricularum thalamis, Religionemque auitam deserere abnueret, deque promulgatis in Hermannum à Pontifice, & Cæsare edictis, vt Luthe- ,, ranæ libertati contrarijs questi sunt. Eò iam ,, res in Germania reciderat, vt de summis Ma- ,, gistratibus liceret querelas deferre ad paucos ,, Imperij Principes, qui etiam dicerent, se non ,, defuturos Colonienſi Archiepiscopo, si qua vis ,, ei fieret. [At impia eorum consilia Diuina misericordia confudit. Conati sunt illi quidem

missis

Missis Oratoribus, Cæsarem delinire, ne Colonienſi Exarchiepiſcopo aduerſaretur, Clerumque Catholicum tueretur, ſed à ſuſcepta animi conſtantia dimouere non potuerunt, eos enim Cæſar hortatus eſt, vt abiecta pertinacia mitiora pacis conſilia ſequerentur, vt refert Angelus Maſſarellus in Diario Concilij Tridentini.

MS. Arch. Vat. inſcript. Diar. Concil. Trid. auct. Aug. Maſſarell. Sec. Conc. pag. 126.

88 Reuerendiſſimi Domini Legati recepe-
,, runt literas à Reuerendiſſimo Domino Ar-
,, chiepiſcopo Roſſanenſi Verallo Nuntio apud
,, Cæſaream Maieſtatem ex Leodio tertio huius
,, datas, in quibus ſignificat Oratores Luthe-
,, ranorum, præſertim trium Sæcularium Ele-
,, ctorum Saxoniæ, Palatini, & Brandeburgen-
,, ſis petiiſſe Cæſarem apud Maſtrich die Veneris
,, 26. Februarij, in qua die tria Cæſareæ Maie-
,, ſtati propoſuiſſe, primum, vt mitiùs cum Ele-
,, ctore Colonienſi agat, tùm quia Elector, &
,, Princeps Imperij, tùm ob alias multas ratio-
,, nes. Cæſar enim dicto Electori iniunxit, vt in-
,, fra quindecim dies reſtituat, quantum ab eo in
,, noua ſecta innouatum eſt. Secundum, quòd
,, amicabiliter per viam concordiæ ad conciliã-
,, dam Germaniã peregre velit, non autẽ armis,
,, vt verentur, & ex rumoribus, qui vbique ſpar-
,, guntur, conijcere eſt. Tertium. Petierunt vt
,, Cæſarea Maieſtas eis dicat, an cum conſenſu
,, ſuo Conciliũ Tridentinum ſit apertum, non
,, enim hoc credere poſſunt, cùm toties Cæſar
,, eis promiſerit, Colloquio, Dieta, vel Natio-
,, nali Concilio, ſi generale haberi non poſſet, res
,, controuerſas Religionis in Germania tractatu-
,, rum, Concilium autem Tridentinum non eſ-
,, ſe legitimum, tùm quia illa Ciuitas, licèt ſit
,, Imperialis, non eſt in Germania, & eius Epi-
,, ſcopus eſt obnoxius Papæ, tùm quia authori-
,, tate Pontificis Romani celebratur. Det igitur
,, Cæſar liberum Concilium in Germania, & ipſi
,, libenter illùc proficiſcentur.
,, His reſpondit Imperator prima huius Men-
,, ſis in hanc ſententiam. Quoad primum, quòd
,, Colonienſis peſſimè ſe gerat, parumque faciat,
,, & ſuam, & Imperij auctoritatem. Ad ſecun-
,, dum, quòd, nihil neq; magis optauit, quã res
,, Germaniæ amicabili tractatione componere,
,, quare bono ſint animo, hac enim de cauſa nũc
,, Ratisbonam petit, hortarique, vt ſuis Princi-
,, pes illùc iter capiant. Ad tertium reſpondit
,, adeò obſcurè, vt verus ſenſus elici non poſſit.
,, Inquiens Ratisbonæ clariùs reſponſurum eſſe,
,, &c.

Condictum fuerat ſuperiore anno in Vvormatienſi Conuentu Ratisbonenſe colloquium inuitis Catholicis Principibus, cum indicto, coactoque iam Concilio œcumenico, vel inane, vel exitiale futurum eſſet tale colloquium, tamen Cæſar illud inter Catholicos, & Lutheranos ad tentandam aliquam concordiæ rationem admiſerat, vel vt ad comparandum exercitum temporis moras caperet.

Tom. 3. an. 1546. n. 10 an. 1546. n. 6, 7. lib. 24. An. 1545. An. 1545. n. 30 n. 7. Initium colloquij Ratisbonenſis.

89 Colloquium die vltima Octobris 1545. indictum fuerat, ſed Cæſar iuſtis de cauſis ad diẽ decimam quartam Decembris protraxit, & inceptum fuit ſolummodo vigeſima ſeptima Ianuarij huius anni, quia Laurentius Zocchius Auditor, & Georgius Maior collocutor pro Proteſtantibus Ratisbonam peruenerunt vigeſima prima eiuſdẽ Menſis. Die igitur vigeſima ſeptima initium habuit colloquium, de quo loquuntur Spondanus, Bzouius, Belcarus, Cochlæus, Surius, & Vlembergus, & ita dicunt, Imperator Mauritium Epiſcopũ Eiſteten. & Fridericum Comitem Furſtembergenſem, quibus poſtea addidit Iulium Pflugium electum Epiſcopum Naumbergenſem Præſides elegit; Pro Catholicis ad diſceptandum aſtiterunt, Petrus Maluenda Dominicanus, Euerardus Bellicus Carmelita, Io: Hoſſoniſterus Auguſtinianus, & Io: Cochlæus Doctor Clericus Sæcularis. Pro Hæreticis ſteterunt in acie Martinus Bucerus, Io: Brenzius, Georgius Maior, Erardus Schneppius. Die autem ſupradicta Catholici, primum Sacrum ſolemne de Spiritu Sancto in Cathedrali Eccleſia celebrarunt, & poſtea cum Hæreticis in publico Palatio conuenerunt, vbi Præſidentes mandatum Imperiale legerunt, & poſtea formam conſtitutam ab Imperatore ſeruandam in diſputatione materiarum à collocutoribus, quæ
,, eſt ſequens. [Primò, vt cæteris omiſſis, tracte-
,, tur confeſſio exhibita per Proteſtantes in Co-
,, mitijs Auguſtæ habitis anno Dom. MDXXX.
,, cuius ſingula facta diſcutiantur, ac inter eos, &
,, Catholicos agatur, quid in ea recipiendum,
,, quidue reijciendum eis videatur, & relatio
,, fiat Cæſareæ Maieſtati, & Statibus Impe-
,, rij.
,, Diſputatio verſetur in eis ſolum, quæ fidei
,, ſunt, omiſſis opinionibus, quibus ſtudioſi ſo-
,, lent exerceri.
,, Primi tres articuli Confeſſionis prædictæ
,, omittantur, quia primus, & tertius ſunt de In-
,, carnatione, ac Trinitate, in quibus nulla eſt
,, controuerſia. Secundus verò eſt de peccato
,, originali, & ſatis eſt diſputatus, nec minus o-
,, pus eſt illum denuò agitari.
,, Quia in confeſſione Auguſtana ſunt multi
,, articuli, etiam diuerſi quoque ad vnam mate-
,, riam pertinentes. Primò agatur de Iuſtifica-
,, tione, Remiſſione peccatorum, Impletione Le-
,, gis, de Fide, boniſque Operibus, neceſſitate
,, eorum, & meritò: ſecundo de Sacramentis, &
,, eorum virtute in vniuerſum, ac etiam ſigilla-
,, tim de quolibet eorum, de Baptiſmo ſcilicet,
,, Euchariſtia, & præterea in ſingulis ea agantur,
,, quæ in vno quoque eorum controuertuntur:
,, vt in Materia, & Sacramento Euchariſtiæ. De
,, adminiſtratione Sacramenti ſub vtraque ſpecie
,, de adoratione eiuſdem, & in Pœnitentia, de
,, Confeſſione, & Satisfactione, ad eundem mo-
,, dum, de Matrimonio, Ordine, & reliquis.
,, De Purgatorio, & Suffragijs Defunctorum,
,, de Veneratione, Inuocatione, Reliquijs, & Ima-
,, ginibus Sanctorum, de Votis Monaſticis, &
,, Cœlibatu Sacerdotum, delectu ciborum, de
,, Ferijs, Lætanijs, alijſque cæremonijs, ac Eccle-
,, ſiaſticis Traditionibus quomodo obligent cõ-
,, ſcientiam ad ſui obſeruationem.
,, Vltimò de Eccleſia, Poteſtate clauium, Or-
,, dine Hierarchico, authoritate Epiſcoporum,
,, Romani Pontificis, & Conciliorum. Si quid
,, tamen inciderit dubitationis, vult Cæſarea
,, Maieſtas, vt ob eam cauſam reliqua non remo-
,, rentur, ſed nihilominus in illis procedatur,
,, vſque ad aduentum Suæ Maieſtatis, quæ tamen
,, ſuper huiuſmodi incidentijs, & controuerſijs
,, mentem ſuam declarabit. Verùm cùm talia
,, fuerint, quæ moram ferre non poſſunt, ea ad
,, Maieſtatem Suam perſcribantur in itinere, quę
,, pari ratione ſignificabit id quod facere opus
,, iudicauerit.

90 Hæc forma ab Imperatore propoſita, non placuit Proteſtantibus, ideoque nolebant colloquio initium dare, ni modus ab ipſis præſcriptus obſer-

Colloquiũ Ratisbonense incipit, & dissoluitur, Protestantium fuga.

obseruaretur, quare propter eorum duritiem, colloquium die quarta Februarij inchoatum fuit, qua die Maluenda Theologus Catholicus sermonem habuit de Iustificatione, & vsque ad vigesimam quartam eiusdem Mensis disceptationes persecuerauerunt; Præsidentes hoc tempore mediante, Imperatorem admonuerunt, quòd necessitate adducti, permiserunt, vt forma ab eo præscripta in colloquendo non seruaretur, sed illa vterentur, quã Protestantes proposuerant, quia ad discedendum erant parati, quando in colloquendo forma ab eis tradita, non sequeretur. In quo arrogans petulantia rebellium ab Ecclesia deuenerat, vt leges etiam Imperatori, & omnibus Ordinibus prescribere auderent. Vigesima sexta Februarij responsum Imperatoris receptum fuit, in quo formam seruandam in colloquijs dabat; Catholici ad obediendum se esse paratos dixerunt; Protestantes verò peruicacissima obstinatione in sua sententia seipsos firmarunt, pro causa adducentes, eorum Principes talibus conditionibus non consentire; denique proposuerunt, vt Imperatori iterum scriberetur orando, vt ordinationes illas immutaret, cum Protestante in aliam formam adducere non liceret: Præsidentes pacis, & concordiæ amatores Cæsari iterum scripserunt, vt etiam in hac re Protestãtibus satisfaceret, & dum de die in diem Cæsaris responsum expectabatur, Collocutores, & Auditores Protestantium vigesima, & vigesima prima Martij clàm discesserunt, & post eorum discessum decima Aprilis Cæsar Ratisbonam peruenit, ac de colloquio redintegrando agere cœpit, consulitque Catholicos Colloquutores, an spes vlla concordiæ eo instaurato affulgeret, qui nitidè respondere, nullam affulgere, cùm pertinacissimè veritatem Catholicam, quam probè norant, oppugnarent, & profiterentur numquam ab hæresi discessuros, Principesque ab ijs illusos esse inanibus argutijs, remque fœliciùs per Concilium œcumenicum, quàm per colloquium gerendam, & tale responsum dederunt.

Responsio quatuor Colloquutorum Catholicorum data Cæsareæ Maiestati XIV. Aprilis MDXLVI. quid ex nouo colloquio sperandum.

MS. Card. Barb. sign. 2679. pag. 143. Extat etiã in ms. Car. Pij sig. tom. 64. in charta volatili.

91 Imperialis Vestra Maiestas rogari iussit sententiam de spe futuræ concordiæ, si ad colloquium, quod non culpa nostra, sed aduersariorũ potiùs improbitate discussum est, rediretur, vt scilicet ex ijs, quæ hoc & superioribus colloquijs gesta sunt, coniectura, facta diceremus, an in colloquendi ratione locum vllum concordiæ relictum, aut pacificandæ in Germania Religionis remedium aliquod positum esse arbitremur, aut si omninò inutile colloquium esse sentiamus, quonam modo his Germaniæ malis occurrendum esse putemus.

Nos etiamsi intelligamus in Sacra Maiestate Vestra eam vim ingenij, ac iudicij in omni Reipublicæ administratione semper fuisse, vt nullius hominis consilio indigere possit, parentes tamen Maiestatis Vestræ voluntati, sanctissimæ quid nobis de toto hoc negotio videatur paucis explicabimus.

Ac primum; colloquium, quod discussum est videtur nobis instaurandum, neque recès aliquod hoc tempore constituendum; quod vt sentiamus his potissimùm rationibus adducimur.

Mandatum est Apostoli Pauli *Hæreticum hominem post vnam, & alteram correptionem deuita, sciens quia subuersus est huiusmodi, & delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus*. Sic Irenæus Martyr, & Tertullianus Scriptores vetustissimi, Hæreticorum disputationes, & colloquia vitãda esse censent, vt quæ Ecclesiæ Catholicę nullam vnquam vtilitatem attulerint.

Ita in Nicæno Concilio sub Imperatore Constantino Catholica pietas, nihil aduersus Arianos disputationibus profecit, Theodosius quoque Magnus, hortante Nectario Constantinopolitano Episcopo, Arianorum pertinaciam non disputationibus, sed vetustatis authoritate, quam soleat etiam hæretica impudentia reuereri, censuit esse reprimendam; sic Augustini variæ cum Donatistis collationes; sic sub Eugenio IV. Ferrariæ, & Florentiæ disputationes cum Græcis neminem ad Ecclesiæ gremium reuocarunt.

Et vt prætermittamus vetera, certè in superioribus quatuor colloquijs Augustano, Vvormatiensi, Ratisbonensibus priore, & posteriore, Sacræ Maiestatis Vestræ diligentia omnia tentata sunt, & procurata, mutatis subindè rationibus, vt concordiam velut fugientem retinere possemus, rerũ tamen gestarum euentus ostendit, nullum indè fructum maximis laboribus etiam, & sumptibus respondisse.

Ad hæc quid Catholicum sit aduersarij non ignorant, & si sequi vellent, neque disputatione colloquiorum, neque alia admonitione opus esset. Sed Catholicam veritatem volentes, ac scientes nunc oppugnant, quin etiam libris editis profitentur se nulla ratione ab ijs dogmatibus, quæ hactenùs docuerint velle recedere, vt superuacaneum sit vllo disputationis genere eiusmodi homines ad agnitionem veritatis velle permouere.

Porrò ad colloquij tractationem ab aduersa parte semper adhibentur, aut Auctores Sectarum, aut Promotores, ijque Principes ipsos, & Respublicas in errores, & grauissimum hoc discordiæ malum induxerunt.

Hi verò si Catholicam Doctrinam, sine qua vera concordia esse non potest, acceptauerint, satis intelligunt certum sibi exitium impendere à Principibus, ac Populis, quos per summum flagitium deceperunt, è contra si in errore persistant, imperare se Principibus, & Populis, iura prætextu Euangelij dicere, atq; in summa rerum omnium copia vitam agere. Quomodo autem hi in colloquio concordiam appetent, cum qua certè sciunt sibi, aut moriendum esse suorum manu, aut ad seueritatem vitæ Monasticæ redeundum? Ac non potiùs discordiam cum ipsius Imperij ruina cogitabũt, in qua multis iam annis, opibus, luxu, dignitate, ac Principum, & Ciuitatum iusto propè Imperio perfruuntur? Nos equidem vehementer miramur, ab illis etiam Principibus non animaduerti horum hominum cogitationes eo tendere, vt cũ mentito, Euangelij nomine Populum sibi satis obsequentem fecerint, vt non de Religione solùm, verùm etiam de summa rerum Germanicarum pro arbitrio possint statuere.

Hæc aliaque non pauca colloquium instaurare dissuadent, quod restitutum nunquam cum tanta aduersariorum ignominia dicentur quãta postremum hoc desertum fuit.

Altera de quærendis huic dissensioni remedijs deliberatio difficilior nobis est visa, quàm vt principium commodum, aut exitum inuenire possit, sed quando ita iubet Sacra Vestra Maiestas, consilium, quod nobis in summa rerum difficultate solum restare videtur, etiam non celabimus.

Primò omnium curandum esse putamus, ne cùm

Digitized by Google

cùm de pace, & componenda Religione conſultabitur, Sectarum Auctores (qui illi verbi Miniſtros appellant) conſilijs Principum interſint, ne fruſtrà omnis de ſtatuenda Religione labor ſuſcipiatur, in quam ſententiam vt facilius veniant Proteſtantes, ſi pacis, & Germaniæ quietis deſiderio tenentur, his rationibus poterunt, vt quidem ſperamus, adduci.

Prima ratio, quòd ab Auctoribus huius diſſidij variæ, & compugnantes ſententiæ in Germania ſint inductæ, & ferè tot dogmata quot Ciuitates, aut Principes, & ex illa varietate Concionatorum fraus, & error facilè poſſit deprehendi. Item, quòd in ſingulis Sectis magna ſit doctrinæ inconſtantia, cùm verò hoc ad ſalutem neceſſarium eſſe dicant, modò diuerſum, & innumeris Scriptorum ſuorum locis à ſeipſis diſſideant, & neque in obſeruandis Traditionibus, ac adminiſtratione Sacramentorum aliquam formam retineant.

Tertiò, quòd Eccleſiæ Catholicæ impingant falſa, & abſurda, atque indigna, quo bonorum animos, qui Catholicam doctrinam non legerunt à nobis alienent, vniuerſumque Catholicorum nomen fictis inanium ſententiarum mendacijs reddant inuiſum.

Tria hæc productis earum rerum teſtimonijs diligenter ſunt Principibus Proteſtantibus commonſtranda, ac inculcanda, vt in omni actione, quæ ad pacem, Religionemque pertinet ſuorum Concionatorum conſilium, aut tollant, aut certè habeant ſuſpectum.

Eſt præterea non diffitendum multos, craſſoſque abuſus contra diſciplinam, & regulas Patrum in Eccleſiam irrepſiſſe, ſed Proteſtantes teneri maioribus, quos omnes vtrinque ſublatos in primis cupiamus, & vt ad Fidei, & Catholicæ doctrinæ regulam reformentur, optemus.

Atque hinc admonendi ſunt, vt tùm in accipienda vera Catholicaque doctrina, quam in morum, ac diſciplinæ reformatione ordinariæ poteſtati hoc eſt Sacro Concilio, more Maiorum, ſe dedant, quod & ab alijs omnibus, qui Chriſtiano nomine cenſentur faciendum vident.

Cæterùm, ſi Auguſtanæ confeſſionis Ordines his veriſſimis rationibus non moueantur, nec malint ſe ſalubertimæ Concilij authoritati, quam ſuorum Concionatorũ ſubijcere, manifeſtè fraudem committere.

In ſumma conſiliorum inopia nullum aliud videtur nobis ſupereſſe, quàm conceptam aliquam reformationem piam, & Catholicam, ita conſtitutam, vt quæ ſibi Proteſtantes petuit donari, prorsus ad Concilium reijciantur, proponi eis iubeat Veſtra Maieſtas, dum per Tridentinum Concilium melius, fuſiuſque, quæ ad doctrinam, & mores ſpectant, non Imperio tantùm, ſed reliquis etiam Regibus, ac Principibus præſcribuntur.

92 Accepto eo reſponſo Cæſar, abruptum colloquiſi redintegrare meditatus, Principes Lutheranos inbiecto edicto ſollicitauit ad componendas Religionis controuerſias, quibus non conciliatis, pax, & concordia in Imperio conciliari non poſſet.

Carolus Diuina clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

MS. Card. Barb. fig. 1678. pag. 146.

Dubitamus minimè ex noſtris proximis Edictis ratione huius inſtantis Conuentus Imperialis ex noſtra Ciuitate Traiectenſi inferiori pridiè Kal. Februar. Fideles chariſſimi, nuper vobis cum cæteris noſtris, & Imperij Principibus, & Ordinibus redditis tempus, & locum determinatum, præterea etiam animum, & conatum noſtrum eundem Conuentum conſtitutum propria perſona nos cum primis viſitaturos vnà cum ampliore eiuſdem Edicti ſententia vos ſatis, ſuperque intellexiſſe, quamuis tamen nos deinde aduentum noſtrũ ex ſolo noſtro hæreditario inferioris Germaniæ non diſtulimus, ſed ita Omnipotentis auxilio iam ante aliquot dies Ratisbonã ingreſſi ſumus, planeque omnes Principes Electores, cum Principibus, Ordinibus, & Statibus Imperij, vel Maiorum ex his partem præſentem illic inueniſſe ſperaſſemus, verumtamen quod nec vllos Imperij Status, vel Ordines hactenùs propria perſona præter nonnullos numero perpaucos eorũ Mandatarios, Legatos, & Commiſſarios comparuiſſe videmus, non poſſumus ſatis admirari, & eò magis, quòd cùm conuentus ipſe noſter Imperialis initio in Comitijs Vvormatienſibus, iam nuper celebratis, arbitratu quidem, & conſenſu omnium Imperij Ordinum determinatus, & conſtitutus, poſtea etiam abſque omni procraſtinatione declaratus, & publicatus ſit, neminem ſua negotia hunc in modum diſpoſuiſſe, vt huius Conuentus Congregationem debito tempore paratum ſe facere potuiſſet, quantò magis autem cauſæ, & negotia quæ apud nos trutinanda per ſe non pauci momenti, ſed ipſa grauitate granioris, atq; ita formata ſint, quòd ea non ampliorem Imperij partem, ac in ea cuiuſuis, & corporis, & animæ, bonorumque eorum omnium ſalutem comprehẽdant, tantò magis etiam ad legitimam vnitatem, & commodam concordiam harum controuerſiarum omnium Principum, & Statuum præſentia maximè opus fuerit. Neceſſitatis ergò Sacri Imperij, Nationiſq; Germanicæ grauaminum cauſam: proindè vos iterum, atq; iterum per obedientiam, qua nobis, & Sacro Imperio aſtricti eſtis, requirimus ſtrictè admonentes, ac hæc prædicta grauia negotia, & Germanicæ Nationi omnia neceſſaria adamuſſim perpendere, & mentibus veſtris commendare, atque cum his cogitare veſtris, nos horum, & non aliorum cauſa præcipuè, videlicet ad reparationem Sacri Imperij, & Germanicæ Nationis componendas ſedandas, in cauſa Religionis controuerſias, tanquam principaliùs Germanicæ Nationis grauamen, ex quibus omnis diuerſitas, diſſenſio, perturbatio, diffidẽtia, cæteraque incommoda promanarunt. Et timendum ne cum inſtãtes hæ Religionis diſcordiæ per diuturniorem indulgentiam, ſic diutius manebunt, poſteriora primis peiora immineant modò ad vos veniſſe: neque vos lateat ſimul, ac quibus modis pacem, iuſtitiamque, tranquillitatem, religionem, pietatem, & concordiam, in Sacro Imperio, & inter eiuſdem vniuerſa viſcera Status, & Ordines erigere, inſtaurare, tranſplantare, & propagare, cæteriſque Imperij neceſſitatibus ſuccurrere poſſimus, ad præmeditanda decreuimus, hanc per longam, & moleſtiſſimam noſtram peregrinationem, necnon imbecillitatem minimè reſpicientes, cæteriſque multifarijs negotijs interea etiam poſtpoſitis propterea præfatarum cauſarum cauſa, quaprimùm, & poſt intuitu huius noſtri Edicti vos itineri, ſi nondum accincti eſtis, accingere etiam iuxta tenorem ſuperioris Edicti noſtri apud nos, & communem Imperij Congregationem comparere non grauemini, quæ negotijs his ardnis, pro quibus hic Cõuentus Imperialis inceptus, & inſtitutus eſt, eò exactiùs, & ſalu-

ſalubriùs conſilio, & adminiculo veſtro ſalutem ferre, & peremptoriè concludere valeamus. Quin etiam nemo abſentiam ſuam in alios transferre, vel alia negotia impedire præſumat. Cæterùm cùm Auditores, & Colloquentes, qui Auguſtanæ Confeſſioni adhærentium nomine in proximo colloquio ad diſpares Religionis articulos conciliandos vocati, & ordinati fuere, nuperrimè ante noſtrum aduentum, nobis inſcijs, etiam (vti ex alijs accepimus) noſtrorum ad id deputatorum Præſidentium, eorum deliberatione habita ab ipſis neglecta, citra omnem neceſſariam, & legitimam cauſam (quod fortè neminem clàm habet) inexpectata feſtinatione terga dederint, quorum receſſus culpa, actus nunc totus colloquij ſilet, & iacet, denuò in hoc neceſſitas requirit veſtrum etiam conſilium. Quare ſic præmeditatis, & benè inſtructis omnibus obſequijs nobis deeſſe minimè velitis, quod de vobis promptè ſic fore non deſperamus, his enim non ſolum expectationem, & deſiderium noſtrum implebitis, verùm etiam Sacro Imperio, communique Patriæ conſulueritis fœliciter. *Datum in noſtra Imperiali Ciuitate Ratisbonenſi XXII. die Aprilis MDXLVI.*

93 Laudarunt decretum Cæſaris Catholici Ordines de extinguendis Religionis diſſidijs, grateſque de præclaro eo ſtudio egere, ac multa ad rem in opus prouocandam varijs diſtincta capitibus conſilia ſuggeſſerunt. Meminit ſuperioris Edicti Ioannes Cochlæus, Cæſariſque piam mentem ad ſedandas ciuiles diſcordias commendat, tùm ſubdit:

,, Ita demùm etiam hac vice res ipſa proba-
,, uit (vt inquit Surius) non eſſe in eiuſmodi
,, colloquijs expeditam, & certam pacis compo-
,, nendæ rationem, maximè cùm Religionis ne-
,, gotium omninò maturiori, & auguſtiori deli-
,, beratione tractandum ſit, nec in paucorum
,, hominum priuato tractatu ponendum, tùm
,, quoque ea ſit Sectariorum peruicacia, vt vinci
,, quidem facilè poſſint, ſed nec victi vnquam
,, cedere velint, victique videri.

Tolli poterant hæc diſſidia ſi promiſſis ſtetiſſent Lutherani, toties enim expetierant Concilium, quæſtique fuerant illud dolo, & ſimulatione à Pontificibus indici, adeò vt Ioannes Eckius exclamaret. [Deus faciat vt Papa Paulus noſter, hoc ſemel tollat opprobrium, quo omnes iactitant, Pontifices hactenùs non ex animo indixiſſe Concilium, ſed fuco quodam voluiſſe Germanis illudere, & vana ſpe decipere.] At cùm fractę iam eſſent eæ calumniæ, ac iam plures ſeſſiones Concilij eſſent habitæ, Concilium pertinaciſſimè reſpuerunt, quale autem Concilium vellent Lutherani, deſcripſit ipſe Bucerus in peſtiferi libelli folio 22. ex quo Ioannes Eckius hæc repetijt. [Fundamentum componendi facit impius Apoſtata, vt id fiat, ſine conſenſu Pontificum, Epiſcoporum, & Doctorum, imò ipſis reclamantibus modò fiat ſub hoc bono, & ſolo Paſtore Chriſto. Non videre miſeri Nouatores, Pōtifice, & Epiſcopis ſpretis, eos non Chriſtum Paſtorem, ſed Dæmonē malum, & ſolum Paſtorem habere, conteſtante Domino: [Si quis Eccleſiam non audierit ſit tibi tanquam Ethnicus, Ethnicorum autē Paſtorem Dæmonem eſſe conſtat.] Repudiato Concilio Tridētino, Principes Proteſtantes in peruicacia confirmati, ac perduellionem meditati, cùm viribus pollerent, varia conuenticula egerunt, armorumque fœdera inter ſe pepigerunt, ac Cæſar iam ex longo veterno excitatus, expertuſque, vera eſſe tot Pontificum oracula, qui illum tot iam ante annis præmonuerant, Hæreticos, qui Eccleſiæ iugum excutiebant, Cæſareum quoque iugum tandem excuſſuros, domare armis eorum perduellionem conſtituit, de quo hæc Surius. [Cæſar dum multa diſſimulat, ſed pactis cum Turca Inducijs, pace quoq; cum Gallo, & Anglo confecta, nō putauit vlteriùs differendū, præſertim cū Vir prudentiſſimus, non ignoraſſe videatur, quid plerique molirentur. Erant per id tempus Lutherani, ſeù Proteſtantium magnę vires, porrò Cæſari exiguæ copiæ, & magna gerendi belli in ipſo initio impedimenta, ac difficultates, præſertim quòd Cæſaris conſilia etiam ab amicis ad hoſtes perferri diceretur.

94 In hoc ancipiti diſcrimine Cęſar ſanxit fœdus cum Pontifice, qui ad ſubmittendas illi copias ſubſidiarias ſe obſtrinxit.

XXII. Iunij MDXLVI. fuit facta Congregatio RR.DD. S.R.E. Cardinalium coram Sanctitate Suę, in qua fuerunt lecta per Reuerendiſſimum Dominum Auguſtinum Sancti Hadriani Diaconum Cardinalem Triuultium Capitula tenoris ſequentis.

Cùm multis iam retrò euolutis annis Germania varijs hæreſibus perturbata, & concuſſa fuerit, ex quibus innumera pericula, & damna oborta, quæ ſummam, extremamque illius perniciem maximo aliarum Prouinciarum offendiculo minitantur, cùmque illius concordia, & quies eius Prouinciæ varijs rationibus tentata fuerit, ac cōgregato Tridenti œcumenico Concilio Proteſtantes, & Smalcaldiano fœdere iuncti profeſſi ſint publicè, ſe nunquam decretis eius Concilij ſubmiſſuros, quod tertia Dominica Aduentus proximè præteriti inchoatum eſt, & in quo plures ſeſſiones habitæ, vt Diuina iuuante gratia publica Imperij Chriſtiani, maximèque Germaniæ ſalus promoueatur inter Pontificem, Cæſaremq; hæc Capita fœderis ſancita ſunt.

Vt Cæſarea Maieſtas in Nomine Domini, cum auxilijs Pontificiæ Sanctitatis proximo Menſe Iulij in expeditionem educat omnes copias ſuas ſummo virium molimine aduerſus Proteſtantes, & Smalcaldianos, omneſque alios Hæreticos cuiuſcumque ſectæ, & ad veram, & antiquam Religionem, & obſequium Sedis Apoſtolicæ reuocentur, poſſitque Cæſarea Maieſtas tentare omnes modos, ſi fortè ſine armorum vi ipſos ad Religionem Catholicam traducere poſſit, temporeque conſtituto, ſi res è ſententia non ſucceſſerit, capeſſantur arma.

Non poſſit Cæſarea Maieſtas cum Proteſtantibus, & Smalcaldianis, vel alijs Hæreticis fœdus vllum, aut concordiam inire, quod expeditionem diſſoluat, aut retardet, maximèque quippiam permittere non poſſit contra Religionem Catholicam, atque Eccleſiæ ſanctiones, ſine expreſſo conſenſu Sedis Apoſtolicę, vel Legati Apoſtolici.

Teneatur Pontificia Sanctitas vnius Menſis fluxu ab hoc fœdere pacto deponere apud Trapezitas Veneros centum millia aureorum, quæ vnà cum alijs centum millibus Auguſtæ Vindelicorum depoſitis ab Adminiſtris Pontificijs conuertantur in huius expeditionis ſumptus.

Teneatur Pontificia Sanctitas mittere duodecim millia peditum ſubſidiaria, & quingentos Equites ſemeſtri ſtipendio conducta, mittat etiam Legatum, qui exercitui interſit, vnà cum alijs

Cen-

Ioannes Eckius in replica citra Buter. f. 45.

Surius in cōm.

Alia Cæſſi. MS. Card. Spad. ſign. n. 133. pa. 485.

Verſa ex Italico.

Capita fœderis Pontificis cum Cæſare contra Proteſtantes.

Centurionibus, Tribunisque necessarijs, quòd semestre tempus ita intelligatur, si expeditio tantum temporis tenuerit.

Concedat Pontifex Cæsareæ Maiestati dimidiam partem vectigalium Ecclesiasticorum Hispaniæ vnius anni flexu, vt in sumptus huius sacræ expeditionis vertantur, de quo iam confecta sunt diplomata.

Concedat etiam, vt ex distractis iuribus Monasteriorum Hispaniæ in bona fiduciaria, ac clientes redigantur quingenta millia nummorum in hanc expeditionem deriuanda.

Si quis Princeps sine iusta causa vel Pontifici, vel Cæsari bellum moueat, quod expeditionem hanc disturbet, vel retardet, iuncta armorum societate compescatur, atque hæc societas toto expeditionis tempore, sexque mensium flexu perduret.

Accedere possint huic fœderi omnes Principes Catholici, tàm Ecclesiastici, quàm Laici, ac pro cuiusque gradu honoris, debitus gradus cuique relictus sit,

Ad maiorem fœderis coniunctionem, ac perspicuitatem, vt hęc conuenta à sacro Cardinalium Senatu approbentur, vt tàm à Pontifice quàm à Cæsare integrè, & syncerè obseruentur.

Vt expeditionis conficiendæ mense Iunio proximo tempus designatum exprimatur de Mense Iunio præsentis anni MDXLVI. cùm hæc capita multò ante descripta fuerint, licèt consignata non essent, vt omnis erroris scrupulus eximatur.

Subdunt Acta Consistorialia [Fuerunt approbata supradicta capitula, & vnanimi consensu Reuerendissimorum Cardinalium, excepto capitulo continente venditionem vassallagiorum Monasteriorum Hispaniæ, quod non fuit approbatum, sed fuit dictum, vt prouideretur Maiestati Suæ de æquiualenti recompensa in Hispania, deducto eo, quod Sua Sanctitas in recompensam dictorum vassallagiorum dare promisit.]

Licèt secundo capite indicta in Mensem Iunij expeditio sanciatur, declaratur intelligi præsentis anni MDXLVI. quia multò ante conceptæ fuerant hæ leges, quarum nonnullæ controuersiæ erant.

Subscripsit his capitibus Pontificia Sanctitas Romæ XXVI. Iunij præsentibus Reuerendissimo, & Illustrissimo Tridentino, ac D. Ioanne de Vega Cæsareæ Maiestatis Oratore.

Conceptum id fuisse aliquot ante mensibus refert Franciscus Belcarius.

Francisc. Belcar. l. 24. n. 21.

95 Quod datę literę ad Episcopum Tropiensem Internuntium de cogendo auro subsidiario, quod Carolo Cęsari ex Ecclesiasticis vectigalibus nullo etiam Cardinalium habito discrimine decreuerat in eiusdem Regnis, & Principatibus ostendunt.

Venerabili fratri Ioanni Poggio Episcopo Tropiensi in Regnis Hispaniarum Nuntio Nostro.

Paulus III. lib. breu. anno 12. pag. 279.

Venerabilis frater, salutem &c. Superioribus Mensibus sub data videlicet tertio Kal. Septemb. anni præteriti ex vrgentissimis, & fidem Catholicam concernentibus tunc expressis causis, vnum subsidium quartæ partis veri annui valoris ex omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & prouentuum Ecclesiasticorum duorum integrorum annorum in istis Regnis, & alijs tunc expressis Dominijs charissimo in Christo filio Nostro Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto eorundem Regnorum Regi Catholico subiectis, ipsi Carolo Imperatori consignandam, & per eum in defensionem fidei Catholicæ, & Christianæ Reipublicæ exponendam, & infra imposuimus, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XV. Iulij MDXLVI. Anno XII.*

Pellicere verò in sacri huius belli aduersùs Lutheranos societatem Catholicos Reges nisus est Pontifex, atque in primis Franciscum Gallorum Regem sollicitauit, vt ad sacrum fœdus accederet in impios, qui insidijs, dolisque grassari non desinerent, horrendamque stragem animarum ederent, ac fastu inaudito negarent profecturos se ad Concilium Tridentinum, vel eius decreta, iudiciaria admissuros.

Regi Christianissimo.

Paul. III. lib. breu. anno 12. pag. 360.

96 Charissime &c. ex quo tempore in hunc summi Apostolatus apicem Diuina prouidentia sublati fuimus, semper ea cura in animo fuit Nobis insita, quæ quidem Nostro honori, atque officio maximè conueniebat, vt & pacem procuraremus inter Christianos Principes, & pernicioſarum hæresum mala semina, quæ in Germania plurimùm pullularant, sparserantque etiam inter alias aliquot Nationes vim non modicam zizaniorum, extirpare possemus, satis intelligentes, nisi hoc posterius (Deo Nos iuuante) benè fuisset effectum; neque illud priùs, quod pertineret ad pacem, commodè posse effici, cùm pateat omnibus, quoad bellum impium geratur aduersùs Deum (quod Hæretici faciunt) paci inter homines stabilem locum non esse. Hac igitur cura semper nos extimulante, vrgenteque paterno affectu, quem habemus erga filios Nostros, quorum tantum numerum perire quotidiè dolebamus, nihil prætermisimus, vsque adhuc, nec studij, nec diligentiæ, quo per leniora remedia, quæ boni parentis propria sunt, partim auersos à veritate fidei Catholicæ simpliciorum animos in viam rectam reduceremus, partim insidijs, scelereque grassantes aliquo terrore comprimeremus, & vsque ad vltimum quidem, & summum auxilium generalis Concilij, te quoque Christianissime Rex multum approbante, Nobis necesse fuerit deuenire; quo indicto, congregatoque Concilio, cùm speraremus aliquando malorum animos compunctos meliùs prospecturos conscientiæ suæ, & simul paci tranquillitatique publicæ, iamque septem mensibus Concilium apertum manserit, aliquotque in eo actæ, & celebratæ fuerint sessiones; non modò impij homines nihil moti sunt, vt quam debent obedientiam Sanctæ Matri Ecclesiæ præstent, sed vltrò iactare, & præseferre non desinunt, se ad Concilium non ituros, seque iudicijs definitionibusque Concilij nec fidem vllam esse, nec honorem habituros, quod nunquam vlla Natio tam fera fuit, aut tam immanis, nullus tàm potens, tàm superbus Rex, qui ausus fuerit aduersùs Conciliorum generalium auctoritatem aut sentire, aut dicere, vt iam certum, & exploratum omnibus esse possit, horum animos esse penitùs immedicabiles, qui omnem ab sese, & à suis mentibus tùm venerationem Diuinæ Religionis, tùm humani iuris æquitatem reiecerunt: quæ Nos videntes magno quidem cum dolore, sed tamen misericordia moti erga Germanicam Nationem, quam semper amauimus, quam amplam & florentem (sicut erat ante hęc dedecora perturbatæ in ea contaminateque Religionis) videre semper cupiuimus,

Digitized by Google

mus, in cuius etiam commodum, & honorem, quo his tot malis, quibus illa plurimùm & premebatur, & afflicta erat, propinquior esset medicina, vniuersale Concilium Tridenti potissimùm in ipsius eiusdem gentis iure, ditioneque indiximus, ad arma tandem coacti sumus respicere, potiùsque adhibere vitioso parti scalpellum, quàm pati totum corpus turpi, & pestifera contagione corrumpi, ad quod nos consilium non voluntas Nostra, sed necessitas ipsa deduxit, & confidimus quidem Deum bonarum cogitationum auctorem, hoc Nostræ menti lumen prætulisse, sed tamen Tua quoque, fili charissime, auctoritas, Tua prudentia magno ad huiusmodi rationem ineundam Nobis fuit incitamento. Perspeximus enim semper, quid Tu de hoc genere hominum iudicares, quodque hanc labem, atque pestem peruersæ superstitionis à tuis populis, atque Prouincijs esse amotam velles, in quo animi tui virtus, & erga Deum Omnipotentem præstans, & singularis pietas, & tunc planè patefactum est, & nunquam posteà eadem esse destitit. Nos certè eiusdem fidei, & pietatis vestigijs ingressi, postquam de istorum salute, & correctione desperare cœpimus, cum charissimo filio Nostro Carolo Romanorum Imperatore semper Augusto, ad quem hæc res Germanica præcipuè pertinebat, assiduè ac diligenter egimus, vt susciperet curam ac negotium sanandæ illius fortissimæ, ac nobilissimę Nationis, & quos auctoritate, ac monitis non posset, eos ferro, atque armis coërceret, in quod opus fœdusque sanctum, & nomini Christiano in primis salutare, Nos quoque ea auxilia, easque copias ei obtulimus, & præstaturi sumus, quas non vires Nostræ, neque Romanæ Ecclesiæ opes (superatur enim Nostra facultas magnitudine rei) sed quas Dei inspiratio, & ardens in Nobis restituendę verę Religionis studium, vt offerremus, & polliceremur, Nobis suasit: quod ea re etiam studiosiùs fecimus, quod intelligimus tentatis tot alijs rationibus, & modis, hanc vnam esse reliquam, certam, atque exploratam ad communem pacem, & concordiam totius Christiani nominis perueniendi viam; ad quam ineundam, ita Nos paramus, vt confidamus (Deo Omnipotente freti) omnes Christianos Principes cum dignitate, & gloria sua, quemque in vnum sacrum fœdus, & communem consensum esse coituros, atque hæc quidem consilia sunt, & præsentes cogitationes Nostrę, quę vt procedere meliùs, & fœliciùs possint, cùm in Tua manu plurimum opis, & momenti sit, hortamur Maiestatem Tuam in Domino, eamque rogamus, vt non solùm agnoscere, & acceptas habere rationes Nostras, quę ad Dei honorem, & publicum bonum spectant, verùm etiam eis fauere, atque adesse omni sua approbatione, & auxilio velit, ac si preces, & auctoritas Nostra apud Te vim habent, etiam Teipsum Nobiscum non graueris coniungere, vt in hoc sanctissimo opere, & exequendo, & conficiendo partes ea & honoris, & laudis, quæ Tua virtute, & Christianissimi cognominis gloria dignę sunt, ad Te ipsum perueniant, nec solùm humanis, sed Diuinis etiam immortalitatis præmijs tanti in populos Christianos beneficij Tui par gratia referatur. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum die II. Iulij MDXLVI. Anno XII.*

97 Iunxerat antea cum Lutheranis amicitiam Franciscus Rex, verùm cum superiore anno ipsos hortatus esset Oratoris opera, vt ad Ecclesię castra reuerterentur, spernentes eius monita defe-

Franciscus Belcar. l.24.n.30.

ruit. Cùm etiam hęresis in eius Regno pullularet, Franciscus Rex ad præfocanda eius semina Regiam operam adhibuit, nam cùm Meldis profani Hęreticorum ritus in sacris Ædibus exercerentur, ex ijs circiter sexaginta deportatos carris Lutetiam iudiciaria seueritate damnari iussit; ex ijs quatuordecim decreto Senatus flammis exusti; reliqui virgis cædendi Meldam remissi, nonnulli exilio mulctati, quam animaduersionem in Hęreticos à Cardinale Turnonio promotam ferunt: ea verò res Idibus Nouembris accidit, quæ auersum ab Hęreticis Regium animum demonstrat.

Conciare quoque nisus est aduersùs Lutheranos Paulus Pontifex Sigismundum Poloniæ Regem, illique literis exposuit, quantis studijs, & pijs laboribus Germanos ab Hęresi ad suitam, orthodoxamque Religionem reuocare pertentasset, eaque de causa indictum fuisse Tridenti Concilium, verùm Lutheranos in pertinacia maiore obduruisse, & Concilij decretis stare abnuisse, itaque spe eorum emendationis omissa, se opes, viresque Romanę Ecclesię ad comprimendam eorum insolentiam Cęsari detulisse, ac Polonum rogauit, vt ad redigendos ad officium publicæ pacis hostes Polonica arma coniungeret, tùm gloriam immortalem, quam in eo pio opere esset collecturus, proposuit.

Regi Poloniæ

Charissime &c. Quo tempore ad summum Apostolatus fastigium (Deo ita disponente) sine vllis Nostris meritis euecti sumus, cùm alia multa grauia onera in Nostros humeros incumbere intelleximus, tùm illud præcipuè officij Nostri esse duximus, impijs ac pestiferis hęresibus, quæ in Germania exortæ, & corroboratę, in alijs etiam Christiani nominis Prouincijs pullulare, & serpere iam cœperant, tollendis, atque extirpandis animarum saluti, & Ecclesię paci, tranquillitatiq; consulere: itaque cùm omnes curas Nostras ad huius mali originem in Germania abolendâ conuertissemus, miserantes casũ illius nobilissimæ, & huic sanctę Sedi coniunctissimę Nationis, multos iam annos omnem operam, ac diligentiam adhibuimus, vt illos populos, qui pietatis, & Religionis laude quondam maximè floruerunt, quique maximum, & nobilissimum Christiani nominis membrum, antequam his contaminarentur hęresibus, fuerunt, sanaremus, & ad Ecclesię Catholicę vnitatem reduceremus: quodque Noster in eos paternus hortabatur affectus, fecimus, vt lenibus primò remedijs eos sanare, ac nobis, & sanctę Catholicę Ecclesię reconciliare conaremur, id, quod cùm diù frustra tentauissemus, omnesque conatus Nostri irriti, atque inanes fuissent, paulò efficacius remedij genus adhibere coacti sumus, itaque generale Concilium (quemadmodum Tua nouit Maiestas) indiximus, idque congregari in ea Vrbe voluimus, quæ Vrbs illis & ad accedendum commoda, & ad commorandum tuta esset. Tridentum enim delegimus Oppidum in ipsius Germanię finibus situm, ac sanè sperabamus, eos auctoritate Concilij generalis adductos, pertinacię finem facturos, & ad Ecclesię obedientiam redituros, verùm ea nos opinio tantopere fefellit, vt maiorem etiam, quàm antea pertinaciam, acrioremque animorum obstinationem præseferant: iactant enim, & dictitant, apertèque ostendunt nullius apud se auctoritatis esse illud generale Concilium, itaque cùm septem id iam menses apertum fuerit, plurimique eò ex varijs Regionibus Episcopi, Theologique conuenerint,

Paul. III. lib. breu. an. 1547. pag. 419.

Paulus Regem Poloniæ vt auxiliũ contra Lutheranos ferat, hortatur.

nerint aliquotque habitæ in eo, & celebratæ ſeſſiones fuerint, nemo eorum illuc accedere nemo adeſſe voluit, ſeque eius actis, decretis, & conſtitutionibus minimè ſtaturos eſſe denuntiant. Ita, quo eos remedio flecti, & ab impietate deduci poſſe ſperabamus, id eos vehementiùs etiam obdurauit, & ad agnoſcendam fidei Catholicæ veritatem alienatos reddidit: quamobrem huiuſmodi fruſtra rationibus tentatis, Noſtraque moderatione, & lenitate iam omnibus ſpectata, cùm de eorum correctione deſperaremus, neque pati deberemus id malum ad cæterorum contagionem, ac perniciem confirmari, atque augeri, coacti ſumus contra atque voluiſſemus, ea conſilia capere, per quæ inſolentium hominum furor, atque impietas reprimeretur, paceique & tranquillitati publicæ conſuleretur. Igitur cum chariſſimo in Chriſto filio Noſtro Carolo Romanorum Imperatore egimus, eique optimè ſentienti facilè perſuaſimus (vt Catholicæ fidei, quam ſibi maximæ curæ, vt Catholicum Principem decebat) eſſe ſemper oſtendit, defenſionem ſuſciperet, & quando ne ipſe quidem diuturna patientia, & mollibus vijs (vt iam diù conatus fuerat) eam Nationem corrigere potuiſſet arma aduerſus eam, non minùs pia, quàm neceſſaria ſumeret, Noſtraſque illi, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ opes, quantæ eſſe poſſunt, ad tàm ſanctum opus, & tàm quieti publicę recuperandę neceſſariũ detulimus: quam Nos cogitationem cum Deo Auctore ſuſceperimus, qui Religionem ſuam integram, inuiolatamque ſeruari, & Hæreſes ex Eccleſia ſua tolli, atque extirpari vult, eius etiam primo auxilio, deinde pio, Sanctoque ſubſidio Catholicorum Principum, quos huius pulcherrimæ actionis ſocietatem Nobiſcum inituros eſſe ſperamus, celeriter eum, quem meretur, exitum habituram confidimus: in primis autem, Te chariſſime fili, & de toto conſilio Noſtro certiorem faciendum, & hortandum etiam duximus, vt cum Nos ad hoc bellum ſuſcipiendum grauiſſimis, & maximè neceſſarijs cauſis compulſos eſſe intelligas, pro Tua perpetua erga Deum Religione, erga hanc Sanctam Sedem, & rem Chriſtianam ſtudio, atque obſeruantia, de quibus Tu, & Prædeceſſores Tui Religioſiſſimi Principes optimè meriti ſunt, Nobiſcum Te coniungas, & contra perditos, atque impios homines pacis Eccleſiæ turbatores, ſuſceptum bellum Tuis opibus adiues: qua actione nullam ſuſcipere potes, quæ aut tutelę Regni Tui accomodatior, aut Deo acceptior, aut nomini Tuo futura ſit glorioſior.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum die III. Iulij MDXLVI. anno XII.

99 Solicitatus fuerat ſuperiore anno Polonus à Cęſare, vt ſibi aduerſus Lutheranos, & Turcas ſubſidio eſſet, atque ille Cæſari non defuturum ſpoponderat, vt refert Franciſcus Belcarius Metenſis Epiſcopus. [Cęſar (inquit) ad Polo-
,, niæ Regem Legatum miſerat, & ſe iam mul-
,, tos annos totis viribus laboraſſe ſignificarat,
,, vt omnes Chriſtiani Principes in Turcam vno
,, conſenſu arma ſua conuerterent, ſolas Reli-
,, gionis controuerſias impedimento eſſe, eæ vt
,, componantur, aut penitùs tollantur, Con-
,, cilium magno ſuo labore Tridenti indictum,
,, rogare vt Legatos ſuos eo mittat, Concilium
,, approbet, cui Proteſtantes ſi in contumacia
,, ſua perſeuerent, cum cęteris Chriſtianis Prin-
,, cipibus parere cogat; Omnia Principum Chri-
,, ſtianorum robora aduerſus Turcam explicari

Franciſcus Belcar. lib. 24. n. 15.

,, Polonus, ſe mirum in modum deſiderare,
,, reſpondit, vbi ſe haud poſtremum fore ſpo-
,, pondit: deſiderare non minùs Religionis cõ-
,, cordiam, ac tranquillitatem, quidquid ad id
,, conducet, pro viribus parte ſe lubenti ſimè prę-
,, ſtaturum, Cęſari amico, & Affini quum res
,, poſtulabit, non defuturum.]

100 Monuit etiam Pontifex Franciſcum Donatum Ducem Venetorum, Lutheranos nihil honoris, vel obedientiæ Concilio œcumenico deferre voluiſſe, ac petulantiſſimis dictis, ſcriptiſque Eccleſiæ auctoritatem quotidiè violare, latiuſque venena diffundere: itaque ſe adactum neceſſitate, bellum in eos cum Cæſare decreuiſſe, rogaſſeque Francorum Regem, vt ad domandam tantam perfidiam, delendumque è Germania tantum dedecus, aſſerendumque Chriſtiani nominis ſplendorem auxilia conferret: demùm Ducem, Senatumque Venetum precibus vrſit, vt acceptam à Maioribus, qui toties contra infideles pro tuendo Religionis ſplendore arma arripuerant, gloriam præclaro hoc facinore in coniungendis contra Lutheranos ſubſidijs cumularent. Tentati verò fuere Veneti varijs promiſſis à Lutheranis, vt ſe illis ad deprimendam Cæſaream potentiam nimium ipſis ſuſpectam, coniungerent, vt refert Angelus Maſſarellus his verbis.

Pontifex Venetos cõtra Proteſtantes excitat.

,, [XVIII. Iulij Reuerendiſſimi Domini Le-
,, gati miſerunt me ad Illuſtriſſimum Dominum
,, Didacum Oratorem Cæſareum, qui dixit mihi
,, contenta in literis Imperialibus; videlicet,
,, quòd Imperator conqueſtus ſit cum Oratore
,, Veneto Ratiſbonæ, quòd Orator Venetus
,, Romæ conatus ſit ſuadere Pontifici, ne vnia-
,, tur Cæſareæ Maieſtati in hoc bello contra Lu-
,, theranos. Secundò, quòd cadat ſuſpicio Ve-
,, netis, ne Pontifex & Imperator hac occaſione
,, aliqua loca Venetorum ſurripere velint. Ter-
,, tiò, quòd admiſerint Oratorem Lutheranorũ
,, Venetijs, cui dixerint, ne timeant bellum Im-
,, peratoris, quia neque Pontificis, neque Cæ-
,, ſaris pecuniæ diu hoc bellum ſuſtinere pote-
,, runt, quare perſeuerent in ſuis opinionibus,
,, quia ſic perdurando per quatuor menſes, non
,, deerunt, qui in ſui fauorem ſe diſcooperiant:
,, qui Orator Lutheranorum obtulit Venetis de-
,, cem millia peditũ, & mille quingentos equi-
,, tes in ſuis occurrentijs: quare mandat Cæſar
,, Oratori Didaco, vt Venetias ſe conferat.]

Diar. Con. Trid. Aucl. Angel. Maſſarell. m. 1 Arch. Vatic. pag. 159.

Nil valuere Lutheranorum artes, ac Veneti coniuncti hæſere Cæſari, ac Pontifici, cuius extant ad eos ſubiectæ literæ.

Dilecto filio Nobili Viro Franciſco Donato Duci Venetorum.

101 Dilecte fili &c. Profectò res ſic ſe habet, vt qui à Deo penitùs ſe remouerint, hi toti in poteſtate contrarij dæmonis ſint; non modò enim impij Hæretici, nihil honoris, neque obedientiæ Concilio detulerunt, ſed & dictis, & ſcriptis nefarijs, & petulantibus quotidiè illius nomen, & auctoritatem non deſinunt violare: hoc Nos moti dolore, qui non tàm ex Noſtra, quàm ex Dei Omnipotentis, illiuſque Sponſæ ſanctiſſimæ iniuria, & contumelia in Nobis eſt excitatus, poſtquam alia remedia nil profuerant, & profutura in poſterum deſperauimus, circumſpeximus iam diu mente, & animo, ſi qua offerretur occaſio alia ratione experiendi, quod obtinere precibus nequiuimus, vt ſcilicet hęc tanta peſtis è Chriſtiana Republica eijceretur, cùm interea non ſine nutu & prouidentia Summi Dei Chariſſimus

Paulus III. lib. brc. an. 12. p. 393.

Digitized by Google

in Christo filius Noster Carolus Romanorum Imperator semper Augustus in cuius maximè munus, atque officium illa Germanicæ sanandæ Nationis cura incumbebat, eisdem rationibus motus accessit ad hanc voluntatem, vt bello atque armis purgandam pratis vepribus, & spinis Germaniam, decusque, & splendorem, veteris, sanctæ, vereque Religionis, illi nobilissimæ Nationi constitueret restituendum: cui Nos quidem omnibus Nostris, & Sanctæ Ecclesiæ auxilijs, atque opibus, statuimus non deesse, sed vt in re magna atque graui, & cuius vtilitas in omnes pios Principes, & populos communiter est redundatura, cogimur etiam aliorum auxilia implorare quicumque sunt, qui causam Dei; & integræ, ac puræ Religionis adiutam & defensam velint, & ad Charissimum in Christo filium Nostrum Franciscum Regem Christianissimum, hac de re scripsimus, quasi pro certo Nobis pollicentes, eius Maiestatem semper ad fidei Catholicæ defensionem paratam, eas partes in fauorem huius sanctæ expeditionis suscepturam, quæ dignæ illius virtute, & præstantia animi, sunt, & ad Tuam item Nobilitatem, illudque amplum, & illustre Dominium scribendum duximus, vt cùm virtute, & Religione præditi, vsu, moreque Maiorum vestrorum, & vestro, sæpè contra infideles pia arma tuleritis, velitis quoq; in hac causa Nobis, vel potiùs Deo, eiusque Diuinæ Fidei, ac Religioni, suffragari; quare Nobilitatem Tuam in Domino hortamur, vt intellectis & consideratis eis causis omnibus, quæ supra à Nobis propositæ sunt, quæque Nos necessariò ob munus, & debitum Nostri officij mouerunt, velit id accipere in partem optimam, quod à Nobis ad publicã vtilitatem Christiani nominis gestum est, tùm etiam causæ, & defensioni Catholicæ fidei suã ope adesse, vt bona pars, & gratiæ apud Deum, & apud homines gloriæ ad laudem vestræ inclytæ Ciuitatis, & ad cætera ampla, atque honorifica vestra, & Maiorum vestrorum facta, accedat. *Datum Romæ apud S. Marcum die III. Iulij MDXLVI. anno XII.*

☞

102 Reliqui etiam Italiæ Principes ad hanc gloriosã in defendenda Religione societatem prouocari fuere, Catholicos etiam Germaniæ Principes hortatus est Paulus, vt arma cum Imperatore Carolo V. ad contundendam Lutheranorum, qui Ecclesiæ parere recusabant, procaciam arma coniungerent, inter quos Moguntinum Archiepiscopum incitauit, vt pietatem in Deum, studiumq; Religionis asserendæ in ea occasione explicaret, maximè cùm certum discrimen dignitatis, & vitæ immineret Ecclesiasticis, si Lutherani (quod Deus auertat) victoria potirentur.

Paulus alios Principes hortatur, vt arma contra Lutheranos sumant.

Archiepiscopo Moguntino.

☞

Venerabilis frater &c. Quod semper cogitauimus (Deo Nobis inspirante) & quod propositum consilijs Nostris habuimus, vt aliquo modo aliquoque non minus necessario quàm salutari remedio istis furoribus impiarum hæresum, quibus maxime afflicta, & vexata est Germania obuiam iretur, postquam lenia remedia, quibus iamdiu vsi sumus, nihil adhuc profuerũt (etiam Concilio generali à Nobis indicto, & ab illis superbissimè contempto) ad illud extremum accessimus, quod non voluntas Nostra, sed ipsa necessitas reliquum Nobis fecit, vt fœdus sanctum, & salutare cum charissimo in Christo filio Nostro Carolo Romanorum Imperatore semper Augusto iniremus ad impios homines, quos ratio bona docere non possit, armis frangendos, & reprimendos, quis enim est, qui alia putet medicina eos posse corrigi, qui diù Deo, & Ecclesiæ rebelles, violatis omnibus, & Diuinis, & humanis Legibus, nomine ipso Christianæ appellationis ad omnes suas cupiditates improbè fariandas solum abusi sunt? ac inuenimus quidem in Summo Imperatore Carolo eam virtutem, & magnitudinem animi, quam speraueramus, nihil enim religiosissimus, & præstantissimus Princeps, neque Deo, neque Nobis, nec Suæ amplitudini, dignitatique negauit; sed reliqua cura Nostra est, vt omnes cohortemur, & moneamus, qui in honore, & Principatu aliquo positi, benè de Deo, & fide Catholica sentiunt, vt si quem sperant, vnum se habituros locum gratiæ Deo pro acceptis ab ipso beneficijs referendæ, sciant hoc tempus nunc opportunissimum esse, pietatem suam, & animum erga Deum gratum declarandi, si conuenire Nobiscum in hoc sanctissimo fœdere, & adiuuare Dei ipsius causam, non solùm voluntate, & studio, sed etiam opibus suis, armisque instituant: quod Nos in primis abs Te Venerabilis Frater, expectamus, qui Ecclesiastica dignitate eximia fulges, Sacrique Romani Imperij Elector, & Natione, ipse Germanus debes, & hunc animum & hoc auxilium, & Deo, & Patriæ, & dignitati inde Tuæ; hoc etiam magis, quòd si istorum amentia manserit impunita, facilè est cognoscere, impios homines, ita omnia esse occupaturos, vt nec Tibi, nec cæteris, qui honoribus nunc insignes sunt, locus futurus sit, non solùm dignitatis, sed ne incolumitatis quidem suæ diutiùs retinendæ: quare pio animo erga Rempublicam Christianam, ipsamque præcipuè Germaniam moti, quam vindicare in suum honorem pristinum, & liberare à domesticis hostibus cupimus, hortamur fraternitatem Tuam in Domino, impensèque ab ea petimus, vt se nobiscum, & cum Clarissimo Imperatore coniungere, omnibusque suis, & Suæ Ecclesiæ opibus iuuare Dei causam, & communem omnium Christianorum velit, in quo opere sancto, & laudabili quantùm Tua virtus ad vtilitatem publicam attulerit, tantùm eò plus mercedis, & præmij, primùm à Deo Summo Remuneratore omnium bonorum operum, deinde à Nobis quoque, & ab ipso Serenissimo Imperatore est receptura. *Datum Romæ apud S. Marcum III. Iulij MDXLVI. anno XII.*

☞

103 Decretoria quoque sententia defixit Paulus XVII. Kal. Maij, omnique Archiepiscopali iure deturbauit Hermannum Archiepiscopũ Colonien sem nequissimum Apostatam, qui postquam in varias libidines turpi licentiate se effudisset, demùm in hæreseos Lutheranæ abyssum prolapsus, coniunctusque cæteris Protestantibus populos antea subditos trahere in exitium annitebatur: [XVI. Aprilis MDXLVI. (inquiunt acta Consistorialia) fuit Consistorium: pronuntiatum in causa Colonien sium, prout in cedula.] A qua sententia nefandissimus Apostata ad Hæreticorum conciliabulum prouocauit fretus Nobilium, & plebeiorum multitudine, quæ hæreseos laqueis fuerat irretita. Diutiùs Pontifex sententiam in Hæreticum Præsulem distulerat, cum mansuetudine illum ad officium redigere pertentaret, atque ad sententiam in opus adducendam Cæsareis armis opus esse: in Hermanni verò locum subrogauit Adolphum ex Comitum Schvvembergen sium Nobili prosapia satum tuendæ fidei Catholicæ studijs præstantem, qui Hermanno multis annis Coadiutor extiterat,

Acta Consistorialia MS. Card. Spad. fig. n. 133. pag. 481.

Franciscus Belcar. lib. 24. n. 10.

Paulus III. lib. ber. &c. 12. 1546. pag. 218

&Co-

Digitized by Google

& Colonienſes illi omni opera adeſſe, fortiſſimeque Hermanno obſiſtere iuſſit, tùm acta iudiciaria in Hermannum confecta ad ipſos tranſmiſit.

Dilectis filijs Capitulo, & Clero, Senatui, necnon Vniuerſitati ſtudij generalis Colonienſis.

Paulus III. lib. brev. an. 12. p. 216.

104 Dilecti filij &c. Dominus Deus Noſter, qui initio rerum creandarum ſubitò fecit è tenebris lumen ſplendeſcere, non deſinit Noſtris etiam temporibus, quaſi in fine ſæculorũ, eiſdem mirabilibus Suæ Omnipotentiæ operibus firmare, & ſtabilire ea quę creauit, qui, cùm eſſent offuſę tenebrę, tot iam hominum & penè populorum mentibus, vt lux veræ, & immaculatæ Religionis per impias Hæreticorum ſuaſiones, & doctrinas eſſet illis abſcondita, voſque circumfuſi hac velut nocte eſſetis, veſtrum tamen & Clerum, & populum, veſtram iſtam inclytam, & nobilem Ciuitatem Sole Iuſtitiæ ſuæ, & Diuino lumine veritatis fulgere ſemper voluit, tanto maiore ſuæ in vos beneuolentiæ, charitatiſque teſtimonio, quantò cùm qui vobis lux eſſe debebat, is fuligo factus ſit, vos tamen lumen vobisipſis fuiſtis, & in vnum Deum, eiuſque Sanctam, & immaculatam Sponſam Matrem Veſtram Eccleſiam intuentes, illam potiùs audire, illique obtemperare, quàm falſo eius Vicario, & Interpreti voluiſtis: quod veſtrum factum egregium & memorabile, nulla deinceps ætas, non omnibus laudibus in Cœlum ſublatura eſt: habetis amplam, & magnificam Ciuitatem, florentiſſimum populum, Clerum modeſtia, & Religione inſignem, vigent in vobis rerum Diuinarum, & humanarum ſtudia, optimæ artes, præclara officia, ſed nihil eſt præſtantiùs, quam hoc nomen, quod per conſtantiam, & ſanctitatem Religionis vobis acquiſiuiſtis; cui veſtræ virtuti non facilè cernimus, quę antiquorũ virtus poſſit comparari: itaque, & gratulamur veſtræ laudi affectu veri Patris, & deuotiones veſtras in Domino de hac re plurimùm commendamus, ac quod ad Noſtrum munus, & officium pertinebat, fuimus fortaſſe ad malum Præſulem à vobis amouendum aliquantò tardiores, quàm videbatur iuſta ſeueritas poſtulare: præſertim cùm ille etiam antequam in hoc ſe barathrum hęreticę impietatis præcipitaſſet, leuitate quadam, & amentia ductus, nunquam ſui honoris, nunquam ſui decoris habuiſſet rationem: ſed Nos dilecti filij, partim naturę Noſtrę, quę ad humanitatem eſt propenſa, partim etiam imitationi Dei Creatoris Noſtri, qui iuſtus, & patiens, multumque miſericors, libentiùs expectat in peccatore pœnitentiam, quàm infligit pœnam, ſeruire aliquandiu voluimus, nunc maturo iam tempore, ipſa iuſtitia cogente, ſeruatis omnibus rebus, quę debuerant ſeruari, ipſum Hermannum Archiepiſcopum olim veſtrum, qui dudum Catholica Religione reiecta, pro Dei, & Eccleſię filio, factus eſt Sathanę, & impietatis filius, ipſo Archiepiſcopatu priuauimus, eumque ab omni cœtu piorum eiecimus, ceteraque egimus, & fecimus, quę ad Noſtrę in eum latę ſententię plenam executionem viſa ſunt pertinere: quam Noſtram condemnatoriam, priuatoriamque ſententiam, cum cęteris actis, quę interuenerunt ad veſtras deuotiones, mittendam eſſe duximus, non ſolùm vt cognoſceretis iuſtiſſimum decretum deliberationis Noſtrę, verùm etiam vt ad id mandandum executioni, omni veſtra ope, omnique auxilio adeſſe ſluderetis, id etiam vos hortantes, vt depoſiti iam Archiepiſcopi, Coadiutorem, quem Nos veſtrarum deuotionum teſtimonio probum, & piũ,

Acta iudiciaria contra Archiepiſcopum Coloniẽſẽ Paulus Clero Coloniẽſi tranſmiſit.

& prudentem eſſe cognouimus, ad ſuſcipiendum onus regendæ, & adminiſtrandæ Eccleſiæ, cohortemini, eique veſtra ope faueatis, & aſſiſtatis, ad quem Nos quoque ſcribimus, idem poſtulantes: Vos itaque dilecti filij, quibus verè Deus Pater, & Sancta Eccleſia Catholica eſt Mater, qui virtute, & pietate veſtra eſtis meriti, vt & Nobis, & cæteris in viſceribus ſitis poſiti paternæ fraternæque charitatis, pergite, vt à vobis cęptum eſt, habere Deum ſemper vobis propoſitum, fidemq; ſanctam, quam Patres & Maiores Noſtri ab Apoſtolis vſque, perpetua ſucceſſione, piè, conſtanterque coluerunt, & factis veſtris præclaris, & ſcriptis, ſicut adhuc feciſtis, aduerſus impios defendite, magna eſt vobis parata apud Deum gratia, magnus apud homines honor. Nos quidem, qui illius vices in terris, quamquam indigni, gerimus, qui bonorum operum Summus remunerator eſt, non ſolùm Noſtram vobis paternam beneuolentiam, ſed & facultatem ſpiritualis huius poteſtatis, quæ à Deo Nobis eſt tradita, veſtris commodis, & honoribus omnem offerimus, & pollicemur, id gratiſſimum habituri, in quo vobis rem gratam facere poterimus. *Datum Romæ apud S. Marcum die III. Iulij MDXLVI. anno XII.*

105 Explicuere Colonienſes eximiæ pietatis & conſtantiæ exempla, proximoque anno cùm Cæſar victor Lutheranos coniuratos fregiſſet, pulſo Hermanno Hæretico, reſtitutam toti Colonienſi Diœceſi Religionem Catholicam ab Adolpho ſucceſſore viſuri ſumus. Extulerat autem ſe adeò Lutheranorum potentia, nimia Cæſaris clementia abuſa, vt alijs, atque alijs, in dies Principibus, & Ciuitatibus in ſuas partes pellectis, extremi exitij terrorem intentaret, nam recenter prętер Hermannum Colonienſem, etiam Fridericum Palatinum Lutherana hęreſi infecerat, ac nil propius aberat, quàm vt Cæſarem Germanico Imperio depellerent coniurati, quod vtique ijs facillimum fuiſſe conſtat, niſi Deus malam eorum mentem turbaſſet, dum enim Cæſar Ratisbonenſes conuentus inanes ageret, illi tantas copias contraxere, vt ad nonaginta peditum millia, equitum vero decem millia, aſcenderent, atque in caſtris maximam tormentorum bellicorum copiam haberent, qui ſi recta Ratisbonam contendiſſent, non ijs pollebat viribus Cæſar, vt reſiſtere poſſet; nam ex longinquis partibus contrahendæ eius copiæ fuerunt, ex Italia, ex Pannonia, ex Belgio: miſit quidem Paulus Pontifex ad Cæſarem, cum quo fœdus inierat, duodecim circiter millia peditum, equites verò mille; è quibus ducenti à Coſmo Medice Florentino, centum verò à Ferrarienſi mittebantur. Præfuit verò illi exercitui ſubſidiario Octauius Farneſius Pontificis Nepos, cui Alexander Farneſius Cardinalis Legatus adiunctus eſt, qui de ſe, ac fratre Octauio hæc refert in actis Conſiſtorialibus.

Proteſtantes bellum contra Religionem, & Cæſarẽ potentiſſimum parant.

Ludouicus Aula Mag. Alcantara Camerarius. Surius in comm. Ludouicus Guicciard. Lambertus Hortenſius Belcarius Pamin.

,, [Romæ die XXV. Iunij MDXLVI. fuit Cõ-
,, ſiſtorium, in quo fui deputatus Legatus de la-
,, tere ad Sereniſſimum Principem Carolum V.
,, ſemper Auguſtum, ac exercitum, quem San-
,, ctitas Sua contra Lutheranæ, & aliarum dam-
,, natarum hęreſum in partibus Germaniæ ſe-
,, ctatores ad præſens deſtinat, & quaſcumque
,, Prouincias, Terras, & loca, ad quæ me cum
,, eodem exercitu, vel ſine illo declinare contigerit, cum facultatibus in literis exprimendis.
,, Die Dominica IV. Iulij MDXLVI. in Ec-
,, cleſia B. Marię de Ara-Cœli poſt celebrationẽ
,, Miſſæ congregatis ad hoc Reuerendiſſimis

Alex. Card. Farneſ. in Act. Conſiſt. M. S. Card. Spad. ſig. n. 133. p. 487.

Alexander Cardinalis Farneſius Legatus de latere cõtra Proteſtantes.

Digitized by Google

,, DD. Cardinalibus, S.D.N. me Legatum de latere ad Sereniſſimum Principem Carolum V. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, ac exercitum, quem Sanctitas Sua contra Lutheranæ, & aliarum damnatarum hæreſum in partibus Germaniæ ſectatores deſtinauit, à Sanctitate Sua nuper creatum ante Crucem genuflexum ſtantem, benedixit, dicens ſolitas Orationes, oſculatoque pede Sanctitatis Suæ, receſſi ad meam Legationem profecturus: quem Reuerendiſſimi Cardinales vſque ad B. Mariam de Populo de more comitati ſunt. Fuit etiam deputatus Capitaneus generalis dicti exercitus Illuſtriſſimus D. Octauius Farneſius, cui ſimiliter genuflexo ad pedes Suæ Sanctitatis, ſtanti Sanctitas Sua dedit vexillũ Cœleſti benedictione ſanctificatum, prout in libro cæremoniarum continetur, acceptoque dicto vexillo, & oſculatis pedibus eiuſdem Sanctitatis Suæ, ipſe D. Octauius cum ſuis ſtatim receſſit. [Præter Pontificium auxiliarem exercitum ex Belgio Maximilianus Egmondanus Burani Comes bellica peritia florentiſſimus decẽ millia peditum, equitumque quatuor millia adduxit. Præterea Cæſar Germanorum ſexdecim millia contraxit, Hiſpanorumque octo millia præſto illi affuere, quibus plerique ſe coniunxere, quarum copiarum militari Imperio Ferdinandũ Albæ Ducem præfecit.

Lod. Auila Lod. Guicc.

Franciſcus Belcar. lib. 24. nu. 21. & 22.

107 Belli initium fecere Lutherani, ineunte Julio, Duce Sebaſtiano Scertelo, qui cum Vindelicijs copijs Fieſſam Auguſtani Epiſcopi Oppidum ad Lycum Amnem obſedit, Arcemque VI. Idus Iulij deditione cœpit: Cluſa mox, atque Erebergo Ferdinandi Arce in Alpium exitu potitur, quibus præſidio firmatis Oenipontem oppugnare decreuit, vt Pontificijs copijs, ac cæteris Italicis aditum in Germaniam præcluderet. At Lutheranorũ conſilia irrita cecidere, nam Franciſcus Caſtelaltus Ferdinandi Regis ad Tridentinũ Concilium Orator, coactis duodecim peditum millibus, firmiſſimum præſidium Oeniponti impoſuit, atque itinerum anguſtias occupauit, de quibus hæc Angelus Maſſarellus in Diario Concilij Tridentini ſcribit.

Belli initium Proteſtãtium cõtra Cæſarem, & Eccleſiam.

In Diario Conc. Trid. auctore Angelo Maſſarello Secretar. ms. in Vat. pag. 158.

,, [XIII. Iulij Cardinalis Tridentinus dixit, ,, ſe recepiſſe literas ex Germania, quòd Dux ,, Vvittembergenſis occupauit Cluſiam, quam ,, vocant, locum ſcilicet anguſtum poſt Oenipõtem, vt recepto illo tranſitu, impediatur aditus Italicis militibus in Germaniam tranſgrediendi, quòd Dux habeat viginti quinque ,, millia militum, & conatur vlterius progredi ,, ad Oenipontem, cui ex aduerſo obſiſtit Illuſtriſſimus D. Franciſcus Caſtellalto cum octo ,, millibus militum, & quòd tot alij conſcribantur vſque ad ſummam viginti quinque ,, millium, quare velit mittere Curſorem ad Reuerendiſſimum Cardinalem Farneſium, qui ,, citò huc aduolet cum exercitu, rogauitque ,, vt Reuerẽdiſſimi Legati idem ſcriberent, quod ,, & fecerunt.

Decimotertio poſt die peruenit Tridentum auxiliaris Pontificius exercitus, de quo hæc ſubdit idem Auctor.

Diarium Conc. Trid. ms. Archiu. Vat. p. 161 & aliud ms. fig. n. 3132. pag. 206.

,, XXVI. Iulij Illuſtriſſimus D. Octauius ,, Farneſius Capitaneus generalis exercitus, ,, Ioannes Baptiſta Sabellus Generalis equitum, ,, Alexander Vitellius Generalis peditum, Paulus Vitellius, Fridericus Sabellus, Iulius Vrſinus, Sforzinus Sfortia de S. Flora, Columnelli, ,, necnon alij quamplures Capitanei, & Nobiles ad ſummam ferè ſexcentorum à Legatis ,, honorificè ſplendidèque recepti ſunt: dum in ,, prandio erant, omnis exercitus ſuo ordine ,, ante menſam Reuerendiſſimorum Legatorum pertranſiuit, qui exercitus eſt peditum ,, duodecim millium, & equitum octingentorum, & omnes ſunt Itali, quos tamen ſequuntur vltra quingenti Nobiles Italici, qui ſua ,, pecunia militant, cùm cauſa Religionis bellum hoc ſuſceptum ſit, nempè contra Lutheranos.] Iure verò ſenſere vim ferri Pontificij hoſtes, qui per hyemem in profanis, ac impijs comedijs Pontificię illuſerant Maieſtati.

Aug. Maſſa. rell. in Diario Concil. Trid.

108 Interea Albanus Dux cum alijs Cęſareis copijs in Scertelum ſigna extulerat, quare ille territus ad fœderatorum perduellium exercitum, qui ad Danubium caſtra fixerat, ſe recepit, quo digreſſo, Cęſarei Copſtenum, cum magna Lutherani præſidij ſtrage receperunt, nec non Dillingã Auguſtani Epiſcopi Oppidum, Arcemq; X. Kal. Auguſti deditione cœperunt. Quo die Cęſar, qui tamdiù proteruiam, ac perduellionem Lantgrauij Haſſię, & Friderici Electoris Ducis Saxonię pertulerat, cùm faſtu turgido illum Imperio deturbare molirentur, tantaque conceptus ſignificatione bellum indicerent, vt non Cęſarem, ſed Carolum Gandauenſem, qui Cęſaris nomen ſibi arrogaret, appellarent (adeò vera exiterant Clementis VII. ad Carolum V. monita ante viginti annos data, Lutheranos excuſſo Pontificio iugo Cęſareum quoque depellere meditaturos) edictis in eos editis decretoriam proſcriptionis ſententiam Ratisbonę, quam parte exercitus ad ſui cuſtodiam reſeruata firmauerat, pronuntiauit, in qua eas cauſas recenſuit Lantgrauium, & Saxonem ſibi Germanię diſſidia componere annitenti ſemper obſtitiſſe, tyrannidem in alios Imperij Ordines exercuiſſe, bella propria audacia ſuſcepiſſe, Brunſuicenſem Principatus poſſeſſione depuliſſe, plures Epiſcopos, & alios Eccleſiaſticos clientes Imperij oppreſſiſſe, multos ſuis bonis Religionis prętextu ſpoliaſſe, Ratisbonenſia Comitia contempſiſſe, ſibique Imperatori parere recuſaſſe, necnon publicis ſcriptis calumnias, & probra in Cęſaream Maieſtatem ſparſiſſe, plures conuentus ad ineundas coniurationes coegiſſe, exteras etiam Nationes aduerſus Imperium concitaſſe, omniaque clementię officia erga eos exhibita contemptu protriuiſſe, quod Edictum ſubiectis verbis conceptum eſt.

109 Nos Carolus V. Diuina fauente clementia Romanorum Imperator &c. Significamus omnibus, & ſingulis Electoribus, Principibus, tàm ſpiritualibus, quàm ſęcularibus Prælatis, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Prętoribus, Conſulibus, Iudicibus, Ciuibus Ciuitatum, & alijs vniuerſis, & ſingulis Romani Imperij, cuiuſcumque ſtatus ſint, præcipuè autem Ioannis Friderici Ducis Saxonię, & Electoris, & Philippi Lantgrauij Haſſię, ſubditis, his Noſtris literis à fide dignis tranſcriptis, ſalutem Noſtram, & omne bonum. Reuerendi, Illuſtres, Dilecti, Nepotes, Electores, Principes, Comites &c. Quamuis ab initio Noſtrę Imperialis gubernationis, in quam Omnipotens Deus Nos legitima electione conſtituit, ex innato amore, quo Sacrum Imperium Germanicę Nationis, ſicuti dilectam Noſtram Patriam ſemper amplectimur, ſenſum Noſtrum eò direxerimus, vt Germanę Nationis honorem, & commodum

MS. Franc. Card. Barb. fig. n. 2678 pag. 158.

Edictum Imperatoris contra rebelles.

Digitized by Google

pro viribus Noſtris procuraremus. Quamobrem ſæpè ſæpiùs hæreditaria Noſtra Regna non paruo Noſtro diſpendio deſeruimus, tum etiam, vt iam à multis annis periculoſiſſimis, & noxijs erroribus Religionis, in quibus ipſa Germana Natio Noſtris temporibus grauiſſimè occupata exiſtit, liberaretur, clementi, & paterno animo, non parua exhibuimus officia, vt has pernicioſas Germaniæ diſcordias in bonam vnitatem, & incrementum diſſidentiæ Ordinum Imperatoris, in amicam, & bonam reconciliationem adduceremus, tàm ſtudioſè, vt animus Noſter nullo tempore alia prædictus fuerit voluntate, nec ſit, quàm vt ſemel prædicti errores, ſicuti multa habita Comitia, & Ordinum initia voluntatis Noſtræ teſtimonia perhibent, per generale Concilium, aut alia idonea media concilientur, & ordinentur, in quo nos adhibito Concilio Ordinum, imò pro Noſtra propria Perſona nihil intentatum reliquimus, quod Nobis viſum eſt erroribus iſtis aliquid commodi allaturum, quod etiam Nos ab initio Noſtræ Imperialis gubernationis, & hucuſque erga vniuerſos, & ſingulos Imperij ſubditos talem oſtenderimus, quod nulla bona fide nullus in Nos transferre poteſt, quin veram Chriſtianam Religionem, & Germanæ Nationis libertatem conſeruauerimus, quamuis aliqui iniurij contrarium ſine vlla veritate, temerè proprio maleuolo animo vobis perſuadere intendunt: hoc ipſũ teſtimonio eſſe poteſt, quòd nulli rebellionis cauſam dedimus, imò pacem, commodum, & concordiam Romani Imperij ſemper quæſiuimus ſingulis comitijs omnem operam adhibendo, vt Chriſtiani ſanguinis, & nominis immaniſſimus hoſtis Turca, & alij infideles, præcipuè illi, qui Chriſtianis ferè in foribus ſunt, debellarentur.

Præterea (quod Charitates, Paternitateſque veſtras, haud latet) omnes, & ſinguli, tam ſupremi, quàm inferioris gradus, Ordinis, membra, & ſubditi Imperij Nobis vti naturali ſuo Domino, & capiti, vinculo iuramenti obſtricti promiſiſtis, nunquam in illis locis inuenirī, vbi contra Noſtram Perſonam initetur conſilium, ſed Noſtro, & Sacri Romani Imperij commodo ſemper prodeſſe, detrimento autem quantum ad vires veſtras pertineret, nunquam adeſſe, & ſi aliquis conſilijs contra Maieſtatem Noſtram, ſiuè Perſonam conſuleretur, certior fieret, id abſque omni mora, & tarditate ad Nos referre teneretur.

Inſuper etiam in Noſtra Imperiali pace, & ſequutis Inducijs clariſſimè continetur tùm in Religioſis, tùm in alijs rebus quòd nullus alterũ quouis prætextu id fieri poſſit, debellet, moleſtet, aut perturbet, neque de ſuis poſſeſſionibus pellat, & ſuæ Religioni adherere cogat, ſubditos etiam ſuos nulla ratione ad fugiendum inuitet, & fugitiuos illos ſuæ ditioni adiungat. Cùm autem præcipuum munus Noſtrum ſit, ſicuti Romani Imperatoris eſt, cui Diuina Prouidentia in omnes Imperatoris ſubditos data, & commiſſa eſt ſuperioris poteſtas, auctoritate Noſtra Imperiali ſupradicta conſeruare obedientes in pace, & iure bono defendere, & iniurioſam aliorum potentiam deprimere, rebelles verò, & corruptores Imperialis Noſtræ pacis, adhibitis omnibus idoneis modis, ad debitam obedientiam redigere, cùm nulli cuiuſcumque ſtatus, conditionis, ſeù Religionis fuerint, cùm Diuinis, tùm humanis ſtatutis nequaquam conceſſum ſit, in nos temerè manus inferre, & debitam ſuam obedientiam, qua nobis conſtrictus eſt, abſtrahere, quod bonis politicis grauem iacturam afferret, imò ſingulorum ſubditis, quibus per huiuſmodi exempla rebellionem in Magiſtratum ſuum exercendi campus pateret.

Attendentes, quòd ſpretis Noſtris officijs, ſupranominati Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ Elector, & Philippus Landgrauius Haſſiæ, iam per longa tempora mera propria temeraria voluntate, & pertinacia adducti, omni Noſtræ adhibitę diligentię, labori, & ſępiſſimè habitis actionibus, quibus (vt ſupra dictum eſt) ad ſuſtinẽdam Romani Imperij pacem, & tranquillitatem, & deponendos multitarios illius errores incubuimus, hactenus pro viribus impedimento fuere, detracta propria, & decenti Nobis obedientia: inſuper etiam alios Ordines, & membra Sacri Romani Imperij clanculum initis multis prohibitis conſpirationibus ad huiuſmodi inobedientiam compulerunt, ſedulò operam dantes, quo pacto Nobis in Noſtra conſueta Imperiali potentia iacturam aliquam inferre poſſent: quòd primitùs Lantgrauius neglecto, & non reſpecto eo, quod ſicuti membrum Sacri Imperij, Nobis, & Imperio ſubiectum, haud decere vllã tyrannidem in alios Imperij Ordines exercere, neque vllum bellum ignorantibus Nobis inferre. Nihilominus contra aliquos Ordines ſub prætextu iuſtè inferendi belli, propria audacia, bellum ſuſcepit, eos grauiter grauans, partim tributum imperans, partim verò Principatibus, & Dominijs ſuis depellens. Nec his contentus, vnà cum Ioanne Friderico Electore Saxonię ſibi ſimilem Principem, & commembrum Imperij, rebellauit, non expectans ſententiam Iudicis, ſed propria in eumdem Principem, qui ſuum Principatum Noſtra, & Imperiali auctoritate poſſidebat, de Principatu prædicto, deiecit, adhuc Dominium illud occupans, aliquos etiam principales Epiſcopos, multaſque Diœceſes, & Prętaturas, Comitatus, & Dominia, quæ hactenus ſicut membra Romani Imperij à Nobis, & ipſo Imperio cogniti, Nobiſque, & Sacro Imperio debitam obedientiam prętant, à quibus ſæpiſſimè in habitis Comitijs ſupplicati, vt eos in veteribus eorum regalibus ſuſtinere deberemus, curareque ne vlla calumnia illis inferretur, Romano Imperio, & Nobis abſtrahere, ſuæque ditioni adiungere conati ſunt; quemadmodum multos Imperij ſubditos violenter, & temerè ſine vllo bono iure contra mandata Noſtra in ſuam obedientiam redactos, adhuc poſſidentes, inſuper multos tàm ſupremi, quàm inferioris gradus ordinis, ſuis redditibus ſpoliauerunt eos, clanculum calliditate ſua ſub prætextu bonę Religionis, eo vertentes, vt defenſionibus ſuis ſe commiſerint, prędicta omnia nulla alia ratione facientes, quàm qua Nobis vti naturali Domino Noſtros, & Imperij ſubditos ſubtrahant, vt ſuo Dominio adiungere poſſint.

Similiter ex mera pernicacia aliquos Ordines eo compulerunt, quod hęc Noſtra Ratisbonẽſia Comitia inuiſitata reliquerint cum maxima Noſtra ignominia, & impedimento grauiſſimarum Imperij cauſarum, quod propterea ſepoſita omni cura facere auſi ſunt, quia neque iudicium, neque Magiſtratum agnoſcunt, ſed omnem adminiſtrationem iuſtitiæ tali ratione taliter turbant, quod iuſtiſſimis Iudicum ſententijs non ſolum rebellatum eſt, ed modo, quòd nulli per ſpatium diei, & anni iuſtitia adminiſtrari potuit; quod non ſolùm grauiter ferendum eſt, verùm etiam dolendum, quòd multis oppreſſis miſerijs,

& ſpo-

& ſpoliatis à contra partibus iuri non parum detrimenti patit, & apud exteras Nationes minimis laudibus extollitur; id autem vniuerſos præ omnibus grauat, quod faciunt prædicta omnia bonæ Religionis ſuſtentaculo, pacis, iuſtitiæ, ac Germanæ Nationis libertatis prætextu, quibus vt obice ſuorum malefactorum vtuntur, cùm tàm vera Chriſtiana Religio, nullo modo iubeat huiuſmodi facinora perpetrare, & in Sacra Scriptura, & alijs fidedignis Scripturis, & Hiſtorijs contineatur, quòd primi Chriſtifideles, qui non ſolùm verbis, ſed effuſo ſanguine proprio, fidem ſuam in publicum dederunt, etiam Gentilibus Imperatoribus, & Regibus debitam exhibuerunt obedientiam, quantò magis indecens reputandum eſt, quòd prædicti inobedientes notoriè perfidi, Nobis naturali eorum Domino debitam obedientiam prætextu bonæ Religionis ſubtrahere conantur.

Significamus ergo omnibus, & ſingulis, eos nulla alia ratione id facere, quàm vt poſtremò Nos auctoritate, Noſtra Imperiali Corona, Sceptroque ſpolient, ac vnà cum Religione, Pace, Iuſtitia, & libertatibus, opprimere poſſint, proprium ſuum commodum, & honorem ambitioſis rationibus quærentes, quod apertè ex illis frinolis ſcriptis videre eſt, quæ in ditionibus ſuis in publicum dederunt, in quibus maximis opprobrijs, & calumnijs affecti ſumus, quod ſanè nulla alia opinione fecerunt, quàm vt vulgus ad tumultuoſas diſcordias incitarent.

Præterea non ſolùm conſpirationes, & conuenticula contra Nos collegerunt, ſed etiam multas exteras Nationes inſidioſè in Nos excitauerunt, quibus polliciti ſunt, eas pro viribus omnibus modis quibus Nobis noceri poſſunt, iuuare, quarum rerum aliqui, ſi neceſſitas poſtularet, produci poſſent, qui teſtimonium perhiberent, & quo pacto Germanam Nationem cum immaniſſimo Turca periculis exponere, operam dederunt, vt tandem illis campus pateret, tyrannidem exercendi iuxtà deſiderium animi ſui, neglectis illis iuramentis, quibus Nobis vti Imperatori Romanorum, & naturali Domino obſtricti reperiuntur, nec non in contemptum, & detractionem Noſtræ Imperialis auctoritatis: & contra Imperialem Noſtram pacem, ſequutaſque Inducias, auſi ſunt, aſſerere prædictas politias, nullam aliam ob cauſam erectas eſſe, quàm vt obedientibus naturalem, & conceſſam defenſionē auferrent, ob idque illis è contra conceſſum eſſe; omnes inhibitas, & iniuſtas machinationes in Imperij obedientes Ordines excogitare.

Quibus enumeratis rationibus, nempè rebellione, & detractione Noſtræ Imperialis Celſitudinis caſtigationem Noſtram meritos eſſe, haud narrare neceſſarium putamus. Quandoquidem nemini eorum perpetrata facinora non comperta ſunt, ex quibus quamuis non modicæ occaſiones Nobis datæ fuerint, prædictos, Saxoniæ Ducē, & Lantgrauium Haſſiæ debita, & benemerita pœnas afficere: tamen ad ſuſtinendam pacem, & cauenda bella, id clementiſſimè omiſimus, illis multò pluris, quàm Nos decuerat, non parua læſione Noſtræ conſcientiæ, maximoque diſpendio multorum Ordinum, hactenus non ſolùm pepercimus, verùm etiam principiò proximis habitis Ratisbonenſibus Comitijs erga Lantgrauium, & in Spirenſibus erga Electorem Saxoniæ, quàm clementiſſimè Nos oſtendimus, putantes eos per Noſtram oſtenſam clementiam a rebellione, & inobedientia ſua reuocare.

Sed poſtquam re ipſa comperimus paternam Noſtram clementiam, & patientiam apud Electorem, & Lantgrauium languere, eoſque Nobis hactenus non ſolùm verba dediſſe, factis autem nihil reſpondiſſe, ſed omnem eorum operam eò directam eſſe, vt Noſtris Imperialibus politijs, rectęque Religionis paci impedimēto futuri ſint, cum maxima abuſione Noſtrorum mandatorum, quæ ad ſuſtinendā Religionē in Imperio Romano à Nobis exierunt, vtentes omnibus Noſtris, cum illis Spiræ habitis pactionibus vice obicis ad protegenda malefacta ſua neminem interim non malo, & inuidioſo animo, indecentique cupiditate dominandi, bonis ſuis ſpoliare contendunt, ob idque iudicia, neque iura pati volunt, ſed potiùs ex concepta inuidia contra omnem iuſtitiam & æquitatem, Principes, Comites, Barones, & liberos Nobiles, imò alios omnes Imperij Ordines, tàm ſpirituales, quàm ſæculares contra cōdictam Imperialem pacem per vim ſuæ ditioni coniungere conati ſunt, præcipuè tamen pacem & Ius Imperij opprimere, ac ſibimetipſis dedicare, conuenticulas congregare, fœdera, & conſpirationes contra Nos inire, & Nobis, honorique Noſtro per calumnioſa eorum ſcripta detrimento eſſe, quamquam clementem, & pium Nos illis exhibuimus, tam peruicaces è regione ſe Nobis oſtenderunt; quas ob cauſas nullas non magnas, inconſuetaſque pœnas meritos eſſe cenſemus: propterea ſi talia facinora à Nobis vlterius tolerarentur, nec Noſtra Imperiali potentia in prædictos rebelles, Electorem Saxoniæ, & Lantgrauium Haſſiæ vteremur, nullo modo pax, & concordia in militanti Religione ſperanda eſſet, ſed potiùs carentia pacis, & boni iuris, immaniſque potentia Tyrannidis, deſtructio denique bonarum politiarum in foribus Noſtris continuè verſarentur, quæ omnia Imperiali Noſtra gubernatione diutius pati, nullo modo iuſtitiæ conſentaneum putamus. Idcircò Nobis eſt animus ad vitanda plurima damna, quę Imperio Germanæ Nationis, vniuerſæque Chriſtianitati ex prædictis malis imminere poſſent Noſtro Imperiali officio aduerſus ſæpedictos, Electorem Saxoniæ, & Lantgrauium Haſſiæ vti.

Cùm enim nemini non iſtorum rebellio, perturbatio pacis, & concordiæ, & offenſa Noſtræ Maieſtatis pateat, quorum ſe dicti Elector, & Lantgrauius nulla bona fide excuſare poſſunt, qui neque Iudicem, neque ius ampliùs pati volunt, ſed violenter, tàm in Noſtram amplitudinem, quàm in alios Ordines ſuas inferre manus, conſtituimus propter ineuitabilem neceſſitatem iuxtà Nobis à Deo commiſſum officium ſæpedictos Ioannem Fridericum Electorem, & Lantgrauium Haſſiæ ſicuti inobedientes, perfidos, rebelles, corruptores fidei, tumultuoſos, Noſtręque Maieſtatis contemptores, extra Noſtrum, & Sacri Romani Imperij ordinem redigere, prout declaramus, & redigimus extra ordinem de Romani Imperij pace, eoſque in prædictas, & multifarias pœnas incurriſſe his Noſtris literis ſignificamus.

Propterea animo Noſtro propoſuimus prędictam exordinationem, quam Ioannes Fridericus, & Lantgrauius Haſſię benemeriti ſunt, exequi, eoſque ſicuti corruptores bonæ pacis, & tranquillitatis, iuſtis pœnis afficere. Demum ceſſante illorum impedimento, pacem, ius, & vnitatem in Sacro Romano Imperio reuocare, & renouare, prout officium Noſtrum Imperiale

ipſa-

ipſaque Germanæ Nationis vrgens neceſſitas expoſtulat.

Significamus ergo veſtris Charitatibus, Paternitatibus, & ſingulis, hanc Noſtram voluntatem, & iuſtas Noſtras cauſas, à quibus ad ſuſcipiendum hoc bellum cogimur, ne poſteà à vobis tamquàm falſi, & iniurij accuſemur. Mandantes omnibus, & ſingulis Romani Imperij ſubditis per illam obiurationem, qua nobis obſtricti eſtis, immò immiſſionem Regalium, & libertatum veſtrarum, quæ à nobis, & fælicis memoriæ Imperatoribus, & Regibus Anteceſſoribus noſtris meruiſtis, vt prædictos Electorem, & Landgrauium, nullo modo, quoad fieri poſſit, bombardis, commeatu, aut alijs rebus bellicis nunquam iuuetis. Si autem aliquis ſalario eorum obſtrictus, aut alijs rationibus illi inſeruierit, inſpectis noſtris literis continuò eis abrenuntiet, nec ſuo famulatu vlterius eos vti permittat. Vobis autem, & omnibus Imperij ſæpedictorum, Electoris Saxoniæ, & Landgrauij ſubditis, mandamus, vt eis debitam obedientiam, ſi vlla obſtricti eſtis, vlteriùs non præſtetis, eoſque nequaquam, quauis ratione, id fieri poſſit, iuuetis, ne à nobis rebellionis eorum participes facti, ſicut ipſi, corrigamini. Inſuper etiam ſuppetias veſtras contra rebelles, & perfidos illos petimus, vt ea ſaltem ratione ad debitam obedientiam redigi poſſint, inita fœdera, & conſpirationes (quantum in vobis eſt) impedire non prætermittatis, quæ fœdera auctoritate noſtra Imperiali, quæ contra nos malequolo animo ſunt inita, caſſamus in nihilumque redacta eſſe volumus. Vos Ordines ab illis fœderibus, ſubditos autem prædictorum Electoris Saxoniæ, & Landgrauij ab omnibus hæreditarijs iuramentis, abſoluimus, ac vobis libertatem noſtram Imperialem præſentibus noſtris literis donamus. Conſtituimus inſuper ſeriò auctoritate noſtra, ne vllam profectionem, ex gratia, libertatibus, Regia pace, Iure Ciuili, veteribuſque conſuetudinibus, quæ illi, à Prædeceſſoribus noſtris donatæ ſunt, capere poſſint, ex quibus omnibus conſuetudinibus, libertatibuſue, illos quaſi extra Ordinem poſitos, ſecluſos eſſe volumus. Si autem vnus, vel plures cuiuſcumque Status, vel conditionis hi fuerint eos iuuauerint, & in prædictis inobedientes fuerint nobis reperti, illos non minùs, quàm Electorem ipſum Saxoniæ, & Landgrauium Haſſiæ iuſtis, & meritis pœnis afficere propoſuimus ex illis enumeratis cauſis. Quiſquis igitur ſemetipſum, ne noſtras pœnas incurrat, prudenter regat. Hæc eſt animi noſtri ſeria ſententia. *Datum in noſtra, & Imperij Ciuitate Ratiſbonæ XX. Iulij anno à Chriſto nato MDXLVI. noſtri Imperij XXVI. aliorum verò Regnorum XXXI.*

Preſſit ſilentio Cæſar præcipua Landgrauij, & Saxonis flagitia de euerſa Religione Catholica, & impietate Lutheranæ propagata, non enim voluit omnes Lutheranos eius criminis ſocios eo Edicto inuoluere ex politicæ prudentiæ legibus, ne plures in ſe hoſtes concitaret. Sed profeſſus eſt non Religionis cauſa, ſed æqui conſeruandi gratia aduerſus coniuratos arma corripuiſſe, eaque arte Ioachimum Marchionem Brandeburgenſem, & Mauritium Saxonicæ ſtirpis Principem in obſequio retinuit, deterruitque Hermannum Colonienſem Exarchiepiſcopum, & Heluetios Zuinglianos, ne in eo bello ſe commouerent.

110 Tertio Idus Auguſti Saxo, & Landgrauius Cæſari ad Landtshutum Caſtra habenti miſſo præcone militari bellum indixere, epiſtola ſagittæ cuſpidi præligata. Cæſar epiſtolam non accepit, ſed proſcriptionis tabulas ab eodem ferri iuſſit, vetuitque ne quis in poſterum ab illis ad ſe accederet, propoſita acceſſuris capitali pœna. Indè coactis omnibus copijs, cùm hoſtes ob pugnantia inter ſe conſilia gerendæ rei occaſioni defuiſſent, in eos ad Ingolſtadium ſtatiua habentes eduxit exercitum, multiſque affectos incommodis loco cedere coëgit, inde Neoburgum petit, compellitque ad deditionem clementia in præſidiarios vſus, luſtratoque exercitu recenſita ſunt, quadraginta quinque peditum, nouemque equitum millia: Vendingum venienti portæ panduntur, detrectantibus verò hoſtibus inire cum eo certaminis aleam, varias Lutheranorum Vrbes Danouertum ad Danubium ſitum, necnon Dilingam, & Laugingam, & Gundelfingam in ſuam poteſtatem redegit, fuſo, fugatoque Scertelo, qui ægerrimè cum paucis euaſit. *Franciſcus Belcar. lib. 24. n. 27. & ſeq.*

„ V. Septembris (inquit Maſſarellus in Diario „ Concilij Tridentini) Venit curſor ex Germa„ nia, cum literis Cardinalis Farneſij ex Ingol„ ſtadio, quòd exercitus ſimul quotidiè confli„ gant, & Comes Durus Ratisbonam applicue„ rit, quòd Cæſar, vt verè Cæſar ſe gerebat, tùm „ agendo, tùm hortando milites, & quòd exer„ citus Landgrauij non diſtet à Cæſareo, niſi per „ vnum milliare Italicum. *Diarium Concil. Trid. auct. Aug. Maſſarell. Sec. MS. Arch. Vat. p. 166.*

„ VIII. Septembr. fuit facta Proceſſio generaliſ „ ralis omniũ Ordinum, & Religionũ Ciuitatis „ Tridentinæ; iuerunt etiam Reuerendiſſimi, & „ Illuſtriſſimi Præſidentes, & Reuerendiſſimi „ DD. Cardinales Tridentinus, & Giennenſis; „ iuerunt necnon Prælati & Oratores, ac cæteri „ Conciliares omnes, ob fœlicem euentum Cæſa„ rei belli contra Lutheranos. *ms. Arch. Vat. fig. n. 3232. pag. 214.*

111 Dùm ità proſperè res geritur à Cæſare, Ferdinandus Rex, & Mauritius Princeps in Saxoniam irrupere, magnamque eius partem ſubegere: quo tempore perduellium exercitus à Cæſare commeatus eorum interciptente ita vexatus eſt inedia, vt quinque diebus pane caruerit. His itaque incommodis attriti Fridericus Saxoniæ Dux, & Philippus Lantgrauius Haſſiæ ſuperbos ſpiritus fregere, quater enim iam caſtris cedere coacti erant, Cæſaremque de pacis legibus, ac deditione ſupplices eppellarunt.

Cæſar ſucceſſuum fælicitate erectus duras conditiones propoſuit, vt ſcilicet Saxo, & Landgrauius exercitum dimitterent, quidquid poſſidebãt, arma, tormẽta, Vrbes, Oppida, Arces, victori Cæſari permitterent, ſupplices accederent petituri veniam, quam deprecatore Ioanne Brandeburgenſi eſſent conſequuturi, nihil æqui poſtea à Cæſare, qui nonniſi iuſta bella ſuſcipit, ſuſceptaq; non minùs fortiter gerit ſe impetraturos certò ſciunt. Ad hæc illi non reſponderunt, ſed cùm ſeptimo Kal. Decembris in eos Cæſar irruere pararet, illi rem ſubodorati fugam nocturnam capeſſiuerunt, à quibus perſequendis aſperitas hyemis Cæſarem deterruit, cum occaſioni antea defuiſſet; plures verò Vrbes, Bopingha, Nordlinga, Oettingenſis Arx, atque Hala in Sueuia, ac Rottemburgum in Cæſaris poteſtatem conceſſerunt.

112 Dùm Rottemburgi ageret Cæſar, ad Vdalricum Vvittembergenſem Regulum literas dedit, vt terrore pœnæ ad officium illum redigeret, quarum præcipua pars his verbis concepta eſt. *Ext. apud Melch. Goldaſt. tom. 1. pag. 517.*

„ Quamuis aliquot ante annis propter bel„ lum abs te, & Landgratio aduerſus Fratrem „ meum motum, & agrum Vvittembergenſem, „ quo multatus fueras receptum in vos exemplũ „ edere iure potuiſſem, noxam tamen omnem, &

,, iniuriam clementer, quam supplex petebas ti-
,, bi remisi. (Et infra.) Tu his omnibus ludibrio
,, habitis, violata fidei (quam mihi debes) reli-
,, gione, societatem, & amicitiam, cum hostibus
,, meis iniuisti, quos proscripsi, quorum Vrbes,
,, Oppida, Arces, Agrosque, non hasta, sed ar-
,, mis subieci, cum his arma, & vires consocia-
,, sti, & ne qua contumelia, ludibriumque prę-
,, termitteretur confœderatorum tuorum opibus
,, fretus, Fratris mei primùm, deindè quorumdã
,, ex Ordinibus Imperij, adeoq; mea, quæ ad Im-
,, periũ pertinẽt, Oppida armis petiuisti nõ mo-
,, dò, sed etiam dolo inuasisti: his nondũ, quãuis
,, grauibus, & atrocibus flagitijs expletus bellũ
,, insuper, qua fuisti amentia captus mihi feciſti,
,, Maiestatem meã dictis virulentis imminuisti:
,, meam auctoritatem, decusque leuasti, om-
,, nemque in id operam sedulò nauasti, vt me Im-
,, peratorio splendore exueres, renuntiata ea, qua
,, mihi obnoxius es fide, quam sociorum coniu-
,, rationi posthabuisti. (Et paulò post.) Hæc
,, quamquam ita se habent, & causæ cur in
,, te vltimo humanorum supplicio animaduerte-
,, re possem, comparent, vti meritus es, ne tamen
,, plebs insons, cui plùs misericordiæ, quàm tuæ
,, causæ spei debetur, rei Principis peccatum
,, luat (huic omninò parcere stat sententia) edico,
,, vt extemplo simul ac meas literas acceperis, te
,, vltrò mihi dedas omnem tuam Prouinciam,
,, Vrbes, Agros, Castella, quantum denique for-
,, tunarum tibi est, in ius meum tradas, vt de his
,, ex meo arbitrio consulam, &c. *Data Rottem-
burgi ad Neccarum MDXLVI. Mense Decembri.*

Confederat in finibus Agri Vvittembergensis Cæsareus exercitus, atque Vdalricus sustinendæ belli moli impar aufugerat, supplicibusque literis veniam precatus XIII. Ianuarij proximo Mense Cæsari reconciliatus est, Burenus etiam Hassiam populatus, Francofurtum, ac plures alias Vrbes ad Cæsaris obsequium redegit. De his felicibus Cæsaris successibus meminere acta Consistorialia his verbis.

Acta Cons. MS. Card. Spad. sign. n. 133. pa. p. 488.

,, Romæ apud Sanctum Petrum XVII. De-
,, cembr. MDXLVI. fuerunt lectæ literæ Reue-
,, rendissimi Hieronymi Veralli Archiepiscopi
,, Rossanensis, Sanctitatis Suæ apud Cæsaream
,, Maiestatem Nuntij, quibus significabat feli-
,, cem successum rerum Germaniæ contra Hære-
,, ticos, & propterea fuit declaratum, vt fierent
,, Supplicationes, & Missa celebraretur.

113 Suffectus fuerat in locum Alexandri Cardinalis Farnesij, qui ex legatione Germanica reuocatus fuerat, Rossanensis Archiepiscopus, instructusque est mandatis ampliſſimis, vt cùm ex pacti fœderis legibus Cæsar, cum Lutheranis pacem inire non posset inconsulto Pontifice, vel eius Legato, ipse in ea re polleret eadem auctoritate, quæ Legato collata fuerat, ac si honesta concordię ratio affulgeret, eam auctoritate Apostolica confirmare posset. De reditu verò Cardinalis Farnesij è Germanica legatione hæc refert Angelus Massarellus in Diario Concilij Tridentini.

Diar. Conc. Trid. MS. Card. Francisci Barber. sign. nu. 23. Mi. Car. Pij

,, XIV. Nouembr. Cardinalis Farnesius re-
,, diens ex Germania, vbi Legatus Pontificij
,, exercitus contra Lutheranos fuerat, Tridentũ
,, applicuit, die XVII. Romam proficiscitur.]

Mandata verò Internuntio Verallo data his verbis concepta sunt.

Paulus III. lib. brev. an. 13. pag. 340.

Venerab. Fratri Hieronymo Archiepisc. Rossanensi apud Serenis. Cæsarem Nuntio nostro salutem.

Venerabilis Frater, cùm inter cætera Capitula hœderis, inter nos, & Sereniſſimum Cæsarem, contra Hæreticos Germaniæ anno præterito initi illud sit, quòd ipse Cæsar non possit cum Lutheranis, seù Protestantibus, vel alijs Hæreticis aliquem tractatum habere, vel concordiam facere, quæ effectum, aut substantiam expeditionis contra eos conceruet, aut illam impediret, vel retardaret, & particulariter, quòd ijsdem Hæreticis aliquid, quod contra Catholicam Religionem, aut Ecclesiæ Constitutiones, esset, concedere, aut permittere nequiret, sine expressa voluntate, & consensu nostro, vel Legati nostri, & Dilectus filius noster Alexander Cardinalis Farnesius, quem in ipsam expeditionem nostrum, & Apostolicæ Sedis Legatum miseramus, cùm in Germania aliquot Mensibus permansisset, & nonnullis necessarijs, & rationabilibus causis à nobis reuocatus ad nos redierit: Nos ne ob dicti Alexandri Cardinalis Legati absentiam idem Cæsar ipsos Hæreticos ad obedientiam recipere, aut cum eis aliquam honestam concordiam inire impediatur de tuæ Fraternitatis fide, ac prudentia confisi, eidem Fraternitati Tuæ eandem super præmissis facultatem, & auctoritatem concedimus, quam idem Alexander Cardinalis Legatus habebat, &c. *Datum Romæ, &c. XXIII. Decembris Anno XIII.*

114 Extremo anni Palatinus Comes Elector Cæsarea fœlicitate territus, cùm antea Religione Catholica excito Argentina Paulo Fagio defciuisset, & quadringentos Equites ad Lutheranos, apud Ingolstadium statiua habentes auxiliares misisset (inimicitias enim graues cum Ducibus Bauariæ Catholicæ Religionis acerrimis Defensoribus contraxerat) ad Cæsarem per deprecatores impetrato aditu eius pedibus aduolutus veniam impetrauit: Vlmenses quoque missis Halam Legatis (culpa agnita) se, suaque omnia Cæsari permiserunt, qui centum aureorum millibus, & tormentis bellicis duodecim mulctati fuere. Florebat Vlma opibus, Ciuiumque multitudine, quare ex eius deditione Cæsareæ res multum auctæ; peruenit verò fama eius deditionis Tridentum primo die Ianuarij anni insequentis, vt refert Angelus Massarellus, & confirmant acta Concilij.

Franc. Belcar. lib. 24. num. 31.

Ang. Massarellus in Diario Conc. Tr.

,, Die Dominica 2. Mensis Ianuarij gratiæ
,, Deo aguntur pro deditione Ciuitatis Vlmen-
,, sis in potestatem Inuictissimi Cæsaris, qui
,, vnà cum Pontificijs copijs in præsentiarum
,, contra Lutheranos, & Hæreticos pugnat.

MS. Arch. Vat. sig. nu. 3232. p. 241.

115 Inclinabant ad concordiam Lutherani Principes, nisi improbissimi Concionatores, qui priuata commoda ex ipsorum Principum exitio, animarumque æterna internecione consectabantur, eos miserè fascinassent: ij verò copias ita diuisere, vt Landgrauius ad sua tuenda in Hassiam se receperit; Fridericus verò Saxo ad Saxoniam contra Ferdinandi Regis, Ducisque Mauritij grassationes defendendam, procurrit, atque in itinere Gemundam Sueuiæ Oppidum cæpit, atq; Moguntinum Principem, & Fuldensem Abbates, aliosque Catholicos Præsules viribus impares auro mulctauit, quos Cæsar literis solatus est

Sur. in cõm

,, se breui hostium tyrannidem obtriturum. [Hic
,, fuit (inquit Surius) primi belli Germanici
,, contra Imperatorem temerè susceptí euentus,
,, ad quod Imperij Ordines impulerunt impuri
,, Apostatæ, & seditiosi Ecclesiastæ, qui salua
,, Cæsaris ampliſſima auctoritate, res suas saluas
,, esse non posse facilè prouidebant, ex ipsis au-
,, tem atrociſſimis Religionis, & dogmatum
,, dissidijs, quæ inter illos vigent, haud obscurè
,, potest animaduerti, non magnoperè illis cure
,, esse, Reipublicæ, & Christianorum salutem.

Sed

,, ſed vt ſuis priuatis rebus conſulant, quantum-
,, uis interim ſurſum deorſum moueantur om-
,, nia. Ipſe quidem Lutherus in libello, quem
,, non diù ante obitum ſuum ad Saxoniæ Prin-
,, cipem, & Landgrauium ſcripſit, ad hoc Ger-
,, maniæ bellum, claſſicum canit, dum inter cę-
,, tera ait: quiſquis arma non corripit, dum po-
,, teſt, is non vtitur rebus à Deo oblatis.

Sublatus ex humanis fuerat impius ille Hęreſiarcha, Germanię fax, & peſtis, pro cuius tuendis deliramentis tantum bellum, ſibique exitiale ij Principes malè faſcinati concitarunt. Sed de Lutheri morte infęlici agetur inferiùs.

M.S.Vat. Arch. fig. n. 3232. pag. 181. Ang. Maſſarellus in Diar. Con. Trident. MS. Arch. Vatic. M.S. Frſ. Car. Barb. fg. num. 23. pag. 54. & aliud m. s. Card. Pÿ. Diar. Con. Trid. apud Pallauic. tom. 1. l. 8. cap. 2. num. 1.

116 Dum ſtringuntur arma à Cęſare aduersùs Landgrauium, & Saxonem perduelles, certatum eſt verbo Diuino in Concilio Tridentino aduersùs Lutheranorum errores, qui accuratiſſimo examine tùm in Theologorum, tùm in Pręſulum Congregationibus diſcuſſi ſunt. Pręcipuus error circa Iuſtificationem vertebatur.

Cùm de Iuſtificatione in Concilio agendum eſſet, Cardinalis Ceruinus, qui abſente ob infirmitatem Cardinale de Monte, primi Legati vicem gerebat, Patribus ſignificauit, Iuſtificationis dogma, quod in examen adducendum erat, ex peccati originalis quęſtione obſcuris magniſque difficultatibus implicitum eſſe: nam licet antiqui Scholaſtici fuſiùs de peccato originali ſcripſiſſent, de iuſtificatione tamen parciùs diſſeruere: quare cùm orthodoxi Scriptores, qui retro cuolutis viginti annis offuſas à Luthero tenebras ſcriptis ſuis diſcuſſere, plurima luce veritatem colluſtraſſent, ab ipſis potiſſimum, quid in hac re ſtatuendum, decerpi facilè poſſe. Tum Reginaldus Polus Cardinalis Legatus addidit, hoc dogma cum Originalis peccati dogmate connectendum; vt perſpecto eo, quod in primo Adamo perdidimus, agnoſcamus etiam quid per ſecundi gratiam comparauerimus; atque adeò quò magis ſit ardua ac difficilis quæſtio, eò magis diuinum lumen fuſis ad Deum precibus, atque auxilium implorandum; propterea ſe hortari Patres, vt ſacra oracula conſulant, aduerſariorum etiam libros maturè excutiant, bonaque à malis diſcernant; non aliter enim quàm venefici venena exquiſitis cibis immiſcent, ita Lutherum alioſque hæreticos veris falſa permiſcere conſueuiſſe; nec ſtatim temerariam ſententiam non probè excuſſam proferendam, omnia in ijs contenta falſa ac reſpuenda, exemplumque attulit Alberti Pighij, qui dum in peccati Originalis Articulo omnem Lutheranorum doctrinam confutaret, propiùs ad Pelagianorum errorem acceſſit.

Admoniones Legatorum circa iuſtificationis dogma.

117 Cùm peroraſſet Polus Cardinalis, Paccechus ſubiunxit, non modò veteres Theologos quæſtionem de Iuſtificatione contractiore ſermone pertractaſſe, ſed etiam in antiquis Concilijs agitatam, definitamque non fuiſſe; quare in Tridentino præſenti Concilio eam excutiendam, diuinaque ope definiendam. Conſulere itaque, vt in hoc argumento ſeruetur ordo accuratior, quàm in alijs quæſtionibus. Primùm vt minores Theologi ſingulas quæſtionis partes diligentiſſimè excutiant, tùm excuſſas inter ſe conferant, expenſas illuſtrataſque poſteà Patribus exponant, qui ſingulos articulos ſummo adhibito ſtudio expendant; atque in luce collocatos in ordinem redigant. Pro diſciplina verò Eccleſiaſtica conſtituenda propoſuit agendum de reſidentia: monuitque, vt illi operi præfecti omnia ad id ſpectantia colligerent. Conqueſtus etiam eſt idem Cardinalis plures Epiſcopos, quorum præſentia in Concilio erat neceſſaria, pro tàm graui condendo decreto Tridentū nondum acceſſiſſe; alios autem ad defugiendum laborem in vicina amœna loca diſcedere, ac tùm die conſeſſus futuri acceſſuros: accurato enim examine decretorum argumenta perpendenda, diuinamque opem precibus ardentiſſimis efflagitandam, antequam lecto decreto verbum *Placet* proferretur. Tùm Cardinalis Ceruinus ſubdidit, nemini à Legatis diſcedendi facultatem permiſſam, ac de compeſcenda ea licentia ſumendum eſſe conſiliū. Poſtremò decretum eſt, vt in tractandis quæſtionum capitibus, propoſitus à Legatis Ordo ſeruaretur; ſancitumque, nulli Prælulum fas eſſe Tridento diſcedere.

Ex Cardinalium Legatorum modeſtia dicentium quæſtionem de Iuſtificatione difficultatibus eſſe implicitam, arripuit occaſionem impius calumniator Soauius Præſules ac Theologos Tridenti, nos inſimulandi, eoſque vt imperitos & bardos traduxit, qui Lutheri doctrinam non caperent. At re ipſa eam quæſtionem fuiſſe magnis difficultatum ſentibus obſitam oſtendit ſtultiſſima Lutheri Lutheranorumque impietas, qui Iuſtificationem in vana ſuæ ſalutis fiducia, ſine charitate, diuinorumque mandatorum obſeruantia collocarunt. Cùm ſacra oracula contrarium omninò promulgarint. Sed ſpretis Serpentis huius ſibilis inſtitutam orationem proſequamur.

MS. Arch. Vat. fig. n. 3232. p. 181.

118 XXI. itaque Iunij in Congregatione generali propoſitum eſt dogma de Iuſtificatione diſcutiendum, necnon circa emendationem morum, de reſidentia Epiſcoporum. Sequenti verò die in Congregatione Theologorum minorum hæc capita propoſita.

Dicant primò, quid ſit ipſa Iuſtificatio, quoad nomen, & quoad rem, & quid intelligatur per iuſtificari hominem.

II. Quæ ſunt cauſæ Iuſtificationis, hoc eſt quid efficiat Deus, & quid requiratur ex parte hominis.

III. Quomodo intelligendum ſit, iuſtificari hominem per fidem.

IV. An, & quomodo opera faciant ad Iuſtificationem ante, & poſt. Idem de Sacramentis.

V. Declaretur quid præcedat, quid comitetur, & quid ſequatur ipſam Iuſtificationem.

VI. Quibus auctoritatibus Sacræ Scripturæ, & Conciliorum, aut ſanctorum Patrum, ſiuè Traditionum Apoſtolicarum, ea, quę ſtatuenda erunt, fulciantur. Habitæ ſunt de ijs plures concertationes à Theologis in pluribus eorum Congregationibus, quæ reliquo Menſis flexu coactæ ſunt.

XXX. Iunij Congregatio generalis celebrata eſt, in qua Cardinalis de Monte, qui ex infir-
,, mitate conualuerat (vt referunt Acta) propo-
,, ſuit articulum de Iuſtificatione diuiſum in tres
,, ſtatus, ſub his verbis.

Ibid. pag. 134. & p. 136.

De Iuſtificatione adultorum.

Circa hunc articulum videntur poſſe commodè conſiderari tres ſtatus hominum.

,, Primus ſtatus eſt, quomodo quis ex infideli
,, fit fidelis, hoc eſt accedit tunc primùm ad fi-
,, dem: & in hoc ſtatu examinandus eſt totus
,, progreſſus Iuſtificationis.
,, Quomodo ei merita Chriſti Saluatoris no-
,, ſtri applicentur, quid faciat Deus, quid requi-

Digitized by Google

„ ratur ex parte hominis, an, & quomodo opera
„ faciant ad hanc Iustificationem, quid sit ipsa
„ Iustificatio, & quomodo intelligendum sit, ho-
„ minem iustificari per fidem, & si qua alia ad
„ hanc rem pertinent.
„ Secundus status est, quomodo iam iustifi-
„ catus possit, & debeat acceptam Iustificatio-
„ nem conseruare & in illa fideliter laborare,
„ proficere, & quomodo renatus in spem glo-
„ riæ filiorum Dei, tandem ipsam gloriam
„ consequatur.
„ Tertius status est, si quis post Iustificationem
„ peccando exciderit, quomodo resurgere habe-
„ at, vt iterum iustificetur, & ei merita Christi
„ iterum applicentur, & in quo hæc Iustificatio
„ à prima differat, & in quo conueniat.
„ Si quid in probatis Concilijs à Patribus
„ nostris declaratum est, quod ad hanc rem
„ faciat, Sancta Synodus poterit innouare, &
„ co vti.
„ Deinde lecti fuerunt errores circa hunc ar-
„ ticulum de Iustificatione.

Qui videantur errores circa ea, quæ primum statum Iustificationis concernunt.

I. Natura nostra post Adæ peccatum proprijs viribus, etiam gratia non præuenta, potest se disponere, acquirere, & mereri gratiam apud Deum.

II. Post Adæ peccatum, liberum arbitrium est res de solo titulo, immò titulus sine re.

III. Proprijs viribus iustificamur, & omnia peccata vitare possumus, & præcepta implere, & præseruari, & gloriam mereri absque hoc quod gratia Dei cooperante egeamus, nisi fortè, vt facienda cognoscamus, vel cognita faciliùs exequamur.

IV. Deum quidem solum incipere Iustificationis opus, & nos solos illud perficere.

V. Sola opinione de Deo, & dolore, etiam sine fide, posse hominem ad iustificationem disponi.

VI. In Iustificationis negotio solum Deum omnia operari, nobis nihil cooperantibus, sed merè passiuè habentibus.

VII. Ante charitatem iustificamur sola fide, qua credimus, vel confidimus, vel sentimus nobis dimissa peccata per iustitiam Christi, nobis licèt iniustis imputatam, & iustitiam aliam inhærentem non habentibus.

VIII. In peccatore iustificando, dolor, vel timor non faciunt, vel disponunt ad iustitiam, & omnis talis conatus, ante remissionem peccatorum & gratiam, peccatum est damnabile, nec ante remissionem posse hominem, vel votum gratiæ habere.

IX. In Baptismate sola fides est, quæ reddit hominem iustum ipso Baptismate nihil iuuante.

X. Hæc iustitia, vel vocationis gratia non datur nisi prædestinatis, alijs dum vocantur à Deo illusis.

Errores circa ea, quæ secundum statum Iustificationis concernunt.

I. Iustificatus potest sine Dei auxilio speciali perseuerare, & vitare omnia peccata, etiam venialia.

II. Quòd iustificatus non potest iustitiam amittere.

III. Quòd in iustificato adulto maneant etiam peccata actualia, licèt non imputentur.

IV. Quòd iustificatus non tenetur implere præcepta, maximè perfectus; & quòd promissio gloriæ in Euangelio sit absolutè credendi, & non sub conditione seruandi mandata.

V. Quòd omnia opera iustificati sint peccata; & infernum mereantur.

VI. Quòd opera omnia spe gloriæ, vel metu pœnæ æternæ facta sint mala.

VII. Quòd opera bona sequantur iustitiam, cùm tantùm significent, nec iustificent, id est iustitiæ augmentum mereantur.

VIII. Quòd opera iusti non mereantur vitam æternam.

IX. Quòd iustificatus tenetur credere se esse in gratia, & sibi non imputari peccata, & se esse prædestinatum.

Errores circa ea, quæ tertium statum concernunt in Iustificatione peccatoris fidelis lapsi.

I. Præparatio ad dolorem est superflua, & mala.

II. Confessio non est necessaria, vel in voto, & peccatum non delet, sed remissio peccati datur soli fidei, qua credit quis se esse absolutum, fidem autem, vel credulitatem, vel fiduciam intelligunt.

III. Quod nunquam in tali peccato remaneat obligatio ad satisfactionem per pœnam temporalem culpæ, & pœnæ æternæ remissionem, & per hoc nihil valere indulgentias, neque esse Purgatorium post hanc vitam, neque valere suffragia pro Defunctis.

V. Iulij VI. & VII. ea capita in examen adducta fuerunt in Congregationibus generalibus.

119 Ijs diebus, scilicet vigesima sexta Iulij ad Concilium peruenerunt Durfè, Iacobus Ligneri, & Petrus Danes Regis Galliæ Oratores, florebant ij magna nominis existimatione, & publicè in Congregatione generali auditi fuerunt, sed antequam in Congregationem admitterentur, de loco in quo sessuri essent, disceptatum fuit, quia lecto in Congregatione generali die trigesima Iulij Regio mandato, Cardinalis de Monte
„ inquit [Datum est mihi mandatum, & peti-
„ tum Oratorum Legatorum nomine, vt admit-
„ tantur ipsi tam in Synodo, quàm in Congre-
„ gatione, qua de re considerare oportet nedum
„ de admissione ipsa, sed etiam de loco vbi sede-
„ re ipsi Oratores debeant. Propterea dicant
„ Patres super ijs sententias, si tamen priùs ad-
„ moniti fuerint, nos eisdem verbis responsuros,
„ & admissuros mandatum ipsum, quibus ad-
„ misimus mandata Oratorum Cæsareæ Maie-
„ statis.
„ Tunc Cardinalis Giennensis. Gratiæ, inquit,
„ sunt habendæ tàm pio, tàm maximo, & Chri-
„ stianissimo Regi, qui tanta pietate Concilium
„ confouet, de cuius laudibus nemo vnquam sa-
„ tis (vt arbitror) dicere poterit, laudo itaque
„ responsionem, quam recensuit D. primus Præ-
„ ses si illi addantur verba ostendentia, quàm
„ gratissimum fuisse Synodo ipsorum Legato-
„ rum aduentum; de admissione eorum tàm
„ in sessionibus, quàm in Congregationibus
„ meo iudicio non esset dubitandum, & propte-
„ reà censeo illos admittendos esse, cùm maxi-
„ mè sint Viri graues admodum, & docti; de lo-
„ co autem credo certè, ipsos de loco cum Cæsa-
„ ris Oratoribus non decertare, & propterea
„ lau-

Oratores Regis Galliæ ad Concilium, & dissensiones pro precedentia.

Digitized by Google

„ laudarem, vt de eorum loco, quia hactenus „ nulla est controuersia, nihil diceretur, sed „ res relinquantur omninò, donec vel contro- „ uersia cesset, vel Patres meliùs super hoc co- „ gitent. Ego (quod ad me attinet) de hac re „ nullum aliud scirem proferre, quàm vt aliorum „ Conciliorum, & Sedis Apostolicæ mos inspi- „ ceretur, & secundùm illum locus assignare- „ tur. Quis autem fuerit vsus, vel mos, ego in- „ genuè fateor me nescire. Dixerunt deinde & „ reliqui Patres sententias, quorum non pauci „ iuerunt in sententiam Giennensis, alij ad Lega- „ tos rem totam reiecerunt. Non defuerunt, qui „ de præcedentia inter Regem Romanorum, & „ Regem Gallorum differerent, dicente Archie- „ piscopo Materano, non satis se scire quid iuris „ esset in casu isto, verùm se scire Oratores Regis „ Romanorum in Concilio Lateranensi præces- „ sisse Oratores Regis Gallorum, cui Armaca- „ nus; Rex (inquit) Romanorum, de quo in „ Concilio Lateranensi, fuit Maximilianus, qui „ tametsi coronatus non erat, Imperator tamen „ erat, & iura Imperij exercebat, quæ ratio in „ Ferdinando Rege Romanorum cessat, qui tan- „ tùm futuram Imperij successionem habet. Fel- „ trensis duos esse posse Imperatores probauit, „ seque intellexisse dixit, Regem Romanorum „ priuilegia concedere, & alia plerumque iura „ Imperialia exercere. Cui Bituntinus, Se „ vnum Imperatorem scire dixit, non duos, nec „ vmquam legisse Carolum, & Ferdinandum „ simul Imperatorem, sed Cæsarem Carolum „ tantùm, propterea sibi mirum videri de re „ tàm liquida aliquos hæsitare. (Et infrà.) „ De loco (inquit Cardinalis de Monte) nos „ ipsi cogitabimus, & ne qua controuersia eue- „ niat; Iam enim, vt Patres norunt, fecimus „ decretum, ne cuique acquiratur ius, vel præ- „ iudicium generetur.]

Epistola Legatorũ ad Car. Farnes. apud Pall. tom. 1. lib. 8. cap. 3. num. 3.

120 Sed Oratores Regis Galliæ de istis controuersijs admoniti, offensi animis, & varijs suspicionibus suffusi, declararunt primùm per Episcopum Agathensem; & postea per se ipsos, quando priuatè Legatos inuiserunt, se esse discessuros, nisi inter alios Principum Oratores locum obtinerent; Legati verò, vt eorum animos compescerent, responderunt, flocci esse faciendum, quid in consessu tot variorum capitum aliquis minus prudenter locutus esset, sed ad rei substantiam respicerent, quia cùm Ferdinandi Oratores in publicis Comitijs nunquam adfuissent, consequenter nemo aderat, qui se eis in hac sessionis honorificentia opponeret. Sed his Oratores non acquiescentes suspicionem mouerunt Legatis, ne vellent inde discedere, & prætextu vterentur. Denique persuasionibus cedentes, ne res in controuersiam adduceretur cum Concilij perturbatione, consenserunt in publicis conuentibus cum Cæsareis Oratoribus sedere, cùm Ferdinandi Oratores non adessent. Et vt Cæsarei Oratores ostenderent, gratum illis esse simul cum Gallicis Oratoribus assidere in Congregatione, in qua recepti fuerunt, Didacus de Mendozza, qui ob suam infirmitatem nunquam in alijs Congregationibus intererat, adesse voluit simul cum Francisco Toletano, qui in alijs Congregationibus solitus erat solus pro Imperatore præsentiam præ- „ stare. Sic lite composita [Tertia Iulij fuit „ Congregatio, in qua tres Legati Regis Gal- „ liæ, videlicet Claudius Durfe, Iacobus à Lin- „ guerijs, ac Petrus Danesius, per Archiepisco- „ pum Corcyrensem, & Episcopos Senogal- „ liensem, & Vasionensem, de mandato DD. „ Præsidentium introducti fuere, quorum Le- „ gatorum postremus Danesius, postquam om- „ nes consederunt, & ipse sedens, foribus ad- „ huc Congregationis apertis, & maximo au- „ diente populo elegantem sanè, ac doctam ha- „ buit orationem, Concepta illa fuit subiectis verbis.

Sedatis cõtrouersijs recepti fuerũt Oratores Galli.

Vbi supra pag. 145.

121 *Christianissimo Regi, Reuerendissimi S.R.E. Legati, & Cardinales, Archiepiscopi, & cæteri omnium Ordinum in hanc sanctam Synodum cooptati, & conscripti Patres*, sicut præcipuus antea pro eius pietate erat dolor, ex miserrimis, & post hominum memoriam turbulentissimis Ecclesiæ temporibus susceptus, ita nunc cuiusdam lætitiæ causam attulit noua tranquillitatis oblata spes, quam sacri huius Concilij nomen, expectatioque commouit. Neque enim potuit aut non sperare id futurum, quod vos auctore ipso Conciliorum Præside Deo agere sciret; aut quod maximè semper expediret, non vehementer euenturum esse, lætati: nec verò conuenire existimauit, cùm de summa re Christiana ageretur, non singulare existere Christianissimi Regis studium, qui ad bene de ea merendum cum cognomine sibi hæreditario, tùm plurimis Maiorum exemplis inuitaretur; itaque quod facturus ipse, si præsens adesset, fuisset, nempè vt vos etsi sponte currentes, tamen acriùs incitaret ad Populi Christiani pacem, & concordiam reconciliandam, Sacerdotij dignitatem (propè amissam) recuperandam, veteres, nimiùmque diù neglectas Ecclesiæ ruinas fulciendas, ad eaque conficienda suas omnes curas, consilia, cogitationes, & opes polliceretur, id nobis Legationis huius munere imposito, suo nomine vt faceremus mandauit, cuius ego Legationis summam, priusquam vobis Patres exponam, quod quidem extrema oratione mea faciam, pauca quædam necessaria dicam cùm de plurimis Regum Franciæ superiorum meritis, tùm de huius ipsius, à quo allegati sumus, Francisci perpetuis in eandem officijs: non quòd, aut hunc ita velle arbitror, aut illos, vt clariores fiant, egere præconio putem; neque enim, aut hic cùm ita se gereret, & vt ipso, & eius Maioribus dignum erat inanem nescio quam verborum laudem expectauit, aut illorum res pro Christi Ecclesiæ gestæ ita sunt obscuræ, vt illuminari, vel communes, vt ornari, vel denique tenues, vt amplificari cuiusquam oratione debeant. Sed & hic, qui se vni Deo probatum vellet, sola rectè factorum conscientia facilè contentus, id demùm benè agendo sperauit, semper benè vt ageret, & illorum, quas dixi actiones huiusmodi certè sunt, vt nullam non orationis facultatem, nedum incam, quam sentio, quàm sit modica, exuperet.

M. S. Arc. Vatic. sig. n. 3195. pag. 52. M. S. aliud sig. num. 3232. pag. 188.

Oratio Danesij Galli Oratoris.

Excurrit dein Orator in veterum Regum præclara gesta pro Dei gloria, & merita amplissima, deque mutua Pontificum, Regumque Gallorum coniunctione, hæc addidit.

[Sanctissima, hæc necessitudo, ac coniunctio Romani Pontificis, & Francorum Regis nunquam ex eo tempore (nimirùm Caroli M. & Ludouici Pij) intermissa, sed multis potiùs, & magnis vtrinque officijs culta, cùm vterque suam in alterius dignitate contineri dignitatem existimaret, integra adhùc, incolumisque permansit, vt verissimum esse videatur, quod Innocentius III. Epist. quadam ad Galliarum Episcopos missa testatus est, *Francorum Regum exaltationem* (ipsius enim ver-

verba, quò magis agnoſcantur, ponam) *ſublimationem Apoſtolicæ Sedis eſſe*, viderique id Regnum præcipua quadam gratia à Deo benedictum, cuius & Rex, & Populus ſinceram ſemper fidem retinuiſſent, & ſingulare quoddam, eximiumque ſtudium in Eccleſias, præcipuè in Romanam, præſtitiſſent.

Demùm ad Franciſcum I. delapſus eſt Orator, eumque commendauit, quod ſpretis politicis commodis Regnum ab hæreſeon recentium infectione vindicaſſet.

[Quid hoc (inquit) commemorem perpetuas eius excubias, & cuſtodias ſanctiſſimę noſtrę Religionis? quæ cùm per hoſce ſex, & viginti annos ita iactaretur in hac, quam omnes meminimus, partimque etiam ſentimus, contrariarum opinionum quaſi ventorum tempeſtate, vix vt ſtatui poſſet, quid quiſque ſequeretur, id egit, quod pro ſua, & Maiorum ſuorum perpetua conſuetudine ſapientiſſimè potuit, quod enim acceperat, & ipſorum exemplo Apoſtolorum traditum, & à Catholicis Principibus ſemper obſeruatum, vt de ijs, quæ de fide vocarentur in quæſtionem, nihil à quoquam priuata auctoritate conſtitueretur, ſed Eccleſiæ potiùs iudicium, cui omnes ſtare oporteret, expectaretur, ita ſanè fecit, diligentiſſimè in omnes partes cauit, ne quid omninò in communi Eccleſiæ vſu nouaretur, cùm interea non deeſſent, qui multa cùm in doctrina Populi Chriſtiani, tùm in moribus, vitæque inſtitutis mutanda eſſe cenſerent, idque adeò tentare auderent, vt inquirerent eos, qui in dies noua perferrent. Sed ipſe omnes has cauſas veſtris Patres iudicijs reſeruauit, quamobrem, quo facilius id aſſequeretur (quamuis ſuoptè ingenio ad clementiam, ac lenitatem pronior eſſet, & etiam vel à ſingulorum hominum, quoad publica ſalus pateretur, pœnis abhorreret) coactus eſt interdum in tanta multitudine peccantium, & omnia miſcere, ac perturbare, niſi occurreretur paratorum, contra naturam ſuam eſſe ſeuerior, vt grauiora in illos edicta proponeret, ſi qui auderent priuata temeritate Eccleſiæ ſtatum conuellere, & ita perfecit cum ſua prouidentia, tùm Iudicum ſuorum incredibili in exequendis mandatis ſtudio, & vigilantia, vt in tanta repentè coorta tempeſtate, in qua difficillimum videbatur curſum tenere, facillimè eò quò intenderat peruenerit, cùm tamen multas ſæuiſſima hæc procella Ciuitates, imò verò (proh Dei immortalis fidem!) Nationes, genteſque totas vel euerterit, vel grauiſſimè certè afflixerit: pacatam dat vobis Patres ampliſſimam, nobiliſſimamque Prouinciam, nihil in ea nouum, nihil alienum, nihil non ex veteri more, ac diſciplina publicè introductum reperietis: omnia in illa vetera, doctrina, ritus, cæremoniæ, mores, inſtitia conſtant. Vos nunc de omnibus ea ſtatuite, quæ vera, quæ è Republica eſſe, quæ ad ſummam populi Chriſtiani concordiam, & ad Dei gloriam pertinere vobis videbuntur, ne quod adhùc magno piorum omnium animi dolore accidit, vltra eueniat, vt impuri Turcæ, nefarij Iudæi, & vtriſque importuniores non homines, ſed in hominum figura belluæ, noui quidam horum temporum Epicurei, qui omnem ex hominum animis tollere humanitatem, & Religionem conuellere de Mundo conantur, ſuo illo inceſto ore ſanctiſſimæ noſtræ pietati conuitium faciunt, & quod imperitis iure agere videantur, crebrò illud nobis exprobrent, *Vbi eſt Deus eorum?* Porrò autem cùm animaduerteret Chriſtianiſſimus Rex, quantam ſemper vim habuiſſet ad res continendas, eſſe vnum in Eccleſia Romana Epiſcopum, vtpotè Petri ſucceſſorem, reliquorum & auctoritate, & dignitate Principem, ad quem cæteri, vt ad caput referrentur, qua maximè re noſtra hæc in terris militans Eccleſia, illius in Cœlo triumphantis effigies quædam agnoſceretur, non minore cura, ac ſtudio prouidit, ne qua inde ſeceſſio defectioue vllam ob cauſam accideret: in quo, vel clariſſima Regia virtus, & conſtantia enituit. Sæpiùs enim omni ratione tentatus, & multis inuitatus, nec his vulgaribus commodis, vt aliquid auderet aliquando, nec editum ab altero exemplum dubitaret ſequi, perſtitit in ſententia, vt quorumdam propterea finitimorum amicitiam deſiderarit, eaque re parum ſit ſuorum quieti, & otio conſulere viſus, ſed maluit maximo, & excellenti animi robore, ac pietate præditus iuſtum bellum, quàm inhoneſtam pacem.

Poſt autem, vt certior primùm eſt factus conuentum Chriſtiani nominis vniuerſi hanc in Vrbem indictum eſſe à Paulo III. Pontifice Maximo, in quo de tantis Eccleſiæ incendijs communi tandem conſilio reſtinguendis ageretur, iamque eò aliquot paruo numero, ſed & ſapientia, & ſanctitate præſtantiſſimos Patres præmiſſos, qui ea, quæ Concilio neceſſaria viderentur, ante prouiderent, compararent, adminiſtrarent; ſibi non defuit, quin còdem delectos è ſuis Epiſcopos mitteret communium participes curarum, & ſocios futuros: denique aliquo ſatis magno temporis ſpatio interiecto, & rem ſeriò agi, & confeſſionibus duabus, tribuſue, aliquot iam auctoritate veſtra perſcriptas eſſe leges allatum eſt, qui illùc vſque omnia feciſſet, quæ Principem & re, & nomine Chriſtianiſſimum decerent, minimè iudicauit conuenire, ſuum in re tàm neceſſaria, tamque & à ſe, & ab omnibus bonis ſemper exoptata officium non præſtare. Itaque qui multo libentiùs (ſi Regni negotia id pati potuiſſent) feciſſet, vt hìc adeſſet, vbi tot ſanctiſſimos Dei Sacerdotes Diuino, vt credi par eſt, ſpiritu afflatos maximis de rebus conſiſtentes videret, quorum in vultu, geſtu, oratione acquieſceret, ſed quod proximum erat, Legatos, Procuratoreſque ſuos, & voluntatis interpretes nos miſit, cum his mandatis, quæ ego nunc vniuerſim tantùm, ſummatimque exponam.

123 Hæc eſt mandatorum Chriſtianiſſimi Regis ſumma: etſi minimè dubitat, quin vos, omnia, de quibus conueniſtis, quæque ab hoc ſanctiſſimo Concilio expectantur, ſummo ſitis per vos ſtudio acturi, à vobis tamen pro ſua pietate in Deum, obſeruantia in hunc ordinem, & in populum Chriſtianum vniuerſum charitate petit. Primùm, vt pacis, concordiæque cauſa, ac ne ampliùs non ſolùm imperitę, imbecillęque multitudinis, ſed quorumdam etiam robuſtorum (licèt leuium) mentes fluctuent, & in diuerſa, ac contraria ferantur, quæ res Eccleſiæ ſtatum perturbet, & tanquam vnitatem abrumpat. De doctrinis ea ſemel conſtituatis, publicèque proponatis, quæ omnes vbique Chriſti fidem profeſſi ſequantur, teneant, credant; nec enim fieri poteſt, vt alia ex re vlla maior exiſtat animorum diſiunctio, reique publicæ perturbatio, quàm ex ſententiarum, quæ de Religione habeantur, diſſidio, vt non libentiſſimè omnes aſſentiantur ijs, quæ vos auctore Deo, qui huic loco præſidet, ſanctiſſimo Dei Spiritu comprobaueritis.

De-

Deindè cùm omnia Eccleſiæ mala, & incommoda ex eo fonte profluxiſſe multis videantur, quod omnium penè ordinum Miniſtri Eccleſiæ ab illa priſcorum temporum ſanctitate, & innocentia plurimùm deflexerint, vt vix tenue eius veſtigium iam appareat; ideò vos rogat, & obteſtatur, vt vitæ, morumque in Eccleſiaſticis perſonis diſciplinam acerrima ſacrorum Canonum norma dirigatis: ita enim fiet, vt hic ordo, qui prælucere cæteris & ad doctrinam, & ad vitæ exempla deberet, nunc autem maximo Reipublicæ malo, ob plurimas quorumdam labes, & maculas vulgo eſt deſpectiſſimus, longo interuallo priſtinum ſuum ſplendorem, dignitatemque obtineat; ex quo illud mox conſequetur, vt cùm tanta iam eſſe cœperit in ordine auctoritas, quanta eſſe in moderatoribus, magiſtriſque vitæ deberet, latiùs ſe fundat vtilitas, vt quæ in præclarum Dei populum, id eſt eos, quos propterea Maiores noſtri Clericos appellarunt, priuatim ſanxeritis, eadem valeant in omnes, nulluſque iam in toto corpore Eccleſiæ næuus, nulla labes, nulla ruga, quæ quidem Sponſum queat grauiùs offendere, relinquatur. Agite ergò, excitamini per immortalem Deum aliquando Patres, & in cauſam tantam, tàm grauem, tàm neceſſariam toris pectoribus, animiſque incumbite. De doctrinis, de moribus ea ſtatuite, ac decernite, quæ ſapientiſſimus ille huius moderator Concilij Spiritus vobis ſuggeſſerit, quibuſque populus omnis Chriſtianus, ac Chriſtianiſſimus, quaſi certiſſimis ab ipſo Deo editis miraculis libens pareat: ea certè, vt in Gallijs, totoque Francorum Imperio obſeruentur. Chriſtianiſſimus Rex pro ſua pietate curabit. Has ſibi ille partes depoſcit, veſtrorumque ille decretorum curam, patrocinium, propugnationem, profitetur. In eam omnes Regiæ poteſtatis neruos intendet, gladij etiam, quem à Deo porrectum ad malorum, vt ſanctiſſimus ait Apoſtolus, vindictam, bonorum verò laudem geſtat, vim, aciemque, ſi ita opus ſit, experietur. Denique cùm tanta eſſe conſtet Francorum Regum in Eccleſiam, & præcipuè Romanam merita, quibus Maiores veſtri, Summique Pontifices, quæ ampliſſima habuerunt præmia, ſemper tribuerint, à vobis hoc poſtulat, quod eſt profectò æquiſſimum, ea ſibi vt præmia conſeruetis, neque quidquam omninò imminui, aut mutari patiamini eorum, quorum in poſſeſſione cùm ille ipſe, cuius antea memini, Ludouicus Pius Caroli Magni filius, tùm alij deinceps Francorum Reges ſine vlla dubitatione, aut controuerſia, fuerint. Poſtremò, vt omnibus Galliarum Eccleſijs, quarum ipſe tutelam à Maioribus relictam, & commendatam habet, ſua omnia iura, priuilegia, immunitates confirmetis. Hæc ſi feceritis, erit cur & gratias vobis quàm maximas vniuerſi ex Gallia agamus, nec vos ita aut ſenſiſſe, aut feciſſe vnquam pœniteat.]

Ext. etiam in m. s. Arch. Vat. fig. num. 3195. pag 35. & p. 60.

Etmi. fig. n. 3232. pag. 197.

M. S. Arc. Vat. tom. 3232. p. 201.

133 Supraſcripta Oratione abſoluta Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis de Monte primus ipſius ſacri Concilij Præſidens, & Legatus reſpondit, conſenſu, & approbatione totius Synodi ſub infraſcripta forma.

[Sacroſancta Synodus, Regis Legati ornatiſſimi, magnam cepit ex aduentu Dominationum Veſtrarum voluptatem, atque lætitiam: libentiſſimè etiam audiuit ea, quæ de ſumma Galliæ Regum in Romanos Pontifices, Concilia, & Catholicam Eccleſiam pietate, & laboribus pro fide Chriſti tuenda, & amplificanda, ſuſceptis, comperta quamuis omnibus, & explicata, Dominationes Veſtræ luculenta Oratione recitarunt. Sciunt omnes ij ſanctiſſimi Patres, Chriſtianiſſimum Regem Franciſcum ab eius Maioribus nequaquam eſſe degenerem, fixumque in animo Diuinum illud eloquium habere: *Per me Reges regnant, per me Principes imperant, & Potentes decernunt iuſtitiam.* Itaque Dominationes Veſtras, quas præſtanti virtute præditas eſſe non ignorant, lætis amplectuntur, atque recipiunt animis. Regium mandatum in hoc loco lectum, & recitatum, quantum de iure debent, admittunt. Vt autem pax, & concordia, ſanaque & vera in Eccleſia doctrina ſtatuatur, omniaque Religionis diſſidia tollantur, moreſque deprauati emendentur, pro ſe quiſque, ſicut decet Dei miniſtros, & Apoſtolorum ſucceſſores, atque huius calamitoſi temporis neceſſitas exigit, Conciliorum duce, auctore, & gubernatore Spiritu Sancto inſpirante, maximè nitetur. Quòd verò Rex ipſe patrocinium, & cuſtodiam eorum, quæ ſacroſancta Synodus decernenda cenſuerit, ſe in ditionis ſuæ locis habiturum pollicetur, Maieſtati ipſius Synodus vniuerſa quas poteſt gratias agit. Cuius ſanè ingentium in Chriſtianam Rempublicam meritorum, priuilegiorumque Galliarum Eccleſijs conceſſorum, quantum publica vtilitas feret, rationem habebit, ità vt Rex ipſe Chriſtianiſſimus ſacroſancti Concilij propenſam in ſe voluntatem, ac ſtudium agnoſcere facillimè poſſit, nec ei vllo vnquam tempore cauſa futura ſit, vt ſuæ eum pietatis pœniteat.]

Deindè idem Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis de Monte poſt lectas, & recitatas ad inuocandum Spiritus Sancti numen preces conſuetas, rogauit Patres, vt proſequerentur examinationem articuli de Iuſtificatione: ſuper quo dixit ſententiam ſuam R. D. Epiſcopus Fanenſis. Poſtea dimiſſa fuit Congregatio.

124 Nonis Iulij X. XI. XII. & XIV. excutiendis acerrimè articulis de iuſtificatione data eſt opera, dictæque à pluribus Patribus ſententiæ; Epiſcopus verò Cauenſis in Congregatione generali decima ſeptima Iulij habita cùm in dicenda ſententia nonnulla verba cum veritati Catholicæ fidei parùm conſona protuliſſet, ab Epiſcopo Chironenſi correptus eſt: qua correptione ita excanduit, vt dimiſſa concione antequam Legati ex aula exijſſent in Epiſcopum Chironenſem petulantiſſimè inſiliens aliquos barbæ pilos euulſerit; ad quem dein coacta alia Congregatione, ad eum caſtigandum, anathema contraxiſſe pronuntiatus, & carceri in Monaſterio S. Bernardini addictus; licèt ipſe ſedata ira veniam flagitij depoſceret, atque etiam Chironenſis Epiſcopus læſus flexis genibus flagitaret, vt illi parceretur. De re tota certiore facto Pontifice, iuſſus eſt pelli è Concilio, exilioque Tridentinæ Vrbis mulctari: demùm anathemate ſolutus à Legatis, cùm reatum deflere, in ſuam Diœceſim amandatus eſt.

XXVIII. Iulij actum eſt in Congregatione generali à Cardinali à Monte de promulgando decreto de Iuſtificatione, verùm conſulti Patres ſeſſionem prorogandam cenſuerunt, de quo alia Acta hæc addunt.

Prorogatio Seſſionis VI. Concilij Tridentini ſub Paulo III. Pont. Max.

„ Gerente bellum Inuictiſſimo Carolo V. Im-

„ pera-

M.S. Arc. Vat. fig. n. 3232. p. 206. Ang. Maſ. in Actis Con. Trid. ex Arch. Vatic. fig. n. 3212. pag. 37. Seſſio ſexta prorogata.

peratore aduersùs Ecclesiæ hostes Lutheranos, eorum Ducibus Ioanne Friderico Saxone Electore, & Philippo Landgrauio Hassiæ, qui contra ipsum Cæsarem rebellauerant, & primi arma ceperant, ingentemque exercitum parauerant, ac propterea cùm iam omnia in Germania armis arderent, & dissensionibus, & tumultibus scaterent. Cæsari Summo Pontifice Paulo III. (vti Fidei Catholicæ, & Christianæ doctrinæ propugnatori) suppetias ferente: Nouatoribus rebellibus nonnullis alijs ipsius Germaniæ Principibus, & ex liberis Ciuitatibus quāplurimis fauentibus, milites, pecuniam, tormenta bellica, commeatusque submittentibus: Respublica Christiana in maximum discrimen adduci, sed in primis sacrum Concilium omni spe eius, quam intenderat restituendæ Ecclesiæ vnitatis destitutum videbatur. Quare Patres in tanta temporum perturbatione, non solùm ab inceptis rerum tractandarum discussionibus aliquantulū remorari coacti sunt, sed quod consilium capiendum foret ignorabant. Aduenientе itaque die XXIX. Mensis Iulij MDXLVI. quæ pro Sessione VI. celebranda fuerat constituta, cùm neque decreta super re tam ardua, nempè de Iustificatione, tàm præcipiti, ac turbato tempore præparari, neq; Patres ad ea publicanda quieto, ac pacato animo esse possent (cùm multò longius tempus, maior alia perquisitio, alia discussio, alia denique animorum quies ad ea decreta conficienda, atque decernenda requireretur) necessariò Sessio ipsa proroganda erat. Cumque Patres certi esse non possent, quo tempore, quaue die decreta ipsa ita absoluta essent, vt publicari possent, consentaneum, & opportunum visum est, vt dies incertus relinqueretur, ne iterum ad prorogationem faciendam, non absque indignitate deuenire necessum esset. Habita igitur in ipsa die XXIX. Iulij Congregatione generali, Sessio ipsa, quæ dicta die iuxta decretum in V. Sessione publicatum celebranda erat, prorogatur ad beneplacitum ipsius Sanctæ Synodi.

Adiecta sunt Præsulum, qui Congregationi interfuere nomina.

126 XXX. Iulij Congregatio generalis habita est, in qua Cardinalis de Monte, Vidi, inquit, vota Patrum, quæ quoniam mihi, & Collegæ meo æqualia videntur, propterea censuimus accelerandum esse, vt extrema manus huic decreto de Iustificatione imponatur, & deinde dies Sessionis præfiniretur.

MS. Arch. Vat. fig. n. 323. pag. 207. Acta Congreg. Conc. Trid.

M. S. Francisci Car. Barberini fig. n. 1759. pag 154.

At Giennensis: Nonnulli (inquit) Patres retulerunt mihi numerasse vota Patrum, & inuenisse, minorem partem sentire, vt dies certus præfiniretur. Quamobrem sententię maioris partis, non vestræ ordinationi standum est. Cui Cardinalis de Monte: Fateor ego numerum eorum, qui diem certam statuerunt visum in vno, aut altero excedere, sed non semper numerandæ sunt sententiæ. Mihi, inquit Giennensis, ex hoc irrogatur iniuria, quoniam ex hoc censetur esse meam sententiam debiliorem, quàm alterius, quamobrem afferantur sententiæ Patrum per Secretarium collectæ, & secundùm maiorem partem decernatur. Tùm ex responsione Cardinalis de Monte, qui suam in Concilio præsidentiam, & Pontificis intentionem plurimùm extollebat, Tridentinus paululum excitatus, vt magis blandè, piè, ac Christianè cum ipsis ageret, Cardinalem de Monte admonuit. Hic verò intrepido animo, à quocumque etiam minimo priuatim se corrigi & moneri paratum esse, in publicis autem Synodi conuentibus iuxta delegatam sibi à Pontifice auctoritatem, nemini tamquam Magistro sese numquam subiecturum professus est. De hac dicendi libertate excusari meritò potest Cardinalis Præses, quia Tridentinus semel & iterum ei dixerat, ne verbum proferret, cuius deindè pœniteret, quod sanè dictum minantis potiùs, ac imperantis, non Prælati in Synodo tantùm liberè loquentis speciem præferebat, tùm subdidit constanti animo: sciat ipse, nullas esse Tridentini etiam irati minas apud Cardinalem de Monte, cui vis quidem inferri potest, vt timeat autem non fac fieri potest, maximè vbi id officium exigat suum.

127 Multis iniectis additur in Actis: Secretarius legit vota Patrum dicta in hesterna Congregatione super certitudine, vel incertitudine diei Sessionis, inuentique fuerunt viginti septem, qui diem incertam probarent, viginti nouem, qui certam. Decernatur ergò, inquit Giennensis, secundùm vota maioris partis. Cui Cardinalis de Monte. Plura in hac materia concurrunt, quæ consideratione indigent; primùm, quòd sumus in rebus, quæ ad ordinem rerum conciliarium pertineant, quarum directio, & moderatio ad nos solos Præsidentes spectat, quorum est dirigere gesta Concilij, alioquin nihil differt, præsideat quisque, an subsit, si vbique omnium par est auctoritas; deinde cùm in rebus magna est controuersia, paruaque est in numero Patrum differentia, Legatorum Sedis Apostolicæ sententia ita ponderanda est, vt cuicumque parti adhæserit, stetur. Tertiò considerandum est, quoniam non est maior numerus eorum, qui diem certam volunt si rectè sententiæ perpendantur, quoniam plures dixerunt diem certam, dummodò intra octo dies, alij dummodò intra quindecim, alij dummodò intra tres menses, alij intra sex, quæ sententiæ cùm conditionales sint, nihil ponunt in esse, nihilque iuuant partem illam, nisi priùs statuatur dies ab ipsis nominata, quamobrem si hæ conditionales sententiæ submoueantur, remanebunt multò plures, qui diem incertam statuant, quàm certam, &c.

Dimissa Congregatione, statim Giennensis conuersus ad Cardinalem de Monte, petijt ab eo, vt vellet in bonam partem trahere verba, quæ ab eo dicta fuere, eique parcere, si in aliquo illum offendisset. Cui cùm annuisset Cardinalis de Monte, Tridentinus similiter fecit: verùm cùm Cardinalis de Monte capite parùm inclinato ei annuisset, indignatus Cardinalis Tridentinus, quòd non & verbis ei responderetur, dixit: Capiatis mea verba vt vultis, quoniam mea nihil refert, quomodo accipiatis, sum enim ego nobilis, Si nobilis es (inquit Cardinalis de Monte) ego ignobilis non sum, sed ibo ad locum, vbi nobilis mihi imperare non possit.

Nimiùm efferri se siuit Cardinalis Tridentinus inani nobilitatis generis iactantia, quam nobilitatem D. Gregorius Nazianzenus luteam vocat. Cùm verò Tridentinus & Giennensis, atque alij Cæsareæ Maiestati obnoxij Præsules vrgere, vel etiam cogere velle viderentur Legatos Apostolicos, vt potiùs Cæsareas, quàm Pontificias voluntates sequerentur, à Legatis de transferendo Concilio in Italiæ Vrbem non obnoxiam Cæsari cum Pontifice agi cœptum est, ex quo dissidiorum fonte proximo anno Tridentinū Concilium dissolu-

lutum viſuri ſumus. Cardinalis Ceruinus Tridento tunc abſens erat, vt Cardinali Farnefio Legato à Latere cum Pontificio exercitu in Germaniam proficiſcenti aſſiſteret, & Ronereti Oppidi Tridento proximi infirmitate detentus: itaque cùm altercationes inter Collegas ſuos in Synodo recenter obortas percepiſſet, maximo affectus dolore, Cardinali Tridentino inſinuare ſtuduit, vt ipſemet Imperatori neceſſitatem Concilij aliò transferendi ſignificaret, eiuſque conſenſum impetrare conaretur, & ita honori ſuo conſuleret: aliàs totam in ipſum culpã Patrum Tridento diſcedentiũ refundendã. Scripſit quoque ad Bernardinum Maffeum, qui Pontifici à Secretis erat, vt Paulum de his omnibus certiorem redderet: hanc prẽter cæteras, quas Sua Sanctitas nouit, occaſionẽ minimè amittendam; iuſtiſſimas eſſe cauſas, & ab omnibus etiam approbandas, quæ hinc cogunt diſcedere, non vt Concilium ſuſpendatur, ſed vt in locum cunctis Nationibus tutum tranſferatur; nullo modo ſperandum ad dogmatum, ac præcipuè ad Iuſtificationis deciſionem poſſe peruenìri, Germanis Patribus Cæſaris voluntati nimiùm fauentibus. Proſequitur idem Ceruinus in epiſtola referre, quod ipſe Tridentum quamprimùm reuerſus, vt turbatis rebus finem imponeret; cum Fanenſi Epiſcopo egiſſe, vt Cardinalem Tridentinum ad impetrandum eius opera ab Imperatore aliò Concilium transferendi conſenſum adhortaretur; ne ipſi cauſa huiuſmodi receſſus adſcribi retur; etenim iniuria, qua Legatum, & Concilij Præſidem afficerat, nota omnibus, coram Oratoribus Gallis, & tota Synodo illata erat. Subijcit mox Epiſcopum Fanenſem Cardinali Tridentino hæc omnia renunciaſſe, qui non modò de prudenti dato conſilio ſibi gratias retulerit, verùm etiam ipſum Fanenſem cum Nicolao fratre ſuo mittere decreuerit ad Imperatorem, quod iam operi mandauerat. Interim Suam Beatitudinem decernere poſſe, quomodo ſe gerere debeat in eo rerum euentu, & locum deſignare ad Concilij proſecutionem. Lucam tamen ipſe ſummopere approbabat. Verùm Pontificis mens ante has turbas in tranſlationem valdè propendebat; quare Legatis facultatem per Breue conceſſit Concilium aliò transferendi, quotieſcumque maior Patrum numerus aſſentiretur; quorum etiam arbitrio locum relinquebat, Ferrariam tamen, Senam, & Lucam ſibi præcipuè placere ſignificauit. Certior factus Imperator de hac Concilij transferendi tractatione, antequam Fanenſis ad eum peruenìret ira excanduit, adeò vt eum Legatis aſperè de hac re expoſtulare ſuo Oratori præceperit, & præcipuè cum Cardinale Ceruino, qui huius rei auctor credebatur. De quo ſic Acta Conciliaria tradunt.

Diar. Con. Trid. m.s. Archiui Vat. pag. 163. Imperatoris minæ contra tractantes de tranſlatione.

,, [XII. Auguſti Illuſtriſſimus D. Didacus à ,, Mendoza venit ad Reuerẽdiſſimos Legatos, do- ,, cuitque de mente Imperatoris, qui non vult, vt ,, Concilium ex Tridento transferatur. In maxi- ,, mo periculo ſunt res Chriſtianitatis: vndique ,, profectò ingentia mala imminent: ex vna enim ,, Imperator non ſolùm dicit, quòd non vult, ,, quod Concilium ex Tridento diſcedat, ſed e- ,, tiam minatur, ſi aliquis loquatur de tranſla- ,, tione, & præſertim minatus eſt Reuerendiſſi- ,, mo Cardinali S. Crucis, cui impingunt, quòd ,, cupiat, & agat, vt Concilium hinc tranſfera- ,, tur, contra quem Cardinalem adeò prorupit ,, in iniurias, & iurgia, & minas Imperator, vt ,, nunquam contra aliquem talia dixerit. Ex al- ,, tera verò, ob imminentia bella locus iſte tu- ,, tus non eſt, & vndique Lutheranis circumual- ,, latus & ruſticis, qui etiam contra proprium ,, Epiſcopum non ſemel machinati, & graſſati ,, ſunt, ne dicam de rerum omnium in hac Ci- ,, uitate penuria, ſterilitate, & loci anguſtia, ,, Deus igitur faxit, vt quòd Reipublicæ Chri- ,, ſtianæ expedit, & Dei gloriam concernit, ,, fiat.

128 Indigna Cæſarei Oratoris exambientis Eccleſiaſticum imperium ſubijcere Cæſareo inſolentia aſperauit magis Legatorum animos, vt Pontificem vrgerent ad Conciliũ Tridento tranſferendum in Italiam, vt eorum literæ ad Cardinalem Camerarium oſtendunt. [Nos expedire ,, iudicamus firma fronte, & animo conſtanti ,, tranſlationem Concilij executioni mandan- ,, dam eſſe; cùm certum ſit Trideti non diù ,, poſſe permanere: ideòque ſi hic repugnante ,, natura retinere quis velit, diſſolutio neceſſa- ,, riò, & alia abſurda ſequentur, & ſi Sua San- ,, ctitas iſtis comminantibus vili animo cedat, ,, Epiſcopus non eſt, qui in futurum nec verbum ,, pro nobis loquturus ſit, nec Imperatori, & ſuis ,, Miniſtris oppoſiturus.] At dein Legatorum animi ſedati ſunt ob Cæſaris modeſtiam obſeruantiamque erga Legatos: nam cùm ad Imperatorem peruenìſſet Cardinalis Farnefius, queſtuſque eſſet de iniurijs, verbiſque minacibus ab Oratore profuſis contra Cardinalem Ceruinum, negauit Imperator dediſſe Oratori ea imperia: tùm addidit, ſi ex Pontificis voluntate tranſlatio Concilij fieret, eum inuidiam ac reatum omnium malorum, quæ inde emergerent, ſuſcepturum, ſuamque conſcientiam oneraturum: ſi verò Præſules Imperij ſui, ac Regnorum tranſlationi cauſam præberent, ſe in eos animaduerſurum. Poſuere igitur iras Legati, ſilentioque tranſlationem preſſa, ad damnandas Lutheranorum, aliorumque impiorum hæreſes flagrantiſſima ſtudia conuerterunt, vt Acta manuſcripta denotant.

,, 129 [XIII. Auguſti in Congregatione ,, generali Cardinalis de Monte (inquiunt Acta) ,, admonuit Patres, vt bono eſſent animo, ni- ,, hilque timerent (nam multi ob hos tumultus ,, bellicos ex Tridento diſcedere decreuerant) ,, neque ex Concilio recederent, ſed permanere ,, vellent vnà cum ipſis Reuerendiſſimis, & Il- ,, luſtriſſimis Dominis Præſidentibus, quibus ,, ſalus, & ſecuritas cuiuſlibet ex Patribus ita ,, erat cordi, & curæ, atque propria: deinde ,, propoſuit examinandum decretum de Iuſtifi- ,, catione à Dominis Deputatis confectum.] De quo iterùm Patres XVII. Auguſti ſententias dixere, decreuereque, vt Pontificiæ Indulgentiæ propoſitæ oraturis pro fælici ſucceſſu expeditionis Cæſareæ contra Lutheranos promulgarentur, ac XIX. Auguſti ſolemnis ſupplicatio inſtructo agmine Religioſo à Patribus Tridentinis celebrata eſt.

M. S. Arch. Vat. ſign. 3232. pag. 208. 1586.

,, [XXVIII. Auguſti in Congregatione ge- ,, nerali Præſides Legati conſuluere Patres, an ,, decidenda quæſtio de certitudine gratiæ, ,, quę etiam inter Catholicos vertitur, an verò ,, ſolummodò damnanda ſit aſſertio Lutherano- ,, rum. Placuit maiori parti damnandam tan- ,, tùm eſſe aſſertionem Hæreticorum, qui dicunt ,, iuſtificatum teneri ex fide ad credendum, ſe ,, eſſe in gratia Dei, quod niſi certò credat, non ,, eſſe iuſtificatum.]

M. S. Arc. Vat. ſig. n. 3232. pag. 213. In Diario Con. Trid. auctore Ang. Maſſarello. ms. Arch. Vatican.

XXIII. Septembris in generali Congregatione De-

M. S. Car. Barb. fig. num. 23. p. 63. & aliud m. s. Card. Pij.

Decreti noua formula propoſita, excuſſaque, necnon die XXVII. Septembris, ac XXIX., & I. Octobris, ac II. & V. & VI. quo die errores Lutheranorum circa iuſtificationem collecti, atque in medium adducti fuere, vt grauiſſimo examine diſcuterentur.

Errores Lutheranorum circa Articulum de Iuſtificatione collecti à R. D. Epiſcopo Minoricenſi, & lecti in Congregatione 6. Octobris 1546.

M. S. Arc. Vat. fig. n. 3349. pag. 109.

130 Baptiſmo non tolli peccatum, ſed ſolam imputationem.

Solam fidem ſufficere ad ſalutem.

Opera nullo modo iuſtificare.

Euangelium pugnare cum Lege.

Deum præcepiſſe impoſſibilia.

Iuſtum in omni bono opere peccare, etiam dum orat.

Omne opus optimè factum eſſe peccatum, & mortale quidem, niſi Dei miſericordia fiat veniale, licèt alibi inter veniale, & mortale non faciat differentiam: ſed dicunt. Theologi, qui differentiam inter mortale, & veniale docent, ad inſaniam perditiſſimè nituntur torquere conſcientias hominum.

Homo Chriſtianus continuò per Chriſtum liberatus eſt à Lege Dei.

Decem præcepta non pertinent ad Chriſtianos, ſed ad ſolos Iudæos.

Nihil eſt præceptum à Deo in Euangelio.

Opera Deus nihil curat, nec eis indiget.

Opera nihil omninò ad ſalutem, aut ad iuſtitiam valent.

Sola fides Chriſti neceſſaria eſt, qua iuſti ſimus: cætera autem liberrima ſunt, neque præcepta, neque prohibita.

Nulla peccata poſſunt hominem damnare, etiamſi velit, niſi ſola incredulitas.

Nulla eſt iuſtitia niſi fides.

Opera quæcumque ante charitatem facta, ſunt peccata, & damnabilia, & indiſponentia ad gratiam.

Opera nihil ſunt, aut ſunt etiam æqualia, quantum ad meritum attinet.

Omnia debet operari homo pro alijs, & non pro ſe, quia ſolùm alijs viuit, non ſibi.

Sola vltima duo decalogi præcepta à nullo quocumque Sancto aliquo modo implentur, cætera alia implentur, ſed in his manent rei, & peccatores.

Præcepta duo vltima decalogi non habent rationem peccati, & ideò non ſunt confitenda.

Omne præceptum Dei magis eſt poſitum, vt oſtendat præteritum, & præſens peccatum, quàm vt futurum prohibeat.

Bona opera non ſaluant nos, mala non damnant.

Tam peccata, quàm bona opera damnant, ſola gratia ſaluat.

Nulla res tàm bona, nulla tàm mala, quæ non in bonum mihi conuertantur, ſi credidero.

Doctrina operum neceſſariò fit doctrina Dæmoniorum:

Caueamus à peccato, ſed multò magis ab operibus bonis, quanto ſceleratior es, tanto citiùs Deus gratiam infundit.

Chriſtus non eſt Legiſlator.

131 VIII. die Octobris in generali Congregatione Hieronymus Seripandus Auguſtinianorum ſummus Magiſter, poſteà Cardinalis, ſententiam dixit his conceptam verbis.

Statum quæſtionis hunc eſſe aiunt, vtrum nos, qui iuſtificati ſumus apud Diuinum Tribunal, iudicandi ſimus ex vna tantùm iuſtitia operum noſtrorum prodeuntium ex charitate, quæ in nobis eſt; an duplici iuſtitia, noſtra ſcilicet prædicta, & iuſtitia Chriſti ſupplente imperfectionem iuſtitiæ noſtræ?

Dicunt reſpondendum eſſe in hac re non ſpeculatiuè, ſed practicè. Statuatur ſcilicet peccator ante Tribunal Dei, & interrogetur, an velit iudicari ſua iuſtitia tantùm, & in ea fide? an & iuſtitia Chriſti eius imperfectionem ſupplere? cùm Auguſtinus dicat, Væ homini vitæ quantumcumque laudabilis, ſi remota miſericordia diſcutiatur, quod & Bernardus ſentire videtur.

Secundò, Iuſtitia Chriſti noſtra dicitur, non quòd nos informet, ſed quòd per Sacramenta nobis communicetur, vt noſtram ſuppleat imperfectionem; quemadmodum, quæ pro defunctis agimus, defunctorum dici poſſunt, quoniam noſtræ charitatis vi illis proſunt, & quod illis deeſt, ſupplemus.

Hac aſſertione ſtatuitur ſatisfactio, quia ſi nulla eſſet, quomodo eius imperfectio poſſet ſupplèri per ſatisfactionem Chriſti?

Item, ſtatuitur Purgatorium, quia non agimus, inquit, de animę glorificatione, ſed de iudicio. Animæ enim Purgatorij certæ ſunt de ſua ſalute, & ſi diceretur, noſtra imperfectio ſuppletur iuſtitia Chriſti, quid ampliùs purgatione egemus? Reſpondent, quod ſuppletur non vſque ad glorificationem, ſed ad iudicium, an ſcilicet digni iudicemur purgari in Purgatorio? (Et infrà.)

Aiunt nonnulli, Iuſtitia fidei dicitur, quia fides prima datur &c. Quanto veriùs Auguſtinus, quem docta ſequitur Theologorum Schola, qui iuſtitiam fidei comparatione ad actum credendi, atque ad actum iuſtificandi, non ad ordinem accipiendi definiuit dicens, Iuſtitia ex fide eſt, quæ credimus iuſtificari, hoc eſt, iuſtos fieri gratia Dei per Ieſum Chriſtum, vel quia credimus iuſtitiam nobis diuinitùs dari, non noſtris viribus in nobis fieri, cui iuſtitiam ex Lege oppoſuit, & eius eſſe definiuit, qui arbitrij ſui viribus Legem impleturum eſſe confidit, nec fide recurrit ad ſpiritum viuificantem, ne reum factum litera occidat &c.

132 Plura alia addidit, quæ eò ſpectabant, vt admoneret Patres, vt quàm oculatiſſimi eſſe vellent, ne dum Lutherum, & cæteros ſequaces damnare cupiant, etiam noſtros Catholicos damnent, inter quos Contarenus, & Ægidius Cardinales ſibi hoc decreto damnari videbantur, & cum ipſis Albertus Pighius, & alij plures.

Acta Cōg. Con. Trid. m. s. Pran. Car. Barb. fig. num. 1799. p. 165.

,, [Neque (inquit) timendum eſt, per huiuſmodi opinionem, ſatisfactioni, & bonis operibus detrahi, quoniam ſi rectè inſpicimus ipſas maximopere confirmat. Niſi enim aliquid eſſent coram Tribunali Dei, aſſerendæ non eſſent, & gratia, quam per Chriſtum meruimus, non poſſet vti, quæ non eſt incrementum dare, quemadmodum Auguſtinus dixit ijs, qui propterea quòd viderent ipſum magnificientem gratiam, dicebant, ipſum negare liberum arbitrium. (At ille inquit) Dum maiorem gratiam facio, tunc maximè liberum arbitrium magni facio, quod niſi adeſſet per gratiam augeri nequiret. Neque rurſus timendum eſt, per hanc ipſam opinionem Purgatorium negari, aut infringi, nam ſi ita eſt, ego omnium primus damnare illam cupio, ,, ſed

Digitized by Google

,, ſed quæſo aduertatis, quoniam non dicitur, ,, quòd ſtatim ac quis ſe præſentat Tribunali ,, Dei, offerens nedum merita propria, ſed & ,, Chriſti, plenè iuſtificatum, vt ſtatim ad glo- ,, riam aſſumatur, ſed ita dicimus, etiam homi- ,, nem iuſtificari, vt dignus habeatur, qui in ,, Purgatorium mittitur pro ſatisfactione pœ- ,, narum temporalium: nam certum eſt, omnes, ,, qui in Purgatorio ſunt, iuſtificatos eſſe ex eo, ,, quòd certi ſunt de gloria Cœleſti, ſibi aliquan- ,, do debita poſt luitionem pœnarum tempora- ,, lium.

Addidit ſe hæc Patribus dixiſſe, non vt ita ſentiret, ſed vt totam rem ob oculos ſanctæ Synodi iudicandam proponeret, in hoc ſe ſaltem Synodo ſatisfeciſſe dicens, ne ſcilicet tot Patres inauditi per Synodum damnarentur.

133 XI. Octobris coacta Congregatione generali Cardinalis de Monte ita Patres affatus eſt: ,, [Inter alia, quæ in ipſo Decreto de Iuſtifica- ,, tione conſideranda occurrunt, præcipui ſunt ,, illi duo articuli de Iuſtitia imputatiua, & cer- ,, titudine gratiæ: videri ſibi ante omnia hos ,, duos articulos benè examinandos, cùm à Pa- ,, tribus, tùm etiam à Theologis minoribus, vt ,, inde magis veritas eluceſcat, & imponatur fi- ,, nis controuerſijs, & contentionibus, quæ ſu- ,, per eiſdem articulis paſſim non ſolùm inter ,, Hæreticos, ſed etiam Catholicos verſantur, ,, quod cùm ab omnibus laudatum fuiſſet, de- ,, cretum fuit habendam Congregationem Theo- ,, logorum minorum.]

M.S. Vat. fig. num. 3232. pag. 216.

Acta Cong. Con. Trid. M.S. Frā. ciſci Card. Barberini fig. num. 1799. p. 168.

XII. Octobris in Congregatione generali Reformationem (inquit Cardinalis de Monte) nemo quàm nos magis vnquam concupiuit, ſcimuſque etiam S. D. N. non minùs cordi eſſe, quàm nobis, & vnicuique veſtrum: & in primis hanc, quam nonnulli notauerunt, auaritiam extirpare, quantum poſſumus, nobis in animo eſt, qua in re non parum faciemus, ſi Veterum ſtatuta obſeruauerimus, nempè vt omnium Eccleſiaſticorum prouentuum quatuor partes faciamus, quarum vna pauperibus Chriſti detur, altera Clero, tertia fabricæ Eccleſiæ impendatur, reliquam verò dumtaxat noſtris neceſſitatibus reſeruatam eſſe ſciamus. Quod ad ambitionem attinet, & id reſeruandum erit, ſed hæc pars non minùs ſæculares Principes, quàm Eccleſiaſticos tangit, quoniam & Imperator, & Gallorum Rex in Eccleſijs, in quibus eligendi ius habent, coërcendi erunt.

De titulo verò Decreti, videlicèt illa verba, Vniuerſalem Eccleſiam repræſentans addenda nè ſint in præfatione ipſius decreti, ſtatueram, me nihil velle dicere, ſed in eorum gratiam, qui tunc non interfuerunt, cùm hæc controuerſia à quibuſdam ſuſcitaretur, & maximè Oratorum Chriſtianiſſimi Regis, ſpecialiter aliqua dicere cogar, & in primis, quòd hic, de quo agitur, titulus nunquam ab antiquis Concilijs vſurpatus fuit: Conſtantienſe Concilium primò hoc titulo vſum eſt, ſed eo tempore, quo nullus indubitatus Pontifex maximus eſſet, & poſtquam Ioannes XXIII. qui maiorem Papatus partem obtinebat, Papatui ceſſerat, quod quidem Concilium nihil commune habet cum iſto ab vnico, & indubitato Papa indicto. Baſileenſis verò Synodus quàm ſæliciter hoc titulo vſa fuerit, vos omnes ſcitis. His omnibus, alijſque multis rationibus, cùm de re huiuſmodi aliàs ageretur, dictum fuit ab hoc titulo abſtinendum eſſe, niſi aliter & Legatis, & Synodo quandoque videretur, idque ab omnibus (paucis exceptis) firmatum fuit, quorum qui ſua in opinione permanſerunt, id etiam in ſeſſionibus firmauerunt, quod & nunc (ſi ita eis videbitur) facere poterunt, quoniam nos cùm neque rei, neque tempori neceſſarium eſſe huiuſmodi titulũ cognoſcamus, vt apponatur, volumus (niſi tamen vobis videatur) illis verbis & hoc addendum ,, eſſe. [Vniuerſalis Synodus vniuerſalem Ec- ,, cleſiam repræſentans à S. D. N. qui vnicum ,, in Eccleſia militanti caput eſt, & Chriſti Vi- ,, carius, legitimè conuocata eſt] quo caſu facilè patiar addi verbum vniuerſalis Eccleſiæ. Addo etiam quòd ſiuè exemplum Conſtantienſis, ſiuè etiam Baſileenſis Synodi accipiamus, neutrum caſui noſtro deſeruiet, quoniam in ijs omnibus conſentientibus titulus vniuerſalis Eccleſiæ appoſitus fuit, & hic nedum aliqui contradicunt, ſed longè maior pars.

134 XV. Octobris in Theologorum Congregatione diſcuſſi ſunt articuli controuerſi de Iuſtitia imputatiua, & certitudine his conceptis verbis.

M.S. Arc. Vat. fig. n. 3232. pag. 217.

Diarium Con. Trid. m.s. Arch. Vat. epi. 47.

M. S. Franciſci. Car. Barb. fig. num. 23. p. 66. & aliud m.s. Card. Pÿ.

Articulus de Iuſtitia imputatiua.

,, [Vtrum iuſtificatus, qui operatus eſt ope- ,, ra bona, ex gratia, & auxilio Diuino, à me- ,, ritis Paſſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti pro- ,, fecto, ita vt retinuerit inhærentem iuſtitiam, ,, præſentans ſe cum illa ante Tribunal Chriſti ,, cenſendus ſit ſatisfeciſſe Diuinæ Iuſtitię ad me- ,, ritum, & acquiſitionem vitæ æternę. An ve- ,, rò cum hac inhærente iuſtitia opus inſuper ,, habeat miſericordia, & iuſtitia Chriſti, hoc ,, eſt merito Paſſionis eius, quo ſuppleantur de- ,, fectus ſuę iuſtitię, quę iuſtitia Chriſti com- ,, municetur ex Diuina diſpenſatione, ſecundùm ,, menſuram Fidei, & Charitatis.

Articulus de certitudine gratiæ.

,, Vtrum aliquis poſſit eſſe certus de ſua ade- ,, pta gratia, ſecundùm præſentem iuſtitiam, & ,, quo genere certitudinis?]

Habitæ ſunt pluribus diebus à Theologis concertationes in eorum Congregationibus, in quibus addunt Acta ab Angelo Maſſarello ſcripta. ,, [Loquuti ſunt triginta ſeptem Theologi, quo- ,, rum quinque tantùm tenuerunt eſſe neceſſa- ,, riam nouam applicationem iuſtitiæ imputa- ,, tiuæ, reliqui omnes cenſuerunt iuſtitiam inhę- ,, rentem ſufficere.

,, Quo verò ad certitudinem gratię viginti ſu- ,, pra vnum fuerunt in ſententia, quòd homo iu- ,, ſtificatus poſſit in aliquo caſu, ſine certitudine ,, fidei, ſcire ſe eſſe in gratia Dei: quatuordecim ,, autem tenuerunt, quod in nullo caſu homo ,, (quantumuis iuſtus) ſcire poteſt certitudine ,, fidei, ſe eſſe in gratia, & inter hos omnes ,, Theologos duo fuere neutrales, facilè huic, ,, vel illi parti adhærentes.]

M.S. Arc. Vat. fig. n. 3232. Ib. p. 223.

XXIX. Octobris in Congregatione generali Cardinalis de Monte Patribus retulit, quæ acta ,, fuiſſent, tùm addit [Propterea ad euitandas ,, contentiones, & ſcandala videretur conſultius ,, eos damnare ſecundùm aſſertionem Hæreti- ,, corum: ſuper qua re ſententijs rogatis placuit ,, maiori parti, vt ij articuli damnentur, prout ,, à Lutheranis aſſeruntur, & nihilominùs ſuper ,, ijs, in examinatione decreti de iuſtificatione ,, Patres ſententias dicant.

,, XXXI. Octobris Cardinalis Polus tertius ,, Præſes Concilij ob aduerſam valetudinem abijt ,, è Legatione cum bona Pontificis venia, An-

Digitized by Google

M.S.Car. Barb. fig. num. 13. M.S.Arc. Vat. fig. n. 3232. pag. 224. & ſeq.

,, tonius Maria de Monte, & Marcellus Tit. S. ,, Crucis remanſere.]

IX. Nouembris vocatur in examen decretum cum duobus articulis de Iuſtificatione, & certitudine gratiæ, ac 18. Præſules ſententias dixere; die ſequenti alij duodecim. 12. Menſis alij ſex. 13. Nouembris octo alij, habiteque duodecim aliæ Congregationes generales in eadem controuerſia, ac rurſus decretum, & cenſuræ de eadem in pluribus alijs excutiuntur, reliquo anni decurſu.

Aug. Maſ. in Diario Con. Trid. m.s. Arch. Vatic.

,, [XVIII. Decembris (inquit Angelus Maſ- ,, ſarellus) fit Congregatio Theologorum Prælatorum, qui diù diſputarunt in inueniendo ,, perpetuo conſenſu Eccleſiæ in interpretandis ,, illis verbis Pauli; *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem*, & concluſum, vt inueniantur verba, quę ponantur in decreto in VII. cap, ,, quæ ad omnem iuſtificationem referri poſſint, ,, ſcilicet primam, id eſt, diſpoſitionem, ipſam ,, iuſtificationem, & incrementum ipſius, quod ,, propoſitum fuit à Reuerendiſſimo Domino ,, Cardinale S. Crucis, & ab omnibus approbatum eſt.]

M.S. Arc. Vatic. fig. n. 3232. pag. 238. Diar. Con. Trid. auct. Ang. Maſ. m.s. Arch. Vatic. in act. Congr. gen. pag. 150.

XXI. Decembris fit Congregatio Theologorum Prælatorum, quibus proponuntur verba declarantia, verba Pauli dicentis *per fidem ſine operibus legis hominem iuſtificari*, quæ ſunt.

Per fidem autem ideò iuſtificari dicimur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, ac radix omnis iuſtificationis; nam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum Dei conſortium peruenire; quæ verba fuerunt examinata, & tandem ab omnibus approbata.

M. S. Franciſ. Car. Barb. fig. n. 23. & aliud m.s. Card. Pij.

135 XXII. Decembris laborarunt Prælati Theologi in inueniendo perpetuo conſenſu Eccleſiæ in interpretatione verborum Pauli, cùm dicit *gratis ſine operibus nos iuſtificari*, & omnes tandem conſenſerunt in infraſcripta verba: Gratis verò igitur iuſtificari dicamur, quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiam meretur.

,, [XXIII. Decembris concordarunt, vt ma- ,, nerent in decreto hæc verba, finalis cauſa, glo- ,, ria Dei, & Chriſti, ac vita æterna. (Et paulò ,, poſt) Egerunt magna diſceptatione, an fi- ,, des habere debeat aliquem locum in ipſis cauſis ,, iuſtificationis. Et quia Patres concordare ,, non poterant, differtur deciſio huius quæſtio- ,, nis XXVIII. Decembris. (Et mox) Conclu- ,, ſum concorditer, quòd in nullam cauſam ſit ,, ponenda fides, ſed ſatis ei tributum ſit in ver- ,, bis decreti pluribus in locis.

MS. Car. Spad epi. 28. Decēb. fom. 210.

In Congregatione vigeſima nona Decembris celebrata, decreta fuit dies ſeſſionis ad decimam tertiam Ianuarij anni proximi futuri, de quo ſic inquiunt Legati in Epiſtola ad Cardinalem Farneſium. Illi qui ſeſſionis decretum non approbarunt, fuere ferè omnes illi, qui Iulio præterito ne ſtabiliretur, totis viribus contenderunt, ſexdecim fuerunt, & quinquaginta Indictionem ſeſſionis approbauerunt.

M. S. Arch. Vat. fig. num. 3232. pag. 240. Acta Cong. Concily Trident.

XXX. Decembris in Congregatione generali actum eſt de reſidentia, in qua inquiunt Acta [Cardinalis Giennenſis hora cum dimidia de materia reſidentiæ eruditè, & copioſè diſſeruit. Eius Orationis ſumma hæc fuit, reſidentiam eſſe de iure Diuino, quod maximè ex Caietano comprobauit, & Epiſcopos non reſidentes ab Auguſtino pro non Epiſcopis haberi, ſed pro canibus, à Damaſo verò Papa meretricibus comparari, quæ partus ſuos alijs educandos tradunt, vt poſſint luxuriæ, & voluptatibus indulgere; cùm idem quoque faciant Epiſcopi non reſidentes, quoniam populum ſibi commiſſum, vt voluptatibus, & genio indulgeant, alijs regendum tradunt. Quamobrem ſtatuendum eſſe reſidentiam de iure Diuino eſſe. (Et mox) Cui conſequens eſt reſidentia Parochorum, ſine quibus Parochis vix eſt, vt Epiſcopus muneri ſibi commiſſo par eſſe poſſit; ſe ſcire affirmans, nullos ferè hodie Parochorum reſidentiam facere, quorum aliqui, quòd exempti ſint, alij quòd Curiales, alij quòd licentiam habeant, & alij alijs de cauſis, ita vt omnis populus Curatis commiſſus, non per ſe, ſed per mercenarios paſcatur, quorum proprium eſt negligere gregem, Paſtoris autem mori (ſi opus ſit) pro ouibus ſuis &c.

M.S.Arc. Vat.. fig. n. 3232. pag. 241.

XXXI. Decembris Prælati Theologi in Congregatione ſua excuſſere ea verba (Iuſtificati in ,, dies magis renouantur.) [Cùm aliqui du- ,, bitent, quòd ex eis innuatur, aliquid reatus re- ,, manere in homine poſt Baptiſmum, quod in ,, dies in ipſo iuſtificato innouetur, quod ta- ,, men falſum eſt: ſed exquiſitis ſententijs pla- ,, cuit vt manerent, cùm re vera iuſtificati in ,, dies renouentur, id eſt magis iuſtificentur, & ,, ex iuſtitia creſcant, & gratia augeatur, iuxtà ,, illud, *qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc*, & il- ,, lud, *ne veraris vſque ad mortem iuſtificari*. ,, Item diſcurſum fuit, an auctoritas Iacobi; *Vi- ,, detis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & ,, non ex fide tantùm*, loquatur de ſecunda iuſti- ,, ficatione, hoc eſt de operibus, quę ſubſequun- ,, tur ipſam iuſtificationem; & concluſum ſit; ,, cùm Iacobus dicat ex operibus iuſtificari, & ,, opera poſt iuſtificationem iuſtificant, id eſt ,, iuſtitiam augent, opera verò facta ante iuſti- ,, ficationem non iuſtificant, ſed præparant ad ,, ipſam iuſtificationem. Item, an conſilia ſint ,, exprimenda inter bona opera, quibus iuſtifi- ,, catio augetur? & concluſum, quod non, cùm ,, ſub nomine bonorum operum conſilia com- ,, prehendantur.]

M.S.Car. Spada p. 219.

136 Excurrente octo menſium flexu quæſtio de Iuſtificatione agitata eſt, non modò propter grauiſſimas difficultates, quibus erat implicita, ſed etiam, quia Cæſar varijs artibus extrahebat Adminiſtrorum opera perfectionem ac promulgationem decreti: verebatur enim, ne Lutherani quos armis fractos vel territos ad ſuum cogebat obſequium, audita fidei Lutheranæ damnatione, in rabiem deſperationemque adducti, iterum ab eo deficerent; ac meditabatur animo, clementia eos flectere; vt demùm excipiendis in religionis cauſa Concilij decretis ſe ſubijcerent. Sed nullis officijs, nulla manſuetudine, obdurata eorum pertinacia vinci poterat, omniaque Cęſarea conſilia eludebat.

137 Ex retardatis verò Actis, decretiſque Concilij, fides Lutherana, atque Zuingliana, & Caluiniſtica hæreſis in plura Regna latiùs diffundebatur, atque innumeræ animæ ignorantiæ tenebris immerſæ in exitium ſalutis ſuæ præcipites ruebant; querebantur etiam Epiſcopi ſe Tridenti in maximis domeſticæ rei difficultatibus, & periculis, ne à furentibus Lutheranis circumſiderentur, ſine vllo fructu, & diuinæ gloriæ ac religionis compendio, vel amplificatione diſtineri; cum tamen Concilium indictum eſſet ad hæreſes exortas in Germania delendas, nec Germani Præſules, nec hæretici ad Concilium accederent: Legati

Digitized by Google

gati etiam Apoſtolici opponebant nitidè Cæſareo conſilio, non ita à Synodo Tridentina curandas res Germanicas, vt Gallia, Hiſpaniæ, Italia, & alia Chriſtiana Regna negligerentur, nec ſine crimine promulgationem decreti de iuſtificatione differri poſſe; cùmque Cæſar plures alios Theologos ex Pariſienſi, & Louanienſi Academijs exciri pro inijcienda mora flagitaret; reſpondere Legati non pendere auctoritatem Concilij ex hominibus illud componentibus, ſed à Deo, & à Sede Apoſtolica, nec tantummodo in quæſtione de Iuſtificatione, ſed etiam in alijs articulis fidei controuerſis, vt tandem finis Concilio imponatur; nec quidquam ſalubrius & auguſtius pro Germaniæ ſalute aſſerenda conſuli, vel fieri poſſe, quàm veritas Catholicæ fidei ritè ac nitidè ſanciatur, ac promulgetur. Addidere etiam Legati Tridentini Galliæ Regis Oratores, eiuſdemque regni Epiſcopos maximè gerere in votis, vt decretum de Iuſtificatione in Concilio reſciſſa omni mora feratur.

138 Tandem XIII. die Ianuarij proximè ſequentis anni, celebrato ſolemni Epiſcoporum conſeſſu, doctrina catholicæ fidei de iuſtificatione promulgata eſt, vt poſtea dicetur.

139 Accidit hoc anno impiſſima mors ſceleſtiſſimi Hæreſiarchę Lutheri; de qua hæc Ioannes Cochlæus, qui ineptias Hæreticorum refellit.

Cochlæus in act. & ſcriptis Lutheri M. S. Fr. Car. Barb. fig. num. 2678. pag. 149.

,, [Islebij die XVII. Februarij, peracta in publico cum alijs cœna, eaque largiter ſumpta, ,, & facetijs hilariter extracta, eadem nocte interijt, de cuius obitu multa ſcribunt. Aliter ,, narrant, & ſcribunt ex vicinis locis Catholici, aliter loquuntur, & ſcribunt Lutherani, qui ,, multos agminatim emittunt Germaniçè libellos ad perſuadendum cunctis, quàm ſanctè ,, mortuus ſit ille ſanctiſſimus (vt aiunt) omnium ,, eorum Pater. (Et infra.) At quo Maiorum, ,, aut Apoſtolorum exemplo, ipſe Hęreticus notorius, & ab vtraque poteſtate ſuprema legitimo iuris ordine damnatus, atque in Epiſcopum nunquam electus, aut ordinatus, nouo ritu à ſeſe friuolè excogitato ordinauit, & conſecrauit (vt ait Ionas in iſta ſua hiſtoria) Islebij ,, duos Presbyteros, ipſe neque Miſſam celebrans, ,, neque tunc cum alijs communicatus? Quid ,, verò ſanctitatis, aut miraculi hoc habet, quod ,, omni veſpere, poſt cœnam opiparè paratam, & ,, largiter acceptam, diſtento cibis, & potu ventre, in habitaculo ſuo (per feneſtram proſpiciens) aliquantulum orauit, interdum tàm ,, ſeriò, ac ſedulò (ſicut recitat hiſtoria) vt circumſtantes, dum taciti adeſſent, quædam eius ,, verba admirabundi perceperint, cùm nihil ,, dicatur ibi, vel de Horis Canonicis, ad quas ,, dicendas vtique, vt Monachus profeſſus, & ,, Presbyter olim ordinatus, de iure obligatus ,, erat, vel de alijs ab eo interdiù factis (ſi quas ,, modò fecit) orationibus? O ſanctitatem miraculoſam, & apud Chriſtianos nunquam auditam! quod nouus Saxoniæ Apoſtolus, tota ,, die ſæcularibus intentus negotijs, prandijque ,, & cœnæ crapula oneratus, omiſſis totius diei ,, Horis Canonicis, paululùm antequam cubitum iret in feneſtrę proſpectum oraſſe deprehenſus eſt: cuius hęreſi ac ſcelere tot per omnę ,, ferè Saxoniam, Pomeraniam, Daniam, Sueuiam, & Norwegiam, Monaſteria, & Collegiatæ Eccleſiæ, atque etiam Cathedrales ,, (non ſolùm omiſſis, ſed etiam publica violen-

Moritur impius Hæreſiarcha Lutherus.

,, tia prohibitis & interdictis Miſſis, & Horis ,, Canonicis) deſolantur, & à Dei Laudibus ,, obmutescunt die noctuque, & ab omni cultu, veterique ſolemnitate ceſſant. (Et paulò ,, poſt)

,, 140 Quid item egregium eius apophtegma? nos ſenes tam diù viuere oportet, vt in ,, Diaboli poſteriora reſpiciamus, ac tot mala, ,, infidelitates, miſeriaſque Mundi experientes, ,, teſtes ſumus, Diabolum tàm malum ſpiritum fuiſſe] Id certè veriſſimè fatus eſt Lutherus, cùm Dæmonem ducem ſequutus ſit, eiuſque prę-euntis veſtigijs inhæſerit, atque à Sectarijs perfidis, & ſceleratiſſimis mala innumera patrata teſtis oculatus viderit. Pergit Cochlęus, vſurpataque à Luthero adagia affert. [Item, genus humanum eſt ſicut ouile ouium occiſionis. Item, ,, illud quod in hiſtoria omiſſum in Ionę ad Electorem Saxoniæ epiſtola maiuſculis inſertum ,, eſt literis: ſolitarium eſſe non affert lætitiam: ,, quaſi verò Monachis à Paulo dictum non ſit: ,, *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete*, ,, aut quaſi non ad vitam, & ſalutem, ſed ad occiſionem & perditionem à Deo creatum ſit genus humanum, aut falsò dixerit Apoſtolus: ,, *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, aut quaſi ,, non fuerit Luthero ſenior Moyſes, quando dixit ei Deus: *Videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris*: ad Dei igitur ,, potiùs quàm ad Diaboli poſteriora reſpiciendum eſt ſenibus. Quid denique dicemus de ,, vltima Lutheri ratione, quam hiſtoria maiuſculis literis notatam recitat? O mi Pater, ,, (inquit) cœleſtis, Deus, & Pater Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Deus totius conſolationis, ,, gratias ago tibi, quòd mihi dilectum Filium ,, tuum Ieſum Chriſtum reuelaſti, in quem credo, quem prædicaui, & confeſſus ſum, quem ,, amaui, & laudaui: quem abominabilis Papa, & omnes impij vituperant, perſequuntur, ,, & blaſphemant &c. Interroget hic Ionas Patres, excutiat, vel diligentiſſimè omnes Scripturarum, Legum, & Canonum, Conciliorumque angulos, an apud vllum Chriſtianum ,, inuenire queat talem morituri orationem, in ,, qua quiſpiam ita ſeſe iactitet, ita præ ſe cunctos, qui ſub Papa Chriſtum coluerunt, contemnat, & incuſet, ita inſectetur, & calumnietur Eccleſiæ Paſtorem ſummum Pontificem? An non potiùs credendum eſt, Chriſtum ,, Iudicem mox poſt verba eius, in ipſo exitu ,, raptæ iam de corpore animulæ eius dixiſſe, ,, De ore tuo iudico te ſerue nequam: quia tu ,, ipſe antea dixiſti, & ſcripſiſti, te audire in ,, Papa vocem Chriſti in eo loquentis, & præſidentis. (Item, anathema ſit, & maledictus, ,, qui contra veritatem Apoſtolicarum veniarum loquitur. Item fateor ſub Papatu plurimum eſſe boni Chriſtianorum, immò omne ,, bonum Chriſtianum: & ſub Papa eſſe veram ,, Chriſtianitatem, atque adeò verum nucleum ,, Chriſtianitatis.) Quid igitur ſpei de ſalute ,, poteſt eſſe homini ſic indurato, & in finem ,, vſque contra charitatem, in hæreſi, ſchiſmate, ac rebellione, odioque contra Papam perpetuò perſiſtenti, ac pertinacem, & obſtinatam ,, animam efflanti? iudicat enim eum non ſolùm ,, Chriſti, Pauli, Cypriani, Auguſtini, & ſimilium ſententia multipliciter atteſtata, ſed ,, etiam ſermo ipſius, & oris proprij iudicium. ,, Stultè igitur, ac impiè laudat eum de hac

,, ora-

,, oratione Ionas, quemadmodum & Pomera-
,, nus in fine funebris ad populum orationis suæ
,, cantatum iactitat stultè illius prophetiam hoc
,, carmine.

Pestis eram viuens, moriens ero mors tua, Papa.

,, 141 Non enim tàm Papæ, quàm Germa-
,, niæ, & innumeris animabus pestis fuit viuus:
,, mortuus quoque nemini magis, quàm ijs, qui
,, ei credunt, pestis, & exitium fuit: quod si vi-
,, uus, & moriens, mors est Summo Pontifici
,, (vt vanè gloriatur) quid est quæso, quòd
,, Elector Saxoniæ in Edicto suo nuper decima
,, quarta die Februarij per omnes Terras suas
,, promulgato, tàm vehementer sibi, suisque
,, confœderatis à Papæ practicis (vt ait) timet,
,, & suos domi manere, atque in continuo ar-
,, morum apparatu persistere iubet? Numquid
,, mortuus Papa tàm magnopere timendus est?
,, at vulgare est Italorum prouerbium: Homo
,, mortuus non facit guerram. Manet igitur Pa-
,, pa, & manebit vsque ad consummationem
,, sæculi: Hæretici verò velut aqua dilabuntur
,, vnus post alium: vbi nunc sunt magniloqui
,, oppugnatores Papæ, Zuinglius, Caroloста-
,, dius, Capito, Grinæus, Lutherus, & com-
,, plures alij? mors depascit eos nunc & vsque
,, in æternum: Papa, & Sedes Apostolica supra
,, petram firmiter ædificata perpetuò permanet:
,, Quid verò prodesse potuit animæ Lutheri ad
,, Tribunal Christi raptæ vanissima pompa fu-
,, neris. (Et infrà) Quo denique exemplo Ca-
,, therina monialis vxor Lutherina post funeris
,, currum carpento vecta in publica processio-
,, ne, se, suosque tres ex Luthero filios, Ioan-
,, nem, Martinum, & Paulum (vt enumerat hi-
,, storia) spectandos præbuit? nunquid tali mo-
,, do deductum fuit funus olim B. Martini, aut
,, B. Ambrosij, aut Diui Augustini? O miseros,
,, & excœcatos homines, quos talium non pu-
,, det, qui tàm cœcum habent, & de rebus hu-
,, manis, & de Religione Christiana iudicium!
,, Væ autem improbis, & impijs laudatoribus
,, illis, qui dicunt malum bonum, & bonum
,, malum, ponentes tenebras lucem, & lucem te-
,, nebras.

,, 142 Considerent autem pij, quid tantis
,, prauæ intentionis laboribus, curisque ac stu-
,, dijs effecerit Lutherus, cuius rebelli, ac sedi-
,, tiosa concitatione, tàm multa hominum mil-
,, lia & corpore, & anima in æternum perie-
,, runt, atque deinceps adduc peribunt, & tota
,, per eum Germania confusa, & conturbata
,, omne decus pristinum perturbato Imperio
,, amisit, & ad bella tùm externa, tùm ciuilia
,, spectans trepidat, à generali, & pacifico Con-
,, cilio abhorrens, & à Papa, à quo fidem Christi
,, suscepit, velut ab Antichristo per scelerata Lu-
,, theri dogmata sibi timet.

,, 143 Stulta enim Ionæ historia refert hanc
,, quoque Lutheri morituri tàm impiam, quàm
,, ridiculam stultitiam, quod eadem nocte, qua
,, perijt dixerit ipsi Ionæ, & Cœlio, alijsque
,, circumstantibus: Orate pro Domino nostro
,, Deo, & eius Euangelio, vt ei benè succedat,
,, quia Concilium Tridenti, & abominabilis Pa-
,, pa grauiter ei aduersantur: quis vnquam au-
,, diuit orandum esse pro Domino nostro Deo?
Quem tandem pro Deo blasphemus ille orandum
voluit? de quo illud Dauidicum verè vsurpari
potest, *Stet Diabolus à dextris eius, cùm iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.*

De eo verè antea aduersùs Bucerum Lutheri Encomiastem Ioannes Eckius scripserat [Ex dictis, ,, scriptis, ac factis Lutheri luce clariùs appa- ,, ret, hunc Carbonarij filium non esse organum ,, Dei, sed Diaboli, non membrum Christi, sed ,, Antichristi, & Nonnæ suæ, Ecclesiarum in- ,, ternæ, ac externæ deformatorem, Antichri- ,, sti præcursorem, & Apostolum Hæreticorum ,, omnium hæredem & fœcem. (Et infrà.) Va- ,, nissimè iactat Bucer myriades Ecclesiarum, ,, quæ Lutherum sequantur; profectò hæc est ,, ira Dei potentis, quòd in tàm modico tem- ,, pore tot millia ex Germanis à stabilitate fidei ,, exciderunt ad vnius lupi excucullati Monachi ,, vocem, sic monuit Tertullianus: Nemo mire- ,, tur, hæreses tantum valere: ideò credibilius ,, est, quid sit futurum tempore Antichristi, qui ,, apertis thesauris suis (nam diuitiæ Ecclesia- ,, rum, & Monasteriorum tunc erunt absumptę) ,, tot myriades hominum attrahet, vt Christus ,, dicat: *Verumtamen Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?* Paucis interiectis dictum Buceri fingentis Lutheranas Ecclesias non esse alienas à Christo, ita refellit [Bucer non vult ,, Ecclesias Lutheranas iudicari alienas a Chri- ,, sto: at hoc est Dei iudicium, extra vnam ,, Ecclesiam Christi, extra Arcam Noë, extra ,, Nauiculam Christi nullam nouimus. Iudi- ,, cium Christi est: *Qui non est mecum, contra ,, me est, & qui non congregat mecum, spargit.* ,, Non enim agnoscit Dominus oues extra ouile ,, suum, sed malè olentes capras, & fœtidos ,, hircos damnat.] *Io. Eck. in Replica aduers. Bucerum.*

Tradunt quo die Lutherus viuere desijt, in Belgio plures energumenos abeuntibus Dæmonibus liberari visos, deinde verò in eadem corpora reuersos de extincto Luthero, cuius animam ad infernale barathrum delatam stipassent, fidem fecisse, cùm post aliquod tempus de Luthero eo die sublato publica fama manasset. *Cratepolius.*

144 Id Porrò animaduersione dignum est, quòd cùm Lutherus, Bucerusque, & alij Hæretici aduersùs vitia sacerdotum Romanæ Ecclesiæ, & Catholicorum acerbissimè declamarint, maximam tamen morum cladem à Luthero, & socijs reformationis buccinatoribus illatam fuisse, vt vitia longè magis inter Sectarios quàm inter Catholicos inhorruerint, ex eorumdem confessione Lutherus liberè professus est (inquit Erasmus) ,, [Malle se pristinum Papæ, ac Monachorum ,, regnum, quàm hoc hominum genus sub ,, Euangelij prætextu in Sogdianorum vitam ,, sese proripientium. Idem in suis ad me lite- ,, ris deploranit Melanchon. Idem in collo- ,, quio tassus est Oecolampadius.] Sic item ,, Lutherus ipse de suis sectarijs. Volunt (in- ,, quit) plusquam Christus ipse videri Euange- ,, lici: dicunt Domine, Domine, sequar, quo- ,, cumque quocumque, & de Euangelio loquun- ,, tur, quasi sint Angeli, sed si opera spectes, ,, sunt meri Diaboli.] Immò verò (vt videas mirabile incrementum huius Euangelij omnia hominum genera suo contagio vastantis) non solùm (inquit ille) magni viri, nobiles, & mer- ,, catores, sed ipsi etiam rustici, qui aliàs sim- ,, plices, & sinceri solebant esse, thrasonicè, ia- ,, ctanter, sibi iam nullo prędicatore opus esse.] Quid ita? An quia paucis annis prædicatum à Luthero Euangelium nouum ita eos reddidit, vel in omnibus fidei mysterijs peritos, vel excellenti vitæ sanctimonia præstantes? Nihil minus *Eraſm. in epiſt. ad Fr. inf. Germ.* *Guil. Roſſ. pag. 191.* *Luth. tom. 5. in Mat. cap. 5.* *Ib. enarr. in 1. Corint. c. 15.*

Digitized by Google

nus, ſed quia homines mira pernicitate ad extremum huius Euangeliſmi finem, & ſcopum profi-
,, ciebant, quia (vt ipſe ait Lutherus) futuræ
,, vitæ rationem habent nullam, ſed ſicut cre-
,, dunt, ita viuunt, ſunt, & manent ſues, & ſicut
,, ſues moriuntur.

Guil. Roſſ. pag. 209. Negatur immortalitas animæ à Luthero.

Illud certè veriſſimum eſt, Lutherum in Commentarijs ſuis omnes conſectari verborum, & ſyllabarum argutias, quibus poſt mortem animas cum corporibus dormire, & ſepeliri probet, atque ità cum corpore omni, vt gaudio, ſic pœna carere (exempli gratia ſic ille in Eccleſia-
,, ſten) [Ex hoc (inquit) loco patet mortuos
,, ſic dormire, vt prorsùs nihil ſciant, & eſt for-
,, tiſſimus locus pro mortuis nihil intelligenti-
,, bus rerum noſtrarum contra Sanctorum inuo-
,, cationem, & Purgatorij fictionem. Rurſum

Luth. tom. 5. in Eccl. c. 9. v. 5.

Ib. v. 26.

in eodem capite. [Hic alius locus eſt, quòd mortui nihil ſentiant. Nulla eſt (inquit) in Inferno cogitatio, ars, cognitio, ſcientia. Senſit ergo Salomon mortuos omninò dormire, & nihil prorsùs ſentire.] Vbi vt prætermittam manifeſtam vim Scripturæ, & ſenſui, & verbis illatam, maximè ſi inferni vox ſepulchrum ſignificet, vt in eadem prorsùs ſententia Lutherus docet, illud ſolum animaduertat Chriſtianus Lector, quàm curiosè, & acriter nefarius impoſtor omnes captat vmbras, vt ſuam illam peſtiferam de animarum dormitione hæreſim perſuadeat. Atque in hunc ſcopum, ne plurimis locis coaceruandis prolixior ſim, perditiſſimus ille quæcumque poteſt obſcura Scripturarum membra, & inciſa inter-

Luther. to. in Ionam cap.

,, pretatur, ſemperque illud inculcat. [Ego ſe-
,, quor Scripturam, quæ dicit, *mortui dormiunt*.
,, Ego puto eos ſic ineffabili, & miro ſomno
,, conſopitos, vt minus ſentiant, aut videant,

Ib. tom. 6. Geneſ. c. 25. fol. 351.

,, quàm hi, qui aliàs dormiunt. Animæ mor-
,, tuorum ingrediuntur nec in Infernum &c.
,, Deus facit ſimiles beſtijs dormiendo, vigilan-

Ib. c. 43. verſ. 11.

,, do, comedendo. Anima enim humana dor-
,, mit omnibus ſenſibus ſepultis, &c. Ita nec
,, mortuorum locus cruciatus vllos habet.]
Quis autem fructus ex hac doctrina? niſi quòd per vniuerſam Germaniam peruaſerit, vt quàm impudenter homines in omnem ſe luxuriam, & libidinem effundant, quàm effrænatè publicas vias obſideant, & quorumcumque bona deprædentur, vt fœdiſſimis peccatis nullum ſtatuant finem, nec modum, hac diabolica confidentia ſubnixi, quia poſt hanc vitam alia nulla eſt attendenda, nullum Dei iudicium, nulla in Cœlo præmia, nulla in Inferno cruciamenta, ſed morte corporis omnia terminentur, anima ſimul cum corpore in ſepulchrum incluſa: hoc partim ſupra attigimus, partim deinceps oſtendetur. Interim ex Brentio (quo quem quærimus teſtem fide digniorem?) promptum eſt colligere hanc valdè generalem Proteſtantium fidem, &

Brentius in Luc. c. 22. hom. 35.

,, ſententiam. [Et ſi (inquit Brentius) nulla
,, ſit inter nos publica profeſſio, quòd anima
,, ſimul cum corpore intereat, & quòd non
,, ſit mortuorum reſurrectio, tamen, & impu-
,, riſſima, & profaniſſima illa vita, quam ma-
,, xima pars hominum ſectatur, perſpicuè indi-
,, cat, quòd non ſentiant eſſe vitam poſt hanc,
,, nonnullis etiam tam voces inter pocula, quàm
,, ſobrijs in familiaribus colloquijs excidunt.]
Hæc Brentius, qui quod de impuriſſima, & profaniſſima fratrum ſuorum vita, idque in ipſo Euangelij flore conqueritur, tàm eſt euidens, vt innumeris Muſculi, Lutheri, Buceri, & Cal-

uini teſtimonijs comprobari poſſit.

145 Denique infœliciſſimi Lutheri obitu tractationem cum Surio ità aduersùs eum declamante claudamus. [O verè mortè expaueſcendam & horrendam, ità obſtinato in Pontificem & Catholicos odio exhalare ſpiritum, atque ſic proficiſci ad illum æquiſſimum Iudicem! O ſi miſer ille ſeipſum cognouiſſet, certè illa extrema hora palàm faſſus eſſet, ſe longè omnium atrociſſimè, & immaniſſimè vituperaſſe, perſecutum fuiſſe, & blaſphemaſſe Chriſtum, cui vnus ipſe ſuis impijs dogmatibus tot abſtulit animas, vt ſine horrore & ſtupore nec dici queat! Ille quidem ſic mortuus eſt, ſed poſt ſe in multis Europæ ampliſſimis Regnis & Prouincijs ſupremam ferè reliquit vaſtitatem, religione miſerabiliter confuſa & perturbata, innumeris euerſis Eccleſijs, deſtructis Monaſterijs, omnibus pijs abrogatis cæremonijs, & ritibus Eccleſiaſticis, Sacramentis horrendum in modum profligatis, vt ad Mahometanam conſtituendam impietatem parum aut nihil ſupereſſe videatur. Eos nobis fructus affatim produxit miſer ille, & mortalium omnium longè infœliciſſimus, qui vtinam nunquam natus fuiſſet, aut certè ſolus perijſſet.] Et benè, quod de impiiſſimo Chriſti proditore Iuda in Euangelio perlegitur; *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*, nouo huic Iudæ nefandiſſimoque Apoſtatę conuenit: in eius enim cor miſit Diabolus, cum quo aſſiduè agebat (vnde vas Satanę à Cardinali Hoſio nuncupatum eſt) vt traderet Chriſti Eccleſiam, animamque ſuam ob vile humanę gloriolę pretium perpetuis deputaret inferorum tormentis. *Quantum enim glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum dabitur illi tormentum, & luctus.*

Matth. 26. 24.

Apoc. 18. 7.

146 Verùm quàm peſſima fuit Apoſtatæ Lutheri mors, tàm pretioſa extitit Petri Fabri primi D. Ignatij ſocij, quę hoc anno accidit, mors. Is ab optimo Parente ex Hiſpanijs Romam euocatus, vt iuxta Pontificis mentem ad Concilium Tridentinum pergeret, à feruentibus infeſtę Caniculę caloribus, imbecillis ac propè æger, vexatus, paucos intrà dies noua morbi vi arreptus, è vita deceſſit. Strenuam pro fide Catholica in Germania nauaſſe operam, Bucerum & Melanchtonem ad certamen prouocaſſe, ac validiſſimis argumentis rationibuſque eorum inſanias confutaſſe, ad Ioannem Gropperum Eccleſiæ Colonienſis Archidiaconum, & ad Antonium Perenottum Granuelanum, qui demùm Cardinalis fuit, tùm Atrebatenſem Epiſcopum, acres literas dediſſe, quibus fallaces hæreticorum dolos aperiebat, & ad Colonienſis potiſſimùm Eccleſiæ cauſam omni ardore defendendam eos excitabat, aliàs vidimus. In Epiſtola ad Lainium in Societate collegam de modo Hæreticos rectè curando, qua potiſſimum in ſanandis eo infectis veneno mentibus norma ipſe ſe gereret, luculenter apparet. [Quoniam in cęteris Lutheranorum erroribus (poſt plura ſic inquit) is eſt fermè communis, vt humanas actiones ac facta ſuis meritis ſpolient, contemptiſque rectè factis, omnia in fide reponant; idcircò faciendum nobis eſt, vt in eorum congreſſibus atque colloquijs ab operibus, ac rectè factis progrediamur ad fidem, ijs perpetuò ſermonibus inſerendis, quibus eorum animi ad amorem ac ſtudium excitentur (& infrà) Sic exiſtimo ſi qui efficacitate doctrinæ, aut ardore ſpiritus perſuadere Luthero poſſet, vt excuſſis ex animo prauis ſuis opinionibus, & recepto Religionis ornatu ſeſe alacri quadam parendi voluntate ad ea, quæ imperan-

tur, explenda & facienda conuerteret, fore vt eo ipso nulla adhibita concertatione hæreticus esse desineret.] Tanta autem in eius dictis vis, tantus è consuetudine familiari questus pietatis, tanta apud omnes eius existimatio ac celebritas percrebuit, vt Lainius sanctum Ignatium per literas, quanta cum Germaniæ labe, ac bonorum hominum desiderio, Faber abscesserit, certiorem reddiderit, cuius vel nomẽ ipsũ in vtraq; Germania Catholicos erigere, & ad vtriusque reparandæ spem viros etiam Principes excitare fassus est.

147 Interim excubabat Pontifex omni studio, ne Lutherana hæresis Italiam peruaderet, quæ cùm Vicentiam Veneto subditam Imperio inficere cœpisset, Ducem, ac Senatum Venetum præmonuit, vt fidei censores sua auctoritate fulcirent: verùm licèt Rodulphus Cardinalis Vicentinæ Ecclesiæ Administrator capiendis vulpeculis, quæ Vicentinam vineam demoliebantur, operam daret, tamen Administri Magistratus Veneti illius studijs non tàm citò obsecundarunt, quare latiùs contagio hæreseos diffusa plures corripuit, adeò vt Pontifex iterum Ducem, Senatumque Venetum solicitarit, vt ad excindendas mali fibras, antequam ingraueſceret, sedulò incumberent.

Duci, & Senatui Venetorum.

Paul. III. lib. breu. anno 12. pag. 158. Venetos hortatur, vt Lutheranæ hæresi se obijciant.

Dilecti filij &c. Egimus aliàs Vobiscum, & per literas, & per Nuntios Nostros sæpiùs, vt hæresim Lutheranam in vestra Ciuitate Vicentiæ exortam, & à non paucis illius Ciuitatis receptam, vestro fauore, & pia iustitia succidi facere in ipso semine velletis, ne mox confirmata inualesceret, intellectoque tunc per Nos, quòd Potestati & Capitaneo dictæ Ciuitatis mandaueratis, vt in extirpationem ipsius hæresis totaliter intenderent, ac fauerent, firmiter sperauimus, vestram auctoritatem apud illos Magistratus, & eorum executionem aduersùs ipsos Hæreticos ita valituram, vt negotio optatus finis, atque exitus citò imponeretur, cùm præsertim dilectus filius Noster N. Cardinalis Rodulphus Ecclesiæ Vicentinæ Administrator, suo boni Pastoris officio nulla in parte defuerit, brachiumque dictorum Potestatis, & Capitanei, sine quo rem perficere non poterat, sæpiùs implorauerit: sed tamen (sicut Nobis relatum est) & de quo satis mirari nequimus, effectu mandati vestri, & spei Nostræ ex eo caruimus, quòd ipsi Potestas, & Capitaneus iussionem vestram diligenter (sicut oportebat) exequi neglexerunt, ob quod ipsi Hæretici alacriores facti, vrgente gressus eorum Diabolo radices suæ impietatis latiùs posteà protenderunt, & quotidiè ita protendunt, vt nisi verè ac alacriter huic malo obsistatur, verendum sit, ne serpat ad proxima, & in dicta Ciuitate multo acriùs conualescat: quamobrem Nobilitatem, & Deuotiones Vestras iterum in Domino requirendas duximus, & omni studio, atque instantia requirimus, vt sicut dignum pietate, atque officio vestro est, remedium huic malo nimium sanè iam tolerato efficaciter asserre, Potestatique, & Capitaneo in dicta Ciuitate nunc existentibus districtiùs mandare velitis, vt Vicario dicti Cardinalis Administratoris omnes fauores in comprehendendis, puniendisque dictis Hæreticis quamprimùm præbeant opportunos, negligentiamque Prædecessorum suorum studio fideli, & diligentia sua compensent: nam cùm Vos vestrorum Maiorum exemplo, Religionem Catholicam summa constantia semper coluerit, & colatis, minimè est Vobis ferendum, vestros subditos in cultu Dei omnipotentis à Vobis deuiare, perniciosamque hanc hæresim apertè profiteri in oculis prope vestris, & vniuersalis Concilij, quod Tridenti ob has præcipuè hæreses expungendas indictum, & apertum est: nec verò fugit sapientiam Vestram, quæ singularis est, præter eam, quam Deo conseruare debetis, sicut facitis, Sanctam Catholicam Religionem tot iam sæculis per Vos, Maioresque Vestros obseruatam, etiam ad diuisiones factionesque illius Ciuitatis animaduertendum esse, ne ad veteres hac noua superaddita causa, nouitatibus, aditumque defectionibus aliquando præbeat, cùm sicut nostis, vel hæc sola Religionis dissensio multis in locis obedientiam, ac fidelitatem excusserit, ideòque à vobis omninò sananda esset, cum hominibus fideles esse non possint, qui Deo omnipotenti fidem violauerint: sed prudentia vestra non eget monitis, excitanda solùm à Nobis fuit, vt quod laudabiliter cœpistis, efficaciter perficiatis, quod sanè Nos à vestra pietate, ac iustitia firmiter expectamus &c. *Datum Romæ I. Maij MDXLVI. Anno XII.*

Veneti parent Pontifici.

Paruere Veneti Pontificijs monitis, atque acerbissimis edictis Hæreticos proscripsere, vt qui Diuino timore arceri à flagitio non poterant, suppliciorum metu ab impietate submouerentur, quorum pietatem, ac prudentiam eximiam commendat Surius his verbis.

„ [Veneti edicto cauent, vt libri à Catholica „ Religione discrepantes ad certos homines ad„ ducantur, idque intra dies octo, quibus ela„ psis inquisitum iri aiunt, & qui deprehensi „ fuerint non impunè abituros: ijs qui deferant „ huius edicti contemptores, munera promittunt. „ Hæc molestissimè ferunt homines, sed si sa„ perent, gauderent, Magistratus eorum saluti „ maturè consulere, atque vtinam vbique ter„ rarum proscripti essent libri omnes ex Hære„ ticorum officinis profecti, nam sermo eorum „ (quod verissimè dixit Apostolus) *vt cancer „ serpit.*]

Noui in fide Scotiæ rumores.

148 In Scotia maximæ de Religione contentiones hoc tempore exortæ multos tumultus peperere, cùmque Florentius Volusenus Scotus in patriam reditum pararet, Iacobus Sadoletus Cardinalis illum hisce monitis præceptisque ad colendam Religionem Catholicam, sectasque nouas respuendas erudiuit.

„ [Cùm & sacræ Nos literæ, & rerum euen„ tus ipse docuerit, Ecclesiam Dei turbulentis „ hominum seditiosorum consilijs perpetuò in„ festam esse, & obnoxiam, nimirùm id permit„ tente Deo, quo hic bonorum exploretur fides, „ atque constantia, profectò dubium esse non „ potest, quin quod sanctissimi Viri huiusmodi „ dissidijs, & contentionibus exortis semper fe„ cerunt, vt Ecclesiæ partes sequerentur, eique „ tamquam firmamento veritatis inniterentur, „ in hoc quoque optimus, & grauissimus facere „ debeat, & Sanctissimum Parentem omni pie„ tate, & studio constantissimè tueri, atque de„ fendere. Etenim summa sit non dicam im„ prudentia, sed amentia, Catholica relicta, ac „ deserta Ecclesia, eiusque perpetuo consensu, „ & tot sanctissimorum Patrum auctoritate con„ tempta, eorum sectam sequi, qui impulsi odio, „ furore quodam rapti, tàm temerè ac nefariè „ ab Ecclesia discedere, eamque vexare atque „ oppugnare ausi sunt, quos vt corrupti Sacer„ dotum mores grauissimè offenderint, nequa-

„ quam

Digitized by Google

„ quam ea tamen, aut alia omninò turbandæ „ pacis, & commouendæ seditionis causa iusta „ esse potuit. Quamobrem suadeo, hortor, & „ moneo, vt Maiorum nostrorum vestigijs in„ sistas, atque ea, quæ statuit, decreuit, & tot „ iam sæculis obseruauit Ecclesia tamquam Spi„ ritus Sancti, qui illi custos, & veritatis omnis „ Doctor perpetuò adest, decreta, & instituta „ sanctissimè seruanda esse censeas. *Datum* . . . „ *anno* 1546.

Præerat tùm in Scotia Sacræ fidei censuræ Dauid Betonius Cardinalis, idemque Archiepiscopus S. Andreæ, qui in Nouatores legum seueritate distringebat, ac Concionatorem Hæreticum flammis exuri iussit, ex quo impiorum odia adeò in se accendit, vt cum Normæo Lesle Comitis filio trucidandum coniurarint, quòd immane flagitium eo in cubiculo proditione intercepto patrarunt, gladijsque confoderunt, ac deinde ad fenestras, ad maioris ignominiæ dedecus suspenderunt. Sed mirum fuit, quod eius sanguis in lapides effusus, nulla aquarum affusione, quacumque adhibita, ab impijs arte, & diligentia elui potuit: eo cæso parricidæ Arcem Vrbis S. Andreæ occuparunt, ad quam recuperandam Iacobus Arraniæ Comes Scotiæ Administrator cum exercitu prouolauit, ne Angliæ Regi infensissimo Scotorum hosti dederetur. Cùm verò obsessi de transigenda deditione verba nuncupassent, eam addidere legem, vt à Pontifice etiam censuris omnibus ob cæsum Cardinalem soluerentur, de quo proximo ineunte anno factus certior Paulus, nè Angli ea Arce recepta in Regni interiora penetrarent, misso Diplomate de legum seueritate remisit, quo Arraniæ Comes vteretur, si militum virtute proditorum pertinaciam expugnare non posset. Buchan.

Dilecto filio Nobili Viro Iacobo Comiti Arraniæ in Regno Scotiæ Gubernatori.

Paulus III. lib. brev. 23. p. 203.

148 Dilecte fili Nobilis Vir, salutem, &c. Scribit ad Nos Nobilitas Tua, quòd interfectores bonæ memoriæ Dauidis Cardinalis S. Andreæ olim in isto Regno Nostri, & Apostolicæ Sedis, de latere Legati, qui post dicti Cardinalis cædem Castrum Ciuitatis S. Andreæ hostiliter occuparunt, & adhuc occupant, Castrum ipsum, quod Tua Nobilitas quamuis iamdiu magno labore obsessum, hactenus recuperare non potuit, nullo modo restituere intendunt, nisi ab huiusmodi delicto absoluantur: & non ab re formidari, quòd nisi idem Castrum ad manus Tuas quàm primùm redigatur, Catholicæ fidei hostes, qui dicti Regni occupationi semper inhiant, occupantium deditione dicto Castro potiantur, & per illud veluti ipsius Regni ianuam Regnum eiusmodi inuadãt ad direptionem: & huic imminenti periculo prouideri posse Nobilitas Tua asserat, si dicti occupatores à dicto crimine absoluãtur. Quamobrem etsi Nobis flagitium illud longè atrocissimum, & omni indulgentia indignũ videatur, tamen minus malum eligentes, ne dictum Regnum aliquod maius detrimentum patiatur, ipsam absolutionẽ certis isthic Iudicibus commisimus, sicut in alijs Nostris in forma Breuis literis expressum est, quod, & si istius Regni salute permoti fecimus, iusto tamen Dei iudicio, Tuaque, ac Tuorum militum virtute fore speramus, vt tanti criminis Rei potiùs in Tuas manus, si nondum deuenerũt, deueniant, quòd de absolutione à Nobis per vim extorta, gloriari non possint; Nos quidẽ, qui hanc rem Regi Christianissimo commẽdauimus, Tibi, & isti Regno, quantum Nobis licuerit, nunquam deerimus. *Datum Romæ III. Februarij MDXLVI. anno XIII.*

Non potuit Scotiæ Administrator perfidos armis frangere, ad quos edomandos auxiliarem Gallorum Classem exciuit, vt proximo anno dicetur.

149 Confecta porrò est hoc anno pax inter Franciscum Galliæ Regem, & Henricum Angliæ Tyrannum, quam etiam à Cæsare Bernardi Patritij Veneti opera promotam referunt: Solicitatus enim ab Anglo, vt Gallicam expeditionem (omissa Germanica) oblato in singulos menses Anglicano auro subsidiario susciperet, vt Interruntij Pontificij ad Cardinalem Farnesium datæ literæ ostendunt, flagitio abstinuit, ac potiùs Anglum ad concordiam cum Gallo incitauit. Fatigatus quidem erat Henricus, & morbo, & maximis sumptibus grauioris belli, in quo multis aduersis exceptus erat, nam etiam hoc anno Anglos tumultuaria pugna cæsos, describit Bellaius: Franciscum verò Regem ad pacem inclinasse ait, eò quod extincto filio Aureliæ Duce rebus suis à Cæsare diffideret: Leges itaque latæ sunt in hunc modum, vt Bolonia, & aliæ Arces in eius agro excitatæ ab Henrico Gallo traderentur. Gallus verò octingenta coronatorum millia, ex reliquatione pensionis intermissæ, vel ob sumptus in muniendis Arcibus factos intra octo annos Henrico solueret: at huius pacis beneficio, rebusq; humanis breui potiri, vtrique Regi non licuit; cùm vtrumque Deus proximo anno ad tenendum aliũ in æternitate pro meritis demeritisue locum euocarit. *Rut. in MS. Card. Spad. fig. n. 137. p. 44.* *Ludouicus Guicciard. in comm.* *Martinus Bellaius in commen.*

150 In India gestum est hoc anno grauissimum bellum inter Christianos, ac Mahometanos, ac Diuino potiùs miraculo, quàm Lusitanorum virtute Christianum in India Imperium stetit, contra vim Mamudij Cambaiæ Regis, qui Sofarem Diensi Toparchia donatum huic bello præfecerat. Præerat Arci Maschareni, à quo plura bellicæ virtutis exempla, ac licet in oppugnatione Sofar globo discerptus fuerit, succedente tamen militari Imperio Rumecane filio præferoci animo prædito Lusitani in extremum discrimen à subeuntibus in mœnia hostibus, ac propugnacula cuniculis subruentibus, adducti sunt, donec Ioannes Castrius Prorex Indiæ instructa Classe supperias attulit, ac III. Idus Nouembris in hostium Castra tanto impetu irrupit, vt cæsis quatuor Barbarorum millibus, desideratis tantùm Lusitanis sexaginta, florentissimam victoriam retulerit, potitus vniuerso militari apparatu, atque inter alios triginta quinque maioribus tormentis æneis. His subdit Indicæ historiæ Author. *Maffeius hist. Indic. lib. 13.* Diẽsis Arx oppugnata à Rege Cambaiæ

„ [Clara admodum, & gloriosa Lusitanis hæc „ victoria fuit, vel magnitudine periculi, vel „ prædicatione omnium, & fama: celebritatem „ auxere Diuina miracula, quòd hostes ipsimet „ affirmarent conserta iam pugna maiores ali„ quot balistas applicitum, quater ignem Cœlo „ minimè pluuio respuisse, & super ædiculam „ Arcis apparuisse mulierem Cœlesti lumine ra„ diantem, cuius fulgor ita adspicientium ocu„ los, mentesque perstringeret, vt cæci prope„ modum, neque in ordines ire, neque in vnum „ conglobare se possent, ac tanto superiores nu„ mero, tamen immutata repente rerum omniũ „ specie, in denos Lusitanos pugnaturi, singuli „ viderentur; inde consternationem, & fugam „ ortam Prætor ab tam felici euentu, primum

,, Deo ſupplicationes habendas curauit, collau-
,, dato dein exercitu, laureatas ad Ioannem
Regem literas miſit.]

151. Contulit tam inſignem victoriam Ioanni Regi Luſitaniæ Deus, eiuſque in India firmauit Imperium, cùm Ioannes paulò ante pijs Michaelis Vaſæi Sacerdotis, virtutibus conſpicui, & S. Xauerij conſilijs inductus ad proterendam in India Chriſtianam Religionem aſgendamq;, delendam idololatriam, tuendos Neophytos, alendos Sacerdotes inſigne edictum ad Ioannem Caſtrium Proregem dediſſet, quod veluti illuſtre Regiæ pietatis monumentum ſubijcimus.

Ioannes Rex Ioanni Caſtrio India Prætori amico ſalutem.

Extat apud Ioann. Pet. Maffeium lib. hiſtor. Ind. 12.

Quod non ignoras idololatria, tam graue piaculum eſt, vt ea in meis Regnis vllo pacto ferenda non ſit: delatum autem eſt ad nos in Goanis finibus, tùm publicè, tùm priuatim coli ſacella Idolorum. Præterea ludos, rituſque ethnicos celebrari palàm, & proindè tibi etiam, atque etiam mando, atque planè iubeo Idola omnia per idoneos adminiſtros inueſtigata, & vndique ſublata comminus, comburaſque, & cum grauibus edicas minis, ne cui prorsùs vllum eiuſmodi ſimulachrum, aut ſignum ex ære, ligno, argilla, gypſo alioue, metallo, materia, maſſa, fundere, ducere, ſculpere, fingere, exprimere, figurare, aut aliundè importatum habere, ſeù ſacrà, ludoſue ethnico more facere, aut Brachmanas concionatores, magiſtroſue teterrimos, Chriſti aduerſarios vlla ope iuuare, vel recto recipere liceat. Qui ſecus faxit, pœnis in edicto propoſitis nulla remiſſione mulctato.

Et quia gentes ad legitimum vnius Dei cultum non modò ſpe futuræ beatitudinis, ſed etiam præſentibus interdum præmijs inuitandæ ſunt, curabis enixè vt redemptura vectigalium, curationes publicæ, & alia munera quæſtuoſa, in homines ethnicos ad hanc diem conferri ſolita, in ipſos Chriſti Neophytos primo quoque tempore transferantur. (Et infrà.) Ad hæc certis Auctoribus magno mihi meo dolore compertum eſt, ab Luſitanis hominibus vili pretio coëmpta mancipia, quæ apud Chriſtianos Dominos perfacili negotio adduci poſſint, Mahometanis, ac barbaris Mercatoribus ad non dubium animarum interitum, vberioris quæſtus cauſa venundari. Id periculum, ne admittatur in poſterum, neuè ſeruitia vlli, niſi Chriſtiano emptori, aut licitatori graui cauebis Edicto. Fœneratorum licentiam, quam certo capite Goanarum legum didicimus fac imperio, atque auctoritate coërceas, idque caput è legum ſerie quamprimum expungas. In Oppido Bazaino templum Diuo Ioſepho extruito, idoneumque ſtipendium alendo Vicario, & Beneficiarijs aliquot de meo adſignato. Annua porrò tria pardaum millia in impuras Mahometis ædes, & nefarium cultum ab eius Sectatoribus antehac impendi ſolita, Euangelij præconibus, & conuerſionis adiutoribus in poſterum numeranto. (Et paulò poſt). Ages etiam cum ipſo Cocini Rege vt ritus quoſdam Ethnicos ab ipſius auguribus in piperis venditione adhiberi ſolitos (quandoquidem nihil ipſius ea res intereſt) è noſtro commercio tolli permittat. Ab eodem Rege aiunt, Indos ex eius ditione, qui relictis Idolis Chriſtiana ſuſcipiunt ſacra, fortunis omnibus illicò ſpoliari. Ab eiuſmodi immanitate, & tu omnibus neruis amicum Regem niteris auertere, & nos ipſi quoque in eandem ſententiam ad eum literas dabimus. Socotoranam eaiuſam diligenter ipſe tu mihi coram, & per literas commendaſti: eos ego populos è miſerrima ſeruitute ereptos admodum cupio, ſed cum eo nè Turca, cuius in Imperio ſunt, acriùs irritetur, Claſſeſque in iſthæc maria mittere paulatim adſueſcat. Piſcarij littoris incolas cum alijs, iniurijs affici à meis Ducibus ferunt, tùm verò cogi ad ea, quæ piſcantur ſibi tantùm iniqua conditione vendenda. Cauebis igitur etiam, atque etiam ne populis ijs liberum vendendi arbitrium adimatur, Ducesque mei in commercio eiuſmodi ne quid ſibi proprium arrogent; atque ad cæteram quoque tollendam vexationem videbis, num ea littora ſat cuſtodiri, meaque vectigalia ſat commodè exigi, ſine Claſſibus poſſint, quæ res ſi facultatem habuerit, non eſt cur illuc in poſterum nauigent. Præterea cum Magiſtro Franciſco Xauerio conſultabis, atque diſpicies num ad eius Eccleſiæ incrementum expediat, faſtue ſit piſcandi poteſtatem petere tantum ijs, qui Chriſtum induerint, cæteros quoad ſapiant eo quæſtu, & commodo prohiberi. Qui ex Ethnicis ad Chriſtum ſeſe conuertunt, eos audio tanquam ſceleratos, & Sacros, à Parentibus, Cognatis, amiciſque recto eijci, bonis euerti, ac ſummæ protinus in ſolitudine, atque egeſtate verſari: horum tu inopiæ ſubleuandæ, communicata cum Vaſæo re annuam è redditibus meis pecuniæ ſummã decernens diſtribuendam à Sacerdote, qui eiuſmodi Neophytorum inſtitutioni præfuerit.

E Ceilano Inſula Regius vti fertur adoleſcentulus impias Anunculi ne an Parentis effugiens manus Goam baptiſmi gratia ſe contulit, huius in perſona, quando ad aliorum conuerſionem, haud leue momentum eſt, dabis operam, vt doctrina quidem, ac moribus in D. Pauli Collegio cum Alumnis cæteris imbuatur: quod verò victum, cultumque attinet, lauto ſeparatim Hoſpitio impenſa mea copioſè, ac liberaliter habeatur. Significauit is ipſe mihi per literas ad Ceilani Regnum, ſibi ius, actionemque competere, quidnam hoc ſit, totamque rem probè exploratam, & cognitam ad me perſcribes. Quòd autem Tyrannus in ſuos populares, qui Euangelio credidere, tàm crudeliter ſæuit, feras quidem illas, verùm tamen debitas tantò ſcèleri pœnas ab eo per te quamprimùm exigi volo, & grauem audaciæ mercedem ſtatui, quo intelligant omnes, nihil mihi eſſe antiquiùs, quàm vt omni ex parte integri, incolumeſque ſeruentur, qui à Dæmonum Caſtris ad Chriſtiana ſacra tranſierint. Ab Ethnicis artificibus, Chriſti Domini, Virginis Mariæ, & Sanctorum Imagines pingi, atque adeò circumferri venales minimè decorum eſt nomini Chriſtiano: Tu ergo cum proſcriptionis, ac virgarum minis edices, ne cui profano eiuſmodi tabulas pingere, aut vendere quoquo modo in poſterum liceat. Parœciale Cocini Templum, atque Colani dudum inchoata patere imbribus putrefacienda turpiſſimum eſt, vtrumque Architectis, ac Fabris adhibitis, quamprimùm tegendum, ac perficiendum curabis. Placet etiam inuito Noroa Templum D. Thomæ Apoſtolo fieri. Calapore cœptam Sanctæ Crucis ædem abſolui, itemque in Ciorano Inſula Templum excitari. Præterea locis idoneis Auditoria, & Scholas inſtitui, ad quæ ſtatis diebus non Chriſtiana modò plebs catechiſmi cauſa, verùm etiam Ethnici ad Euangelium audiendum, vel inuiti conueniant: quandoquidem in iſta mea ditione mihi primùm omnium, & maximum eſt obſequium Dei, & Chriſtianæ Religionis

Digitized by Google

gionis amplificatio; cupio vehementer è Salsetanis, & Bardesijs finibus, quibus mihi nuper Idalcan cessit, Idolorum cultum, ac profanas gentium superstitiones prorsùs euelli, id quod citra tumultum, ac vim hoc præsertim initio fiat expedit, rationibus, ac disputationibus, quàm leniſſimè populos edoceri, quanto in errore, ac veritatis ignoratione versentur, quamque, vel peruersum, vel impium sit, cultum vni debitum Deo, Simulacris, lapidibusque ab homine tribui. Porrò ad eas pellendas tenebras, alios Viros adhibebis virtute, & eruditione præstantes; tùm verò ipse tu primarios gentis, euocare, alloqui monere non desines, atque omni ratione ad Christũ allicere. Qui seſe dederint hosce in fidẽ receptos non tueberis modò, sed etiam pro suo quemque captu fouebis, ornabisque. Hæc omnia scito nobis maiorem in modum esse cordi: quæ singula te pro tua industria, & probitate sedulò curaturum esse confidimus. *Almerini VIII. Idus Martij MDXLVI.*

152 Hoc anno S. Franciscus Xauerius in Indijs Legatus Sedis Apostolicæ demandatum à Paulo III. conuertendorum Ethnicorum munus strenuè exercens mense Maio ad Insulam Mauricàm appulit, ac dum fortè die Michaeli Archangelo sacro diuinam rem de more faceret, repente tota Insula contremuit, quod ille ita interpretatus est, vt diceret Diuum Michaelem deturbasse in tartara Dæmonas Diuino cultui aduersantes, tot verò Ethnicos ad Christum traduxit, vt in vno Oppido, cui Tolum nomen est, ad viginti quinque millia Capitum Christo initiata tradantur: At magna eorum pars posteà Geliolii: Tyranni externi vim veriti, seù gratiam inituri; simul à Christo, atque à Lusitaniæ Rege defecerũt, ac mox Sacram Ædem euertere, Cruces, & Sacras Imagines per ludibrium fregere, piorum bona innasere: at in perfidissimos Apostatas mox Diuina ira sauit: eorum ager ex feraci squallidus, & sterilis euasit, fruges in horreis corruptæ, aquæ amaræ, & noxiæ effectæ: indeque plures mortales absumpti. Molucorum Præfectus hortatu Xauerij in eos bellum capessiuit, moxque Deus pro Lusitanis pugnare visus, nam antequam excensionem facerent: Sol circa meridiem à repentina caligine offusus est, atque ex vicini montis vertice: horrendo cum fragore erupit incendium, vibrataque maxima cineris, & pumicum vis, Arcis fossas impleuit, succussa terræmotu horrido terra tectorum magnam stragem fecit, tempestas tres dies, noctesque tenuit: Tolani plures ruinis oppressi, plures in fugam acti, plures pauore consternati; cùm armatus Lusitanus irruit, ac per aggestos punices conscendit facilè in mœnia, ac sine prælio Arcem, Vrbem, Regionemque subegit, pacemque victis dedit ijs legibus, vt Templum euersum reficerent, adempta pijs restituerent bona, fidemque Christianam sanctissimè colerent, subdit Auctor: [Tam memorabilem victoriam Diuina magis, quàm humana ope partam etiam inter Barbaros constitit. Cœtẽrum tàm opportunum flagrantis montis auxilium, cùm subita cineris, ac pumicum congerie, communis Lusitanorum consensus acceptum Francisco retulit, qui velut alter Moses ipsis cum perfido hoste bellantibus, Diuinam opem conciliarat, vt cuius belli fautor extiterat, præcipuus quoque existeret adiutor.]

153 Meliapore insignis ad memoriam accidit res: Lusitani suburbano in colle, vbi mactarum à Barbaris Apostolum Dei Thomam fuisse docuimus, nouum eidem Apostolo sacellum instruebant. Aperientibus fundamentum insculpta quadrato lapidi sanguineis, & in speciem recentibus conspersa guttis apparuit Crux, lapideo item circulo inclusa repandum in lilium desinens, insidet in summo Columba: lætæ ab imo herbæ luxuriant: in eo circulo incisæ notæ cernuntur, quas propter vetustatem legi potuisse negant quidam alij seorsum ad legendum adhibitos diuersarum Nationum Brahmanas duos præcipuæ eruditionis fama, haud paruo quidem labore, verumtamen congruenti amborum interpretatione, respondisse ferunt. Notas eas plurium literarum singulas obtinere vim, ijs Apostoli Sancti martyrium, quale nos è vetere Traditione descripsimus breuiter contineri, atque illud nominatim (quod ipse testantur guttæ) Christi famulum inter eius Crucis adorationem, & oscula occidisse. Extractam ergo tabulam, ac probè purgatam Lusitani confestim in ara gratulabundi constituunt, intentiore cura, Sacellum absoluunt. Noua inde loco frequentia, nouus honos accessit, sed miraculo mox euidenti maiorem in modum aucta Religio octo ante Christi Domini tribus ante Apostoli natalem diebus, cùm ab Ecclesia celebratur expectatio Virginei partus, in eam adiculam Christiani rei Diuinæ conuenerant. Mirum dictu, simulatque à Sacerdote cœptum Euangelium est, vniuerso inspectante populo Crux ea modicis primùm stillis, largo dein sudore manauit, admota hinc tersui linteola sacra liquido cruentas ebibere maculas. Color etiam Crucis è candido sensim in pallidum, ex pallido in atrum cessit: grato post hæc splẽdore ceruleus effulsit: ad extremum Sacrificio peracto natiuus redijt. Scilicet res tàm noua, & illustris ineffabili quodam gaudio delibutis adstantium animis, altos gemitus, pias acclamationes, vim lachrymarum exciuit: neque verò proprium illas dumtaxat diei cœtusue id spectaculum fuit. Ex eo tempore singulis fermè annis eadem festa luce, eodem non modò Sacrificij, sed etiam Euangelij momento recurrit, si quando intermissum est ipso doctus euentu dierum aliquid portendi populus putat. Ac ne quis apud nos in tali, tantaque re dubitandi foret locus, totam dein facti seriem publicis consignatam literis, & operis effigiem è lapide ipso diligenter expressam Cocinensis Episcopus in Europam sub initia Concilij Tridentini transmisit.

154 Propagata latius in America, siuè Indijs Occidentalibus Religione Catholica plures Episcopatus conditi sunt; vt referunt Acta Consistorialia his verbis: [VIII. Ianuarij erexit ad supplicationem Cæsareæ Maiestatis Oppidum del Quito, aut Sancti Francisci del Quito nũcupatum situm in Brasilia in Insulis Indiarum Oceani in Ciuitatem, vt Archiepiscopo Hispalensi iure Metropolitico subsit, attributis pro dote à Carolo Imperatore ducentis nonaginta ducatis auri annuis, deque persona Garziæ Dias Toletanæ Diœcesis prouidit in Episcopum, & Pastorem.

Quò efferatiores fuere Brasilij, & ab humano cultu abhorrentes eò clariores triumphi de ijs Christo adiunctis fuere.

155 In Mexicano etiam Regno, & alijs vastissimis Prouincijs noui Episcopatus, proximo Mense instituti sunt ad barbaras eas gentes ad Ecclesiæ castra traducendas, quo tempore plures Sathani-

co

☞ Horat. Tursellin. in vit. S. Fr. Xauer. lib. 3. c. 3. Opera pro Christi fide amplificanda partata à Sancto Francisco Xauerio.

Ie. Massæus hist. Indica lib. 12. Tursellin. in vit. S. Xau. lib. 2. cap. 14.

Acta Consistor. MS Card. Spad. fig. num. 133. pag. 474.

eo aſtu illuſi ab Eccleſia infeliciſſimè deſciuerūt, placuit enim Diuinæ miſericordiæ coronas cœleſtes in eos transferre, quæ indignè à pluribus Europeis abijciebantur oblitis eius ſacri moniti, *Vide ne coronam tuam alter accipiat*. Eorum verò Epiſcopatuum Prouinciæ limites in actis Conſiſtorialibus ſubiectis verbis recenſentur.

Acta Conſiſtorial. MS. Card. Spad. fig. n. 133.

Plures Archiepiſcopatus conſtituti in America.

„ 156 XI. Februar. MDXLVI. Referente Reuerendiſſimo Cardinali Burgenſi, S. D.N. diſmembrauit, & ſeparauit ad ſupplicationem Cæſareę Maieſtatis ſingulas Cathedrales Eccleſias Inſularum Magni Maris Oceani quæcumque eſſent, cum earū Ciuitatibus, & Diœceſi à Prouincia Metropolitana Eccleſiæ Hiſpalenſis, cui Metropolitico Iure ſuberant, de conſenſu moderni Archiepiſcopi Hiſpalenſis, ac illarum Prǫſules pro tempore exiſtentes, necnon Clerum, & Populum à ſuperioritate, viſitatione, correctione, & iuriſdictione pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Hiſpalenſis, prorsùs exemit, & totaliter liberauit, ac de Mexico, cui Ioannes de Zumarrga, & Sancti Dominici, cui Alfonſus de Fuente Mayor, ac Regum Eccleſias in dictis Inſulis conſiſtentes, cui Hieronymus de Loiaſa de Mexico, & Sancti Dominici, ac Regum Epiſcopi præeſſe dignoſcuntur, in Metropolitanas, cum Archiepiſcopali dignitate, iuriſdictione, ac omnimoda Pallij, & Crucis delatione, & alijs Metropoliticis inſignibus erexit, & inſtituit, ac eoſdem Ioannem, & Alfonſum, & Hieronymum illis in Archiepiſcopos reſpectiuè præfecit, & Paſtores, necnon de Mexico, de Antequeras, & de Mechoacan, ac de Texcalà, & de Guatimala, ac Ciuitatis Regalis de los Nauos, de Chiapa, & de proximo in noua Galitia, aliarumq; in limitibus, & terminis dictæ Eccleſiæ de Mexico erigendarum, & inſtituendarum Cathedralium Eccleſiarum, ac Sancti Dominici, Conceptionis, & de la Vega eidem Eccleſiæ Sancti Dominici ad vitam dicti Alfonſi vnitæ, ſi ab ea diſſolui contigerit, ac Inſulæ Sancti Ioannis de Puerto Riuo, & Inſulæ de Cuba, ac Ciuitatis de Cozo Prouinciæ de la Veruela, ac Sanctæ Marthæ, & de Carthagena, necnon Ciuitatis de Trugillo Prouinciæ de Hondras, Regum verò Eccleſijs prædictis del Cuzco, & Ciuitatis del Quito, ac Caſtellæ de auro Prouinciæ terræ firmæ, & Ciuitatis Legionenſis in Prouincia de Ricaregna, ac de Popatan, aliarumque in eiuſdem Eccleſiæ Regum limitibus, & Prouincijs ſimiliter erigendarum Cathedralium, Eccleſiarum, Ciuitates, & Diœceſes pro ſuis Prouincijs, ac earumdem Eccleſiarum Præſules pro tempore exiſtentes, pro earum Suffraganeis, ac illarum Capitula, Clerum, & Populum pro ſuis Prouincialibus Clero, & Populo conceſſit, & aſſignauit, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Sub eiuſdem Caroli V. Imperatoris auſpicijs Popatenſis Epiſcopatus in Americæ Prouincia eius nominis inſtitutus eſt, vt eadem acta narrant.

Acta Conſiſtorial. MS. Card. Spad. ſign. n. 133. pa. 490.

„ 157 XXII. Auguſti MDXLVI. Erexit ad ſupplicationem Sereniſſimi Dom. Caroli Imperatoris Oppidum, ſeù Pagum de Popatam ſitum in Prouincia de Popatam Indiarum Maris Oceani in Ciuitatem de Popatam nuncupandam, in qua erexit Cathedralem ſub inuocatione Beatæ Mariæ pro vno Epiſcopo de Popatam nuncupando, qui illi præſit, & in ea, ac eius Ciuitate, & Diœceſi verbum Dei prædicet, ac eorum Incolas Infideles ad fidem conuertat, & in ea inſtruat, necnon ſpiritualia miniſtret, & miniſtrari faciat, ac iuriſdictionē temporalem exerceat, necnon in ipſa Eccleſia dignitates, & Canonicatus, & Præbendas, aliaque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura erigat, & Archiepiſcopo Ciuitatis Regum pro tempore exiſtenti Iure Metropolitico ſubſit. Subditur, vt Carolus V. Imperator annuum vectigal ducentorum aureorum Epiſcopatui illi contulerit, cui Ioannes Valle Presbyter Segobienſis præfectus eſt.

Addunt eadem acta Conſiſtorialia translatum fuiſſe ad Americæ, ſiuè Noui Orbis Patriarchatum Ferdinandum Archiepiſcopum Granatenſem.

„ VIII. Octobr. MDXLVI. abſoluit Reueren. Ferdinandum Archiepiſcopum, nuper Granatenſem, & eum ad præſentationem Cæſareæ Maieſtatis, tranſtulit ad Patriarchalem Eccleſiam Indiarum Maris Oceani, tunc per obitum bonæ memoriæ Gabrielis tit. Sanctorum Ioannis, & Pauli vacantem, & curam ipſius Eccleſiæ, quę Sede Patriarchali, & Capitulo caret, & cuius fructus nulli ſunt, ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. Romæ apud S. Petrum.

Non prætermittendum etiam ducimus Paulum ad continendos in fide Catholica Armenos creaſſe Archiepiſcopum Nazouanenſem Virum doctrina, & pietate clarum ex Ordine Prędicatorum, qui in ijs Regionibus pręclaram Chriſto, & Eccleſię operam nauabat.

Acta Conſiſtorial. ms. Card. Spad. tom. 133. p. 477

„ Romę XXVII. Ianuarij MDXLVI. Referente Reuerendiſſimo Cardinali Camerario prouidit Eccleſiam Nazouanenſē in partibus Armenię, tunc per obitum quondam Benedicti de Maſciocan olim Archiepiſcopi Nazouanienſis extra Romanam Curiam defuncti, de perſona D. Stephani Cazorzentis Ordinis Fratrum Prędicatorum Profeſſoris, qui eiuſdem Ordinis in illis partibus Profeſſores iuxtà eorum laudabilem conſuetudinem, Sanctitati ſuæ ad hoc per eorum literas nominauerant, ipſum in Archiepiſcopum præfecit.

158 Motus quoque idē Paulus rationabili deſiderio Regis Luſitani, benignè indulſit Henrico illius Germano XVI. Kal. Ianuarij præcedentis anni ad Cardinalatum euecto apud ipſum Regem morari, ad quem finem pileum rubrum tranſmiſit, & ſequenti litera directa Regi aſſociauit.

Regi Portugalliæ.

Paul. III. libr. brev. an. 12. pag. 304.

Chariſſime &c. Quanti ponderis apud Nos ſit voluntas Maieſtatis Tuæ, cùm in cæteris, tùm in hoc quoque gaudemus, Tibi oſtendiſſe. Licèt enim ſtatuiſſemus, vt dilectus filius Noſter Henricus Cardinalis Portugalliæ frater Tuus veniret ad Nos pro pileo rubro à Nobis ipſis iuxtà veterem, & probabiliorem morem recipiendo, denique apud Nos commoraretur, vt opera, conſilio, & auctoritate eius in hac tanta temporum, & rerum difficultate, vti poſſemus; tamen, vt cognouimus deſiderium Serenitatis Tuæ Nobis iuxta Tuas literas per Protectorem, & Agentem Tuos declaratum de ipſo Cardinale apud Te nunc retinendo, cunctis poſthabitis reſpectibus, Tuæ voluntati, ac deſiderio ſatisfaciendum duximus, firmiter etiam ſperantes, ipſum Cardinalem ſe membrum huius Sanctæ Sedis honorificentiſſimū reminiſcentem iſthic haud minorem eiuſdem Sedis

dis vtilitati, atque ornamento, quàm si apud Nos moraretur esse, posse, ac futurum esse; præsertim pio Tuæ Serenitatis fauore accedente. Quemadmodum igitur ipsum Henricum adiutum quoque suis virtutibus in gratiam Tuæ Maiestatis Cardinalem creauimus: ita etiam eum absentem ipso pileo rubro in eandem tuam gratiam ornandum existimantes, mittimus ad eundem Cardinalem ipsum pileum rubrum per dilectum filium Stephanum de Bubalis Nobilem Romanum Camerarium secretum Nostrum exhibitorem præsentium, cui mandauimus, vt Serenitate Tua Nostro nomine officiosè atque amantissimè salutata, Nostram Tibi paternam, & intimam benenolentiam, sicut in hoc ostendimus, ita etiam in cæteris tuis honestis desiderijs semper paratam fore crederet, cùm Te etiam pro Tua pietate præstantissimique Regis officio, & maiorum Tuorum consuetudine Nobis in amore, & obseruantia filiali responsurum esse speremus, quemadmodum tàm ipse Stephanus, quàm Venerabilis frater Ioannes Archiepiscopus Sypontinus Nuntius apud Te Noster hæc latiùs explicabunt. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum &c. die XV. Octobris MDXLVI. Anno XII.*

IESV CHRISTI

Anno 1547.

PAVLI III. Anno 14. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 29.

Diar. Con. Tri. auct. Angel. Massarel. m.s. Arch. Vat. pag. 53.

1 ANNO Christianæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, Indictione quinta, in Tridentino Concilio, vt referunt eius Acta ab Angelo Massarello conscripta.

„ Prima Ianuarij fit Congregatio (in qua) exa-
„ minatur, an sit simpliciter verum, quod per
„ infidelitatem amittatur fides, cùm habeamus
„ exemplum Beati Petri, qui licèt infidelitate
„ peccauerit, dum Christum etiam cum iura-
„ mento negauit, fidem tamen non amisit, cùm
„ Christus ipse Petro dixisset: Rogaui pro te
„ Petre, ne deficiat fides tua, sed concluſum,
„ quod amittatur.]

Epist. Car. Farnes. apud Pallauic. tom. 1. lib. 8. c. 18. num. 1.

In ijsdem Congregationibus de tollendis impedimentis residentiæ Episcoporum actum fuit, quæ erat reformationis materia, multę, & diuersę sententiæ in medium prodierunt: Legatis autem iam Mense Iunio, quando post quintam sessionem decretum fuerat, vt de residentia tractaretur, Pontifex expressè præceperat, ne in decreto de reformatione residentiæ permitterent, vt de Cardinalibus mentio fieret, nam isti cum præcipui Ecclesiæ Senatores sint, decere non videbatur, vt ab alijs, quàm à Summo Pontifice emendatione, & pœna afficerentur, sicuti ipse postea cum peculiari Bulla executioni mandauit; & insuper iussit, ne in disputationem adduci paterentur, an residentia esset de iure Diuino nec ne, quia vbi de pœnis agendum erat, non debebat discuti an residentia esset de iure Diuino, cùm esset res difficultatibus plena, & longum tempus ad disceptandum exigeret. Sed quando Legati residentiæ decretum proposuerunt, quamuis ista duo capita euitauerint, tamen Hispani, & alij vt de istis etiam ageretur, postularunt; quibus Cardinalis de Monte sic respondit, vt Acta Concilij à Massarello conscripta testantur.

Cardinalium reforma io ad Pontificē spectare Paulus II. dixit.

M. S. Car. Spad. tom. 12.

„ 2 Dictis sententijs, Cardinalis de Monte:
„ Non sum (inquit) eius sententiæ, vt velim
„ omnia à Patribus dicta recensere, neque illis
„ respondere, qui ab alijs dissentire visi sunt; di-
„ cam tamen aliqua, & in primis, quod perti-
„ net ad illam quæstionem, an residentia sit de
„ iure Diuino? Reuerendissimus Dominus meus
„ Giennensis multa dixit, sed tamen non mihi
„ esse huius sententiæ visus est, vt velit illam sta-
„ tui esse de iure Diuino. Et licèt aliqui post
„ eum ita tenuerint, nihilominùs maiori parti
„ aliter visum est, & certè non absque ratione.
„ Scimus enim nos, & in hoc conueniunt om-
„ nes, residendum esse. Ad quid ergo, quo iu-
„ re id facere teneamur explorare? Certè si hoc
„ fit, ne Pontifex dispenset, ridicula est ratio,
„ Nam cum nullo Episcopo non residenti dis-
„ pensauit Papa, & si vellet dispensare, non
„ propterea prohiberetur. Quando omnes fate-
„ mur aliqua esse impedimenta, quæ excusant
„ Episcopum non residentem; quid ergò hæc
„ statuere, vt onus nostris humeris imponamus,
„ quod ferre non valeamus? Alij fuerunt, qui
„ Cardinales omninò ad residentiam cogendos
„ esse arbitrãtur, allegantes chartulam quandam
„ quorumdam Cardinalium, qui aliàs hoc bo-
„ num esse Pontifici suaserunt. Hoc sciant hi,
„ nihil esse actum, tametsi Cardinales ipsi inter-
„ rogati à Pontifice sententias suas dixerint, ta-
„ men non super ea re facta fuit aliqua lex, idque
„ in causa fuit, quòd multò plures ex numero
„ Cardinalium, & alij, non consentientes, au-
„ ctoritate Iuris ipsi Pontifici Maximo aliter fa-
„ ciendum esse, multis, & maximis rationibus
„ dixerunt. Sed quicquid sit, ego, quantum in
„ me est, facilè assentiar, idemque facturum pu-
„ to Reuerendissimum Collegam meum, vt om-
„ nes quocumque gradu sint, & cuiusuis existi-
„ mationis residere cogantur, legemque ferre,
„ quantum vmquam latam; vt tamen expressè
„ nominentur Cardinales, æquum esse non cen-
„ seo. Videretur enim de illis malè existimari.
„ Vnum est reliquum, quòd admoneam Patres,
„ quàm breuissimè possunt, sententiam dicant.
„ Consumimus enim tres integras Congregatio-
„ nes in hoc vno articulo de pœna contra non
„ residentes, quibus potuissemus discutere de-
„ cem, & amplius capita ad residentiam perti-
„ nentia: quamobrem, si pauca hoc tempore ex-
„ pedientur, non puteris, per nos stetisse; verùm
„ fiet decretum, & in prima Congregatione Pa-
„ tribus legendum exhibebitur.]

Decretum de residetia à Cardinali Giennen. improbatur.

„ 3 Die octaua fuit Congregatio ad dicen-
„ dum sententias super decretum de residentia.
„ Giennensis. Et si heri (inquit) dum legeretur
„ decretum, auribus meis quodammodo applau-
„ dere visus sim, tamen re maturiùs considerata,
„ & singulis decreti verbis benè pensatis, in eam
„ descendo sententiam, vt mihi non placeat, &
„ parcant mihi, qui illud fecerunt; dico, quod
„ nulla decreti pars, proœmio excepto, mihi
„ placet; & vt aliqua tangam, videtur omitti
„ prouisio, vt Episcopatus personis dignis con-
„ cedatur, quod in primis curandum erat: dein-
„ dè, quoad residentiam Episcoporum, non vi-
„ deo, quomodo prouisum esse quisque dicere
„ possit, nisi in primis caueatur expressè, quòd
„ nemo possit duos Episcopatus obtinere, quo-
„ cumque honore fulgeat, etiamsi Cardinalis sit;
„ alioquin decretum facimus inane, & vanum,
„ obligabimus habentes plures Episcopatus ad

im-

Digitized by Google

,, impossibilia, quod nihil aliud est, quàm con-
,, scientias illorum onerare, & nihil prouidere
,, calamitatibus Ecclesiæ; quoad pœnam, & exe-
,, cutores pertinet, vtrumque remedium mihi
,, leue videtur. Si tamen videatur augenda pœ-
,, na, non negligatur executio, & propterea sum
,, in sententia, vt aliàs dixi, vt executores sint
,, talium pœnarum Concilia Prouincialia. Quæ
,, quidem Concilia tot bonorum fuerunt causa,
,, vt audeam dicere, per ipsa conseruari eam
,, canonicæ disciplinæ partem, quam habemus:
,, & miror aliquem tàm sancto, & pio instituto,
,, velle aduersari, cùm vtique post tot Con-
,, cilia generalia, etiam postremo loco Con-
,, cilio Lateranensi vltimo confirmata fuerint.
,, Quoad Curatorum residentiam attinet, me-
,, liùs arbitror fuisset, nihil dicere, quàm ita
,, demissè loqui; quinimmò, hoc confirmare
,, est eorum excusationes, non illas tollere. Scio
,, enim, non solere concedi in Romana Curia, vt
,, perpetuò quis non accedat, sed pro tempore;
,, at confirmare ista nihil aliud est, quàm intro-
,, ducere, vt auctoritate huius Concilij nemo ac-
,, cedat. De reuocandis verò exemptionibus,
,, non video, ad quid profit decretum factum,
,, nisi, vt exempti in suis exemptionibus firmen-
,, tur; nam si firmentur exemptiones in funda-
,, tione concessæ, si exempti ab immemorabili
,, tempore debent remanere exempti, si denique
,, temporales exemptiones firmentur, quis erit
,, huius decreti fructus? aut in quibus casibus lo-
,, cum sibi vendicabit? Certè in nullo. De reli-
,, quis decreti partibus, non est, quod ampliùs
,, loquar, hoc vnum est, decretum mihi non pro-
,, bari, & magis esse conueniens Synodo nil age-
,, re, quàm tale quid agere.

Decretum à Card. de Monte defenditur.

,, Ad hæc Cardinalis de Monte, cùm non pa-
,, rum commotam Synodum animaduertisset, ex
,, verbis Giennensis. Vt Patres (inquit) meliùs
,, rem totam teneant, paucis respondebo ad ea,
,, quæ Reuerendissimus Dominus Giennensis di-
,, xit; & in primis, vt admoneamus, & rogemus
,, Summum Pontificem, vt Episcopatus det di-
,, gnis tali honore, id mihi cautum planè ipso
,, decreto videtur, plenè, inquam, quantum Sy-
,, nodo, & nobis conuenit. Certum est enim,
,, nostrum non esse, legem in hoc præfinire San-
,, ctissimo Domino Nostro, & si antea aliquæ fa-
,, ctæ fuerunt prouisiones circa tales promotio-
,, nes Episcoporum, fuerunt factæ tunc cùm per
,, Capitula fiebant promotiones Episcoporum,
,, quibus Synodus iubere poterat, at nostra alia
,, est causa: propterea debet sufficere, & abundè
,, quidem, id, quod in decreto prouisum est. Le-
,, gitque verba ipsius decreti in procemio, vbi
,, habetur. Sancta Synodus confidens Sanctissi-
,, mo Domino Nostro, eiusque Successoribus,
,, vt tales eligat Episcopos, qui Ecclesiæ regimi-
,, ne iuxta canonicas sanctiones digni sint. Quod
,, verò pertinet ad pluralitatem Episcopatuum,
,, sciant Patres, id rarò, & non sine magna cau-
,, sa Romæ concedi solere, vt liceat alicui duos
,, Episcopatus habere. Scio enim, quòd cùm Re-
,, uerendiss. Tridentinus, tunc in minoribus con-
,, stitutus, fuisset à Capitulo Brixinonen. po-
,, stulatus, facta fuit maxima diligentia, &
,, diù disputatum, & tandem propter magnam
,, Ecclesiæ vtilitatem, hoc illi indultum fuit;
,, ea maximè ratione, quia creditum est, illum
,, ita posse meliùs quàm alius, aduersùm Luthe-
,, ranos, & Hæreticos resistere. Præterea habe-
,, mus exemplum Gregorij, vt liceat alterum E-
,, piscopatum in titulum, alterum in commen-
,, dam habere. Sed quidquid sit, nunc de hoc non
,, est sermo, quando de reformatione pleniùs age-
,, tur, tractabitur de hoc articulo, & circa hoc
,, considerandum erit, & si placuerit, poterit
,, tunc prohiberi multiplicitas Episcopatuum.
,, De pœna ego non curo, quicquid in hac parte
,, placuerit Synodo, id facilè sequar, idemque
,, faciam de executoribus. Quamquam non vi-
,, deo alium legitimum Episcoporum executo-
,, rem, præter Papam. Quod ad exemptiones
,, attinet, satis superque prouisum est, nec am-
,, pliùs sine aliorum iniuria concedi poterat,
,, quàm concessum est. Nam quoad ea priuile-
,, gia, quæ exemptis in fundatione alicuius be-
,, neficij, vel Collegiatæ Ecclesiæ concessa fue-
,, runt, vel quæ tractu temporis in vsu fuerant,
,, cuius contrarij memoria non extat, iniquum
,, esset, illos suo iure priuare. Quoad verò exem-
,, ptiones temporales infirmari volumus, si ex
,, causa, & ad tempus; propterea additum est in
,, decreto, contra certum Prælatum. Quod au-
,, tem ad Curatorum residentiam pertinet, vnus
,, dumtaxat casus exceptus videtur, vt quando
,, ad breue tempus concessæ sunt, veluti his, qui
,, sunt in studijs, vel alijs huiusmodi. Et pro-
,, pterea, salua pace Domini mei, mihi optimè
,, decretum prouidisse videtur in omnibus his
,, casibus. Tunc Giennensis cùm ad hoc res-
,, pondere vellet. Hoc (inquit Cardinalis de
,, Monte) esset in infinitum procedere. Nolo (in-
,, quit Giennensis) respondere, sed vnum verbum
,, addere, & hoc est: Me semper existimasse, in
,, rebus reformationis plùs posse vno die Ponti-
,, ficem, quàm Synodus vno anno, & propterea
,, cuperem hæc per Sanctissimum Dominum
,, Nostrum sanciri, & nunc abstinendum esse à
,, nobis, quando in rei veritate, hoc non est,
,, quod à nobis expectat Mundus.

4 Alij Patres suas sententias super idem decre-
tum non solùm in ista Congregatione, sed etiam in alijs dixere, sed inter se adeò dissidentes, vt per-
difficile esset ad vnitatem adducere. Quare Car-
dinalis de Monte, in Congregatione decima la-
nuarij, vt in Diario Massarellus refert, ad Patres
,, conuersus. [Plures fuerunt (inquit) Patres,
,, qui dixerunt in hoc decreto Cardinales com-
,, prehendendos esse verbis expressis, sed si rectè
,, verba decreti ipsi perpendant, nihil dubita-
,, bunt, quin hoc decreto, & Cardinales com-
,, prehendantur, verba enim generalia sunt, &
,, ad omnes, qui quouis modo Ecclesias regunt,
,, pertinent. Et ideò omnes, quouis colore illas
,, obtineant, comprehendi in dubium non venit.
,, Et si quid est, quod deesse videatur, suppleri
,, potest. At dixerunt aliqui: nominentur ergò
,, Cardinales expressim. Hoc æquum, vt arbi-
,, tror, non est, multis magnisque rationibus,
,, Præcipuè quod nec Episcopi, nec alij in de-
,, creto nominantur. Ideò ne quodammodo
,, contradicere nobis ipsis videamur, quod esset, si
,, diceremus, Cardinales (quorum officium est,
,, Papæ in consilio adesse) resideant, quomodo
,, enim residebit, qui apud Papam erit? Quo-
,, niam autem à multis probari video, vt reno-
,, uentur Prouincialia Concilia; sciant Patres,
,, nobis quoque (quo ad me tantùm loquor) id
,, non improbari, instaurationem Conciliorum
,, Prouincialium (inquam) quæ ab vno Metro-
,, politano, & Suffraganeis eiusdem consti-
,, tuun-

M.S. Card. Spadan. 12.

Digitized by Google

tuuntur, non plurium, veluti quæ Nationalia vocant; hæc enim semper pernicioſa fuere, illa verò, vt plurimùm, ſalubria. Quamobrem, mihi non diſplicet, nedum vt huius decreti de reſidentia executores ſint, ſed etiam omnium, quæ ab hac ſancta Synodo emanabunt. Verùm hæc alia erit materia, & neceſſe erit hæc ſanctæ Synodo referre. Alij alia multa dixerunt, quæ vt breuiori manu tractare poſſimus, cras de mane Legum Profeſſores mecum erunt, & curabimus, vt decretum ipſum aptetur.

Alia Cōg. Con. Trid. M.S. Car. Spad. tom. 12. Diar. Conc. Tri. Maſſarel.

5 Hoc interim (vt Maſſarellus ait) die Dominica nona Ianuarij fuit Congregatio Prælatorum Theologorum, qui diffusè egerunt de certitudine gratiæ, & tandem omnes conuenerunt, quòd nemo poteſt eſſe certus certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, de gratia Dei, quod magno gaudio, cum Dei laude factum eſt, approbatuſque Can. XXVI. ſecundùm cenſuram Pariſienſem. Et propterea die vndecima Ianuarij, hora XXI. fuit Congregatio generalis, in qua plures ex Patribus ſententias dixerunt ſuper decretum Iuſtificationis. Giennenſis cupiebat, per Canones damnari tenentes certitudinem gratiæ, probaueruntque omnes decretum, paucis admodum exceptis, qui magis de quibuſdam verbis, quàm de re ipſa loquebantur. Deindè Cardinalis Sanctæ Crucis admonuit Theologos, vt de mane eſſent coram eo, vt pauca hæc, quæ remanſerant, ex Theologorum voto aptarent, & huic decreto vltima manus imponeretur. Die verò Mercurij eiuſdem fuit alia Congregatio generalis (quæ fuit vltima ante ſeſſionem) in qua Cardinalis de Monte, habui, inquit, hoc manè conſultationem cum D. Prælatis Iuris profeſſoribus, & tandem in hunc modum, præſente etiam Reuerendiſſimo D. Giennenſi decretum aptauimus. Legit deindè ipſum decretum, quo lecto dixere Patres ſententiam. Giennen. decretum probauit, ſi quædam non adeò maximi momenti adderentur. Aliorum deſiderium, & concio in eo vt plurimùm verſata eſt, vt vellent omninò expreſſis verbis Cardinales comprehendi. Itemque hoc decreto pluralitatem tùm Parrochialium, tùm etiam Metropolitanarum Eccleſiarum prohiberi. Dictis omnium ſententijs Cardinalis de Monte conuerſus ad Synodum, dixit: poſt ſex Menſium quidem ſpatium, Deo iuuante cras hora XVI. celebrabimus ſeſſionem, & duo iſta ſanctiſſima decreta publicabuntur. Quoad primum de Iuſtificatione, certi ſumus, neminem aliquid deſideraturum. Quo verò ad aliud de reſidentia, aptabimus nos illud in his, quæ ex votis Patrum adaptari poſſe videbimus. In reliquis, ſi quis veſtrum erit, qui aliquam decreti partem non probet, id in ipſa ſeſſione Chirographo manu propria ſubſcripto, ſignificare poterit, quod quidem Chirographum recipietur, & ad futuram rei memoriam regiſtrabitur. Statuta eſt etiam, omnibus conſentientibus ſeſſionis dies Feria quinta poſt primam Dominicam Quadrageſimę. Mox Cardinalis de Monte podagræ dolore vexatus diſceſſit. Egit tùm Card. Sanctę Crucis de Prælatorum contumacia, qua in re, inſtante Concilij Promotore, placuit Patribus, vt tres ex Patribus per Reuerendiſſimos Legatos deputarentur Iudices, ad proceſſum faciendum contra Epiſcopos abſentes. Pacenſis conuerſus ad Synodum, dixit, ſe adhuc permanere in ſua ſententia, ita vt animus non quieſceret ſuus, niſi ijs decretis addatur clauſula, Eccleſiam repræſentans, dictæque ſunt multæ rationes à Cardinali Sanctæ Crucis, quare id fieri non deberet.

Decretum de Iuſtificatione approbatur.

6 Celebrata eſt de more ſolemnis Seſſio ſexta, de qua hæc refert Diarij Auctor. [Die Iouis XII. Ianuarij Anno ſalutis MDXLVII. fuit Seſſio, in qua interfuerunt duo Sedis Apoſtolicæ Legati, item Cardinalis Tridentinus, & Giennenſis, decem Archiepiſcopi, quadraginta quinque Epiſcopi. Nullus tamen Orator Principum interfuit. Nam Galli, qui ſoli ex omnibus Tridenti erant, ad Seſſionem venire recuſarunt, quoniam aiebant, ſe nolle Cæſari iniuriam facere, arbitrantes Cæſarem non ſanè libenter auditurum Seſſionis huius celebrationem, quòd ex eo, aiebant conſtare, ex quo ad Seſſionem Didacus de Mendoza ſuus Orator non veniſſet, & veniſſet, ſi Cæſari Seſſionem placere cognouiſſet, tandem ſe venturos aiebant, & interuenturos, ſi Cardinalis Giennenſis nomine Cæſaris huic Seſſioni interfuiſſet, & Chirographo manu ſua conſcripto affirmaret, quod cùm Cardinalis Giennen. ſe facturum recuſaret, domi perman ſerunt Galli; cæterùm Miſſam celebrauit Archiepiſcopus Salpen.; deindè decantatis Litanijs, & per Diaconum Euangelio: *Vos eſtis ſal terræ*, Matt. cap. 5. Ipſe Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis de Monte ſic alloquutus eſt Sanctam Synodum.

Seſſio ſexta celebratur.

Cæſar grauatè accipit damnari Lutheranos errores.

7 Magnus ille Propheta Iſaias, digniſſimi Antiſtites, præuidens lumen, atque gloriam per Chriſtum Eccleſiæ venturam, exclamauit: *Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt*; quam ſanè pulcherrimam, iucundiſſimamque vocem his proximis ſolemnijs ſępè repetitam, cùm nunc lumen illud fulgentiſſimum fidei, ſpei, & charitatis (quod penè abſconditum videbatur) iterum appareat, iure, ac meritò putamus à nobis hodiè repeti poſſe: *Surge igitur, & illuminare Ieruſalem, ſurge inquam tu, & illuminare ipſius Chriſti Domini, ac Dei noſtri Sponſa dilecta nimis Eccleſia*. Non te poſthac Hæreticorum verſutiæ, dolique decipient, vt ſcelus pro pietate, iniquitatem pro iuſtitia, neglectum Sacrorum pro Religione, cęremoniarum contemptum pro cultu, ſeruitutem carnis pro libertate legis Chriſtianæ, confuſionem, perturbationem, diſſipationem pro recto benè, beatèque viuendi ordine, cuncta denique vitia pro virtutibus amplectaris.

In act. ſeſſ. 6. m.s. Arc. Vat. fig. n. 319. pag. 122. & m.s. fig. n. 3232. p. 251. m.s. Fran. Car. Barb. fig. num. 23. & aliud m.s. Card. Pij.

Allocutio ad Synodum Cardinalis de Monte.

Ceſſent nunc, iam ceſſent irridere te hoſtes tui, probris, contumelijſque laceſſere, doctrinam tuam ſpernere, ſe puros, beatos, veritatis amatores falsò iactent. Nam tenebræ, quæ tot annos operuerunt terram, & caligo, quæ tàm longo tempore operuit populos, iam adueniente lumine recedunt, *Populus, qui ambulabat in tenebris, iam vidit lucem magnam, habitantibus in Regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. In lumine tuo ambulabunt gentes, & Reges in ſplendore ortus tui*. Te audiuimus, tua monita, & iuſſa ſequentes tuas, leges venerantes. *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti filij tui congregati ſunt, venerunt tibi*, quo ſua videlicet ſingulari prudentia, humanarum, Diuinarumque rerum peritia, pieta-

Digitized by Google

te demùm, & auctoritate tuis proſpiciant incommodis, tuis medeantur vulneribus, tuum tibi priſtinum ſplendorem reſtituant, pro tua denique dignitate, ac maieſtate tuenda, vel ſanguinem, & animam effundant.

Vndè Fratres ſancti vocationis cœleſtis participes, cùm & Eccleſiæ teſtimonijs, & re ipſa videamus apparuiſſe gratiam, & benignitatem, & lumen, atque gloriam Saluatoris noſtri Dei, ſine morâ ſurgamus. Iam tempus eſt nos de ſomno ſurgere, ſatis, ſuperque ſatis dormiuimus, ſatis inducíarum dedimus callidiſſimo hoſti ad ſeminanda zizania, parandas inſidias, ſtruendos laqueos, diffundenda venena, inuadendos, maſtandoſque greges noſtros. Expergiſcamur, vigilemus, laboremus, omnibus hominibus præbeamus nos ipſos exemplum bonorum operum, omnis conuerſatio noſtra ſit rationabilis, caſta, & ſancta, quam infideles reprehendere nequeant, fideles imitari queant. Sedemus Cenſores Chriſtiani Orbis, de Religione ac fide, deque vniuſcuiuſque vita, & moribus iudicantes. Decet propterea nos à nobis ipſis iudicium auſpicari, nos ipſos ante omnes alios in fide, ſpe, & charitate corroborare, moreſque noſtros componere, & in melius formare. Alioqui, vt D. Ambroſij verbis vtamur, quis è turbida aqua potum ſumat? Quis in cœno fontem requirat? quis ab intemperantibus hominibus aliquid hauriendum putet? quis nos alienæ cauſæ vtiles credat: quos viderit inutiles eſſe ſuæ?

Audiuimus in Euangelio dictum eſſe: *Vos eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux Mundi*: Ad nullos alios verba illa magis, quàm ad noſmetipſos pertinere credi par eſt, vt ſcilicet ſanę doctrinę, vereque ſapientiæ ſale condire, & bonorum operum luce Mundum illuminare debeamus, præcauentes in primis illud quod ipſe Seruator noſter nos monet, ne ſi ſal euanuerit, mittatur foras, & conculcetur ab hominibus; memoreſque æternæ eius, ac Diuinæ promiſsionis, *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum*; nempè hac vna ratione ſit, vt ij, qui ex aduerſo ſunt, vereantur, & confundantur, ſuamque abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuant, ac pacem Eccleſiæ reddant. Quod vt nobis clementiſſimus ipſe Deus elargiri dignetur, Spiritus eius Almi præſidium, atque opem ſupplices omnes vnà nobiſcum implorate.

,, Quibus verbis completis, ipſe Reuerendiſſi-
,, mus, & Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis de
,, Monte inuocauit auxilium Sancti Spiritus per
,, Hymnum; *Veni Creator Spiritus*; Cantoribus
,, proſequentibus.
,, His omnibus abſolutis, Reuerendiſſimus, &
,, Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Sanctæ
,, Crucis ſecundus ipſius Concilij Præſidens, &
,, Legatus acceſſit ad Altare maius, ante quod
,, ipſi Reuerendiſſimi, & Illuſtriſſimi Domini
,, Legati conſederunt in faldiſtorijs verſa facie
,, ad Sanctam Synodum, cæteriſque Prælatis ſe-
,, dentibus in locis ſuis ſecundùm ordinem ſua-
,, rum promotionum. R. D. Archiepiſcopus Spa-
,, latinus accepit è manibus Reuerendiſſimo-
,, rum, & Illuſtriſſimorum Dominorum Lega-
,, torum decreta duo, quæ in hac Seſsione pu-
,, blicanda erant, alterum ſcilicet de Iuſtifica-
,, tione, & alterum de reſidentia Epiſcoporum,
,, & aliorum inferiorum, aſcendenſque ambo-
,, nem legit primùm alta, & intelligibili voce
,, ipſum decretum de Iuſtificatione.

8 Diſtinctum eſt illud decretum capitibus ſexdecim, quibus adiecti ſunt anathematiſmi triginta tres contrà Hæreticos malè ſentientes de iuſtificatione.

In Præfatione declaratur à Tridentina Oecumenica & generali Synodo Præſidentibus in ea nomine Pauli III. Pontificis Ioanne Maria de Monte Epiſcopo Prænestino, & Marcello S. Crucis Presbyteris Cardinalibus Apoſtolicæ Sedis
,, Legatis. [Exponi omnibus Chriſti fidelibus
,, veram ſanamque doctrinam Iuſtificationis,
,, quam Sol Iuſtitiæ Chriſtus Ieſus fidei noſtræ
,, auctor, & conſummator docuit, Apoſtoli
,, crediderunt, & Catholica Eccleſia Spiritu S.
,, ſuggerente perpetuò retinuit, inhibendo ne
,, deinceps audeat quiſquam aliter credere, præ-
,, dicare, aut docere, quàm præſenti decreto
,, creditur ac declaratur.]

Primo capite decernitur, omnes homines, vt in decreto de peccato originali conſtitutum eſt, ex præuaricatione Adæ effectos filios iræ, ſeruitutique Dæmonis addictos, vt nec Gentes lege naturæ, nec Iudæi lege Moyſis poſſent à peccato vindicari in gratiæ libertatem, licèt liberum arbitrium extinctum non eſſet, ſed viribus debilitatum.

Secundo docetur, Deum Patrem miſertum generis humani ante Legem, & Legis tempore, promiſiſſe Filium venturum, ac propoſuiſſe propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, non ſolùm pro noſtris, ſed etiam totius mundi peccatis.

Tertio decretum eſt, etſi ille pro omnibus mortuus ſit, non tamen mortis eius beneficio omnes potiri; ſed eos tantùm, quibus meritum paſſionis eius confertur: vt enim, qui ex Adam propagantur, peccatum contrahunt, ità qui in Chriſto renaſcuntur, per meritum paſſionis eius gratiam, iuſtitiamque adipiſcuntur; atque in Regnum Filij dilectionis ſuæ è poteſtate tenebrarum erepti transferuntur.

9 Quarto ſancitur poſt Euangelium promulgatum eam tranſlationem in adoptionem filiorum Dei, non perfici ſine lauacro regenerationis, aut ſine eius voto ex Chriſti Domini oraculo: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt intrare in Regnum Dei*.

Quinto declaratur, hominem adultum peccato inquinatum, non poſſe viribus naturæ diſponere ſe ad gratiam iuſtificantem, colluſtratum verò diuina luce præueniente à Spiritu Sancto poſſe, non vt omninò ipſe nihil agat, cùm eam motionem abijcere poſſit, ſi velit, nec tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam, libera ſua voluntate poſſit, quod teſtantur ſacræ literæ, cùm dicitur: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*, libertatis noſtræ admonemur; cùm reſpondemus, *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur*, Dei nos gratia præueniri confitemur.

Sexto illuſtratur modus, quo adulti ante baptiſmalia ſacra ſuſcepta ſe comparant ad iuſtificationem, excitari nimirùm illos à diuina gratia, vt fidem ex auditu concipiant, credant quæ diuinitùs reuelata ſunt, atque à Deo promiſſa; atque in primis iuſtificari per gratiam redemptionis, conceptoque peccatorum odio, & diuino timore perculſi, ſpem figant in Dei miſericordia, proponantque ſuſcepto baptiſmo nouam ac piam vitam inſtituere, diuiniſque mandatis parere: quæ

Euan-

Euangelico illo oraculo continentur: *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis.*

10 Septimo decisum est, dispositionem, qua dictum est, *Præparate corda vestra Domino*, præire iustificationi, iustificationemque non esse solam remissionem peccatorum, sed etiam sanctificationem, & renouationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum supernaturalium, quibus homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, vt sit hæres secundùm spem vitæ æternæ.

Quæ sint causæ iustificationis.

De causis iustificationis pronunciatum est, finalem esse gloriam Dei, & Christi, ac vitæ æternæ præmium: efficientem verò, misericordem Deum abluentem peccatorũ sordes, & sanctificantem, consignantemque Spiritu Sancto causam meritoriam passionem Christi qua scelera nostra expiauit; nec tantùm placauit diuinam iustitiam, sed etiam iustificationem, adoptionemque nobis promeruit: instrumentalem, Baptismum, quod est Sacramentum fidei, sine quo non fit iustificatio: formalem denique, Iustitiam Dei, non qua ipse iustus est, sed qua ipse iustos nos efficit, vt simus *noua Dei creatura diffusa charitate in cordibus nostris*: nec modò reputamur iusti, sed etiam verè dicimur, & sumus iusti secundùm mensuram, quam Spiritus singulis impartitur, & vnà cum remissione peccatorum per Christum, cui inserimur, Fides, Spes, & Charitas infunduntur: sola enim Fides non perfectè nos coniungit Christo, vt verè simus illius membra viua, cùm sine operibus mortua sit: quare dictum est ab Apostolo neque circumcisionem valere, neque præputium, sed fidem, quæ per charitatem operatur, at de vera fide & iustitia prolata est à Christo hæc sententia: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*

Quo sensu gratis iustificemur per fidem.

Octauo illustratus verus sensus verborum Apostoli dicentis, *hominem gratis iustificari per fidem*, dici per fidem, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis; sine qua impossibile est placere Deo: ideò verò dici iustificari gratis [quia nihil eorum quæ iustificationem præcedunt, siuè fides, siuè opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur: si enim gratia est, iam non ex operibus, alioquin vt idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia.]

Lutheranus error de inani fiducia.

11 Nono confutatus est Hæreticorum error asserentium iustificationem sitam esse in fiducia inani, & persuasione, sibi remissa esse peccata propter Christum, atque hac sola fide absolutionem iustificationemque perfici; quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis, & resurrectionis Christi efficacia dubitet, vt enim nemo de Sacramentorum virtute & efficacia dubitat, ita propter infirmitatem de recta dispositione sua ad gratiam pertimescere potest, *cùm nullus scire valeat certitudine fidei*, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum.

Decimo pronuntiat, iustificatum hominem per gratiam Christi, cooperante fide, & bonis operibus perfectis crescere posse in gratia & iustitia, ex oraculo D. Ioannis: *Qui iustus est, iustificetur adhuc.* Et ex Iacobo Apostolo: *Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm.*

Vndecimo promulgatum est, prohibitam intentato anathemate impiam illam vocem Dei præcepta ad obseruandum esse impossibilia homini iustificato [nam Deus impossibilia non præcipit, sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis, cuius mandata grauia non sunt, cuius iugum suaue est, & onus leue.] Tum subdit [Itaque nemo sibi in fide sola blandiri debet putans fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemque consequuturum, etiam si Christo non compatiatur, vt & conglorificetur: nam & Christus ipse, inquit Apostolus, didicit ex ijs quæ passus est obedientiam, & consummatus factus omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.

Damnati etiam omnes, qui dicunt iustum in omni bono opere peccare, vel vt sit dignus venia, aut quod intolerabilius est, æternas pœnas mereri, vel peccare qui præmiorum æternorum spe ad virtutes se excitarit.

12 Duodecimo, damnata quoque eorum vana præsumptio, qui certò statuunt se in numero esse prædestinatorum, quasi verum sit iustificatum ampliùs peccare non posse; aut si peccauerit certam sibi resipiscentiam arrogare debeat. Non enim sciri posse sine diuina reuelatione quos Deus elegerit.

Perseuerantia est Dei munus.

Decimotertio sancitum est de perseuerantiæ munere, obtineri tantùm posse à Deo, qui stantem confirmare potest, vt stare perseueret, & cadentem restituere: firmissimam verò in Deo spem collocandam. [Deus enim, nisi illius gratiæ defuerimus, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle & perficere.] Formidandum tamen, cùm sciamus in spem gloriæ, nondum in gloriam renatos, & in pugna, quæ supereſt cum carne, cum mundo, cum Diabolo, victores esse non posse, nisi cum Dei gratia.

Decimo quarto, pronuntiatum est, peccantes post baptismum amissam gratiam recuperare posse per Pœnitentiæ sacramentum, quod sancti Patres secundam, post naufragium, deperditæ gratiæ tabulam appellarunt. Hoc verò Sacramentum Pœnitentiæ institutum à Christo cùm dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* Atque adeò pœnitentiam Christiani hominis post lapsum differre à pœnitentia baptismali; complectique non modò abstinentiam à prioribus peccatis, eorumque odium, siuè cor humile & contritum, sed etiam eorumdem sacramentalem confessionem, saltem in voto, ac suo tempore peragendam, & sacerdotalem absolutionem, itemque satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ sacrificia, non quidem pro pœna æterna, quæ vel sacramenti voto vnà cum culpa remittitur, sed pro pœna temporaria, quæ non tota semper, vt in Baptismo, dimittitur: hac enim plecti promerentur, qui ingrati gratiæ acceptæ immemores, Templum Dei violare, ac Spiritum Sanctum pellere non perhorruerunt. De qua pœnitentia scriptum est: *Memor esto vnde excideris, age pœnitentiam, & priora opera fac.*

13 Decimo quinto conuicti impij assentatores peccantium, fingentes solo infidelitatis peccato iustificationem amitti: cùm Apostolus plura recenseat peccata lethalia, quibus fideles obstricti à Regno Dei excluduntur; & ab ijs diuina adiuuante gratia abstinere potuerint.

Decimo sexto, Explicata est meriti ratio, & commendata fidelibus bona opera, quæ spernunt Hæretici, cùm dicat Apostolus, *Abundate in om-*

Digitized by Google

Vita æterna datur tamquam gratia, & tamquam merces.

ni opere bono, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino : benè enim operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus propoſita eſt vita æterna, & tamquam gratia filijs Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tamquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis operibus, & meritis fideliter reddenda. [Cùm ille ipſe Chriſtus Ieſus tamquam caput in membra, & tamquam vitis in palmites in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus eorum bona opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria eſſe poſſent.] Et paulò poſt; [Itaque neque propria noſtra iuſtitia, tamquã ex nobis propria ſtatuitur, neque ignoratur, aut repudiatur iuſtitia Dei, quæ enim iuſtitia noſtra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iuſtificamur, illa eadem Dei eſt, quæ à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum.] Et infrà [Abſit tamen vt Chriſtianus homo in ſeipſo vel confidat, vel glorietur, & non in Domino, cuius tanta eſt erga homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona.] Additum eſt, quia in multis omnes offendimus, diuinæ ſpei diuinum timorem coniungendum, quia humana vita non humano iudicio, ſed diuino excutienda & iudicanda eſt.

Huic doctrinę, ſiuè decretorię ſententię adiuncti ſunt triginta tres Canones, quibus defixi anathemate promulgantur, qui doctrinam de Iuſtificatione reſpuerent.

De Iuſtificatione Canon I.

14 Si quis dixerit hominem ſuis operibus, quæ vel per humanę naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo, Anathema ſit.

Canon II.

Si quis dixerit ad hoc ſolùm diuinam gratiam per Chriſtum Ieſum dari, vt faciliùs homo iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium, ſine gratia vtrumque ſed ægrè tamen & difficulter poſſit, Anathema ſit.

Canon III.

Si quis dixerit ſine præueniente Spiritus Sancti inſpiratione, atque eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, Anathema ſit.

Canon IV.

Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari, aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſe diſſentire ſi velit, ſed velut inanime quoddam, nihil omninò agere, meręque paſſiuè ſe habere, Anathema ſit.

Canon V.

Si quis liberum hominis arbitrium poſt Adæ peccatum amiſſum & extinctum eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, imò titulum ſine re; figmentum denique à Satana inuectum in Eccleſiam, Anathema ſit.

Canon VI.

Si quis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere, ſed mala opera, ita vt bona Deum operari, non permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe, adeò vt ſit proprium eius opus non minùs proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli, Anathema ſit.

Canon VII.

Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacumque ratione facta ſint, verè eſſe peccata, vel odium Dei mereri, aut quantò vehementiùs quis nititur ſe diſponere ad gratiam, tantò eum grauiùs peccare, Anathema ſit.

Canon VIII.

Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores peiores facere, Anathema ſit.

Canon IX.

Si quis dixerit ſola fide impium iuſtificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri quo ad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe, cum ſuæ voluntatis motu præparari atque diſponi, Anathema ſit.

Canon X.

Si quis dixerit, hominem ſine Chriſti iuſtitia per quam nobis meruit iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe, Anathema ſit.

Canon XI.

Si quis dixerit homines iuſtificari, vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quę in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat, aut etiam gratiam, qua iuſtificamur, eſſe tantùm fauorem Dei, Anathema ſit.

Canon XII.

Si quis dixerit, fidem iuſtificantem nihil aliud eſſe, quàm fiduciam diuinæ miſericordiæ peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur, Anathema ſit.

Canon XIII.

Si quis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequendam neceſſarium eſſe, vt credat certò, & abſque vlla hæſitatione, proprię infirmitatis & diſpoſitionis peccata ſibi eſſe remiſſa, Anathema ſit.

Canon XIV.

Si quis dixerit, hominem à peccatis abſolui, ac iuſtificari, ex eo quòd ſe abſolui, ac iuſtificari certò credat, aut neminem verè eſſe iuſtificatum, niſi qui credat, ſe eſſe iuſtificatum, & hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici, Anathema ſit.

Canon XV.

Si quis dixerit, hominem renatum & iuſtificatum teneri ex fide ad credendum ſe certò eſſe in numero prædeſtinatorum, Anathema ſit.

Canon XVI.

Si quis magnum illud vſque in finem perſeuerantiæ donum ſe certò habiturum abſoluta & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit, Anathema ſit.

Canon XVII.

Si quis iuſtificationis gratiam non niſi prædeſtinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes, qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, vtpotè diuina poteſtate prædeſtinatos ad malum, Anathema ſit.

Canon XVIII.

Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſſibilia, Anathema ſit.

Canon XIX.

Si quis dixerit nihil præceptum eſſe in Euangelio præter fidem, cætera eſſe indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, ſed libera; aut decem

Digitized by Google

cem præcepta nihil pertinere ad Christianos, Anathema sit.

Canon XX.

19 Si quis hominem iustificatũ & quamtumlibet perfectum dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantùm ad credendum, quasi verò Euangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruationis, Anathema sit.

Canon XXI.

Si quis dixerit Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse, vt Redemptorem, cui fidant, non etiam vt Legislatorem, cui obediant, Anathema sit.

Canon XXII.

Si quis dixerit iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse, vel cum eo non posse, Anathema sit.

Canon XXIII.

Si quis hominem semel iustificatum dixerit ampliùs peccare non posse, neque gratiam amittere; atque ideò eum, qui labitur & peccat, numquam verè fuisse iustificatum; aut contrà posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Maria Virgine tenet Ecclesia, Anathema sit.

Canon XXIV.

Si quis dixerit iustitiam acceptam non conseruari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, & signa esse iustificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ causam, Anathema sit.

Canon XXV.

Si quis in quolibet opere iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut (quod intolerabilius est) mortaliter, atque ideò pœnas æternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, Anathema sit.

Canon XXVI.

16 Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & sperare æternam retributionem à Deo, per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum, si benè agendo, & diuina mandata custodiendo vsque in finem perseuerauerit, Anathema sit.

Canon XXVII.

Si quis dixerit nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis; aut nullo alio, quamtumuis graui, & enormi præterquàm infidelitatis peccato semel acceptam gratiam amitti, Anathema sit.

Canon XXVIII.

Si quis dixerit amissa per peccatum gratia simul fidem semper amitti, aut fidem quæ remanet, non esse veram fidem, licèt non sit viua; aut eum qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, Anathema sit.

Canon XXIX.

Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere: aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare, sine Sacramento Pœnitentiæ, prout Sancta, Romana, & vniuersalis Ecclesia à Christo Domino, & eius Apostolis edocta, huc vsque professa est, seruauit, & docuit, Anathema sit.

Canon XXX.

Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad Regna cælorum aditus patere possit, Anathema sit.

Canon XXXI.

Si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè operatur, Anathema sit.

Canon XXXII.

Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, Anathema sit.

Canon XXXIII.

Si quis dixerit per hanc doctrinam Catholicam de Iustificatione à S. Synodo hoc præsenti decreto expressam aliqua ex parte gloriæ Dei vel meritis Iesu Christi Domini Nostri derogari, & non potiùs veritatem fidei nostræ denique ac Christi Iesu gloriam illustrari, Anathema sit.

17 Perlecto decreto de Iustificatione vnà cum
,, Canonibus, R. D. Archiepiscopus Spalatren-
,, sis interrogauit Patres, an placeret, per hæc
,, verba, videlicet: Reuerendissimi, & Illustriss-
,, simi Domini placent-ne hæc omnia vobis?
,, Tunc à Reuerendissimo, & Illustrissimo D.
,, Card. de Monte primo Præsidente, & Lega-
,, to responsum est his verbis, videlicet: Placent,
,, & ita cum magna veneratione suscipimus, &
,, amplectimur hanc Sanctam, & Catholicam de
,, Iustificatione doctrinam. Et successiuè à Re-
,, uerendissimo, & Illustrissimo D. Card. S. Cru-
,, cis secundo Præsidente, & Legato responsum
,, fuit per eadem verba formalia. Deinde quili-
,, bet ex Patribus interrogatus fuit singulariter
,, à me Angelo Massarello Sacri Concilij Secre-
,, tario, an placerent. Et primùm Reuerendissi-
,, mus, & Illustrissimus Dominus Card. Triden-
,, tinus dixit hæc verba, videlicet: Placebunt
,, omnia probata per Sanctam Synodum, quia
,, ego non interfui Congregationibus. Postea
,, Reuerendissimus, & Illustrissimus D. Cardina-
,, lis Giennensis, & successiuè Archiepiscopi, &
,, Episcopi, cæterique Prælati responderunt om-
,, nes per verbum: Placent, proferens ferè quili-
,, bet hæc verba formalia: Placent, & magna
,, cum reuerentia, & deuotione suscipio, & am-
,, plector Sanctam hanc Catholicam, & salutа-
,, rem de Iustificatione doctrinam, & anathe-
,, matizo omnes, qui eam non receperint. De-
,, derunt tamen aliqui schedulas infrascriptas,
,, videlicet.

R. D. Archiepiscopus Turritanus.

,, Sanctam hanc, & Catholicam de Iustifica-
,, tione doctrinam, fidem, & regulam amplector,
,, & veneror ego Archiepiscopus Turritanus: &
,, sic fideliter toto corde suscipio. Ita me
,, Deus perpetuo iustificare dignetur. Amen.
,, Et quod Sancta Tridentina hæc Synodus te-
,, net, teneo: quod anathematizat, anathe-
,, matizo.
,, Idem Archiepiscopus manu propria subscri-
,, psi, & placet decies.

R. D. Episcopus Senogallienſis.

,, Patres Amplissimi: quantum nefas opinor
,, repugnare conformibus sententiis vestris, &

,, tan-

Cautè legendum;

,, tantumdem reluctante conſcientia quidquam ,, ſtatuere. Vt igitur ex his tricis eo modo, quo ,, poſſumus, in præſentiarum me ipſum explicem, ,, eas partes decreti, in quibus cùm de miſeri- ,, cordia Dei diminutè tractatum fuiſſe cenſui, ra- ,, tionibus in Congregationibus adductus, exo- ,, nerando conſcientiam meam, atque veſtras ,, onerando comprobo, dummodo conformen- ,, tur in omnibus & Sacræ Scripturæ, & ſancto- ,, rum Patrum ſententijs, quemadmodum profi- ,, temur, qua lege reliqua mihi probantur om- ,, nia. Articulum præterea certitudinis gratiæ ,, ea lege comprobatum volo, ſi quemadmodum ,, à Sacroſancta Synodo decretum fuit, opi- ,, niones tantummodo confutentur Hæretico- ,, rum.

Marcus Epiſcopus Senogallienſis.

Reuerendus Dominus Epiſcopus Sibinicenſis.

,, Decretum ſanctiſſimum Iuſtificationis in- ,, omnibus ſuis partibus mihi ſummoperè pla- ,, cet, quo verò ad proœmium ipſius decreti, vi- ,, delicet Vniuerſalem Eccleſiam repræſentans ,, aliqui ex Reuerendis Patribus obiecerunt ti- ,, tulum Conſtantienſem, quod Concilium ab ,, Eccleſia re vera eſt receptum: propterea dico, ,, & reſpondeo cum B. Auguſtino, diſtingue tem- ,, pora, & concordabis Scripturas. Intelligo ,, conſiderandum eſſe quo, & quali tempore, ,, quauè ratione Concilium Conſtantienſe iſta ,, dixerit, nimirùm tempore Schiſmatis, quo ,, erant tres, quorum quilibet ſe verum Papam ,, aſſerebat, & in tali caſu, & tempore Schiſma- ,, tis fateor Concilium eſſe ſupra Papam, quia ,, aliter non poſſet Eccleſiæ Dei prouideri, & ,, ſcandalum exitiale Schiſmatis non poſſet ex- ,, tingui. Hoc enim vnicum eſt remedium in- ,, terris: aliorum autem temporum non eſt ſi- ,, milis ratio, & propterea alijs temporibus ta- ,, lis clauſula, videlicet Vniuerſalem Eccleſiam ,, repræſentans (prout ipſi Patres aſſerunt) non ,, debet apponi, & præſertim ad remouenda ,, multa ſcandala, quæ exindè poſſent oriri in- ,, Eccleſia Dei, maximè his temporibus. In- ,, ſumma dico, clauſulas illas Concilij Conſtan- ,, tienſis eſſe intelligendas tempore Schiſmatis, ,, non alio, & ideò non eſſe apponendas. Quid- ,, quid videtur, aut ſimile reperitur in Actis eiuſ- ,, dem Concilij Conſtantienſis, ad idem tempus ,, Schiſmatis cenſeo referendum: cùm ante nihil ,, vnquam tale in vllo Concilio fuerit conſtitu- ,, tum: immò potiùs trecenti illi Patres, qui ,, ſub Marcellino Papa, & propter Marcellinum ,, collecti fuerunt, aſſeuerant primam Sedem, id ,, eſt Romanam, à nemine iudicari: atque pro- ,, pterea non ipſi damnant, aut deponunt Mar- ,, cellinum; ſed eo inſtante ipſi (inquiunt) ,, ex tuo ore ipſe iudicabis, & ex tuo ore ,, condemnabis, nam primam Sedem nemo ,, iudicat, prout recitatur in decretis Gratiani ,, 21. diſt. c. *Nunc autem*. Itaque non expedit, ,, vt hoc temporis talis clauſula decreto inſera- ,, tur, ſed fuerit ſatis ſtatuere hoc ſacrum Con- ,, cilium eſſe generale, aut Oecumenicum, quan- ,, do id fuit ſatis Concilio illi frequentiſſimo, & ,, celeberrimo Chalcedonenſi, reliquiſque pri- ,, ſcis, quorum auctoritas & nunc eſt, & meri- ,, tò erit ſemper grauiſſima, atque ſanctiſſima. ,, Hæc pauca volui dixiſſe ſubmittens me correc- ,, tioni Reuerendiſſimorum, & Illuſtriſſimorum ,, Dominorum meorum Præſidentium, & huius ,, ſacroſanctæ Synodi.

Reuerendus Dominus Epiſcopus Lancianenſis.

,, Diſplicet, vt non ponatur in tit. Decreti de ,, Iuſtificatione Vniuerſalem Eccleſiam, & quia ,, non confodiuntur Hæretici contrarium aſſe- ,, rentes.

Ioannes Epiſcopus Lancianenſis.

Reuerendus Dominus Epiſcopus Pacenſis.

,, 18 Decretum de Iuſtificatione ſummè pro- ,, bo, quandoquidem video illud eſſe pium, ,, ſanctum, & verè Chriſtianum. Opto tamen ,, in titulo apponi illa verba, ſcilicet (Vniuerſa- ,, lem Eccleſiam repræſentans) abſit à me hoc ,, velim, vt in vllo conueniam cum Schiſmati- ,, cis, quos omnes minùs benè ſentientes de ,, auctoritate Sedis Apoſtolicæ deteſtor, & exe- ,, cror, vt verum decet Chriſtianum; ſed quo- ,, niam mihi pro re compertiſſima habeo Con- ,, cilium vniuerſale ritè indictum, & congrega- ,, tum ab eo, qui habet hanc poteſtatem, nem- ,, pè à Summo Pontifice Chriſti Vicario (vt eſt ,, hoc Concilium Tridentinum) repræſentare ,, Eccleſiam Vniuerſalem, vt tenent D. Grego- ,, rius cap. *Sicut*, bonæ memoriæ Gelaſius Papa ,, c. *Maiores* 24. q. 1. idem Gelaſius c. *Conſidimus* ,, 25. q. 1. facit ſexta Synodus actione 17. cùm dicit: *Hoc Sanctum vniuerſale noſtrum congregans collegium totius Eccleſiæ adunauit compagmem*. ,, Vndè hoc ſanctum noſtrum vniuerſale? &c. ,, quare ſi hæc verba non apponuntur, videtur ,, Concilium priuari ſuo proprio, & debito ti- ,, tulo.

,, Item notum eſt Concilium Conſtantienſe ,, fuiſſe vſum hac præfatione, non tantùm pro- ,, pter Schiſma, quod tunc erat in Eccleſia, ſed, ,, vt ex eo conſtat, quia Wicleff, Ioannes Hus, ,, & Hieronymus à Praga, quorum errores in ,, eo Concilio damnati ſunt, falsò aſſerebant, ,, Concilium vniuerſale ritè congregatum non ,, verè repræſentare Eccleſiam vniuerſalem, quod ,, poſteà approbauit Martinus V. in ſua Bulla, & ,, præcepit inquiri contra omnes ſuſpectos, quòd ,, fauiſſent dictis Hæreticis, ſcilicet Wicleff, ,, Hus, & Hieronymo à Praga, vel credidiſſent ,, illorum erroribus, dicens quòd interrogen- ,, tur inter alia ſi credant, teneant, & aſſerant, ,, quodlibet Concilium Generale, & etiam Con- ,, ſtantienſe repreſentare Vniuerſalem Eccleſiam: ,, & poſt alia. Liber etiam Cæremonialium lib. 1. ,, cap. de Concilio generali fol. 62. dicit eam eſſe ,, obſeruantiam Conciliorum, cùm Summus ,, Pontifex eſt præſens in Concilio, omnia ex- ,, pediantur ſub nomine Papæ, & per eius Bul- ,, lam; cùm autem eſt abſens, ſub nomine Con- ,, cilij, additis illis verbis, Vniuerſalem Ec- ,, cleſiam, &c. Meminerint etiam Reuerendiſ- ,, ſimi Legati, quòd, cùm in principio Conci- ,, lij fuit controuerſum de his verbis apponendis ,, in titulo, dictum fuit quòd, cùm cauſæ gra- ,, uiores tractandę eſſent, maximè quæ ſpectant ,, ad fidem, apponenda erant illa verba in titu- ,, lo. Cùm igitur in decreto de Iuſtificatione ,, agatur de fide noſtra, itaque de re grauiſſima, ,, non video cur non debeant apponi in titulo.

Franciſcus Epiſcopus Pacenſis.

Reuerendus Dominus Epiſcopus Calagurritanus.

,, 19 Placet decretum in omnibus, niſi in eo, ,, quòd deſunt verba illa: Vniuerſalem Eccle- ,, ſiam repræſentans, in titulo eius.

Epiſcopus Calagurritanus.

,, Quibus votis collectis, & Reuerendiſſimis, ,, & Illuſtriſſimis Dominis Præſidentibus ſigni- ,, fica-

Digitized by Google

,, ficatis, ipſe Illuſtriſſimus Dominus Cardi-
,, nalis de Monte dixit alta, & intelligibili voce
,, hæc verba, videlicet: Gratias innumeras agi-
,, mus Omnipotenti Deo, ſanctum hoc decre-
,, tum de Iuſtificatione approbatum eſſe vniuer-
,, ſaliter ab omnibus vno conſenſu.

,, Deindè idem Reuerendus Dominus Archie-
,, piſcopus Spalatenſis, exiſtens adhuc in am-
,, bone, legit decretum de reſidentia Epiſcopo-
,, rum, & aliorum, in quo hæc primo capite,
,, quia integritas præſidentium ſalus eſt ſubdito-
,, rum, continentur. Eadem ſacroſancta Syno-
,, dus, eiſdem Præſidentibus, & Apoſtolicæ Se-
,, dis Legatis &c.

20 Quia nonnulli (quod vehementer dolendum eſt) hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenaque cœleſtibus, ac diuinis humana præferentes, in diuerſis Curijs vagantur, aut in negotiorum temporalium ſollicitudine, ouili derelicto, atque ouium ſibi commiſſarum cura neglecta, ſinunt ſeſe occupatos eſſe, placuit ſacroſanctæ Synodo antiquos Canones, qui temporum, atque hominum iniuria penè in diſſuetudinem abierunt, aduersùs non reſidentes promulgatos innouare: quemadmodum virtute præſentis decreti innouat, ac vlteriùs pro firmiori eorumdem reſidentia, de reformandis in Eccleſia moribus, in hunc qui ſequitur modum ſtatuere, atque ſancire. Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, ſeù Cathedrali Eccleſia ſibi quocumque titulo, cauſa, nomine ſeu iure commiſſa quacumque ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, ſeù iuſtis, & rationalibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis extra ſuam Diœceſim morando abfuerit: quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Eccleſiæ, & pauperibus loci per Superiorem Eccleſiaſticum applicandorum, pœnam ipſo iure incurrat. Quòd ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittat. Creſcente verò contumacia, vt ſeueriori ſacrorum Canonum cenſuræ ſubijciatur, Metropolitanus Suffraganeos Epiſcopos abſentes, Metropolitanum verò abſentem Suffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrendæ infra tres menſes, per literas, ſeu nuntium Romano Pontifici denunciare teneatur, qui in ipſos abſentes prout cuiuſque maior aut minor contumacia exegerit, ſuæ ſupremę Sedis auctoritate animaduertere, & Eccleſijs ipſis de Paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino nouerit ſalubriter expedire.

21 Capite ſecundo decreti eiuſdem iuſſi Epiſcopi adigere Sacerdotes ad perſonalem reſidentiam obſtrictos, vt eam exhibeant pro diuini cultus amplificatione, & optimo Eccleſiarum regimine gerendo, ac in reluctantes legibus animaduertere, reſciſſis omnibus contrarijs prærogatiuis.

Tertio capite imperatum eſt, Eccleſiarum Prælatis, vt ſeueritatem in ſubditos criminum reos diſtringant, ac Regulares extrà Monaſterium vagantes ex canonicis ſanctionibus coërceant.

Quarto capite Canonicorum Collegia in Eccleſijs principibus Epiſcoporum auctoritati ſubeſſe iuſſa, pronuntiatumque in coſdem Canonicos ab Epiſcopis inquiri, & animaduerti poſſe, ſi à ſuo munere defecerint, & omnia contraria Acta, & priuilegia quouis modo concepta deleta.

Quinto capite decretum, vt nullus Epiſcopus cuiuſuis prærogatiuæ prætextu in aliena Diœceſi Pontificale munus, ſine Ordinarij Præſulis facultate data, exercere poſſit. Subdunt Acta Concilij.

,, 22 Quo decreto lecto, rogauit Patres, num
,, ſibi decretum placeret. Cui Reuerendiſſimus
,, de Monte ſibi placere reſpondit, & cum eo
,, multi fuere; tamen plures multa in decreto
,, deſiderarunt, dederuntque ipſi chartulas, qui-
,, bus eorum ſententia explicata erat: omnium,
,, itaque collectis votis, cùm difficile tunc foret
,, omnes ſchedulas percurrere, & ſingulorum
,, ſententias excutere, Reuerendiſſimus de Mon-
,, te dixit: Patres omnes probant decretum ex-
,, ceptis quibuſdam particulis, de quibus habe-
,, bitur ſermo in Congregatione. Quod cùm
,, omnibus placuiſſet, idem Epiſcopus ex Pa-
,, trum voto vnanimi, pronuntiauit futuram
,, Seſſionem tenendam eſſe Feria quinta poſt pri-
,, mam Dominicam Quadrageſimæ. Poſt hæc
,, Hercules Seuarolus Promotor Concilij accu-
,, ſauit contumaciam omnium Prælatorum ab-
,, ſentium, & petijt, illos vt contumaces habe-
,, ri, & declarari, & propterea eos incidiſſe in
,, cenſuras, & pœnas tàm in iure, quàm in eas
,, à Sanctiſs. D. N. expreſſas. Cui Reuerendiſſi-
,, mus de Monte, placet, inquit, de accuſatio-
,, ne contumaciæ, & declaramus aduersùs om-
,, nes, exceptis legitimè impeditis, proceden-
,, dum eſſe per Dominum Epiſcopum Aquen.
,, Epiſcopum Aſturicenſem, & Alifanenſem, quos
,, ad hoc ſpecialiter deputamus. Placuit omni-
,, bus deputatio, & contumaciæ accuſatio ad-
,, uersùs omnes, exceptis tamen Germanis Epi-
,, ſcopis, tanquam notoriè impeditis. Mox
,, idem Promotor petijt auctoritate ſanctæ Sy-
,, nodi, moneri omnes Prælatos præſentes, ne
,, ab hac Ciuitate diſcederent, ante finitam
,, proximam ſeſſionem, ſub pœnis excommu-
,, nicationis, & priuationis omnium officio-
,, rum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum ipſo
,, iure incurrendis. Ad cuius petitionem Reue-
,, rendiſſimus Cardinalis de Monte, placet, in-
,, quit, omnes Prælatos moneri; & ita omnes
,, hac monitione, quam pro trina, & canonica
,, haberi volumus, ſub pœnis prædictis, mo-
,, nemus, & requirimus, ne diſcedant ab hac Ci-
,, uitate ante finem ſeſſionis ſubſequentis, quod,
,, & alij probauerunt, paucis admodum exceptis.
,, Poſtremò idem Promotor petijt, per Nota-
,, rium, & Protonotarium preſentes, fieri vnum,
,, vel plura inſtrumenta de omnibus, & ſingulis
,, geſtis, ſolutaque eſt Synodus, cùm iam eſſet
,, hora XXIII.

23 Abſoluta igitur ſexta Seſſione, ita Acta Concilij loquuntur. [Die decima quinta eiuſdem Menſis Ianuarij fuit Congregatio, in qua Cardinalis de Monte laudauit ſummoperè Patres de concordia eorum ſuper decreto de Iuſtificatione. Tùm idem diuerſas recenſuit Patrum ſententias, quę exhibitę per Chirographum fuerant ſuper decretum Reſidentię: fuere, inquit, 28. qui decretum ſimpliciter probauerunt, ſex, qui nomina Cardinalium exprimi deſiderarunt, quatuor, qui titulum Eccleſiæ Vniuerſalis vellent addi in decreto. Totidem, qui vnam reformationis partem ſine altera ſanciri non debere, affirmarẽt. Duodecim, qui pœnas contra non reſidentes ſtatutas, deſiderarunt ad ius cõmune reduci. Tùm addidit;

Sententiæ variæ de reſidentia.

,, Sci-

,, Scitis vos Patres, ijs, qui nomina Cardinalium
,, exprimi desiderabant, sæpiùs responsum esse,
,, itaque non placet, neque æquum est, nominare
,, expresè. De titulo sępiùs dictum est, adhuc
,, tamen si quis dubitat, videre poterit in Caie-
,, tano, & Turrecremata aduersantibus Concilio
,, Basileensi, & Constantiensi, in hoc, quod in
,, decretis suis nomen Vniuersalis Ecclesiæ re-
,, pręsentans apposuerunt. Legitque Patribus
,, eorum hac de re sententiam. His autem, qui
,, vnam partem reformationis, sine altera non
,, esse expediendam censuerunt, non est quid res-
,, pondere oporteat, adeò ab omni ratione alie-
,, na est eorum sententia. De pœnis verò, & de
,, Prouincialibus Concilijs, sufficiant ea, quæ à
,, me proximis diebus dicta fuerunt. Hoc vnum
,, adderem, me cogitare in futurum abstinere à
,, Congregatione, postquam video plures ita du-
,, ra ceruice, vt ex sua opinione nulla ratione
,, diuelli queant, & certè si ita agendum est, frus-
,, stra hunc laborem Congregationum assumi-
,, mus. Cogitent igitur Patres, quid hac de re
,, agendum sit: ego illorum opinionem libenter
,, audiam. Quæ verò in futurum tractanda erunt,
,, sunt hæc, videlicet, de dogmatibus, & materia
,, Sacramentorum. De Reformatione verò age-
,, tur, & de impedimentis Episcoporum. Expe-
,, dienturque omnia, quæ ad decretum de resi-
,, dentia pertinent. Ad hęc Cardinalis Giennen-
,, sis. Ego simpliciter (inquit) decretum proba-
,, ui, & probo, quantum ad me attinet, & desi-
,, derau ab omnibus item probari, verùm post-
,, quam aliter se habuit, optimum esse arbitror,
,, de hac ipsa re habere aliquas Congregationes
,, particulares, & de consensu Iuris peritorum,
,, ac demùm Congregationis generalis aptare
,, decretum; idque non parum Patribus placere
,, videbatur: fuere tamen, vt Asturicen, & Ca-
,, lagurritanus, qui omninò publicandum decre-
,, tum dixerunt post decretum admonitionis
,, pœnarum, quod & in alijs Concilijs, & præ-
,, cipuè in vltimo Lateranensi factum fuisse con-
,, stat. Quibus Cardinalis de Monte. Non est
,, par ratio (inquit) illius, atque istius Concilij,
,, & non est vnus, aut alter, qui dissentit, sed plu-
,, res admodùm. Et propterea satius existimo,
,, decretũ ipsum non publicare, quàm tot notis in
,, illo appositis edere. Ad hęc Paceñ. Non (in-
,, quit) titulum desideraui inscribi decreto alia
,, de causa, quàm vt hæreses damnarentur, con-
,, stat enim inter alias hæreses, hanc vnam præ-
,, cipuè Lutheranos opinionem sequi, vt negent
,, Concilium legitimè congregatum Ecclesiam
,, Vniuersalem repræsentare. Cui Cardinalis de
,, Monte, dixit, si hac causa quisque mouetur,
,, bono zelo eum moueri necesse est; sed ne am-
,, plius hoc desideret quisque, facilè fiet, si in vno
,, atque altero articulo hanc aduersariorum hæ-
,, reticam sententiam damnauerimus, quod cùm
,, omnes probare viderentur, Episcopus Salu-
,, tiarum, credo (inquit) Patres, & multis qui-
,, dem rationibus, Concilium Ecclesiam Vniuer-
,, salem non repræsentare, nam cùm constet ex
,, Capite, & membris, non potest totum corpus
,, repræsentare, sine Capite, quod est Christi Vi-
,, carius. Item Ecclesia constat ex viuis, & mor-
,, tuis, ac hic nulli mortui reperiuntur. Præte-
,, rea Ecclesia est omnium Fidelium, & constat
,, extra hoc gremium multos esse Fideles. Ad-
,, debat & alia in hanc sententiam, sed eius
,, oratione adeò Patres commoti sunt, dicentes;
,, hanc sententiam hæresim sapere, vt omnes in-
,, clamarent. Sed & Præsides dixere, nunquam
,, se ita sensisse; Et quid est (inquit) Cardinalis
,, de Monte, vt ego hic triginta Episcopis præ-
,, sim, nisi Ecclesiam Vniuersalem correpręsenta-
,, re sciam; sed abstinendum esse à titulo censui-
,, mus semper, ne posteris malum exemplum
,, præbeamus, non enim hoc Concilium, sed po-
,, steriora timemus, ne aliquando huius exemplo
,, inuitati aliquid aduersùs Apostolicam Eccle-
,, siam moliantur. Addidit mox Episcopus Sa-
,, lutiarum. Ego (inquit) verba mea intelligo
,, aduersùs eos, qui moliuntur aliquid sub illis
,, verbis, vt velint Papam alicui subesse Conci-
,, lio, vt scio aliquas vulpeculas facere. Quæ
,, postrema verba tanta cum indignatione à plu-
,, ribus, & maximè ab Hispanis audita sunt, vt
,, nihil suprà; multaque mox verba ab illis in il-
,, lum dicta sunt, nec cessatum fuisset, nisi Præsi-
,, des silentium indixissent: At vera sententia
erat Conclium Ecclesiam Vniuersalem non repręsentare sine Capite, id est sine Pontifice: At in Concilio Tridentino Legati Apostolici repræsentabant Pontificem non dubium. Basileense quidem post translationẽ cùm esset Acephalum, stante non ambiguo Pontifice Conciliabulum extitit Schismaticum; Constantiense Concilium, cùm plures dubij Pontificium ius nomenque sibi ascisceret, Vniuersalem Ecclesiam repræsentare iure profectus est.

,, 24 Die Lunæ decima eiusdem fuit Con-
,, gregatio, in qua Cardinalis de Monte, non
,, parum (inquit) hodiè agimus, si præparabi-
,, mus materiam sequentis Sessionis; hæc du-
,, plex est, vna ad dogmata, altera ad mores spe-
,, ctat, de prima dicet Reuerendus Collega
,, meus, ego alteram prosequar. Mox Cardina-
,, lis Sanctæ Crucis. Dedimus (inquit) operam,
,, vt omnes errores circa Sacramenta inuenire-
,, mus, inuenti autem sunt hi, qui sequuntur,
,, quòd in tres partes diuisi sunt; prima pertinet
,, ad errores concernentes circa Sacramenta in
,, genere; secunda ad errores, qui versantur cir-
,, ca aliqua Sacramenta. Quod rursùs in duas
,, diuiditur partes, legitque ipsos omnes, & Pa-
,, tres admouuit, vt eorum exemplaria accipe-
,, rent, & suo tempore essent parati dicere sen-
,, tentias, postquam sacri Theologi extra Con-
,, cilium auditi fuerint. Deindè Cardinalis de
,, Monte legit notulam impedimentorum colle-
,, ctorum ex diuersis impedimentorum char-
,, tulis porrectis ab ipsis Episcopis. Nec (in-
,, quit) erit materia à nobis tractanda eodem
,, tempore, quo Reuerendus Collega meus per-
,, tractabit materiam Sacramentorum, seorsum
,, tamen interuenient mecum Iurisperiti, & qui
,, interesse volent; cum illo autem Theologi.
,, Hæc fuerunt verba Reuerendissimi de Monte,
,, & mox impedimentorum lectio, tàm Patribus
,, grata, vt prę lętitia gestire omnes viderentur.
,, Admonitique fuerunt omnes, vt eorum impe-
,, dimentorum exemplaria, si qui vellent, de-
,, scribi facerent. Actum est denique, vt concede-
,, retur licentia aliquibus Episcopis, qui ex cau-
,, sa essent discessuri, breui tamen reuersuri.
,, Quod ita demùm fieri placuit, si hi Episcopi
,, antequam discederent, se obligarent ad redeun-
,, dum intra terminum per Legatos statuendum.
Errores autem circa Sacramenta in genere, & in specie sunt, qui sequuntur,

Materia Sessionis septimæ disponitur.

Arti-

Digitized by Google

Articuli Hæreticorum ſuper Sacramentis in genere.

Articuli Hæreticorum de Sacramentis in genere.

25 I. Sacramenta Eccleſiæ non eſſe ſeptem, ſed vel plura, vel pauciora, quæ verè Sacramenta dici poſſint.

II. Sacramenta non eſſe neceſſaria, & ſine eis, ac eorum voto homines à Deo gratiam adipiſci.

III. Nullum Sacramentum eſſe alio dignius.

IV. Sacramenta nouæ Legis non conferre gratiam etiam non ponenti obicem.

V. Sacramenta nunquam gratiam, aut remiſſionem peccatorum dediſſe; ſed ſolam fidem Sacramenti.

VI. Statim poſt lapſum Adæ fuiſſe Sacramenta à Deo inſtituta, in quibus gratia daretur.

VII. Sacramentis tantummodo dari gratiam credentibus ſibi remitti peccata.

VIII. Non dari gratiam in Sacramentis ſemper, & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, ſed quando, & vbi viſum eſt Deo.

IX. In nullo Sacramento imprimi characterem, ſed rem fictitiam eſſe.

X. Malum Miniſtrum non conferre Sacramenta.

XI. Omnes Chriſtianos cuiuſuis ſexus habere parem poteſtatem in verbo, & Sacramento miniſtrando.

XII. Quemuis Paſtorem habere poteſtatem formas Sacramentorum prolongandi, & abbreuiandi pro arbitrio ſuo, & mutandi.

XIII. Intentionem Miniſtrorum non requiri, nihilque agere in Sacramentis.

XIV. Sacramenta ad ſolam fidem nutriendam eſſe inſtituta.

Die XX. Ianuarij Feria V. vocatis in Congregationibus Patribus lecti ſunt errores Hæreticorum circa Sacramenta Baptiſmi, & Confirmationis, vt maturo examine diſcutiantur.

Errores Lutheranorum circa Sacramentum Baptiſmi.

Errores Lutheranorum circa Baptiſmum.

26 I. In Eccleſia Romana, & Catholica, non eſſe verum Baptiſmum.

II. Baptiſmum liberum eſſe, nec neceſſarium ad ſalutem.

III. Baptiſmum datum ab Hæreticis verum non eſſe, & ob hoc iterandum.

IV. Baptiſmum eſſe pœnitentiam.

V. Baptiſmum eſſe tantùm externum ſignũ, vt ouium creta rubea, nec habere partem in Iuſtificatione.

VI. Baptiſmum iterandum eſſe.

VII. Verum Baptiſmum eſſe fidem credentem pœnitentibus remitti peccata.

VIII. Baptiſmo non tolli peccatum, ſed ſolam imputationem.

IX. Eandem eſſe vim Baptiſmi Chriſti, & Ioannis.

X. Baptiſmum Chriſti non euacuaſſe Baptiſmum Ioannis, ſed ei addidiſſe promiſſionem.

XI. Ritus alios in Baptiſmo adhiberi ſolitos liberos eſſe, ideſt, ſine peccato omitti poſſe, & ſolam immerſionem eſſe neceſſariam.

XII. Præſtare, omittere Baptiſma puerorum, quàm eos non credentes baptizari.

XIII. Paruulos propriam habere fidem, idcò non eſſe baptizandos.

XIV. Baptizatos in pueritia, quia non crediderunt, eſſe rebaptizandos, cùm peruenerint ad annos diſcretionis.

XV. Baptizatos in infantia cùm adoleſcunt interrogandos, an ratum habeant Baptiſmum, quod ſi negent ſe habere ratum, dimittendos.

XVI. Remitti peccata poſt Baptiſmum ſola recordatione, & fide, quod quis ſit baptizatus.

XVII. Votum Baptiſmi non habere conditionem niſi fidei, & alia omnia vota euacuare.

Errores Lutheranorum circa Sacramentum Confirmationis.

27 I. Confirmationem non eſſe Sacramentum.

II. Confirmationem eſſe à Patribus inſtitutam, & non habere promiſſionem gratiæ Dei.

III. Confirmationem eſſe otioſam cęremoniam, & olim fuiſſe cathecheſim, qua adoleſcentię proximi, fidei ſuę rationem coram Eccleſia exponebant.

IV. Confirmationis Miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis Sacerdotem.

„ Die verò Lunæ vltima Ianuarij, fuit Congregatio, & Cardinalis de Monte dixit. „ Per deputationem particularem Iuris-peritorum aptatos fuiſſe nonnullos Canones in materia reſidentiæ, de quibus in proximis Congregationibus generalibus erit ſermo habendus, & propterea poterant omnes Epiſcopi eorum Canonum exemplaria ſumere, & in prima Congregatione venire parati ad dicendum ſuper ijs. Interim enim (inquit) dum hæc à nobis geruntur, Reuerendus Collega meus curabit, vt audiantur Theologi non conciliares ſuper reliquis Sacramentis. Quod ea ratione cogitatum eſt, non vt omnia in hac proxima Seſſione expediantur, ſed vt in ſubſequenti Seſſione paratiores ſimus. Sunt enim proximè abfuturi Theologi iſti ob prædicationem, & propterea iudicauimus eſſe præueniendum.] Et ideò tertia Februarij die cæpti ſunt diſcuti à Theologis Hæreticorum articuli de Euchariſtia ſubiectis concepti verbis.

Articuli Hæreticorum ſuper Sacramento Euchariſtiæ propoſiti examinandi Theologis.

28 I. In Euchariſtia non eſſe re vera Corpus & Sanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ſed tantùm vt in ſigno, ſicut vinum dicitur eſſe in circulo ante tabernam. *M. S. Vat. fig. num. 3232. pag. 258.*

Hic error eſt Zuinglij, & Oecolampadij, & Sacramentariorum. Errores de Euchariſtia damnantur.

II. Exhiberi in Euchariſtia Chriſtum, ſed ſpecialiter tantùm manducandum per fidem.

Hic error eſt Oecolampadij in libello de Euchariſtia c. 14. & multis alijs in locis.

III. In Euchariſtia eſſe quidem Corpus, & Sanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ſed ſimul cum ſubſtantia panis, & vini, ita vt non ſit tranſubſtantiatio, ſed vnio hypoſtatica humanitatis, & ſubſtantiæ panis, & vini.

Lutherus in Teſtamento de Sacramento Altaris ait: Profiteor quod in eo veraciter Corpus, & Sanguis Chriſti in pane, & vino corporaliter manducatur, & bibitur, idem in Aſſertionibus.

IV. Chriſtum in Euchariſtia non eſſe adorandum, neque Feſtis venerandum, neque in Proceſſionibus circumgeſtandum, neque ad In-

Digitized by Google

firmos deferendum, & eius adoratores esse veros Idololatras.

Lutherus ad Valdenses.

V. Non esse reseruandam Eucharistiam in sacrario, sed statim consumendam, & præsentibus dandam, & aliter facientes abuti hoc Sacramento. Hæc habentur in Libello reformationis ad Colonienses.

VI. In Hostijs, seù particulis consecratis post Communionem remanentibus non remanere Corpus Domini, sed tantùm ibi esse dum sumitur, non autem ante, nec post sumptionem.

Lutherus, vt refert Cochlæus in Libello contra eum edito.

VII. De Iure Diuino esse, sub vtraque specie etiam populum communicare, ac propterea peccare eos, qui cogunt populum altera specie vti, & tamen præcipiente Concilio, vt plebs sub vtraque specie communicet, eo casu sub altera tantùm communicandum.

Ficta hæresis Luth. ex contradicendi rabie.

In Confessione Aug. c. *De vtraque specie*, & Lutherus *De Formula Missæ*. Si quo casu Concilium statuerit (minimè omnium vellemus) vtraque specie potiri, imò tunc primùm in despectum Concilij vellemus, aut vna tantùm, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri, ac planè eos anathema habere quicumque auctoritate talis Concilij potiretur vtraque.

VIII. Non contineri sub altera specie, quantum continentur sub vtraque, nec tantum sumere communicantem sub altera specie quantum sub vtraque.

Ioannes Eckius in disputationibus, item Lutherus Lib. disput. 1531.

IX. Solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendam Eucharistiam, neque teneri homines ad Communionem in Pascha.

De reformatione sententiæ referuntur.

Luther. *Libr. de Captiu. Babylonic.* item *In Visitatione Saxonica cap. De Euch.*

X. Non licere, vt quis seipsum communicet.

Hic error videtur esse Lutheri, & aliorum Hæreticorum superiorum. Hos articulos Alphonsus Salmeron in Congregatione Theologorum luculenter confutauit, & consequentibus diebus alij Theologi refellerunt.

29 Dùm à Theologis disseretur de Sacramentis, & Iurisperiti egissent de reformatione.

Acta Consistorialia. m.s. Card. Spadæ: tom. 12.

,, [Die tertia Februarij fuit Congregatio, in qua dixerunt plerique Patres sententias super Canonibus præmissis. Omnium primus fuit Giennensis, qui non pauca adnotauit. Non enim probauit, vt recentioris Concilij Lateranensis mentio haberetur, addique cupiebat; neminem in Episcopum creari debere, nisi legitimo matrimonio natum. De beneficiorum, & Ecclesiarum pluralitate nihil actum esse aiebat, nisi etiam de præteritis prouideretur, subijciebat insuper, vt nulli pastoralis Ecclesia daretur, qui non actu residentiam impleret, quod facillimè fieri posset, si ita omnes curatæ Ecclesiæ conferrentur, quo modo patrimonialia beneficia conferri in Hispania consueuerunt, hoc est præhabito rigoroso examine. De dispensationibus autem, hoc in vniuersum censuit, vt quoad possibile esset, restringerentur; adiecit & alia in hanc penè sententiam, quam & Turrianus, & nonnulli alij secuti sunt. Præfatus in primis tamen est Turrianus, se maximoperè cupere, vt totus hic de reformatione tractatus reijceretur ad Sanctissimum Dominum Nostrum, cuius de hac re sententiam secuti sunt Feltrensis, & Acjensis. Sed pluribus Acjensis disseruit, vt ostenderet, omnia Congregationem frustra acturam esse, nisi Pontifex Maximus assenserit, aiebatque sæpiùs Romæ actum fuisse hac de ipsa reformatione, primò per decem à Sua Sanctitate deputatos, & alios deinceps, & tamen omnium laborem incassum cessisse. Propterea scirent Patres, ita demùm decretum de residentia locum habiturum, si Pontifici Maximo placuisset. Adiecit præterea, non esse potestatem Concilij ad hoc. Huius sententiam nonnulli secuti sunt. Senogallensis potiùs aiebat, omninò à reformatione abstinendum, quàm tales Canones edere, per quos potiùs deformaretur, quàm reformaretur Ecclesia; dicebatque maxima expectari ab isto Concilio, quæ nisi præstentur, futurum, vt maximum in Ecclesia Dei scandalum veniat. A cuius opinione parum diffiderunt Fesulanus, & Caputaquensis. Illud in primis affirmantes, se huic decreto assensum non præbituros, nisi expressè de Cardinalibus mentio haberetur, affirmantes nunquam ferendum esse, vt posthabitis maioribus Ecclesijs, quorum maior pars est in manibus Cardinalium, tenuioribus tantùm Ecclesijs prouideatur.

Sed cùm Patres in ista Congregatione non dixissent omnes suas sententias, in alijs tamen Congregationibus protulerunt, & ideò sequuntur Acta. [Die Veneris quarta Februarij dixerunt sententias plures ex Patribus eadem de re. Episcopus Salutiarum nisus est defendere Canones ipsos ab his obiectionibus, quæ à Cardinali Giennensi, & alijs Patribus factæ fuerunt, quod & ante Tarentinus Episcopus præstiterat, cæteri penè omnes Canones probauerunt, læsionibus ijsdem notis adiectis.

30 Die sequenti dixerunt sententias reliqui Patres tribus, quatuorue exceptis. Agathensis omnia penè improbauit, quæ à Cardinali Giennensi dicta fuerant, itemque etiam fecerunt, Lancianensis, Siracusanus, Pacensis, Asturicensis, Oscensis, Calagurritanus, cum quibus & Aquinas, & Bituntinus, & Britinorensis in nonnullis Capitulis sensere, & maximè in hoc, vt lex de pluralitate Cardinalium, & Curatorum Ecclesiarum generalis esset, nemoque ab ea exciperetur, ita etiam, vt lex non tantùm futuris, sed etiam præsentibus prouideret; verùm hac in re, & in alijs pluribus longè vehementiores fuere Hispani; quorum summa sententiæ hæc continebat.

Vt quæ à maiori parte Patrum in proxima sessione sancita fuere, ederentur, nec ampliùs de illis esset quæstio.

Vt Concilium Lateranum nullo modo probaretur quo ad reformationem, vt quòd in pluribus suis capitibus deformationem Ecclesiæ magis augeret, quàm tolleret.

Vt nulla omninò dispensatione liceat cuique vltra duas curatas Ecclesias habere.

Vt nemo nisi vnam Cathedralem haberet, quacumque præfulgeat dignitate.

Vt in hoc decreto de Cardinalibus expressa fieret mentio.

Vt nulla omninò teneat dispensatio, nisi ex iustis,

,, iustis, & in iure expressis, vel saltem rationabilibus causis concessa.
,, Vt causæ huiusmodi coram Ordinarijs probandæ sint.
,, Canones autem ita comprobandos esse, vt dicant abusum esse aliter facere.
,, Dispensationes esse dissipationes, & non iuuare quemquam in Foro Poli; nisi ex iustis, & rationabilibus causis concessæ essent.
,, Et propterea Cardinales beneficijs nunquam sat plenos, cum peccato mortali beneficia retinere.
,, Ad hæc omnia Albiganeñ multis rationibus respondit, sed minùs grata eius oratio visa est multis, propterea quòd asseruit, omninò Episcoporum auctoritatem à Sede Apostolica emanasse, nec aliquam Episcopos auctoritatem habere à Deo, nisi eò quòd & omnes aliæ res immediatè sunt à Deo. Item, quòd Concilij potestas delegata esset, nec quicquam Concilium decernere posset, quod non sibi à prima Sede mandatum esset.
,, Die sequenti dixerunt sententias reliqui ex Patribus. Canariensis multa deduxit, vt persuaderet, ante omnia statuendum esse, Episcoporum residentiam de Iure Diuino esse; Episcopatum, & Episcopale officium à Iure Diuino esse contendit. Cui Alifanus, & Minoriten responderunt, adeò vt omnes eius rationes conuellerent.] Sequuntur Acta narrare quæ gesta fuerunt in alia Congregatione. [Die sequenti septima eiusdem fuit Congregatio, in qua Reuerendissimus de Monte aliqua ad Patres præfatus est super querelis, quas nonnulli fecerunt aduersùs corruptos mores huius sæculi. Tùm dimittamus (inquit) querelas, & veniamus ad remedia ipsa. Multa de potestate Concilij frustra disputarunt, quid enim opus est tàm longis disputationibus tempus terere, cùm id quod à multis petitur, verbo, re ipsa præstatur, dum à nobis leges promulgantur. Aliqui suadere conati sunt, vt negotium reformationis remittatur ad Sanctissimum Dominum Nostrum, non ea ratione, vt putarent Concilium carere potestate, sed quia videbant Patres non conuenire inter se: plerique etiam ad interrogata non responderunt. Aliqui censuerunt statuenda esse omnia, quæ de re aliàs à me dictum fuit. Non enim video, quòd ex hoc prouenire possit aliqua vtilitas. Omnes enim bonum, & rectum cupimus, sed sæpiùs decipimur specie recti; aliquos Episcopos cupere, examinari omnes Beneficiatos, & omnes vniones, omnesque dispensationes reuocare, quod tempora minimè ferunt, & vereor, ne si hoc statueretur, plurimis ridiculi essemus. Quid ergò faciendum? Illud quod licet, & quod expedit, hoc est, vt cura animarum à nobis nullatenùs negligatur. Quod credimus his Canonibus amplè prouisum esse, si tamen aliquid deerit, ex sententijs Dominationum Vestrarum supplebitur. Alij execrati sunt simoniam, maximè Curialium, & hæc culpa non est reijcenda ad Sanctissimum Dominum Nostrum. Sunt & in Curia Romana & boni, & mali, nec est possibile in omnes malos animaduertere, & præcipuè quia mali homines cautè in hac materia procedere solent, vt à nemine deprehendi valeant, fiat tamen de hoc quæcumque prouisio Synodo placuerit.

,, Permagni putant plurimi ad conseruandam auctoritatem Sedis Apostolicæ fieri exactissimam reformationem; probamus hanc sententiam, fiat reformatio, sed debito modo fiat, nè dum volumus auctoritatem, & potestatem ipsius Sedis tueri, & defendere, cuius causa præcipuè, & Concilium in hac Ciuitate indictum fuit, ipsam lædamus, & infringamus, nec satis esset verbo affirmare, & fateri supremam potestatem, si facto vellemus illam conuellere. Operæ pretium igitur erit in hoc sequi antiquorum Canonum normam. In Canonibus enim Nicæni Concilij insertis inter decreta Papæ Iulij §. 3. 6. & 14. his verbis Apostolica auctoritas excipitur, saluo in omnibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio, quod & alibi habetur c. 6. q. 3. c. *Peregrina*. Aliquis Prælatus dixit promulgandâ esse legem de beneficijs conferendis, quam etiam Sanctissimus Dominus Noster obseruare teneatur; huic respondet Paschalis Pontifex, qui in c. *Significasti. De electione*. Aiunt (inquit) in Concilijs statutum non inueniri, quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia vlla præfixerint, cùm omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum Statutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas. Aliquis dixit Canones hos sophisticos esse. Certè si hæc verba Canones ipsos respicerent, non autem personas nostras, non ægro animo id accepissemus: propterea enim Canones dantur Patribus, vt ex perfectis eorum sententijs, quod ipsis deest suppleatur. At dicere sophisticos esse Canones est nobis imponere, quòd Patres his Canonibus decipere voluerimus, qua de re plura à nobis dicenda essent, ni inter eos essemus, apud quos certè habemus fidem, & integritatem nostram esse perspectam. Hactenùs fortassis pluſquam oportebat patientes fuimus, si post hæc aliquis aduersùs nos talia dixerit, sciat nos muneri nostro non defuturos, & hæc familiariter, & cum omni charitate dicta sint. Patres omnia boni consulant, Patrum sententiæ proponantur, & ex eorum voto Canones aptabuntur. Patres dicent sententias in materia Sacramentorum.

Tom. 19. de Conc. Arch. fig. n. 3206. pag. 199. M. S fign. 3232 pag. 275 & 283. Acta Cong. Con. Trid. M. S. Fr. ciſci Card. Barberini fig. num. 1799. p. 202.

Reformatio debito modo facienda.

,, 31 Mox Cardinalis S. Crucis: Redegimus articulos istos de Sacramentis in tres classes, quorum prima continet articulos, qui ex iudicio Theologorum visi sunt omninò hæretici. In secunda classe positi sunt, qui scandalosi visi sunt. In tertia verò articuli, qui partim omittendi, partim autem dubij visi sunt.

Articuli de Sacramentis.

Hìc animaduertendum est, repetitionem articulorum Hæreticorum circa Sacramenta, quos suprà recitauimus, in hoc congressu factam fuisse: quia autem ratione id gestum fuerit, curioso lectori discutiendum relinquimus.

Articuli autem sequuntur, & sunt tales.

Errores Lutheranorum circa Sacramenta in genere.

Sacramenta Ecclesiæ non esse septem, sed vel plures, vel pauciora, quæ verè Sacramenta dici possint.

Sacramenta non esse necessaria, & sine eis, ac eorum voto homines gratiam adipisci.

Nullum Sacramentum esse alio diginus.

Sacramenta nouæ legis non conferre gratiam etiam non ponenti obicem.

Sacramenta nunquam gratiam, aut remissionem peccatorum dedisse, sed solã fidem Sacramentorũ.

Digitized by Google

Sacramentis dari tantummodo gratiam credentibus remitti sibi peccata.

Non dari gratiam in Sacramentis semper, & omnibus quantum est ex parte Dei, nisi quando, & vbi visum est Deo.

Malum Ministrum non conferre Sacramentum.

Omnes Christianos cuiusuis sexus habere parem potestatem in verbo, & Sacramento administrando.

Sacramenta ad solam fidem nutriendam, esse instituta.

De Baptismo.

In Ecclesia Romana, & Catholica non esse verum Baptisma.

Baptismum liberum esse, nec necessarium ad salutem.

Baptismum datum ab Hæreticis non esse verum, & ob hoc iterandum.

Baptismum esse tantùm externum signum, & vt ouium creta rubea, nec habere partem in Iustificatione.

Baptismum iterandum esse.

Verum Baptismum esse fidem credentem pœnitentibus remitti peccata.

Baptismo non tolli peccatum, sed solùm imputationem.

Præstare omittere Baptisma puerorum, quam eos non credentes baptizari.

Paruulos propriam habere fidem, & ideò non rebaptizandos.

Baptizatos in pueritia, quia non crediderunt, esse rebaptizandos cùm peruenerint ad ætatem discretionis.

Baptizatos in infantia, cùm adolescunt interrogandos, an habeant ratum Baptismum, quod si negent, habendos pro Ethnicis.

Remitti peccata sola recordatione, & fide quod quis sit baptizatus.

Votum Baptismi non habere conditionem nisi fidei, & omnia alia vota euacuare.

De Confirmatione.

34 Confirmationem non esse Sacramentum.

Confirmationem esse à Patribus institutam, & non habere promissionem gratiæ Dei.

Confirmationem esse otiosam cæremoniam, & olim fuisse catechesim, qua olim adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant.

Articuli, qui multis Theologis non videntur damnandi, sine aliqua declaratione,

De Sacramentis in genere.

Sacramenta non esse septem, sed vel plura, vel pauciora, quę verè Sacramenta dici possint. Hunc articulum aliqui cuperent damnari tantùm quoad primam partem, videlicet Sacramenta Ecclesiæ non esse septem, nulla facta mentione partis posterioris, scilicet, quòd non sint plura, vel pauciora, vt factum est in Concilio Florentino.

Sacramenta non esse necessaria, & sine eis, ac eorum voto per solam fidem hominem à Deo gratiam adipisci.

Nonnulli censent hunc articulum non esse damnandum, prout iacet, sed cùm hac additione, vt dicatur non esse necessaria in Ecclesia, quia non singula Sacramenta, singulis necessaria sunt.

Nullum Sacramentum alio dignius. Quia Sacramenta diuersis respectibus alia alijs digniora esse possunt, aliquibus non videtur hic articulus damnandus sine declaratione.

In nullo Sacramento imprimi characterem, sed rem fictitiam esse. Quidam optarent hunc articulum non simpliciter damnari vt hæreticum, sed amplexandam aliam partem, vt probabiliorem.

Intentionem Ministrorum non requiri, nihilq; agere in Sacramentis. Quoniam intentio Ministrorum, vt aliqui asserunt, non est simpliciter necessaria, sed tantùm quod intendant facere id, quod Ecclesia intendit, ideò cuperent hunc articulum damnari cum aliqua declaratione.

De Baptismo.

Baptismum esse pœnitentiam. Cùm Baptismus aliquo modo dici possit pœnitentia, & ita appelletur ab Epiphanio, & Tertulliano, nonnulli censent hunc articulum damnandum hoc modo, Baptismum esse Sacramentum pœnitentię, quod à nemine non esse damnandum iudicatur.

Ritus alios in Baptismo adhiberi solitos liberos esse, id est, sine peccato omitti posse, & solam intentionem esse necessariam. Aliqui declarandum putabant de ritibus substantialibus, quia arbitrantur alios omitti posse sine peccato.

De Confirmatione.

Confirmationis Ministrum non esse solùm Episcopum, sed quemuis Sacerdotem. Hunc articulum vellent redigi ad normam verborum expressam in Concilio Florentino.

Articuli, quos aliqui Theologi non damnandos, sed silentio prætercundos censent,

De Sacramentis in genere.

Statim post lapsum Adæ fuisse à Deo Sacramenta instituta, quibus gratia daretur.

De Baptismo.

Eandem esse vim Baptismi Christi, & Ioannis.

Baptismum Christi non euacuasse Baptismum Ioannis, sed ei dedisse promissionem.

Articuli, quos vltra propositos Theologi damnandos arbitrantur.

De Sacramentis in genere.

Omnia Sacramenta non esse à Christo instituta.

Sacramenta esse tantùm signa, & notas nostræ professionis, siuè allegoria bonorum operum.

Non esse Sacramentum, nisi habeatur in Scripturis.

De Baptismo.

Pueros in vteris maternis per inuocationem Trinitatis, & benedictionem saluari.

Negantes fidem Christianam apud Infideles, cùm reuertuntur ad propria, rebaptizandos esse.

Neminem baptizandum esse, nisi in mortis articulo.

Neminem baptizandum esse, nisi ea ætate, qua baptizatus est Christus.

Aquam non esse de necessitate, sed solam assistentiam Spiritus Sancti.

Baptismum non esse, nisi signum afflictionum, quod oporteat Christianos subire fluctus, & pericula omnis generis perferre.

Morte corporali Baptismo satisfieri, & eam esse eius proprium significatum.

Baptismum omnia peccata, quæ post eius susceptionem perpetrantur, venialia facere.

Fœdus inter Deum, & baptizatum in Baptismo initum non implicare Diuinæ legis obseruantiam.

Filios Israël in transitu Maris rubri non figuratiuè, sed vero fuisse Baptismate baptizatos, sicut & Noë cùm veheretur in arca.

Fomitem retardare baptizatos ab ingressu Cęli,

De

Digitized by Google

De Chrismate.

Qui dicunt oleum Chrismatis esse oleum salutis, Christum negant.

Spiritui Sancto sunt iniurij, qui Confirmationis oleo vllam tribuunt virtutem, quia perinde est, ac si quis diceret, omne oleum virtutem esse Spiritus Sancti.

Diar. Con. Tri. auct. Angel. Massarel. m.s. Arch. Vat. pag. 203.

Octaua Februarij coacta Congregatione generali primus Concilij Præses de instauranda vetere disciplina Christiana, moribusque ad sanctiorem normam reuocandis egit, remque à Pontifice, & Legatis maximè efflagitari demonstrauit, ita tamen, vt offendicula præcaueantur: [Quoniam nonnulli conquesti sunt in votis suis reddendis de malignitate temporum, & quòd præsentanea indigemus reformatione, de qua longo sermone perorarunt; Reuerendissimus D. Cardinalis de Monte confessus est Ecclesiam Dei indigere reformatione, & quòd nemo magis eam cupiat, quàm Pontifex, & ipsi Reuerendissimi DD. Legati; verùm ea statuenda sunt, quæ executioni demandari possunt, ne, cùm reformare volumus orbem Christianum, in scandalum ponamus, dum præsertim præterito, & præsenti prouidere intendimus, in quo multorum iura offendentur. Sed id in primis attendendum est, quòd licèt aliqui dixerint, quod Concilium non potest facere reformationem (qui fuerunt Episcopi Feltrensis, de Nobilibus: & Chironensis) hoc verum non est, quia Concilium hoc legitimè congregatum omnia potest in his, quæ sibi à Sua Sanctitate demandata sunt, in alijs autem nihil potest. Si igitur Concilium procedere voluerit in his, quæ in Bullis Sanctissimi D.N. continentur, procedat, quia habebit ipsos Legatos promptissimos, salua tamen semper auctoritate, & præeminentia Sedis Apostolicæ, vt alia Concilia semper fecerunt, allegando exempla Nicæni Concilij in multis Canonibus, & nonnullorum aliorum Conciliorum. In his autem, quæ Concilium non potest, & propriè spectant ad Pontificem, atterunt Legati, se paratissimos futuros mediatores, vt Sua Sanctitas ea concedat, quæ à Sua Sanctitate petuntur.

Alia Cont. M.S. Car. Spada fo. 12.

[Die octaua eiusdem fuit Congregatio, & successiuè diebus sequentibus, exceptis Dominicis diebus, vsque ad vigesimam primam huius mensis, fuerunt Congregationes, in quibus disceptatum est super articulos damnandos, de quibus suprà. Patrum verò sententias non recensendas esse dixi propter illarum multitudinem.

32 Die Iouis XXIV. eiusdem Mensis Februarij fuit Congregatio, in qua Cardinalis Giennensis. Antequam (inquit) de Canonibus dicere incipiam, velim scire, an Canones, qui promulgati fuerunt in proxima Sessione, vim, & robur obtineant. Si enim vim obtinent, vt & ego credo, non erit amplius de ijs dicenda sententia, alioquin oportebit & illos iterum examinare. Quantum tamen si simpliciter ego illos tunc probauerim, id feci, ne aliqua inter nos controuersia oriretur, & ideò si non essent expediti, dicerem & de illis, quæ mihi occurrunt. Ad hæc Cardinalis de Monte. Sciunt (inquit) Patres omnes, quòd propter sententiarum varietatem in sessione concludi non potuit, & ideò tunc dixi. Nos in Congregatione deliberaturos. sed postquã Patrum tàm varias vidimus annotationes, censuimus patuum decorem esse Concilij, si huiusmodi Canones cum tot censuris ederentur, & propterea eosdemmet Canones, & maiori ordine, & maiori lima politos vnà cum alijs Canonibus vobis nunc dedimus in manibus, vt omnes, si ita Patribus placebit, ex integro, & in proxima sessione statuantur. Si tamen Patribus placet, vt Canones ipsi habeantur pro expeditis, nos Legati libenter voto Patrum subscribemus, & ita minuetur in hac parte labor noster. Sed considerent Patres ne ridiculi videamur, si Canones tantis notis onustos edamus. Cardinalis Sanctæ Crucis. Quæstio (inquit) facti est, crastina die vota & censuræ Patrum videbuntur, & quod à pluribus probatum fuisse cognoscetur, id pro firmo habebitur. Ego quidem, quoad me, semper tenui decretum ipsum valere, nec esse in potestate nostra illud amplius minuere, vel variare, nisi simus in alia sessione. Fuerunt viginti nouem, qui decretum simpliciter probauerunt; reliqui Patres diuisi sunt, adeò vt decretum ipsum obtentum fuerit; tamen de hoc lectis, & consideratis sententijs Patrum, deliberare poterimus. Feltrensis dixit. Separari poterunt capitula, & quæ nullam habuerunt controuersiam publicare, reliqua verò remanere, vt iudicastis. Contrà Pisaurensis inquit; Omnia sunt connexa, & à residentia omnia dependent, & propterea vnum caput sine altero publicari non potest. Castelli maris Episcopus omnia aiebat separata esse, & tot esse sententias, quot rerum capita, propterea posse vnum sine altero sustineri. Adiecit ad hæc Calagurritanus, Notas Patrum à decreto non dissentire, quoniam non videntur decretum improbare, qui dicunt vltra personas in decreto comprehensas, velle etiam, vt nominatim Cardinales exprimantur. Cardinalis de Monte. Omnia (inquit) à residentia dependent, & ideò si illa non stat, nec reliqua stare poterunt, quoniam eius respectu Canones conditi sunt, nec subsistit ratio Domini Calagurritani, quoniam cùm in lege interueniat stipulatio, scilicet interrogatio, & responsio, non dicitur respondere ad interrogatum, nec aliquid firmare, qui purè, & simpliciter interrogatus, sub conditione respondet; leg. 1. §. *Si quis simpliciter. ff. de verborum significationibus*, & iura sunt vulgaria. Giennensis, mihi placet (inquit) opinio ista, vt reliqui Canones pendeant à residentia, & quòd nisi ista subsistat, nec reliqua subsistant. Hoc tamen scimus, quòd in Concilio Lateranensi, etiam in presentia Papæ, audiebantur vota Patrum contradicentium, & registrabantur eorum dicta, vnà cum ipsis decretis. Frustra nunc de hac re, inquit Cardinalis de Monte, meo iudicio disputatur, cùm præcipuè nos parati simus sequi Patrum sententias, nam nihil omninò nostra neque Synodi referre putamus, hoc vel in præterita sessione statutum fuisse, vel in proxima illud ipsum esse statuendum. Nam de Canonibus illis nihil omninò, quod substantiam mutet, demimus. Quod autem aliàs in Concilio Lateranensi factum fuerit, nihil ad propositum facit, quia Papa in Concilio non tenebatur sequi sententias Patrum, si nolebat, & propterea etiam si maior pars contradixisset, potuisset etiam ipse solus statuere.

Sed

,, Sed dimiſſa pro nunc controuerſia huiuſmodi
,, dicantur ſententiæ ſuper [reliquis octo Canonibus, de quibus nondum auditæ fuerunt Patrum ſententiæ, nam de reliquis, quorum auditæ ſunt ſemel Patrum ſententiæ, alia die agetur.

,, Mox Giennenſis ſententiam de Canonibus vltimò additis dixit; Illud ſolum deſiderans, vt vniones, quæ ex cauſis non veris factæ eſſent, reuocentur. Item, quòd Epiſcopi, qui ſciſcitarentur, exemptos habere ſtipendium, & in omnibus priuilegiatis, ſeruetur c. 1. *de Priuilegiatis in VI.* Materenſis admonuit in hiſce Canonibus plura eſſe, quæ Apoſtolicæ Sedi derogarent, & propterea ſcirent omnes, cum, qui de priuilegio primæ Sedis detrahere ſtudet, vt hæreticum à iure haberi. Senogallienſis dixit, ſe Canones acceptare, dummodò iuribus DD. Epiſcoporum non derogent in aliquo, & ſint conformes regulis ſanctorum Patrum, & aliquibus Abbatibus non faueant. Feſulanus ex ſcripto recitauit, ſe valdè condolere, Epiſcopos in proprijs Diœceſibus auctoritate aliena agere, hoc nequaquam ferendum eſſe aiebat, vt Epiſcopi Apoſtolicam, id eſt, alienam auctoritatem in gregem ſibi commiſſum animaduertant. Quod (inquit) quàm iniquum ſit, non meis verbis ſed verbis Clementis Papæ I. Pontificis attendite. Tunc alta voce clamauit Epiſcopus Alifanus conuerſus ad Legatos, dixit: Non eſſe ferendum Feſulanum in tanto conſeſſu aduersùs primam Sedem loquentem, petijtque dari ſibi libellum, quem habebat Feſulanus in manibus, quoniam conuincere volebat verba illa hæretica eſſe. Ad quæ Feſulanus. Quid, inquam, dixi, quod hæreticum ſapiat? Ego dixi, quod dixi. Dico autem iuxta Clementem Papam I. & quicquid ſit, ſententiam meam, quam nondum protuli, ſubmitto iudicio Sanctæ Synodi. Contra hæc Alifanus dari libellum, poſtulabat, vt redarguere poſſet illum de hæreſi. Aduersùs quem Calagurritanus, & Giennenſis dixerunt. Inconueniens eſſe in Synodo libertatem impedire, neque eſſe Alifani, aut alterius cuiuſque Prælati, dicentem impedire, vel de hæreſi arguere, ſed ſolùm Reuerendiſſimorum Præſidentium. Albiganenſis. Non, Patres, ampliùs Feſulanus, inquit, audiendus, quia relapſus eſt; ſed acriter coërcendus. Caſtellamaris. Nulla eſt, inquit, Concilij ampliùs libertas. Cardinalis de Monte iuſſit Feſulano ſub excommunicationis pœna libellum tradere; cui cùm ſtatim non pareret, iterum atque iterum illum admonuit, tandemque Feſulanus libellum porrexit Cardinali S. Crucis, aſſerens omnia, quæ dixit, ſubmittere iudicio Sanctæ Synodi. Non hoc, inquit Albinganenſis, ſufficit, quando proteſtatio cõtraria eſt facto, indeque ortis multis verbis inter Caſtellamarenſem, & Albiganenſem dixit; Caſtellamarenſem non vera dicere, inde clamores magni, ex omni parte exorti. Hiſpani omnes Feſulanum tuebantur, & cum eis Senogallienſis: contrà Albiganenſis, & Alifanus clamabant, adeò vt præ clamore non facilè dicentes audirentur. Iſti, non eſſe quemquam aduersùs primam Sedem loquentem audiendum. Alij libertatem Concilij læſam clamabant. Armacanus ſe ex Sanctiſſimo Domino Noſtro audiuiſſe nuper dixit (redierat is Tridentum ab

Contentio inter Patres in Concilio.

Tom. 1. lib. 9. cap. 2. num. 2.

,, Vrbe, pauci erant dies, vt Pallauicinus obſeruat) quod vellet, liberum eſſe vnicuique dicere ſententiam in Concilio, tàm circa mores, quàm circa dogmata, nec aliquem velle reprehendi, etiam ſi manifeſtam hæreſim dixerit, dummodo ſe ſubmitteret Concilio. Cuius verba ita laudauerunt Hiſpani, vt nihil ſanctius, nihil ſapientius à Summo Pontifice exire potuiſſet. Tandem Legatorum auctoritate omnes quieuerunt. Dixeruntque reliqui Patres ſententias, quorum plures ſimpliciter Canones probauerunt. Alij ſe imparatos ad dicendum ſententiam dixerunt. Reliqui ferè omnes cum Giennenſi fuerunt. Calagurritanus poſt hæc multa de læſa libertate Concilij conqueſtus eſt, petijt ſibi licentiam abeundi concedi, ſi pro arbitrio vniuſcuiuſque in alium ſit inuehendum, & aduersùs ea, quæ Materanus poſtulauerat, dixit: Non eſt aliquis hic, vt arbitror, qui primæ Sedi priuilegium auferre conetur, ſed omnes, ſi opus eſſet, credo, pro ipſa moreremur. Sed ſumus vocati huc, non alia cauſa, quàm vt reſtituantur collapſi mores, & quomodo hoc fiet, niſi plagæ oſtendantur: non dico ego Papam hoc vel illud facere non poſſe, ſed dico non debere, non decere, hoc non ædificare. Si præterea malè dico, non eſt quod vltra permaneamus in hoc loco, nec quòd laboremus. Adiecit & alia in hac ſententia. Multa etiam protulit, quare omnes exemptiones, omneſque annexiones, maximè Parochialium Eccleſiarum, non funditùs eſſent reuocandæ. Aduerſuſque mox Alifenſis diſſeruit, affirmans, nulli liberè loquendi dandum eſſe vitio, ſi quæ mala eſſe arbitratur, proferat, ſed nullum eſſe ferendum, qui poteſtatem Papæ neget. Reuocare autem omnes vniones, nihil aliud eſſe, quàm omnem Mundi machinam euertere, & quod ſubtus eſt, ſurſum ponere. Exemptos quoque priuare ſuis priuilegijs, omninò nihil aliud eſſe, quàm nolle Pontificem poſſe aliquem ex vnius Epiſcopi gremio ad ſe transferre. Satis abundèque fieri, ſi in hoc, vnde delinquendi occaſionem percipere ſolebant exempti, Canone prouideatur, vt prouiſum erat. Nempè, vt Epiſcopi auctoritate Apoſtolica (quando ſua non poterant) punire poſſent diſcolos, & delinquentes. Dictis omnium ſententijs, Cardinalis de Monte: niſi, inquam, fiduciam in Domino haberemus, malam omninò coniecturam facere oporteret de progreſſu huius ſanctæ Synodi, videntes in principio Quadrageſimæ, tam omnium penè ſenſus irritatos, vt ne vnum quidem verbum quiſquam ferre poſſit; ſed vt dixi, fidimus in Domino, & etiam in vobis, vt deinceps quietiores eſſe debeatis. Et certè ſi cùm vnus ex Patribus pro zelo ſuo contra aliquem loquitur, quod omninò temperatè agendum eſt, alij ſilerent, non profectò in tantas rixas incideremus. Scitote quòd hæc perferuntur nedum ad Catholicos, ſed etiam ad Hæreticos, huiuſque rei cauſa apud plurimos malè auditur. Propterea obſecro Patres, vt deinceps omnia patienter ferant. Nos omnia etiam quæ Feſulanus dixit, boni conſulimus, & credimus, ipſum potiùs iudicio deceptum, quàm ſpontè erraſſe, & propterea facilè ignoſcimus illi, dummodo in futurum à ſimili abſtineat; Rogamuſque Patres, vt dicta ad inuicem ſibi remit-

,, mittant, agantque, vt Epiſcopos decet. Et ad
,, Calagurritanum conuerſus. Non ſunt, vt aliàs
,, dixi, Domine Calagurritane, tales noſtrę ætatis homines, vt talem qualem vos cupitis,
,, reformationem ſuſtinere poſſint. Scio enim
,, omnia à bono zelo proficiſci, ſed idem quo-
,, que bonus zelus eſt apud nos, ſed ſæpè recti
,, ſpecie plurimùm homines decipiuntur; in-
,, choata eſt reformatio, & (Deo dante) perficietur, & talis, quæ poſſit omnibus placere, ſed
,, omnia ſuo loco, & ſuo tempore. Quod verò
,, ſæpiùs inculcatum eſt, & de Cardinalium mentione facienda, proculdubio S. D. N. certior
,, fiet. Mox Cardinalis S. Crucis conuerſus ad
,, Antonium à Camera (qui erat proximus Epiſcopo Albiganenſi) & ad Alifanum illos leniter corripuit, admonuitque, vt deinceps
,, munus hoc redarguendi Prælatos non ſibi
,, aſſumerent. Si enim (inquit) nos hæc audimus, & toleramus, qui Legati ſumus, &
,, nihil minùs, quàm vos Sedem Apoſtolicam
,, diligimus, vos etiam tolerare poteſtis. Mox
,, Feſulanum admonuit, ne toties repetitas cantilenas cum offenſione aurium omnium bonorum repeteret, hortatuſque eſt illum, ad
,, remittendam, ſi quam animi propter verba
,, D. Alifani concepiſſet triſtitiam. Et ita deinceps, & Feſulanus, & Alifanus mutuis amplexibus ſeſe exceperunt. Idem mox fecerunt
,, Antonius à Camera & Caſtellamaris, quibus
,, peractis Reuerendiſſimus de Monte reſtituit
,, Feſulano ſuum libellum cum maxima Patrum
,, conſenſione.

33 Hic Lectores animaduertant, Concilio homines, & non Angelos interfuiſſe, nam etſi in ſacra Apocalypſi, Epiſcopi Angeli appellentur, & Angeli ſint, tamen ſunt ex carne progeniti, & carne circumamicti, quòd ſi inter ſanctiſſimos Paradiſi incolas diſſenſiones circa media (licèt non circa finem) oriri poſſint, antequam Dei voluntas illis innoteſcat, vt clarè ex Danielis reuelationibus nobis conſtat, non erit mirum in terris Epiſcopos aliquos nonnunquam inter ſe diſſenſiſſe.

Cap. 2.

Daniel. 10. 13.

Alia Conc. M.S.Car. Spada to. 12.

,, Die ſequenti XXV. eiuſdem fuit Congregatio, in qua dixerunt ſententias Patres
,, illi, qui priùs non dixerant quæ parum,
,, immò nihil ab ijs, in priori Congregatione dictis fuere diſcrepantes. Deinde Cardinalis de Monte: Conſideraui mus (inquit) &
,, diligenter conſideraui mus vota Patrum, ſuper
,, decretum de reſidentia in proxima ſeſſione lectum, & inuenimus plures eſſe eos, qui decretum ſimpliciter probauerunt, fuerunt triginta duo, quibus ſi addantur Generales, &
,, Abbates ſunt triginta octo. Qui autem diſſenſerunt, vel cum aliqua conditione decretum
,, probauerunt, non ſunt niſi viginti quinque.
,, Et propterea pronunciamus, & concludimus,
,, Decretum fuiſſe obtentum, & obſeruandum,
,, & quamuis ab initio fuerim alterius ſententię,
,, tamen admonitus à Reuerendiſſimo Domino
,, Gienneñ, & etiam conſiderata rei qualitate,
,, facilè ex ſententia diſcedo, & dico cum Reuerendiſſimo Collega meo, Decretum haberi
,, pro expedito, & dandam copiam petentibus.
,, Ad hæc (inquit Piſaureñ) indecorum valdè
,, erit Synodo, ſi tot notis diſtinctum decretum
,, edatur; quamobrem ſtatuatur, vt ſine notis
,, edatur. Cùmque ea die, & à diuerſis diuerſæ
,, proferrentur ſententiæ, Cardinalis de Monte
,, dixit: miſſa nunc faciamus iſta, aliàs fortè
,, de hac re agetur. Nunc deſcendamus ad reliquorum Canonum abſolutionem, quod antequam faciamus, volumus vos certiores facere, iam per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum
,, circa Cardinales prouiſum eſſe, legitque alterum caput literarum Reuerendiſſimi Farneſij,
,, in quo continebatur, in proximo Conſiſtorio
,, ſtatutum fuiſſe, ne quis deinceps Cardinalis
,, vltra vnam obtineat Eccleſiam Cathedralem,
,, qui autem nunc habent, illas dimittant infrà
,, ſex menſes, ſi Pontificis ſit libera eius collatio, ſi verò, ad nominationem, vel aliam diſpoſitionem Principum eſſet, infrà annum:
Iſta etiam adnotata ſunt in Actis Conſiſtorialibus ſub die XVIII. Februarij huius anni.) Legit
,, deinde Canonem, quo ſtatuitur de qualitatibus aſſumendorum ad Cathedrales Eccleſias,
,, rogauitque an is Patribus placeret? Et omnes
,, reſponderunt, placet. Deinde legit Canonem
,, de ſubmouenda pluralitate Eccleſiarum Cathedralium, quod omnibus penè placuit, ſi
,, ea adderentur, quæ à Sanctiſſimo D. N. optimè de Cardinalibus prouiſa fuerunt. Quod à
,, Gienneñ primùm, & deindè à plurimis firmatum fuit, paucis admodum exceptis, qui ſimpliciter Canonem probarunt. Et ita (inquit
,, Cardinalis de Monte) vt placuit Patribus Canonem aptabimus, vtinam ita in reliquis conueniamus. Legitque alterum caput, quo cautum eſt de qualitate promouendorum ad curata beneficia. Ad quod Cardinalis Gienneñ
,, reſpondit: fruſtra eſſe membranas occupare
,, repetitione antiquorum Canonum, ſi nihil
,, adderetur de nouo, prout nihil addebatur.
,, Cui Alifanus dixit: In hoc vltra iura antiqua
,, prouiſum eſſe, vt etiam prouiſi à Sede Apoſtolica examinari poſſint, & ſi minùs idonei
,, viſi fuerint, Sacerdotijs priuari, quod in antiquis Canonibus cautum non erat. Si ita
,, eſt (inquit Gienneñ) benè eſt, ſed declarentur taliter verba, vt nemo de voluntate Synodi dubitet in futurum. Fuere deinde alij aptati Canones plures, magno cum Patrum
,, conſenſu.

M.S.Car. Spada to. 133.

,, 34 Die vigeſima ſexta Februarij, & vltima eiuſdem Menſis, & die prima, & ſecunda
,, Martij fuerunt Congregationes, in quibus
,, cum maximo conſenſu Patrum fuerunt approbati Canones, tàm ad Sacramenta ſpectantia, quàm ad reformationem. Die ſecunda
,, Martij de ſero hora vigeſima prima fuit Congregatio Generalis, in qua poſtrema manus
,, Canonibus de Sacramentis impoſita fuit, &
,, aptata fuere in eis ad viginti loca de Patrum
,, conſenſu. Fuerunt nonnulli, qui prorogationem ſeſſionis ad aliquod breue tempus deſiderarunt, quo maiori cum animi quiete, &
,, maiori cum diligentia Canones ipſi expediri
,, poſſent, non tamen de hac re quidquam à Preſidentibus propoſitum fuit. Deinde Cardinalis de Monte legit decretum de reformatione,
,, quod ab omnibus probatum fuit; fuere ad
,, decem, qui aliqua deſiderarunt; Senogallienſis ſe aiebat probare Canones, quatenus conformes eſſent Canonibus ſanctorum Patrum,
,, & nihil iuribus DD. Epiſcoporum præiudicarent. Claramontanus, prouidendum eſſe de
,, præterito, & nominandos eſſe Cardinales, &
,, imitandum in hoc decretum Sanctiſſimi D. N.
,, qui Cardinalibus in ſuo ſanctiſſimo de plura-

,, li-

litate Ecclesiarum decreto non pepercerat. Fesulanus: vt omnia Episcopi suo iure agerent, desiderabat, non vt Apostolicæ Sedis Delegati. Pacensis, itemque Asturicensis, & Calagurritanus addi in titulo desiderabant, Vniuersalem Ecclesiam representans, & exprimi Cardinalium nomina, & prouideri de præterito circa pluralitatem curatorum beneficiorum & insuper nullas ampliùs fieri annexiones perpetuas Parochialium Ecclesiarum. Castellamaris Canones, non autem decretum, se publicare dixit, quod perinde erat, ac si dixisset, se neque titulum, neque verba illa probare, videlicet, salua Apostolica auctoritate: quod, & Lancianensis secutus fuit. Dimissa est Congregatio hora tertia noctis. Absolutis Congregationibus celebrata fuit septima sessio de qua sic Acta.

M.S.Car. Spadatom. 12.

Sessio septima.

35 Die sequenti tertia Martij fuit sessio publica, in qua cantauit Missam Archiepiscopus Corcyrensis, Oratio habita autem non fuit, quia Episcopus S. Marci, cui hoc munus mandatum fuerat, raucus adeò erat, vt vix loqui posset. Post consuetas cæremonias, Episcopus Salpensis legit decretum, siuè Canones de Sacramentis, per quæ iustitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa recuperatur: conceptum verò fuit hisce verbis.

Sacrosancta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quæ circa sanctissima ipsa Sacramenta hac nostra tempestate, tùm de damnatis olim à Patribus nostris hæresibus suscitatæ, tùm etiam de nouo adinuentæ sunt, quæ Catholicæ Ecclesiæ puritati, & animarum saluti magnopere officiunt: sanctarum Scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensui inhærendo, hos præsentes Canones statuendos, & decernendos censuit: reliquos qui supersunt ad cœpti operis perfectionem, deinceps diuino Spiritu adiuuante editura.

De Sacramentis Canon I.

36 Si quis dixerit Sacramenta nouæ Legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora, quàm septem, videlicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse verè, & propriè Sacramentum, Anathema sit.

Canon II.

Si quis dixerit, ea ipsa nouæ Legis Sacramenta, à Sacramentis antiquæ Legis non differre, nisi quia cæremoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi, Anathema sit.

Canon III.

Si quis dixerit, hæc septem Sacramenta ità esse inter se paria, vt nulla ratione aliud sit alio dignius, Anathema sit.

Canon IV.

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ Legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine ijs, aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licèt omnia singulis necessaria non sint, Anathema sit.

Canon V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, Anathema sit.

Canon VI.

37 Si quis dixerit, Sacramenta nouæ Legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre; quasi signa tantùm externa sint accepta per fidem gratiæ, vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, Anathema sit.

Canon VII.

Si quis dixerit non dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi ritè ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus, Anathema sit.

Canon VIII.

Si quis dixerit per ipsa nouæ Legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, Anathema sit.

Canon IX.

Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi Characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile; vndè ea iterari non possint, Anathema sit.

Canon X.

Si quis dixerit Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem, Anathema sit.

Canon XI.

Si quis dixerit in Ministris, dùm Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia, Anathema sit.

Canon XII.

Si quis dixerit Ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere aut conferre Sacramentum, Anathema sit.

Canon XIII.

Si quis dixerit receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à Ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, Anathema sit.

De Baptismo Canon I.

38 Si quis dixerit baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi, Anathema sit.

Canon II.

Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate Baptismi; atque ideò verba illa Domini Nostri Iesu Christi; *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto*, ad metaphoram aliquam detorserit, Anathema sit.

Canon III.

Si quis dixerit in Ecclesia Romana, quę omnium Ecclesiarum mater est, & magistra, non esse verum Baptismum, Anathema sit.

Canon IV.

Si quis dixerit Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti cum intētione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, Anathema sit.

Canon V.

Si quis dixerit, Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, Anathema sit.

Canon

Digitized by Google

Canon VI.

Si quis dixerit baptizatum non posse etiam si velit gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nolit credere, Anathema sit.

Canon VII.

Si quis dixerit baptizatos per baptismum ipsum solius tantùm fidei debitores fieri, non autem vniuersæ Legis Christi seruandæ, Anathema sit.

Canon VIII.

Si quis dixerit baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta, vel tradita sunt, ita vt ea obseruare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint, Anathema sit.

Canon IX.

Si quis dixerit ita reuocandos esse homines ad baptismi susceptimemoriam, vt vota omnia, quę post baptismum fiunt, vt promissionis in baptismo ipso iam factæ irrita esse intelligant, quasi per ea & fidei, quam professi sunt, detrahatur, & ipsi baptismo, Anathema sit.

Canon X.

39 Si quis dixerit peccata omnia, quæ post baptismum fiunt, sola recordatione, & fide susceptibaptismi vel dimitti, vel venialia fieri, Anathema sit.

Canon XI.

Si quis dixerit verum, & ritè collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negauerit, cùm ad pœnitentiam conuertitur, Anathema sit.

Canon XII.

Si quis dixerit neminem esse baptizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, Anathema sit.

Canon XIII.

Si quis dixerit paruulos eò quòd actum credendi non habent, susceptobaptismo intrà fideles computandos non esse, ac propterea, cùm ad annos discretionis peruenerint, esse rebaptizandos, aut præstare omitti eorum baptisma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ, Anathema sit.

Canon XIV.

Si quis dixerit huiusmodi paruulos baptizatos, cùm adoleuerint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod Patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt, & vbi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi vt ab Eucharistiæ, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant, Anathema sit.

De Confirmatione Canon I.

40 Si quis dixerit confirmationem baptizatorum otiosam cæremoniam esse, & non potiùs verum, & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quàm Catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi fidei sui rationem coram Ecclesia exponebant, Anathema sit.

Canon II.

Si quis dixerit iniurios esse Spiritui Sancto eos, qui sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt, Anathema sit.

Canon III.

Si quis dixerit sanctę Confirmationis ordinarium Ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem, Anathema sit.

41 Perlecto superiore decreto rogati Patres singuli summa animorum consensione respondent per verbum *Placet*. Calagurritanus verò Episcopus flagitauit adijci titulo has voces Vniuersalem Ecclesiam repræsentans: Postea Salpensis Episcopus decretum spectans ad Ecclesiasticam disciplinam solutiorem adstringendam perlegit è suggestu. In primis vt nullus ad moderandas Cathedrales Ecclesias nisi legitimo coniugio procreatus, ætate matura, morum grauitate, & scientia ornatus præficeretur,

Secundò, vt nullus quacumque dignitate conspicuus, ac præcellens plures Cathedrales Ecclesias quouis titulo, vel prętextu obtineat.

Tertiò, vt Ecclesiæ, quibus animarum cura coniuncta est, Viris dignis atque idoneis probitate, & doctrina instructis tradantur, & residere in ijs cogantur.

Quartò, qui plura sacerdotia gerunt quæ ab eodem, iure nequeunt possideri, retento vno, alia dimittere iussi sunt.

Addita sunt alia vndecim capita, quæ in Actis Concilij auidus Lector consulere potest.

Rogati Patres, an hæc decreta placerent? quinquaginta, ea comprobarunt; tredecim verò alia quædam addenda, de quibus actum erat in vltima congregatione, flagitarunt. Interfuere huic Sessioni tres Cardinales, Archiepiscopi nouem, Episcopi quinquaginta: duo Abbates mitra ornati, Religiosarum familiarum quinque Præfecti Generales: de quibus petente Seuerolo Promotore Concilij publica instrumenta confecta sunt, Proxima verò Sessio ad XXI. Aprilis indicta est.

Propositа à Legato Concilij translatio.

42 IX. Martij die Mercurij Congregatio generalis habita est, in qua plures Patres de Sacramentis suam sententiam dixere: quibus dictis Cardinalis è Monte significauit Patribus grassari Tridenti morbum pestilentem, pestisque prænuntium dictum lenticularem, quo affecta corpora maculis instar lenticularum aspersa apparent; quas maculas appellant Medici *petechias*, quod plerumque pectora inquinent, discessisse Tridento duodecim Prelatos partim se insalutato, partim petita à se at non obtenta abeundi facultate, hesternaque die plures Præsules Caputaquensis Episcopi morte perturbatos ad se confluxisse, ac denuntiasse Tridento discessuros, vt vitæ consulerent, rogatos verò vt differrent discessum, donec de ea re ad Synodum relatum fuisset. Addidit Legatus se in hac rerum difficultate nullius opinionis, vel consilij velle Auctorem fieri: sed eam sententiam, quam Synodus amplectatur, sequuturum; dummodo Christianæ Reipublicæ, & Synodi saluti consultum sit, nec Concilium dissoluatur.

Cardinalis Giennen. sententia prius Pontificem Cæsarem, que consulendos.

Dicturus sententiam Cardinalis Giennensis subiecit grauissimam quæstionem de translatione Concilij, vel de discessu Patrum è Concilio propositam, seque non perspicere, an ea Pontifice, & Cæsare, ac Principibus Christianis inconsultis tractari, vel dirimi possit; atque adeò rem perdifficilem in dies aliquot differendam, vt prudenter deliberari possit, interea que Pontificem Cæsaremque consulendos.

Sententiam Cardinalis Giennensis sequuti sunt Hispani omnes, & cum ijs consenserunt Archiepiscopus Turritanus, & Panormitanus, ac Episcopi Calestanus, Fesulanus, Sancti Marci, Syracusanus, & alij nonnulli. Vicit tamen contraria sententia, vt discedendum omninò esset. Succlamabant enim Materanus, & cum eo plures non expectandam esse pestem, quandoquidem sufficiat

at sola pestis suspicio, ne alioquin tarda sint remedia.

,, Commemoratumque fuit à nonnullis, quòd ,, cùm anno præterito duo peste perijssent in oppido Rouereti, clausæ fuerunt Tridentinis omnes vicinarum Ciuitatum portæ, interdictumque fuit omninò commercium, vnde accidit, vt non pauci ex his Patribus, qui eo tempore discesserant à Ciuitate Tridentina, nullibi in Terra Venetorum hospitio reciperentur, quamobrem sub diò pernoctarunt, non sine maximo vitæ periculo. Additum est præterea, hesterno die septem in eadem Ciuitate sepultos fuisse, & vltra quadraginta reperiri eodem morbo laborantes. Eorum autem, qui discedendum esse arbitrabantur, diuisa erat sententia, quoniam nonnulli suspendendum esse Concilium aiebant, Alij concedendam esse Patribus licentiam ad aliquot Menses. Alij transferendum esse Concilium dicebant; multæ in his sententijs difficultates sese offerebant. Nam per suspensionem, si fieret ad certum tempus, non satis rebus consulebatur, quia possibile esset, vt finito suspensionis tempore, adhuc duraret aëris intemperies. Si verò suspensio ad certum tempus non referretur, videretur potiùs dissolutio, quàm Concilij suspensio, quod & eueniebat, si Patribus daretur licentia discedendi quò vellent. Translatio improbari non posse videbatur, sed locus, quò Concilium transferendum esset, non minimam difficultatem habebat, quoniam ad alienam Ciuitatem, sine Principis illius sententia accedere, præter id quod indecorum erat, etiam periculosum, ne ipse cuius esset Ciuitas, nollet Concilium admittere, & nullum dabatur tempus, quo consuli posset. Deinceps iterum Cardinalis Viennensis eadem penè, quæ antea dixerat, replicauit, addens, plures quidem causas à pluribus allegatas fuisse, quare discedendum esset, si veræ essent, vt proponebantur, idoneas posse iudicari ad Cõcilij translationem: verùm non esse de facili credendum omnibus, & eo minùs, quoniam ea, quæ dicebantur, in facto consistebant, de quorum veritate vna die constare non poterat; propterea si quid agendum erat, ita ageretur, vt ablato quodammodo velo, vt aiunt, tanta res agi videretur. Fuerunt aliqui, qui Legatorum sententias se adiuturos libenter affirmarent.]

Non facilè credendũ leui suſurro.

His dictis Cardinalis de Monte. [Auditæ sunt (inquit) Patrum sententiæ, & licèt longè maior fuerit pars eorum, qui discedendum esse ab hoc loco quamprimùm arbitrantur, & propterea secundùm eorum sententias concludi posset, tamen quoniam res grauis est, & quoniam non adhuc planum est, quò abeundum sit, videtur nobis, pro rei grauitate, audiendos iterum esse Patres, qui hic ad diem crastinum cogitare poterunt, super his, quæ à Patribus dicta sunt, & sic sacra Synodus cauere, postpositis omnibus humanis affectionibus. Hoc interim volumus scire Patres, nos non recusare, hic permanere cum nostræ vitæ periculo, quamuis maximo, si reliqui Patres nobiscum permaneant; verùm si maior pars discesserit, nos hic cum minore parte Patrum permansuros non esse.]

Delibera-tio repe-tita.

43 Die sequenti eadem hora fuit Congregatio, in qua Cardinalis de Monte [Cogimur (inquit) ea, quæ in hesterna Congregatione gesta sunt, summatim repetere; diximus enim, plures ex Patribus post Sessionem celebratam recessisse, partem nobis inscijs, multos præterea nudius tertius restatione nobis firmasse, se omninò discessuros esse, propter hanc influentiam, siue morbum. Quamobrem à nobis accitos Medicos esse, ex quibus multa de huius morbi euidentia audiuimus, quæ quoniam non contemnenda videbantur, ad vos retulimus, quod cùm causa communis esset, & videremus ex hac Patrum profectione Concilium dissolui, existimasse ad officium nostrum pertinere Patres de his omnibus admonere, & insuper rogare, prout rogauimus, vt omni humano affectu depositò, & solum Deum præ oculis habentes, sententiæ prout vnicuique Spiritus suggesserit, pro communi securitate, & Concilij conseruatione dicerentur. Diximus etiam nos auctores, aut persuasores esse nolle alicuius consilij, vel deliberationis, sed omnem super hac re deliberationem liberam, & integram Patribus relinquere, protestantes omni vitæ discrimine neglecto paratos esse ad remanendum hic vsque ad finem Concilij, si Patres vellent manere nobiscum, de quibus omnibus vos Patres testes estis. Consideratis Patrum sententijs inuenimus longè maiorem partem stare, vt ex hoc loco discederetur: pro grauitate rei visum est nobis conclusionem differendam vsque ad præsentem Congregationem, & interim rogauimus Deum ex toto corde ad inspirandum illud consilium, quod magis conueniret Reipublicæ Christianæ. Restat nunc discutiendum de modo discedendi, ita ne Concilium dissoluatur, qua de re aliqui putabant transferendum, aliqui suspendendum esse Concilium, aliqui dandam esse licentiam Patribus, vt possint secedere ad loca vicina, non tamen vltra duas, vel tres Dietas, & ibi expectandam deliberationem Sanctissimi Domini Nostri super loco: aliqui putabant retardandam esse deliberationem ad aliquod tempus, donec Sanctissimus Dominus Noster, & Cæsar consulerentur: acclamantibus verò alijs, & dicentibus, vim, & genus morbi tale esse, vt nullam pateretur moram, nos quamlibet deliberationem probare cupimus, dummodò Concilium non dissoluatur, & quia multi rogauerunt nos heri, vt vellemus super hac re aperire mentem nostram, liberè proferemus id quod nobis occurrit, repetentes id quod à nobis sæpè dictum est, omnem nostram curam, & sollicitudinem ad id tendere, vt Concilium conseruetur, quamobrem non satis probare possumus Concilij suspensionem, quoniam suspensio ipsa in hominum opinione haberet speciem dissolutionis. Primum igitur quod sese offert nobis est, vt præsuppositâ profectione, & discessu ab hac Ciuitate, vt maiori parti Patrum placuit, designemus locum, in quo certi simus Concilium recipiendum esse; secundum, quòd locus sit huic Ciuitati propinquus quantum fieri potest, non solùm pro maiori commoditate hinc recedentium, sed etiam pro maiori facilitate redeuntium ad hanc Vrbem, si quando cessantibus impedimentis, quæ nunc vrgent, videretur Sanctissimo Domino Nostro pro rebus Germaniæ Concilium esse in hanc Ciuitatem reducendum; tertium, quòd locus sit capax, habeat salubritatem aëris, & copiam rerum humano victui necessariarum, vt vno nos absoluamus verbo, sola Bononia videtur nobis huic intentioni accommodata. Non dubitamus quin ibi recipiamur, cum magna gratulatione, & veneratione, de illius Ciuitatis dotibus differre superuacaneum esset, cum omnibus palàm sit paucis admodum

Maxima pars Præsulum decreuit discedendũ Tridento.

Act. Conc. Concilij Trident. M. S. Fran. Cat. Barb. sig. n. 2978. pag. 219.

De transferendo Concilio Bononiã, ob suspicionem pestis agitur.

Digitized by Google

modùm Italiæ Ciuitatibus fecundam eſſe. Itaque putamus poſſe à nobis commodè ſtatui, Concilium illùc transferendum, & ibi celebrandam eſſe ſeſſionem à nobis indictam pro XXI. Aprilis, & proſequutione Concilij incumbendum ad beneplacitum Sanctiſſimi Domini Noſtri, & donec & quouſque aliter Sanctitati Suæ, & ſacro Concilio prouidendum, & decernendum videbitur,

„ 44 Hoc enim pacto videtur ſatisfieri quo-
„ dammodo ijs, qui volebant, Patres vltra tres
„ Dietas ab hac Ciuitate non abeſſe, & nullum
„ ſcandalum in populo generabitur. Quod re-
„ cedant, qui voluerint recedere, & remaneant,
„ qui voluerint remanere, hoc nos prohibere non
„ poſſumus. Poterunt igitur Patres dicere ſen-
„ tentiam. An placeat eis Concilium Bono-
„ niam transferri, & ibi celebrare iam dictam
„ Seſſionem, & deinceps ad vlteriora procedere,
„ vſque ad beneplacitum Sanctiſſimi Domini
„ Noſtri, & Sedis Apoſtolicæ, donec aliter ſtatu-
„ tum fuerit per Sanctitatem Suam, & ipſam
„ Sedem Apoſtolicam, accedente conſenſu, ſiuè
„ approbatione maioris partis Concilij. Qui-
„ bus ab eo grauiter explicatis Cardinalis Gien-
nenſis. Quanto (inquit) maiore ſtudio, & di-
ligentia potui, quantumque mihi propter tem-
poris penuriam datum eſt, euolui libros de ma-
teria tranſlationis loquentes, eorum nemo non
fatetur articulum ipſum grauiſſimum eſſe, & plu-
res ſunt, qui hoc eſſe de reſeruatis Papæ fatentur,
& propterea neſcio quomodo nos ſine auctorita-
te expreſſa Sanctiſſimi Domini Noſtri hoc ne-
dum facere, ſed etiam tentare poſſimus. Sciunt
enim omnes Patres, quanto labore, quantiſque
vigilijs tandem factum ſit expetente Sereniſſimo
Carolo Imperatore vt Concilium hic haberetur, &
deinceps quamdiù hic permanſerimus, antequam
Concilium aperiretur, & debitum haberet pro-
greſſum, quod quò magis notum eſt Patribus, eò
minùs mihi laborandum eſt, vt oſtendam vobis
& Inuictiſſimum Imperatorem, & reliquos Prin-
cipes Chriſtianos hanc noſtram profectionem, ſi
modò hinc abierimus, non æquo animo laturos,
eoque minùs ab omnibus probabitur profectio
Concilij, quoniam nullam habemus proficiſcen-
di legitimam cauſam. Nam morbus iſte puncti-
cularum, qui prætenditur, ſi vera eſſent, quæ
à multis heri dicta fuerunt, fortaſſe legitima cau-
ſa abeundi eſſe poſſet, ſed maximam ego pro mei
informatione diligentiam feci, vt inuenirem veri-
tatem tàm eorum, qui ex hoc morbo perierunt,
quàm Infirmorum; de mortuis quidem teſtantur
Parochi, qui medio iuramento teſtantur paucos
admodum morbo defunctos eſſe, & inter cæteros
Parochus Sancti Petri vir fide dignus iuramento
firmauit, in ſua Parochia, quæ valdè ampla eſt,
toto hoc Menſe nonniſi duos defunctos eſſe, alte-
rum quidem infantem, alterum verò hydropiſi
laborantem. Infirmi quoque diligenter perquiſiti
ſunt, nec inuenti ſunt in tota hac Ciuitate pluſ-
quam triginta quinque Infirmi, quorum quatuor,
vel quinque ad ſummum hoc punctcularum mor-
bo laborant. Quamobrem non video quomodo
cauſa iſta diſcedendi legitima videri poſſit, ſi ta-
men aliquis de his, quæ à me dicta ſunt, dubitat,
poſſunt eligi per Sanctam Synodum tres, vel
quatuor Prælati, qui de præmiſſis ſe diligenter in-
forment, & ad Synodum referant. Quod enim
ad Medicorum iudicium attinet, ſe contraria ex
Medicis huius Ciuitatis intellexiſſe.

Cardinalis Giennen. negat transferendum inconſulto Pontifice.

„ 45 Sed eſto, quòd cauſa, quæ prætenditur,
„ manifeſta eſſet, adhuc non poſſet Concilium
„ transferri, niſi omnes conſentiant. Et propte-
„ reà, cùm ego vnus diſſentiam, tranſlatio
„ fieri non poteſt. Vt autem perpetuis tempori-
„ bus conſtet, me tranſlationi huiuſmodi non
„ conſenſiſſe, in hac ſchedula, quam regiſtrari
„ peto, meam ſententiam expoſui. Melius igi-
„ tur erit meo iudicio, vt expectetur per tres,
„ vel octo dies, donec habeantur literæ à Cæſare,
„ & Sanctiſſimo Domino Noſtro, quos certi eſſe
„ poſſumus, non eſſe huius mentis, vt velint, cum
„ vitæ diſcrimine, hic nos permanere. Et inte-
„ rim cogantur Prælati ſub grauiſſimis pœnis,
„ ne diſcedant ab hac Ciuitate, donec aliter de-
„ liberetur. Illud non prætermittam, Medicos
„ huius Ciuitatis rogatos fuiſſe à Fracaſtorio,
„ vt ſe ſubſcriberent eius ſententiæ, & id facere
„ recuſaſſe, quoniam ſibi non videbantur vera
„ ea, quæ ab ipſo Fracaſtorio in ſcriptis redacta
„ erant.

Fracaſtorij de morbo opinio confutata à Medicis Tridentinis.

„ Cui Cardinalis Sanctæ Crucis. Hoc (inquit)
„ quod Medici Tridentini dicunt, verum non
„ eſt. Mox Cardinalis de Monte: pauca adhuc
„ me dicere neceſſe eſt. Nam quoad infirmos,
„ & mortuos attinet, quid opus eſt ampliùs quæ-
„ rere, cùm Cæmeteria iam omnia pro mortuo-
„ rum multitudine defoſſa ſint; & Tridentini Ci-
„ ues, ne tot quotidiè mori intelligerentur à no-
„ bis prohibuerint pro mortuis campanas pulſa-
„ ri, propterea que mortuorum corpora noctu ef-
„ feruntur, ne ſciamus ſtragem huius conta-
„ gionis, antequam nos occupauerit. Quoad
„ Medicos attinet, non eſſe comparandos huius
„ Ciuitatis Medicos cum Fracaſtorio, cuius fi-
„ des à Concilio iam probata eſt, & eò maximè,
„ quòd apud nos iſtorum fides ſuſpecta non
„ parum eſt ex iuſtiſſimis cauſis, verumtamen
„ ſcimus ſe ſubſcripturos fuiſſe dictis per Fra-
„ caſtorium, niſi quibuſdam rationibus Patribus
„ notis detenti fuiſſent, quæ autem dicta fue-
„ runt de auctoritate Sanctiſſimi Domini Noſtri,
„ ſatis adeſſe eius auctoritatem, vbi Legati eius
„ adeſſent. Quod autem requiratur in tranſla-
„ tione omnium conſenſus, ſe non inueniſſe
„ apud graues Auctores, niſi cùm tranſlatio fit
„ abſque aliqua cauſa: quòd autem iubeamus ma-
„ iori parti, nè diſcedat, non ſat ſcimus, quo iure
„ facere poſſimus, cùm teneamur hac in re ſequi
„ maioris partis ſententiam, eò maximè, quo
„ quis non eſt cogendus inuitus ad permanen-
„ dum aliquo in loco cum ſuæ vitæ diſcrimine.
„ Ad hæc Giennenſis inquit: Vnum verbum
„ tantùm addam, videlicet; quòd conſentire
„ tranſlationi Concilij eſt de reſeruatis Papæ,
„ & propterea ad hoc ſpeciali mandato opus eſt.
„ Dixerunt deinceps ordine reliqui Patres ſen-
„ tentiam. Quorum decem & ſex, vel decem,
„ & ſeptem ad ſummum ſecuti ſunt Giennenſis
„ ſententiam, pluresque eorum, eo ſub prætextu
„ Giennenſis ſententiæ inhærebant, quoniam
„ aiebant, ſibi non conſtare de voluntate Pontifi-
„ cis, cuius voluntas ſi perſpecta illis eſſet, ſe
„ ab eo, quod Sanctiſſimus Dominus Noſter
„ iuberet, ne latum quidem vnguem diſceſſu-
„ ros.] Et cùm haberent, vti inferiùs videbitur,
„ Bullam facultatis Concilij transferendi, Lega-
„ ti illam tunc non publicarunt, vt Patribus li-
„ bertatem dicendi non adimerent. Addidit Epi-
„ ſcopus Caſtellimaris, & poſt eum Pacenſis,
„ Alturicenſis, & Oſcenſis, ſe teſtatione firma-

re,

re, vt nullus omninò discederet ex hac Ciuitate, quòd si discesserit, se protestari, remanere, & remansurã semper apud eos, qui remanerent, omnem Concilij auctoritatem, & potestatem. Qua de re libellos, siuè chartulas quasdam Secretario registrandas, tradiderunt, in quibus eorum sententiæ scriptæ erant. Cæteri omnes vno ore consilium Reuerendissimorum Legatorum probarunt, nec defuerunt, qui responderent Hispanis, & Cardinali Giennensi, dicentes, protestationes huiusmodi nullum habere robur, quoniam contra ius factæ erant. Alij adlaborarunt, vt ostenderent, in casu inopinato, maximè licere Concilium & transferri, & suspendi, etiam absque auctoritate Sedis Apostolicæ. Duo, qui hesterna die cum Giennensis sententia fuerant, sententiam mutarunt, laudantes Concilij translationem: hi fuere Hispalensis Archiepiscopus, & Episcopus Calestanensis, & fortè alij. Dictum fuit à nonnullis, adeò rem instare, & periculum esse in mora, vt bonum esset confestim accedere ad Ecclesiam, & ibi celebrata parua Missa de Spiritu Sancto in arena capere consilium. Quod & multi Hispani, & in primis Episcopus Castellmaris probare videbantur. Sed hoc minimè Giennensi placebat, cuius opinionem secuti sunt etiam Legati, nedùm propter horæ tarditatem, sed ne tumultuaria profectio videretur. Omnium sententijs explicatis, Cardinalis de Monte: Non est, inquit, cur hic ampliùs laboremus, hora duodecima ibimus in Ecclesiam, & ibi celebrata Missa, & factis alijs de more inuocationibus orabimus ad Paracletum illum Spiritum Sanctum, qui deuotè inuocantibus non deficit; hoc iterum edicimus: nos nullo modo, cum decem, vel viginti Prælatis hic permansuros esse, verùm si omnes permanere voluerint, nos libenter permanebimus, omni vitæ periculo posthabito.

Decreta Concilij translatio. *Aug. Mos. Secr. in actis m. 1. Sess. 8. M.S. Arc. Vat. sig. n. 3190. pag. 182. MS. eiusd. Arch. sig. n. 3232. pag. 343.*

46 Vndecima Martij octaua Sessio habita est, in qua ob morbum epidemicum, qui Tridentum, & vicina loca inuaserat, Concilium Tridento Bononiam translatum est, qua auctoritate Legati instructi fuerant diplomate Pontificio, cuius Sessionis Acta compendio contracta referuntur in Actis Typis excusis. Cùm verò ex ea translatione maximæ controuersiæ exarserint, non sine grauissimo Schismatis terrore, & incremento hæreseos, ipsumque Concilium interciſum sit, fusiùs repetenda Acta ex MS. Archiui Vaticani ab Angelo Massarello, qui Concilio, vt sæpè diximus, à secretis erat, conscripta, ex quibus nonnulla visa sunt ad rei gestæ veritatem in sua luce collocandam decerpenda.

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi, Amen. Anno à Natiuitate eiusdē MDXLVII. Indictione V. die verò Veneris vndecima Mensis Martij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini Pauli Diuina Prouidentia Papę III. anno XIII. Conuenerunt in Ecclesia Cathedrali Tridentina sub inuocatione S. Vigilij in loco ad Sessiones habendas, & Concilium celebrandum deputato, pro Sessione habenda ad infrascripta. Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Ioannes Maria Episcopus Prænestinus de Monte, & Marcellus tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyteri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ipsius Sacri Concilij Præsidentes, & Apostolici de Latere Legati, necnon Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus Petrus Paceccus Cardinalis Giennensis, & Reuerendi Domini Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Generales Ordinum infrascripti, vbi Reuerendus in Christo Pater, & Dominus Episcopus Britenorien sis cantauit Missam solemnem de Spiritu Sancto. Qua finita, tàm Prædicti Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Præsidentes, & Legati, quàm cæteri Prælati omnes acceperunt solita Paramenta, & Mitras: deindè per Reuerendissimum, & Illustrissimum Carolum de Monte Præsidentem, & Legatum præfatum decantatæ sunt Orationes, & Preces in publicis Sessionibus cantari consuetæ, ac solitæ Cęremoniæ de more peractæ sunt, inuocato etiam auxilio Sancti Spiritus per Hymnum, *Veni Creator Spiritus*; & decantatis à Cantoribus Concilij Litanijs, & per Diaconum Euangelio, *Euntes docete omnes gentes* Matt. 10. &c. quibus omnibus completis, & ipsis Reuerendissimis, & Illustrissimis Dominis Præsidentibus, & Legatis sedentibus ante Altare maius versa facie ad Patres Concilij, præfatus Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus Cardinalis de Monte Legatus, & Præses, alta, & intelligibili voce ex scripto recitauit, & legit de verbo ad verbũ, ea, quæ in duabus proximis præcedentibus Congregationibus ad prohibendam imminentem dissolutionem Concilij, & ad eius conseruationem, prosequutionem, nec-non pro communi salute, & vitæ securitate acta fuerunt.

47 Deinde subiecit, auditis Patrum sententijs, diximus quamcumque prouisionem, & deliberationem nos probare posse, dummodò Concilium non dissoluatur. Et quia multi rogauerunt nos, vt vellemus super hac re aliquod lumen eis præbere, cum quo possent in hac repentina necessitate dirigere sententias suas; repetentes illud, quod anteà sæpè dictum fuerat à nobis, scilicet omnem nostram curam, & sollicitudinem ad id tendere, vt Concilium conseruetur, & suum possit habere progressum, subiunximus nos satis, & vndequaque probare non posse suspensionem, cùm suspensio ipsa habitura esset speciem dissolutionis, saltem quoad hominum opinionem.

Primum, & præcipuum, quod ese in tota hac ratione, aut discursu offerret nobis, vt postquam tot Patres perseuerabant in suo discedendi proposito, & nullis persuasionibus adduci poterant, vt per breuissimum saltem temporis spatium nobiscum remanere vellent, & erant in tanto numero, vt longè maiorem partem Concilij facerent, designaremus locum, in quo certi essemus Concilium ipsum constitui posse, & Patres omnes, sine aliqua contradictione, seù difficultate, ibidem esse recipiendos.

Secundum, quod locus ipse esset huic Ciuitati propinquus, quantum fieri posset, saltem pro maiori facultate redeundi ad hanc Vrbem, si quando, cessantibus per Dei gratiam impedimentis, quæ nunc vrgent, videretur Sanctissimo Domino Nostro pro rebus Germaniæ Concilium esse in hac Ciuitate reducendum, & reponendum.

Tertium, quòd locus ipse esset capax, haberet salubritatem aëris, copiam rerum, quæ sunt humano vsui, & victui necessaria, & alia requisita: & vt vno nos absolueremus verbo, solam Bononiam

Digitized by Google

niam à pluribus nominatam videri nobis his omnibus intentionibus accommodatam: non dubitare nos quin ibi recipiamur cum magna omnium illorum Ciuium gratulatione, & veneratione erga singulos Patres. De illius Ciuitatis dotibus differere superuacaneum esse, cùm paucis Ciuitatibus Italiæ posthaberi possit, videriquè nobis hac via satisfieri illorum opinioni, qui volebant Patres non abesse vltra tres Dietas, cùm non multo longiori itinere distet Bononia, itemque Sanctissimi Domini Nostri deliberationem expectari, non dissolui Concilium, non generari scandalum in populo Christiano, non omitti celebrationem sessionis iam indictæ, & reseruari deliberationem Sanctitati Suæ pro subsequenti tempore, vel in eodem loco, vel in alio, vel etiam in hac ipsa Ciuitate Tridentina. Denique si Concilium conseruetur, & manuteneatur, omnia bona sperare nos posse; si dissoluatur, omnia mala pertimeri; quod recedant, qui velint, & eant quocumque velint, & remaneant, qui voluerint remanere, nullo modo nos prohibere posse.

48 His à nobis expositis, Patres omnes dixerunt sententias suas, & pro longè maiori parte concordes, & conformes fuerunt. Quibus auditis diximus, & pro grauitate eorum, quæ decernenda erant, dignum, & æquum esse, vt omnis nostra in hac re deliberatio ab inuocatione Diuini Numinis initium sumeret: & propterea alta voce monuimus omnes, vt hoc ipso die, & hac hora ad hanc Ecclesiam in paramentis consuetis conuenirent, facturi eam deliberationem, quam Spiritus Sanctus mentibus Patrum inspiraret. De his omnibus estis vos, Patres, coram Deo, & hominibus locupletissimi testes: audietis etiam ea, quæ proferet Dominus Promotor Concilij in hac materia.

Et statim ipse Promotor dixit: Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini, & Amplissimi Patres. Cùm audiuissem in Congregationibus proximè factis aliquos Patres desiderare fieri aliquam inuestigationem super hac infectione, & suspicione, examinaui tàm ex officio, quàm ex commissione, & mandato Reuerendissimorum, & Illustrissimorum Dominorum Legatorum nonnullos testes super quibusdam articulis, quos peto recipi, & admitti. Et Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus Cardinalis de Monte Præsidens, & Legatus dixit: Placet quòd legantur? Et omnes Patres responderunt: Legantur, &c.

Concepti erant ij articuli de morbo epidemico contagioso dicto punticularum, qui ab excurrente Mense Tridentinam Vrbem, ac finitima loca inuasisset, atque Episcopum Caputaquensem, & Generalem Obseruantium, & Balduinum Canonicum, & plures alios extinxisset, deque grauibus eius morbi symptomatibus, ex quibus, qui euaserant, aut stolidi, aut capti oculis manerent, deque grauissimis periculis, in quibus versarentur Patres, si is morbus in pestem, vti calore auctо fieri solet, descisceret; quadraginta, & ampliùs eo morbo Tridenti laborare, nec Medicos accersitos velle accedere ad inuisendos ægros, ac de ea re testium dicta relata sunt. Fracastorij, & Balduini Medicorum testimonia quæ ex parte fuisse fallacia secutus rerum exitus comprobauit, quibus perlectis addunt Acta.

„ Successiuè ipse Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus Cardinalis de Monte Præsidens, & Legatus præfatus, versus ad ipsos Patres dixit: reliquum est vt nunc super decreto ex mente maioris partis Patrum concepto, & formato sententias vestras liberè dicatis, & nulla mora interposita legit alta, & intelligibili voce decretum ipsum subsequentis tenoris.

49 [Placetne vobis decernere, & declarare de huiusmodi morbo ex præmissis, & alijs allegatis ita manifestè, & notoriè constare, vt Prælati in hac Ciuitate, sine vitæ discrimine commorari, & in ea idcircò inuiti minimè retineri possint, & debeant? Itemque attento recessu multorum Prælatorum post proximam præteritam sessionem, & attentis protestationibus aliorum complurium Prælatorum in Congregationibus generalibus factis hinc omninò timore ipsius morbi abire volentium, qui iustè detineri non possunt, & ex quorum discessu Concilium vel dissolueretur, vel ex paucitate Prælatorum bonus eius progressus impediretur, & attento etiam imminenti periculo vitæ, & alijs causis per aliquot ex Patribus in ipsis Congregationibus allegatis, vtpotè notoriè veris, & legitimis? Placetne vobis similiter decernere, & declarare pro conseruatione, & prosequutione ipsius Concilij, & securitate vitæ ipsorum Prælatorum, Concilium ipsum ad Ciuitatem Bononiæ veluti ad locum magis paratum, salubrem, & idoneum pro tempore transferendum esse, & ex nunc transferri, & ibidem sessionem iam indictam statuta die vigesima prima Aprilis celebrandam esse, & celebrari, & successiuè ad vlteriora procedendum, donec Sanctissimo Domino Nostro, & sacro Concilio expedire videbitur, vt ad hunc, seù alium locum, communicato etiam consilio cum Inuictissimo Cæsare, Christianissimo Rege, & alijs Regibus, ac Principibus Christianis, ipsum Concilium reduci possit, & debeat? Responderunt, Placet.] *Ext. in actis Typis excusis.*

„ 50 Quo decreto lecto, vnusquisque etiam „ interrogatus singulariter à me Angelo Massarello Secretario Concilij vnà cum D. Claudio „ de la Casa ipsius Concilij Notario, dixit alta, „ & intelligibili voce sententiam suam in hunc, „ qui sequitur, modum, videlicet Reuerendissimis, & Illustrissimis Dominis Præsidentibus, „ & Legatis placet decretum, & omnia alia adducta, & probata, tanquam vera, & legitimè „ approbata. Reuerendissimus Cardinalis Gienensis dixit, non sufficere allegata per Promotorem, quia eorum maiorem partem scit „ esse falsam: fit contra ius translatio, cùm „ nulla sit causa legitima, transferendi in eandem „ Prouinciam, & si esset transferendum, esset iuxta formam Concilij Constantiensis transferendum, quare protestatur se non assentiri translationi; posset tamen sessio prorogari. Reuerendus Dominus Archiepiscopus Spalatensis „ dixit: Placent decreta. Reuerendus Dominus Archiepiscopus Turritanus dedit schedulam infrascripti tenoris: Quia proposita transferatio Concilij ad Ciuitatem Bononiæ ab hoc „ loco, in quo legitimè in Spiritu Sancto congregatum, & inchoatum existit, videtur mihi coram Deo verisimiliter allatura scandalum, „ & perturbationem reductioni errantium Germanorum, & paci, ac vnitati Ecclesiæ, hæresumque illarum extirpationi propter quod „ conuentus in hoc præcipuè loco celebratur à „ Sacri Imperij Ordinibus acceptato, id quod „ ma-

MS fig. n. 3190. pag. 194.

maximè hoc tempore ſperatur, quo pacata, & ſubacta prouincia, iam rerum potitur Catholicus Imperator, & ad Religionis præſertim negotia, de quibus agimus, Dietam indixit, cui vel hoc nomine parum commodos non dubito nos futuros, nedum nobis ipſis importunos, cùm hoc præſertim tentari videam, ſine ſcientia, & voluntate Sanctiſſimi Romani Pontificis, quo mandante huc conuenimus, cuius ſpeciale oraculum res huiuſmodi deſiderabat: ideò non probatur mihi, nec placet, ſed neque credo de iure licere hoc Patribus inconſulta Sua Sanctitate præfata, & propter rationabilem contradictionem etiam minoris partis, præſertim quia numerus non in tantum excedit, vt excludat alias iuridicas conſiderationes, quas non impedit modicus exceſſus in numero, in quo neque in multitudine, ſed ratione vincendum eſt, & aliàs timori, ac ſaluti Patrum per prorogationem indictæ ſeſſionis ad certum tempus, vel ad beneplacitum Sanctitatis Suæ, & ſanctæ Synodi circa Concilij diſſolutionem, vel coactionem opportuniùs poterat eſſe conſultum, etiamſi cauſa contagionis prætenſa legitima foret, & iuridicè, ac maturè diſcuſſa fuiſſet, nec in controuerſiam, vel dubium verteretur.

Subdunt Acta Archiepiſcopos Antibarenſem, Materanum, Naxienſem, Hiſpalenſem, Armacanum approbaſſe eadem decreta, Panormitanum verò dixiſſe: [Non placent quouſque Papæ, & Imperatoris voluntas habeatur.

51 Rogatæ deindè ſunt Epiſcoporum ſententiæ, quorum primus Senogallienſis ita fatus eſt; [Probo decretum, & tranſlationem ad beneplacitum Sanctiſſimi Domini Noſtri, & huius ſacri Concilij ob vrgentem neceſſitatem, adhibito (ſi opus eſt) ſingulari cuiuſque noſtrum iuramento huc reuertendi, quandocumque Suæ Sanctitati, & ſacro Concilio pro rebus Religionis videbitur expedire, ſi quo modo poſſimus Reuerendiſſimos Dominos Hiſpanos Fratres noſtros inducere ad conueniendum nobiſcum, quòd ſi nolint, & ex hoc timendum ſit de aliquo Schiſmate, cenſerem quòd potiùs hic moreremur omnes, quàm quòd hodiè occaſionem Schiſmatis præberemus in Eccleſia Dei.

At Epiſcopi Aſculanus, Feltrenſis, Acienſis, Melitenſis, Iſernienſis, Placentinus, Torcellanus, Sibinicenſis, Albenſis, Vaſionenſis, Emonienſis, Taruiſinus, Parentinus, Motonenſis, Salutienſis, Milonenſis, Caprulanus, Vigorinenſis, Corſulanus, Bellicaſtrenſis, Britinorienſis, Piſaurienſis, Famaguſtanus, Albiganenſis, Narnienſis, Aliphanus, Minoricenſis, decreto aſſenſere; necnon Abbas Caſſinenſis, ac tres Generales Ordinum; Ex Epiſcopis verò hi repugnarunt, in primis Gadicenſis dixit: [Placuiſſet quòd antequam de tranſlatione Concilij quidquam deliberatum eſſet, quod pro humilitate, & reuerentia quam Summo Pontifici Domino debemus, Sanctitatem Suam conſuluiſſemus: tamen ſi Reuerendiſſimi Domini Præſidentes in hoc mentem Sanctitatis Suæ ſciunt, ſum in ſententia Patrum, qui volunt Concilium Bononiam transferri. R. D. Epiſcopus Sancti Marci dedit ſchedulam. Ego perſiſto in heſterna ſententia, & dico, me nullo pacto aſſentiri huic tranſlationi, propterea quòd cauſa non videtur iuſta, & idonea, & quia fit inconſulto Sanctiſſimo Domino Noſtro, inconſultis Cæſare, & Chriſtianiſſimo.

R. D. Archiepiſcopus Roſſanenſis: Non probo cauſam tranſlationis, & perſonæ examinatæ ſunt ſuſpectæ; & propterea non placet tranſlatio, quia non conſtat de voluntate Papæ, de qua ſi conſtaret, placeret.

R. D. Epiſcopus Caſtellimaris: Non placet, quia Reuerendiſſimi Domini Legati non oſtenderunt habere poteſtatem transferendi, & permanentes ſunt obedientes Suæ Sanctitati, & placet ſententia Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Giennenſis: ſi autem conſtaret de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri, obedirem. Epiſcopus Agathenſis non probat, neque reprobat; hoc tantùm, vt Synodus faciat, quod Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ eſt expediens.

R. D. Epiſcopus Lancianenſis dixit, non placet, cùm non ſit cauſa legitima: præſertim cùm ſine conſultatione Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Reuerendiſſimi Domini Legati non habeant poteſtatem.

R. D. Epiſcopus Syracuſanus dedit ſchedulam [Nullo modo mihi placet tranſlatio Concilij, cùm nulla ſubſit cauſa legitima, ſeù legitimè probata, & quæ allegatur eſt leuiſſima, cùm reuera pauci infirmentur in Ciuitate iſta, & ex illis quaſi nullus moritur: nam rem agimus magnæ importantiæ de ſtatu totius Chriſtianæ Religionis, & ſi Concilium hoc eſt per tot annos deſideratum, & tantis laboribus tandem per Sanctitatem D. N. congregatum, accedente etiam aſſenſu, & voluntate Cæſareæ Maieſtatis, & Chriſtianiſſimi Regis, ac aliorum Principum, nullo modo debuit ita præcipitanter transferri, niſi priùs conſulto Sanctiſſimo Domino Noſtro Pontifice Romano, & Cæſarea Maieſtate, & reliquis Principibus Chriſtianis: quod per breue tempus fieri poterat. Propterea niſi priùs conſulatur Sanctitas D. N. Cæſarea Maieſtas, Chriſtianiſſimus Rex, & reliqui Principes, ea via quà de iure poſſum, & debeo, proteſtor me non conſentire receſſui, nec tranſlationi, nec mutationi Concilij.

Pacenſis Epiſcopus addit [Non placent informationes Promotoris, neque tranſlatio, præſertim cùm non conſtet de mandato Pontificis.

Subiecit Aſturicenſis [Non placent probationes, quia non ſunt factæ auctoritate iudiciali: neque placet tranſlatio, cùm non appareat de voluntate Sanctiſſimi Domini Noſtri. Neque placet locus, quo transfertur, quia non eſt liber. Quòd ſi aliter conſtaret de voluntate Sanctiſſimi, eſſem paratus obedire.]

R. D. Epiſcopus Calagurritanus dixit: Non placet decretum, & cauſa non eſt ſufficiens in re tanti momenti, maturiùs eſſet deliberandum & non ità timidè, & præcipitanter procedendum.

R. D. Epiſcopus Canarienſis dixit: Nunquam placuit, neque placet, quia cauſa non eſt ſufficienter probata; & quia neque Papa, neque Cæſar fuerunt conſulti; quare expectetur donec ipſi conſulantur ad minus per octo dies.

52 Dictis omnium ſententijs, ijſque per Secretarium alta voce recitatis, petijt Cardinalis Gien-

Digitized by Google

Ext. excusa in actis ex editione Binij post Sess. 7.

Giennensis, vt & ipsi Legati dicerent sententiam. Cui Cardinalis de Monte: Ego (inquit) postquam translationem Concilij nedum à maiori parte, sed etiam à duabus ex tribus partibus abundè probari video, vt Apostolicæ Sedis Legatus, & Episcopus, & vt Cardinalis translationi consentio, & ita in nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Sessio iam indicta habebitur Bononiæ die ipsa 21. Aprilis, & vt Patres cognoscant, quàm sincerè, quàm simpliciter semper in vsus Concilij processerimus, & quantum libertatem eiusdem Concilij semper fecerimus, ad eorum maximè consolationem, qui dixerunt se consensuros translationi, si sibi constaret de auctoritate Papæ nobis ad hoc concessa, sciant Patres nos ab initio nostræ Legationis habuisse à Sanctissimo Domino Nostro facultatem transferendi Concilium, quemadmodum in Bulla eius nobis concessa, mox apparebit, quam quidem Bullam hactenùs noluimus legi, ne honor, qui debitè defertur ab omnibus ipsi Sedi, traheret fortasse aliquos ad consentiendum in id, quod aliàs facturi non essent; ea, si placet, legetur? Cùmque id omnes vno ore petijssent, Angelus à secretis legit Bullam ipsam, in qua Cardinalibus de Monte, Sanctæ Crucis, & Anglico, vel duobus ex ipsis dabatur potestas à Sanctissimo Domino Nostro transferendi Concilium auctoritate Apostolica, si quando vel peste, vel bello, vel alia iusta causa Tridenti esse non possent. Qua Bulla lecta, idem Cardinalis de Monte admonuit omnes Prælatos præsentes sub pœnis, & censuris in ipsa Bulla expressis, vt eadem die XXI. Aprilis Bononiæ ad celebrandam Sessionem indictam adessent. Qua Bulla lecta Giennensis, & omnes, qui cum eo senserant, obmutuerunt. Giennensis tamen petijt tàm Bullæ, quàm aliorum gestorum sibi fieri copiam. Mox Hercules Seuerolus Promotor Concilij petijt de omnibus, & singulis gestis in sancta Synodo per Notarios, & Protonotarios Concilij fieri vnum, vel plura, publicum, seù publica instrumenta.

53 Refert Auctor Diarij Concilij Tridentini ex literis XXIII. Martij Roma Bononiam transmissis, consultum fuisse antea à Cardinale à Monte Pontificem de transferendo Concilio: sed adeò vehementi impetu deliberationem ab eo præcipitatam, vt responsum non expectarit. Subdunt Acta.

Diar. Con. Trid. pag. 214.

Die XII. Martij discesserunt Reuerendissimi Legati à Ciuitate Tridentina, & die XX. eiusdem peruenerunt ad Ciuitatem Bononiæ, cum non paucis Prælatis; fuere illi fermè omnes Itali, at Hispani, aliorumque Regnorum Cæsari obnoxiorum Præsules Tridenti hæsere consulto Cæsare, è cuius voluntate pendebant, Galli verò discesserant, atque Oratores Francisci Regis, Regulus Durfe Forensium Præfectus, & Præses de Ligny ante medium Februarij Venetias concesserant, quam translationem versam in maximum rei Catholicæ damnum deplorat Angelus Massarellus, qui Concilio Tridentino erat à secretis, vt sæpè dictum est.

De translatione Concilij Tridento Bononiam.

Ang. Masf. Secret. in Actis Con. Trid. m. s. Arch. Vatic. fig. n. 3212. pag. 64.

54 Sacrosancto Concilio Tridentino prosperè, fæliciterque magno omnium Nationum consensu, & plausu procedente, & iam maiori ex parte dogmatum erroribus trucidatis, atque euulsis, corruptis Cleri, populique Christiani moribus multis capitibus emendatis, ac denique se ad optatum finem (Deo benevolente) omni conatu alacriter disponente, ac præparante (pauca enim tàm circa ipsa dogmata, quàm reformationem expedienda supererant). Ecce (vt fit in bonis operibus consummandis) humani generis hostis hunc fælicem cursum, hoc sanctum propositum interrupit, atque perturbauit. In Ciuitate enim Tridentina nescio quæ aëris intemperies suboritur, quæ sæuissimum punctularum, seù lenticularum, vt vocant, morbum inducit, adeòque in ipsa Ciuitate morbus inualuit, vt quotidiè multi etiam vltra loci qualitatem perirent, inter quos fuere duo Patres Concilij, Episcopus Caputaquensis, & Generalis Ordinis Minorum de Obseruantia, multò etiam plures infirmarentur, & iam pestis vti ipsi morbo peculiari ratione insitæ, atque in vicinis Regionibus, præsertim verò in Germania sæuientis non solùm suspicio, sed perspicua indicia habebantur. Quo malo periculo, ac timore ita perterriti sunt Patres Concilij, vt quotidiè quamplures ex Tridento, vel non petita, vel petita, & non obtenta licentia recederent, & qui remanebant, nullis hortationibus, persuasionibus, vel monitionibus retineri possent, asserentes nullo iure eo in loco cum euidenti vitæ discrimine posse detineri. Ex qua continua Patrum secessione animaduertentes Legati ipsi, & Præsidentes Concilium certo certiùs dissolutum iri, quod nullo modo permittendum esse existimabant, habita priùs ipsius morbi, tùm per Medicorum iudicium, tùm per complurium fide dignorum testium depositionem certa notitia, proposuerunt Patribus quid super huiusmodi rerum statu esset consilij capiendum.

Deplorat translatio ab Angelo Massarello.

55 Peruulgata translationis Concilij Tridentini fama, grauissima inter Paulum III. Pontificem, & Carolum V. Imperatorem dissensionum semina ad euertendam Christianam Rempublicam, & confirmandam Hæreticorum pertinaciam excreuerunt, cùm in contrarias sententias nec obscura odia infeliciter exardescerent: Paulus enim Pontifex XXIII. Martij accepto translationis nuntio, rem gestam coacto Cardinalium Senatu comprobauit; quantumuis Burgensis, de Auria, & Sadoletus prudentia admodum insignes suaderent, ne quid in ea re decerneret, nisi priùs consuluisset Cæsarem; ex ipsius enim ac Cæsaris dissensione grauissima mala emersura, quibus Pontifex subiratus paulò acerba voce respondit, Germanos biennij flexu expectatos Tridenti, nec vnquam accessisse, nec iam amplius expectandos: cui cùm Cardinalis Auria subijceret, sperandum eos à Cæsare cogendos, perstrinxit illum tacitè Paulus, nimio studio Cæsari adhærere, Cardinalitij nimirum ordinis Viros debere ab omni humano affectu esse diuulsos affirmans.

56. At Cæsar maximas iras concepit aduersùs Paulum Pontificem, qui arcanis literis transferendo Concilio fauisset, ac iure translatum contenderet, cumque ex hoc dissidio imminentia graviora mala præsentiret Petrus Soto Ordinis Prædicatorum Vir eximiæ prudentiæ, & insignis Christianæ demissionis, qua oblatas dignitates constantissimè respuit, qui Cæsaris sacras exhomologeses excipiebat, Alexandrum Cardinalem Farnesium monuit, vt partes suas adhiberet apud Pontificem, vt Concilium Tridento restituendum curaret, de quo factus certior à Cardinale Far-

Petrus Soto Caroli V. Confessarius suadet, vt Cõcilium Tridentum reducatur.

Digitized by Google

Farnesio Pontifex significauit Petro è Soto quantis studijs Cæsarem semper esset complexus, addiditque vehementer dolere se à maleuolis omnia pia studia sua in odium adduci, deque translatione Concilij addidit, se inconsulto eam factam, posse verò eos, qui Tridenti hæserant Bononiam accedere, ac dein vel Tridentum, vel alium locum designatum iri.

Pauli responsum.

Dilecto filio Petro Soto Ordinis Prædicatorum Professori, Serenissimi Cæsaris Confessori,

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 160.

57 Dilecte fili. Ex literis quas Dilecto filio nostro Alexandro Cardinali Farnesio misisti, ipso Nobis referente cognouimus, quo tu animo, & quo ergà nos, & hanc sanctam Sedem deuotionis zelo capiaris, atque desideres, vt omnia inter nos, & Charissimum in Christo filium nostrum Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum pacata, quieta, beneuolaque succedant, atque vt hæc Concilij Generalis nuper Tridento Bononiam facta translatio, quoniam ei nonnihil molesta videtur accidisse, ita gubernetur, atque procedat, vt si quid offensionis in illius animo est natum, id nostra obsequela, nostrisque officijs tollatur, atque omne sanetur, in quo Nos, & tuam beneuolam ergà Nos voluntatem, & probum sapiensque consilium tuum non solùm valdè commendamus in Domino, verùm etiam gratè, & libenter accipimus, ac quod ad mutuam inter nos, & Serenissimum ipsum Cæsarem beneuolentiam, pacem, consensionemque attinet, tua deuotio optima potest esse testis, quantoperè Nos semper studuerimus illum omnibus nostris obsequijs, & donis, & omnium rerum concessionibus iuuare, atque ornare, cùm nihil ille vnquam à nobis postulauerit, in quo nostra ad indulgendum, & concedendum voluntas non fuerit parata, nisi si qua nonnunquam petita eiusmodi sunt, quæ aut nostras longè superauerint vires, aut alia esse Nobis visa sunt, vt salua nostra dignitate permittere ea non posse mus: in cæteris quidem rebus nunquam nos illius commodis, honori, famæ, amplitudinique defuimus, sed huic sanctæ Sedis pecunijs, & Ecclesiasticis multarum Prouinciarum facultatibus, terrestri militum manu, & maritima participes esse voluimus illius laborum, sollicitudinum, sumptuum, cùm ad id nos summus quidam erga illius Maiestatem ab initio susceptus amor, sanctissimèque conseruatus impelleret, vt illius commoda, atque ornamenta omnia procuraremus, quæ tamen nostra merita erga eum fermè iniquorum, & maleuolorum obtrectationibus in eam partem accepta sunt, vt videremus in ipsis beneficijs quasi damnum illi, atque incommodum velle inferre, quod certè nobis magno dolori fuit. Itaque sæpè ipsi nobiscum taciti æstimantes, & animum nostrum erga illum, & illius erga nos, non potuimus non summoperè angi, cùm videremus, quàm impari conditione ad amandum accessissemus, & quàm nostra optima erga eum voluntas prauis interpretationibus quorumdam in suspicionem, & dubium apud illum adduceretur: sed nos in nostra semper sententia, & pristino amore permanentes non desistemus tamen, tantum, & tàm insignem Principem omnibus nostris officijs, & meritis honoribus prosequi, cuius præsertim virtus, & animi magnitudo, ac pro defensione fidei Catholicæ susceptí tot iam labores, hique tàm admirabili felicitate consequuta grati, atque accepti Deo declarati non solùm in vniuersa Christianæ Reipublicæ, sed etiam huius sanctæ Sedis, cui Diuina Prouidentia præsidemus, peculiare beneficium redundauerint: quare dilecte fili, quæ nostræ sunt partes nos Cæsaris amori atque amplitudini & antea dediti semper fuimus, & sumus futuri. Ille, vt ea voluntate sit, qua profectò esse debet, neque se sinat maleuolorum immutari sermonibus, cuiuslibet boni est, & in primis tuum pro tua probitate, & virtute procurare; nam quod ad Concilium attinet, si in transferendo fuit culpa, aut error, Nos certè expertes earum rerum fuimus, ante enim captum ab illis consilium est, quàm ad nostras aures potuerit res peruenire, & tamen iusta ipsimet Concilio causa fuit visa transferendi sese, neque verò adhuc cognoscere potuimus, cur minus Bononiæ, quàm Tridenti possint omnia ad Cæsaris commodum, & vtilitatem agi, sed tamen si mutatio loci est quærenda, Nos, qui pro imperio, & auctoritate nihil agere volumus, quod videatur auctoritati Concilij vlla in parte derogare, censeremus hoc expedire, esseque opportunum, vt Prælati, atque Episcopi, qui Tridenti manserunt, Bononiam accedentes, Patribus cæteris persuaderent, vt rursùs Tridentum, aut aptiorem alium in locum referretur Concilium, quo communi concordia, consensuque omnium, quæ ad integritatem Catholicæ fidei, morumque correctionem pertinet, Deo, & Spiritu Sancto auctore tractarentur, de qua re, si Bononiæ agetur, conuenientibus eò (vt diximus) omnibus non erit (credimus) difficile ita rem totam etiam Nobis adiuuantibus dirigere, & vt Cæsaris voluntati, & publicæ simul vtilitati satisfiat, cui in primis studemus omnibus viribus, & conatibus nostris consulere, sicut etiam referet tibi latiùs dilectus filius, & Legatus noster Cardinalis Sfondratus, cui fidem indubiam adhibebis. *Datum Romæ XXX. Martij MDXLVII. Anno XIII.*

Adduci non potuere Hispani Præsules, qui Tridenti hæserant, vt Bononiam se conferrent ad egregia cœpta absoluenda, nam Cæsar insuscepta sententia perstitit Concilij non in Italia, sed in Germania celebrandi. Reliqui verò qui Bononiam elegerant ad Concilij, Pontificisque auctoritatem tuendam, Synodumque prosequendam, in qua Vrbe maximo cum honore, & publica lætitia excepti fuerant, animos obfirmarunt, cuius Acta, Typis non sunt excusa ne dissensioni maiori occasionem præberent.

,, 58 Die XXV. dicti Mensis Martij (inquiunt ,, Acta) ipsi Reuerendissimi, & Illustrissimi Do- ,, mini Præsidentes exhibuerunt Theologis mi- ,, noribus exemplum XIV. Articulorum excer- ,, ptorum ex libris modernorum Hæreticorum ,, super Sacramento Pœnitentiæ, & iuxta mo- ,, rem hactenùs Tridenti in sacro Concilio ob- ,, seruatum, antequam Dominis Prælatis, & Pa- ,, tribus ipsius Concilij proponerentur, ab ipsis ,, Theologis minoribus discuterentur, & exa- ,, minarentur.

M. S. Car. Barb. sig. num. 123. in script. Acta Conc. Bonon. p. 2.

Acta Concilij Bononiæ.

Articuli Hæreticorum super Sacramento Pœnitentiæ.

I. Non esse tres sacramentalis Pœnitentiæ partes, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, sed duas tantùm, Mortificationem scilicet, & Vinificationem, seù quod alijs verbis dicunt Terrorem, seù Timorem, & huic succurrentem fidem certæ remissionis peccatorum.

Articuli Hæreticorum de Sacramento Pœnitentiæ.

II. Con-

Digitized by Google

II. Contritionem ex recogitatione, & conſideratione peccatorum ortam, aut timore ſeruili paratam, facere hominem hypocritam, & magis peccatorem.

III. Confeſſionem auricularem, nec mandatam eſſe Iure Diuino, nec neceſſariam, quia ſine ea peccata remittuntur contritis, & fide ſe ſubſtentantibus.

IV. Confeſſionem auricularem, quam Eccleſia quotannis faciendam præcipit, eſſe impoſſibilem, adeòque figmentum hominum.

V. Non eſſe neceſſarium confiteri omnia peccata mortalia, quorum quis ſibi eſt conſcius, ſed ea tantùm, quæ conſcientiam perplexam tenent, & angunt: ſed neque vllas circumſtantias peccatorum confitendas eſſe.

VI. Nec peccata contra duo vltima Decalogi Præcepta confitenda eſſe, nec licere venialia confiteri.

VII. Abſolutionis Miniſtrum eſſe quemlibet Chriſtianum, & abſoluere poſſe etiam non confitentem peccata.

VIII. Abſolui hominem à peccatis, modò credat ſe abſolutum, etiamſi non eſſet contritus, aut Sacerdos, non ſeriò, ſed ioco abſoluat.

IX. Abſolutionem priuatam Sacerdotis nihil efficere.

X. Satisfactionem Pœnitentium non eſſe aliam, quàm ſolam fidem, qua apprehendunt Chriſtum ſatisfeciſſe.

XI. Deum per gratiam peccata condonantem non exigere opera, ſeù dignos fructus Pœnitentiæ.

XII. Satisfactiones Canonicas quondam, vel exempli, vel diſciplinæ cauſa fuiſſe à Patribus inſtitutas, non autem ad remiſſionem pœnæ.

XIII. Satisfactionibus à Sacerdote iniunctis obſcurari doctrinam de gratia, & vero Dei cultu.

XIV. Temporalibus pœnis æterna mutari ſupplicia fictio eſt, non veritas.

Anno Domini MDXLVII. die verò Martis XXIX. Menſis Martij, &c. celebrata fuit prima Congregatio Theologorum minorum, & ſumpſit exordium ſacrum Oecumenicum Concilium Bononienſe, quibus Theologis propoſiti ſunt examinandi, & diſcutiendi articuli ſupraſcripti de Sacramento Pœnitentiæ.

59 Interim Romæ motæ ſunt grauiores lites apud Pontificem à Cæſare de Concilij tranſlatione: nam Ioannes Vega Orator Cæſareus acceptis literis Imperatoris eadem die queſtus eſt apud Paulum III. de repentina mutatione Concilij Tridentini Bononiam tranſlati non conſulto priùs Cæſare. Pontifex verò, cum adhuc ab Interuntio literas non accepiſſet, reſpondit Vegæ, ſumma maturitate conſultum iri, Concilijque Patribus exponenda iſtius rei capita, vt perpenderentur; ſe quoque de ea non præmonitum; tranſlationem non modò à maiori parte, ſed etiam à duabus & amplius partibus factam, adeò vt qui repugnent, tertiam non conficiant; ac propterea legitimam cenſeri: Tridentinum Concilium ſe reducere non poſſe, niſi auctoritatem eius infringat, omniaque acta, agendaque conuellat; neque Præſules ſuis mandatis forte parituros, vt ad reditum adigerentur; cùm ibi laziùs graſſaretur lues, plurimoſque non modò Tridentinos ciues, verùm etiam & nonnullos Patrum famulos extinxiſſet. Subiecit etiam Pontifex, Tridentinum Concilium reuocari non poſſe, niſi ex decreto eiuſdem Concilij, cùm ipſe nollet illi libertatem eripere, quam integram illæſamque ſeruare voluerat, etiam cùm de proprio commodo, & Romanæ Curiæ rebus ageretur: pollicitus tamen eſt Oratori, ſe Patres Concilij admoniturum, vt ſua vtantur libertate, ſeque conferant in alium quemuis locum Bononia accomodatiorem, vt Cæſareæ Maieſtati rem gratam facerent, pluraque alia congeſſit, quibus Bononiam à nemine ſuſpectam cenſeri iure poſſe, cæteriſque Vrbibus tutiorem eſſe oſtendebat; præſertim cùm vndique ea cincta eſſet Prouincijs Cæſareæ Maieſtatis partibus addictiſſimis in Italia, ad quam etiam ipſe Pontifex vnà cum Cæſare, ſi voluiſſet, commodè accedere poſſet. Ad id verò, quod ad Cæſarem ſpectabat Concilij tutelam gerere, reſpondit, id intelligi duntaxat in caſu, quo foret neceſſarium, ac Patres Concilij id ab eo efflagitaſſent: quare cùm Bononia tuta eſſet, neque ob Nationum diſcrimina vlla oriri poſſet ſuſpicio, Cæſarea iſta ſecuritas ſuperuacanea videbatur, cùm ipſemet Pontifex in neutram partem inclinaret, communiſque Parentis munus gereret.

Iſta decerpſimus ex literis Cardinalis Farneſij ad Hieronymum Verallum cõſcriptis, ad quarum calcem hæc erant ſubiecta. Hæ ſunt, quæ à Veſtra Dominatione Cæſareæ Maieſtati inſinuanda ſunt, eamque pro reſponſo ad ea, quæ Ioannes è Vega Orator repetijt Sanctitati Suæ de optima Cæſaris in eam voluntate, confirmet, Sanctitatem Suam pari ſtudio amoris Cæſareæ Maieſtati reſponſuram, rogetque ne aures improbis pandat, ſed teneat certiſſimè Sanctitatem ſuam ipſum paterno amore complecti, vt filium primogenitum, tùm ob contractæ affinitatis vincula, ac ſi interdum Sua Sanctitas Cæſareis poſtulatis non aſſentiat, id fieri non quòd ipſi gratificari nolit, ſed quia non poſſit, vel quia rationi conſona non putet, licèt alij ſecùs ſentiant, eadem conferat cum piaculario Cæſareo Sacerdote, qui conſuetis optimis officijs non ſit defuturus. *Datum Romæ V. Aprilis MDXLVII.*

60 Interea ſignificarat Cardinalis Farneſius Legatis Pontificio nomine tranſlationem Concilij approbatam à Pontifice ob allatas cauſas, monuitque, ne ob paucitatem Præſulum (pars enim magna Tridẽti ad ſuas ſedes ſe ſubduxerat, expectandaque erat, vt Bononiam ſe conferret) quippiam de dogmatibus decernerent, indictam tamen Seſſionem ad XXI. Aprilis celebrarent, corruptelaſque emendandis, & caſtigandis moribus darent operam; necnon tranſlationis Acta repeterent ad eam confirmandam, quibus hæc addidit, vt refert Angelus Maſſarellus. [Et quod „ in modo procedendi idem modus & ordo ſeruetur, qui hactenùs ſeruatus eſt in Concilio „ Tridentino in omnibus, in decretis promulgandis de dogmatibus, & reformatione, „ quod in omnibus alijs, & deinceps in ſubſequenti Seſſione maturiùs procedendum.] Addunt Acta à Legatis per literas X. Aprilis exaratas ſolicitatum fuiſſe Dandinum in Aula Gallica Pontificium Nuntium, vt rogaret Henricum Regem, vt Præſulibus, qui Tridenti fuerant, daret imperia, vt Bononiam accederent, „ tùm hæc addita refert Maſſarellus. [Item de „ rebus Concilij, videlicet, quod Imperator poſt „ tranſlationem petierit magna cum inſtantia „ à Pontifice, vt reduceret Concilium Tridentum, & quod Pontifex reſponderit, quòd cùm

Ang. Maſſarellus in Diar. Con. Trident.

,, semper reliquerit Concilium in sua libertate, ,, & ipsum Concilium causam translationis ve- ,, ram, & legitimam iudicauerit, eamque ap- ,, probauerit, nunc Sanctitas Sua non vult, ne- ,, que debet ipsum Concilium cogere, ac prop- ,, tereà ante omnia Concilium congregetur Bo- ,, noniæ, quò translatum est, & ibi posteà co- ,, gitari poterit de capienda ea deliberatione, ,, quæ expedire videbitur honori Dei, Religioni, ,, & Reipublicæ Christianæ, quare Reuerendis- ,, simi ipsi Legati Concilium hic prosequantur, ,, & Sessionem indictam XXI Aprilis omninò ce- ,, lebrabunt.] Henricus verò Gallorum Rex (nam Franciscus I. iam obierat, vt dicetur inferiùs) sensit ad schismatis pericula ex lacerato Concilio auertenda, Concilium auctoritate Pontificia suspendendum esse, idque Pontifici suadere nisus est, vt Diarij auctor commemorat.

Henricus Galliæ Rex suspē- sionem Concilij suadet,

,, [XIII. Aprilis Cardinalis S. Crucis recepit ,, literas à Bernardino Maffeo Secretario Cardi- ,, nalis Farnesij, quibus scribit, Regem Galliæ ,, proposuisse Suæ Sanctitati suspensionem Con- ,, cilij tamquam necessariam rebus præsentibus, ,, cui suspensioni tota Ecclesia Gallicana consen- ,, sura sit, &c. Rex itaque ordinauit, quòd Ora- ,, tores, & Prælati illius Regni, qui hactenùs fue- ,, rint Tridenti in Concilio, morentur Ferrariæ ,, expectantes, quid Imperator circa Concilium ,, facere voluerit. (Et infrà.) ,, Cardinalis de Monte gratum habuit suspen- ,, sionem fieri, cuius contrarium censuit Cardi- ,, nalis S. Crucis.]

61 Prouocati intereà fuere humanissimis literis Præsules, qui Tridenti hæserant, à Legatis Apostolicis, vt Bononiam se conferrent ad optima consilia pro re Christiana expedienda, vt narrat Actorum Concilij Scriptor.

Tom. 10. de Concil. MS. Arch. Vat. sig. n. 3197. p. 86.

Die XII. Mensis Apr. eiusdem anni MDXLVII. Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Præsidentes, & Legati scripserunt ad Prælatos, qui remanserunt Tridenti post translationem Sacri Concilij infrascriptas literas, videlicet.

Ext. inter Act. Conc. Bonon. p. 3.

Reuerendissimo, & Illustrissimo D. Petro Paccecho S. R. E. Cardinali Giennensi.

Diar. autt. Aug. Maff. ms. Arch. Vat. pag. 219.

Ad XIII. Kal. Aprilis Bononiam peruenimus, vbi ab ouantibus Magistratibus, & omnium ordinum Ciuibus, nullo erga nos, & alios Prælatos gratulationis, & honoris genere prætermisso, recepti fuimus. Gratiæ sunt agendæ Deo, quòd in illa tàm iusta, & tàm necessaria loci mutatione, propositerit oculis Patrum Vrbem adeò pulchrã, opulentam, & omnibus, quæ ad victum necessaria sunt, abundantem, in qua Concilium prosequi cum omni pace, libertate, & securitate valeamus. Parati iam sumus, vt Sessionem statuta die X. Kal. Maij Deo Duce omninò celebremus, quæ omnia Dominationi Vestræ Reuerendissimæ pro nostra in eam obseruantia significanda duximus, nos eidem plurimùm commendantes. *Datum Bononiæ die XI. Aprilis MDXLVII.*

☞ Legati ad Patres Tridenti morantes è Bononia scribunt:

Conceptæ sunt eodem argumento eorumdem Præsidum literæ ad omnes coniunctim, diuisimque singulos Præsules, qui Tridenti hæserant, prouocatique humanissimè, vt Bononiam accederent.

Ext. ibid. pag. 425.

Reuerende Pater, à nostro Legationis, & Præsidentiæ munere minimè alienum esse putamus Dominationi vestræ significare, id quod facimus per præsentes, nos XIII. Kal. Aprilis Bononiam incolumes Dei gratia peruenisse, atque ab omnibus Magistratibus, & omnium ordinum Ciuibus, cum ingenti ostensione lætitiæ, ac omni genere honoris, humanitatis, & officij erga nos, & Prælatos, qui nobiscum venerunt, receptos fuisse, & ita excipi quotidiè Patres venientes. Vrbs ipsa pulchra, ampla, honestissimis hospitijs, & omnibus rebus, quæ humanitùs necessariæ sunt, abundat; publico contenta totam se commodis Concilij exhibuit, in qua omnium Nationum Patres plena, & omnimoda libertate, & securitate gaudeant, quod & nos Dominationi Vestræ tàm priuato nostro, quàm publico Legationis nostræ nomine harum literarum vi ac virtute specialiter pollicemur. Parati iam sumus, vt sessionem statuta die XI. scilicet kalend. Maij Deo fauente celebremus, vbi præsentiam Dominationis Vestræ, & doctrinam magnopere desideramus, quam & in Domino benè valere cupimus. *Datum Bononiæ die XI. April. MDXLVII.* ☜

62 Dimoueri è sententia non potuere Præsules Tridentini ob mandata contraria Cæsaris, qui à Pontifice tamdem impetrauit per suum Romæ Oratorem, ne in sessione indicta Concilij quid grauioris momenti promulgaretur, nec in ea translatio confirmaretur, vt Diarij Auctor narrat, qui etiam addit, Cardinalem Sfondratum ad Cæsarem ad componenda hæc diffidia, flectendumque animum missum fuisse, idque Patribus Bononiæ significatum.

,, [XVIII. Aprilis Reuerendissimi DD. Le- ,, gati receperunt literas à Reuerendissimo Car- ,, dinali Farnesio, quibus significabat, Sanctissi- ,, mo Domino Nostro non videri, quòd in hac ,, Sessione aliquod decretum substantiale pu- ,, blicetur, neque confirmetur translatio Tri- ,, dento, sed tantùm prorogetur Sessio vsque ad ,, Pentecostem, quod factum est id petente ma- ,, xima cum instantia Illustrissimo D. Didaco à ,, Mendoza Oratore Cæsareo.

Diar. Sfo. Trid. pag. 220.

XIX. Aprilis in Congregatione Generali proponitur à Reuerendissimo D. Cardinale de Monte, quòd gratiæ agendæ sunt Deo, quod hùc incolumem hanc sanctam Synodum reduxerit; dixit deindè. [Quod hæc translatio Concilij ,, grata fuit Sanctissimo Domino Nostro, & ,, omnibus Principibus Christianis, excepto Cæ- ,, sare, quòd nunc mittitur ad Suam Maiestatem ,, Reuerendissimus D. Cardinalis Sfondratus ,, Legatus Apostolicus, qui procurabit, vt eius ,, Maiestas translationi assentiat, & Prælatos ,, suorum Regnorum hùc accedere permittat. ,, Interim videtur opportunum, quòd Sessio in ,, proxima die indicta celebretur, sed in ea nihil ,, substantiale agatur, neque aliquod decretum ,, promulgetur, vel de fide, vel de reformatione, ,, sed tantùm ipsa sessio prorogetur ad feriam V. ,, infrà Octauam Pentecostes, quo tempore ha- ,, beri poterit mens Cæsaris, & materiæ, quæ ,, propter absentiam Prælatorum, & festa Pa- ,, schalia tractari, & examinari non poterunt, ,, absoluentur. Super quo rogantur sententiæ, ,, & ab omnibus probatum est.]

Quod ad Cardinalis Sfondrati Legationem attinet, decreta ea iam ante fuerat extremo Februario, antequam fieret translatio, vt dicetur inferiùs.

Io. Francisci Firmani vitam Magist. in Diar. ms. Arch. Vat.

Appetente XXI. Aprilis die, quæ ad Sessionem Bononiæ condicta fuerat, veteres ritus celebrati fuere, quos in Actis describit Angelus Massarellus.

In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

63 Anno à Natiuitate eiusdem Domini Nostri Iesu Christi MDXLVII. Indictione V. die ve-

Digitized by Google

Diar. Conc. Trid. m.s. Arch. Vat. pag. 229. Acta Conc. Bonon. p. 6. MS. Franc. Card. Barb. per Angelū Masiarell. Secr. Conc. Prima Sessio Bonō.

rō Iouis XXI. mensis Aprilis Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Pauli Diuina Prouidentia PP. III. anno XIII. celebrata fuit prima publica Sessio Sacrosancti, œcumenici, & generalis Concilij Bononiensis, Præsidentibus in eo nomine Sanctissimi Domini Nostri Papæ Reuerendissimis Patribus, & Illustrissimis Dominis, Dominis Ioanne Maria Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero S. R. E. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis. Manè igitur hora circiter XIII. ipsi Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini, & Præsidentes, & Legati, ac Reuerendi Domini Prælati infrascripti (fuerunt ij Archiepiscopi sex, Episcopi vnus, & triginta. fermè omnes Itali, è Græcia tres, ex Anglia vnus, è Scotia vnus, ex Hispania vnus, ex Belgio vnus, & quatuor Ordinum generales) conuenerunt in Collegiata Ecclesia S. Petronij Bononiensis, in loco ad Concilium celebrandum, & Sessiones habendas ab ipsa Sancta Synodo deputato, vbi Reuerendissimus D. Sebastianus Lequauela Archiepiscopus Nayiensis celebrauit Missam solemnem de Spiritu Sancto, qua absoluta, & publicata de more per Diaconum Indulgentia, Reuerendissimus D. Catharinus Politus Episcopus Minoricēsis indutus Pluuiali, & Mithra, ascendens, ambonem habuit piam, & luculentam Orationem, qua completa, tàm ipsi Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Præsidentes, & Legati, quàm cæteri Prælati omnes acceperunt Pluuialia, & Mithras, aliaque paramenta consueta, cantantibus Cantoribus Psal. 83. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine*. Deinde Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus Præsidens, & Legatus præfatus accessit ad Altare Maius, vbi solitas Orationes legit, & cæremonias in alijs publicis Sessionibus seruari consuetas, de more peregit, benedicens ter Sanctam Synodum, & per Cantores decantatæ fuerunt Litaniæ, & per Diaconum Euangelium: *Ego sum vitis, & vos palmites.* Ioan. XV. Postea Reuerendissimus, & Illustrissimus D. Cardinalis S. Crucis secundus Præsidens, & Legatus præfatus accessit etiam ad Altare Maius, & Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus Cardinalis de Monte inplorauit auxilium S. Spiritus per Hymnum: *Veni Creator Spiritus*, quem Cantores absoluerunt, vsque in finem. Quo absoluto, ambo Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Præsidentes, & Legati consederunt ante Altare Maius in Faldistorijs versa facie ad S. Synodum, cæterisque Prælatis sedentibus in locis suis iuxtà tempus suarum promotionum, & D. Archiepiscopus Naxiculis indutus Pluuiali, & Mithra accedens ad Altare Maius, accepit è manibus ipsorum Reuerendissimorum, & Illustrissimorum Dominorum Præsidentium decretum, quod in hac Sessione publicandum erat, ascendensque ambonem legit illud alta, & intelligibili voce, quod est tenoris infrascripti, videlicet:

Decretum publicatū in 1. Sess. Conc. Bonon. 21. April. 1547.

Hæc Sacrosancta œcumenica, & generalis Synodus, quæ dudum in Ciuitate Tridenti congregata, nunc Bononiæ in Spiritu Sancto legitimè congregata præsidentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Pauli Diuina Prouidentia PP. III. eisdem Reuerendissimis Dominis DD. Ioanne Maria Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero S. R. E. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis. Considerans, quòd die XI. mensis Martij præsentis anni in generali publica Sessione in eadem Ciuitate Tridenti, & in loco consueto celebrata, omnibusque agendis de more peractis, ex causis tunc instantibus, vrgentibus, & legitimis, interueniente etiam auctoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ eisdem Reuerendissimis Præsidentibus etiam specialiter concessa, decreuit, & ordinauit Concilium ex eo loco in hanc Ciuitatem transferendum esse, sicuti transtulit, itemque Sessionem pro præsenti die XXI. Aprilis illic indictam, vt de Sacramentorum, & reformationis materijs, de quibus tractandum proposuerat, Canones sancirentur, & promulgarentur, in hac ipsa Ciuitate Bononiæ celebrari debere, consideransque nonnullos ex Patribus, qui in hoc concilio interesse consueuerunt, his superioribus maioris Hebdomadæ, & solemnitatibus Paschalis diebus, in proprijs Ecclesijs occuparos, aliquos etiam alijs impedimentis detentos, huc nondum accessisse, quos tamen breui affuturos sperandum est, ac propterea factum esse, vt non ea, quam Sancta Synodus desiderabat, Prælatorum frequentia potuerint materiæ ipsæ Sacramentorum, & reformationis examinari, ac discuti: vt omnia maturo consilio, & cum dignitate, & grauitate debita fiant, bonum opportunum, & expediens censuit, censetque Sessionem prædictam, quæ hoc ipso die, vt præfertur, celebranda erat, ad diem Iouis infra Octauam Pentecostes proximè futuram, quoad ipsas materias expediendas differendam, & prorogandam esse, quemadmodum differt, & prorogat. Quam diem, & rei gerendæ maximè opportunum, & Patribus præsertim absentibus percommodam, indicauit, & indicat: Hoc tamen adiecto, quòd terminum ipsum ipsa Sancta Synodus pro eius arbitrio, & voluntate, sicuti rebus Concilij putauerit expedire etiam in priuata Congregatione restringere, & imminuere possit, & valeat.

Addunt acta, Præsides Concilij ab eodem Archiepiscopo interrogatos, Præsules verò à Secretario Concilij coram duobus Notarijs rogatos id decretum gratum, & ratum habuisse.

64 Celebrata prima Sessione cùm peracta esset inter Theologos minores examinatio suprascriptorum articulorum Sacramenti Pœnitentiæ, incœpti fuerunt discuti, & examinari ab ipsis Theologis minoribus articuli Hæreticorum super tribus Sacramentis, quæ restabant, scilicet; Extrema Vnctione, Ordine sacro, & Matrimonio, qui articuli incœperunt examinari die XXIX. Aprilis MDXLVII. sub infrascripta forma videlicet:

MS. Franc. Cor. Barb. fg. n. 23 & n. 1. Card. Pij inscriptum Conc. Bon.

Articuli super Sacramento Extremæ Vnctionis.

Articuli Hæreticorum de Sacramentis Extremæ Vnctionis, & Ordinis.

1 Extremam Vnctionem figmentum esse humanum, aut ritum acceptum à Patribus diuersum omninò à Sacramentis, quæ mandatum Dei habent, & promissionem gratiæ.

2 Extremam Vnctionem non fieri ab Ecclesia Romana, iuxta Euangelij, & Iacobi sententiam, ideò ritum immutandum esse.

Articuli Hæreticorum super Sacramento Ordinis.

1 Ordinem non esse Sacramentum, sed solummodo effectum, & ex iure Diuino per populares institui, & destitui debere.

2 Ordinem potestatem esse prædicandi, non offerendi, ideoque eos, qui Verbum Dei non prædicant, non esse Sacerdotes.

3 Omnes Christianos ex æquo esse Sacerdotes, sed ad vsum siuè executionem opus esse vocatione Maioris, & consensu populi.

Digitized by Google

4 Episcopos non habere ius ordinandi, ideò ordinationem per eos factam irritam esse.

Articuli Hæreticorum super Sacramento Matrimonij.

1 Matrimonia clandestina non esse legitima, ac proinde à parentibus irritari posse.

2 Licere Christianis plures simul habere vxores, & Polygamiam nulla lege esse prohibitam.

3 Mulier quæ alteri viro sui fecit copiam adeò vxor esse desijt, vt vtrique, aut alij saltem coniugum liceat aliam vxorem ducere, vel alteri nubere, & non mœchari, qui dimissam adulteram illam duxerit.

4 Diuortium dirimit Matrimonium, vnde ab illo ritè celebrato, licet & repudianti, & repudiatæ reiterare coniugium.

5 Gradus consanguinitatis, & affinitatis descriptos Leuitici 10. præcisè seruandos esse, nec plures, nec pauciores, Ecclesiam in alijs, neque interdicere posse, ne Matrimonium contrahatur, neque rescindere contractum.

Qui articuli suprascripti discutiuntur, & examinantur in Congregationibus ipsorũ Theologorum minorum à dicta die XXIX. Aprilis vsque ad diem VII. Mensis subsequentis.

Peracta examinatione articulorum Hæreticorum super omnibus Sacramentis inter ipsos minores Theologos, incipiunt examinari, & discuti in generalibus Cõgregationibus à RR.DD. Prælatis Canones formati super Sacramento Eucharistiæ, qui Canones proponuntur primum Patribus in generali Congregatione die Lunæ IX. Maij eiusdem anni MDXLVII. habita, & examinantur vsque ad diem XVI. eiusdem mensis.

Censuræ autem factæ in dictis Congregationibus generalibus super ipsis Canonibus Sacramenti Eucharistiæ discutiuntur, & examinantur in particularibus Congregationibus Dominorum Prælatorum Theologorum deputatorum, vt hactenus obseruatum fuit in Concilio Tridentino, qui RR. DD. deputati conuenientes coram Reuerendissimo, & Illustrissimo D. Cardinale S. Crucis secundo ipsius Concilij Præsidente, per multos dies à die scilicet XVII. vsque ad XXVII. eiusdem mensis Maij ipsos Canones secundùm prædictas censuras aptarunt, & reformarunt, vt habentur in textu Concilij.

Tom. 17. de Concil. m.s. Arch. Vat. sig. n. 3204 pag. 1 &c. Diar. Act. Conc. Trid. & Bonon. m.s. Arch. Vat. p. 231.

65 XXX. Maij Legati receperunt literas à Reuerendissimo Cardinali Farnesio, quibus significabat Suam Sanctitatem esse voluntatis, vt hæc prima sessio prorogaretur vsque ad mensem Augusti, non longè ab Assumptione B. Mariæ Virginis.

„ Prima Iunij MDXLVII. auditis sententijs, „ Reuerendissimus Dominus Cardinalis de „ Monte repetijt, quæ in principio dixerat, „ non expedire quòd publicentur decreta de „ Dogmatibus, neque de Reformatione, tùm „ quia materiæ, quoad reformationem, non „ sunt paratæ, tùm quòd si essent etiam paratæ, „ non deberent expediri ob statum præsentium „ temporum: paratæ autem non sunt, quoniam „ quæ restant de reformatione, sunt duo Capita, „ vnum quod tangit Regulares, quorum Generales sunt absentes, sine quorum præsentia „ non potuit tractari. Alterum tangit Principes „ Sæculares, quorum cùm nulli adsint Oratores, neque ea materia tractari potuit. Et decretum de Dogmatibus solùm expediri non debet, cùm simul de vtraque materia iuxta ordinem, & morem Concilij agendum sit. Præterea habenda est ratio absentium, qui sunt Tridenti, cùm intuitu Imperatoris ibi maneant, &c. Improbans autem sententiam D. Accien- sis, qui nolebat vllius humanæ causæ, vel Principis haberi rationem, probauit sententias maioris partis, & ita conclusit, vt cras fieret Sessionis prorogatio solemniter in Ecclesia ad dictum diem XV. Septembris proximè futuri.

„ Quæ prorogatio hac de causa facta est, vt „ habeatur ratio Imperatoris, qui adhuc perseuerat in opinione, vt Concilium Tridentum „ reuertatur, & nullatenus consentire vult, vt „ suorum Regnorum Prælati Bononiam conueniant, & ideò Prælati Hispani, & Regni Neapolitani, qui Tridenti remanserunt, post „ translationem illinc discedere noluerunt, & „ adhuc nolunt, vt Cæsari satisfaciant. Facta „ est etiam prorogatio hæc, quoniam materiæ, „ quæ publicandæ erant ex decreto Synodali in „ vtraque causa, tàm dogmatum, quàm reformationis adhuc digestæ non erant: (Et mox:) „ Accedit ad hoc quòd neque Rex Gallorum „ misit adhuc aliquem è suis Bononiam, & breui sperandum sit, quod vterque Princeps Imperator, scilicet, & Rex Gallorum Concilio „ adhæreant, cùm duo Reuerendissimi Domini „ Cardinales Legati de Latere ad quemlibet eorum missi fuerint.

66 Die Iouis II. Mensis Iunij eiusdem anni habetur secunda sessio Bononiensis, vt inferiùs descriptum est. *lib. pag. 11.*

Anno à Natiuitate Christi MDXLVII. indictione V. die verò Iouis secunda mensis Iunij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Pauli Diuina Prouidentia PP. III. anno XIII. celebrata fuit secunda publica sessio Sacrosancti œcumenici, & generalis Concilij Bononiensis, Præsidentibus in eo nomine eiusdem Sanctissimi D. N. PP. Reuerendissimis Patribus, & Illustrissimis DD. DD. Ioanne Maria Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero S. R. E. Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis &c. Nonnullis de sacris ritibus obseruati consuetis interiectis, addunt acta, hoc Decretum in Synodo ab Archiepiscopo Vpsalensi (is erat Olaus Magnus Gothus) perlectum. *Secunda sess. Bonon.*

Quamuis hæc Sacrosancta œcumenica, & generalis Synodus sessione, quæ die XXI. mensis Aprilis proximè præteriti super Sacramentorum, & reformationis materijs in hac inclyta Ciuitate Bononiæ ex decreto in Vrbe Tridentina in publica sessione die XI. mensis Martij promulgato celebranda erat, propter aliquas causas, ac præsertim propter absentiam nonnullorum Patrum, quos breui affuturos sperabat, ad hunc præsentem diem differendam, & prorogandam esse censuerit. Volens tamen cum ijs, qui non venerunt etiam adhuc benignè agere eadem Sacrosancta Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata, Præsidentibus in eo eisdem S.R.E. Cardinalibus, & Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decernit sessionem ipsam, quam hac die secunda Iunij præsentis anni MDXLVII. celebrare decreuerat ad diem Iouis post festum Natiuitatis B. Mariæ Virginis, quæ erit XV. mensis Septembris proximè futuri, quoad prædictas, & alias materias expediendas differendam, & prorogandam esse

quæ-

quemadmodum differt, & prorogat: Ita tamen quòd prosequutio discussionis tàm eorum, quæ ad dogmata, quàm ad reformationem pertinent, interim non omittatur, & terminum ipsum ipsa S. Synodus pro eius libito, & voluntate etiam in priuata Congregatione abbreuiare, & prorogare liberè possit, & valeat. Cuius decreti lectione absoluta idem Reuerendissimus D. Archiepiscopus Vpsalensis interrogauit Patres, an placeret: his verbis videlicet.

Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini, Amplissimique Patres: Placentne hæc omnia vobis? Et statim Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Præsidentes, & Legati responderunt: Placet.

Deinde quilibet ex Patribus interrogatus fuit singulariter à me Angelo Massarello ipsi Sacri Concilij Secretario, vnà cum Dominis Claudio della Casa, & Nicolao Duiel Notarijs, an placeret? Et omnes responderunt: Placet, exceptis duobus &c.

Postremò idem Reuerendissimus, & Illustrissimus D. Cardinalis de Monte Præsidens, & Legatus præfatus manu eleuata benedixit iterum S. Synodum signo Crucis, & Patres omnes deposuerunt paramenta, & discesserunt hora circiter XV.

Interfuere huic sessioni præter duos Cardinales Legatos, sex Archiepiscopi variarum Nationum, & Episcopi triginta sex.

67 Domini Theologi conuenientes coram Reuerendissimo, & Illustrissimo D. Cardinali S. Crucis secundo Sacri Concilij Præsidente per multos dies, nempè à XVII. dicti mensis Iunij vsque ad XII. mensis Iulij subsequentis, ipsos Canones secundùm prædictas censuras aptarunt, & reformarunt.

Interea dum de Pœnitentia Canones à Patribus deputatis aptantur, & reformantur, proponuntur Theologis minoribus disputandi, & discutiendi articuli super Purgatorio, & Indulgentijs sub his verbis videlicet:

De Purgatorio.

Articuli de Purgatorio, & Indulgentijs.

1 Esse Purgatorium, an habeatur in Scriptura? & si habetur, quibus in locis?

2 An reliquiæ peccatorum purgentur per mortem, ita vt Purgatorio non sit opus?

3 An animæ in Purgatorio sint extra statum merendi seu peccandi, & an habeant incertitudinem suæ salutis?

4 Suffragia pro Defunctis habeanturne in Scriptura, & si habeantur, quibus in locis?

De Indulgentijs.

1 Quid sit Indulgentia, an remissio culpæ? an pœnæ?

2 Si pœnæ, an temporalis? an æternæ?

3 Si temporalis, vel iuxtà taxationem Canonum? vel Iustitiæ Diuinæ?

4 Thesaurus Indulgentiarum, quibus ex meritis sit collectus? Et si ex meritis etiam Sanctorum, quomodo cùm ipsi Sancti bonorum omnium auctori quæcumque egerint, vel agere potuerint, Deo debitores fuisse videantur?

5 Si contritus, confessus, & absolutus non eget noua applicatione Iustitiæ Christi, quomodo Indulgentia, quę ex meritorum Christi thesauro est, erit illi adiumento?

6 An requiratur causa ad Indulgentię validitatem? Et si requiratur, quę ex vsu sit idonea?

7 Indulgentia an profit Defunctis, & quomodo?

Qui articuli suprascripti discutiuntur, & disputantur ab ipsis Theologis minoribus per viginti tres dies continuos à XXIII. scilicet mensis Iunij vsque ad XV. mensis Iulij subsequentis eundem.

Memorata verò die XXIII. Iunij distribuę sunt Patribus Schedulę ijsdem conceptę verbis, in quibus argumenta, quę vim Sacrarum Indulgentiarum confirmant breui compendio contracta designabantur.

XVI. Iulij DD. Legati scripserunt ad Cardinalem Farnesium significantes perfectionem examinationis articulorum de Purgatorio, & Indulgentijs, & Canonum de Pœnitentia.

68 Die decima nona Iulij excussę sunt controuersię de Indulgentijs à Theologis, & à Prælatis in suis Congregationibus vsque ad decimam quintam Iulij, conceptumque fuit hoc decretum.

Diar. Concil. Bononien. Ms. in Archiv. Vat. sign. 3194. pag. 314.

De Indulgentijs.

Decreta de Indulgentijs.

I. Cùm Sancta Ecclesia Diuino Spiritu docta, & potestatis sibi à Deo traditę conscia, antiquissimo vsu etiam generalium Conciliorum auctoritate comprobato receperit, Indulgẽtias ex pijs, iustis, & rationi consentaneis causis Christifidelibus concedere, quarum vi temporalis pœna, quę condonata iam culpa Deo debetur, etiam extra Sacramentum Pœnitentię per summam misericordiam remittitur, deceatque maximè cœlestem hunc, ac planè diuinum Ecclesię thesaurũ summa cum sinceritate, & integritate dispensari, abusus, qui in aliquibus locis, non sine eiusdem Ecclesię, Diuinique honoris magna iactura inoleuerunt, Sancta Synodus præsenti decreto tollendos esse statuit, atque decernit. In primis autem in Domino hortatur Episcopos, vt curent omnes, quibus prędicandi munus incumbit, vt populum quàm diligenter admoneant per Indulgentias non remitti culpam, vt quęstores plerique cauponantes Verbum Dei falsò, & temerariè iactitant, sed ijs solùm prodesse, qui ab omni peccato mortali liberi, & immunes, cum Deo in gratiam redierunt, quę nonnisi per Sacramenta re vel voto susceptа sint.

II. Quoniam verò ex eadem S.R.E. antiquæ consuetudine constat Indulgentias nonnisi pijs & iustis de causis, atque maxima cum moderatione concedi solitas fuisse, illud quoque non probat, quòd ob leues causas, veluti ob paucas quasdam preces, amplissimę Indulgentię, & multorum annorum remissiones, atque animarũ à pœnis Purgatorij liberationes concedantur: facilè enim euenire solet, vt facilitas venię libertius ad peccandum inuitet, & alliciat, atque ita disciplinæ Ecclesiasticæ vigor, pœnitentialis satisfactio nimia largitate eneruatur.

III. Præterea, vt auaritiæ, quæ radix omnium malorum esse solet, ostium occludatur, statuit Sancta Synodus, vt cùm Indulgentiæ propter eleemosynas ad certum aliquem pium vsum conceduntur, veluti ad Redemptionem captiuorum, aut Hospitale, seu locum aliquem pium construendum, aut quoduis aliud opus, cuiuscumque illud sit generis, à nemine, neque ab executoribus quidem statuatur certa aliqua pecuniæ summa exsoluenda, sed quilibet liberè donet, quod pro sua pietate, & deuotione malit. Cùm tamen intelligere debeat, tantò apud Deum magis promereri, quantò deuotius, religiosius, & liberalius pijs hisce operibus vacauerit. Quæ autem hactenus aliter quacumque ex causa concessæ, vel à quocumque taxatæ sunt, hoc modo moderatæ esse censeantur.

Illę

IV. Illæ quoque deteſtandæ fraudes, & impoſturæ prohibendæ, & coërcendæ ſunt, prout præſenti decreto Sancta Synodus prohibet, & grauiter coërceri iubet, vt ne ex eadem Indulgentiarum cõceſſione plures partes à Commiſſarijs, & Executoribus fiant ſub eiſdem, vel diuerſis nominibus, etiam cum reuocatione, vel ſuſpenſione aliarum partium, ne vt quod ſingulis perſonis ad vitam, vel in longum tempus conceditur, poſt breue tempus facilè reuocetur, vel ſuſpendatur. Si tamen ex rationabili cauſa illas reuocare, aut ſuſpendere contigerit in earumdem perſonarum, vel locorum temporale commodum iterum nullatenus concedantur, cùm ex eo nihil aliud, quàm noui prouentus quæri videantur, quod ſordidæ auaritiæ, & quærimoniarum, atque ſcandalorum occaſio eſſe ſolet.

V. Maximus item, & execrandus abuſus, atque Chriſtianæ charitati in primis contrarius eſt, quòd propter Indulgentias cogantur homines, etiam pauperes agricolæ, & artifices, à ſuis operibus, diebus profeſtis ceſſare, & eas Conciones, quas ad Indulgentiarum publicationem, ſeu explicationem ſpectant, inuiti audire, non tam pietatis cauſa, quam vt Diuinarum rerum prætextu cogantur Indulgentias accipere: aut etiam, quod fraudibus, vel vi, etiam abutendo cenſuris Eccleſiaſticis compellantur nomina dare ad accipiendas Indulgentias, & taxatam pecuniam ſoluendum; cùm tamen hilarem datorem diligat Dominus, hiſque tam iniquis extorſionibus, & cæleſtes hi theſauri inuidioſi fiant, & Sanctiſſimum Eccleſiæ Miniſterium vituperetur.

VI. Locationibus quoque prouentuum, qui Indulgentiarum intuitu accipiuntur, atque quibuſcumque alijs contractibus quibuſuis perſonis tàm Eccleſiaſticis, quàm Laicis, diſtrictè Sancta Synodus interdicit, atque decernit, vt ipſo facto Indulgentiæ prorſus reuocatæ eſſe cenſeantur, & excommunicationis cenſuram incurrant, tàm locatores, quàm conductores, & cæteri contrahentes, qui à nullo, quàm à Romano Pontifice poſſint abſolui, cùm à Chriſtiana pietate, & Religione, atque à Sanctiſſimorum Romanorum Pontificum, qui haſce Indulgentias conceſſerunt, mente ſit valdè alienum, ſpirituales gratias in ſordidum quæſtum conuerti.

VII. Et cùm nuper in hac Sancta Synodo quæſtorum nomen, atque vſus abolitus fuerit, & Indulgentias, aut alias ſpirituales gratias per Ordinarios locorum adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas eſſe decreuerit, quibus etiam eleemoſynas, atque oblata ſibi charitatis ſubſidia nulla prorsùs mercede accepta fideliter colligendi facultas data ſit. Statuit Sancta Synodus, vt nemo illas practicare audeat, qui non ab Epiſcopo deputatus, atque pius, eruditus, & ad id munus aptè exequendum idoneus ab eodem iudicatus fuerit. Qui verò Indulgentias prædicare non deputatus ab Epiſcopo præſumpſerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & à miniſterio Altaris ſuſpenſus ſit, communibuſque beneficijs Eccleſiaſticis, ſi quæ habebit, priuetur. Epiſcopi autem teneantur, antequam Indulgentiæ diuulgentur, illarum originalia videre; neque vlla ratione permittant eorum interpretationem, niſi à ſe approbatam publicari, ne imperitè plebi perditi, & ſcelerati homines, qui quæſtum pietatem eſſe exiſtimant, imponant.

VIII. Multorum etiam malorum occaſio eſſe ſolet, quòd facultas vnà cum Indulgentijs concedatur, aut ita interpretatio à Commiſſarijs, vel Executoribus fiat, vt de malè ablatis, vel ijs, quæ incertis perſonis debentur, compoſitio aliqua, parte etiam parua ſoluta fiat; vnde occurrit, vt non facta diligentia, vt veris Dominis innoteſcat, ipſi debita reſtitutione fraudentur, & alijs delinquendi occaſio præbeatur, atque miſerorum animæ magis illaqueentur, cùm certum ſit peccata non dimitti, niſi quæ ablata ſunt reſtituantur. Quamobrem præcipit Sancta Synodus, vt hæc facultas nemini vnquam concedatur, neque huiuſmodi interpretationes fiant: hactenus verò conceſſas ita moderatur, vt certis perſonis ablata eiſdem omninò integrè reſtituantur; ea verò quæ incertis debentur, tota ijſdem locis pijs, aut perſonis, quibus illa facultas conceſſa erat, aut pauperibus reſtituantur.

IX. Facultas eligendi Confeſſorem, & abſoluendi à caſibus quocumque modo reſeruatis, quæ etiam concedi vnà cum Indulgentijs ſolet, nemini deinceps concedatur ſine magna, & vrgenti cauſa, & dummodo Confeſſor ſit ab Epiſcopo, vel ſi Regularis ſit, is cui hæc facultas conceditur, à ſuo Superiore approbatus: & ita hactenus conceſſæ interpretentur. Ne verò diſciplina Eccleſiaſtica paulatim collabeſcat, eadem ratione admonet Sancta Synodus, ne deinceps, niſi magnis, & vrgentibus de cauſis, relaxationes præceptorum Eccleſiaſticorum concedantur, præſertim eleemoſynarum intuitu, qualis eſt ciborum delectus, ieiuniorum obſeruantiæ relaxatio, qualis conceſſio Sacramentorum in priuatis domibus adminiſtrationis, votorum commutationis, ſiue redemptionis, quibus relaxationibus, & merita diminuuntur, & homines ad pœnitentiam fiunt ſegniores; hiſce præſertim temporibus, in quibus antiqua Canonum in pœnitentijs iniungendis ſeueritas tantopere languit.

X. Vt verò hæc rectæ executioni mandentur, & nulla fraus interuenire poſſit, Sancta Synodus committit omnibus Epiſcopis, vt Apoſtolica auctoritate per ſe, aut ſuos Vicarios, quoties Diœceſim ſuam viſitauerint, vel aliàs quoties opportunum videbitur, Indulgentias Eccleſijs, vel Monaſterijs, aut alijs pijs locis, etiam exemptis, & perſonis quibuſcumque item exemptis conceſſas examinent, & animaduertant, an Indulgentiæ ad certum tempus conceſſæ ſint, illudque ne ſit finitum; atque an in eos vſus pios eleemoſynæ expendantur, quarum cauſa conceſſæ ſunt, & quatenus cauſa ceſſauerit, ipſas quoque ceſſaſſe declarent, & fraudem committentes debitis pœnis, atque cenſuris coerceant, omniaque ita moderentur, vt pietatis opus in auaritiam, quæ ab Eccleſia, quam longiſſimè abeſſe debeat, nullo modo cedant.

XI. Et quia ex locorum, & temporum varietate alij, atque alij abuſus euenire ſolent, nec poſſunt omnia vnica regula tolli, Concilijs Prouincialibus Sancta Synodus committit, vt quæ in ſuis Prouincijs circa præmiſſa emendatione indigent, ea tolli, & moderari procurent, quæ Epiſcopi mandare executioni curabunt, & tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati.]

69 Poſt varias Theologorum diſceptationes concepti ſunt

XXVII. Iulij die, diſcuſſique in Congregatione generali, atque accuratiſſimo examine expenſi hi articuli, nec non in conſequutis Congregationibus.

MS Arch. Vatic. 3193. pag. 373.

Ad-

Digitized by Google

Addunt Acta, perfecta diſcuſſione Canonum Extremæ Vnctionis, & Ordinis propoſitos fuiſſe Theologis minoris gradus articulos Hæreticorum aduersùs ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium.

Acta Conc. Bononien. Auct. Ang. Maſ. Secr. M. S. Fr. S. Car. Barb. ſig. num. 23. & aliud m. s. Card. Pÿ.

Articuli Hæreticorum de Miſſa.

Articuli ſuper quibus Domini Theologi dicturi ſunt, an videlicet omnes, aut Hæretici, aut Schiſmatici eſſe videantur? & ſi videntur, quibus teſtimonijs Sacræ Scripturæ, aut Sacrorum Patrum, vel Conciliorum auctoritatibus id comprobari poſſit?

De Miſſa.

1 Euchariſtiam in Miſſa non eſſe ſacrificium, non eſſe oblationem pro peccatis, ſed tantùm commemorationem ſacrificij in Cruce peracti, neque eam offerre eſſe opus bonum, aut meritorium.

2 Miſſam nec viuis, nec mortuis vt ſacrificium prodeſſe, nec alijs applicari poſſe.

3 Miſſam non eſſe ex Euangelio, neque à Chriſto inſtitutam, ſed inuentam ab hominibus quæſtus, & lucri cauſa.

4 Miſſas priuatas illicitas eſſe, atque abrogandas, neque vllo die in vna Eccleſia niſi vnam tantùm Miſſam celebrandam eſſe.

5 Non licet Sacerdotibus Sacrum facere, ſi non adſint Communicantes.

6 Canonem Miſſæ abrogandum eſſe, fugiendumque non ſecùs, ac peſſimam abominationem.

7 Aquam non eſſe miſcendam cum vino in Miſſa, quod ita factum in Euangelio non legitur.

Qui articuli ſupraſcripti examinantur, & diſputantur ab ipſis Theologis minoribus à die Martis ſecunda menſis Auguſti vſque ad diem Lunæ vigeſimam ſecundam eiuſdem menſis dicti anni MDXLVII.

Interea verò dùm à Theologis minoribus examinantur articuli de Miſſa ſupraſcripti, diſcutiuntur à Dominis Prælatis deputatis Theologis cenſuræ factæ in Congregationibus generalibus ſuper Canonibus Sacramenti Extremæ Vnctionis, & Ordinis, ſecundùm formam exhibitam Patribus die XXVII. menſis Iulij, qui Reuerendi Domini Deputati conuenientes per plures continuos dies, à ſecunda videlicet menſis Auguſti vſque ad vigeſimam ſextam eiuſdem, coram Reuerendiſſimo, & Illuſtriſſimo Domino Cardinali S. Crucis ſecundo ipſius Concilj Præſidente Canones ipſos ſecundùm cenſuras prędictas aptarunt, & reformarunt.

Diar. Con. Trid. & Bon. 245.

IX. Auguſti fuit congregatio Prælatorum Theologorum: in Canonibus Extremæ Vnctionis fuit maxima diſputatio inter Patres, an vſus Extremæ Vnctionis fuerit ſemper in Eccleſia? id eſt, dandi Sacramentum hoc in extremis, cùm neque Marcus, neque Iacobus meminerit huius dictionis, ſed loquuti fuerint generaliter [*Si quis infirmatur in vobis*. Et, *ungebant infirmos, & ſanabantur*.] Et concluſum quòd ſic, quia licèt forſan in primitiua Eccleſia daretur aliquando non laborantibus in extremis, vt & donum miraculorum ad fundandam ipſam Eccleſiam faceret, tamen eodem ipſo tempore, & laborantibus in extremis dabatur.

Vt ſupra pag. 246.

,, [XIII. Auguſti Legati ſcripſerunt ad Cardi-
,, nalem Farneſium de ijs, quæ aguntur in Con-
,, cilio, id eſt quòd heri perfecta eſt examinatio
,, cenſurarum Canonum Extremæ Vnctionis, &
,, quolibet die audiuntur Theologi ſuper exami-
,, natione articulorum de Miſſa.

XXIV. Auguſti Reuerendiſſimi DD. Legati receperunt literas à Reuerendiſſimo Cardinale Farneſio Pontificem excogitaſſe ſe conferre ad hanc Ciuitatem Bononienſem, & Concilio intereſſe, ſuper quo petit Legatorum conſilium. Laudat item nomine Suæ Sanctitatis, quòd Reuerendiſſimi Legati diligenter intendant proſequutioni, & examinationi materiarum Concilij, vt ſuo tempore in plena Seſſione omnia publicari poſſint.

Vt ſupra pag. 149.

XXV. Auguſti fuit Congregatio Prælatorum Theologorum ſuper examinatione quatuor capitum.

Ibid. pag. 249.

I. Exprimatur, quòd Sacerdotium eſt poteſtas in anima, & quòd per depoſitionem non aufertur.

II. Damnetur, quòd neque Presbyteri, neque Diaconi prædicare poſſunt, niſi mittantur ab Epiſcopo, vel à Sede Apoſtolica.

III. Exprimatur, quòd Epiſcopus pręſcitus habeat eandem poteſtatem, quam electus, & prędeſtinatus.

IV. Declaretur, quid ſit Sacerdos, & quid ad eum pertineat?

Acta Conc. Bonon.

7o XXIX. Auguſti propoſiti ſunt Canones de Sacramento Extremæ Vnctionis caſtigati, ac redacti in bonam formam.

Hoc etiam tempore dum articuli de Miſſa à Theologis minoribus diſcutiuntur, & Canones ſuper Extremæ Vnctionis, & Ordinis Sacramentis, à Prælatis Theologis deputatis ſecundùm cenſuras prędictas reformantur: Reuerendi Domini Deputati Canoniſtæ collegerunt abuſus ſuper Sacramento Pœnitentiæ. Qui abuſus exhibiti fuerunt ab ipſis Dominis Deputatis in generali Congregatione die Lunæ XXIX. Auguſti prædicti anni MDXLVII.

Supererant plura diſcutienda de Sacramento Matrimonij, atque in primis cùm Lutherani negarent clandeſtina Matrimonia eſſe valida, tùm etiam contenderent vinculum Matrimonij ſolui crimine adulterij, adeò vt ſaltem pars innocens ad alias nuptias tranſuolare poſſet, data ſunt ad diſcutiendum ſingulis Patribus, ac Theologis argumenta in vtramque partem, partim è ſacra Scriptura, partim è Concilijs, partim è iure Pontificio, & dictis SS. Patrum decerpta: auditiſque dein ſententijs formati ſunt Canones de Sacramento Matrimonij, qui diligentiori examine diſcuti cœpti in generali Congregatione habita die X. Septembris, tùm in alijs Congregationibus coactis vſque ad XXIV. eiuſdem menſis.

71 Dum agitantur ex controuerſiæ fidei ad diſcutiendos Hæreticorum errores, vt coacto ampliſſimo Epiſcoporum Italorum, Gallorumque conſeſſu decretoriæ in eo ſententię, ſiuè Canones promulgarentur, inopino caſu cędis Petri Aloyſij Farneſij, & Placentię à Mediolanenſi Præfecto interceptæ, atque Prouinciæ ob id perturbatæ, quare agendum fuit de prorogatione Seſſionis, de qua hęc referunt Acta.

M. S. Vat. ſig. num. 3204. inſcriptum Acta Bon. Conc. 363. Aug. Maſ. Secr. in Actis Con. Bon. ſub Paulo III. m. s. Arch. Vat. ſig. n. 3283. pag. 75.

Anno ſalutis MDXLVII. Indictione V. Feria IV. XIV. menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Pauli Diuina Prouidentia PP. III. anno XIII. Bononiæ habita fuit Congregatio generalis Patrum ipſius Concilij; multiſque interiectis de ritibus ſacris obſeruatis additur.

Abſoluta Oratione Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus D. Cardinalis de Monte Præſidens,

&

& Legatus præfatus alloquutus fuit Patres, his verbis.

☞ Dies craſtina ſanctiſſimi Patres (vt Dominationes Veſtræ ſciunt) erit ea dies, quæ ſtatuta fuit à nobis ad Seſſionem celebrandam. Quot, quantiſque, & quàm diuerſis circumueniamur anguſtijs, difficultatibus, & impedimentis nemo eſt, qui non videat. Nondum venerunt Prælati complures, quos ſcimus arripuiſſe iter, ac præſertim piæ, & inclytæ Nationis Gallicanæ. Aliqui venerunt hodiè, heri, nudiùs tertiùs, nudiùs quartùs: denique tàm de repente, vt non potuerint ſeipſos, & animum ſuum informare in materia tam graui, ampla, & diffuſa, prout eſt hæc Sacramentorum Eccleſiæ, & abuſuum innumerabilium, qui in miniſterio ipſorum Sacramentorum irrepſerunt. Sed quid loquimur de abſentibus, aut de ijs, qui nuper venerunt? cùm illi, qui ſemper fuerunt præſentes, & tota Æſtate verſati ſunt in diſputationibus, & examinationibus, & in audiendo priuatim, & publicè minores Theologos, adhuc parati non ſint, neque eſſe potuerint. His difficultatibus atrocitas irrepſit caſus Illuſtriſſimi Ducis Placentiæ, qui nos detinet occupatos in tuenda libertate Ciuitatum Eccleſiæ, vt nos ipſi neque per horam quidem, vel punctum temporis liberi ſimus. Lętamur, & gratias agimus Deo, quòd in decreto proximè præteritæ Seſſionis fuerit addita illa clauſula in fine prorogandi, & reſtringendi terminum etiam in priuata Congregatione, &c. per quam certè magna cura, & ſollicitudine leuamur, cùm non oporteat nos imparatos ad Eccleſiam accedere, vt Seſſionem celebremus. Itaque ne diutiùs Dominationes Veſtras perplexas detineamus, conſilium noſtrum eſt; quid dicimus conſilium? quinimò neceſſitas, vt beneficio illius Decreti, & clauſulæ nos iuuemus, prorogando nunc terminum Seſſionis, & omittendo craſtina die celebrationem. Cupimus intelligere, vtrum placeat Dominationibus Veſtris conſilium noſtrum? Hoc puncto abſoluto agemus de tempore.

Tertia Seſſio Bononienſis prorogatur. ☞ Super qua re rogatis ſententijs Patrum, placuit omnibus, Seſſionem ipſam, quæ die craſtina celebranda erat, prorogari.

☞ Deinde idem Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus Dominus de Monte Præſidens, & Legatus præfatus proſequendo ſermonem ſuum dixit infraſcripta verba, videlicet.

„ Multùm cogitauimus de tempore huius pro„ rogationis: nullam tandem inuenimus in men„ te noſtra rationem, in qua poſſimus figere pe„ dem pro die aliquo certo. Certi eſſe non poſ„ ſumus, quando erimus parati in materijs ip„ ſis, ita vt ſuper ipſis poſſit promulgari decre„ tum. Scimus, quòd cùm eſſemus Tridenti, & „ crederemus ſpatio quindecim dierum poſſe ex„ pediri decretum Iuſtificationis, coacti fuimus „ inſudare in eo continuis ſeptem Menſibus, non „ intermittendo vnum diem, & habendo ſæpè „ duas Congregationes in vno, & eodem die, „ Vbi igitur de Fide, de Dogmatibus, de con„ futandis Hæreticis, oportet nos cum pede „ plumbeo procedere, & interdum in vnius ver„ buli diſcuſſione longo tempore immorari. „ Occurrunt etiam nobis aliæ difficultates per„ multæ, ſed quæ nos acriùs, & vehementiùs „ vrget, eſt, quia eam videmus eſſe conditionem „ temporum, ita eſſe tempora præparata, & diſ„ poſita ad producendas res nouas, vt neſcia„ mus, neque pro firmo, & conſtanti aſſerere poſ„ ſimus, vtrum neceſſitas nobis futura ſit cele„ brandi Seſſionem perendiè ex aliquo nouo, & „ inſperato emergenti, & incidenti, vel hinc ad „ octo dies, vel ad vnum menſem, vel plures. „ Propterea ſumus huius ſententiæ, vt ſi velimus „ cautè, & prudenter agere, debeamus facere „ prorogationem ipſam ad beneplacitum Con„ cilij: hoc modo, & hac ratione erit ſemper ſa„ cro Concilio liberum, & integrum, vt poſſit „ celebrare Seſſionem tunc, & quando nouerit „ ita honori Diuino, rationibus ipſius Concilij, „ & Reipublicæ expedire, ſic denique putamus „ ex vſu eſſe præſentis temporis, &c.

„ Poſteà Patres dixerunt ſententias ſuas, & „ omnibus placuit Seſſionem ipſam, quæ die „ craſtina iuxta decretum publicatum in proxi„ ma præcedenti Seſſione die ſecunda Iunij præ„ ſentis anni celebranda erat, prorogari ad bene„ placitum ſacri Concilij. Et ita fuit concluſum, „ decretum, & firmatum, dein dimittitur Con„ gregatio.

Interfuere verò illi cœtui duo Cardinales Legati, Orator Henrici Galliarum Regis Claudius Durfè Forenſis Prouinciæ Præfectus, Archiepiſcopi quinque diuerſorum Regnorum, Epiſcopi quadraginta octo, Prædicatorum, Auguſtinianorum, Carmelitarumque Generales.

72 Prorogata ita Seſſione tertia, vocati ſunt in examen Canones aduersùs abuſus, quos tam in conferendis, quàm recipiendis, vel cuſtodiendo neceſſario apparatu Sacramentorum Baptiſmi, & Confirmationis admitti contigerat, pluresque Congregationes Prælatorum Theologorum habitæ, in quibus in examen vocantur Canones de ijs abuſibus conſcripti, de quibus hæc delibamus.

Prohibitum ſtipẽdium pro collato Sacramento Baptiſmi. Eccleſiaſtica Sacramenta gratis, & liberè conferantur, ac pro eorum collatione nihil prorsùs quouis colore petatur, vel exigatur. Proindè nec vaſculum, nec linteum, nec aliquod id genus apponatur, per quod ſaltem tacitè quidpiam peti videatur, neque eorum collatio denegetur, vel differatur prætextu alicuius quantumlibet longæ, atque antiquæ conſuetudinis, quod Sacramenta non conferantur, niſi certa priùs recepta mercede, aut niſi fuerit ſatisfactum conferenti de aliqua re ei debita, cùm nullius conſuetudinis obtentu reatum ſuum, quis tueri poſſit; nec diuturnitas temporis peccatum diminuat, ſed augeat, qui verò ſecus fecerit pœnis contra Simoniacos à iure ſtatutis ſubiaceat.

Saluberrimum Baptiſmi Sacramentum non in ☞ prophanis locis, ſed in Eccleſijs tantum conferatur, niſi neceſſitate vrgente. (Et infrà.) ☞

Epiſcopi ſedulò præcauere ſtudeant, vt nullum adultum excommunicatum, ſiuè interdictum, ſeù alias in peccato mortali exiſtentem confirment, &c.

Hi Canones à XXVII. Septembris ad V. Octobris in Congregationibus diſcuſſi ſunt, hæc etiam prouiſa. Sacerdotes in exhibitione Sacramentorum omninò confeſſi, & contriti ſint, & ſi fieri poteſt, ieiuni; legantque Orationes ab Eccleſia inſtitutas, & cæremonias ſolitas faciant, cum condecenti deuotione, ad quam etiam eorum exemplo Laici præſentes moueri poſſint, & Parochianos ſuos erudiant, quomodo in caſu neceſſitatis Pueri ſint domi baptizandi: debet enim in primis adhiberi Sacerdos, ſi in tempore fieri poteſt, ſin minùs Diaconus, aut Subdiaconus, vel ſaltem Clericus: ſi verò Clericus haberi non poteſt, Vir aliquis, Mulier autem nonniſi in ſubſi-

dium

dium Viris deficientibus, & quicumque baptizat verba formalia Baptiſmi omninò explicare debet, neque Sacerdotes debent Puerum domi baptizatum rebaptizare etiam ſub illa conditione: Quatenùs baptizatus non ſis; ſed Orationes tantùm, & Cæremonias omiſſas ſupplere, & Adultos non baptizare niſi præcedente Catechiſmo ad minùs viginti dierum diligenter eos ipſos interim admonendo, ne ad tantum Sacramentum cauſa alicuius commodi temporalis, vel humanæ gratiæ, ſed ſolùm zelo fidei, & ſpe æternæ Beatitudinis accedant, in præmiſſis negligens à ſuo Ordinario coerceatur.

Vetitum quoque, ne occaſione Baptiſmi conuiuia, cum tripudijs, & choreis fiant, ſed Deo laudes, & gratiarum actiones pro tanto beneficio reddantur.

Addunt acta: Domini Deputati conuenientes per plures dies coram Reuerendiſſimo, & Illuſtriſſimo Domino Cardinale Sanctæ Crucis ſecundo ipſius Concilij Præſidente à die Lunæ X. Menſis Octobris, vſque ad diem Veneris IV. Menſis Nouembris dicti anni MDXLVII. Canones ipſos ſecundùm cenſuras præfatas aptarunt, & reformarunt.

73 Interea habiti ſunt alij conuentus Prælatorum Iuriſperitorum coram Cardinale de Monte pro emendandis corruptelis in Sacramẽtorum Baptiſmi, & Confirmationis adminiſtratione cõmitti ſolitis, excunteque Octobri in generalibus Congregationibus Canones de ijs concepti accuratè excuſi. Addunt acta.

X. Menſis ſæpedicti Octobris proponuntur examinandi, & diſcutiendi Patribus Canones formati ſuper abuſibus Sacramenti Euchariſtiæ ſub forma infraſcripta videlicet:

Canones ſuper abuſibus Sacramenti Euchariſtiæ.

Canones ſuper abuſibus Sacramenti Sanctiſſimæ Euchariſtiæ.

Quoniam deteſtabile nimis, & pijs auribus horrendum eſt, & nulla ratione ferendum, quòd Sanctiſsimum illud, & omniũ maximum Dominici Corporis, & Sanguinis Sacramentum, cui omne genu flecti debet, Cœleſtium, Terreſtrium, & Infernorum, hac ætate noſtra à nonnullis frigida, & negligenti deuotione colatur; ideircò & ex indeuotione huiuſmodi irreuerentia creſcat, ex irreuerentia contemptus, & ex contemptu impietas. Adeius honorem, & gloriam, qui ſub Sacramento illo mirabili præſentia inuiſibili continetur, placuit Sanctæ Synodo ſtatuere, & præcipere.

Vt quoties Sacratiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum oſtenditur in Altari, vel etiam defertur in via, nemò ſedere, nemò ſtare, cuncti qui adſunt protinùs aſſurgere, genua flectere, & capita aperire debeant.

Vt in qualibet Eccleſia curam animarum habente Sanctiſsimum hoc Euchariſtiæ Sacramentum, in vaſe mundo, atque honorifico, & ſub fideli cuſtodia perpetuò conſeruetur, & cùm neceſsitas exegerit, ad Infirmos quocumque tempore deferri poſsit, nec vltra quindecim dies renouatio ipſius Sacramenti differatur, ac in Eccleſijs omnibus, in quibus conſeruari ſolet, ac debet diu, noctuque lampas ante ipſum ardens continuò teneatur.

Et cùm ad Infirmos ipſum Euchariſtiæ Sacramentum defertur, in habitu decenti, & honorifico per Sacerdotem manifeſtè ante pectus cum omni reuerentia, nunquam non ſine lumine deferatur.

Vt Epiſcopi, & Sacerdotes curam animarum habentes non deſinant frequenter admonere, & edocere populos ſuæ ſpirituali curæ ſubiectos, quanta in huius admirabilis Sacramenti Euchariſtiæ perceptione gratia conferatur: ac propterea eos hortentur, vt frequentiùs illud accipiant; præparatione tamen debita præmiſſa. Et qui illud ſaltem in Sacratiſsimo Dominicæ Reſurrectionis Paſchate recipere neglexerint, ſciant ſe nulla excuſatione fulciri, quin pœnas Conſtitutionis, quæ incipit: *Omnis vtriuſque ſexus, in Sancta magna Lateranenſi Synodo promulgatæ incurrant.*

Vt Ordinarij ſuper his omnibus, de quibus Deo (cuius res agitur) rationem reddituri ſunt, diligenter inuigilent, curentque vt hæc præcepta tranſgredientes vltra pœnas in Cõſtitutione Honorij III. quæ incipit *Sanè*, & alia Innocentij III. quæ incipit *Statuimus*; in Sancto magno Lateranenſi Concilio edita: quas quidem Conſtitutiones eadem Sacroſancta Synodus innouandas cenſuit, & innouat, eorum quoque arbitrio grauiſsimè puniantur.

Admonitiones circa adminiſtrationem Baptiſmi, & Confirmationis.

74 Placuit S. Synodo ſtatuere, & ordinare, vt Sacerdotes, qui habent populum ſibi commiſſum, & conferunt Sacramentum Baptiſmi, habeant penès ſe Librum, in quo deſcribantur nomina eorum, qui batizantur, ac Parentum, & illorum pariter, qui baptizatos ex Fonte ſuſcipiunt, & teneant fontem Baptiſmi clauſum, itemque vaſa, in quibus ſeruatur Chriſma, Oleum Sanctum, & Oleum Catechumenorum, munda, exterſa, & ſub clauibus benè cuſtodita, & quolibet Anno renouent Oleum Chriſmatis pro benedictione Fontis, & Chriſma accipiatur à proprio Epiſcopo, ac in diebus feſtis accedenti populo ad Diuina declarent formã verborũ Baptiſmi, vimque, & ſubſtantiam illorum, & in Eccleſijs Collegiatis, in quibus eſt Fons Baptiſmi, vnus de Collegio, qui ſit idoneus ſcientia, & moribus ad exhibendum ipſum Sacramentum eligatur. Et in baptizando Sacerdos admoneat, ac iubeat Compatres diligenter attendere, & animadeuertere ad ea, quæ dicuntur, quæque ipſi Compatres pro pueris ſpondent, cùm pueros ipſos in illis inſtruere ſuo tempore teneantur. Sintque Sacerdotes in exhibitione Sacramentorum omninò confeſsi, & contriti, & ſi fieri poteſt ieiuni, legantque Orationes ab Eccleſia inſtitutas, & cæremonias ſolitas faciant cum condecenti deuotione, ad quam etiam eorum exemplo Laici præſentes moueri poſsint, & Parochianos ſuos erudiant, quomodo in caſu neceſsitatis pueri ſint domi baptizandi. Debent enim in primis adhiberi Sacerdos, ſi in tempore fieri poteſt, ſin minus Diaconus, aut Subdiaconus, vel ſaltem Clericus; ſi verò Clericus haberi non poteſt, Vir aliquis, Mulier autem nonniſi in ſubſidium Viris deficientibus, & quicunque ſit, qui baptizat, verba formalia Baptiſmi omninò explicare debet, neque Sacerdotes debent puerum domi baptizatum rebaptizare etiam ſub illa conditione: Quatenùs baptizatus non ſis; ſed Orationes tantum, & cæremonias omiſſas ſupplere, & adultos non baptizare, niſi præcedente Catechiſmo ad minùs viginti dierum, diligentem eoſdem ipſos interim admonendo, ne ad tantum Sacramentum cauſa alicuius commodi temporalis, vel humanæ glo-

Tom. 17. de Concil. MS. Arch. Vat. inſcriptum acta Cæ. Bonon. fig. n. 3204 p. 398.

Admonitiones circa Baptiſmi, & Cõfirmationis Sacramenta.

tiæ, ſed ſolùm zelo fidei, & ſpe æternæ beatitudinis accedant. In præmiſsis negligens à ſuo Ordinario coërceatur.

Admonet etiam Sancta Synodus omnes Epiſcopos, vt ſingulis annis in Cœna Domini noua Sacramenta conficiant, & Sacrum Chriſma nonniſi honeſtis, ſibique notis perſonis cedant, ac tradant, & ſaltem in ſolemnitate Pentecoſtes confirmare non prætermittant, ac magnã Diœceſim habentes, dum eam viſitant, Diœceſanos ſuos ad euitandam confuſionem, quæ interdum ex nimia multitudine venientium oriri ſolet, in locis commodis, & opportunis confirment, & per ſeipſos, vel alios idoneos declarent confirmandis, & alijs præſentibus vim, & virtutem Sacramenti Confirmationis, & dum confirmando pacem dant, confirmatis leuiter eos manu tangant, neque in ſua Diœceſi Epiſcopi leuent ex Sacro Fõte, vel præſentent confirmandos, cùm ipſi per exhibitionem Sacramentorum huiuſmodi, quæ ad eos verè pertinent, Patres ſint, & iure proprij officij monere, ac docere populos ſibi cõmiſſos teneantur, neq; permittant ab vno præſentari in vno die vltra tres confirmandos niſi in caſu neceſſitatis, admonerique curent plebes ſibi creditas, ne occaſione Baptiſmi fiant ſolemnia conuiuia cum tripudijs, & choræis, ſed cum benedictionibus, & gratiarum actione, laudeque & gloria Dei, & Domini Redemptoris Noſtri, qui ex ſua ineffabili bonitate Sacramenta largitus eſt hominibus in remedium humanæ fragilitatis.

75 XXII. Octobr. in quatuor Congregationibus maximis diſputationibus actum eſt, an vbi dicitur in Canone illo primo, pro Sacramentorum collatione nihil petatur, vel exigatur, addi debeat, neque etiam accipiatur, adeò vt Patres ferè æqualiter diuiſi fuerint, alij affirmatiuam, alij negatiuam partem defendentes. *Thier. Conc. Bonon. pag. 266.*

XXIX. Octobr. conſentiunt addendum, nihil accipiatur. Et in fine Canonis fiat mentio, quòd non propterea Sancta Synodus intendit prohibere pias, & voluntarias Chriſtifidelium oblationes.

XXIV. & XXV. Octobr. habitæ ſunt Congregationes, in quibus excuſſi Canones ſuperiores de Sacramento Matrimonij, & de corruptelis, quę inoleuerant circa Sacramentum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ: conſequutis etiam diebus cenſuræ circa eos allatæ in Iuriſperitorum cœtu coram primo Præſide Concilij diſcuſſæ. *Alia Conc. Bononien. M.S. Arch. Vat. fig. n. 4204.*

Menſe Nouembri plures cœtus habiti pro emendandis corruptelis admiſſis circa Sacramenta, Pœnitentiæ, tùm Ordinis, tùm Extremæ Vnctionis.

XVIII. Nouembris cœpti ſunt reuocari ad examen Canones de abuſibus circa Sacramentum Ordinis in generali Congregatione: quod ad XXVIII. eiuſdem Menſis Bononiæ perductum eſt; quorum exempla ſingulis Patribus tradita ſunt.

76 Dolebat Ethnicus apud Gentes, in humanis honoribus dandis vltimam de moribus fieri Quæſtionem. Quid nobis faciendum eſt, quoniam in Sacris Ordinibus, & dignitatibus decernendis, nullam de moribus haberi rationem videmus? Ex hoc haud dubiè effectum eſt, vt omnis Eccleſiaſtica diſciplina, vel enernata, vel corrupta, vel penè extincta iaceat. Hinc tota illa officina vitiorum, quæ à diſſolutis moribus Clericorum confecta eſt, proficiſcitur: quæ quanta ſit, non ignorare poteſt, qui videt tot Clericos cuiuſcumque Ordinis, & vtinam non etiam maiores Prælatos, Concubinarios publicos, inceſtuoſos, & alijs abominabilibus fornicationibus publicè tanquam in cœno inuolutos, ſimoniacos, ebrios, &c. Et quia ab indiſcretis promotionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum longè maiora, & grauiora oriuntur ſcandala, ideò ab ijs exordium ſumendum eſt, & in primis circa promouendos. *MS. Arch. Vat. fig. n. 3192. pag. p. 356.*

Primum igitur remedium iſtud eſſet, ſine quo ſemper omnis labor circa reformationem vanus, & irritus erit, ſi à Sancta Sede Apoſtolica, ad quã Ordinationes, & promotiones Epiſcoporum pertinent, omnis cura, & diligentia adhiberetur, vt tales tantùm ordinarentur, & promouerentur Epiſcopi, & Prælati, quorum vita, mos, ſcientia, & ætas congruerent cenſuræ Sacrorum Canonum.

Item, modus aliquis adhiberetur circa numerum, quando, vt experientia docet, ſuperfluus numerus nullam vtilitatem afferat, quamlibet etiam ampliſſimam dignitatem vilem, & contemptibilem reddat. Ideò Titulares Epiſcopi, à quibus Eccleſia multa damna, & incommoda ſuſtinet, & nullam, vel modicam vtilitatem recipit, nonniſi ex magna, & vrgenti cauſa promouendi eſſent. *Canones de abuſibus Sacramenti.*

Præterea cùm ſecundùm regulam Apoſtolicam non conueniat Epiſcopum ordinari, niſi in magnis, & populoſis Ciuitatibus, ne tanta Diuina auctoritas ignobilitate loci vileſcat, & in multis locis (præſertim in Italia) videmus in quolibet Oppidulo ordinatum Epiſcopum, ex quo fit, vt cùm propter ingentem numerum, tùm propter ignobilitatem loci, tùm quia ex redditibus illius Eccleſiæ, vel ex oblationibus fidelium tantum percipi non poteſt, vt ſecundùm decentiam Epiſcopalis dignitatis Epiſcopus viuere valeat, neceſſariũ eſt, quòd valdè vileſcat Epiſcopalis dignitas. Honeſtum igitur, quinimò neceſſarium videretur, vt Sancta Sedes Apoſtolica, ad quam hoc ſpectat, plures huiuſmodi Eccleſias conuicinas ſimul vniret, ita vt talis conſtitueretur Epiſcopatus, ex quo bonus Epiſcopus commodè viuere, & Epiſcopalia onera ſupportare valeret.

Item, deſideratur ab illa Sancta Sede, vt rariſſimè, & nonniſi ex magna deuotione, & exemplari vita Ordinandi, vel alia vrgentiſſima cauſa cum Promouendis ad Epiſcopalem Ordinem, necnon ad Sacerdotalem, in ætate diſpenſaret, cùm indecens videatur eos, qui cura aliorum indigerent, ad regendum alios præpoſitos eſſe; & non conueniat tantum myſterium, prout eſt myſterium Altaris, ab Adoleſcentibus tractari, quod plerumque ipſos videntes, & audientes indeuotiores reddit, & nonnullorum animos valdè conturbat: qua ratione idem quoque in Religioſis ſtatuendum eſſet.

Quod verò ad Ordinationes, quæ ad Epiſcopos pertinet, illud in primis ordinandum eſſet ad euitandam confuſam multitudinem Clericorum, & Sacerdotum, vt vnuſquiſque Epiſcopus tantùm tot Clericos in ſua Eccleſia, & Diœceſi ordinaret, quot videret eiſdem neceſſarios, vel vtiles fore, & non admitteret aliquem non idoneum ſcientia, moribus, & ætate ſecundùm cuiuſlibet gradus congruentiam; & nihilominùs non ordinaret aliquem in Sacris Ordinibus, niſi ad titulum Beneficij, vel Patrimonij habilem, & ſufficientem ad ſuſtentationem ipſius Ordinandi; alioquin Epiſcopus de proprijs redditibus Clericos aliter à ſe ordinatos honeſtè alere teneretur,

nec vlla conuentione, aut pacto defendi posset. Eadem quoque obseruantia facienda esset in literis dimissorijs dandis, quas Episcopi nullo modo dare deberent, nisi habita diligenti informatione, vt dictum est, de vita, moribus, & scientia eius, cui dictæ literæ conceduntur: & nihilominùs statuendum esset, vt nullus Episcopus Clericum alterius iurisdictionis ordinare posset, nisi per literas plena fides, sibi fieret de vita, & moribus, ipsius promouendi, si in Sacris Ordinibus de sufficienti titulo, & ipsemet talem Clericum habilem in scientia inuenerit. Et quamuis tria sint, quæ principaliter in dandis Ordinibus consideranda sunt, ætas videlicet, literarum scientia, & mores, attamen Episcopo quoad ætatem non est elaborandum: satis est sibi seruare decretum Concilij Viennensis, contra quod ipse dispensare non potest.

Circa verò literarum scientiam: constat per rei euidentiam, siuè negligentia, siuè dolo examinatorum, valdè erratum fuisse, vndè tot apparent imperiti, & indocti Sacerdotes, vt infinitus propè sit eorum numerus. Vt autem aliquando huiusmodi pernicioſus abusus ab Ecclesia remoueatur, ordinandum est, quòd Episcopus non maioribus, aut grauioribus negotijs impeditus, examini ordinandorum in Sacris Ordinibus, & præsertim ad Sacerdotalem Ordinem, duobus Viris literatis, & timoratæ conscientiæ secum adhibitis, personaliter adesse teneretur, siuè examen fieret per Archidiaconum suum, ad quem regulariter hoc munus pertinet, siuè in defectum Archidiaconi per deputatos à seipso. Eo verò legitimè impedito, Archidiaconus, si adest, & ad eum hoc munus de iure, seù consuetudine pertineat, duobus pari modo adiunctis sibi Viris literatis, & probis ab Episcopo deputandis personaliter, munus suum adimplere studeat; quo deficiente, Episcopus per idoneos deputatos hoc fieri procuret, teneaturque Archidiaconus, seù Deputati ab Episcopo fidelem relationem de idoneitate ordinandorum medio iuramento fidem facere.

77 Circa verò mores, in quibus est difficilior cognitio, & maius versatur periculum; videtur, quòd aliqua vtilis prouisio fieri non possit, nisi in partem saltem renouaretur censura antiquorum Canonum circa tempus probationis vitæ ordinandorum. Vix enim fieri potest, vt in tribus, vel in quatuor mensibus fieri possit probatio vitæ ordinandi, saltem quoad continentiam, cùm multi per duos, vel tres Menses poterunt se continere, qui per duos, vel tres annos, non poterunt. Statuendum igitur esset, quòd dispositio Concilij Viennensis omninò seruanda esset: & insuper quòd nemo sæcularis excedens XXV. annum posset à minoribus Ordinibus ad Sacerdotalem Ordinem, nisi post triennium ascendere, nisi quis alioquin idoneus fuerit, vel ex aliqua vrgenti necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ Episcopo aliter expedire videretur. Quibus casibus nihilominùs triennium illud per Episcopum ad minùs, quàm ad annum, limitari non posset. Religiosi verò, vbi testimonium probatæ vitæ, & magnæ deuotionis ab eorum Superioribus secum habebunt, post annum statim, & non antea, ad Sacerdotalem Ordinem ascendere poterunt.

Curare autem deberet Episcopus infra hoc tempus probationis, diligentem, & fidelem habere informationem, de vita, & moribus ordinandorum, & ille videretur bonus modus si in Synodo sua Diœcesana, quam singulis annis tenetur habere, committeret omnibus suis Parochis, vt vnusquisque diligenter procuraret vitam, & mores Clericorum, qui sub sua essent Parochia, vt in proxima Synodo sibi referre possent: quam relationem tenerentur Parochi facere cum iuramento.

Et quia plerumque indiscretæ promotiones procedunt etiam à radice auaritiæ, vel ab humana gratia, prouidendum esset, ne Episcopus sub pœna suspensionis ab officio, & beneficio, ipso facto incurrenda, aliquod lucrum, seù emolumentum occasione Ordinationum directè, vel inditè, per se, vel per mediam personam, nec etiam occasione sigilli sui recipere posset, exceptis faculis, quæ iuxta formam Pontificalis offerri debent. Similiter eadem pœna statuenda esset, ne aliquem in gratiam alicuius ordinaret. Et bonum esset ad remouendam omnem fraudem, quæ adhiberi posset, ipsis Notarijs, qui adhibentur pro rogatu, & ordinationibus, statuere certum salarium pro mercede sua, quod videtur congruum si pro quolibet promoto petente à se testimonium, seù instrumenrum, seù promotionis, & non aliter, sextam partem vnius aurei tantùm exigere posset.

Prouidendum quoque esset quòd examinatores, vt ipsi aliquid non reciperent pro examine ab ipsis ordinandis; sed Episcopus illis de suo, vel de redditibus Archidiaconatus, vbi Archidiaconus examinare teneretur, & negligeret, vel idoneus non esset, prouideat.

Adiuncti sunt alij Canones de habitu Clericorum, & pœnis, qui eum non deferrent, constitutis: necnon de Familia Episcoporum, & aliorum Prælatorum componenda; de supellectilis lautitia inhibenda, luxuque castigando, de instaurandis verò Prouincialibus Concilijs hæc addita.

Vtile esset, vt Prouincialia Concilia cum effectu restituerentur, vt vera Concilia apparent, & non Conciliorum vmbra, in quibus Metropolitanus diligenter curam adhiberet, vt plenam notitiam de vita, moribus, scientia, & regimine suorum Suffraganeorum caperet: & si aliquem reperiret, vel propter malos mores, vel propter intolerabilem ignorantiam, vel malam administrationem, seù negligentiam suos subditos scandalizantem, illum omninò denuntiaret Sedi Apostolicæ iuxtà Sanctorum Patrum regulas corrigendum, & prout saluti Subditorum magis vtile Sedi Apostolicæ videretur: Suffraganei autem pari modo suum Metropolitanum scandalosum denuntiare tenerentur.

Valdè etiam vtile esset si Sanctissimus Dominus Noster Papa singulo saltem triennio per omnes Prouincias Visitatores destinaret, qui plenam caperent informationem de vita, moribus, scientia, & regimine Prælatorum, & iuxta officium Visitatoris, quæ digna correctione inuenirent, & emendaret, & corrigeret; grauiora autem, & quæ fide dignorum testimoniorum in Prælatis scandalosa reperiret, Suæ Sanctitati fideliter deferret, vt pro exigentia, & Subditorum salute opportunè prouidere posset, curaretque Sanctitas Sua scandalosos Prælatos secundùm regulas Patrum omninò punire, & nulli parcere, vt saltem formidine pœnæ omnes abstinerent à malo: Curaret etiam, vt eisdem Visitatoribus merum officium visitationis committeret, nullamque aliam facultatem concederet: inhiberet quoque eis omnem pecuniarum exactionem.

Quò verò ad inferiores Sacerdotes, & Clericos, vt tollantur infinita scandala, quæ in dies oriuntur;

tur, illud videretur omninò neceſſarium eſſe, quòd ſtatuatur ſub grauiſſimis pœnis, vt vnuſquiſque Prælatus, qui de iure, vel de conſuetudine viſitationem habet, ſuam Diœceſim, vel Territorium ſibi commiſſum, ſemel ſaltem in anno perſonaliter, niſi legitimè impeditus fuerit, & tunc per Vicarium idoneum viſitare teneatur, & in ipſa viſitatione nihil aliud accipere poſſit, quàm procurationem victus, & eum nullo modo in pecunia, &c.

Iuſſi quoque Religioſorum Præſules ad Subditorum caſtiganda vitia incumbere, & qui neglexerint à Summo Pontifice munere ſuo deturbari, alioſque in ipſorum loca ſubrogari.

Acta Conc. Bononien. MS. Arch. Vat. ſign. n. 3204 pag. & aliud MS. Franc. Card. Bar. ſig. n. 123.

Menſe Decembri actum in Congregationibus de tollendis corruptelis circa Sacramentum Matrimonij. Non tamen ſuperiores Canones in Concilio Bononienſi excuſſi in publica ſeſſione promulgati fuere, cùm præſtolarentur Patres, vt Hiſpani Præſules, qui Tridenti hæſerant Bononiam accederent, vt vnanimi conſenſu, ſine Schiſmatis metu promulgari poſſent, ſed aduerſante perpetuò Cæſare Bononienſi Concilio, contendenteq; illud iure non tranſlatum Tridento, dem ùm proſequutio Concilij interciſa eſt.

Ang. Maſſarell. in actis Conc. Bonon. ms. Arch. Vat. ſig. n. 3212. p. 79.

78 Ob motas lites à Cæſare de tranſlatione Concilij, Pontificem ipſum de validitate ipſius tranſlationis ad ſe, & Sanctam Apoſtolicam Sedem aduocare oportuit, ipſaque cauſa pendente Concilij proceſſum ſuſpendere, ac prohibere. Huius verò rei implicatiſſimæ ſeries modò deſcribenda eſt, cùm tranſlationis decreto Præſules diuerſorum Regnorum Cæſari obnoxiorum interceſſiſſent, certioremque de ea feciſſent Cæſarem iuſſi ab eo ſunt Tridenti perſtare, cùm auctoritate Sua à Pontifice obtenturũ ſe putaret, vt Concilium Tridento reſtitueretur, ſed cùm Ioannes Vega illius Orator de ea re egiſſet cum Pontifice, nihil impetrare potuit, vt dictum eſt, maximè cùm contenderet Cæſarei eſſe iuris, vt Concilium haberet in ſua poteſtate, atque Alexander Cardinalis Farneſius Pontificio nomine ſcripſit ad Hieronymum Verallum Archiepiſcopum Roſſanenſem Apoſtolicum apud Cæſarem Internuntium, vt doceret Cæſarem Concilium Bononienſe Tridentum reduci non poſſe, niſi ex conſenſu ipſius Concilij, cuius in ea re auctoritas infringi non deberet, quæ literæ quinta Aprilis exaratæ ſunt. Medio verò Aprili à Pontifice Cardinalis Sfondratus miſſus eſt ad Cæſarem, vt eas de Concilij tranſlatione controuerſias componeret, promoueretque vt reſiduos Tridentinos Bononiam accedere iuberet, at Cæſar è contra miſſo Didaco Mendoza vrgebat Pontificem, vt Concilium Bononienſe Tridentum reuocaret, adeò vt ex contrarijs voluntatibus Pontificis, Cæſariſque animi exaſperari cœperint, vt narrat Angelus Maſſarellus, qui Concilio à ſecretis erat.

Poſt multas tractationes Pontifex diſceptationem de validitate tranſlationis ad ſe auocauit.

Ext. in ms. Card. Pij fig. n. 260.

Diar. Conc. Trident. & Bonon. Auct. Ang. Maſſarello p. 221.

MS. Arch. Vat. Diar. Cõ. Trid. et Bonon. auct. Ang. Maſſarel. pag. 1246.

„ Secunda Maij retuli D. Cardinali de Monte „ in Congregatione Reuerendiſſimorum Deputatorum Cardinalium Romæ ſuper rebus fidei „ concluſum eſſe, vt Concilium hic Bononiæ „ ſuum haberet progreſſum, & quòd Pontifex ea „ die, qua receſſit ex Vrbe præteriti Menſis verſus Viterbium cùm denuò moleſtaretur ab Illuſtriſſimo Domino Didaco à Mendoza Oratore Cæſareo, vt Comitium Tridentum reuerteretur, idque inſtantiſſimè nomine Cæſareo peteret, neque rationibus Suæ Sanctitatis acquieſcere vellet, Pontificem reſpondiſſe, quod „ Cæſar volebat Concilium reuerti Tridentum, „ & ipſe volebat, quod permaneret Bononiæ, vbi „ nunc eſt. Cùmque iterum impeteretur Pontifex ab Illuſtriſſimo Domino Didaco, Suam „ Sanctitatem replicaſſe, quod Cæſar debebat „ meminiſſe, quòd non Suæ Maieſtati Cæſareæ, „ neque Imperatori dictum fuerit à Chriſto: „ *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo „ Eccleſiam meam*, ſed Petro, & Pontificibus Succeſſoribus, quo dicto terga dedit, & receſſit à „ conſpectu ipſius D. Oratoris Cæſarei.

„ III. Maij ex Germania Dominus Verallus „ Nuntius Apoſtolicus literis XXIII. datis ſignificat Imperatorem adhuc eſſe firmi animi, „ vt Concilium Tridentum reuertatur, adducique non poſſe, vt credat eo tempore, quo tranſlatio Concilij facta eſt, Tridenti fuiſſe puncticulas, propterea que cum Pontifice, & Reuerendiſſimis Legatis maxima ſit concitatus ira, „ maximèque in ſpecie contra Cardinalem Sanctæ Crucis, cui totum negotium tranſlationis „ tribuit. Reuerendiſſimi Domini Legati ſcripſerunt ad Cardinalem Farneſium mittentes copiam literarum Domini Veralli, & reſpondentes ad tria Capita ipſarum literarum, quibus „ Imperator dicit non fuiſſe petechias: loci nominationem, & aſſecurationem pertinere ad „ Suam Maieſtatem: tertiò quod præcepti declaratione Legati vſi ſint in ipſa tranſlatione, quę „ omnia falſa eſſe oſtendunt Reuerendiſſimi Legati, &c.

79 Interea componendæ liti nauata eſt opera, ac propoſitum eſt, vt Præſules, qui Tridenti hæſerant Bononiam accedent, vt Concilium Bononia Tridentum vnanimi voluntatum conſpiratione reduceretur: tùm etiam poſtulatum à Cæſare, vt Lutheranos ad excipienda Concilij decreta cogeret, de quibus vltima Maij à Cardinale Farneſio ad Cardinalem Sfondratum in Germania Legatum ſubiectæ literæ exaratæ.

De his, quæ inter Pontificem, & Didacum Cæſaris Oratorem acta ſunt, certiorem facimus, quia eſt animaduerſũ, ex diſſenſione circa Conciliũ plura mala emergere poſſe, de cõcordiæ ratione ineunda agendum viſum eſt, & licèt Didacus nullis ad eum ſit inſtructus mandatis, tamen cupiditate ſeruandæ coniunctionis inter Cæſarem, ac Pontificem colloquium non refugit, propoſuitque, vt Concilium reuocetur Tridentum, vel in alium Germaniæ locum transferatur: pro ea Prouincia Eccleſiæ cõcilianda, & Concilij, Sediſq; Apoſtolicæ dignitati conſulatur, poſſe Præſules Tridentinos Bononiam accerſiri, vt communi conſilio ea tranſlatio decernatur. Cui reſponſum eſt, vt conſentiat Pontifex illi tranſlationi in Germaniam neceſſarium, vt de effectu, & ſucceſſu felici (cuius gratia petitur Concilium) ipſi exploratum ſit, vt Germania, ſubmittat ſe ad excipienda decreta eiuſdem Concilij, nec id difficile fore Cæſari, vt id ſuadeat Pontifici, ſi Germanos adduxerit ad decreta Tridenti edita, vel in Comitijs Ordinum permouerit, vt decernendis in Concilio pareant, vel alia quacumque ratione conſtare poſſit effectum, quem pro motiuo affert, ſucceſſurum, ſecùs enim Præſules perſuaderi non poſſe, vt in Germaniam redeant, pluresque æſtimaturos, Pontificem in re ad vniuerſum Orbem Chriſtianum ſpectante prudentia non vti, ſi verbis nudis ad deliberationem grauiſſimam moueretur, eoque magis, quòd Concilium iam bis Tridenti conuocatum ſit, nec duorum anno-

Ext. in ms. Card. Pij fig. n. 260.

rum

tum fluxu aliquod conuerſionis Germanorum ſignum affulſerit: remque eò magis honeſtam, ne Pontifex ſine cauſa id aggrediatur, ac tùm ſibi æqui conſulere, tùm alijs Principibus rationem reddere poſſit, ad quæ Didacus reſpondere non potuit, licèt opinetur Germaniam Concilio parituram: negare etiam non potuit conſentaneum eſſe rationi, vt Tridentini Bononiam veniant, ac vnà cum alijs de rebus ad Germaniam ſpectantibus decernant, maximè pro reſtituenda diſciplina, tùm ne Concilij fama obſoleſcat, dùm marcet otio, tùm vt communibus ſententijs Bononia pro Germaniæ reconciliatione tranſlatio fiat. De his Didacus ad Cæſarem reſcripturus eſt, petijtque, ne hæc actio Bononienſium decretis perturbaretur, vt eorum ſeſſio extraheretur, cui Pontifex extrahendam conſenſit, vt antea extracta eſt, tùm vt ille rem cœptam promouere, tùm Veſtra Dominatio ad Cæſaream Maieſtatem rebus integris peruenire poſſit: certiorem etiam facimus, Galliæ Regem Præſules quamplurimos miſſurum Bononiam, ac dignitatis Sedis Apoſtolicæ aſſerendæ ſtudium ingens explicare: conuenit præterea Pontifex cum Didaco, vt Cæſari pro compenſatione fiduciariorum bonorum Eccleſiaſticorum quater centum millia numero tradantur, licet nondum cœpta ſit Germaniæ reductio, ex quo Cæſar optimam Pontificis voluntatem dignoſcere poſſit. *XXXI. Maij* 1547.

Diar. Conc. Trid. & Bonon. ex lit. Card. Far. ad Legatos.

80 Extremo eodem Menſe actum eſt, vt ſi Tridentum reduci Concilium non poſſet, alia Italiæ Ciuitas, vt Ferraria, vel Luca, vel Sena pro celebrando Concilio à Pontifice deſignaretur: at neque Cæſar Oratoris ſui propoſitionem admiſit, ſed in ſuſcepta voluntate perſtitit, quod Menſe Iulio Legatis Bononienſibus ſignificatum à Cardinale Sfondrato refert Angelus Maſſarellus.

Diar. Conc. Trid. & Bonon.

„ XII. Iulij literis Cardinalis Sfondrati Legati apud Cæſarem ad Reuerendiſſimos Legatos „ VII. huius Norimbergæ datis ſignificatum, „ quòd Cæſar adhuc eſt eius opinionis, vt Concilium Tridentum reuertatur, neque vllis rationibus hucuſque flecti potuit.

Obfirmato in ſua ſententia Cæſare Pontifex in eas leges deſcendit, Concilium Tridento reſtitutum iri, modò Germani pollicerentur ſe decreta Concilij excepturos, & vacuo Sacroſancto Solio nihil nouatum iri. Quod in Sanctiore Senatu Pontificio conſtitutum narrat memoratus Auctor.

Diar. Conc. Trid. p. 242.

„ Ex Vrbe ſcribitur, quòd die XIX. huius in „ Congregatione Deputatorum Cardinalium „ concluſum ſit, quòd Pontifex reducat Concilium Tridentum quibuſdam adiectis conditionibus, videlicet, quòd Germani primò promittant ſe recepturos quidquid actum eſt, & „ agetur in Concilio, item quod in cuentum „ Sedis vacantis Concilium nihil innouet, & „ quibuſdam alijs.

Ext. in lit. Card. Farneſ. Diar. Conc. Trid. & Bononen. Arch. Vat. p. 242. Anſt. Angel. Maſſarell. Iurcon.

81 Noluit Cæſar ad id obſtringi, ſubindè actum eſt de intercidendo progreſſu Bononienſis Concilij, quod Cæſar toleraturum ſe negabat, vt propterea belli terror impenderet, ad quod propulſandum inter Pontificem, & Gallorum Regem, ac Venetos pro tuenda Italia tractabatur; cùm verò Sfondratus in Germania Legatus Concilium Bononienſe ſuſpendendum conſuleret, Bononienſes inſtitere, vt cœtus Tridentinus diſſolueretur, vt tradit Diarium.

„ XXII. Iulij Cardinalis Sfondratus Legatus „ apud Cæſarem ex Germania ſignificabat Cæ„ ſaream Maieſtatem adhuc enixè petere, velle„ que quòd Concilium reuertatur Tridentum, „ ſuadetque ipſe Reuerendiſſimus Sfondratus „ fieri ſuſpenſionem Concilij, ipſeque Cardina„ lis Farneſius petebat conſilium, & ſententiam „ ipſorum Reuerendiſſimorum Legatorum; qui, „ igitur Reuerendiſſimi Legati reſponderunt, „ ſuſpenſionem eis non diſplicere, quando fieri „ poſſet, vt Prælati, qui ſunt Tridenti illinc di„ ſcederent, neque corpus illud qualecunque „ ſit, remaneret, & hoc legitimum, (quod nunc „ eſt Bononiæ) diſſolueretur. Sed quoniam hoc „ fieri non poſſe credunt, conſulunt, vt Sanctitas „ Sua per Breue conuocet ad ſe vnum ex ipſis „ Legatis, vel ambos vnà cum aliquibus Præ„ latis, qui hìc ſunt Romam, & ſimiliter Cardi„ nalem Gjennenſem, & aliquot ex Prælatis, „ qui ſunt Tridenti hac occaſione, vt velit intel„ ligere eorum rationes, & cauſam eorum con„ cordare, & interim Concilium ſuſpendatur, id „ eſt non procedat ſine nouo mandato Suæ San„ ctitatis. Quod vtile futurum multis ration„ bus demonſtrarunt.] His addidere Legati Bononienſes datis X. Auguſti literis ad Cardinalem Farneſium, Concilium non eſſe reuocandum in Tridentinam Ciuitatem, non modò Cæſare, ſed etiam cæteris Regibus inconſultis, cùm ita in tranſlatione Concilij decretum eſſet: rurſumq; alijs datis XIII. Auguſti ad eundem Farneſium Pontificis optimam voluntatem commendarunt, quòd tranſlationis negotium ad Concilium Bononienſe referret, rurſumque XX. Auguſti Cardinali Sfondrato vehementer ſuadenti, vt Concilium Bononia Tridentum reuocaretur acerrimè contrarijs argumentis repugnarunt, ex qua re diſcordiæ magis exaſperatæ non ſine maximo Eccleſiæ damno, Fideliumque perturbatione, Hæreticorum verò funeſtiſſimo tripudio; Cæſar enim in ſua obſtirmatus ſententia publicas prouocationis literas aduerſus Concilium Bononienſe edidit, atque ad eius impedienda acta litem intentauit, illud iure tranſlatum non fuiſſe.

Carolus V. Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, ac Germaniæ Hiſpaniarum vtriuſque Siciliæ Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, &c.

83 Notũ facimus tenore præſentium, cùm pro ratione muneris noſtri, quo Optimi Maximi voluntate fungimur, proque eo zelo, quem ergà ſacroſanctam Fidem, & Religionem noſtram orthodoxam gerimus, & ipſius Religionis ſumma neceſſitate ita exigente, cogamur contra nonnullos, qui ſeſe aſſerunt Legationis munere fungi vnà cum alijs Prælatis, & perſonis in conuentu Bononienſi, cui titulum Concilij generalis prætexunt, iam congregatis, & eo nomine congregandis, iuſtam, atque legitimam proteſtationem facere, id verò ob locorum diſtantiam coram facere non poſſimus. Eapropter de fide, prudentia, & rerum vſu, honorabilium Doctorum, fidelium nobis dilectorum Franciſci Licentiati Vargas Procuratoris Generalis Fiſci Noſtri Regij Caſtellæ, Martini de Soria Velaſco Burgenſis Iurium Doctoris, Conſiliariorum noſtrorum planè confiſi, eoſdem fecimus, conſtituimus, & deputauimus, ac tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, deputamus Procuratores, & Mandatarios noſtros ſimul, & in ſolidum, dantes eis plenam facultatem,

Ext. inter alia Conc. Bononien. p. 48. Ext. etiam apud Melc. Goldaſt. tom. 1. pag. 563. Ext. inter alia Conc. Bononien. pag. 48. ſimil. p. 786. ad Didacũ Mendoza Ext. in ms. Card. Pq.

Digitized by Google

tem, & poteſtatem, vt ſimul, vel ſaltem eorum, qui intereſſe poterit proteſtationem noſtro, ac totius Sacri Imperij, Regnorumque, & Dominiorum noſtrorum omnium nomine contra præfatos aſſertos Legatos, alioſque Prælatos, & perſonas nomine Concilij Bononiæ, tàm congregatos, quàm congregandos ſolemniter, tùm verbo, tùm ſcripto proponere, & adregiſtrari petere, & obtinere inſtrumenta ſuperinde neceſſaria à Notario, ſeù Notarijs publicis adhibitis, ſeù adhibendis requirere, & omnia alia dicere, facere, & exercere poſſint, & valeant, quæ in huiuſmodi actibus requiruntur, & neceſſaria fuerint, ſeù quouis modo opportuna, & quæ nos ipſi facere poſſemus, & deberemus, ſi præmiſſis perſonaliter intereſſemus, & ſecundùm à nobis habent in mandatis promittentes in verbo noſtro Cæſareo, & Regio, nos ratum, gratumque habituros quidquid per præfatos Procuratores, & Mandatarios, vel alterum eorum, factum, dictum, geſtumque fuerit in præmiſſis, nec quouis modo illis contraventuros eſſe, dolo, & fraude penitùs remotis, harum teſtimonio literarum manibus noſtris ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione munitarum. *Datum in Ciuitate noſtra Imperiali Auguſta Vindelicorum die XXII. Menſis Auguſti anno Domini MDXLVII. Imperij noſtri XXVII. & Regnorum noſtrorum XXXVII.*

☞ *Carolus.*

Ex his corrigas errores, qui apud Goldaſtum in nota temporis irrepſere, adſcripſit enim malè annum Domini MDXVIII. Imperij annũ XVII.

83 Cùm deprimere, atque euertere Concilij Bononienſis auctoritatem niteretur Cæſar, Pontifex ad eam confirmandam de adeunda Bononia deliberauit, ſed Legati Bononienſes XXVII. Auguſti reſcripſere id rebus præſentibus non conducere, ne videretur cogere velle Concilium ad ſuas voluntates. *Diar. Conc. Trid. & Bonon. p. 150*

Porrò ad infringenda Cæſaris molimina Pontifex Gallorum Regis amicitiam prænſauit, qui promptiſſimo animo ad Pontificis, & Concilij Bononienſis defenſionem ſuſcipiendam ſe obtulit, Gallicarum rerum in Italia agendarum ſpe, de quo hæc Angelus Maſſarellus narrat.

Diar. Conc. Trid. & Bonon.

,, Reuerendiſſimi Legati receperunt literas à ,, Reuerendiſſimo Domino Cardinale Sancti ,, Georgij Legato apud Regem Chriſtianiſſimum, & Epiſcopo Imolenſi Nuntio XII. huius, ,, Regem illum accepiſſe Coronam, & Inunctionem XXVI. præteriti Menſis Iulij in Rhemenſi ,, Ciuitate à nouo Cardinali, & Archiepiſcopo ,, illius loci.

Coronatio Henr. II.

,, Item, quòd Rex ipſe iuſſerat, vt Illuſtriſſimus Dominus Durſè Orator ſuus deſignatus ,, ad Concilium vnà cum Prælatis nonnullis electis ex Gallis diſcederent, & Bononiam peterent, miſerantque duas literas Regias Domino Archiepiſcopo Aquenſi, & alteras Epiſcopo Mirapiſcenſi, qui fuerant in Concilio Tridentino Regio nomine, poſt tranſlationem tamen huc accedere noluerunt ſine mandato ſui Regis, quibus mandatur, vt ſtatim ſe ,, Bononiam conferant.

Cùm miſiſſet etiam Regulum Rohanum Henricus Rex, vt Regio nomine obſequium Pontifici addiceret, ille vigeſima ſecunda Auguſti Bononiam perueniens Legatos Concilij conuenit, quibus optimam Regis erga Pontificem, & Concilium Bononienſe voluntatem expoſuit, ſignificauit Regulum Durſeum Oratorem ad Concilium, cum multis Præſulibus, ac Theologis decretum fuiſſe, quod exeunte Auguſto in Gallica Aula Pontificius Legatus literis ſuis cõfirmauit, quem quidem Oratorem veniſſe Bononiam menſe Septembri, ac ſecundum Oratorem fuiſſe Hoſpitalem Præſidem Pariſienſem refert Diarij Bononienſis Auctor, atque ipſa Concilij acta teſtantur. *Diar. Conc. Bonon. ibi.*

Ineunte Septembri iterum Sfondratus, & Auguſtenſis Cardinales monuere Pontificem fixum ſtare Cæſareæ menti prouocare aduerſus Concilium Bononienſe, atque ad Pontificem ius ferendæ ſententiæ in ea lite ſpectaturum, retardandamque eſſe ſeſſionem Concilij Bononienſis, vt docent acta.

,, III. Septembris Reuerendiſſimus Legatus ,, Cardinalis Sfondratus, & Cardinalis Auguſtenſis ſcribunt ex Germania, quod Imperator ,, adhuc enixè petit, vt Concilium reducatur ,, Tridentum, & quod aliàs ſit proteſtaturus cõtra nullitatem Bononiæ attentatam, &c. Conſulunt Reuerendiſſimi Legati (de his conſulti ,, à Cardinali Farneſio) ad tollendas omnes altercationes, vt Sua Sanctitas iudicium de hac ,, controuerſia faciat, ad eum enim pertinet decidere, ſcilicet an tranſlatio ſit valida necne, ,, quod iudicium Sua Beatitudo facere poteſt in ,, Conciſtorio publico coram Cardinalibus ,, Prælatis aliquibus, & Oratoribus Principum, ,, vt re cognita, & informatione habita ad ſe ,, vno, vel etiam duobus Legatis pronuntiet veritatem, vt tandem vna pars quieſcat, & quòd ,, expediat prorogare futuram Seſſionem, cùm ,, Prælati Galli propè diem venturi ſint.] Ea monita de retardanda Seſſione ſequutus Pontifex Legatis Bononienſibus ſignificauit VII. Septemb. operæ Cardinalis Farneſij, vt aiunt acta.

,, [Quòd Sanctitas Sua cupiebat relinqui diem ,, incertum pro futura Seſſione, & quòd prorogaretur ad tempus beneplacito Synodi declarandum. Item, quòd Orator ipſe Didacus ponat, & offerat quaſdam conditiones non adeò ſpernendas pro concordia Pontificis, & Imperatoris circa locum Concilij.

84 Decima Septembris trucidato Petro Aloyſio Farneſio Parmæ, & Placentiæ Duce, Placentiaque ab Inſubriæ Præfecto Cæſareo occupata, diſſidia magis inter Pontificem, Cæſaremque exacerbata ſunt, Bononiaque bellico terrore concuſſa eſt. Decimoquarto verò Septembris Ordines Imperij Status Eccleſiaſtici ex Auguſtanis Comitijs Pontificem ſupplicibus literis rogarunt, vt pro Lutheranis, qui ſe Concilij decretis ſubmiſerant, ad Eccleſiæ gremium reuocandis, aſſerenda libertate Eccleſiaſtica, excindendis hæreſeon erroribus, inſtauranda diſciplina Chriſtiana, Concilium Tridento reſtitueret, ni iuſtis poſtulatis obſecundaret, alia conſilia rei conficiendæ idonea, ac fortè ingrata Pontificiq; Maieſtati ineunda monuerunt, quæ literæ his verbis conceptæ fuere.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino Paulo eius nominis III. Diuina prouidentia Sacroſanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici Domino noſtro Colendiſſimo.

☞ *Ext. in mſ. Arch. Vat. fig. n. 3224 pag. 92. in MS. Card. Pij fig. 260. p. 60.*

Poſt debita beatorum pedum oſcula, Beatiſſime in Chriſto Pater, & Domine Clementiſſime. Quantis malis, atque incommodis multos iam annos ex nouorum dogmatum importunitate vexetur Germanica Natio, quantiſque agita-

ta

Epiſt. Ordinũ Imperij Status Eccleſiaſtici in Conuentu Auguſtano.

ta diffidijs concuſſa fluctuet, afflictaque penè ad extrema deducta ſit, multis modis cognouit Sanctitas Veſtra, & ni cognouiſſet, vocem tamen gemitus laborantium Eccleſiarum in eadem Natione, & conuulſi Ordinum Imperij nexus, ad extremum etiam fremitum, fragoremque armorum in vltimam inter ſe cladem imminentiũ Tranſalpium iuga exaudire potuiſſet; nec dubium eſt, quin his tantis malis paratum ſemper, prouiſumque fuerit auxilium, ſi modo adhiberi maturo, gliſcentique morbo in tempore occurrere potuiſſet. Qua quidem in re, Beatiſſime Pater, cùm nos pro officio, & fide noſtra erga Rempublicã Eccleſiaſticam, proque obſeruantia ea, quam debemus, ac libenter deferimus Sedi Apoſtolicæ, in generalibus Conuentibus actum illud ſemper iudicauerimus, non poſſe tantorum malorum cauſam terminari, nec reſtingui incendiũ, niſi vniuerſalis Concilij iudicio, & auctoritate, ſummo conſenſu, ac ſtudio, non ſemel eginus apud Cæſaream Maieſtatem, quam per ſe propensã tamẽ, noſtraq; ſtudia anteuertentem ſemper inuenimus, vt pro Imperiali auctoritate, ac nomine inſtaret apud Sanctitatẽ Veſtram de indicendo, celebrandoque in aliquo opportuno loco Germaniæ Concilio, non equidem ad rationem vicinitatis, priuatãque commoditatem noſtram, ſed vt obiri is Conuentus, ac frequentari poſſit ab alijs, quos maximè intereſſet, qui cùm propter Epiſcopatus ſuos tenerent etiam Sæcularium ditionum gubernacula. in hac temporum perturbatione, incertoque rerum ſtatu longè abeſſe à domo, atque euagari, ſine publicæ pacis periculo non poſſent, & hac quidem ſedula, omnibuſque Conuentibus repetita flagitatione, eo vſque profectum eſt, vt poſt irritam Mantuanæ, ac Vicentinæ Synodi indictionem longo ſatis, ſed heu nimis longo interualio, ac penè feſſis Germaniæ rebus indictum ſit Tridentinum Concilium, nè indictum modò, ſed etiam inchoatum magno quidem voto omnium, & expectatum, ſed non vt flagitatum erat, intra fines Germaniæ, reſque ita poſcebat, ſed in Tridenti Oppido longè interiectis Alpium Montibus, vt veriùs in Italiæ finibus, quàm intra Germaniæ oram conſtitutum fuiſſe videatur: quæ ſanè etiam cauſa fuit, Beatiſſime Pater, quòd pauci admodum ex noſtris, ac nulli penè eam adire Synodum, ac nè Nuntios quidem ſuos mittere potuerint, præſertim ardente bello maximo, periculoſiſſimoque in Germania, quod iam multo ante ex eiſdem malorum cauſis, de quibus hic quærimur, impenderat, cui tantus terror, ac trepidatio extitit, vt metu periculorum, armorumque diſcurſu completa fuerint omnia, nullum iter ſatis tutum, nullus aditus ad Tridentum patuerit; ſed nunc victis, tractiſque inconſultæ temeritatis viribus, cum virtute, ac fælicitate Cæſareæ Maieſtatis, adeòque euidenti, clariſſimoque Dei beneficio res eum in locum adducta ſit, vt reſpirare tandem, ac meliora ſperare liceat; cùmque omnes iamdudum in ſpe certa erecti ſimus pacem reſtitui poſſe Germaniæ, omniaque ad priſtinum ordinem, & tranquillitatem facilè redigi, ſi modò radix incumbentium malorum, cauſaque ipſa amputata fuerit, ecce in ipſo portu, medioque ſucceſſu rerum benè gerendarum, vel transfertur, vel vt alij volunt, diuiditur Concilium, ex cuius progreſſu, & determinatione pendebant omnia, ciuſque iudicij fœueritate tanquam gladio quodam amputari, excindique oportebat ſtirpem hanc, ex qua prouenerant hęc mala omnia, neque futura tempora, niſi propitia, ſine dubio prouentura ſunt.

Non poſſumus, Beatiſs. Pater, non poſſumus non dolere, ac ſatis conqueri vicem periclitantis Germaniæ, totos ſeptem, & viginti annos conflictamur, cùm varijs, perniciojſiſque dogmatibus inualuere ſectæ variæ, Epiſcoporum auctoritas, vniuerſa penè diſciplina Eccleſiaſtica iacet. Heu quantum mali, quantam iacturam animarum trahit hæc vna vaſtitas. Tunc verò ex eodem fonte veneni promanantibus latè riuis, nulla ſocietas animorum inter diuerſæ Religionis Sectatores, nulla firma coniunctio, nulla iampridem extitit. Laxata eſt pulchra illa Imperij compago, turbatique Ordines, in quibus dignitas cum potentia, vires cum auctoritate non ad priuatorum modò ſalutem, ſed etiam ad totius Eccleſiæ præſidium ſemper coniunctę fuerunt: nec patet tamen adhuc exitus, fruſtrata expectatio, quia quo ſolùm ſuſtentabatur Sedis Apoſtolicæ auxilium, negatum fuerit ſpes omnes, rationeſque noſtræ pariter conciderunt.

Hęc cùm ita ſint, verèque maiora etiam, niſi maturè prouideatur, impendeant, ſupplicamus Sanctitatem Veſtram, quantoque poſſumus ſtudio, & obſecratione obteſtamur, vt integrato Tridentino Concilio, quo in priſtinum locum, ac ſtatum ſuum reſtituto conſulat, ſaluti, & tranquillitati Nationis Germanicæ: eadem opera efficiat, vt expulſis errorum tenebris, omnique diſſidio, procul ab Eccleſiaſtica doctrina, atque animis hominum profligato reddatur lux priſtina Eccleſijs in Germania cum ſplendore: cùm veritas, cultuſque Religionis Catholicæ priſtinum locum & dignitatem ſuam recuperauerint, tùm fructus Cęlo digni ampliores profectò, quàm multis iam annis factum eſt, conſequentur. Hoc ſi fecerit Sanctitas Veſtra, noſtriſque precibus, quas non iuſtas modò, ſed etiam neceſſarias arbitrati ſumus, locum dederit, habebit nos paratos, & obſequentes ad omnia, quæ pro extirpandis hæreſibus, proque pacificatione non tantùm Germanicæ Nationis, quæ vt labore præ cæteris, ita maiore etiam cura, præſentioreque Medico opus habet, ſed totius etiam Imperij, atque adeò Catholicæ Eccleſiæ tranquillitate ſuſcepta fuerint: ſeù nimìs, quod Diuina clementia, in hoc ancipiti, periculoſoque rerum ſtatu auertat, quod agemus, aut quo confugiemus Beatiſſime Pater? Vndè petemus auxilium certis nimis ruinis noſtris? Cui denique Sedis Apoſtolicæ, quam contra procellas omnes Seruator noſter ſupra firmam petram conſtituit, præſidium implorabimus? Vndique vrgent venti, & ad extrema iam ventum eſt, Videat Sanctiſſima Paternitas Veſtra, ac pro fide, ſummaque ſollicitudine ſua erga Rempublicam Chriſtianam reputet, ſi nihil profecerint preces noſtræ, nihil pericula Germaniæ, quæ neque progredi longiùs, neque ampliorem dilationem ferre poſſunt, qui tandem exitus malorum futurus ſit, adeòque illum poſſideat, ne ceſſante diutiùs in hoc opere Sede Apoſtolica, alia ſumantur conſilia, alijſque vijs, & rationibus hæc cauſa tandem expediatur. Hæc ſunt, Beatiſſime Pater, quæ nos hoc tempore pro officij noſtri ratione coëgit ſumma rerum neceſſitatis ad Sanctitatem Veſtram perſcribere, orantes, vt ſtudium hoc, ſedulitatemque noſtram boni conſulat, Deumque Optimum Maximum precantes, vt eamdem Sanctitatem Veſtram longiſſimo tempore valentem, & incolumem conſeruet. *Ex Conuentu Auguſtano.*

Collata cum originali.

no XIV. Septembris MDXLVII. Ordinum Imperij Status Ecclesiastici in Conuentu Augustano.

85 Quid ad has literas responderit Pontifex proximo anno referemus. At Protestantes, qui nunquam sincero animo, sed fraudulento de concordia egere cum Catholicis, quia audirent Pontificem à Concilio Tridentum reducendo abhorrere, institere, vt in Tridentinam Vrbem reuocaretur, eo tamen Tridentum reuocato, mox petituri, vt in interiorem Germaniam transferatur, quo ipsum in sua potestate habeant, addidere alia etiam postulata impia, vt Episcopi à Sacramento Pōtifici præstito, & Religione soluerentur, & vt Legati Pontificij nō præessent Concilio, sed tamquā priuati tantùm Episcopi Internuntij interessent, hoc est vt Catholici à Christo, & eius Vicario ad Sathanam, & Lutherū deficerent, nec Tridenti fieret Concilium ad diuulsa Ecclesię membra redintegranda, sed Conciliabulum contra veterum Conciliorum instituta ad membra Ecclesiæ à suo Capite diuellenda. De his verò Cardinalis Sfondratus apud Cæsarem Legatus, Bononiensis Concilij Legatos certiores fecit, ex quibus patebat, quàm iustè Pontifex vrgeret Cæsarem, vt pro restituendo Tridento Concilio se obstringeret ad Lutheranos adigendos, vt decretis Concilij Tridentini promulgatis, promulgandisque obsequerentur. Ea verò in literis Cardinalis Sfondrati, quæ Bononiæ XI. Octobris exceptæ fuere, contineri docet Angelus Massarellus, qui Concilio à secretis erat his verbis: [Cardinalis retulit, quæ sint illa enormia, quæ petunt Lutherani circa Religionem, & Concilium ab Imperatore, videlicet quòd volunt Concilium, sed Tridenti. Secundò, quòd absoluantur à iuramento præstito Sedi Apostolicæ. Tertiò, quòd Papa non præsit Concilio, sed tantum mittat suos Legatos, vt simplex Episcopus Romanus.] Nunquam tot Sæculorum fluxu huiusmodi nænias Catholica Ecclesia sibi cani ab Hæreticis audierat, quæ in tot Concilijs œcumenicis Legatos Pontificios, vt Præsides Conciliorum admisit, vt ex ipsorum actis, & à Cardinale Baronio in Historia Ecclesiastica demonstratur. Quæ verò inter Alexandrum Cardinalem Farnesium, & Didacum Mendozam Cæsareū Oratorem pertractata pro componenda controuersia, vidimus ea à Cæsare repudiata, scripsit Mense Octobri Cardinalis Sfondratus, quo tempore Nicolaus Archiepiscopus Gnesnensis Poloniæ Primas significauit Paulo III. coactam fuisse à se Synodum pro decernendis Episcopis ad Concilium Tridentinum, sed translationis Tridento Bononiam factæ fama accepta hæsisse ancipites Polonos Præsules, ac Doctores, an Bononiam proficisci deberent, in quam non dum Transalpini aliorum Regnorum Episcopi se non contulissent, exposuitque nullam vtilitatem ex Concilio Bononiensi, ad quod Germani non essent accessuri, decerpi posse, acsi Bononia Romam translaturus sit, eo maiores animorum motus, clamoresque aduersariorum concitatum iri, atque adeò rogauit Polonorum nomine Pontificiam Sanctitatem, vt pro vniuersæ Ecclesiæ bono in Tridentinam Vrbem Germanis, Poloniſque commodiorem Concilium reuocare dignaretur.

Quale Cōcilium Lutherani poscerent scilicet Sacrum.

Pier. Cont. Trid. pag. 265.

Episcopus Gnesnensis Synodum collegit, vt Episcopos Polonos ad Concilium mittat.

Sanctissimo, ac Beatissimo in Christo Patri, & Domino, Domino Paulo III. Diuina Prouidentia Sacrosanctæ, ac Vniuersalis Ecclesiæ Pontifici Maximo Domino Clementissimo.

Sanctissime, ac Beatissime in Christo Pater, ac Domine Clementissime, obseruantiam meam, & seruitutem meam perpetuam Sanctitati Vestræ submissè, & reuerenter in primis defero, quod in hunc vsque diem nemo ex Prouincia mea ad Sacrosanctum Concilium œcumenicum venerit, ne putet Sanctitas Vestra negligentia id factum esse, sed quòd mandatum ea de re Vestræ Sanctitatis, atque vt more Maiorum meorum ad Sacrum Concilium hoc à Sanctitate Vestra vocarer expectabam, postquam verò certior sum factus, qui ante me ad Ecclesiæ Metropolitanæ huius gubernacula sedit Reu. D. Petrum Archiepiscopum Gnesnensem, & Episcopum Cracouiensem ad Concilium hoc, quod Tridenti fuerat in Christo congregatum, Sanctitatis Vestrę literis vocatum fuisse, & si æquum erat, vt illo ex hac vita sublato mihi quoque, qui sum illi in hac Ecclesia Metropolitana Successor, aliqua eius rei significatio daretur, feci nihilominùs, vt in Prouincia mea Synodum conuocarem, in qua de mittendis ad Concilium hoc œcumenicum Legatis deliberatio susciperetur, ad quam cùm frequentes Nuntij, & Ecclesiarum Cathedralium Nuntij venissent, designati quidem sunt de consilio sententiaque omnium, qui ad Concilium istud proficiscerentur, sed quoniam allatum sub id tempus fuerat, Sacrum Concilium hoc Tridento Bononiam esse translatum, quo nemo se Transalpinorum Episcopus conferre voluerit, ingens fuit dubitatio, num ad id Concilium, siuè potiùs ad eum locum nobis proficiscendum esset, quo nullus adhuc Transalpinorum venisse diceretur. Tandem decretum est in Synodo Prouinciali per me congregata, vt ad Sanctitatem Vestram literas darem, quibus quid esset de multorum consilio hoc iudicium illi significarem simul etiam communi Sacerdotum Ordinis nomine, qui sunt in Prouincia mea, supplex illum orarem, & obsecrarem, quandoquidem Capitis Nostri Domini Iesu Christi in terris locum gerit, vt afflictis eius rationibus succurrere, & quæ grauissima nostris ceruicibus impendere pericula videntur, ea prudentia, vigilantiaque sua prout amantem sui gregis Pastorem facere decet, propellere, & propulsare dignetur. Summa secundùm Deum spes nobis fuit extirpandarum hæresum, & tollendorum fidei dissidiorum, & rerum Ecclesiasticarum constituendarum in Sacro Concilio hoc œcumenico edicto, sed cùm ad id è Germania nemo propè venisse diceretur, quæ præcipuè Concilio huic congregando causam dedisse videbatur, & in Prouincia mea dubitare multos videbam, num apud omnes rata erant futura, quæ in eo definita essent, quoniam sermones quorumdam ad me perferebantur, quorum in his terris auctoritas erat non postrema, qui dicerent nequaquam se recepturos, quæ per vestros, & Concilium forent allata, nisi à finitimis quoque nobis populis eadem illa recepta priùs essent, iustam etiam haberé causam ad Concilium non veniendi Germanos vulgò ferri, quibus cùm liberum Concilium promissum esset, nunc in his locis haberetur, vbi tutò eis versari, ac liberè, quid sentirent dicere, licitum non foret, quorum causa etiamsi à nostra sciuncta est, nos tamen nusquam esse possumus tutiores, quam sub vmbra alarum Sanctitatis Vestrę, quam indubitatum Christi Vicarium profitemur, eius auctoritatem non modò non fugimus, verùm etiam, nisi illa salua saluos nos esse non posse persuasum habemus, non visa tamen sunt nobis ea negli-

Nic. Card. Pij fig. 260 p. 84. Nicolaus Archiep. Gnesn. litera ad Paulum III. vt ei suadeat restitutionē Concilij Tridenti.

negligenda, quæ passim à multis dicuntur, de quibus vt certiorem facerem Sanctitatem Vestram, vniuersæ Synodo, à qua tamen propter aduersam valetudinem meam longiùs aberam, visum fuit, cuius etiam nomine ad beatos Sanctitatis Vestræ pedes prouolutus supplico Vestræ Sanctitati, qua summa possum animi mei submissione, vt rationem aliquam ineat, qua possit præfato quoque Ordini, quem sæcularem vocant, satisfieri, alia autem ratione vix posse videtur, quàm si Concilium in huiusmodi loco habeatur, de quo nemo queri possit, quòd ei tutus ad illum accessus non pateat, nam si quòd instituisse dicitur Sanctitas Vestra, longiùs etiam in ipsam Vrbem vsque ad sanctum Ioannem Lateranum Concilium transtulerit, maiores etiam clamores, & grauiores suspiciones excitabuntur, nos verò alacri animo, prout fides ac officium nostrum postulat, imperata Sanctitatis Vestræ facere sumus parati, ad cuius nos etiam nutum libenter conuersuri sumus omnes, sed eam tamen etiam atque etiam maiorem in modum petimus velit habere temporum istorum rationem, quæ difficiliora nunc sunt, quàm fuerant à multis sæculis, neque de loco Concilij quidquam statuat, nisi quod esse cum Reipublicæ Christianę commodo coniunctum intellexerit; quandoque etiam eorum sententia poterit approbari, ad quos quamuis id minus pertinere videatur, multum tamen interest, ad perficienda ea quæ cogitat Sanctitas Vestra, hoc est, ad pacem, & tranquillitatem in Ecclesia Dei constituendam, vt eorum etiam voluntates à consilio Sanctitatis Vestræ non sint abiectæ, quorum fidem, atque auxilium in executionem eorum, quæ decreta fuerint in Concilio facienda, necesse erit implorare, quid enim ex eo Concilio vtilitatis ad nos esset peruenturum, si quæ sancita in eo sint (quod omen Deus auertat) in sola Italia, aut ei finitima vna siuè altera Prouincia, & non in vniuerso Orbe Christiano recepta fuerint? Velit itaque prouidere Sanctitas Vestra, ne locus detur cuiquam tergiuersandi, & auctoritatem sacri Concilij defugiendi, quin omnes potiùs causæ præcidantur, quibus adducti, iure feciſſe se contendere possint, qui se nuper ab Ecclesię corpore segregarunt, quòd ad sacrum hoc Concilium non accesserunt. Non est fortassè tenuitatis nostræ Sanctitatem Vestram harum rerum commonefacere, quæ non eget consilio, quo valet plurimùm, cùm in his etiam locis sit, vbi lux est Orbis Terrarum, & summum Populorum, & gentium omnium consilium, cùm præsens periculum videtur, sed neque nouum est, & insolitum, summos Gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri. Quamobrem dabit veniam Sanctitas Vestra curæ nostræ, & sollicitudini, quæ cùm vehementer angat animos nostros, has à nobis literas extorsit, atque in eam nos mentem, licet humiles Sanctitatis Vestræ creaturas, impulit vt Christi in terris Vicarium in alijs multis virtutibus, tùm vsu rerum, & prouidentia singulari præditum, de his, quæ vehementer nos vrgent, hortari liberè, & obsecrare auderemus. Quòd si scire posset Sanctitas Vestra, qui sit nunc rerum nostrarum status, quanta propter vicinum malum nos pericula circumstent, facilè ignosceret curæ huic nostræ, & anxiæ sollicitudini, quod eam pro sua paterna clementia facturam, ac Diuina sua prouidentia Christo opitulante, eo metu, & discrimine, in quo nunc videmur nos esse, liberaturam confidimus. Pertinet autem hæc res ad Sanctitatem Vestram, cùm ad promerendam Dei Optimi Maximi gratiam, & misericordiam, tùm ad laudem nominis eius ad sempiternam memoriam propagandam, nos porrò Deum supplices precari nunquam intermittemus, vt illam pro sui nominis gloria, & Ecclesiæ vtilitate, quàm longissimo tempore seruet incolumem, ac omni felicitatis genere cumulet. *Lonicij die XX. Octobr. MDXLVII.*

Eiusdem Sanctitatis Vestræ humillimus Capellanus, & Creatura.

Nicolaus Archiepiscopus Gnesnensis.

87 V. Nouembris cùm Velascus Regnorum Hispaniæ Fisci Procurator Tridento Bononiam accessisset, vt si publica fieret Sessio, Cæsareo nomine aduersùs illius Acta, nuncupata protestatione intercederet, Legati Bononienses Cardinalem Farnesium Pontificiarum voluntatum Interpretem consuluere, quid Cæsareæ protestationi respondendum esset: Cardinalis verò Farnesius VI. Nouembris in hoc ancipiti casu, ad Schismatis auertenda pericula, ijsdem Legatis proposuit, num conduceret Catholicæ rei Concilium suspendere, & qua ratione, & quo tempore, & ad quantum temporis interuallum? VIII. Nouembris, cùm grauiora de rebus Concilij impenderent pericula, vt certiùs de his decerneret, Marcellum Cardinalem Sanctæ Crucis Legatum Bononia Romam exciuit, iussitque vt alter Legatus Ioannes Maria de Monte vocandis ad examen controuersijs dare operam pergeret, quod Patribus eodem die à Cardinali è Monte significatum est. Proxima verò die nona Nouembris Cardinalis Sanctæ Crucis Patres monuit, se ob publicum Christianæ Reipublicæ commodum ad Aulam Pontificiam proficisci. Paulò post Christophorus Madrutius Cardinalis Tridentinus à Cæsare ad Pontificem legatus est, de quo hæc referunt Concilij Bononiensis Diaria. *Diar. Con. Trid. & Bononien. M. S. Arc. Vat. pag. 268.*

„ XVII. Nouembris applicuit Bononiam „ Christophorus Madrutius tit. Sancti Stephani „ in Cœlio Monte Presbyter Cardinalis, qui ve„ nit ex Germania ab Augusta missus à Carolo „ V. Imperatore ad Summum Pontificem Pau„ lum III. vt cum eo agat de reductione Conci„ lij ad Ciuitatem Tridentinam, & de aliqua „ concordia ineunda super Ciuitate Placentiæ.] *Diar. Con. Trid. & Bononien. pag. 279.*

His subijciunt Acta.

„ XXX. Nouembris allatæ literæ Cardinalis „ Farnesij XXVIII. datæ vnà cum instructione, „ quam Imperator dedit Cardinali Tridentino „ de agendis, & tractandis coram Pontifice, in „ qua instructione hæc continentur. Primùm, „ quòd nomine Suæ Maiestatis Cæsareæ, & Sere„ nissimi Regis Romanorum, & totius Germa„ niæ petat magna cum instantia à Sua Sanctita„ te, vt reducat Concilium Tridentum, osten„ dens necessitatem esse, ex eo quòd Prouincia „ ipsa Germaniæ vult stare determinationi ipsius „ Concilij, & ei se submittere purè, & simpli„ citer; & quod ad illud venient omnes. *Diar. Con. pag. 272.* Carolus V. Cardinalem Madrutium ad Paulũ III. misit, vt ei suaderet restitutionẽ Concilij Tridentĩ.

„ Et quòd interim donec Concilium celebra„ bitur, Sua Sanctitas inueniat modum, secun„ dùm quem viuere deberent Germani, & ea „ de causa mittat Sua Sanctitas in Germaniam „ aliquos Viros cum potestate hoc faciendi. „ Quòd si Sua Sanctitas nollet consentire redu„ ctioni Concilij ad Ciuitatem Tridentinam, „ tunc ipse Cardinalis Tridentinus vnà cum Do„ mino Didaco à Mendoza Oratore suo apud

,, Pontificem certiores reddant omnes Cardina-
,, les, qui sunt Romæ, & omnes Oratores
,, Principum de hac diligentia, & instantia,
,, quam facit Sua Maiestas apud Suam Sancti-
,, tatem.

,, Quòd denique si nulla via moueri potest Sua
,, Beatitudo ad reducendum ipsum Concilium
,, Tridentum, tunc Orator ipse interponat pro-
,, testationes, quas habet in mandatis, præser-
,, tim, si aliquid ageretur Bononiæ à Concilio
,, quod esset in præiudicium Concilij Tridenti-
,, ni, ipseque Reuerendissimus Dominus Cardi-
,, nalis Farnesius scribit ipsi Reuerendissimo Do-
,, mino Cardinali de Monte, vt dicat iudicium
,, suum, quid respondendum sit à Pontifice.

88 Prima Decembris Cardinalis de Monte Legatus Bononiensis responsum dedit ad ea quæ à Cardinale Tridentino nomine Cæsareo proponenda afferebantur, quod responsum his ferè verbis conceptum erat, quibus transmissum est ad Pontificem.

M.S.Car. Pij p. 18.

Reuerendissimis Dominis deputatis visum est, quòd Sanctitas Vestra paterna charitate salutem Prouinciæ Germanicæ quibuscumque modis potuit semper procurauerit, quod ex multis argumentis, præsertim ex Concilio Tridenti indicto, & ex Legatis semel atque iterum ad eam Ciuitatem missis apertissimè constat, minimèque dubitandum sit, quin Sanctitas Vestra eodem animo ergà illam Prouinciam in posterum futura sit, vt antea semper fuit, optimo scilicet, & ad bene de ea merendum propensissimo: quantum ad ea, quæ Reuerendissimus Dominus meus Cardinalis Tridentinus nomine Inuictissimi Imperatoris, Serenissimi Romanorum Regis, necnon Illustrissimorum Statuum Germaniæ retulit, scilicet vt omnes Sacro Oecumenico Concilio se submittant, laudandam esse admodùm pietatem Maiestatis Suæ, ac bonam spem de eorum salute, qui hactenùs à recta via aberrauerunt, concipiendam. Verùm quoniam in illa ipsorum submissione additum est, quòd se submittant Concilio Tridenti celebrando, & ea de causa petitur nunc vt Sanctitas Vestra ipsum ad Tridentinam Ciuitatem reduci faciat; Reuerendissimis DD. Deputatis persuasum est id à pientissimo Imperatore, & nobilissima illa Prouincia efflagitari, & peti, quatenùs sine scandalo, immò cum pace, & concordia cæterarum Prouinciarum, seruata etiam auctoritate Concilij, & Ecclesiastica libertate, fieri possit, ad quæ omnia, sicut Sanctitas Vestra pro sua pastorali cura, & omnium Ecclesiarum sollicitudine prospicere iure debet, & ea nullo modo negligere, sic existimandum esse, Maiestatem Suam, & Illustrissimos Sacri Imperij status in bonam partem laturos, si Sanctitas Vestra more Maiorum suorum in tàm ardua, & communi deliberatione Episcopos Fratres suos, & Prælatos, qui omnium ferè Nationum in Concilio nunc Bononiæ existunt pro communi pace seruanda, & turbis, ac scandalis vitandis ante omnia consulere velit, eisdemque Dominis meis videtur par esse, Sanctitatem Vestram operam dare, vt quàm minima mora in ipsa consultatione facienda interponatur, atque etiam ne res in Germania detrimentum patiantur, benignè satisfieri debet à Sanctitate Vestra secundæ petitioni Maiestatis Suæ de mittendo ad illam Prouinciam, vno vel pluribus Prælatis cum opportuna facultate, vt communis aliquis, & rectus viuendi modus vsque ad finem Concilij reformetur, & statuatur. Quod verò attinet ad vniuersalem reformationem, cùm de ea Concilium ipsum iam plurima, & salutaria decreta ediderit, & eorum, quæ restant, examinata, & discussa apud se prosequatur, eam breui perfici posse sperandum est, cui etiam & perficiendæ, & obseruandæ Sanctitatem Vestram omnem suam diligentiam, & auctoritatem adhibituram.

Quæ respouderit Cardinal. de Monte eis, quæ à Cardinali Madrutio proponebantur.

Ad postremum caput de electione Romani Pontificis, si durante Concilio (quod Deus auertat) Sedem vacare contigerit, tametsi iura huius Collegij firma & adeò clara, & diuturna sint, vt verti in dubiũ minimè possint, quin Romani Pontificis electio ad solos Cardinales pertineat, etiam durante Concilio, tamen pro tam beneuolo animo Suæ Maiestatis ei gratias habendas esse.

89 Nona Decembris die Christophorus Madrutius Cardinalis Romæ in frequentissimo Cardinalium Senatu coram Pontifice habita oratione Cæsaris studia, & labores pro Germanis Ecclesiæ conciliandis laudibus extulit, rogauitque, vt cùm Protestantes decretis Tridentini Concilij se submitterent, Patres, qui Bononiam Cæsare inconsulto migrauerant, Tridentum redire iuberet, tùm Legatos in Germaniam decerneret, ex quorum sententia vsque ad exitum Concilij disciplina Christiana restitueretur, & corruptelæ, quæ in Ordinem Ecclesiasticum irrepserant, delerentur, demùm iussus addidit non sine Pontificis offensione, perpenderet, ac statueret, si Concilij tempore contingeret ipsum è viuis eripi, vtrum eligendi potestas ad Patres in Synodo congregatos, an ad Cardinales, qui Romæ degant, pertineat, pleroſque enim iure metuere, ne si res ad eum casum redactæ sint ex ea occasione dissensionum semina oriantur. Re in quæstionem adducta & rogatis Cardinalium sententijs, alij Cæsari salua, & incolumi Pontificiæ auctoritatis maiestate indulgendum dixere; alij non satis idoneè à Cæsare, & Ferdinando caueri, Germanos Concilij decretis parituros, nec Bononia Concilium dimouendum, ni idoneè cautum esset: alij ad Patres, qui Bononiæ essent rem integram deferendam, qui enim Pontificia auctoritate fulti transtulissent Concilium, Ecclesiamque vniuersam referrent, omninò consulendos: hanc sententiam vt iuri consonam amplexus Pontifex Cardinali Tridentino respondit, se Patribus Bononiæ congregatis reuocandi Tridentum Concilij ius conferre, deque ea re ad Christiani Orbis Principes, quorum mutua consensione celebrandum erat Concilium, velle perscribere.

Goldast. to. 1. constit. Imp. Tuanus. lib. 4.

Ex fidissimis monumentis.

Cardinalis Madrutius orat Consistorio pro Carolo V.

90 Didacum quoque Mendozzam ferè eadem in Consistorio pro Cæsare retulisse narrant Acta: videlicet Cæsarem grauiora discrimina subijsse, vt aberrantes Germanos ad Ecclesiæ obsequium reuocaret, votorum verò compotem fieri non posse, nisi promissum Germanis Concilium in Germania celebretur, quod cùm ex communi Principum consensu Tridenti indictum sit, rogare, vt Tridentum reuocetur, cùm ex eo tot animarum perditarum millia in lucrum cessura sint, quod beneficium ea ratione possit indulgeri, ac si Turca, vel Iudæus in Basilica Lateranensi Baptismo initiari vellet, qui certè cum periculo eius animæ ad Basilicam Sancti Petri initiandus amandaretur, nec vllum damnum ex ea Pontificia indulgentia ad alias Prouincias redundare posset. Rogati verò in eo Consistorio Cardinales vt sententiam dicerent, inter alios Guisius Cardi-
,, nalis grauiter dixit [Summoperè laudan-
,, dum

pag. 14.

Digitized by Google

,, dum esse Cæsarem, qui cum subiecerit corpo-
,, ra Germanorum armis temporalibus, velit
,, etiam animis spiritualibus, hoc est, sacro Con-
,, cilio subijcere animos, & spiritus eorum.] Ac demùm concluſit consulendos Patres Bononienses, an Bononiæ promouendum Concilium, an Tridentum foret transferendum? quam sententiam maxima Senatus pars amplexa est. At Cardinalis Theatinus acerbè addidit eum non esse Christianum, qui diceret, Concilium Bononiense non esse verum Concilium, nec ex legibus Canonicis translatum. At sapientissimè Cardinalis Polus consuluit, mittendos esse, qui Protestantes Principes pertentarent, rogarentque, an accessuri ad Tridentinum Concilium, seque eius decretis submissuri essent, eademque cum ipsis afferente, atque offerente Cæsare, submotis omnibus difficultatum impedimentis, Concilium esse Tridentum reuocandum.

Paulus scribit Bononiam, vt consulat Patres, quid pro salute Germaniæ agendum sit circa restitutionem Concilij.

91 XVI. Decembris Pontifex subiectis literis Concilium Bononiense consuluit, quid pro Germanicæ Nationis, quæ se Concilij Tridentini celebrandi decretis Cæsarea opera submiserat, salute agendum ipsis videretur, proposita ob oculos vnius Numinis gloria, iussusque est Legatus rem Patribus proponere,

Venerabili Fratri nostro Ioanni Mariæ Episcopo Prænestino nuncupato, nostro, & Apostolicæ Sedis Legato de Latere.

☞ *Ext. in actis Conc. Bononien. pag. 38. M. S. Fr. Car. Barb. fig. 123.*

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem. *Missus* ad nos his proximis diebus à Sereniſſimo Cæsare dilectus filius noster Christophorus tituli Sancti Cæsarij Presbyter Cardinalis Tridentinus ipsius Cæsaris nomine nobis retulit, Maiestatem Suam magno studio, & diligentia procurasse, vt vniuersa Natio Germanica Concilio iam indicto, & incœpto Tridenti celebrando se submitteret, prout se submiserat, addiditque se habere in mandatis ab ipso Cæsare, vt Suæ Maiestatis, ac Sereniſſimi eius fratris Romanorum Regis, & Statuum Sacri Imperij nomine à nobis peteret, vt pro reunione dictæ Nationis ad gremium Ecclesiæ ipsum Concilium Tridentum reduci faceremus. Et deindè dilectus filius Didacus Mendoza ipsius Cæsaris Orator in nostro Consistorio (interessentibus de nostra voluntate, cùm ipsi id cuperent cæteris Oratoribus Principum, & Rerumpublicarum, qui apud nos sunt) idem dixit, & petijt, & ne mora interponeretur instanter postulauit. Nos verò re cum Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus communicata de ipsorum consilio, & voto pro communis pacis conseruatione, & pro euitandis scandalis, & vt tàm illud, per quod Concilium Bononiam translatum est, quàm cætera istius sacrosanctæ Synodi decreta illæsa conseruarentur, ante omnia in re tàm ardua, more Maiorum nostrorum ipsius sanctę Synodi Fratres nostros Episcopos, & Prælatos, qui ex omnibus ferè Nationibus isthic sunt consulendos esse decreuimus. Quamobrem de salute dictę Nationis solliciti, & ne mora ad respondendum ipsi Cæsari interponatur, volumus, vt hæc omnia eiusdem sacrosanctæ Synodi Patribus explices, ac Sancti Spiritus numine, quo illa regitur inuocato, vniuersale bonum Reipublicæ Christianæ, & sanctæ Fidei Catholicæ, ac dictæ Nationis reunionem præ oculis habentes, omnes ea maturè examinetis, & perpendatis, & quid ipsi Cæsari à nobis super hoc responderi posse putetis, ad nos scribere non differas. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVI. Decembris MDXLVII. Pontificatus nostri Anno XIIII.*

☜

Respondent Patres Bononienses Pauli III. postulatis de restitutione Concilij Tridentini,

92 Acceptis Pontificijs literis, generalis, ac solemnis Congregatio Bononiæ coacta est à Legato Cardinale Prænestino, cui Episcopi quinquaginta septem, ac duo Gallorum Regis Oratores interfuerunt, in qua respondendum decreuere, vt priùs Hispani, qui Tridenti hæserant, Bononiam se conferrent, vt explicaretur nitidè, an Germani decreta iam edita essent admissuri, quæ forma decernendi obseruanda esset in Concilio, vt Patrum securitati, libertatique caueretur, quod Acta à Massarello descripta testantur.

☞ *Diar. Con. Trident. Aug. Ang. Massarel. Secret. M. S. Arc. Vat. pag. 274.*

,, 93 Die Lunæ XIX. Decembris hora XXI.
,, fuit Congregatio Generalis Bononiæ, in qua
,, Reuerendiss. Dominus Cardinalis de Monte
,, Præsidens retulit Patribus, qualiter heri serò
,, recepisset Breue vnum à Sanctissimo Domino
,, Nostro sub data Romæ apud S. Petrum sub
,, annulo Piscatoris die XVI. Decembris præsen-
,, tis, in quo sua Sanctitas narrat, quòd Cardi-
,, nalis Tridentinus, & Don Didacus à Men-
,, dozza Orator Cæsareus petierit à Sanctitate
,, Sua magna cum instantia, vt Concilium re-
,, duceret Tridentum, cùm Cæsar ipse induxe-
,, rit Germanos omnes, etiam Hæreticos ad sub-
,, mittendum se Concilio Tridenti celebrando,
,, & quòd Sua Sanctitas super ea deliberare no-
,, lit, nisi priùs intelligat consilium, & iudicium
,, sacræ Synodi, quid scilicet ei videatur, quid
,, sit à Sua Sanctitate ipsi Cæsari respondeu-
,, dum. Quod Breue ipse Reuerendissimus Do-
,, minus Cardinalis alta voce legit, deindè ad
,, maiorem informationem Patrum, & quo-
,, niam ita fieri solet in rebus arduis consulen-
,, dis, vt priùs per ipsum Præsidentem Patres
,, informentur, & eis lumen aliquod ostenda-
,, tur, dixit, sibi non videri sanctam Synodum
,, super præsenti reductione Concilij Tridentum
,, posse deliberare, nisi priùs Prælati, qui sunt
,, Tridenti Bononiam veniant, cùm illi in con-
,, temptum Concilij post translationem ibi re-
,, manserint, quod sit contra honorem, & aucto-
,, ritatem Concilij.
,, Secundò, nisi priùs declaretur quomodo in-
,, telligatur hæc submissio Germanorum, an de-
,, creta iam publicata Tridenti firma, & rata
,, manere debeant, cùm illa nullo modo retra-
,, ctari debeant, neque possint, præsertim cùm
,, illa decreta sint iam à toto Christiano Orbe
,, recepta.
,, Tertiò, qua forma sit procedendum in Con-
,, cilio.
Quartò, quam securitatem Patres habebunt standi, eundi, recedendi, &c.
,, Quintò, quòd liberum sit Concilij maiori
,, parti, quandocumque ei videbitur subsistere
,, legitima causa se transferendi ex Tridento
,, ad alium locum, & etiamsi videbitur Con-
,, cilium ipsum claudere, terminare, & finire,
,, quibus dubijs explicatis, Concilium poterit
,, deliberare, quid faciendum sit de reditu ad
,, Ciuitatem Tridentinam, super quibus rogauit
,, Patrum sententias, eos monendo, & hortando
,, bis, aut ter, vt liberè quilibet diceret senten-
,, tiam suam.
,, Patres omnes probarunt multis rationibus,
,, quod dixerat Reuerendissimus Dominus Præ-
,, sidens, ostendentes esse omninò necessarium
,, priùs

priùs explicari dubia illa, quàm de reditu ad Tridentum deliberare, exceptis quinque, qui volebant reſponderi à ſancta Synodo, quod eſſet abſque vlla declaratione Tridentum redeundum, cùm id (vt ipſi dicebant) expediat reductioni Germanorum.

Concluſum fuit, quòd Reuerendiſſimus Dominus Præſidens formaret literas ſcribendas ad Suam Sanctitatem, & die craſtina Patribus legerentur, & ab eis comprobarentur, &c. & ita dimittitur Congregatio hora prima noctis, cui interfuerunt ambo Oratores Galli, & quinquaginta ſeptem Prælati.

9 XX. Decembris hora XVI. Congregatio generalis habita eſt, in qua perlecta eſt literarum à Legato ad Pontificem mittendarum formula, quæ omnium Patrum conſenſu comprobata eſt, in quibus repetitum eſt, quid CæſareisOratoribus reſpondendum eſſet, quidue exigendum pro Concilio ad Tridentinam Vrbem reuocando.

Beatiſſime Pater, & Clementiſſime Domine poſt humillimam recommendationem, & pedum oſcula beatorum.

Act.Conc. Bonenſen. pag. 39. Act.S.Fra. ciſciCard. Barberini ſig. num. 1802. p. 21.

Recepi nudius tertius, aduenientе nocte, Sanctitatis Veſtræ Breue Roma apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVI. Decembris MDXLVII, Pontificatus ſui anno XIV. datum, in quo narratur dilectum Filium Sanctitatis Veſtræ Chriſtophorum tit. Sancti Cæſarei Presbyterum Cardinalem Tridentinum Dominum à me obſeruandum, his proximis diebus a Sereniſſimo Cæſare miſſum Sanctitati Veſtræ retuliſſe ipſius Cæſaris nomine, Maieſtatem Suam magno ſtudio, & diligentia procuraſſe, vt vniuerſa Natio Germanica Concilio iam indicto, & incœpto Tridenti celebrando ſe ſubmitteret, prout ſe ſubmiſſerat, addiditque ſe habere in mandatis ab ipſo Cæſare, vt Suę Maieſtatis, ac Sereniſs. Fratris Romanorum Regis, & Statuum Sacri Imperij nomine à Sanctitate Veſtra peteret, vt pro reunione dictæ Nationis ad gremium Eccleſiæ, ipſum Concilium Tridentum reduci faceret, & dilectum Sanctitatis Veſtræ filium Didacum de Mendoza ipſius Cæſaris apud eundem Oratorem, in ſacro Conſiſtorio intereſſentibus de Sanctitatis Veſtræ voluntate (cùm ipſi id cuperent) cæteris Oratoribus Principum, & Rerumpublicarum, qui apud eam ſunt, idem dixiſſe, & petiiſſe, & ne mora aliqua interponeretur inſtanter poſtulaſſe; Sanctitatem verò Veſtram re cum Venerabilibus Fratribus ſuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Dominis meis obſeruandiſſimis communicata, de ipſorum conſilio, & voto, pro communis pacis conſeruatione, & pro euitandis ſcandalis, & vt tàm illud per quod Concilium Bononiam tranſlatum eſt, quàm cætera huius ſacroſanctæ Synodi decreta illæſa conſeruarentur, ante omnia in re tàm ardua more Maiorum ipſius Synodi Fratres ſuos Epiſcopos, & Prælatos, qui ex omnibus ferè Nationibus hic ſunt, conſulendos eſſe decreuiſſe, quamobrem de ſalute dictæ Nationis Sanctitatem Veſtram ſollicitam, & ne mora ad reſpondendum ipſi Cæſari interponeretur, velle vt hæc omnia eiuſdem ſacroſanctæ Synodi Patribus explicarem, & Sancti Spiritus numine, quo illa regitur inuocato, vniuerſale bonum Reipublicæ Chriſtianæ, & ſanctæ Fidei Catholicæ, ac dictæ Nationis reunionem præ oculis habentes, omnes ea maturè examinaremus, & perpenderemus, & quid ipſi Cæſari à Sanctitate Veſtra ſuper hoc reſponderi poſſe putaremus, ad eam ſcribere non differrem, quo Breui per me qua debeo reuerentia recepto, Sanctitatis Veſtræ mandatis parere volens ſtatim operam dedi, vt huius ſacroſanctæ Synodi Patres ſubſequenti die heſterna, videlicet, in loco, & tempore conſueto congregarentur, quibus quidem in Spiritu Sancto congregatis eiuſdem Spiritus Sancti auxilio implorato, ſolitiſque orationibus, & precibus per me factis, Breue ipſum alta, & intelligibili voce, ita vt nemo non ipſius Breuis tenorem commodè intelligere poſſet, legi, ac recitaui, ſubindè verò poſteaquam Breue ipſum à me lectum, & recitatum fuit (putans ad me, Præſidentiæ, & Legationis officio id maximè pertinere) Patres, quibus potui, pro ingenij mei tenuitate, verbis hortatus ſum, vt omnia benè, ac diligenter conſiderarent, denique Reipublicæ Chriſtianæ ſalutem, honorem Concilij, ac pium deſiderium Sanctitatis Veſtræ reuniendi illam inclytam Germanicam Nationem, atque ipſi Cæſari, quantum fieri poſſit, gratificandi præ oculis habentes, liberè, & prout Spiritus idem Sanctus ſuggeret eis, dicerent ſententias ſuas, ſicuti prudenter, grauiter, & copiosè dixerunt, quarum quidem ſententiarum ſumma hæc eſt: In primis Sancta ipſa Synodus Beatitudinis Veſtræ pietatem cum paſtorali ſollicitudine coniunctam, Ieſu Chriſti Redemptoris Noſtri Vicario, ſummoque in Eccleſia Dei Paſtore dignam agnoſcens, & Sanctitati Veſtræ maximas, quas poteſt, gratias agens, eamque venerans, eiuſque ſanctiſſimos pedes deoſculans, itemque Inuictiſſimi, & Auguſtiſſimi Imperatoris erga ſanctam Catholicam Fidem, & Religionem noſtram ſtudium, zelumque commendans, ac pro ipſius, & ſacri Imperij proſperitate Deum Optimum Maximum rogans, cùm à Sanctitate Veſtra, tùm à Sua Maieſtate humiliter petit, vt quæcumque ipſa ſancta Synodus in hac re, de qua conſuluerit, reſponderit, boni conſulere, & pro Dei gloria, & Chriſtianæ Reipublicæ ſalute, & pace dicta eſſe cenſere velint: nam etſi multis Patribus, qui iam tribus ferè annis aſſiduos labores, graues expenſas, plurima, & varia incommoda ſuſtinuerunt, durum admodùm, atque intolerabile videtur de reditu ad Tridentinam Vrbem hoc tempore agere, quo de exitu Concilij cogitandum, & ſperandum erat, præſertim cùm ex magna parte ea, propter quæ indictum, congregatum, & apertum fuit, ita diſcuſſa, & digeſta eſſe videantur, vt nihil aliud iure deſiderari poſſit, quàm vt publica Seſſione per ſanctam Synodum ſtatuantur, & promulgentur, tamen nemo eſt, qui vt Sanctitatis Veſtrę, & Suę Maieſtatis zelo piè erga nobiliſſimam illam Nationem Germanicam voluntati reſpondeat, Tridentum redire, nouaque & grauiora incommoda, ac diſpendia ſuſtinere recuſet, ſi modò dùm vni Germaniæ proſpicitur, non ipſa Vniuerſalis Eccleſia, & nunc, & in poſterum hac noſtra forſan intempeſtiua è Bononia ad Tridentum tranſmigratione manifeſtis perturbationibus exponatur, cùm enim conſtet aliquos Prælatos Concilio è Ciuitate Tridenti ad hanc Ciuitatem Bononiæ legitimè tranſlato ibidem poſt generalem monitionem in publica Seſſione ipſa tranſlationis die omnibus Prælatis factam, poſt amicabiles noſtras epiſtolas eorum vnicuique hinc ad Tridentinam Ciuitatem per Nuntium ſpecialem à me, & à Reuerendiſſimo Collega meo miſſas, & præſentatas, iam per tot Menſes ad hunc vſque diem remanſiſſe, & adhuc remanere non ſine ma-

magno vilipendio Concilij, ac fortaſſe aliquorum ſcandalo, qui remanſionem illam diuiſionem arbitrantur, ac propterea minoris auctoritatis Concilium eſſe putant, non videt ſacroſancta Synodus, qua via, quaue ratione, ſalua dignitate, maieſtate, honore, & exiſtimatione ipſius Synodi, ac ſine pernicioſo, peſtiferoque in omne æuum exemplo de reditu ad Ciuitatem Tridenti deliberari poſſit, niſi priùs Prælati ipſi Bononiam veniant, & cum reliquis Patribus ſe coniungant, atque ipſius ſanctæ Synodi auctoritatem, & poteſtatem agnoſcant, & amplectantur, quod Synodus ipſa ad tollenda ſcandala in populis ſuſcitata, ac pro Eccleſiæ pace, atque vnitate maximè cupit, & paruo negotio, ac ſolo ipſius Cæſaris nutu fieri poſſit, confidit, & de hoc Maieſtatem Suam enixè precatur. Non etiam videt ipſa ſancta Synodus quomodo de hac deliberatione tractari poſſit, niſi priùs certa reddatur quòd ita ſe Natio Germanica Concilio Tridenti celebrando ſubmittat, vt fidem concernentia decreta, quæ ibidem promulgata etiam ab omnibus Chriſtianis Regnis, Gymnaſijs, atque inſignibus Theologorum Vniuerſitatibus, & ab omni Catholica Eccleſia ſummo aſſenſu, & gaudio, & plauſu recepta ſunt, rata, firma, ſtabilia, & perpetua futura ſint, nec vlteriùs in controuerſiam aliquam quouis prætextu, colore, occaſione, vel cauſa deducantur, cùm iuxta ſacros Canones, ſanctorum Patrum exempla, & ſtatuta, & Imperiales Conſtitutiones exploratiſſimi iuris ſit, quæ contra vnamquamque hæreſim coacta ſemel Synodus pro fidei communione, & vnitate Catholica, atque Apoſtolica promulgaſſet, non eſſe nouis poſtea retractationibus mutilanda, & iniuriam fieri Reuerendiſſimę Synodo ſi quis ſemel iudicata reuoluere, & publicè diſputare contenderit.

Suſpecta Cæſaris poſtulata.

Prætereà cùm rumor increbuerit prętextu cuiuſdam vulgaris, ſeù popularis Concilij, ex omni hominum genere colligendi (quod Chriſtianum Concilium appellant) mutandam eſſe formam generalium Conciliorum, quæ per Apoſtolos, & ab Apoſtolorum tempore per ſanctam Romanam, & Vniuerſalem Eccleſiam celebrata fuere, poſthabito laudabili more ſiuè modo procedendi, atque in noſtris Conciliaribus definitionibus à nobis hucuſque retento, cupit ſancta Synodus de ipſa re certa reddi, ac ſibi opportunè caueri, antequam de reditu ad ipſam Tridenti Vrbem deliberetur,

Scire etiam cupit quænam cautio dabitur Patribus Tridentum ituris, pro ſuis perſonis, rebus, & bonis, ita vt tàm ſinguli, quàm vniuerſi plena ſecuritate, ac libertate fruantur, & gaudeant, & vnicuique pro ſuo libito eundi, ſtandi, ac recedendi libera poteſtas futura ſit, atque à nemine via facti compelli poſſit.

Scire etiam cupit, & certa reddi, quæ cautio ipſi Concilio dabitur, vt quandocumque videbuntur maiori parti legitimæ, & rationabiles cauſæ adeſſe, ſe ex Tridento ad locum ab ipſa maiori parte eligendum transferendi, itemque cauſis (ob quas Concilium indictum fuit) ſatisfactum eſſe, liberum ſit ipſi maiori parti (cuiuſuis contradictione, oppoſitione, ſeù reclamatione non obſtante) Concilium transferre, vel etiam claudere, & finire.

Alia verò, quæ ad Sanctitatis Veſtræ, & Suę Apoſtolicæ Sedis auctoritatem tuendam, & ad remouendam quocumque tempore ſchiſmatis occaſionem, conſeruandamque Chriſtianiſſimi Regis, & aliorum Principum erga ſanctum Concilium gratiam, aſſenſum, & fauorem pertinet, Veſtræ Beatitudinis prudentiſſimo iudicio relinquenda cenſuit, hoc tamen adijcens, quòd vbi ipſa ſancta Synodus (tempore ei benè viſo) harum difficultatum dilucidationem, ſeù declarationem, ac reſolutionem expectauerit, liberum ſibi eſſe vult ad expeditionem materiarum diſcuſſarum, & examinatarum, Canonumque, ac decretorum promulgationem Spiritu Sancto inſpirante, & Concilium ipſum dirigente, ac protegente procedere.

Hæc ſunt Beatiſſime Pater, quæ in heſterna Congregatione pro Dei gloria, ſacri Concilij honore, libertate, ſecuritate, bonoque exemplo, reunione potentiſſimę Nationis Germanicæ iuxta pium Sanctitatis Veſtræ, & Sereniſſimi Imperatoris deſiderium, pro communique totius Chriſtianæ Reipublicæ ſalute Patribus conſideranda occurrerunt, quæque Maieſtati Suę per Sanctitatem Veſtram congruenter, & rationabiliter, & opportunè reſponderi poſſe Patres ipſi putauerunt.

95 Quibus auditis eos hortatus ſum, & monui, quò res grauiùs, & maturiùs deliberaretur, hodiè manè literas ex eorum communi ſententia Sanctitati Veſtræ mittendas audituri, & tàm ſuper ipſis literis, quàm ſuper re ipſa heſterna die examinata iterum ſententias dicturi ad Congregationem generalem conuenirent. Itaque hac ipſa die congregatis omnibus Patribus, ac celebrata priùs per vnum ex Sacerdotibus noſtris Miſſa de Spiritu Sancto, recitatiſque à me de more Precibus, & Orationibus conſuetis, has præſentes literas alta, & intelligibili voce, ego ipſe, & an ipſæ literæ placerent, & ſi quid addendum, vel minuendum, ſeù immutandum eſſe exiſtimarent, vt ſententias ſuas liberè dicerent rogaui ſemel etiam atque iterum commonens, vt conſcientijs ſuis omnes, & ſinguli prout Spiritus Sanctus illis ſubminiſtraret, plenè, & liberè ſatisfacerent. His peractis vnoquoque ſuo ordine ſententiam ſuam dicente omnes (quatuor dumtaxat exceptis, duobus ſcilicèt expreſsè contradicentibus, alijs verò duobus ſub certis conditionibus approbantibus, has ipſas literas, & omnia quæ in eis continentur, comprobarunt, & laudarunt, & Sanctitati Veſtræ mittendas vnanimi conſenſu decreuerunt. Dominus Deus benedictus Sanctitatem Veſtram diù Eccleſiæ ſuæ ſeruet incolumem. *Datum in generali Congregatione Bononiæ die XX. Decembris MDXLVII.*

Eiuſdem Veſtræ Sanctitatis humillima Creatura Ioannes Maria Cardinalis de Monte ſacri Concilij Præſidens, & Legatus.

Ego Angelus Maſſarellus Secretarius Concilij omnibus, & ſingulis interfui, & præſens fui.

Ego Claudius della Caſa ſacri Concilij Notarius, dum præmiſſæ literæ legerentur interfui, & in notam ſumpſi vnà cum meo Collega rogatus.

Ego Nicolaus Driel ſacri Concilij Notarius, dum præmiſſæ literæ, vt præfertur, legerentur, & ſententiæ exquirerentur, & dicerentur interfui, & in notam ſumpſi vnà cum meo Collega prædicto rogatus.

96 Allato ad Pontificem Concilij Bononienſis reſponſo, vocatus eſt XXIV. Decembris Sanctior Cardinalium Senatus, in quo re maturiùs per-

,, perpensa, ac discussa (inquit Angelus Massarel-
,, lus) Synodi responsionem, & omnia in ea pe-
,, tita, & iusta, & legitima Pontifex, & sacer Se-
,, natus probauit, ac iudicauit.

Habito dein XXVII. Decembris publico Senatu, ad quem Didacus Mendoza Orator Cæsareus, & alij Regum, & Principum Oratores accessere, Pontifex responsum conceptum, contextumque responso Concilij Bononiensis Cæsari dedit, vt subiecta documenta testantur ore Præsulis, qui à secretis Pontificijs erat.

☞ *Responsio Summi Pontificis data Oratori Cæsareo super petitione Imperatoris de reductione Concilij Tridentum &c.*

M. S. Car. Barb. sig. num. 123. p. 43. Ext. etiam in m. s. Card. Pij sig. 260. p. 21.

Cùm in vltimo Consistorio secreto Illustrissime Domine Orator Sanctissimo Domino Nostro nomine Cæsareæ Maiestatis supplicasses, vt Sua Sanctitas vniuersale Concilium pro salute Germanicæ Nationis Tridentum remittere dignaretur, Sanctitas Sua (sicut Excellentia tua recordari potest) & si fuisset parata statim ad proposita per te (quantum in ea erat) respondere, tamen quoniam ea ipsa non coram Sanctitate Sua solùm, verùm etiam vniuersis his Dominis Reuerendissimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus exponere voluerat, meritò eosdem Reuerendissimos Dominos pro rei etiam grauitate consulendos duxit, & Excellentiam tuam monuit ad redeundum in primo Consistorio pro responso Suæ Sanctitatis accipiendo, qua in re ne longior mora interponeretur, negotium cum eisdem Reuerendissimis Dominis Cardinalibus eo ipso in Consistorio discussit, ac de eorum consilio, & assensu Reuerendos Episcopos, & Prælatos, qui Bononiæ in Concilio sunt, ante omnia consuli debere decreuit, quod sanè statim Sua Sanctitas fecit celeri etiam Tabellario dedita opera ad eos cum literis missis huius tenoris.

Cæsareo in Cong. Cardinalium.

,, Paulus Papa III. &c. Subiectæ sunt literæ ad
,, Cardinalem è Monte exaratæ, quæ ab his ver-
,, bis ducunt exordium. Missus ad nos à Sereniss-
,, simo Cæsare, &c. In fine autem ipsius Breuis
,, sequuntur hæc verba videlicet:
,, Ipsa autem sacrosancta Synodus auxilio Spi-
,, ritus Sancti implorato, solitisque Orationi-
,, bus, ac precibus per Reuerendissimum Domi-
,, num Cardinalem de Monte Præsidentem, &
,, Legatum Concilij antea lectis, ac literis San-
,, ctitatis Suæ prædictis alta, & intelligibili vo-
,, ce, ita vt nemo ipsarum literarum tenorem
,, commodè intelligere non posset, recitatis, ac
,, re in duabus desuper Congregationibus factis
,, discussa in primis quidem humiliter à Sancti-
,, tate Sua, & dicta Maiestate petit, vt quęcum-
,, que ipsa Synodus de hac re, de qua consuli-
,, tur responderit, boni consulere, ac pro Dei
,, gloria, & pace dicta esse conferre velle, dein-
,, deque responderit, quòd cùm constet aliquos
,, Prælatos Concilio è Ciuitate Tridentina ad
,, Ciuitatem Bononiæ legitimè translato ibidem
,, post generalem monitionem, & cætera quæ
,, sequuntur supra in literis Reuerendissimi, &
,, Illustrissimi Cardinalis de Monte ad ipsum
,, Summum Pontificem, vsque ad caput quod
,, incipit: *Alia verò, quæ ad Sanctitatis Vestræ,*
,, *&c.* exclusiuè.

Deindè sequuntur in eadem responsione Pontificis hæc verba, videlicet:

,, 97 Ex quibus quidem Excellentia tua co-
,, gnoscere clarè potest, non posse ipsam Syno-
,, dum de reditu ad ipsam Ciuitatem Tridenti-
,, nam deliberare antequam præmissa omnia di-
,, lucidentur, & declarentur, ac plana fiant, quę
,, tanquam rationabilia, & sanctorum Patrum
,, cæterorum decretis conformia, & ad bonum
,, publicum, & quietem Reipublicæ Christianæ
,, tendentia, & Suæ Sanctitati, & eisdem Reue-
,, rendissimis Dominis Cardinalibus ab ijs, qui
,, se Concilio submiserunt, sicut tua Excellentia
,, asseruit iuxta desiderium dictæ sanctæ Synodi
,, ante omnia reipsa adimpleri, ipsamque deli-
,, berationem præcedere debere videntur.

Responsio Summi Pontificis Oratori Cæsareo super propositione de reductione Concilij Tridentum. Ext. inter acta Conc. Bononien. pag. 44.

,, Quantum autem ad Sanctitatem Suam perti-
,, net, respondet se omnibus studijs, ac votis
,, cupere salutem, pacem, & quietem ipsius Na-
,, tionis Germanicę, sicut iam multis, & claris
,, argumentis ostendit, & ipsi in primis Cęsareę
,, Maiestati cognitum est: ac paratam esse, &
,, semper fore omnia curare, & facere, quæ pro
,, eiusdem Nationis salute ad boni Pastoris, &
,, amantissimi Parentis officium quomodolibet
,, pertinebunt, certò sibi persuadens rem ipsam à
,, sapientissimis, & optimis Cæsare, & Rege
,, Romanorum, nobilissimaque illa Prouincia
,, eatenus peti, quatenùs sine scandalo, & per-
,, turbatione, imò cum pace, & concordia cæte-
,, rarum Nationum, & Prouinciarum, seruata
,, etiam auctoritate Concilij, & libertate Eccle-
,, siastica fieri possit, ad quæ omnia Sua Sancti-
,, tas pro vniuersali eius cura, & officio inuigi-
,, lare vniuersaliter debet.

Datum Romæ in Sacro Consistorio præsentibus omnibus Oratoribus, Regum, Principum, & Rerumpublicarum, qui eo tempore manent in Vrbe. Die XXVII. Decembris MDXLVII.

Ingratum adeò accidit Mendozæ Cęsareo Oratori Patrum Bononiensium, Pontificisque responsum, vt in eodem Senatu de translatione Concilij non legibus, sed vitio, sine iusta causa facta Cęsareo nomine protestationem interpositurus fuerit, nisi Cardinalium ordo intercessisset, vt rem differret, donec id responsum Cæsari renuntiatum esset. Anno sequenti videbimus quid actum fuerit à Cæsareo Oratore circa protestationem; modò tempus est agendi de bello contra Lutheranos fœliciter auxiliante Deo confecto.

,, 98 Igitur prima Ianuarij (inquit Angelus
,, Massarellus in Diario Concilij Tridentini)
,, nuntiatum, quòd Vlmensis Ciuitas Germa-
,, niæ fecerit deditionem Cæsari, quæ Ciuitas
,, præcipua est ex Lutheranis Ciuitatibus, ideò
,, magni momenti res existimatur, quare inti-
,, matur Missa solemnis pro crastina die, vt Deo
,, gratiæ reddantur.

MS. Arch. Vat. pag. 193.

Tertio Nonas Ianuarij Vldericus Wittembergensis Dux extremo superiore anno reconciliationem pactus ad Cæsarem accessit, veniam defectionis petiturus, qua donatus, fœdus cum Saxone, & Landgrauio damnauit, decretisque Cæsareis de Republica latis, ferendisque pariturum se pollicitus est nonnullis Arcibus suis oppignoratis. Post Wittembergensem plures Vrbes, Memminga, Rauensburgum, Campodunum, Isnenses, Argentoratenses Legatis missis ad Cæsaris obsequium procubuere, quibus fęlicibus successibus auditis, Pontifex grates Deo solemni ritu persoluit, supplicationesque Romę decreuit, subiectisque literis victori Cæsari est gratulatus.

Francisc. Belcar. l. 24. n. 31. Surius in comment. hoc anno. Natal. Comes l. 2.

Paulus III. Cæsari gratulatur ob res bellicas contra Lutheranos benè gestas.

Imperatori.

☞ Chariſſime, &c. Venerabilis Fratris Hieronymi Archiepiscopi Rossanensis apud Maiestatem Tuam Nuntij nostri literis, & multorum sermone

Paul. III. lib. brev. anno 14. pag. 16.

Digitized by Google

ne cognouimus,eos iam esse exitus rerum Germanicarum, effectumque, huius iustissimæ, sanctissimęque expeditionis, vt omnia tuo imperio, & voluntati prona iam admodum, & parata sint, & vt impij homines, qui neque contenti violasse cultum, & veritatem Catholicæ Fidei, & Religionis, etiam contra tuam auctoritatem, Imperatoriamque iurisdictionem arma sumpserant, ducesque sese multorum siuè errori, siuè furori in hoc crimine præbuerunt, nunc tua virtute, consilijsque domiti, atque victi, aut confugiant ad deditiones, atque preces, aut salutis suæ præsidium in fuga, & exilio ponere cogantur; quo nos nuntio, omnibus prosperis euentibus Maiestatis Tuæ, incredibile penè est, quanta lætitia affecti fuerimus, ac iure istud quidem, etenim videtur hæc quoque victorię, & fælicitatis gratulatio ad nos aliqua ex parte pertinere, qui nostra tecum socia arma coniunximus ad retundendos vtriusque nostrum hostes, quantumque potuimus copijs, atque auxilijs, & causam sanctæ Religionis tutandam suscepimus, & in Tua auctoritate non vindicanda solùm, verùm etiam augenda, & amplificanda non destitimus iam sæpiùs omnem curam, & omne studium adhibere, sed nos nihil proprium nobis, nec separatum quærentes, hoc vno potissimùm lætamur, quod cernimus, Charissimum filium nostrum, suæ eximiæ virtutis, suæ patientiæ, sui fortissimi animi eos fructus capientem, qui maximi in hac vita, & vberrimi semper existimati sunt, laus enim, & celebritas, & prædicatio rerum fortiter, sapienterque gestarum summum semper virtutum præmium esse consueuerunt, quod quidem præmium tum maximè est optabile, cùm est cum honore Dei Omnipotentis, & cum laude pietatis erga ipsum Deum coniunctum, quæ Tibi quidem omnia fæliciter assuerunt, nam & iustitia, & Religio armis tuis, & virtute defensa est: & in difficillimis rebus, asperrimisque periculis tantam constantiam, fortitudinemque præstitisti, vt nihil maius ne cogitari quidem possit, & tàm admirabili erga Te Dei benignitate, & gratia es vsus, vt cum maximis periculis Te inuolutum timebamus, tùm maximè ab omnibus periculis Te liberum intuemur, in quo nemo est, qui non intelligat præsentem Dei opem, cœlestesque præsidium Tuis iustissimis armis, sanctissimisque non defuisse, itaque nos initio rerum benè succedentium Tuarum, cùm speraremus Dei clementiam pijs consilijs tua ope subuenire Diuina re superioribus diebus celebrata, supplicationibusque per totam Vrbem indictis & gratias ei egimus Tuo nomine, quòd à nobis optatam, atque expectatam benignitatem erga Te suam ostendere iam cœpisset, & de reliquo precati sumus, vt in fauendo, & secundando actiones Tuas plenum suum beneficium ad nos vellet peruenire, cuius iam voti, & desiderij compotes facti post gratias Deo actas, Tibi, charissime fili, pro nostra summa erga Te beneuolentia, & in cunctum Christianum nomen pietate plurimùm in eodem Deo, Dominoque gratulamur, & pariter optamus, vt sancta, & Catholica Religio multis locis, rebusque labefactata Tua diligentia, ope, auctoritateque in integrum reponatur, vetusque Dei cultus in ipsa Germania, vnitasque Christianę fidei, quemadmodum Te facturum recepisti, restituatur, quod erit Tuorum factorum clarorum, atque magnorum tanquam apex quidam, absolutaque perfectio: nos autem iam confecto penè bello, rebusque tuis optimè, vt cernimus, constitutis, eam manum militum, quam auxilio tibi miseramus ad paucos iam redactam reuocare ex Germania instituimus eo animo, vt cùm alia sese occasio obtulerit, & simile aliquod bellum aduersùs Christianæ Religionis hostes susceperis, Tibi, vt hactenùs fecimus nunquam pro nostris, & Apostolicæ Sedis viribus simus defuturi. *Datum Romæ XXII. Ianuarij MDXLVII. anno XIII.*

99 XXVIII. Ianuarij Augusta Vindelicorum ad Cæsaris obsequium reuersa est, vt refert Diarij Tridenti auctor his verbis. *Diar. Con. Trid. pag. 302.*

„ I. Februarij nuntiatum est Tridenti qualiter „ die XXVIII. Mensis præteriti Ianuarij Ciui- „ tas Augustana dedisset se in gratiam, & di- „ scretionem Cæsaris, & quòd eam Cæsar in „ suum arbitrium recepit. Ciuitas hæc est vna „ de illis, quæ plurimùm infensa fuit Imperatori, dùm hactenus bellum inter ipsum Cæsarem, & Landtgrauium gestum est, & vna „ magis Hæretica, & Lutherana ex omnibus Ciuitatibus Germaniæ. Deo igitur gratias agamus. *Augustæ deditio.*

100 Licèt verò latiùs victoriam proferret Cæsar, ac perduelles plures Vrbes parere sibi cogeret, nondum tamen confectum erat bellum: nam Fridericus Saxoniæ Dux copias ad suam Ditionem aduersùs Ferdinandum Regem, Principemque Mauritium recuperandam conuerterat, vsusque fælicitate, non hostes modò dispulit, atque amissa in Thuringia, & Misnia recuperauit, verùm etiam subegit ditionem Mauritij Principis exceptis Dresda, & Lipsia, cuius obsidionem decima octaua Ianuarij soluit, tùm ad deturbandum Bohemia Ferdinandum, artes, viresque instruxit, plures enim Bohemos ad suas partes pellexit, Ioachimicam vallem æris, argenti, aurique feracem Ferdinando eripuit, adeòque in Ferdinandum serpsit rebellio, vt Casurgij partium Saxonicarum studiosi Comitia inierint. Scribit etiam Angelus Masarellus XIII. Aprilis Bononienses Legatos excepisse literas [Quòd Bohe- „ mi rebellassent Regi Ferdinando, peterent- „ que in Regem Maximilianum ipsius filium.] Addiderat ijs animos Alberti Marchionis clades, qui cùm Rocanizzi, quod deditione ceperat, cum copijs ageret, blanditijs Biudæ fœminæ Principis Philippi Landgrauij sororis delinitus, illususque rem bellicam ignauè tractauit, dùm illa Fredericum Saxonem de omnibus fecit certiorem, quo irruente cum exercitu generoso, & militari magis, quàm prudenti consilio vsus, copias in planitiem vicinam Vrbi eduxit, commissoque prælio fusus, captusque est cum Christophoro Lichtembergensi, prona inde omnia ad victorem fuere, ac Praga a Ferdinando defciuit, adeò, vt seditiosi filias Ferdinandi in Arce obsederint, quibus aduersis fractus Ferdinandus citam fratris Cæsaris opem imploravit, qui mox Norimbergam venit, secundaque Ciuium gratulatione exceptus, aliquot diebus ad infirmam valetudinem confirmandam hæsit, demumque ad Ægram Bohemiæ Oppidum Ferdinandi Regis, & Mauritij Principis copias suis coniungit, florentissimo itaque succinctus exercitu Fidericum Ducem Saxoniæ viribus imparem persequi constituit. Posuerat ad Milburgum in vlteriore Albis ripa castra Fridericus Saxo, cùmque latior fluminis alueus iungi constrato nauiculis ponte non posset ad intercipiendas hostium naues, decem *Diar. Con. Trid. & Bononien. mss. Arsi Var.* *Inuasa à Saxone Bohemia.* *Saxonem Cæsar persequitur.*

Hispa-

Hiſpani admirandum facinus ſunt aggreſſi, nam exuti veſtibus gladios ore tenentes mordicùs in Scaphas euaſere, ac vt erant nudi triginta tres Saxones armatos confodere, nauesque adduxere, & vado à Paſtore præeunte oſtenſo, Cæſar cum equitatu in aduerſam ripam non ſine ſingulari Diuina Prouidentia traiecit, nam non multo poſt tempore vado traijci non potuit, dum verò tardiùs traduceretur peditatus, ne hoſtis fuga auolaret, Cæſar cum ſolo equitatu in eum irruere decreuit victoriam in celeritate poſitam ratus, antequam aut Wittembergam, aut Gotham ,, ſe ſubducere poſſet. [In ipſo autem itinere ,, (inquit Surius) dum hoſtes inſequitur, in ſta- ,, tuam Chriſti è Cruce pendentis, cuius pectus ,, tormenti globulo traiectum erat, id ille pius ,, Princeps conſpicatus, magno animi dolore ,, correptus ſuſpicit in Cœlum, & O Deus! ,, (inquit) modò velis facilè potes tantum ſce- ,, lus vlciſci: ſicque cœptum proſequitur iter.] Facta in hoſtes impreſſione, eam Lutherani non ſuſtinuere, eorumque equites in fugam effuſi peditatum cædi, ac prędę obiecerunt, maxima eorum pars in Syluam Lochanam ſe proripiens arma proiecit, vt pondus inutile fugienti, adeò vt eorum multitudo curſum victoris in nemore retardaret, maior in infectando, cædendo, capiendoque hoſte, quàm in pugnando fuit labor, ac Fridericus ille Saxo, quem Hæreſis ita inflarat faſtu, vt affectaret Imperium, & Cæſarem per ludibrium Carolum à Gandauo, qui ſe falsò Cæſarem dicebat, appellaret in literis publicis, captus eſt cùm in vultu fauciatus eſſet, adductuſque ad Cæſarem ſuperbos ſpiritus fregit, nudatoque capite veniam precari coactus, Cæſaris clementiæ ſe commendauit. Cui Cæſar, illum pro meritis habitum iri, reſpondit, captus vnà cum eo eſt Erneſtus Dux Brunſuicenſis, capta eſt vniuerſa ſuppellex bellica, multa ſigna legionaria, & equeſtria capta victoriam nobilitarunt, quinquaginta tantùm equites in prælio Cæſar amiſit, atque ob facilitatem celeritatemque partæ victoriæ, cuius gloriam Numini acceptam referebat, Iulij Cæſaris in Pontico triumpho decantata verba, ſed ob veram pietatem paulò immutata vſurpauit: *Veni, vidi, Deus vicit*. Fuit autem is dies vigeſimus quartus Aprilis, à cuius hora vndecima ad ſeptimam noctis pugnatum eſt quindecim milliarium interuallo, quod Saxones ab Albi fluuio in ſuo receſſu pugnando confecere: poſtero die intercepta ſunt ſex hoſtium tormenta bellica, atque ex itinere Torga in deditionem accepta: ad Wittembergam denique Lutheranæ hæreſeos ſentinam, ac rebellionis fornacem belli moles incubuit, adductis ad eam vniuerſis copijs: hanc Saxo viginti quinque annorũ flexu firmiſſimis propugnaculis ita communierat, vt diuturnam obſidionem toleratura videretur. Iuſſus Fridericus Saxo, intentato capitali ſupplicio, vt eam ad deditionem adigeret, reſpondit libertatem animi non ademptam ſibi, licèt corporis libertatem amiſiſſet, relictum id Cæſaris poteſtati, vt eam vi expugnaret.

Vincit Carolus V. Lutheranos, & Io. Fridericus Dux Saxoniæ captus eſt.

Lib. breu. 13. pag. 167.

101 Accepto ſuperioris victoriæ nuntio maximam lætitiam hauſit Pontifex, cùm Religionis cauſa ad conficiendum id bellum ipſe copias ſubminiſtraſſet, ac ſolemnibus ſupplicationibus decretis ſolemnes grates Deo egit, Cæſari verò de Lutheranæ ſectæ ſignifero Saxone capto gratulatus eum hortatus eſt, vt ad Religionem Catholicam priſtino in Germania ſplendori reſtituendam incumberet. Vt ſcriptæ in eam ſententiam ſubiectæ literæ oſtendunt.

Imperatori.

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 168.

Chariſſime &c. Cùm audiuimus nuntium de Tuæ Maieſtatis rebus contra Catholicæ fidei impium hoſtem Ducem Saxonum geſtis, ea, quæ Nobis erant optatiſſima, referentem, ſummam quidem, & ſingularem lætitiam cepimus, quòd talis victoria non ſolùm Tuo nomine ampla, & Chriſtianæ Reipublicæ vtilis, ſanctæque Apoſtolicæ Sedi, in qua Diuina Prouidentia præſidemus, in primis opportuna & commoda accidiſſet, ſed auxit etiam gaudium, & iucunditatem animi Noſtri, quòd per eum eſſet parta, in quo Nos vno Principe, & fortiſſimo omnium & maximo ſpes tranquillitatis publicæ iamdiù repoſuimus. Gratulamur itaque Tibi, fili Chariſſime, de tàm inſigni parta victoria, Nobiſque gaudemus, ea enim eſt, quæ non ſolùm refringit impietatis germina, ſed & radices totas penitùs extirpat, caput enim ſceleris, origo omnis improbitatis iſte Saxoniæ Dux fuit, cuius Tu pertinaciam conſtantia tua, impietatem, iniquitatemque admirabili quadam virtute, patientiaque repreſſiſti: itaque, quod in Pharaonem egit Deus, vt illum compluribus damnis, pœniſque admonitum cùm videret non poſſe corrigi, extremo tandem exitio, manifeſtoque mactaret, id retulit in hunc Saxonem, qui ipſo illo Pharaone deterior non alienam Religionem ſupplicijs infectatus eſt, ſed ſuam ſanctam, atque veram in ſeipſo corrupit, adiunxitque ad rebellionem, quam aduerſus Deum ſuſcepe at, etiam illam, qua Tibi ſuo iuſtiſſimo, digniſſimoque Imperatori arma impia inferre eſt conatus. Deus igitur illum iuſto, ſeueroque iudicio ſuo in manus Tuas traditum Tuæ poteſtati ſubiectum eſſe voluit, vt qui ſuperbia tumens omnia Diuina, & humana iura ſpernebat, nunc ſe intelligat eis legibus ſubiectum, non quæ bonis præmia, ſed quæ impijs, & nefarijs ſupplicia ſcelerum proponunt, & minitantur. Quod Nos opus verè Dei eſſe, & fuiſſe agnoſcimus, neque verò Tu aliter (vt opinamur) intelligis. Quamobrem, Chariſſime fili, cum ſignis iam certiſſimis videas, atque intelligas, quàm ſit pijs, & ſanctis expeditionibus fauens, & propitius Deus, perge quæſumus frui hac tanta ipſius erga Te & beneuolentia, & gratia, & ea, quæ Tibi ſęliciſſimè proceſſerunt, ad illius honorem, gloriamque conuerte; primò, vt qui à Catholica fide receſſerunt ad veritatis lucem reuertantur, deindè, vt qui ſemper impij, & Chriſti hoſtes perſtiterunt, vt antea Nos ſuis minis, armiſque terrebant, nunc timere ipſi viciſſim Tuam virtutem, potentiamque cogantur, quarum certè rerum, & multarum aliarum præterea ſumma Tibi facultas ab eodem Deo data eſt, quam Tu optimè rectiſſimèque tuebere, ac diriges, ſi pacem inter Chriſtianos tutam inuiolatamque conſeruans, ſtudium, ac vires Tuas, & iſtam ſingularem animi magnitudinem, qua es præditus, prudentiamque qua polles ad propagandum Chriſtianum nomen inter Barbaros, veteremque Chriſtianę Reipublicę dignitatem recuperandam conferes, atque adhibebis, quod Tibi ex Noſtra voluntate, & ex Chriſtianę Reipublicę vtilitate quieteque ſęliciter eueniat, Deum eundem Omnipotentem ſupplicationibus publicè habitis, & omni cum pietate deprecati ſumus, & ſemper deprecabimur. *Datum Romæ &c. XXX. Maij MDXLVII. Anno XIII.*

102 Nec

Digitized by Google

102 Nec modò Romę, ſed etiam Bononię à Patribus Concilij Bononienſis pro Cęſarea victoria redditas Numini gratias narrat Actorum Concilij Bononienſis ſcriptor Angelus Maſſarellus.

„ Recurrente XXII. Maij à Cardinale S. Cru„ cis ſolemni ritu Sacrum peractum eſt, gratiæ„ que redditę Deo, qui accerrimum hoſtem Ca„ tholicę Eccleſię ducem Lutheranorum in Cę„ ſaris poteſtatem redegerit.] Tùm ſubdit Author.

„ XXVIII. Maij receperunt literas (nimirùm „ Legati) ex Germania à D. Verallo XV. in„ exercitu Cęſareo datas, quibus ſignificat, „ quòd Imperator dederit libertatem Duci Io„ anni Friderico Saxonię, his adiectis conditio„ nibus, quòd maneat in Curia Cęſarea, vel „ Principis Hiſpaniarum filij Imperatoris; quòd „ det omnia loca munita ſui Ducatus in poteſta„ tem Cęſaris; quòd reddat, quod abſtulit de„ bonis Eccleſiarum, & de alijs Principibus; „ quòd promitat ſe recepturum quoad Religio„ nem, quod in Concilio generali determina„ tum fuerit; quòd cedat Electoratum Imperij „ fratri ſuo Mauritio; quòd de ſuis redditibus „ tantùm quinquaginta millia florenorum ha„ bebit, cætera Regi Romanorum, & fratri ſuo; „ quòd ſolvat ad præſens Imperatori quingenta „ millia florenorum.

Saxo vinculis laxatus.

103 His conſentientia tradunt alij Scriptores, pro Saxone acceſſiſſe demùm concordię Interpretes, ac venię deprecatores Ioachimum Electorem Brandeburgicum, & Cliuenſem Principem, cuius ſoror Saxoni nupſerat, & capitalem ſententiam ob affectatam tyrannidem commutatam eſſe ijs legibus, vt Wittemberga deditionem faceret, atque omnem bellicarum rerum apparatum, & tormenta ænea minora, & maiora, quorum maxima erat multitudo, traderet, Gotha arx inexpugnabilis æquaretur ſolo, cederet Electoris dignitatem cum omnibus Oppidis ad Electoris ditionem pertinentibus, illi verò ad tuendam vitam, familięque ſplendorem aliquę Arces, & Agri, & Oppida in Thuringia reſeruata, porrò Electoralis dignitas Saxonica in Mauritium Principem transfuſa eſt.

Leges illi impoſitæ.

Dum hęc ad Wittembergam gererentur, Ferdinandus Rex tribus equitum, peditumque ſex millibus receptis, Bohemos tumultuantes, qui illius iugum excutere, deficereque ad Saxonem meditati erant, Friderici aduerſis caſibus fractos, & conſternatos compeſcuit, redegitque ad officium, maximè cùm Cęſar eorum Oratores apud Halam venientes pacem cum Ferdinando fratre, cui nunquam eſſet defuturus, tranſigere iuſſiſſet, niſi extrema experiri vellent: de qua victoria Pontifex Ferdinando ſubiectis literis gratulatus, hortatuſque eſt, vt conſtabilita Religione Catholica, oppreſſaque hęreſi ſempiterna trophęa in Cœlo ſibi excitaret.

Bohemi ad officiũ adacti.

☞ *Regi Romanorum.*

104 Chariſſime &c. Cùm acceperimus, Serenitatem Tuam Dei Omnipotentis auxilio, & virtute ſua Bohemos ſubditos ſuos, qui perfidioſiùs ſe gerere, & Tuo imperio obtrectare velle videbantur, rurſùs in ditionem, & poteſtatem tuam redegiſſe: atque ea illis iam fræna impoſuiſſe, quę ab ſeſe excutere, & à quibus ſe exoluere nullo modo poſſent, ſanè affecti ſumus non mediocri lętitia, quòd duorum præſtantiſſimorum fratrum ductu, atque imperio duę fortiſſimę Nationes maximo cum Chriſtianę Reipublicę commodo pacatę, & ad fidem atque officium reuocatę ſunt, quarum alteram longè maximam, & potentiſſimam ſummus Imperator frater tuus, alteram Tu graviter tumultuantem, & perturbatam veſtro conſilio, virtute, vigilantia ferre iam fidelitatis, & obedientię iugum, & ius ſuperioris poteſtatis recognoſcere docuiſtis, quo Nos nihil arbitramur Reipublicę Chriſtianę hoc tempore potuiſſe euenire optabilius; nam cùm illarum Nationum atque Gentium vi, atque ferocitate inter ſeſe diſſidente, & domeſticis ſeditionibus agitata, magnum ex ea re periculum Reipublicę ab hoſte Turca imminebat, tùm verò vtraque prauorum hominum fraude, & perniciosis conſilijs à vero Dei cultu, & fidei Catholicę vnitate magna ex parte diſtracta, alio etiam propiore periculo Nos terrebat, quod videbamus, & dolebamus ferè quotidiè ob eius mali contagionem magnum numerum fidelium animarum Deo eripi, & illius, noſtroque perpetuo aduerſario Sathanæ ab hominibus impijs acquiri, cui nunc tanto malo veſtra & victoria, & ſapientia prouiſum fore ſperamus, atque confidimus, itaque vt Sereniſſimo Cæſari proximis his diebus per litteras, & Nuntios gratulati ſumus, ſic nunc Tuę Serenitati, fili Chariſſime, ex animo gratulamur, Tibique iſtam rem, & actionem Tua virtute digniſſimam benè, ac proſperè in perpetuum euenire cupimus, Deumque Omnipotentem, cuius cauſam vnà cum Tua ſuſcepiſti, atque egiſti, ita effecturum non dubitamus, vt exitus huius victoriæ Tibi ſemper commodus, atque iucundus, populis autem per Te compreſſis, atque pacatis etiam ſalutaris ſit. Sed cùm videas, atque intelligas, & Tua prudentia, & ipſo rerum ſucceſſu eruditus, eos, qui ſe à Catholicæ Eccleſiæ obedientia ſeiungunt, ne Regibus quidem, ac Principibus fidem ſeruare poſſe, quod Deo Summo Regum omnium poſthabito, & neglecto, facilis deinde eſt mobilibus populis ab inferioribus Regibus defectio, eſt iam Tui Catholici animi Chriſtianique conſilij proprium ita dirigere, & gubernare populos illos, vt primùm & ante omnia ad rectum Dei cultum, & priſtinam, & Catholicam Religionis Chriſtianæ obſeruantiam reducantur, quod quidem certè in poteſtate Tua totum eſt, & ob hanc præcipuè cauſam, vt non fruſtra credimus, eos Deus Optimus Tuæ poteſtati penitùs ſubiectos tradidit, vt cùm Tu in eorum corpora, & fortunas poteſtatem haberes, illorum animas pretioſiſſimam generis Chriſtiani partem ipſi eidem Deo illarum Creatori, & Redemptori reſtitueres, in quo actu præclaro, atque eximio, & Tuæ illuſtris victoriæ fructus ſempiternus, & Regni Tui præcipuum, vt quoque intelligis, ſtabilimentum conſiſtit. Nos quidem, Chariſſime fili, omni noſtra benevolentia, paternaque charitate, & laudibus Tuis fauemus, & omnia Tibi proſpera, ac fœlicia tùm apud Deum, tùm apud homines & optamus, & precamur. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum XXIX. Iuly MDXLVII. Anno XIII.* ☜

Paulus III. lib. breu. an. 13. pag. 167.

105 Indicti fuere ad VI. Iulij Conuentus à Ferdinando in Arce Pragenſi, in quibus Magiſtratus, ac Nobiles ſupplices aſſuere, & in gratiam admiſſi, fœderatorum verò Princeps Pflugius proſcriptus eſt, illiuſque caput quinque millibus aureorum licitatum. Edomandus ſupererat Cęſari Philippus Landtgravius Haſſię, in quem cùm victricia ſigna attollerentur, is extremo perfuſus terrore, cùm antea varias concordię leges irrito

Surius in comment.

Hassius à Cæsare veniam poscit.

exitu propoſuiſſet, vnicum conclamatis rebus ſuis in Cæſaris clementia relictum præſidium arbitratus, ad Cæſarem apud Halam Saxonicam centum equitibus ſtipatus venit, prouolutuſque in genua, quem antea Cæſarem negauerat, verbis honorificentiſſimis Cæſarem appellauit, fidemque ſacramento ſolemni addixit, is verò à Cæſare capitali pœna, & proſcriptione, & carceribus perpetuis abſolutus eſt: eduxerat verò antea è carcere Henricum Ducem Brunſuicenſem, in quo diù illum tenuerat, qui illi ſpectaculo interfuit, cùm ex omni ditione quatuor Arces delectas dare iuſſus erat, diruere aliqua munitiora loca, centum quinquaginta aureorum millia refundere, ac tormenta omnia bellica rhedis ſubuehi ſolita (quæ plura quàm ducenta erant) tradere, cùm verò ſe libertate potiturum, atque omnis periculi immunitatem adeptum opinaretur, temporario carceri mancipatus eſt, quod ægrè Ioachimus Brandeburgicus, & Princeps Cliuenſis tulere, quaſi fides data violata eſſet, ſed ſcriptis ſuis reuicti ſunt, in quibus vnius literulæ Germanicam vocem immutantis vim non ſatis perpendiſſe animaduerterunt, in hanc verò calamitatem Lutherani concionatores vtrumque Principem Saxonem, & Haſſium coniecerunt. Cæſar dirutis Landtgrauij munitioribus locis, tormenta bellica, quæ in hoc bello ceperat, ita diſtribuit, vt trecenta in Belgium, quinquaginta Mediolanum, totidemque Neapolim tranſmiſerit. Audita florentiſſimæ huius victoriæ mentione Paulus Iouius, ita hiſtoriam ſuam clauſit. [Cæſar bellum quod inferebatur, conuerſis rebus, ita hoſtibus intulit, vt protracto bello per aliquot menſes, fractoque Germanorum impetu, quùm nuſquam iuſto bello eſſet dimicatum, Germania omnis intra Danubium, & Albim, & Rhenum incredibili fœlicitate, gloriaque ſubacta ſit, vtroque etiam Duce, eo rerum exitu, vt ipſis vinctis, atque productis, nobiliſſimum de ſubacta Germania triumphum, quem Romanis olim Ducibus denegatum conſtat, inſtruere potuerit.] Ornatum fuiſſe Carolum V. à Pontifice, maximi & fortiſſimi cognomine refert Surius, nec immeritò, cùm Saxoniam omnem tribus menſibus ſibi parere coëgerit, quam Carolus Magnus ægrè triginta annis domuerat. Cùm verò Cæſaris beneficio Henricum Brunſuicenſem è Landtgrauij carcere liberatum accepiſſet Pontifex, illi gratulatorias haſce literas de ſuperata aduerſa calamitate dedit.

Paul. Iouius l. 45.

Leges illi datæ.

☞ *Dilecto filio Nobili Viro Henrico iuniori Duci Brunſuicenſi, & Luneburgenſi.*

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 86.

Dilecte fili Nobilis Vir, ſalutem. Ad noſtram de communi noſtra victoria contra Lutheranos Eccleſiæ, & fidei hoſtes lætitiam non paruus cumulus acceſſit tua, fili dilecte, liberatio, per quam te nobiliſſimum, & religioſiſſimum Principem Nobis, & eidem Catholicæ fidei reſtitutum gaudemus, ſicut antea indigno caſu, & nefaria tuorum proditione interceptum ab hoſtibus fuiſſe dolebamus. Itaque te tua hac libertate non ſolùm tibi, quem ſemper amauimus, verùm etiam Nobis, & huic Sanctæ Sedi, ac Religioni ipſi Catholicæ ex magno animo gratulamur, quando ad nobilitatem, virtutem, & auctoritatem tuam pientiſſimum hunc animum adiunxiſti, vt te ſemper Catholicæ fidei, & ſacroſanctæ Eccleſiæ Athletam, & Propugnatorem fore polliceris, de quo Nos, ſicut nunquam dubitamus, ita nunc tuæ in Deum pietati, & in hanc ſanctam Sedem obſeruantiæ Paterno ſemper affectu, & ſingulari benuolentia reſpondiſſe. *Datum Romæ apud S. Marcum XIII. Auguſti MDXLVII.* ☜

106 Aſſeruit Henricus Princeps in ſua ditione Religionem Catholicam, quam Lutherani depreſſerant, erexit pariter ſeſe res Catholica in Archiepiſcopatu Colonienſi, deturbato impio Hermanno, in eiuſque locum Adolpho ſuffecto, de cuius præclariſſimis laboribus hæc refert Surius. [Vbi ad eam peruenit dignitatem, mox Religionem veterem in tota Diœceſi reſtituit, Lutherana commenta prorsùs aboleuit, & verum Paſtorem re ipſa ſe declarauit; id quidem maturè accidit præclariſſimæ Diœceſi, quæ iam multis locis ita erat nouis dogmatibus infecta, vt difficilis omninò curatio videretur, niſi Deus manum appoſuiſſet ſuam.] Recuperauit tum Iulius Pflugius Nurembergenſem Epiſcopatum, cui Nicolaus Amſdorffius deterrimus Lutheranus incubabat, Auguſtæ etiam & in alijs nonnullis locis, in quibus impiorum tyrannide Religio oppreſſa erat, refloruit, ac certè ad priſtinum ſplendorem illius reuocandæ ſpes affulgebat, niſi grauiſſimæ inter Pontificem, Cæſaremque ſuſpiciones, diſſenſioneſque de loco Concilij, cui in Auguſtanis Conuentibus à Cæſare ad Kal. Septembris indictis Lutherani ſe ſubmiſere, nouæque de Pontificia Cæſareaque auctoritate ventilatæ lites emerſiſſent, tantæque victoriæ fructum corrupiſſent.

Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis Archiepiſcopatu priuatur. *Sur. in comment.*

Religio Catholica in pluribus Vrbibus floreſcit.

Lutherani victi Concilio ſe ſubijciunt.

Obortæ ſunt huius anni principio grauiſſimæ bellorum ſuſpiciones inter Franciſcum Gallorum Regem, & Cæſarem in Italia, cùm Gallis Cæſare Germanico bello implicito nouandarum recuperandarumque rerum amiſſarum in Italia occaſio eximia non deeſſet, maximè cùm grauiores tumultus Neapoli aduerſùs Petrum Toletanum Proregem ſacræ Cenſuræ Tribunalia more Hiſpano inſtituere meditantem excitati eſſent, tùm etiam Genuæ maximi ciuiles motus exorti erant, ad quę auertenda mala, tùm ad rem Catholicam erigendam duos Cardinales Legatos Sfondratum ad Cęſarem, & Sancti Georgij ad Franciſcum I. XXV. Februarij decretos refert Ioannes Franciſcus Firmanus.

Pro pace tractanda Legatos creat Paulus III. *Fran. Bilcar. l. 24. num. 45. Ib. n. 32. Io. Franc. Firman. de Mater. m.s. Diar. Arch. Vat.*

107 Erupit Genuę menſe Ianuario atrociſſima coniuratio, quę ſi è meditato conſilio ſucceſſiſſet, Cęſareę res in Italia in extremum diſcrimen erant adductę, iniquiſſimo quidem tempore, quo Cęſar Lutherano bello implicitus erat, ſed Diuina Prouidentia periculum omne in coniurationis principem detorſit, adeò vt in ipſo victorię articulo non hoſtili virtute, ſed improuiſo caſu infeliciſſimè perierit. Is fuit Ludouicus Fliſcus Lauanię Comes, qui Aurienſis familię fœlicitate perſtrictus, eiuſdemque faſtu laceſſitus, in illius internecionem Verrina ſuaſore conſpirauit, Genuęque Principatum affectauit: non defuere illi artes, quibus Genuenſem iuuentutem ſingulari comitate ſibi deuinciret, populique conciliaret voluntates, tùm à Franciſco Gallorum Rege clandeſtino dolo, ſubminiſtratiſque opibus incitari creditus eſt, eiuſque clientelę ſe commiſiſſe, vt Andrea de Auria, qui olim & Claſſem Gallicam, & Genuam, & ſpem obtinendę Neapolis abſtuliſſet, trucidato Galli Regis iniuriam vindicaret, Claſſeque occupata vnà cum Maſſilienſi Claſſe tumultuantem Neapolim aduersùs Petrum Toletanum Proregem ad Gallo-

Vbertus Folieta in vita Andreæ Auriæ. Ludouic. Guicciard. in comm. Bizzar. l. 22. hiſt. Genuen. Natalis Comes l. 3. Panuin. in Paulo III. Lud. Cauitell. in hiſt. Crem.

Fliſci coniuratio.

Belcar. lib. 24. n. 32.

rum

Digitized by Google

Parmenſis ea ſe implicat,

rum vetus imperium reuocaret. Huius coniurationis ſocietati acceſſiſſe exiſtimatus Petrus Aloyſius Farneſius, qui ad Parmę, & Placentię Principatum euectus fuerat, vt infeliciùs periret, is verò acceptis à Ioannitio de Auria iniurijs irritatus fuerat, nam Ioannitius quatuor Triremes Pontificias proditione iam antè interceperat, & quamuis à Cęſareis Adminiſtris increpitus eas reſtituiſſet, iniurię tamen dolor altè fixus in animo hęſerat, tùm Cęſari infenſus erat, quòd Parmę, & Placentię munus à Pontifice collatum Auguſta auctoritate confirmare nunquam voluiſſet, adeòque ad Galliças partes ſe conuerterat.

Pannin. in Paulo III.

108 Itaque in Parmenſi, & Placentino agro contractę fuere copię, quę Ludouico Fliſco ſubmitterentur ad meditata contra Aurienſem familiam conſilia perducenda, proptereaque Cęſarei in Pontificem velut Gallicarum partium ſtudioſum, particìpemque huius coniurationis grauiſſimas ſuſpiciones concepere. Comparatis igitur copijs Ludouicus Fliſcus, & factionis ſuę Viris in varias ſtationes noctu diſtributis ipſe, vt erat auidus gloriæ, ad Cęſaream Claſſem occupandam animum adiecit, ac ſuccinctus armatis triremes quatuor occupauit, in Prætoriam verò triremem cùm aſſiliret, ac tabula idoneis retinaculis non eſſet deuincta, ex triremis fluctuatione gliſcente tabula non in ſperati Imperij ſolium conſcendit, ſed in profundum gurgitem merſus, atque vt erat armis onuſtus in ima reuolutus perijt, nec ſuorum ope inani ex inſperatę calamitatis abyſſo emergere potuit. Audito claſſicorum tumultu Ioannes, ſiuè Ioannitius de Auria malè inſtructus armis, è ſuburbano agro ad portam Thomaſiam procurrit, quæ cùm à coniuratis occupata eſſet, ab ijs contrucidatur, quo triſti caſu perculſus Andreas de Auria, antequam coniurati irruerent, à ſuis in equum ſubuectus fuga ſalutem ſibi peperit, interea in Ciuitate grauiſſima ſeditio nocte illa coorta eſt Ciuibus in contraria ſtudia diſtractis, ſed cùm coniurationis princeps non compareret, Cęſarei Adminiſtri, qui fugam iam adornabant trepidi, collectis ex terrore animis, viribuſque auctì coniuratos in fugam compulere, partim militari factione abiectis armis diſcedere coëgerunt; verùm cùm ea factio (licet ſacramento confirmata) iniquè extorta diſceptaretur, poſtea reſciſſa eſt, ac legum ſeueritas in Hieronymum Fliſcum, & Verrinam ſecuri percuſſos diſtricta eſt, ſocijque proſcripti fuere. Contrario rerum exitu audito Gallorum Claſſis, quæ Neapolim petitura erat, Maſſiliæ ſe continuit, ac Neapolitani ſeditioſi ſiluerunt, & quia vehemens ſuſpicio de Pontifice concepta erat, Ludouici Fliſci ſcribæ acerbiſſimè in equuleo torti ſunt, vt rem arcanam panderent, ſed nunquam quippiam ab ijs de Pontificis ſocietate aliqua exprimi potuit, odiorum itaque

Verſa in Parmenſę odia.

omnium fax Petro Aloyſio Farneſio Parmenſi Principi adhæſit, qui cum Gallis fœdus iunxiſſet, atque ad eum malè perdendum Cæſarcorum Adminiſtrorum ſtudia conuerſa ſunt.

109 Accenſa eo magis erant odia, quòd Pontifex inclinaſſe in Gallorum partes videretur, nam cum Henrico Rege affinitatem contraxerat, exeunte Iunio, conciliato opera Legati Capitiſferrei inter Horatium Farneſium Nepotem ex Duce Caſtri, & Dianam filiam Regis nothamMatrimonio, Gallorumque, quos ad Bononienſe Concilium pellexerat, viribus fretus non aſſentiebat Cęſareis poſtulatis, vt Concilium

Diar. Con. Trid. & Bonon. p. 137.

transferretur Tridentum, Octauiumque Nepotem ducem Pontificij in Germania exercitus aduersùs Lutheranos è Caſtris Cæſareis reuocarat, quem VII. Septembris tribus diebus antequam pater trucidaretur receſſiſſe narrat Angelus Maſſarellus.

Paulus factione Gallica malè implicitus.

Non defuit verò Cæſareæ factionis ſtudioſis explendi in Petrum Aloyſium Farneſium Parmę, & Placentiæ Ducem odij occaſio, cùm Petrus Aloyſius Farneſius ſe in adulteria, vagaſque libidines effunderet, proindeque clientum ſuorum rabida in ſe odia accenderet, itaque conflata in eum cruenta coniuratio eſt, cuius princeps fuit Auguſtinus Landus, qui illum incautum in ipſa Arce Placentina, quam tutiſſimam opinabatur, decimo Septembris multis vulneribus confodit.

Vbertus Folieta.

Sic trucidatum, abſciſſis per ignominiam genitalibus, coniurati altero pede ſuſpenderunt è feneſtra, vnde magis è foro Vrbis poſſet proſpici, ſatiatiſque eo ſpectaculo Ciuibus deiecerunt pręcipitem in foſſam Oppidi, in qua conculcatum eſt cadauer ab inſana plebecula, & vltra mortem in cum ſæuitum. Coniurati verò libertatem, nomenque Cæſareum conclamarunt, moxque Ferdinandus Gonzaga Inſubriæ Præfectus multo ſuccinctus milite Placentiam prouolauit, Arcemque Cæſarianorum militum præſidio muniuit, antequam Bononiæ Prolegatus collectis copijs procurreret.

Natalis Comes l. 3. hiſt.

Petrus Aloyſius Farneſius occiditur.

Placentia à Cæſareis occupata.

110 Paulus autem audita morte Petri Aloyſij, ad flectendum precibus Cæſarem ſe conuertit, & his literis rogauit, vt communibus Nepotibus Placentiam redderet, & de Petri Aloyſij cæde vltionem ſumeret.

Imperatori.

Paul. III. lib. breu. an. 13. pag. 103.

Chariſſime &c. Credimus Maieſtatem Tuam audiuiſſe iam immanem, & violentam cædem bonæ memoriæ Petri Aloyſij Farneſij Noſtri Parmę, & Placentię Ducis à nonnullis ſceleratis, ac impijs Ciuibus Placentinis eius ſubditis contra omnia etiam gentium iura, & contra iuſiurandum per illos ei præſtitum perpetratam, idque Tibi pluribus de cauſis diſplicuiſſe non dubitamus. Nos ſanè maximo cum dolore rem intelleximus, at illud, fili chariſſime, dolorem Nobis auxit, dilectum filium Ferrantem Gonzagam Mediolani pro Tua Maieſtate Gubernatorem, Placentiam cum magno militum præſidio ingreſſum fuiſſe, Tuæque Maieſtatis nomine (ſicut ipſe iactitat) detinere audiuimus, id enim Nobis, qui Tuam Maieſtatem ſemper dileximus, & huic ſanctę Sedi, cuius peculiaris es Aduocatus, moleſtiſſimum accidit, ac Duci Octauio genero tuo, cuius erga Te obſeruantiam, & fidem, ſi nunquam antea, in proximo Germanię bello cognoſcere potuiſti, tuiſque ex eo nepotibus, ad quos Placentia pertinet, damnum intulit, ſecutumque eſt, vt in tota ferè Italia rumor percrebuerit, Maieſtatem Tuam contra Nos, & Sedem Apoſtolicam arma mouiſſe. At agat ille quidquid velit, Nos nunquam credere poterimus, Maieſtatem Tuam huic impio facinori conſenſiſſe, aut ab eo geſta approbare debere, ſcimus enim quanto ſemper ſtudio procuraueris, ne famam Tuam, tanto ſudore, tot vigilijs, tot pręclaris geſtis à Te partam aliquo indigno facinore maculares, neue Deum Omnipotentem, cui victorias Tuas omnes ſemper acceptas referre ſolitus es, offenderes. Licèt autem Nos Tuam Maieſtatem ſine vlla noſtra inſtantia his rebus intellectis pientiſſimi, &

Paulus III. pro reſtitutione Placentię ſcribit Cæſari.

iu-

iuſtiſſimi animi ſui ſignum ſuper illis iam dediſſe putemus, tamen vt Nobis ipſis in hoc ſatisfaciamus, mittimus ad Maieſtatem Tuam Venerabilem fratrem Fabium Epiſcopum Lucerinum Prælatum domeſticum, & ad id ſpecialem Nuntium Noſtrum, vt omnia pleniùs Maieſtati Tuæ referat, hortamur proinde ipſam Tuam Maieſtatem, & omni quo poſſumus ſtudio ab ea petimus, vt ipſum Fabium Epiſcopum Nuntium Virum ob ſuas virtutes & fidem Nobis gratum cum fide audire, & pro ea ſumma ſpe, quam Nos, & omnes Noſtri in Te collocatam habemus, ſi id nondum ab ea factum eſt, prouidere velit, vt ipſe Ferrantes Placentiam Duci Octauio reſtituat, & quantum in eo fuerit, dicti Petri Aloyſij Ducis necem, Tuæ Maieſtatis auctoritate pro iuſtitia, & dictæ Sedis honore vlciſcatur. Sic enim Nos, & omnes Noſtros, qui huius beneficij memores ſemper erimus, Tibi arctiùs deuincies, & orcum de motis à Te armis in Italia rumorem extingues, efficiesque, vt animi Tui Religionem, & Pietatem omnes agnoſcant. *Datum Perusiæ XX. Septemb. MDXLVII. anno XIII.*

111 Pontificis precibus Imperator aures non præbuit, cùm iam Ciues pactis conditionibus Cæſaris iugo ceruicem accommodaſſent: ad remouendam tamen à ſe omnem culpæ ſuſpicionem, Oratorem miſit, qui Pontifici, eiuſque nepoti Duci Octauio de Petri Aloyſij cæde condoleret, ſignificaretque maximum ſe ex illa cæde dolorem traxiſſe: Ferdinandus etiam Gonzaga datis literis finxit, ſe eius cædis conſcium non fuiſſe, ſed audita cæde Placentiam ad ſedandum tumultum aduolaſſe, quam excuſationem ab Atrebatenſi Epiſcopo Cæſari allatam confutauit Cardinalis Sfondratus Legatus Pontificis, docuitque conſtare iam ante patratam cædem ingentes armorum apparatus Laudæ, Ticini, & Cremonæ inſtructos fuiſſe; ac deinde infimis vehementiſſimiſque precibus vrſit, vt gratum animum erga Paulum Pontificem exhiberet, qui ſubſidiarias copias in Germaniam illi ſubmiſiſſet, ſuumque ærarium pro ſoluendis militi ſtipendijs exhauſiſſet, qui nocendi occaſiones oblatas repuliſſet, cuique beneficiario Regni Neapolitani iure obſtrictus eſſet: cui Cæſar reſpondit, ſe Ducem Octauium, vt filium quidem diligere, ſed Pontificem non ità ſe erga Cæſarem geſſiſſe, vt nepoti Octauio Placentiam reſtitui mereretur.

112 Perſtrictus hoc acerbo reſponſo Cardinalis Legatus non deſtitit exponere Cæſari publicæ rei Chriſtianæ grauiora pericula impendere, ſi Pontificem adeò offenſum placare nollet, cui ſubiecit Cæſar publicam rem ex priuata non pendere: Cæſari ſubintulit Legatus, ex priuata re publicam aliquando pendere, quando ita ſunt connexæ, vt publicæ rei ſubueniri non poſſit niſi priuatæ ratio habeatur. Ad quæ reſpondit Cæſar, à ſe religionis cauſam omnibus rebus præferri, omneque ſtudium pro ea amplificanda collocari, vt in comitijs Auguſtanis, quæ tunc celebrabantur, religionis dignitas refloreſceret; nec in ea cauſa quidquam decreturum, niſi ex Pontificis, eiuſque Legati conſilio, & conſenſu. De Placentina verò re nil adhuc conſtituiſſe, ſed poſtea debita conſilij maturitate deliberaturum: cui ſubdidit Legatus, niſi quantocyus conſuleret de ea re Cæſar, remedium opportunè non allatum iri. Auditi poſtea ſunt Mignanellus Pontificius Internuntius, & Sforcia Palauicinus Orator Octauij Ducis à Cæſare, qui de nece Petri Aloyſij, & occupata Placentia conqueſti ſunt, quibus interprete Granuellano reſponſum eſt, Cæſarem è Petri Aloyſij cæde magnum dolorem hauſiſſe: de re verò Placentina nondum quidquam poſſe decerni, licèt enim erga Octauium Ducem conſanguinitatis iure admodum amore afficeretur, Cæſarei tamen eſſe muneris, & Imperialem auctoritatem, & quietem Italiæ aſſerere. Ità Cæſar ſimultatem cum Paulo Pontifice contraxit, ac Paulus Pontifex domeſtica calamitate impeditus, abalienatuſque à Cæſare, cauſam religionis, quæ in reſtituenda Tridento Synodo cogendiſque ad illius decreta excipienda Lutheranis vertebatur, remiſſiore animo promouit.

113 Interea cùm Ferrantes Gonzaga Duci Octauio bellum indixiſſet, & multa eius Oppida occupaſſet, tandem cum ipſo conuenit de armorum inducijs, de quibus ità Diarium Concilij [Nona Octobris induciæ inter Parmenſem, & Ferdinandum Gonzagam Gubernatorem Mediolani ad beneplacitum Pontificis, & Cæſaris, redditis aliquibus locis munitis ab ipſo Duce Domino Ferrando Dux Octauius proficiſcitur ad Pontificem, deindè ad Imperatorem, pro concluſione rerum ſuarum] *Io. Bap. Adrian. l. 6. anno 1547.*

114 Cæterùm Imperator occupata Placentia non contentus, etiam ad Parmam vt iure ſpectantè ab Ducatum Mediolanenſem ſubijciendam animum applicuerat: Pontifex verò, vt illum ab eo conſilio dimoueret, Iulium Vrſinum ampliſſimis inſtructum mandatis ad Cæſarem miſit. Plura hinc inde diſceptata ſunt, ſed irrito ſucceſſu, dum vixit Paulus, qui Parmam Eccleſiæ reſtituere, & Camerinum Octauio Farneſio tradere ad litem conciliandam meditatus eſt. Ea verò lis in longius tempus extracta eſt, de qua mentio ſuis locis recurret.

115 In Scotia, ob mortem Cardinalis Dauidis Legati, ac Scotorum Primatis, quam anno ſuperiore ab hæreticis illi temerè intentatam luximus, coniurati, ſancti Andreæ Arce occupata, Anglorum hæreticorum auxiliaribus armis freti Moderatoris Scotiæ impetus pertinaciſſimè propulſabant: quod cum maximo Religionis, & Gallicæ rei incommodo vertendum eſſet, Pontifex Franciſcum Regem rogauit, vt claſſem Scotiæ opem laturam mitteret.

Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime, &c. Recepimus literas Maieſtatis Tuæ, per quas nobis ſignificat, quòd interfectores bonæ memoriæ Dauidis tit. Sancti Stephani in Cœlio Monte Presbyteri Cardinalis de ſancto Andrea nuncupati noſtri, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Scotiæ de Latere Legati, qui poſt dicti Cardinalis cædem Caſtrum Ciuitatis Sancti Andreæ hoſtiliter occuparunt, prout adhuc detinent Caſtrum ipſum, quod dilectus filius nobilis Vir ipſius Regni Gubernator, quamuis iamdiu magno labore obſeſſum, hactenùs recuperare non potuit; cùmque non ab re formidetur, quod niſi idem Caſtrum ad manus ipſius Gubernatoris quamprimùm redigatur, Catholicæ fidei hoſtes, qui dicti Regni Scotiæ occupationi ſemper inhiant, occupantium deditione dicto Caſtro potiantur, & per illud velut ipſius Regni ianuam Regnum huiuſmodi inuadant, & huic imminenti periculo prouidere poſſe Maieſtatem Tuam aſſerunt, ſi dicti occupatores ab ipſo crimine abſoluantur; nos etſi flagitium illud longè atrociſſimum, & omni indulgentia indignum videatur, tamen *Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 36.*

tamen minus malum eligentes, ne quod maius detrimentum Regnum ipſum patiatur, quod Te etiam nouiſſe credimus, ipſam abſolutionem certis Iudicibus commiſimus, ſicut in alijs noſtris in forma Breuis literis expreſſum eſt, & Orator apud nos Tuus ad Maieſtatem Tuam perſcribet, in quo non ſolùm illius Regni ſalute, verùm etiam Tua auctoritate perſuaſi fuimus, ſperantes nihilominus fore, vt iuſto Dei iudicio, & Tuę etiam Serenitatis, quæ Eccleſiæ ſemper affuit, futurum, vt tanti Cardinalis, & tàm probi, & Catholici Viri interfectores vnà cum dicto Caſtro in poteſtatem noſtrorum deueniant, & non ſolùm abſolutionem huiuſmodi vi extorſiſſe non glorientur, verùm tàm nefandi ſceleris pœnas ſubire cogantur. *Datum Romæ III. Februarij MDXLVII. Anno XIII.*

☞ *Acta Conc. MS. Car. Spadæ fig. num. 837. Paul. Ion. lib. 45. Belleforeſt.*

Non defuit Pontificijs precibus, & Gallicæ rei commodis Franciſcus Rex, claſſem enim egregiè inſtructam cum validis copijs ſubmiſit, quæ iunctæ Scotis Arcem Sancti Andreæ expugnarunt, repreſſoque Anglorum faſtu, libertatem Regno reſtituerunt, ac patrati facinoris in occiſo Cardinale reos in Gallias vinctos adduxere, vbi meritis ſupplicijs affecti ſunt.

Martinus Bellaius lib. 10. Franciſc. Belcarius l. 25. n. 1. Franciſci Regis Galliæ obitus.

116 At de Scoticis rebus inferiùs, nunc cœpta de Franciſco Rege, qui hoc anno appetente Paſchate finem vitæ impoſuit, narratio abſoluenda eſt. Is diù lenta febri cruciatus, cùm tædia venatu leuare niteretur, malum auxit, acceſſit conceptus dolor ex vlcere inter anum, & veſicam exorto, quo diù antea laborarat, itaque ad ſalutem animæ Sacramentis ritè procurandam ſe conuertit, vt refert Martinus Bellaius his verbis. „ [Tùm vitæ finem imminere arbitratus, cœpit „ animum ad piam cogitationem aduertere, at„ que ad mortem nomine Chriſtiano dignam ſe „ comparare: multis Delphinum, hodiè Re„ gem, grauiter, ſapienterque cohortari cœpit, „ populum Gallicum eius fidei committens, & „ mandans, his perfectis animam Deo tradidit „ in Arce Rambollietana pridiè Kal. Aprilis „ anno MDXLVI. ante Paſchalia] additum eſt in margine MDXLVII. more Romano: ſubijcit „ auctor eiuſdem Elogium. [Hic Princeps ma„ gnum ſui tùm Ciuibus, tùm exteris deſiderium „ reliquit, quòd omnibus virtutibus ſe præſtan„ tem præbuit, magni erat, & generoſi animi, „ bonas literas maximè amauit, & fouit. (Et „ infrà) Mortuus eſt anno ætatis quinquageſi„ mo tertio, variam ſubindè fortunæ viciſſitudi„ nem, ſæpiùs tamen aduerſam, quam ſecun„ dam expertus, neque tamen vel grauiſſima „ vnquam calamitas animi eius firmitudinem, „ & conſtantiam fregit, ſed immora ſpe ab vno „ Deo ſuſpenſas omnes ſuas rationes habuit, „ mentis & memoriæ integrũ vſum ad extremũ „ vſque ſpiritum ſeruauit.] Celebratur à Ioanne Eckio ſumma pij ardoris in tuẽda fide Catholica laude, quamquam Zuinglius dedicatis illi totius perfidiæ ſuæ commentarijs illum inficere pertentaſſet, & Martinus Bucerus Librum in Pſalmos Delphino inſcripſiſſet, perfidos enim homines ad iniiciendam ſuſpicionem, quaſi fauerent impie„ tati, id dolo egiſſe oſtendit, tùm ſubdit. [At „ quantum fauerit (nempè Franciſcus Rex) teſta„ tur Berequin nobilis alioquin Vir, & locuples „ cum innumeris alijs ob hæreſeos crimẽ à Rege „ Francorum combuſtis: teſtatur Caluini, Lam„ berti, Farelli ſociorũ tuorum, & aliorũ Gallo„ rũ fuga, qui flammas ignis debitas euaſerunt.]

fag. 191. Io. Eck. in Replica aduerſus Bucerum.

Audita Franciſci Regis morte Pontifex, mox rem Diuinam pro eius anima ſolemni ritu peregit decima octaua Aprilis die, tùm illius ſucceſſorem Henricum ad ferendum conſtanter conceptum ex paterna morte dolorem, ſectandas Regias virtutes, fidemque Catholicam defendendam hortatus eſt, illique Pontificia ſtudia pollicitus eſt.

Ioannes Franciſc. Firmanus Magiſter Cæremoniarum in Diario.

Henrico Regi Franciæ Chriſtianiſſimo.

☞ *Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 318.*

117 Chariſſime, &c. Summum dolorem, quem ex obitu Chriſtianiſſimi, & præſtantiſſimi Regis Tui Genitoris non ſolùm publicæ totius Chriſtianitatis cauſa, verùm etiam noſtro priuato affectu, & beneuolentia accepimus, conſolatur, & lenit, fili Chariſſime, quòd Tu illi in eius non ſolùm Regnum, & ſed etiam virtutes ſucceſſiſti, inter quas cùm emineat Tua ſingularis ergà Eccleſiam, & hanc Sanctam Sedem deuotio, ac fidei Catholicæ protectio, meritò fit, vt iacturam, ac moleſtiam ex illius morte alioqui maximam ob tuam ſucceſſionem, minorem ſentiamus, cùm præſertim ſperemus, & confidimus in Dei miſericordia, animam ipſius, quæ in colenda iuſtitia, fide Catholica defendenda, atque hac Sancta Sede omni ſtudio, & fauore proſequenda ſemper verſata eſt, nunc ex Regno terreno in cœleſte, & perpetuum aſſumptum vbertate quietis, & lætitiæ perfrui. Tibi igitur, fili Chariſſime, paterna charitate, & affectu noſtro de communi hac iactura condolentes, Te hortamur, vt Diuinæ voluntati acquieſcere velis, atque ad Tuum Regnum iuſtitia, pietate, & ſapientia, quas in Te vigere nouimus, gubernandum, animum, ſicut facis, conuertas, & ſpei de Tuis virtutibus à nobis, & omnibus conceptæ reſpondeas, quod futurum confidimus: Nos quidem veteri Prædeceſſorum noſtrorum exemplo, & erga Prædeceſſores Tuos amore, Te præſtantiſſimum, atque optimum Regem peculiari quadam charitate, & beneuolentia noſtra ſemper proſequemur, Deum Dominum ſuppliciter deprecantes, vt Te vnà cum chariſſima Tua conſorte, & ſobole diutiſſimè conſeruare dignetur ad commune bonum, & quietem totius nominis Chriſtiani, de quibus, & alijs omnibus dilectus filius Cardinalis Sancti Georgij Legatus noſter ex parte noſtra Serenitati Tuæ referet, cui indubiam fidem habebis. *Datum Romæ &c. XVII. Aprilis MDXLVII. Anno XIII.* ☞

118 Iuſſus eſt Cardinalis S. Georgij celerrimè etiam equis concitatiſſimis, ſi valetudo id permitteret, in Galliam proficiſci, dataque illi mandata, vt Regi exponeret, quantum Pontifex dolorem hauiſſet ex morte Franciſci Regis, quantamque lætitiam ex illius in Regnum ſucceſſione cepiſſet; hortaretur ad ſanciendam pacem cum Cæſare pro tuenda Chriſtiana Republica, Religioniſque hoſtibus comprimendis; Regia etiam ſtudia pro Anglis ad Eccleſiæ obſequium reuocandis collocaret, preces etiam adderet, vt ad Concilium Tridento Bononiam tranſlatum Præſules Gallos tranſmitteret, eos verò qui Trideuti hæſerant, indè reuocaret: præterea Legato data ſunt imperia, vt Regi ſignificaret, duo decreta confecta fuiſſe, primum, vt Cardinales in Aula Romana morari tenerentur, vt Pontifici conſilio & operæ aſſiſtant; alterum, vt vnius tantùm Eccleſiæ adminiſtrationem gerant, dimittant verò alias, quas obtinerent.

119 Redimitus eſt Regio diademate Henricus ſolemni ritu octauo Kal. ſextiles à Carolo Lotha-

tharingo Rhemensi Archiepiscopo, atque in Regni exordio fortiter Nouatores supplicijs coërcuit, & Sedis Apostolicæ dignitatem tuendam suscepit, ac misso amplissimo Oratore Francisco Rohano Pontifici demissa obsequia detulit VI. Octobris.

Transfugit postea Franciscus Rohanus ad Sathanæ, & Caluini castra, Henricus verò Rex defecit à pristina pietate, atque exitiale cum Lutheranis fœdus iniit, grassandique licentiam in Regno Hæreticis laxauit, quo flagitio sibi, & stirpi suæ florentissimæ extremum exitium peperit, vt dicetur inferiùs. Iam ad Henricum Angliæ Regem bimestri ante Franciscum Regem extinctum, à cuius funesto exitu abhorret oratio, digrediamur.

Belcar. l. 25.

Paul. Ioui. lib. 45. Sander. de Angl. Schism. lib. 1.

120 Ardente conscientia admissorum flagitiorum ille excitatus, de abrumpendo impio schismate, repetendoque Pontificis Romani obsequio varia consilia agitauit, quæ ob tumorem animi, & Aulicorum fraudes, & infirmam voluntatem demùm in opus non perduxit, vt deplorat Sanderus his verbis [Is cùm iam grauiori ægritudine premeretur, nec facilè speraret ex ea liberari se posse, videns, qua cupiditate, vel quo potiùs furore vinculum vnitatis Ecclesiasticæ dissoluisset, cum Episcopis nonnullis priuatim agere cœpit, de ratione, qua iterum Sedi Apostolicæ, ac per eam reliquis gentibus Christianis conciliari posset. Verùm hic videre licet seueritatem Dei in eos, qui aut prudentes ceciderunt, aut in peccatis suis altè obdormierunt. Præterita enim Henrici crudelitas fecit, vt nemo iam illi fidele consilium dare, nemo sui pectoris sensa patefacere, nemo veritatem aperire auderet, sciebatur enim multos neci datos esse, cùm priùs aut illi, aut Cromuelo, etiam iuffi, liberè, quod sentiebant loquerentur. Itaque nunc quoque vnus ex Episcopis, vtrum ipsi insidiæ struerentur, incertus, respondit Regem omnibus Viris sapientiorem esse, illum Diuino consilio Pontificis Romani Primatum abdicasse, nec iam habere, quod timere debeat, cùm publica Regni lege iudicium illud confirmatum sit.] O proditionem immanem, qua ille Pseudo-Episcopus similis Iudæ assentationis nefariæ osculo Hēricum malè perdidit! non enim de timore humani iudicij, sed Diuini terrore agebatur, subdit Sanderus. Stephanus autem Gardinerus Wintonienſis Episcopus seorsim Regi suasisse dicitur, vt si fieri posset, Ordinibus Regni conuocatis, rem tanti ponderis cum illis communicaret. Sin ad eam rem spatium temporis non daretur, saltem animi sui sententiam scripto proderet, ibique conscientiæ suæ testimonium exponeret. Deum solo cordis voto contentum esse, quando res propter aliquod necessarium impedimentum expediri non posset. Sed cùm is discessisset, aderat mox ingens Parasitorum turba, qui veriti ne, si obedientia Romano Pontifici redderetur, ipsi bonis Ecclesiasticis excciderent, Regi omninò persuadebant, ne scrupulum talem in animum irrepere pateretur. Et facilè quidem à bono proposito reuocatur, qui non est in charitate fundatus, & radicatus. Ad nihil igitur aliud valuit Henrici cum Episcopis de restituenda vnitate Ecclesiæ oratio, quàm vt se hactenùs renitente conscientia diuisum ab Ecclesia Romana fuisse, & ideò dum agnitam veritatem oppugnaret, in Spiritum Sanctum peccasse patefaceret.

Henricus VIII. Rex Angliæ moritur.

Nonnullis interiectis addit auctor, illum de Eucharistiæ Sacramento cum Romana Ecclesia sensisse, atque à libidine sola in flagitium, ac defectionem impulsum [Sacramentum (inquit) Eucharistiæ summo semper in honore habuit, itaque cùm paulò ante mortem sub vnica specie (quod semper obseruauit) communicaturus de cathedra, in qua sedebat, assurgeret, vt genibus in terram defixis Saluatoris Nostri Corpus adoraret; Zuingliani autem, qui astabant dicerent, posse Maiestatem Suam in hac imbecilli valetudine sedentem in cathedra Eucharistiam percipere, illis respondit: Si me non modò vsque ad terram deijcerem, sed & sub ipsam terram demitterem, nec sic quidem satis honoris huic Sanctissimo Sacramento mihi viderer delaturus. Denique nulla ferè in re à fide Catholica discessit, præterquam libidinis, & luxuriæ causa, penitùs enim à carne sua victus, & superatus ob repudium Catharinæ non permissum, Pontificiam potestatem abiecit, Monasteria etiam euertit, partim quòd Monachi, & Religiosi Fratres maximè omnes, repudio eius aduersarentur, partim quòd bonis Ecclesiasticis inhiaret, quo suppeteret, vndè sumptus effusiores in epulas, in meretrices, & insanas substructiones faceret.

Adulatoris dira proditio.

121 At in ea libandarum voluptatum carnis felicitate fuisse intælicissimum describit idem auctor [Mirabile est dictu in quantas animi, vitæque perturbationes inciderit, postquam enim è recto Christianæ vitæ tramite egressus voluptatibus carnis, ac peccatis se implicabat, nunquam sibi, aut alijs gratus, nunquam aut mente serenus, aut conscientia securus videbatur, præceps ferebatur in omnes vitiorum gurgites, tribus tamen maximè præ cæteris obruebatur, libidinis, auaritiæ, & crudelitatis, quorum priora duo ex ijs, quæ proximè duo constare possunt, ita tertium ex hoc vno cōstat, quòd cùm Henricus toto reliquo sui Regni tēpore paucissimos è plebe, ex vniuersa Nobilitate duos tantùm sustulisset, Edmundū de la Pola Suffolciæ Comitem, & Eduardum Buchingamiæ Ducem, & priorem quidem ex Patris morientis præscripto, à quo de seditionibus condemnatus fuerat, posteriorem verò ex Cardinalis Volsæi, qui Buchingamium oderat, instigatione, post, interpositum diuortium cum vxore legitima, & dissidium cum Ecclesia, vix explicari potest quantam stragem Nobilitatis, suorumque Ciuium ediderit, paucis illis annis, quibus superuixit, ex tabulis tamen publicis numerantur Reginæ tres, aut quatuor ad exitium perductæ, heroinæ duæ, Cardinales duo, tertiusque absens morti condemnatus; Duces, Marchiones, Comites, Comitumque filij duodecim, Barones, Equitesque aurati decem & octo, Abbates, ac Priores Cœnobiorum tredecim, Monachi, Presbyteri, ac Religiosi septuaginta septem, ex reliqua Nobilitate, ac plebe ferè innumeri. Id etiam annotabat Cardinalis Polus, quòd qui intimi erant Henrico, & in amicitia eius præcipui, ij proximi semper erant periculis, vt ex Volsæo, Comptono, Noresio, Bolenis, Cramuelo, Houardis, alijsque plurimis manifestum euadet.] Nonnullis interiectis, extrema morientis verba refert auctor: Cùm de instanti mor-

Digitized by Google

,, mortis articulo ab amicis admoneretur, pate-
,, ram vini albi popoſcit, atque ad vnum è ſuis
,, conuerſus: omnia (inquit) perdidimus (adie-
,, ciſſe hæc verba, Fidem, Regnum, Animam
,, ferè communis traditio) inter mortuis deindè
,, vocibus Monachorum nomen aliquoties inge-
,, minaſſe dicitur, atque ita expiraſſe] nimirùm Sanctorum Monachorum animas, quas martyrio ex humanis ſuſtulerat, ad eum coram Diuino Iudice accuſandum viſendas ſe obieciſſe à pijs exiſtimatum eſt.

122 Perijt infelix V. Kal. Februarij huius anni, quod confirmat Angelus Maſſarellus his verbis.

Diar. Con. Trident. Henrici VIII. obitus.

,, [XV. Februarij Cardinalis Tridentinus oſten-
,, dit literas ex Germania, quod Rex Angliæ
,, obierat die qua obijt Regina Romanorum
,, XXVII. ſcilicet Ianuarij præteriti, & Rex in
,, ſuo Teſtamento reliquit Tutorem filij Impera-
,, torem, qui breui illuc miſſurus eſſet vnum
,, ex ſuis.] Pontifex audita illius morte, quam XVIII. Februarij ſignificauit Sacro Senatui, primùm XXV. Februarij tres Legatos Cardinales pro reuocanda à ſchiſmate, & hæreſi Anglia decreuit, ex quibus alium ad Cæſarem, alium ad Francorum Regem proficiſci iuſſit, tertium verò, qui in Angliam mittendus erat, non expreſſit.

Humaniſſimis interea literis Paulus hortatus eſt Anglos ad fidem Catholicam ſectandam.

Dilectis filys in Concilio Parlamenti Regni Angliæ congregatis.

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 75.

123 Dilecti filij ſalutem, &c. Cùm non ignoraremus hunc morem, & conſuetudinem Veſtræ Nationis eſſe, vt Rege defuncto Concilium totius Nationis, quod ex tribus Statibus congregatum eſt, conuocare ſoleatis, atque in eo de rebus communibus, Regnique Succeſſore firmando agere, & deliberare, duximus noſtri officij eſſe has ad vos ſcribere in forma Breuis literas, per quas, & noſtrum paternum ergà vos animum vobis oſtenderemus, & ea moneremus, atque hortaremur, quæ Deo Omnipotenti grata, nobis deſiderata, vobis autem in primis commoda eſſe intelligeremus, & ſalutaria; quanquam enim magnis, & varijs, atque continuatis multorum annorum à defuncto Rege laceſſiti fuerimus iniurijs, quæ non tàm in perſonæ noſtræ contumeliam, quàm in ipſius Dei, & Sedis Apoſtolicæ à Chriſto conſtitutæ contemptum redundarunt, non tamen hæc nos magis contra vos incitare debent, aut poſſunt, quam vetuſtus amor Maiorum noſtrorum, & antiqua cura Romanorũ Pontificum, cùm erga Vniuerſum Chriſti Gregem, tùm verò præcipuè ergà iſtam inclytam Nationem Anglicam, in primis autem ipſius Chriſti Domini Noſtri exemplum, qui etiam contra inimicos omnia amoris officia exercuit, nos prouocare, vt in eius viſceribus vos amplectamur, atque omni in re iuuemus, quam ad veſtra commoda, & ſalutem quoquo modo pertinere poſſe iudicemus; quare cùm in hoc rerum ſtatu, & mutatione Regis multa vobis imminere pericula videremus, quæ etiam vos pro veſtra prudentia perſpicere non dubitamus, hæc autem eius generis eſſe, vt niſi illis maturè prouideatur, in maximum ſalutis diſcrimen res Regni veſtri facilè ſint adductura, non expectantes, dùm ipſa rerum veſtrarum difficultas vos admoneat, quo ad quærendam opem magis opportunam confugere debeatis, ſed cogitantes dubitationem in animis veſtris de noſtra ergà vos benevolentia, vos facilè detenere poſſe, ne ad nos, apud quos maximè promptum auxilium rebus veſtris eſt repoſitum, confugere auderetis, hac in parte omnes eiuſmodi cogitationes veſtras, & dubitationes præuenire voluimus, & nos vobis vltrò offerre in omnibus, quæ vel ad pericula propulſanda, vel ad ipſius Regni pacem, & tranquillitatem confirmandam pertinent, habita ſemper ratione honoris eorum, quibus Regni gubernacula ſunt tradita, & ſalutem omnium, & ſingulorum, quantum verò in his rebus noſtra auctoritas, & benevolentia vobis prodeſſe poſſit, vel ex hoc facilè intelligere poteritis, ſi vobiſcum cogitetis, vt nullam aliam vos oppugnandi cauſam in Regno iſto alijs daretis, hanc ſemper, vel paratiſſimam, & iuſtiſſimam futuram, quod à noſtræ auctoritatis obedientia defeciſtis, qua quantum valet, vtinam in recenti potiùs aliorum exemplo, quam in veſtro experiri velitis. Quarè dilecti filij monemus vos, atque hortamur, vt ad noſtram, & huius Sanctæ Sedis obedientiam redeatis, & ſimul legitimam, ac præcipuam, vos lædendi occaſionem omnibus præcidatis, quod ſi feceritis, noſtram auctoritatem, atque opem in omnibus ad veſtram ſalutem, & commoda paratam ſemper inuenietis, quæ omnia, vt notoria vobis eſſent, familiarem noſtrum, & in Baſilica S. Petri pro Natione Anglica Pœnitentiarium ad vos miſimus, qui hæc coram vobis latiùs explicabit, cui vt plenam fidem in omnibus, quæ vobis de paterno noſtro ergà vos amore referet, adhibeatis, per veſtram ſalutem in Domino hortamur, atque obſecramus. *Datum &c. Romæ &c. III. Martij MDXLVII. Anno XIII.*

Anglicani Regni Ordines moniti poſt Henrici mortem, de tuenda fide Catholica.

124 Succeſſit Henrico Eduardus ex Iana Semeria adoleſcentulus nouem annorum, cui Henricus ſexdecim Gubernatores cum æquali poteſtate præfecerat, vt ſi quiſpiam Optimatum Regnum affectaret, non deeſſent, qui teneram eius ætatem propugnarent; verùm illi ſalutis ſuæ immemores, & in priſtino ſchiſmate obfirmati, Puero, qui ſeipſum regere non poterat, Primatum Anglicanæ Eccleſiæ impiè detulerunt. Extinctam verò ſpem reſtituendæ Angliç Religionis referunt Acta Conſiſtorialia, cùm in ipſa coronati Regis celebritate ab impijs ſcurris Comœdia in ludibrium Pontificis, & Cardinalium peracta fuiſſet, quare Legatio in Angliam ſuppreſſa eſt. Magnates verò Regiæ Angliæ Procuratores priuatis commodis ineſcatos fuiſſe in flagitium impulſos ,, deſcribit Sanderus [Ex his Tutoribus cùm ,, non pauci eſſent Catholici, eamque ob cauſam ,, ad Eccleſiç Catholicç vnitatem totius Regni ,, Statum reuocare cuperent, præſertim quòd ea ,, etiam mente Henricum, & alias, & maximè ,, iam moriturum fuiſſe cognouerant, alij ex eo- ,, dem numero ſcientes, multò plùs præſentis ,, commodi, & lucri per Eccleſiarum direptio- ,, nem, quàm per rerum ablatarum reſtitutio- ,, nem acquiri poſſe, non ſolùm ab ea ſententia ,, diſſenſerunt, verùm etiam vlteriùs in Schiſma- ,, te progrediendum iudicarunt.

Sander. lib. 12.

Eduardus ſuccedit in Regno Angliæ Patri Henrico VIII.

125 Non hic hæſit politicorum Anglorum impietas, ſed in nefandas alias hæreſes prorupit, ac in primis Tutores Regij, cùm Eccleſiæ partes ſtrenuè tueri detrectaſſent, ab Eduardo Seimero Regis Eduardi Auunculo Herefordiç Comite, paulò poſt Sõmerſeti Ducis titulos arripiente dignitate deiecti, atque in ordinem redacti ſunt, is enim in omnem proiectus audaciam ſeipſum vni-

Sanderus lib. 2. de Schiſmate.

cum Regis Tutorem, ac Regni Protectorem, cæteris vel dissimulantibus, vel perterritis, renuntiauit, cùmque Zuingliana hæresi infectus esset, Eduardum Regem infecit hæresi, atque Anglos in Zuinglianam, siuè Puritanam hæresim impulit, eamque in Scotia propagauit, vt dicetur paulò inferiùs. Cæterùm Hiberni in retinenda fide Catholica maiorem constantiam, quàm Angli exercuere, ac tyrannorum Regiæ libidini obsequentium minas fortiter contempserunt, quibus ob eximium virtutis exemplum Pontifex gratulatus est, atque ad fœlicis immortalitatis præmia consectanda accendit subiectis literis.

Dilectis filijs vniuersis Principibus, Nobilibus, & Dominis temporalibus Insulæ Hiberniæ salutem, &c.

Paul. III. libr. brev. anno 13. pag. 340.

Cùm assiduè de vestra pietate, & in fide Catholica perseuerantia, atque erga hanc sanctam Sedem deuotione admodum quidem lęti ob Dei honorem, animarumque vestrarum salutem audiremus, dilectumque filium Osnaldum Massimglbord Fratrem Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani Priorem Prioratus Kilmain istius Insulę haberemus isthuc redeuntem, moti Paterna, ac debita beneuolentia, qua vos prosequimur, libenter ipsi Osnaldo has literas dedimus ad vos cum salutatione, & benedictione nostra perferendas, magno enim nostro amore, & huius Sanctę Sedis dilectione digni estis, qui venenatis suasionibus repulsis, minisque contemptis vos, vestrasque animas Deo, & vobis conseruatis in fidei puritate, & synceritate non contaminata nouis impietatibus, quibus vicina vobis Insula infecta est, proindè filij dilectissimi vos hortamur in illo, qui hunc spiritum vobis immisit, vt in sancto vestro proposito pia, ac salutari constantia persistatis, certi, quòd benignus Deus vos fidem ei seruantes non deseret, sed sua vos ope muniens præmio etiam cœlesti, quo nihil beatius homini expectari potest, remunerabit, cuius & nos Maiestati humiliter supplicamus, vt sicut fidei sanctæ donum largiri vobis dignatus est, ita etiam in eo perseuerantiam largiri dignetur, quod & futurum in eius bonitate confidimus, cæterum ipsum Osnaldum pium, & fortem Dei Athletam vestris Nobilitatibus ex animo commendamus, &c. *Datum Romæ XII. Nonembris MDXLVII. Anno XIII.*

Scribit Hibernis Paulus III. adhortans illos ad fidem Catholicam tuendam.

Passi sunt graniora Hiberni ob seruatam incorruptæ fidei puritatem, ac licèt Proceres, & diuites magna ex parte commoda carnis animæ saluti prætulerint, tamen alij constantiores, necnon plebs, & agrestes, ac rusticani, contemptis omnibus incommodis, fidem Catholicam ardentissimè coluerunt, nec promissi à Christo cœlestis Regni spem vllis impiorum illecebris auelli sustinuerunt.

126 Quod ad Scotiæ res attinet, Pontifex extremo Martio exaratis literis Proceres Regni Scotiæ ad asserendam fidem Catholicam, & tuendam libertatem, comprimendos impiorum conatus, mutuam alendam concordiam, atque hostium insidias defugiendas opprimendasque sollicitauit.

Dilectis filijs Nobilibus Viris, Cancellario, Comitibus, Dominis, Baronibus, & cæteris Regni Scotiæ Proceribus.

Paul. III. lib. brev. anno 13. pag. 181.

Dilecti filij, &c. In eo animi dolore, quem ex magna Reipublicæ Christianæ perturbatione capimus maximo nobis solatio semper fuit Nobilitatum Vestrarum virtus, quippe qui & in tuenda vestra Regni istius libertate egregiam iamdiu fortitudinem, & magnitudinem animi summa vestra cum gloria præstitistis, & in nos atque hanc Sanctam Sedem ea deuotione extitistis, quam cùm probitas vestra postulabat, tùm Maiorum vestrorum clarorum, & in primis orthodoxorum hominum imitatio, atque hæc quidem virtus, & pietas vestra, Catholicæque Religionis obseruatio, quàm Deo grata extiterit, ex eo intelligere potuistis, quòd is non paucas vobis ex hoste finitimo concessit victorias, in quo cùm Diuinam ergà vos benignitatem ignorare minimè possitis, non dubitamus quidem, quin in rectissimo vestro instituto, & laudabilium actionum proposito sitis permansuri, vt & antiquam, & veram Religionem erga Deum constanter retineatis, & salutarem inter vos concordiam perpetuò conseruetis, sed tamen ad animorum vestrorum propositionem, ac studium accedere etiam cohortationem nostram pro nostra in vos paterna charitate voluimus, maximè enim nobis curæ est pro pastorali officio, quod Diuina voluntate non nostris vllis meritis sustinemus, cum reliqui Dominici Gregis tùm vestra, ac Populorum istorum salus, atque incolumitas, atque animarum quidem salus, cuius nobis, & reliquis omnibus cura potissima esse debet, in antiqua, & vobis à maioribus tradita Religione ritè obseruanda, huiusque Sanctæ Sedis, & Catholicæ Ecclesiæ vnione consistit, vt vos pro vestra prudentia intelligitis, libertatis verò, & temporalium bonorum vestrorum conseruatio in eo præcipuè sita est, si vnanimes inter vos, concordesque maneatis: nec enim concordia, vt vos minimè præterit, Regnis salutarius, nec rursùs dissensione, ac discordia perniciosius; itaque ijs, qui aliorum libertatem opprimere student, nihil optabilius est, quàm vt inter eos, quibus insidiantur, existant dissensiones, atque discordiæ. Quamobrem vos pro paterno nostro in vos animo, & beneuolentia etiam atque etiam hortamur, vt si vestram tùm pietatem, tùm consensionem maximos vobis adhuc fructus tulisse intelligitis & laudis ab hominibus, & beneficiorum à Deo, vtramque earum vobis firmiter, constanterque tenendam statuatis, quemadmodum quidem & sentire vos, & facturos etiam esse confidimus. A nobis quidem, atque ab hac Sancta Sede quæcumque proficisci officia poterunt, vel ad cohonestandos vos, vel ad nostram, atque istius Regni libertatem defendendam nullo vnquam sunt tempore defutura, cuius nostræ in vos optimæ voluntatis testem, & eorum consiliorum, quæ ad libertatem, & pacem istius Regni conseruandam spectabunt, adiutorem proprium istuc Nuntium nostrum grauem, & probum hominem missuri sumus, à vobis vicissim dilecti filij, cùm hoc nos in vos animo simus, ea expectamus, quæ vestra, & Maiorum vestrorum virtute, ac pietate, & perpetua in hanc Sanctam Sedem deuotione digna sunt. *Datum Romæ XXVII. Martij MDXLVII. anno XIII.*

Paulus III. Scotiæ Proceres ad tuendā fidem Catholicam hortatur.

127 Commendauit etiam Iacobi Hamiltoni Araniæ Comitis, ac Regni Administratoris virtutem, qui intestinas factiones compressisset, atque externum hostem in Scotiam irruentem contudisset, tùm illi sacros addidit stimulos, vt Religionem in Scotia asserere pergeret, ac si fanciendi cum Anglis fœderis se daret occasio, paternè monuit, vt incorruptæ fidei splendorem,

Digitized by Google

rem, & Scotiæ libertatem generosè tueretur.

Dilecto filio Nobili viro Iacobo Araniæ Comiti Regni Scotiæ Gubernatori.

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 74.

Dilecte fili, &c. Cùm iamdiù nobis cognita, & perspecta virtus tua in eam spem nos adduxerit, vt confidamus, Deo primùm adiuuante, deindè tua prudentia gubernante, res istius Regni multis periculorum fluctibus agitatas, tandem in tuto portu esse collocandas, voluimus etiam accedere cohortationem nostram, quæ & tua præterita facta comprobaret, & ad ea, quæ supersunt, perficienda te animaret, ac aliquot quidem menses iam sunt, cùm à tua Nobilitate literas accepimus testes tui animi optimi, atque fortissimi; in illis enim ostendebas quantæ tibi curę esset, & istius Regni tutela, & securitas, Sanctę Christianæ fidei honor, & conseruatio, quorum vtrumque dignum tua virtute, & pietate est, sed nos dum tuis petitionibus obsequi cupimus, dum hominem quærimus idoneum, quem ad vos mittamus, maximis præsertim curis, & sollicitudinibus aliarum tot, & tàm variarum rerum distracti Nobilitati adhuc tuæ respondere non potuimus, cui quidem nunc rescribentes dicimus, nos in istud Regnum, Regesque paterna semper charitate in primis affectos fuisse, maximamque cepisse curam, & quotidiè capere, vt vestrorum populorum, vestrique Regni salus, & libertas à finitimo hoste inuiolata sit, & communita, in quo tu quidem dilecte fili egregiam operam, diligentiamque præstitisti, qui & hostium impetum conantium irrumpere in Scotiam tua virtute sæpè repressisti, & multis de illis partis victorijs illustrasti & tuam laudem, & nomen Scoticæ Nationis, non solùm aduersùs extremum hostem, sed etiam in comprimendis domesticis Regni factionibus, & discordijs plurimùm enituit virtus tua, quodque maximum omnium est, nunc Regali genere, nomineque conseruando, quod morte immatura proximi Regis afflictum in vnius tantùm paruulæ filiæ anima retinetur, non solùm animi tui fortitudo, sed etiam integritas, fides, innocentiaque tua apud omnes homines clara, & commendata est, quæ nos Dei Omnipotentis in Viro præstante dona multo maiora omnibus donis temporalibus semper esse duximus: quare gratulamur quidem Nobilitati tuæ, quòd tot occasiones tibi à Domino Deo tuæ virtuti declarandæ datas non solùm magno animo exceperis, sed etiam prudentibus consilijs direxeris. Verùm illud prę omnibus & gratum nobis, & Tuę Nobilitati amplum, honorificumque est, quod Christi Sancta, & Catholica fides, in qua nostræ salutis perpetuæ tota spes continetur, per te ità defenditur, & sustinetur, vt pateat omnibus, si quis hasce prauas, & perniciosas Hæreticorum opiniones in medium protulerit, te hostem illi futurum, quam nos tuam egregiam voluntatem, pietatemque erga Deum, non solùm summè commendamus, sed paterna etiam nostra beneuolentia singulariter amplectimur, teque adhortamur in eodem Domino Deo, vt quemadmodum cœpisti, ita pergere, Regnumque istud, & nomen Regium conseruare omni tuo studio, cura, vigilantiaque insistas, pro quo præmia digna tibi erunt, & in Cœlo, & in terris tàm in hac vita, quàm in altera parata. Nos quod ad nostras attinet partes, nunquam desistemus omni nostro patrocinio, & auctoritate, pacem istius Regni, salutem, libertatemque defendere, quò etiam Nuncium nostrum hominem grauem, & probum post paucos dies missuri sumus, qui isthic Procerum concordiam, Religionis integritatem, Regalis generis, Regnique totius incolumitatem tecùm vnà procuret, & tueatur, quod si quid acciderit interim, vt fœdus aliquod, & pactio cum vestris finitimis Anglis fit facienda, tuam Nobilitatem omni animi studio requirimus, & obtestamur, vt salua Regni Scotiæ libertate, Diuinæque Religionis integritate, omnia ita agantur, atque tractentur, vt ex tua, & Maiorum tuorum, qui semper Catholicæ fidei firmi propugnatores extiterunt, virtute, & diligentia acta, & tractata esse appareat. Extremum est, vt tuæ Nobilitati notum faciamus, nos eo animo, & beneuolentia erga te esse, vt quidquid honestè, & cum Deo hac nostra Pontificali auctoritate possumus, totum velimus tuis honoribus, & commodis esse expositum. *Datum Romæ XXVII. Martij MDXLVII. anno XIII.*

128 Diffidiorum inter Anglos, & Scotos cardo in eo vertebatur hoc tempore, quòd Tutor Eduardi Angliæ Regis Mariam Reginam Scotię in spem pacti antea coniugij cum Rege, tradendam deposceret, vt ea Regna arctissimo fœdere in vnum coalescerent, sed obstabat petitis schismatis, quo laborabant Angli, infamia, tùm etiam Scoti contra suę dignitatis iura arbitrabantur subijci Anglorum Imperio, atque si armis peterentur ad libertatem tuendam ferro, erant comparati, Pontifex autem maximè veritus ne orthodoxa Religio in Scotia ex fœdere Anglico deleretur, Mariam Reginam Seniorem hortatus est, vt filiam Mariam Reginam Christiana pietate imbueret excoleretque, tùm orthodoxam Religionem in Regno assereret, necnon Proceres mutuo concordię fœdere coniungeret inter se, ac conglutinaret, euellendisque omnibus diffidijs sedulam operam nauaret.

Ad Mariam Reginam Seniorem.

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 107.

Charissima in Christo filia, &c. Cùm Pastoralis officij nostri ratio, tùm paterna, qua semper te, & fortem istam Nationem dileximus, beneuolentia facit, vt crebrò nos animum, & cogitationem nostram ad res vestras referamus, est enim magnę nobis curæ, vt & filia tua, quæ adhuc parunla est, quàm optimè instituatur, & Regnum istud saluum, incolumeque conseruetur, quorum nos vtrumque in tua maximè diligentia, & auctoritate positum esse intelligimus. Itaque & si de virtute, & prudentia tua optimè existimemus, teque hortatione nulla egere arbitremur, tamen his te literis in Domino cohortandam putauimus, primùm vt quemadmodum te & facere, & facturam esse minimè dubitamus, operam des, vt Regina filia tua cum alijs bonis institutur moribus, tùm præcipuè tener eius animus Catholica, & vera, quæ à Maioribus tradita est, fide in Deum, ac pietate imbuatur. Hęc enim pietatis laus, vt ipsa minimè ignoras, initium, ac fundamentum est reliquarum virtutum omnium, & in ea salutis, ac beatitudinis æternę ratio posita est. Deindè cùm nullum Regnum existentibus in eo dissensionibus diutiùs saluum, & incolume esse possit, sicuti Dei, ac Domini nostri voce testatum est; enitere, atque elabora, vt Nobilium Virorum, atque istius Regni Procerum vnionem inter se, & concordiam tueare, atque conserues; nihil enim, neque eorum consensione Regno isti salutarius, nec rursùs discordia perniciosius esse potest, quos quidem cùm pru-

Mariæ Reginæ Scotiæ scribit Paulus III. vt in fide Catholica firma permaneat.

prudentia, & probitate ſua, tùm verò auctoritate tua adductos, concordes, & conſentientes inter ſe futuros eſſe confidimus. Hæc nobis, quę ad te in præſentia ſcriberemus in mentem veniebant, quæ ſi, vt ſperamus, effeceris, cùm tibi honeſta, atque ampla, tùm Regno iſti futura ſunt ſalutaria, ſed his de rebus tecum propediem agemus per Nuntium probum, & grauem hominem, quem iſthuc miſſuri ſumus, cùm noſtræ in te, ac Populos iſtos beneuolentiæ teſtem, tùm eorum conſiliorum Adiutorem, quæ ad pacem, & tranquillitatem Regni iſtius pertinebunt, interim omnia tibi de nobis polliceri, ac ſpondere potes, quæ ad Serenitatem Tuam, Regnique iſtius pacem, & libertatem tuendam proficiſci à nobis, atque ab hac Sancta Sede poterunt, ea te de nobis ſpes, atque expectatio quantum ☞ cum Domino fieri poterit, nunquam fallet. *Datum Romæ XXVII. Martij MDXLVII. Anno XIII.*

Demiſit altè in animum Pontificis monita Regina Maria, ac filiam Catholica Religione more Maiorum eximiè inſtitutam non Anglo, à quo hæreſi inficeretur, ſed Galliarum Regis filio coniugem dare meditata eſt, Anglorumque eam depoſcentium inſultus fortiter ſuſtinere. Pium Reginæ, ac Scotorum conſilium non latuit Anglos, qui inſtructo validiſſimo exercitu, Duce Somerſeti Principe Regis Tutore in Scotiam Menſe Auguſto irruperunt, Reginam vi rapturi, ad quos retundendos Iacobus Hamiltonus Scotiæ Adminiſtrator occurrit, pugnatum eſt ad Meſſelburgum cruento, & ancipiti prælio, Scotis pro Religione, & libertate fortiſſimè dimicantibus, demùm cùm Scotorum copiæ numero impares eſſent, fuſæ ſunt, Angliſque victoriam reliquerunt, intulit victor fœdam Agris vaſtitatem, atque Angliæ fines, latiùs propagauit, non fracti tamen ſunt his aduerſis Scoti, ſed collecto nouo exercitu victorem coërcuerunt, ac ne Regina Iunior in eorum poteſtatem caderet, eam in Gallias proximo anno deuexerunt.

Ludouicus Guicciar. in comm. Natalis lib. 3.

129 At Eduardus Somerſeti Dux parta de Scotis victoria adeò intumuit, vt mutare Anglorum leges, & omnem Pontificium ritum, qui hactenùs in Schiſmate retinebatur, abrogare decreuerit, publicis itaque Comitijs Londini habitis Pridiè Nonas Nouembris, fidem ac Religionem peruertere aggreſſus, hæc impia decreta tu-
Sand. l. 2. de Schiſm. Anglic. ,, lit, quę refert Sanderus [Lege decernitur, ,, vt omnes Eccleſiæ, Baſilicæ, ac Oratoria ad ,, id inſtituta, aut dotata, vt in eis pro Defunctorum animabus Orationes, Eleemoſynę, aut ,, Sacrificia fierent, Regis Eduardi eſſe deinceps
Mutatio Religionis in Anglia. ,, cenſerentur. Omnes item Capellæ, Sacella, ,, & Altaria, quæ vel annuos cenſus, vel obla- ,, tiones, vel vllum aliud emolumentum habe- ,, rent, omnes præterea Congregationes, So- ,, dalitates, aut Confraternitates ad quoduis ,, genus piorum operum inſtitutę fiſco Regis ,, concedebantur. Quibus ſic conſtitutis ad ,, commoda temporalia, quorum prima ipſis ,, cogitatio, ac cura fuit, tranſierunt deinde ad ,, Religionis capita, ac primo loco ſanxerunt, ,, vt cùm Epiſcopi, ac Presbyteri Anglicani ri- ,, tu ferè Catholico (excepta Romani Pontifi- ,, cis obedientia, quam omnes abnegabant) ad ,, illud vſque tempus ordinati fuiſſent, alia ,, omninò forma ab ipſis præſcripta ordinatio- ,, nes fierent auctoritate à Puero Rege ad id ac- ,, cepta. Hinc nouum etiam ritum Sacramenta ,, adminiſtrandi adiunxerunt, & de ea re librum ,, publicum Comitiorum auctoritate confirma- ,, tum ediderunt.] Ritus Sacramentorum mutati,

,, Deindè cùm non paucæ adhuc Sanctorum ,, Imagines, ac ſtatuę alicuius etiam pretij, ac ,, momenti per Angliam viſerentur, eas primo ,, quoque tempore tollendas iudicarunt, emiſſis ,, itaque hominibus quibuſdam impijſſimis, ac ,, audaciſſimis, qui hoc ſacrilegium aggrede- ,, rentur, & vnà cum eis nonnullis Miniſtris, ,, certiſque Concionatoribus, qui Imaginum ,, vſum populo diſſuaderent (non ignorabant ,, enim plebem hoc ęgrè laturam, à qua etiam ,, in Prouincia Cornubenſi vnus è Commiſſa- ,, rijs Bodeus nomine occiſus fuit) Chriſti Sal- ,, uatoris, Deiparæ Virginis, Apoſtolorum ,, & Prophetarum omnes omninò Imagines, ,, tàm pictas, quàm fabrefactas, partim dele- ,, uerunt, partim combuſſerunt, eo ipſo decla- ,, rantes, cui bellum indicerent, & contra quem ,, venirent: in locum verò deiectæ Crucis Chri- ,, ſti ſubrogarunt Regis Angliæ inſignia, nem- ,, pè tres Leopardos, & tria Lilia, hinc ſerpen- ,, tis, inde canis pedibus expanſis ſuſtentata, ,, quòd perinde erat, ac ſi dixiſſent, ſe non ,, Chriſtum, cuius imaginem contumelioſè de- ,, iecerant, ſed Regem terrenum, cuius inſi- ,, gnia eodem loco erexerant, colere, & ado- ,, rare.

Chriſti Imagines euerſæ,

,, 130 Nec his malis contenti Zuingliani tre- ,, mendum etiam Corporis, & Sanguinis Do- ,, mini Sacrificium, quod à Cathecumenorum ,, prima, & fidelium ſequente dimiſſione, Miſ- ,, ſarum nomen iam olim acceperat, in publicis ,, Comitijs abrogarunt, nec enim per aliam ,, ſpeciem, argenteæ Pixides, & Cruces, Vr- ,, ceoli, & alia ſacra Vaſa, Candelabra argen- ,, tea, & ænea, Sacræ Veſtes auro intertextæ, ,, Vexilla ſerica, Cereorum, Olei, & aliorum ,, omnium, quæ cultui Diuino dedicabantur, ,, pretium, denique ipſi fundi, & agri ad has ,, res ſuſtentandas donati, non poterant alio ,, prætextu ferè auferri, quæ omnia horum Co- ,, mitiorum auctoritate Regio fiſco concedeban- ,, tur.

Sublatum Miſſæ Sacrificium.

Direpta Sacra vaſa.

,, Quarto autem loco ſancitum eſt, vt Eucha- ,, riſtiæ vtraque ſpecies cuilibet de myſterijs ,, participanti neceſſariò ttaderetur.

,, Quinto loco decreuerunt, vt Sacra Officia ,, recitarentur in vulgari lingua. In quo decre- ,, to illud perridiculè euenit, vt cùm omnia in ,, Eccleſijs Anglicè legerentur, eo videlicet prę- ,, textu ne populus, quid in rebus Diuinis age- ,, retur, ignoraret, ſed Amen reſpondere poſſet, ,, interim neque Wallorum, neque Cornubien- ,, ſium, neque Hibernorum populus quidquam ,, eorum, quæ recitabantur, intelligeret.] Et ,, paulò poſt.

Sacrę preces publicæ in linguam vernaculam verſæ.

,, Adminiſtrandæ autem Euchariſtiæ ritus in ,, illis primis Regni Comitijs præſcripti parum ,, à Catholicorum Miſſa diſtabant, vt videlicet ,, populus non putaret quidquam ſibi ablatum, ,, ſed ea, quæ Latinè prius legebantur, tantum in ,, vulgarem linguam crederet eſſe tranſlata. Ita- ,, que Canon Miſſarum penè totus ab initio ad ,, verbum tranſcriptus fuit. Signa etiam bene- ,, dictæ Crucis retenta ſunt, illa inquam quæ ,, manu Sacerdotis tantum expreſſa erant. Cæ- ,, terùm non omnes Proteſtantes eodem ſpiritu ,, agebantur, qui enim nihil niſi opes Eccleſia- ,, ſticas quærebant, parum curabant, ſi Crucis

,, ima-

,, Imagines in aëre ſolo deſignarentur. Qui verò non poterant ferre, vt vel ita ſaltem mortis ,, Chriſti figura, & imago in honore, aut vſu ,, aliquo haberetur, breui poſtea obtinuerunt, ,, vt ſublatis huiuſmodi cæremonijs, totoque ,, Canone remoto, noua Liturgię forma proponeretur, quę Proteſtantium inconſtantia multùm retardauit rudem populum, ne eorum ,, doctrinæ aſſentiretur, dicebat enim, videamus ,, priùs, quo euadent, vbi conſiſtent, vbi quie,, ſcent:] Propagatam latè fuiſſe proximo anno Zuinglianam, ſiuè Puritanam impietatem dicetur ſuo loco.

Turbæ Neapolitanæ ob Inquiſitionem exortæ ſedantur.

131 Sedati ſunt hoc anno Neapolitani tumultus, qui fuerant concitati, cùm Petrus Toletanus Prorex cenſuræ ſacræ fidei Tribunalia Hiſpano more erigere vellet: non repugnabant quidem Neapolitani inquiri in Hæreticos vetere Romanæ Eccleſiæ more, cuius clientelæ eſſent addicti, ſed verebantur, ne ſi Hiſpano more cenſura exerceretur, plures inſontes à calumniatoribus falsò delati opprimerentur: tùm ne qui in odium, & inuidiam apud Hiſpanos eſſent adducti politica fraude, vt Rei hæreſis circumuenirentur; cùm verò à Prorege, atque à Ciuibus ad Imperatorem legationes decretæ eſſent, ita res ab eo compoſita eſt, vt vetere inſtituto contra Hæreticos cenſura exerceretur, Ciues verò arma Proregi traderent, tùm etiam Ciuitas certa vi auri mulctata ob rebellionis ſigna in Proregem motæ oſtenſa, cuius imperijs Ciues demiſsè paruerunt.

In Luſitania acerbiùs inquiſitum in Neophytos.

In Luſitania quidem tanta acerbitate ab Adminiſtris ſacra cenſura exercebatur in Neophytos Hæbrei generis violatæ Religionis reos, vt Pontifex eorum cauſæ cognitionem ad ſubſcllia Apoſtolica reuocarit, demùm cùm Luſitaniæ Rex profiteretur daturum operam, vt in impios ita ſeueritas legum diſtringeretur, vt inſontes nulla iniuria afficerentur, cenſuræ exercendæ libertatem Regijs Adminiſtris reſtituit, de quo Cardinali ſupremo in eo Regno fidei Cenſori has literas dedit.

Cardinali Portugalliæ.

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 116.

Dilecte fili noſter. Cùm Sereniſſimum tuum fratrem Portugalliæ Regem iugiter intellexerimus impensè cupere, vt Inquiſitio in eius Regno per Nos conceſſa nullo retardetur prætextu, Nos, etſi non paucę tùm querelę, & rationes ex aduerſo interdum opponebantur, tamen ſperantes ſummam ipſius Regis religionem, ac inſtitiam nihil aliud, quàm ſuorum Regnorum emundationem ab hęreſibus, & illarum ſuſpicionibus optare, cunctis contrarijs rationibus ſpem noſtram in eius probitate ſitam præferentes, Inquiſitionem iſtius Regni, & liberam procedendi facultatem non ſolùm conceſſimus, ſed etiam exemptiones ab eis cunctas, aliquibus tamen, quę ex nonnullis iuſtis cauſis conceſſæ ſunt, exceptis, reuocauimus, ſicut ex diuerſis noſtris literis plenius apparebit, ſperauimus tamen, ac ſperamus primùm quidem in probitate, & æquitate dicti Regis, quas eſſe in ore, & honore omnium Principum ſcimus, tùm deinde in ipſa circumſpectione tua, quæ tanquam Caput ipſius Inquiſitionis eſt, facultatem hanc (licèt liberam) moderatè tamen, ac piè exercendam fore, vt laxitatem iuriſdictionis moderatio charitatis, & tua bonitas reſtringat, iugumque hoc, cùm Chriſti Domini ſit, leue, & ſupportabile ſentiatur, &c. *Datum I. Iulij MDXLVII. Anno XIII.*

Inſontes à Pontifice defenſi.

132 Præmonuit porrò Pontifex Luſitaniæ Regem, vt in Neophytos clementiam explicaret, eos enim in Chriſtiana pietate inſtituendos, erudiendoſque blanditijs potiùs, ac humanitatis officijs, quàm terrore, eoſque ipſi commendauit, vt velut chariſſimos filios paterna beneuolentia complecteretur.

Regi Portugalliæ.

Paul. III. lib. breu. ann. 15. pag. 339.

Chariſſime, &c. Licèt nos pro Dei omnipotentis honore, & animarum ſalute, ac etiam vt Tuæ Serenitati omni pietate conſpicuæ id à Nobis inſtanter petenti rem gratam faceremus, Inquiſitionem liberam, & ſecundùm ius commune, in iſtis Tuis Regnis conceſſerimus, tamen quoniam mouet nos quaſi infantia iſtorum nouorum Chriſtianorum, in qua blanditijs potiùs, quàm minis, ſicut ab ipſa natura, & à ſacris etiam literis edocemur, educandi, & alendi ſunt; Maieſtatem Tuam in Domino hortamur, & ab ea omni, quo poſſumus, ſtudio petimus, vt pro ſua probitate, ac pro noſtra etiam conſolatione apud maiorem, & cæteros Inquiſitores agere velit, vt ipſos nouos Chriſtianos cum charitate amplecti, & ſeueritate Iudicis pauliſper depoſita, pij patris perſonam ergà eos induere velint, quod erit nobis gratiſſimum, ſicut dicent plenius Tuæ Serenitati ex parte noſtra Nuntius iſthic noſter, & dilectus filius Ioannes Vgolinus præſentium lator, quem dedita opera mittimus, quibus fidem habebit. *Dat. Romæ XV. Nouembris MDXLVII. Anno XIV.*

Non prætermittendum hìc viſum eſt in Hiſpania fuiſſe hoc tempore doctam fœminam, quæ linguas Latinam, Græcam, Hebraicam, Syriacam, atque Arabicam calleret, cui Pontifex his literis gratulatus eſt, quod eam ſcientiam cum eximio pietatis cultu coniunxiſſet.

Dilectæ in Chriſto filiæ Aloyſiæ Sygeæ Mulieri Toletanæ.

Paul. III. lib. breu. anno 13. pag. 12.

Dilecta in Chriſto filia, ſalutem. Recepimus literas tuas Latinè, Græcè, Hebraicè, Syriacè, atque Arabicè ſcriptas, quæ gratiſſimæ Nobis extiterunt, ex illis enim non ſolùm ſingularem erga Nos deuotionem, ſed mirani quoque & omni laude dignam peritiam tuam cognouimus. Mirum certè eſt, quòd iſtius ætatis fœmina tot linguarum cognitione, talique ſcribendi ſtudio animum excolueris, exornaueriſque, quo magis Deo gratias agere in Chriſto filia debes talium gratiarum largitori, illiſque ad ornamentum honeſtatis, & pietatis cultum vti &c. *Dat. .... Ianuar. MDXLVII. Anno XIII.*

Poloniæ Rex Senior acerrimus Religionis defenſor.

133 In Polonia Sigiſmundus ſenior Rex in Romanæ Eccleſiæ fide, & obſequio conſtantiſſimus id Regnum ab Hæreticorum inſidijs, infideliumque conatibus fortiſſimè vindicabat, ad cuius virtutes imitandas, ſectandaque Maiorum, qui tot triumphos de Moſchis, Turcis, Tartariſque retulerant, exempla, Pontifex Sigiſmundum Regem iuniorem prouocauit.

Sigiſmundo Iuueni Regi Poloniæ.

Paul. III. lib. breu. an. 1546. pag. 63.

Chariſſime fili ſalutem. Ex nobilis viri Nicolai Dapiferi relatu cognouimus, quæ Sereniſſima Maieſtas Veſtra à Nobis, & ſancta Apoſtolica Sede deſideraret, & certè Nos in vniuerſa commoda, atque honores Serenitatis Veſtræ, & Regni, ac Dominiorum ipſius, quæ cum Apoſtolicæ ipſius Sedis dignitate expediri queunt, propenſiſſimi ſumus, prout ſemper fuimus, & Prædeceſſores Noſtri fuerunt; multum ſiquidem ſtabilimenti, & firmitatis pro recta fide aduersùs

Sigiſmundum iuniorem Paulus in fide confirmat.

infi-

infideles, aut Schiſmaticos, maloſque Chriſtianos in ijs ſemper fuit multa trophæa, & ſpolia, Te ijs Deo adiuuante relata, ornamento fidei incrementiſque acceſſerunt, quæ eminentiſſimè in familia Veſtra, Patre, Patruiſque Sereniſſimis Regibus, atque adeò Maioribus Veſtris enituerunt, vt Omnipotentis prouidentia contra Mahometanæ perfidiæ, ac Schiſmaticæ prauitatis iacula, quaſi quoddam repagulum in Regni, & Dominiorum Veſtrorum viribus videatur conſtituiſſe, neque enim ignoramus quot victorias, atque inclyta decora de Turcis, Tartaris, Moſchouitis, atque alijs circumfuſis gentibus malè in Catholicam affectis fidem familia Veſtra retulerit, cuius imitationem Tibi chariſſime fili proponendam in primis cenſemus; neque enim, ſi per veſtigia Patris, ac Maiorum iuris, vnquam à via aberrabis, quæ Te ad culmen gloriæ, & Regni æterni præmia ad extremum deducet &c. *Datum Romæ die 1. Martij MDXLVII. Anno XIII.*

Religio in ea propagata: & noui Epiſcopatus inſtituti.

134 Auctus eſt hoc anno Cardinalium Senatus, vt refert Ioannes Franciſcus Firmanus ſacrorum Rituum Magiſter. [XXVII. Iulij (inquit) „ in Conſiſtorio ſecreto fuerunt creati duo Car„ dinales, quorum vnus fuit publicatus Caro„ lus de Guiſa Archiepiſcopus Rhemenſis, al„ ter verò non fuit publicatus Iulius de Ruuere „ Vrbinatenſis.]

Hiſt. l. 4. pag. 134.

Priorem fuiſſe inſignitum titulo Presbyterali S. Cæciliæ refert Panuinus, quem etiam Henrici Regis Gallorum nomine Pontificio obſequio Gallicam potentiam detuliſſe narrat Belcarius, & luculenta oratione Francorum Regum cum Romanis Pontificibus coniunctionem, ac fœdus celebraſſe, confirmatque Iacobus Auguſtus Thuanus, ac decimo nono kal. Ianuar. rem geſtam conſignat in eodem Senatu, in quo vt diximus, Cardinalis Tridentinus, & Iacobus Hurtadus Mendoza Oratores Cæſarei, dum vrgerent acerrimè, vt Concilium Bononia Tridentum reuocaretur, imprudenter Pontificem, quem obſequijs delinire debuerant, intempeſtiuis minis pupugere, ex qua animorũ offenſione, iniurijſque à Cæſaris Adminiſtris Pontifici illatis occaſione ſumpta Galli Paulum ſibi arctiſſimè deuincire pertentarunt, Cardinalis enim Guiſius in illa ſua luculenta oratione, cum eximia Regum Galliæ in Pontifices merita recoluiſſet, ac opes omnes Henrici Regis pro aſſerenda Pontificis dignitate ampliſſimo, ornatiſſimoque officiorum apparatu detuliſſet, addidit in ſugillationem Cæſaris, ſe Paulum monere, vt naſcentibus factionibus, quæ magnas plerumque ex paruis initijs vires acquirant, ſe opponeret, neque enim eum latere, in quas ſe olim nimia ſecuritate Ioannes XIII. Gregorius VII. & Paſchalis III. calamitates induxerint, ac poſtremò Alexander III. donec eorum ſucceſſores ope Gallorum ereptam ab Imperatoribus auctoritatem recuperauerint. At Pontifex, licet ad ineunda cum Gallis conſilia inclinaret, quia tamen imbecilliores erant illi Anglico bello impliciti, & Galli ætati affectæ Pontificis parum fidebant, res lentè, ac pacatè acta eſt.

Cæſareus Orator inſolentiſſimè agit cum Pontifice. Belcar. lib. 24. 49.

Gallus eũ ſibi conciliat officijs amantiſſimis.

135 In India Peruana grauiſſimæ hoc tempore diſſenſiones inter Hiſpanos Proceres Prouinciarum Præfectos exarſere, in quibus Prorex Blaſcus ob faſtum publico contracto odio ab inimicis cęſus eſt, & Chriſtiana Religio, quæ in ijs oris longiſſimo diffuſis tractu terrarum, quæ vix ſemeſtri toto pertranſiri poſſint, efflorebat, Barbaris ad Diuinum cultum, à quo Germani, & Angli deficiebant, traductis, in graue diſcrimen adducta eſt, ſed ea turbæ ſingulari prudentia, & felicitate Petri Gaſcæ Iuriſconſulti ſedatæ ſunt. Is Regij Senatus Præſidis titulis ornatus, & ampliſſimis fultus mandatis, cùm ad Oppidum Marthæ applicuiſſet, factus eſt certior, Melchiorem Verducam Cæſareorum copiarum Ducem ab Hinogienſibus partes Conſalui Pizzarri ſequutis profligatum, is tamen oſtenſa eximia clementiæ ſpe, cùm res Cęſareę conclamatæ viderentur, Laurentium Aldanam ſibi coniunxit, & Conſalui Pizzarri milites ſpe veniæ delinitos ab eo diuulſit, vt ſingulari Diuinæ prouidentiæ munere, perduellibus edomitis, pacem Americæ reſtituerit. Eluxit maximè illius virtus in deſpiciendis auro, & gemmis, & vnica iuſtitia tantùm colenda, contrario enim aliorum Hiſpanorum Magiſtratuum more ex Americana Prouincia, auri gemmarumque feraciſſima, inops cum eadem veſte, ſed paulò magis detrita, redijt, dignuſque fuit, qui Epiſcopatum capeſſeret. Porrò ad propagandam in Occidentali India Religionem conſtitutæ ſunt à Pontifice plures Eccleſię Cathedrales, eædemque Hiſpalenſis Archiepiſcopi imperio ſolutæ, ac liberæ renuntiatæ.

Inter alias Epiſcopatum Fluminis Argentei vulgò *Rio de la Plata* ob fodinas argenti feraces, quas illud perluit, inſtitutum, atque à Carolo V. vectigalibus ditatum referunt Acta Conſiſtorialia.

„ [Hoc anno XV. Iunij MDXLVII. erexit, & „ inſtituit inſtante Sereniſſimo D. Carolo Ro„ manorum Imperatore ſemper Auguſto Oppi„ dum, ſeu Pagum *del Rio de la Plata* nuncupa„ tum, ſitum in Prouincia *del Rio de la Plata* „ nuncupanda in Inſulis Indiarum pro vno Epi„ ſcopo *del Rio de la Plata* nuncupando, qui „ eidem Eccleſiæ præſit, ac in ea, necnon dicta „ Ciuitate, & illi aſſignanda Diœceſi verbum Dei „ prędicet, & eorum incolas infideles ad ortho„ doxę fidei cultum conuertat, & in ea inſtruat, „ & confirmet, & Baptiſmi gratiam impendat, „ necnon ad eas declinantibus Eccleſiaſtica Sa„ cramenta, & alia ſpiritualia miniſtret, ac fa„ ciat, & procuret, necnon in eiſdem Eccleſia, „ & Diœceſi iuriſdictionem Epiſcopalem exerce„ at, ac dignitates, Canonicatus, & Prębendas, „ aliaque Beneficia Eccleſiaſtica erigat, & inſti„ tuat pro Diuini cultus augmento, quę ipſorum „ incolarum ſaluti expedire cognouerit, quique „ Archiepiſcopo Ciuitatis Regis pro tempore „ exiſtenti iure Metropolitico ſubſit, ac ex omni„ bus inibi pro tempore prouenientibus, prętер„ quam ex auro, alijs metallis, gemmis, & lapi„ dibus pretioſis decimas, & primitias de iure de„ bitas, cęteraque Epiſcopalia iura, prout alij „ in Hiſpania Epiſcopi de iure, vel conſuetudine „ exigat] &c. Attributum eſt à Carolo Imperatore ducentorum aureorum annuum vectigal ex Regio ærario, præfectus verò illi eſt Epiſcopus Ioannes de los Barrios Ordinis Fratrum Minorum, Imperatori verò, ac ſucceſſoribus ius patronatus, ac ius deſignandi Epiſcopi, quod vocant prędentandi, reſeruatum.

Acta Conſiſtor. M. S. Cor. Spad. fig. num. 133. pag. 499.

fig. num. 133. pag. 105.

Natal. Comes lib. 1. Diſſenſiones in India Peruana exortæ ſedantur.

136 In India Orientali, authore, & ſuaſore ſacri belli B. Xauerio Apoſtolico in India Legato, de hoſtibus fidei parta eſt Diuino beneficio inſignis victoria, naualibus tribus Chriſtianis tantùm deſideratis, ac tanta cum Barbarorũ ſtrage, vt quatuor millia eo prędio abſumpta ſint, decẽ hoſtium naues in prælio demerſæ, ac reliqua Claſſis vniuerſa

in

in potestatem redacta; eam victoriam S. Xauerius Diuino Spiritu afflatus prædixit pro concione Malacensibus, dieique fixum definiuit, quo de Lusitanorum incolumitate, ac victoria nuntius esset venturus, licet locus in quo pugnatum est, ducentis amplius millibus passuum Malaca abesset. *Torsellin. l. 3. c. 10.*

Migrauit ad Cœlum VII. Augusti B. Caietanus Thienæus Clericorum Regularium Conditor, Vir summarum virtutum exemplis clarissimus. Assiduus nimisque austerus sui corporis censor, ac lictor fuit; adeò vt dicere soleret, se corpus suum tanquam rebellem quemdam infirmumque genium odisse: quas durissimas corporis afflictationes vel maximè intendebat, cùm aut impetrare sibi alijsque à Deo beneficium aliquod institueret, aut arceri publica mala, propitiarique Numen oporteret. Illibato mentis candore, corporisque integritati seruandæ vnicè studuit, mulieres euitabat, ac præcipuè eas, quæ non sine honestatis fraude, nobilitati ac formæ, splendore vestium nimiè indulgebant: quare cum insignem hunc illius pudicitiæ amorem probè iam scirent prænobiles matronæ, illud cum Caietano obseruarunt, & cùm eum adire ad sui eruditionem exoptarent, non antè auderent, quàm abiecto omni corporis ac vestium cultu orisque elegantia neglectu quodam castigatis, ad illam sancti Viri modestiæ formam se componerent. Hinc factum est, vt etiam post mortem tuendæ pudicitiæ patronus plurimis extiterit, irrefragabili Romanæ Rotæ iudicio ita attestante [*Plurimi à diuturnis, ac inueteratis carnalium vitiorum vexationibus exemptos, & huiusmodi illecebrarum stimulis prorsùs immunes sese cognouerunt, vbi seruo Dei fiducialiter, ac deuotè se ipsos commendauerunt.*] Eximius rerum humanarum contemptor semper extitit, Insulas primarias constanter respuit, nobilium parentum domos adeò auersatus, vt cùm redire Vicentiam ei interdum contingeret, & si diù multùmque obtestarentur fratres, vt ad cognatas ædes diuerteret, exorari nunquam potuerit, sed ad publicũ Vrbis Xenodochium appulerit: & quod potissimùm dignum memoratu est, cùm Neapolim plerique eius consanguinei peruenissent, vt absentem diutiùs inspicerent, eos neque alloqui, neque intueri voluerit; ità vt eo insalutato ad quem venerant, redire clarissimos viros oportuerit. Qui verò sectandæ Apostolicæ paupertatis amor, nudique in Cruce Saluatoris imitandi ardor in eo fuerit, haud quidem clariùs ostendere potuit, quàm in sui Ordinis institutione, cui non modò non censum, non opes, nec certum aliquem prouentũ, verùm etiam neque victum emendicare permisit; piaculum omninò ducens, si quis in summa egestate pietatem stipemque fidelium imploraret: ideòque, dum animam ageret, extremæ huius paupertatis cultum suorum animis nouissimis his verbis imprimere voluit: [*Filij vsque dum vixi, vixi pauper, ac defungi vita in summa inopia peroptaui. Hanc verò commendatam vobis magnoperè virtutem pernelim.*] In iuuandis proximorum animis totus adfuit, propterea animarum venator dictus [*Dulcissimum reputans refocillamentum* (ità Romanę Rotę censores) *inuenta noua moliri, quibus animarum saluti opem præstaret, & studio consuleret, quare assiduo charitatis opere detinebatur, sermonibus, epistolis, consilijs, confessionibus se totum in animarũ leuamen dabat.*] In ipso penè ætatis, ac virtutis flore nondũ regulari disciplina authoratus, sacræ Eucharistiæ frequentiam Vicentiæ instaurare studuit. Instituto verò Ordine, hoc potissimùm in commune bonum consuluit, quod reflorescere eo adhortante, ac redire obsoletus iam Sacræ Synaxis vsus visus fuerit: Et quia externa magis specie, sensuque mouemur, augustissimum Sacramentum inter collucentes faces, & quo elegantiore posset cultu exponere publicę veneration̄i occœpit; qui sacer ritus ingenti cum pietatis incremento vbique populorum propagatus cernitur. Perlatum ei fuit, dum Neapoli ageret, Antistitem quemdam purpuratum magni nominis in Romana Aula per plures interdum dies ab Ara abstinere negotiorum mole detentum: mox Neapoli per æstiuos calores, maioris charitatis flamma succensus, Romam contendit, vt Cardinalem tantummodò de hac re admoneret, statimque abscessit in similitudinem fulguris coruscantis: siquidem adfuisse, & abfuisse idem penè fuit. Cæterùm tàm adorandum Sacramentum ipse ad intimam animi veneration̄e colebat, vt eius amore inflammatus octonas persępè horas ante Sacrificium inter pias preces transigeret. Diuinam Eucharistiam non esse sumendam aiebat, vt Christus sese in nos commutet, sed vt nos in se ipsum: hoc est non eo scopo communicandum, vt Christus nostram faciat voluntatem, sed vt nos eius voluntatem sequamur. Mundi delicias, & voluptates dæmonum præstigia appellare consueuerat, quibus homines à se excantatos minimè replet, sed tantummodo inflat. Deum verò solum habere in sua potestate veras solidasque voluptates, quæ humana corda abundè expleant. Cùm excitare rerum humanarum suique contemptum vellet, hæc pronunciare potissimùm solitus erat: gemere sub hac graui sarcina mortalitatis omnibus contingit: at quamuis vna eademque viuentes omnes calamitas ac lues tangat, ijs nihilominùs miseriarum seges fælicior prouenit, quibus charior est vita; & qui pluris æstimant, plus dolent. Ad Dei amorem hac etiam sententia excitabat. Deum ama, illi vt placeas, vires neruosque omnes intende. Tum ipse, etiamsi omnes te Cœli ciues deserant, tuis semper necessitatibus præstò, ac totus aderit. Denique cum acerbissima in Petrum Toletanum Proregem excandesceret Cittiũ inuidia, excitarenturq; passim turbæ, quod ille ingratum exosumq; Neapolitanis Inquisitionis nomen officiumque inuehi adniteretur, vt teterrimos Lutheri emissarios, qui Neapoli pestilenti ingenio, insignique facundia impietatem disseminauerant, (vti superiùs innuimus) eorumdemque sectatores quantociùs exterminaret; Caietanus, qui Nouatorum istorum technas optimè nouerat, & Cardinali Theatino iam pridem renunciauerat, primùm opportuna remedia à Prorege proposita, populi reluctantis pertinaciam, deinde hostiles in ea vrbe excursiones, frequenterque conflictus, ac cædes acerrimè condolens, feruentissimis ad Deum precibus noctes integras transigebat; ac Viros Principes per diem enixè cohortabatur, omnesque prensabat, vt ab eo tumultu, ac seditione desisterent. At cùm flagrare nihilominùs incendia ac cædes, & recrudescere in dies incitatæ multitudinis odia animaduerteret, amantissimæ illius Vrbis commiseratione vsque adeò extabuit, vt in grauissimam febrem inciderit, angoremque ei adauxit, ac morbum perlatus per id tempus rumor, translatum interpellatumque Tridenti fuisse grassante epidemica lue Concilium, quod summis votis exoptauerat.

Obitus S. Caietani Thienæi.

Insignis eius castitas.

Impuris coetos mores impetrat.

A consanguineorũ visu se subducit.

Christi paupertatem æmulatur.

Animarũ saluti procurandæ incumbit.

Contemplationi diuinę addictus.

Insectatur hæreticos factores.

Dolet Concilij disturbatum.

nerat. Potiſſimam ſancti Viri mortis mox ſecutæ cauſam præfatam Vrbis fuiſſe calamitatem abundè teſtatur ſequens epitaphium eius ſepulchro affixum. *Beatus Caietanus, è nobili ſtirpe Comitum Thienæorum Vicentinus, vnus ex quatuor Clericorum Regularium Conditoribus Romæ MDXXIX. Diuino plenus Spiritu, verbo, exemplo vbique præclarus, & miraculorum gloria inſignis, obiit Neapoli MDXLVII. VII. Idus Auguſti, ex angore animi ob imminentem Ciuitati cladem, & ſeditioſos tumultus, qui tamen precibus ipſius in Cœlum euectis ſedati ſunt.* Claruit miraculis: in vita ſerpentem gangrænam in ſodalis pede, qui abſcindendus erat à Chirurgis, ſuis precibus ſanauit: maniacum bonæ menti reſtituit: Venetam Matronam propinato liquore, qui ex corpore ſancti Andreæ Apoſtoli extillat, à morbo, cuius ſanandi ſpes conclamata erat, incolumem repentè reddidit. Tempeſtatem iniecta Icuncula Agni Dei ſedauit: vtque à ſe inanem gloriam amoueret, exemplo S. Gregorij Turonenſis, in edendis miraculis Sanctorum lipſana adhibere conſueuerat. Verùm poſt mortem innumera vſque ad noſtra tempora patrata eius interceſſione vbique terrarum miracula eximiam ſanctiſſimi huius Viri pietatem patefecere, quibus permotus Clemens X. Pontifex Maximus, anno à partu Virginis MDCLXXI. illum inter Sanctos adſcripſit ſacro ſolemni ritu ſimul cum SS. Franciſco de Borgia Societatis Ieſu, Philippo Benitio ex Ordine Seruorum Beatæ Mariæ, & Ludouico Bertrando ex Dominicanorum familia, & Roſa Virgine Peruana ex aggregatione ſororum Pœnitentiæ S. Dominici.

IESV CHRISTI

Anno 1548.

PAVLI III. Anno 15. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 30.

1 ANno Seruatoris milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octauo Indictione ſexta, grauiſſimæ controuerſiæ, an iure Concilium Tridento Bononiam tranſlatum eſſet, exarſere, quæ demùm triſti exitu Cæſare latas in Concilijs leges aduersùs Hæreticos pro Cæſareo munere non exercente, ſed politica ſua conſilia nimiùm defendente, in maximum Religionis damnum eruperunt. Miſerat ille deuexo ſuperiore anno, vt vidimus, Chriſtophorum Madruccium Cardinalem Tridentinum cum Didaco Mendoza Oratore, qui Pontifici hæc quatuor capita propoſuerat. Primo loco, vt Concilium Bononia Tridentum reuocaretur ob ſpes ingentes traducendorum ad caſtra Eccleſiæ aberrantium Hæreticorum. Secundo, vt Prælati idoneis inſtructi mandatis mitterentur in Germaniam, qui redeuntes cenſuris ſoluerent, & quandam molliorem vitæ rationem conſtituerent, donec Concilium abſolutum eſſet. Tertio, vt in Concilio Chriſtiana diſciplina in Clero, Populoque reſtituta veteri morum puritate inſtauraretur. Quarto loco pollicebatur Cæſar ad difficultatem transferendi Tridentum Concilij æquigandam, ſi is caſus contingeret, vt Pontifex è viuis migraret, ſtante adhuc & congregato Concilio, non delectum iri à Concilio Pontificem, ſed à Cardinalibus: de quibus Paulus Concilij Bononienſis Præſules conſuluit, vt ſuprà vidimus. Conſultis itaque Patribus Præſes Concilij ità Pontifici reſpondit.

Tom. 10. de Conc. in s. Arch. Vat. fig. n. 3200. pag. 160.

2 [Reuerendiſſimis Dominis deputatis viſum eſt, quòd cùm Sanctitas Veſtra paterna charitate ſalutem Prouinciæ Germaniæ quibuſcumque modis potuit, ſemper procurauerit, quod ex multis argumentis, & præcipuè ex Concilio Tridenti indicto, & ex Legatis ſemel, & iterum ad eam Ciuitatem miſſis apertiſſimè conſtat, minimè dubitandum ſit, quin Sanctitas Veſtra eodem animo erga illam Prouinciam in poſterum ſit, vt antea ſemper fuit, optimo ſcilicet, & ad bene de ea promerendum propenſiſſimo: quantum ad ea, quæ Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Tridentinus nomine Inuictiſſimi Imperatoris, Sereniſſimi Romanorum Regis, necnon Illuſtriſſimorum Statuum Germaniæ retulit, ſcilicet, vt omnes ſacro, & œcumenico Concilio ſe ſubmittant, laudandam eſſe admodum pietatem Maieſtatis Suæ, ac bonam ſpem de eorum ſalute, qui hactenus à recta via aberrauerunt, concipiendam: verùm quoniam in illa ipſorum ſubmiſſione additum eſt, quòd ſe ſubmittant Concilio Tridenti celebrando, & ea de cauſa petitur nunc, vt Veſtra Sanctitas ipſum ad Tridentinam Ciuitatem reduci faciat, Reuerendiſſimis Dominis meis deputatis perſuaſum eſt id à Pientiſſimo Imperatore, & à nobiliſſima illa Prouincia efflagitari, & peti, quatenus ſine ſcandalo, immò cum pace, & concordia cæterarum Prouinciarum, ſeruata etiam auctoritate Concilij, & Eccleſiaſtica libertate fieri poſſet, ad quæ nomine Sanctitatis Veſtræ pro ſua Paſtorali cura, & omnium Eccleſiarum ſolicitudine proſpicere iure debet, & ea nullo modo negligere; ſic quoque exiſtimandum eſſe Maieſtates Suas, & Illuſtriſſimos Sacri Imperij Status in bonam partem laturos, ſi Sanctitas Veſtra more Maiorum ſuorum in tam ardua, & communi deliberatione Epiſcopos fratres ſuos, & Prælatos, qui omnium ferè Nationum in Concilio Bononiæ exiſtunt, pro communi pace ſeruanda, & turbis, & ſcandalis vitandis, ante omnia conſulere velit: eiſdemque Dominis meis videtur, par eſſe, Sanctitatem Veſtram operam dare, vt quàm minima mora in ipſa conſultatione facienda interponatur, atque etiam ne res in Germania detrimentum patiatur, benignè ſatisfieri debere à Sanctitate Veſtra ſecundæ petitioni Maieſtatis Suæ de mittendo ad illam Prouinciam vno vel pluribus Prælatis cum opportuna facultate, vt communis aliquis, & idem rectus viuendi modus vſque ad finem Concilij reformetur, & Statuatur.

3 Quia verò etiam Eccleſiaſtici Status Imperij de reductione Concilij Tridentum, Pontificem rogabant, Paulus eos monuit, vt ipſi etiam in perſonis proprijs accederent, ſaltem mitterent Nuntios ſuos Bononiam conſulturi vnà cum alijs Patribus quid circa ipſum Concilium agendum eſſet, ſcriptis ad eos literis in forma Breuis, quas hic ſubijcimus.

4 Subijciendæ viſæ ſunt eæ literæ ſuis verbis conceptæ, in quibus primùm obiecit Germanis Præſulibus modò eos anxiè petere, vt Concilium transferatur Tridentum, cùm tamen Tridenti

antea

antea quindecim Menſibus expectati, nec veniſſent, nec Procuratores pro ſui excuſatione miſiſſent, licèt Hiſpani, Galli, atque Itali ex remotioribus locis Tridentum ſe contuliſſent, tranſlationem porrò inſcia Sede Apoſtolica factam, & Concilium valere auctoritate ſui transferendi, vbi de ipſius ſalute agebatur, potuiſſe facilè eos, qui Tridenti hęſerant, Bononiam accedere, cùm non longo interuallo Bononia diſiuncta foret, quod ſi feciſſent, nulla modò controuerſia verteretur, ideò verò ſeriùs dari ipſis reſponſum, quod Cęſari idem cum ipſis petenti priùs conſultò Bononienſi Cõcilio reſpondendum eſſet; dati verò Tridentino Cardinali, ac Cęſareo Oratori reſponſi ſeriem, ad eos tranſmitti, demùmque hortatus eſt, vt Bononienſi Concilio pro communi pace ſe coniungerent, vel ad abſoluendum illud, vel ſi Tridentum aptiùs viſum ſit ad tranſlationem in eam Vrbem coniunctis ſuffragijs celebrandam.

☞ *Venerabilibus Fratribus, & dilectis filijs Ordinum Imperij Statibus Eccleſiaſticis in Conuentu Auguſtano.*

Ext. in Tom. 13 de Concil. m. s. Arch. Vaticani fig. 3200 p. 216.

Venerabiles Fratres, & dilecti filij ſalutem, &c. Accepimus ſuperioribus diebus literas veſtras XIV. *a* Septẽbris Auguſtę datas, quibus poſt explicatas diuturnas, & graues Prouinciæ Germaniæ calamitates à nobis petitis, vt redintegrato Tridentino Concilio, inque priſtinum locum, & ſtatum ſuum reſtituto, ſaluti, & tranquillitati veſtræ Nationis conſulamus. Qua in re ſollicitudo veſtra, quoniam nobiſcum communis eſt, gratiſſima nobis fuit: Hanc enim curam ab initio noſtri Pontificatus in animo fixam ſemper habuimus, vt ipſi Prouinciæ grauiter affectæ, & laboranti, quantum in nobis eſſet, mederemur. Cuius ſanè noſtri Paterni in vos animi, & multa alia argumenta omittamus, illud ſatis ſufficere poſſit, quòd poſt Mantuanam, & Vicentinam Indictionem, Concilio habendo Vrbem Tridentinam delegimus vobis propinquam, & commodam; quodque Legatis illùc noſtris ſemel, atque iterum miſſis, omni ſtudio, & diligentia ad illud celebrandum incubuimus, neque vllis ſumptibus pepercimus.

a In alijs XXIV.

Verùm cùm incœpto iam Concilio totos quindecim Menſes à poſteriore Indictione expectati eſtis, neque adhuc vllum in Germania bellum exiſteret, ſi non admodum multi veſtræ Nationis illuc acceſſerunt, aut miſerunt, cùm tamen aliqui acceſſiſſent, aut miſiſſent, non nobis, ſed illis eſt tribuendum; qui cùm propiores cæteris eſſent, ire ipſi, vt debebant, aut ſaltem excuſationem mittere non curarunt. At verò eo ex Hiſpanijs, Gallijs, Italia, & ex remotioribus Prouincijs, quibus Ciuitas Tridenti non ita commoda erat, ſatis magnus Epiſcoporum, & Prælatorum numerus confluxerat, multæque interea Seſſiones habitæ fuerant, quibus plurima ſalutaria decreta, quæ partim ad Fidem, & Religionem, partim ad morum reformationem pertinerent, Diuini Spiritus inſtinctu, atque auxilio, ſummaque Epiſcoporum, ac Prælatorum conſenſione factæ ſunt, quibus quidem maximè impiorum dogmatum pars, quæ ab Hæreticis huius temporis defendebantur, declarata, & conuicta eſt. Quarè intelligi ex his licet curam ſemper excubuiſſe apud nos illius ſedandæ Prouinciæ, & à calamitatibus (quantum cum Dei gratia per nos fieri potuit) liberandæ.

Nam quod poſt biennium ferè à poſteriore Indictione tranſlatum ex illa Vrbe Concilium eſt, ea tranſlatio non modò nobis Auctoribus, ſed ne ſcientibus quidem facta eſt. Et tamẽ quoniam dubitari non poteſt quin Concilium generale iuſtum, & legitimum ex huius Sanctæ Sedis auctoritate indictum, & congregatum, ius habuerit ſui ipſius, eò quo Spiritus Sanctus dictauerit, tranſferendi, præſertim ſui conſeruandi cauſa, iuſtam nos & legitimam ipſam tranſlationem exiſtimare debemus, niſi rem aliter ſe habere plenè cognouerimus. Qua quidem à tranſlatione licet pauci diſſenſerunt, ſtari eo tamen debet, quod multò maxima pars conſtituerit, atque decreuerit. Neque propterea diuiſum eſſe Concilium putandum eſt; etſi enim quidam adhuc Bononiam profecti non ſunt; ſed Tridenti remanſerunt, manet tamen illud ſingulare, atque vnicum, nec tamen illud in eam Vrbem tranſlatum eſt, quæ aut nimis longè à Tridentina Vrbe abſit, aut ad commorandum incommoda, aut ad celebrandum ipſum Concilium parum tuta videri debeat: nam neq; ab Vrbe Tridento magno admodum interuallo Vrbs Bononienſis diſtat, & cùm ob aëris ſalubritatem, tùm ob rerum victui neceſſariarum copiam, tùm ob Ciuium Hoſpitalitatem, & ipſius magnitudinem commodiſſima eſt. Quod verò ſub tutela Eccleſiæ eſt, ob id veſtræ præcipuè Nationi minùs tuta videri non debet, quæ ab Eccleſia ipſa non ſolùm Fidem, & Religionem Chriſtianam, ſed etiam multa alia maternæ charitatis, & munificentiæ egregia in ſe monumenta habet, & fruitur; præſertim cùm eidem Vrbi Bononienſi illi Principes, & populi finitimi ſint, qui in fide ſunt chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti.

Verùm vt ad literarum veſtrarum poſtulata redeamus, ſeriùs quidem à nobis, quàm voluiſſemus ad illa reſponſum eſt, atque huius tarditatis cauſam explicandam eſſe vobis ducimus, ne quid in nobis voluntariæ moræ fuiſſe exiſtimetis. Cùm enim haud multo poſt receptionem veſtrarum literarũ veniſſet ad nos dilectus filius noſter Chriſtophorus Cardinalis Tridentinus à Sereniſſimo Cæſare ad nos miſſus, & vnà cum dilecto filio Nobili Viro Didaco de Mendozza eiuſdem Cæſaris apud nos Oratore nobis expoſuiſſet, vniuerſam iſtam Germanicam Nationem opera, ac diligentia ipſius Cęſaris Concilio Tridenti celebrando ſe ſubmiſiſſe, & propterea tàm dictæ Maieſtatis, quàm de eius mandato etiam Sereniſſimi Romanorum Regis, & omnium Statuum Sacri Imperij nomine à nobis petijſſet, vt ipſum Concilium ex Bononia Tridentum remittere vellemus; nos cùm veſtra poſtulata cum poſtulatis dictæ Maieſtatis congruerent, eademque prorsùs eſſent, non putauimus ad veſtras priùs, quàm ad dictæ Maieſtatis literas eſſe reſpondendum. Itaque cùm idem Chriſtophorus Cardinalis, & Didacus Orator Cæſareus ſæpiùs rem hanc non ſolùm priuatim coram nobis, ſed etiam publicè cõram vniuerſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro propoſuiſſent, neceſſariò factum eſt, vt nos etiam cum eiſdem Cardinalibus rem diſcuſſerimus, quod & rei grauitas poſtulabat. Itaque, matura conſultatione cum ipſis Cardinalibus prælabita, de ipſorum Concilio decreuimus cùm de reductione Concilij, & de negotio communiter ad omnes ſpectante ageretur, Prælatos ex omnibus ferè Nationibus Bononiæ in Concilio exiſtentes ante omnia conſulendos eſſe.

Digitized by Google

Quod cùm ad abrumpendam omnem moram, ita tum feci fiemus, celeri tabellario ad eos dedita opera cum noſtris literis miſſo, reſponſum ab eis tale habuimus, quale & ipſi Oratori Cæſaris (iam Cardinali Tridentino à nobis digreſſo) in Congregatione noſtra multis præſentibus dedimus, & Fraternitatibus veſtris, ne longiores in his ſimus, mittimus præſentibus alligatum.

Ex quo ſanè Fraternitates Veſtræ percipient quænam diluciderari, & declarari, ac plenè fieri, & ab his, qui ſe Concilio ſubmiſiſſe dicuntur, re ipſa adimpleri debeant antequam de reditu ipſius Cõcilij ad Ciuitatem Tridentinam deliberaretur, in quo ſolitam veſtrorum æquitatem animorum, veritatiſque, ac iuſtitiæ amorem ſemper vobis inſitum nunc optamus, & expectamus, vos in Deo Domino hortantes, vt tranquillitati Eccleſiæ Catholicæ, cui ſemper pro veſtra probitate adhæſiſtis, omni veſtra auctoritate, ope, conſilio conſulatis, quo Nobiliſſimæ Nationi Veſtræ, quantum in vobis erit, pacis fructus, ſedatis ſeditionibus, & veræ Religionis lux, pulſis impietatis tenebris, reſtituatur. Quod vt noſtris diebus videamus ab eodem Deo ſupplices, ac votis omnibus precamur, ac petimus: & vos hortamur, vt cum cæteris Bononiam proficiſci, aut Nuntios veſtros ſine mora mittere velitis, vel Conciliũ ipſum proſequuturi, vel ſi locus minus aptus viſus fuerit, cum alijs quid agendum ſit, dictante Spiritu Sancto, deliberaturi. Nam quod extremis veſtris literis verendum nobis eſſe ſignificatis, ne ceſſante in hoc opere diutiùs Sede Apoſtolica, alia ſumãtur conſilia, alijſque vijs, & rationibus, hęc cauſa tandem expediatur; nunc quidem, ſi agnoſceremus in procuranda ſalute illius Inclytæ Prouinciæ à nobis ceſſatum fuiſſe, omnia ſanè timerentur præcipuè verò Dei ira, qui nos in hac Sancta Sede tanquam in ſpeculo collocauit, vt omnium Chriſti ouium, præcipuè autem illarum, quę à reliquo Grege ſe ſubtraxerunt, curam haberemus. Quòd verò non defuerimus in hoc opere conſulendi Prouinciæ Germaniæ, ea, quæ ſupra ſcripſimus, ſatis teſtimonio eſſe poſſunt; præſertim cùm nota ſcribamus, non tàm vobis, quàm Vniuerſo Orbi Chriſtiano. Quare, quod ad nos attinet, eò minùs nobis timendum duximus, quò magis noſtri ſtudij, & laboris in hac cauſa ſumus conſcij, & quod eam de grauitate, ac moderatione veſtra opinionem eam de Cæſaris ſapientia, & animo in Chriſtianam Rempublicam ſpem habemus, vt nec illum, nec vos vllam huius expediendę cauſę rationem, niſi quę recta, & ipſo, ac vobis digna ſit, probaturos credamus; hoc enim experta veſtra, & conſtans ſemper in aliorum defectione pietas, & fides nos ſperare iubet. Quod ſi non fiat, noua verò conſilia contra auctoritatem huius Sanctæ Sedis ſuſcipiantur, nos quidem non ij ſumus, qui prohibere poſſimus quò minùs in eam tanquã in domum aliquã deſcendat pluuia, veniant flumina, flent atque irruant venti, hęc enim omnia futura eſſe ab ipſo Summo Architecto, cùm eius fundamenta iaceret, ſunt prędicta, ne verò propterea cadat, ne diſſoluatur, timere quidem non poſſumus, quia ſcimus fundatam eſſe ſupra firmam petram. Illis potiùs timemus, & eorum vicem valdè dolemus, qui nec irritis conatibus illorum, qui hanc ſibi olim oppugnandam animo propoſuerunt, nec grauibus Dei iudicijs, nec veteribus, tùm nouis, in omnes, qui hoc aliquando tentarunt, deterreantur, quo minus eiuſmodi conſilia capiant, malintque ſe certo periculo, cum totius Eccleſiæ perturbatione exponere, dum opus Dei diſſoluere conantur: quod nullo non ſeculo ab improbis oppugnatum, nunquam expugnari potuit, quàm in pulchritudine pacis nobiſcum vnanimes in vna domo viuere: ad quam eos ſemper inuitauimus, & perpetuò inuitamus. Idem autem vt vos faciatis, & permittatis, vt aliena, & nullis profutura conſilia locum, aut auctoritatem in veſtris Conuentibus habeant, valdè in Domino hortamur, voſque ita facturos de priſtina veſtra, & conſtanti, quam ſemper oſtendiſtis, pietate, & fide maximè confidimus. *Datum, &c. I. Ianuarij MDXLVIII. Pontificatus Noſtri anno XIV.*

6 Poſtera die Bononiæ Cardinalis de Monte Concilij Præſes in Congregatione generali retulit Patribus reſponſa à Pontifice data Cardinali Tridentino, ac Cæſareo Oratori ſeriem, vtque à Pontifice Concilij defenderetur auctoritas, atq; quinque dubia ante propoſita pro tranſlatione decernenda priùs à Cæſare illuſtrari vellet, de quibus hæc Angelus Maſſarellus refert.

,, II. Ianuarij MDXLVIII. &c. Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis retulit Patribus qualiter Sanctiſſimus Dominus Noſter dedit reſponſum Oratori Cæſareo circa petitionem, quam fecerat nomine Imperatoris, quòd Concilium reduceretur Tridentum, quam reſponſionem ipſe Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis alta voce legit, cuius ſumma eſt, quòd Pontifex narrat factum dictæ petitionis, & qualiter Sua Sanctitas ſcripſerit pro conſilio Sacrę Synodi, & inſeruitur Breue miſſum ad ipſum Reuerendiſſimum Dominum Cardinalem de Monte vnà cum reſponſo Concilij cum inſertione tamen eorum quinque dubiorum, de quibus ſupra die XIX. præteriti Menſis, quorum dubiorum dilucidationem probat Sua Sanctitas antequam de reditu ad Ciuitatem Tridentinam agatur, & in fine offert ſe promptam pro vnione Nationis Germanicę.

Diar. Conc. Trid. & Bonon. ms. Archiv. Vatic. p. 277.

Reſponſio Pauli III. data Oratori Cæſareo petenti reditum Concilij Tridenti.

,, Quo reſponſo lecto ipſe Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis dixit agendas eſſe gratias Deo, & Summo Pontifici pro eo quod tantum deferat Sua Sanctitas Concilio, & eius voto aſſenſerit in totum, & orandum Deum pro concordia Principum.

Proſequendo Concilio intentus Præſes decreta de Sacramento Ordinis excutienda propoſuit, vt corruptelæ circa illud inuectæ tollerentur, vt addit idem Auctor.

,, IV. Ianuarij datur exemplum Canonum ſuper abuſibus de Sacramento Ordinis.] Eadem die Feria quarta.

IV. Ianuarij in Congregatione generali forma data Concionatoribus prædicandi verbi Diuini ex decreto Tridentino IX. Iannarij. Adducti in examen Canones ſuper abuſibus Sacramenti Pœnitentiæ, quorum exemplum exhibitum fuerat Patribus die tertia eiuſdem Menſis, habitęq; plures Congregationes.

Diar. Conc. Trid. & Bonon. ms. Archiv. Vat. p. 279.

Lunæ XVI. Ianuarij hora XXI. fuit Congregatio generalis, in qua Patres proſequuti ſunt examinationem ſupradictorum Canonum ſuper abuſibus Sacramenti Pœnitentiæ. Loqui cœpit hodiè Reu. D. Epiſcopus Aquenſis Vorſtius.

Actum deinde eſt, an Procuratores Cæſaris admittendi eſſent, cùm Cæſaris mandata priùs exhibere noluiſſent, extatque de ea re Feſulani Epiſcopi ſententia tribus Propoſitionibus diſtincta.

,, Propoſitio Prima. An admittendi eſſent hi, qui

MS. Arch. Vat. fig. nu. 3197. pag. 180.

,, qui dicebantur Cæſaris nomine adeſſe, neque ,, literas Cęſaris, aut mandata, niſi per ſe ,, ipſos proferre volebant.] Cenſeo omninò eſſe admittendos.

,, Propoſitio II. An prolatis iam Cæſaris literis, & recitatis audiendi eſſent hi cum ſuis Notarijs, & Teſtibus, vt ipſi petebant. Audiantur vt petunt, ne aliquod inconueniens ,, conſequatur.

,, Propoſitio III. An ea res in proximum conuentum reijceretur, & de proteſtationibus inquireretur.

,, Vellem mori potiùs quàm videre Schiſma in ,, Eccleſia Chriſti.

A Patribus decretum eſt communi conſenſu audiendos Cæſareos Procuratores licèt hoſtilia ,, dicturi eſſent, tùm ſubdunt acta: [Procura- ,, tores Caroli V. Imperatoris petierunt audiri ,, à Patribus, qui intromiſſi fuerunt oſtendentes ,, mandatum Cæſareum, quod eſt ſub data Au- ,, guſtę die XXII. Auguſti MDXLVII. in quo ,, mandato conſtituebãtur Procuratores ad pro- ,, teſtandum aſſertis Legatis, & Patribus, qui ,, erant Bononiæ ſub nomine Concilij generalis (ita enim Imperator loquebatur) nomine ſuo, & totius Imperij, & Regnorum ſuorum prout habebant in mandatis.

,, Data fuit licentia fandi, ſed quoniam nolue- ,, runt loqui, niſi intromiſſis in Congregatione ,, quibuſdam ſuis Notarijs, & Teſtibus, poſita ,, eſt (eis exire iuſſis) res in conſultationem, pla- ,, cuit Patribus, quod admitterentur ſui Notarij, ,, ſed non rogarentur ſoli, ſed in ſolidum cum ,, Notarijs Concilij, & ita factum eſt.] Quæ verò mox geſta ſint ea fusè continentur in publicis documentis, tùm confectis, quæ ſubijcimus.

Proceſſus proteſtationis facta à Procuratoribus Imperatoris in Concilio Bononienſi, & reſponſio Sacræ Synodi.

☞

Diar. Conc. Trid. & Bonon. m. s. Arch. Vat. p. 270. MS. Arch. Vat. fig. ... Ext. inter alia Conc. Bononien. Auctore Aug. Maſſarell. Sec. p. 45. MS. Franc. Card. Bar. & in ms. Card. Pij.

7 In nomine Domini, &c. Die Lunæ XVI. Menſis Ianuarij MDXLVIII. de ſero hora circiter prima noctis Bononiæ in loco ſolito vbi Congregationes generales Sacri Concilij Bononienſis fieri conſueuerunt, in noſtrum, & Teſtium infraſcriptorum præſentia introducti fuerunt, in ipſum locum Congregationis Magnifici Domini Franciſcus Vargas Procurator generalis Fiſci Regni Caſtellæ, & Martinus de Soria Velaſco Burgenſis Iurium Doctor, & Inuictiſſimi Cæſaris Conſiliarij. Quibus coram Reuerendiſſimo, & Illuſtriſſimo Domino Cardinale de Monte ipſius Sacri Concilij Præſidente, & Patribus ibidem congregatis numero quadraginta quatuor, vel circa, vt Inuictiſſimi Imperatoris Procuratores comparentibus, prædictus Dominus Franciſcus Vargas Fiſcalis Cæſareus petijt ſibi reſtitui mandatum Cæſareum, quod antea ipſi Sacræ Congregationi per ipſum, & Collegam ſuum traditum fuerat. Quo ei reſtituto Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis de Monte prædictus mandauit legi per Dominum Claudium della Caſa ipſius Sacri Concilij Notarium infraſcriptam proteſtationem, antequam autem ipſe D. Claudius proteſtationem præfatam legeret, ipſe Magnificus Dominus Franciſcus Vargas Fiſcalis Cæſareus petijt audiri. Sed ipſe Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis de Monte mandauit ante omnia dictam ſuam, & Sacræ Synodi proteſtationem legi. Quam quidem proteſtationem ipſe Dominus Claudius Notarius alta, & intelligibili voce legit, cuius tenor ſequitur, & eſt talis.

,, 8 Licèt hæc Sancta Congregatio cum præ- ,, ſidentia Reuerendiſſimi, & Illuſtriſſimi Do- ,, mini Cardinalis de Monte Legati Apoſtolici ,, non debeat, & non teneatur audire aliquam ,, propoſitionem veſtram faciendam occaſione ,, mandati Cæſareę Maieſtatis per vos exhibiti, ,, quod mandatum verè, & cum effectu non diri- ,, gitur ad hanc Sanctam, Vniuerſalẽ, & Oecu- ,, menica Synodum in hac Ciuitate Bononiæ le- ,, gitimè tranſlatam, & congregatam; tamen vt ,, nemo vnquam poſſit prætendere in hac Sancta ,, Synodo non eſſe omnimodam libertatem om- ,, nibus loquendi, contenta eſt vos audire; ſo- ,, lemni tamen proteſtatione præmiſſa, quòd per ,, hanc audientiam, & qualemcumque propoſi- ,, tionem veſtram factam, aut faciendam, non ,, intelligit aliquo modo approbare, nec admit- ,, tere perſonas veſtras, nec dicta, nec dicenda, ,, nec facta, nec facienda per nos iuxta tenorem ,, prętenſi mandati, & ipſius mandati occaſio- ,, ne: & etiam ſolemni proteſtatione præmiſſa, ,, quòd per ipſum mandatum, & quæcumque ,, exindè ſubſequuta, & ſubſequenda non intelli- ,, git ipſa ſancta Synodus aliquod præiudicium ,, ſibi, neque etiam Sanctiſſimo Domino noſtro, ,, qui eſt ipſius Concilij Caput, inferri, nec ali- ,, quod ius ipſi Inuictiſſimo Imperatori man- ,, danti acquiri, neque cuicumque alteri perſo- ,, næ, per quod ipſa Sancta Synodus minus poſ- ,, ſit ad vlteriorem proſequutionem, celebratio- ,, nem, & expeditionem Sacri Concilij, Deo dã- ,, te, procedere, & omnia alia facere, quę ſibi ,, videbuntur neceſſaria, & oppportuna: reſer- ,, uans ſibi nihilominus ipſa Sancta Synodus ius, ,, ac poteſtatem, & auctoritatem omnia, & ſin- ,, gula præmiſſa, & quęcumque ab eis quomo- ,, docunque dependentia, & dependenda, & ,, emergentia, ſiuè emergenda plenius, & vberius ,, in vna, vel pluribus Seſſionibus per eam cele- ,, brandis, prout ipſi Sanctę Synodo vtilius vi- ,, debitur declarandi, & decernendi; necnon ,, contra contumaces, & rebelles quoſcumque ad ,, pœnas iuris, & literarum Apoſtolicarum, & ,, arbitrarij ipſius Sacri Concilij procedendi. ,, Quam proteſtationem voluit Sancta Congre- ,, gatio in principio, medio, & in fine, & ſem- ,, per eſſe repetitam, & pro repetita intelligi, & ,, haberi.

Qua quidem proteſtatione lecta, Reu. D. Hercules Seuerolus ipſius Sacri Concilij Promotor, ibidem adſtans, & pręſens hęc verba protulit, vi- ,, delicet: [Et ego tanquam Promotor ipſius ,, Sacri Concilij peto à vobis Notarijs de prę- ,, miſſis fieri vnum, vel plura, publicum, vel pu- ,, blica Inſtrumentum, vel Inſtrumenta.

9 Deindè prędictus Magnificus Dominus Franciſcus Vargas Fiſcalis Cęſareus petijt ſibi dari teſtimonium, & fidem publicam à nobis Notarijs; quòd non fuit permiſſum eum ante loqui; neque exponere ea, quę ipſe, & collega ſuus habebant in mandatis, quàm legeretur ſupraſcripta proteſtatio.

Poſtea alta, & intelligibili voce idem Magnificus Dominus Franciſcus Vargas Cæſareus Fiſcalis ſic orſus eſt, & protulit quędam verba, quę poſtea in ſcriptis tradidit Domino Claudio Notario ſupraſcripto, quorum tenor ſequitur, & eſt ,, talis: [Adſumus Reuerendiſſimi Domini, Reue-

„ uerendique admodum Patres, Cęſaris Domini
„ Noſtri Romanorum Imperatoris Optimi Ma-
„ ximi Procuratores legitimi, cuius mandatum
„ authenticum audieritis. Adſumus quidem
„ apud vos acturi de re omnium maxima, quam
„ & vos futuram iam diù augurati eſtis, & Reſ-
„ publica Chriſtiana ſummis votis efflagitat, vt
„ vos hac in re equos prębeatis. Eſt enim apud
„ omnes in confeſſo, & ob oculos iam verſari vi-
„ detur, quanta rerum humanarum calamitas
„ euentura ſit neceſſariò, ſi mordicus perſiſtere
„ velitis in ſententia, quam ſemel haud ſatis pro-
„ uidè arripuiſtis, è contra quanta Orbis tran-
„ quillitas, ac felicitas ſi, vt vos decet, velitis in
„ commune conſilium, & Cęſareę Maieſtatis
„ voluntatem pro veſtra virili fouere. Verùm vt
„ omnia conſtent, non tantùm vobis, apud quos
„ nihil noui dicturi videmur, ſed vniuerſę etiam
„ Reipublicę Chriſtianę, paulò altiùs repetemus
„ rem omnem: ſic enim planum faciemus, quàm
„ perniciosè ſitis curaturi, ſi perſuaderi volue-
„ ritis, & Inuictiſſimi Imperatoris Domini No-
„ ſtri animis quàm latè patet Orbis Chriſtianus
„ omnibus manifeſtè erit: illud tantum pręfa-
„ bor, nos nec verbum quidem addituros ex no-
„ ſtri animi ſententia, ſed bona fide explicatu-
„ ros, quæ à Cæſarea Maieſtate in mandatis
„ habuimus.

Quo facto Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis de Monte prædictus reſpondit ad ea, quæ dictus Magnificus Dominus Franciſcus Vargas Fiſcalis Cæſareus dixerat, primùm verbo, deindè
„ ſcripto, vt ſequitur, videlicet. [Adſum, &
„ ego huius Sacroſancti Concilij pro Sanctiſſi-
„ mo D.N. Paulo Diuina prouidentia Papa III.
„ vero, & indubitato, ac certo Beati Petri Suc-
„ ceſſore, ac Ieſu Chriſti Domini, & Redem-
„ ptoris Noſtri in terris Vicarij Præſidens, &
„ Legatus. Adſunt & ij Sanctiſſimi Patres Con-
„ cilio ex Ciuitate Tridentina legitimè, & ex
„ cauſis ipſi Concilio probatis tranſlato, ad ipsũ
„ Concilium cum Dei adiutorio, & Spiritu San-
„ cto ſuggerente pro ipſius Dei gloria, & Reipu-
„ blicæ Chriſtianæ ſalute proſequendum, & cele-
„ brandum. Rogamus Maieſtatem Suam ſen-
„ tentiam mutare velit, & nobis auxilium, & fa-
„ uorem ſuum impertiri, ac ipſius Concilij ce-
„ lebrationem perturbantes comprimere, &
„ compeſcere. Scitur quòd Concilium impe-
„ dientes, & perturbantes, quacumque illi digni-
„ tate præfulgeant, grauiſſimas pœnas incur-
„ runt. Vtcumque tamen euenerit, quicumque
„ afferantur terrores, nos libenter, & honori Ec-
„ cleſiæ, Concilij, & noſtro defuturi non ſumus.

Et ſucceſſiuè prædictus Dominus Franciſcus Vargas Fiſcalis Cæſareus, tenens in ſuis manibus mandatum Cæſaris originale, quod ſibi reſtitui fecerat, illud ſolemniter præſentauit ſuo, & Collegæ nomine, quod quidem erat ſcriptum in charta pergamena, Imperiali ſigillo appenſo, non vitiatum, non cancellatum, nec in aliqua parte ſubraſum; ſed in forma publica, & ſolemni ſcriptum, & redactum, & legi alta voce petijt, quod ita lectum ſtatim fuit coram omnibus per D. Angelum Maſſarellum, eiuſdem Concilij Secretarium, eratque tenoris ſequentis.

„ Carolus V. &c. Notum facimus, &c. XXII.
„ Auguſti anno Domini MDXLVII. Imperij
„ noſtri XXVII. & Regnorum noſtrorum
„ XXXVII.

Mandatum Imperatoris ad proteſtandum in perſona D. Didaci de Mendozza, de quo fit mentio in ſuperiori reſponſione.

Carolus Quintus diuina fauente elementia Romanorum Imperator Auguſtus, &c.

Ext. in Diar. Conc. Bonon. pa. 786. Mandatũ Caroli V. ad proteſtandum.

10 Notum facimus tenore præſentium, quòd pro ratione muneris noſtri, quo Dei Optimi Maximi voluntate fungimur, proque eo zelo, quam erga Sacroſanctam fidem, & Religionem noſtram orthodoxam meritò gerimus, & ipſius Religionis ſumma neceſſitate ita exigente cogimur contra nonnullos, qui ſeſe aſſerunt Legationis munere fungi vnà cum alijs Prælatis, & perſonis in Conuentu Bononienſi, cui titulum generalis Concilij prætexunt, iam congregatis, & deinceps eo nomine congregandis iuſtam, atque legitimam proteſtationem, tàm coram Beatiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Domino Paulo III. Diuina prouidentia Sacroſanctæ Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ Pontifice Maximo, Domino noſtro Reuerendiſſimo, quàm etiam coram cœtu Reuerendiſſimorum Cardinalium Vrbis, necnon præfatis aſſertis Legatis Prælatis, & perſonis Bononię ſub prætextu Concilij congregatis, & in poſterum congregandis facere. Id verò cùm ob locorum diſtantiam coram facere non poſſimus, eapropter de fide, prudentia, & rerum vſu Venerabilis deuoti nobis dilecti Don Iacobi de Mendozza Conſiliarij, & Oratoris noſtri apud Beatitudinem præfati Pontificis Maximi plenè confiſi eundem Don Iacobum fecimus, & conſtituimus, ac deputauimus, ac tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, & ſano accedente conſilio facimus, conſtituimus, & deputamus Procuratorem, & Mandatarium noſtrum, dantes ei plenam facultatem, & poteſtatem, vt huiuſmodi proteſtationem noſtro, & totius Sacri Romani Imperij, Regnorumque, & Dominiorum noſtrorum omnium nomine contra præfatos aſſertos Legatos, alioſq; Prælatos, & perſonas nomine Concilij Bononiæ congregatas, quàm congregandas, coram præfato Pontifice Maximo, & cœtu Cardinalium coniunctim, aut ſeparatim ſolemniter, tùm verbo, tùm ſcripto proponere, & Inſtrumenta ſuper inde neceſſaria à Notario, ſeù Notarijs publicis adhibitis, ſeù adhibendis requirere, & omnia alia dicere, facere, gerere, & exercere poſſit, & valeat, quæ in huiuſmodi actibus requirerentur, & neceſſaria fuerint, ſeù quouis modo opportuna, & quę nos ipſi facere poſſemus, ac deberemus ſi præmiſſis perſonaliter intereſſemus, & ſecundùm quod à nobis habet in mandatis. Promittentes in verbo noſtro Cæſareo, & Regio, nos ratum, gratumq; habituros quidquid per prefatum Procuratorem, & Mandatarium noſtrum actum, dictum, geſtumque fuerit in præmiſſis, nec quouis modo illis cõtrauenturos eſſe dolo, & fraude penitùs ſemotis, harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione munitarũ. *Datum in Ciuitate noſtra Imperiali Auguſtæ Vindelicorum die XXII. Auguſti anno Domini* 1547. *Imperij noſtri XXVII. & Regnorum noſtrorum XXXVII.*

Quo mandato lecto Dominus Hercules Seuerolus Promotor præfatus repetijt iterum proteſtationem Sacræ Synodi prætatam; idemque fecit Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis de Monte præfatus, & dictus Dominus Franciſcus Vargas, Fiſcalis Cæſareus dixit ea, quæ à ſe, & Collega ſuo dicenda erant contineri in proteſtatione ſtatim legenda à prætato Collega ſuo, quam quidem proteſtationem repetęrę

tere intendebat, & pro repetita haberi volebat toties quoties opus esset: eandemque repetitionem protestationis lectæ per antedictum Dominum Claudium Reuerendissimus, & Illustriss. Dominus Cardinalis de Monte toties quoties opus esset, fecit, & declarauit. Petijtque insuper, & requisiuit dictus Magnificus Dominus Franciscus Vargas Fiscalis Cæsareus à nobis Notarijs in actis redigi, qualiter Reuerendissimus Dominus Cardinalis de Monte, & Patres præsentes non consenserunt, quòd Notarij, & Testes per eum nominati fuerint admissi, vt singulariter, & de per se rogarentur de omnibus per eum, & Collegam suum dictis, & dicendis, sed à nobis coniunctim. Deinde prędictus Magnificus Dominus Velasco nomine dicti Magnifici Fiscalis Cæsarei, & suo legit alta, & intelligibili voce scripturam protestationis tenoris infrascripti, videlicet.

Ext. in mss. Arch. Vaticani fig. num. 3229. p. 119. & in alijs m. s. vbi supra.

,, 11 Cùm Respublica Christiana miserabiliter conuulsa esset, Religio labefactaretur, mores vehementer corrupti essent, tota ferè Germania desciuisset ab Ecclesia, inuictissimus Carolus Cæsar Romanorum Imperator semper Augustus, cuius nos Procuratores sumus, primùm à Leone, deindè ab Hadriano, deindè à Clemente sanctæ memoriæ Pontificibus Maximis, ac postremo à Summo Pontifice Maximo Paulo III. sæpissimè, & continuis precibus vniuersale Concilium flagitauerat, & ratione suæ dignitatis, & vt satisfaceret assiduis supplicationibus Ordinum Imperij, & solùm euersarum rerum perfugium, ad quod semper in duris Ecclesia accedere consuesset; tandem à Sanctitate Sua primò Mantuam, postremò Vicentiam conuocatum est generale Concilium. Sed harum Ciuitatum neutra satis apta fuit, in quam multarum, & diuersarum Prouinciarum homines libenter, & commodè conuenirent, Germani præsertim, quibus gestis, & grauibus de causis eò proficisci non licebat. Demùm Imperatoris ipsius voluntatem, cæteris etiam Christianis Principibus assentientibus, ipsisque adeò poscentibus Germanis, Summus Pontifex Tridentum elegit ipsorum Germanorum causa, propter quos id præcipuè Concilium fiebat, quod illam approbauerat Ciuitatem, quemadmodum ipsi Cæsari, illisque in publicis Ratisbonæ habitis Comitijs in Prouincia Germaniæ celebrandum concesserat idem Summus Pontifex, quòd locus esset aptissimus ob libertatem, & securitatem, ita enim positus est, vt tàm Italię, quam Germanię particeps esse, nec à Gallicis, aut Hispanicis longè distare videatur: cuius Ciuitatis, & Episcopus esset Christophorus Madrutius, Vir sanè probus, & pius, ac sacri Imperij Princeps, & quòd omnium rerum, quæ ad victum necessariæ essent, commoditas non desit, vt ipse Summus Pontifex in sua Indictionis Bulla latiùs declarat. Indictum est inquam Tridenti Concilium generale omnium consensu: Legati Cardinales missi, primùm Parisius, Moronus, & Polus assuere, qui locum Imperatoris repręsentarent Oratores Episcopus, Atrebatensis, Dominus de Granuela, & Iacobus Mendozza. Sed nondum visum est tempus satis idoneum ad inchoandum Concilium. Post aliquod tempus iterum missi estis vos Tridentum Reuerendissimi Sedis Apostolicæ Cardinales Legati, Reuerendissimus de Monte, Reuerendissimus de Sancta Cruce, & item Reuerendissimus Polus, qui nunc abest. Rursum Oratores Imperatoris idem Iacobus Mendozza, & Franciscus Toleto. Accesserunt nonnulli aliorum Principum ibidem Oratores. Nonnulli erant in itinere multarum Nationum Episcopi, & ab vltimis terris magna impensa, magno labore conuenerunt.

Protestatio Imperatoris contra Concilium Bononiense.

,, Inchoatum est tàm expetitum ab omnibus Christianis Concilium, causa Religionis, & reformationis morum in eo tractari cœpta: aliquot habitæ Sessiones, aliquot super his lata decreta. Eodem quoque tempore bellum aduersùs hostes, & sacri Imperij violatores Imperator gerebat, in quo suscipiendo potissimum tuendæ, & amplificandæ Religionis, interueniente quoque Sanctitate Sua, ratio habita est, ita vt quos ratione flectere non poterat, armis cogeret.

,, 12 Cùm res essent in hoc statu, cœpto Religionis negotio causa morum, quæ tot viribus, & consilio indigebat, ad quam peragendam Sua Maiestas, & Germaniæ Ordines à retrò Pontificibus, & Sanctitate Sua iam antea remedium tam crebrò flagitauerant, sed frigidè nimis, & vix tentata, virtute Imperatoris pacata Germania, in qua recuperandæ Religionis eidem Sanctitati, & Sacro Concilio munus incumbebat, maxima spe aduersùs tam eorum, qui huc vsque Concilium recusauerant, tàm etiam eorum, qui in tàm necessario negotio Imperatori adiutores fuerant, ecce vos Reuerendissimi Domini translationem, prćter omnium expectationem, Pontifice Maximo (quod quidem vos nunquam negastis) inscio & inconsulto, leuissima sanè causa procurata, & conficta, de translatione Concilij retulistis ad Patres, consultandi nullo, sed neque cogitandi spatio dato, itaut pridiè proposueritis, postridiè decreueritis, perendiè discesseritis, cùm haud multis Patribus, atque ijs quidem vnius ferè Italicæ Nationis.

,, Huic consilio sancti Patres aliquot, Episcopi magnæ fidei, & auctoritatis Viri, quibus Religionis, & morum causa cordi erat, tanquam callido nimis, & immaturo, Christianæque Reipublicæ periculoso contrauenere, planèque & publicè, inspirante Spiritu Sancto, tum translationem Concilij, tùm Legatorum assertorum, & Patrum, qui eos sequuti erant, secessum improbauerunt. Publicè etiam protestati sunt iniustam esse translationem Concilij, velleque se manere Tridenti, libero, & legitimo Concilij loco.

,, Inter hæc Imperator, dum Bononiæ congregati estis, hoste ad Albam deuicto, Saxoniæ Prouincia superata, duobus belli Ducibus altero pugna, altero deditione captis, pacata prorsùs Germaniâ, arduum, & periculosissimum bellum solus confecit. Nec destitit sæpiùs Summum Pontificem per Nuntios, per Legatum Sedis Apostolicæ, per eundem Cæsaris Oratorem, & ante confectum, & post confectum bellum, magnis, & continuis precibus sollicitare, iuberet vos omnes, qui adhuc Bononiæ moramini, ad Concilium redire, tandemque admonere, prævideat, quot scandala, dissidia, pericula impendeant Christianæ Religioni, si incœptum Concilium Tridenti non absoluatur.

,, Comitia interim Augustæ Germanis indixit, quæ quidem adhuc celebrantur. In his li-

,, bero,

Digitized by Google

bero, & ſpontaneo generali totius Germaniæ Ordinum, & Statuum præterea omnium Ciuitatum conſenſu, petente Cæſare, decretum eſt, Germanos omnes ad Concilium Tridenti conuocatum venire, vt ea, ſuper quibus indictum fuit, tractarentur, & Sacroſancta Concilij auctoritate decidantur: ipſos Sacroſanctam Synodum ſuſcepturos, idque prorsùs, & abſque vlla conditione præſtituros ſe Cæſari ſunt polliciti.

Legauit Imperator Oratorem ad eumdem Pontificem Maximum Reuerendiſſimum, & & Illuſtriſſimum Chriſtophorum Madrutium Cardinalem, & Principem Tridentinum, qui Suæ Maieſtatis, & Sereniſſimi Cæſaris Romanorum Regis, Ordinumque Sacri Imperij nomine Suæ Beatitudini pium hoc, & ſanctum Germaniæ conſilium indicaret, ſupplicaret, iuberet vos, qui Bononiæ agitis, ad Concilium Tridenti inchoatum reuerti: hortaretur, & admoneret, vt honeſtiſſimam, & neceſſariam occaſionem tot laboribus, & periculis, tamdiù quæſitam, nunc demùm partam ſuſciperet, & amplexaretur. In qua & Patres cum dignitate Tridentum redire, & religionis cauſa generali Chriſtianorum conſenſu, ipſorumque Germanorum, quorum potiſſimùm gratia ipſa ſacroſancta Synodus Tridenti conuocata fuerat, tractari, & confici, ſacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritas augeri cum Pontificij nominis dignitate, & ipſius Summi Pontificis immortali gloria augeri poſſet, idque non priuatim ſolùm, ſed publicè cum Reuerendiſſimorum Cardinalium conſenſu. Præterea iuſſit eumdem Iacobum Mendozzam (qui Senas ad componendas illius Reipublicæ res venerat) idem negotium præſtare, præcepitque, quòd ſi Summus Pontifex dilationem, aut excuſationem aliquam interponeret, neque præſentem occaſionem ſuſciperet, huiuſce rei, & in tàm iuſtæ petitionis, præſentiſſimique in Chriſtianam Religionem, tùm ipſius Cæſaris, tùm Sereniſſimi Romanorum Regis animi tam publicè, quàm priuatim teſtes ipſos Reuerendiſſimos Cardinales, omniumque Principum Oratores, quotquot adeſſent, Romæ ſiſterent: factum eſt id. Verùm Summus Pontifex tempus interpoſuit, vt conſuleret vos, qui hic congregati eſtis, qui quidem non diſſimile receſſioni, ſiuè vt vos dicitis, tranſlationi, quam iampridem feciſtis, conſilium dediſtis: inane ſubdolum, captioſum, & dignum ſanè quod à Pontifice Maximo damnaretur. Summus autem Pontifex non ſolùm id conſilium approbauit, veſtramque ſententiam ſequutus eſt, ſed etiam illegitimam illam receſſionem Tridentinam, perniciosiſſimam ſanè, & perniciosam Reipublicæ Chriſtianæ tranſlationis vocabulo, Congregationemque ſeù illegitimum Conuentum Bononienſem generalis Concilij nomine appellat, huicque illegitimo Conuentui tantum auctoritatis in ſuis ad Reuerendiſſimũ Cardinalem de Monte Epiſcopum Præneſtinũ, & ad vos, qui hic adeſtis, literis & ſuo ad Imperatorem reſponſo tribuit, quantum vos auctoritate propria vobis ipſis arrogare auſi eſtis, in grauiſſimum Religionis, & vniuerſalis Eccleſiæ diſſidium, & ſcandalum. Quid præterea deſiderabamus à Germanis? quid ab his petebamus? toties à Cæſare repetitis itineribus, tot impenſis, tot laboribus, maximo, & ancipiti ſuſcepto bello, atque confecto? Perdetis omnes hos labores pro Religione ſuſceptos? perdetis optimam, & præſentem inſtaurandæ, reſtituendæque Religionis occaſionem? perdetis Religionis cauſam admoniti, & requiſiti? Id verò certiſſimum eſt Concilium Vniuerſale ob cauſas grauiſſimas, & maximè neceſſarias Tridenti congregatum ſuæ Sanctitatis Indictione, flagitante Imperatore, Principibus Chriſtianis aſſentientibus, petentibus Germanis, conuenientibus Epiſcopis iam cœptum, niſi ſumma vrgente neceſſitate, procedentibus tractatibus, ac diligentiſſima diſcuſſione, ſeruato iuris ordine, conſenſu omnium Patrum, aliò mutari, neque legitimè poſſe, neque licere. Sæpè enim tranſlationes, ſine cauſa, callido, & præcipiti conſilio factę in cauſa eſſe ſolent, vt magno Religionis periculo, magnis in Republica Chriſtiana turbis, & diſſenſionibus, interdum populi Chriſtiani perniciosa diuiſione conſilia diſſoluantur.

Cauſa autem tàm ſubitæ tranſlationis nulla fuit, ſed abrupta, quæ ſe primum obtulit occaſio, ac vos Reuerendiſſimi aſſerti Legati, & reliqui Patres, id, quod iam pridem meditati fueratis: febres enim neſcio quas, & aëris vitium cauſati, affectatum, & procuratum quorumdam Medicorum teſtimonium recitantes, vos præcipites Tridento effudiſtis. Nempè & tunc, & deinceps apertiſſimè patuit nullam extitiſſe vanæ formidinis cauſam. Præterea vt vlla fuerit ratio diſcedendi, ſuam Sanctitatem in hac præterea cauſa conſuluiſſetis, cùm tàm parui temporis mora nihil periculi eſſet allatura; neque enim tàm repentina res erat, quòd exitus morbi, quem cauſati fueratis, comprobauit: inconſulta autem Sanctitate ſua diſceſſiſſe vos ipſi faſſi eſtis, & Summus Pontifex poſtmodum affirmauit. Imperatore quoque conſulto, & conſentiente id facere debuiſſetis, cui carę ſunt, & tutelę vniuerſalia Concilia, atque id examinare officij auguſtalis, cuius quanta ſit in Concilijs auctoritas, manifeſtum eſt. Verùm tanta fuit veſtra feſtinatio, vt nec vos ipſi volueritis conſulere, nec eos, qui dicebant Beatitudinem Suam, & Imperatorem priùs per ſanctam Synodum certiores fieri oportere, audiendos putaſtis, quamquam Imperator ipſe pro tuenda, atque amplificanda Religione, pro Eccleſia, pro Concilio laboraret. Vos Reuerendiſſimi Domini, & cæteri, qui hic adeſtis, vano, & inani timore ſimulato, Imperatore inconſulto abſceſſiſtis: vt qui ſæpè aliàs Imperator per Oratores ſuos tàm vos ipſos, qui Legatos Sedis Apoſtolicæ aſſeritis, tùm Pontificem Maximum admonuerat, ſe neque tranſlationi Concilij, ſed neque ſuſpenſioni, aut vacationi tacitè, vel expreſsè aſſentiri potuiſſe.

Præterea iuris ordinem contempſiſtis, & eam cauſæ cognitionem, quæ in Synodalibus tranſlationibus ſanctorum Patrum ſanctionibus inſtituta eſt; rem enim omnium ferè graniſſimam, properè ſanè, & leuiter confeciſtis. Debueratis certè iuſtas multorum grauiſſimorum Patrum, qui vobis haud quaquam aſſentiri debere ex certa ſcientia conſulebant, contradictiones libenter audire, eorumque ſententias, & rationes animaduertere, atque examinare, ac non ipſis neglectis, vixque auditis, rem pro libito definire. Quorum quidem

Digitized by Google

,, dem ſententiæ, tametſi numero pauciores eſ-
,, ſent, quia tamen firmiores erant, ſanioreſque
,, Reipublicæ Chriſtianæ, debuiſſent iure præfer-
,, ri, potuiſſentque multarum Nationum Patres,
,, & ſi multitudine alijs impares, tranſlationem
,, merè voluntariam, eandemque Reipublicæ
,, Chriſtianæ pernicioſam impedire, quæ ſi fieri
,, oportebat, fuerant Sacrorum Conciliorum
,, decreta ſeruanda, ne diſcederetur à terminis
,, eius Regionis, eligendus erat in Germania lo-
,, cus, atque ob id maximè id fieri oportebat, vt
,, de quorum cauſa præcipuè agebatur, Germani
,, tutò poſſent ad Concilium venire; quod pro-
Petebant Lutherani Concilium in Germania, vt vi illud opprimerent. ,, cul dubio feciſſent, omnibus non veniendi ſub-
,, terfugijs, impedimentis, & difficultatibus
,, ſublatis, vt exitus ipſe comprobauit. Idcircò
,, nulla ratione defendi poteſt, quòd Bononiam
,, in medio Italiæ collocatam, ſubditam Impe-
,, rio Eccleſiaſtico delegiſtis, quò nemini du-
,, bium eſt non adituros Germanos. Locum
,, itaque delegiſtis, quem poſſent omnes meritò
,, multis de cauſis, quæ nunc à nobis prætermit-
,, tuntur, recuſare, non vt Concilium proſeque-
,, remini, ſed vt ſummo exitio Chriſtianorum
,, Concilium præproperè, & ex abrupto diſſol-
,, ueretis, aut ex animorum ſententia conficiatis.
,, At cùm ſit Conciliorum officium diſſidia tol-
,, lere, Religionem ſuſtentare, mores emendare,
,, hic receſſus, quem vos tranſlationem vocatis,
,, turbabit Concilium, perdet omnia.
,, Verùm cùm pijſſimus Imperator, vt verus,
,, & legitimus Imperator Romanorum, Eccle-
Ab ijs Cæſar erat illuſus, vt rerum exitus docuit. ,, ſiam omnium Matrem defendere, ac augere te-
,, neatur, quod ſemper ab initio Regnorum
,, ſuorum, & Imperij fecit. Quamquam ab an-
,, tiquiſſimis vſque temporibus Imperatorij mu-
,, neris fuerit, Vniuerſalia Concilia protegere, &
,, eò vſque integra, & ſalua præſtare, quò nego-
,, tia, quorum gratia congregantur, debito loco,
,, & ordine abſoluta ſint; cùmque Germaniæ
,, diſſidia componere, eamque Prouinciam, par-
,, tem Imperij potiſſimam, magnumque Eccle-
,, ſiæ membrum pacare, & ad veram, Chriſtia-
,, namque Religionem reducere inſtituerit.
,, Cùmque ad eumdem etiam Hiſpaniarum,
,, aliorumque Regnorum, ac Statuum ſuorum,
,, quorum Rex verus, & Dominus eſt, auxilio
,, Summi Pontificis, & Sacroſancti Concilij cor-
,, rigendorum, & ad veram Chriſtianam vitam
,, reducendorum cura pertineat, quæ ita demùm
,, vana non erit, ſi Concilium Tridenti indictum,
,, Tridenti cœptum, Tridenti continuabitur, &
,, abſoluatur, animaduertentes hunc receſſum,
,, ſeù vt vos dicitis, tranſlationem, ſine ordine
,, legitimo factum, neque lege, neque ordine,
,, neque cauſa, neque conſilio inniti, omnem
,, ſancti, iuſtique propoſiti ſui rationem pertur-
,, bare, magnam ex hoc cladem, & exitium po-
,, pulo Chriſtiano imminere. Prætereà totam
,, Germaniam, ad quam hæc potiſſimùm cauſa
,, ſpectat, Concilium poſtulare Tridenti, polli-
Falſa erant promiſſa. ,, ceri ſe Concilio Tridenti affuturam, Sanctam
,, Tridentinam Synodum ſuſcepturam, vt bonus
,, obedienſque Eccleſiæ filius, vos, qui Legatos
,, Sedis Apoſtolicæ eſſe aſſeritis, cum reliquis
,, Epiſcopis, qui receſſiſtis, & quotquot hic ade-
,, ſtis maximè conteſtatur, ne magno cum labore
,, tamdiù quæſitam componendæ, inſtaurandæ-
,, que Religionis occaſionem prætermittatis,
,, quibus Chriſti Sanguine redemptis auxilium
,, ferratis, & vt primo quoque tempore Triden-

,, tum reuertamini, qui locus viſus eſt Summi
,, Pontificis approbatione tutus, & liber, ipſiſ-
,, que Inuictiſſimi, & Pientiſſimi Imperatoris
,, fide tutior, atque liberior, cuius muneris eſt
,, Concilium protegere, atque tueri, ibique vt
,, decet, & neceſſarium eſt, Sacroſanctum Con-
,, cilium auctoritate Summi Pontificis, Impera-
,, toris efflagitatione, aſſenſu Principum, Triden-
,, ti inchoatum, diùque habitum proſequamini:
,, quod nullo pacto recuſare poteſtis. Et ſanè id
,, iam antea eſtis polliciti, ſi vtique Germani ad
,, Concilium acceſſerint, Conciliumque ſuſcepe-
,, rint, vos cùm primùm falſi morbi ſuſpicio re-
,, frixiſſet, eſſe redituros, idemque Sanctiſſimus
,, Pontifex idipſum ſæpè per Nuntios, & Le-
,, gatos promiſit, anno iam ferè elapſo ceſſante
,, morbo (ſi quis fuit) re tranquilla, & pacata,
,, ablata ratione timoris, poſtulantibus Principi-
,, bus, & Statibus Germaniæ, ijſdemque polli-
,, centibus ſe liberè, & abſque vlla contradictio-
,, ne, aut prætextu Sacroſanctam Tridentinam
,, Synodum ſuſcepturos. Cur non reuertimini,
,, & intermiſſum continuatis opus, vbi cœpiſtis,
,, & continuari oportebat?
,, Hoc ſi fueritis executi, & vos Reuerendiſſi-
,, mi Domini cum reliquis Epiſcopis Triden-
,, tum redieritis, neque dilationem, aut difficul-
,, tatem vllam interpoſueritis, rem populo Chri-
,, ſtiano valdè neceſſariam, & Diuinæ Maieſtati
,, gratiſſimam facietis; ſin autem (quod abſit
,, & credibile non eſt) tàm iuſtæ petitioni in
,, tempore, & occaſione neceſſaria, quæ quidem
,, nunc ſe vltrò præſtans offert, aſſentiri nolueri-
,, tis, Nos Licentiatus Franciſcus Vargas, &
,, Doctor Velaſcus Cæſaris Procuratores, &
,, Conſiliarij nomine Pijſſimi, & Inuictiſſimi
,, Domini Noſtri Caroli Cæſaris Romanorum
,, Imperatoris, ex illius ſpeciali mandato pro-
,, teſtamur, dictam tranſlationem fuiſſe, & eſſe
,, illegitimam, & nullam, & omnia inde acta, &
,, ſequuta, & quæ poſt hæc quomodocumque de
,, re qualibet agentur, & ſequentur, affectata fuiſ-
,, ſe, & futuras rixas, & contentiones in Eccle-
,, ſia Dei inducere, atque nutrire, ac proinde nul-
,, lius momenti, nullius effectus, nullamq; habuiſ-
,, ſe vim; ſed nec habitura vigorem vllum, vllam
,, penitùs ſubſiſtentiam, neque eam poſſe eſſe
,, auctoritatem veſtram, qui vos Legatos aſſeri-
,, tis, & Epiſcoporum, qui hic adeſtis, & conue-
,, niſtis, & Summo Pontifici maiori ex parte ad-
,, ſcriptorum, atque ab illius nutu omninò pen-
,, dentium, vt in Religionis, & morum refor-
,, mationis cauſa, tanti momenti negotio, Vni-
,, uerſæ Reipublicæ Chriſtianæ, eique præſertim
,, Prouinciæ, cuius mores, & inſtituta parum ei
,, nota ſunt, legem præſcribere poſſitis. Præte-
,, reà eiuſdem Inuictiſſimi Imperatoris ſemper
,, Auguſti nomine, & ſpeciali mandato proteſta-
,, mur, atque denuntiamus, Suæ Sanctitatis, &
,, veſtram reſponſionem, nec aptam, nec præſen-
,, ti negotio, & neceſſitati conuenientem, ſed
,, illegitimam, & figmentis plenam, & prorsùs
,, deluſionem fuiſſe, & eſſe, nulloque iure nulla
,, ratione ſubſiſtere.
,, Proteſtamur inſuper omnia damna, tumul-
,, tus, diſſidia, clades, ruinas, excidia popula-
,, rum, quæ indè euenere, ac euenient, ac poſ-
,, ſunt contingere vobis omnibus, & huic Con-
,, gregationi, quam Concilium appellatis, non
,, ſibi imputanda; ad quæ quidem poteſtis facil-
,, limè, & debetis remedium Canonicum adhi-

,, bere. Proteſtamurque ſimiliter, Inuictiſſimum ,, Dominum noſtrum Carolum Romanorum ,, Imperatorem ſemper Auguſtum, defectu, culpa, & negligentia veſtra, & Sanctiſſimi Pauli III. Summi Pontificis Eccleſiæ procellis, & tempeſtatibus, quas metuit ex hoc facto, videtque impendere, totis ſuis viribus obuiam iturum, eiuſque protectionem, & tutelam omni ſtudio ſuſcepturum, totumque id, quod ſui iuris, muneris, officij, & dignitatis eſt, quo Imperator eſt, quo Rex eſt, quatenus ius patitur, & legibus, Sanctorumque Patrum inſtitutis, & Orbis conſenſu decretum, & obſeruatum eſt, non omiſſurum, omniaque alia, quæ eiuſdem Domini noſtri Imperatoris nomine poſſumus, & debemus, quo meliùs expediat, atque conueniat modo, & ordine, fierique huius noſtræ proteſtationis Inſtrumentum in forma publica à præſentibus Notarijs, & eorum quolibet petimus, & nobis reddi poſtulamus vnà cum Mandato originali, vnde & conſtet Cæſarem ſuo muneri, & nos officio nobis iniuncto minimè defuiſſe. Petimus inſuper proteſtationem hanc noſtram, vnà cum Cæſaris Domini noſtri Mandato in Actis huius prætenſæ Congregationis à Notario veſtro inſeri, vt perpetuò conſtare poſſit.

Licentiatus Vargas, & Doctor Velaſco.

Qua proteſtatione lecta idem Magnificus, & Fiſcalis Cæſareus ſuo, & Collegæ nomine dictam proteſtationis ſcripturam ſic lectam, & recitatam virtute Mandati Cæſarei præſentauit, illamque in acta redigi petijt, & requiſiuit modo, & forma, prout in ipſa continetur.

Diar. Con. Trid. M.S. Arc. Vat. pag. 280. Frãc. Car. Barb. & aliud MS. Card. Pij.

13 Ad quæ omnia Reuerendiſs. & Illuſtriſs. D. Cardinalis de Monte Præſidens præfatis repetita proteſtatione lecta per Dominum Claudium Notarium ſupraſcriptum ex mente & ſententia Patrum exiſtentium in Congregatione reſpondit, narrata, & recitata per D. Doctorem Velaſcum, prout recitantur, & narrantur in proteſtatione, ſeù ſcriptura per eum lecta, præſertim contra honorem ipſius Reuerendiſs. & Illuſtriſs. D. Præſidentis, Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Collegæ ſui, & Patrum in Ciuitate Bononienſi congregatorum, & ea quę propoſita fuerunt de inualiditate tranſlationis ex Ciuitate Tridentina ad Ciuitatem Bononienſem dolosè factę, & quę propoſita fuerunt de ſecuritate, & libertate Ciuitatis Tridentinæ, non eſſe vera, & veritatis clypeo carere: Conteſtatur de hoc Deum, qui eſt ipſa veritas, prout ſuo loco, & tempore, ſi opus fuerit, deducetur & oſtendetur, aſſerens etiam, & affirmans ſe eſſe paratum vnà cum Patribus Concilij mortem oppetere, & martyrium pati potiùs, quàm conſentiant, quòd hoc exemplum in Eccleſiam introducatur, vt ſæcularis poteſtas velit Concilium cogere pro libito ſuo, & ei libertatem adimere: & Imperatorem (quod cum pace eius dicitur) eſſe Eccleſiæ Filium, non autem Dominum vel Magiſtrum; ſe, & Collegam ſuum eſſe Sedis Apoſtolicæ Legatos, & de ijs, quæ eis imponuntur, & de tota villicatione ſua paratos ſe eſſe reddere rationem Deo primùm, deinde Sanctiſſimo D. N. in ipſa ſede ſedenti. Et nihilominùs cùm propoſita per ipſos Dominos Procuratores Cæſareæ Maieſtatis longam contineant ſeriem verborum, & non poſſint omnia memoria retineri, dixit, & obtulit, quòd dabitur ei congruum, & plenius reſponſum die Veneris proximè futura hora Congregationis conſueta; monendo eoſdem, vt eadem die, & hora compareant reſponſum ipſum accepturi, & niſi comparuerint, dixit, & proteſtatus eſt, quòd nihilominus reſponſum dabitur, & publicabitur Mundo vniuerſo, repetens proteſtationem præfatam, & pro repetita habere volens.

Reſponſio ad Proteſtationẽ Imperatoris.

14 Quibus verbis prolatis prædictus Dominus Fiſcalis Cæſareus dixit ſuo, & Collegæ nomine, ea tantùm reſpondenda, quæ tantùm in ſua proteſtatione dicta erant, de quibus publicum Inſtrumentum, vel publica Inſtrumenta confici, & ſibi reddi in publica forma petijt & requiſiuit.

His peractis dimiſſa fuit Congregatio hora tertia noctis, ac Patres omnes diſceſſerunt.

His enarratis Angelus Maſſarellus addit [Deus ,, omnipotens ſua ineffabili bonitate, ſuique ,, vnigeniti Filij Domini, & Redemptoris noſtri ,, Ieſu Chriſti Paſſionis meritis auertere digne- ,, tur, nè hodierna ſit principium maximi Schiſ- ,, matis in Eccleſia Dei.] *M.S. Arc. Vat. vbi ſupra pag. 280.*

Non repudiatum autem iure Concilium Bononienſe, quòd Bononia ditionis Eccleſiaſticæ foret, vti Imperator obijciebat, ſubiectis argumentis.

,, De ſecuritate Ciuitatis (nempè Bononiæ) *M.S. Car. Pij fig. n.* ,, dubitandum non erat, nam Ciuitas Eccleſiæ *260.* ,, eſt, à qua Eccleſia Germania ipſa, & Religio- ,, nem Chriſtianam à principio habuit, & li- ,, bertatem nempè Imperium. Et cùm Eccleſia *pag. 128.* ,, Mater ſit omnium, Germani vt filij non debe- ,, rent diffidere à Matre, & eò maximè, quòd ,, Principes vicini Bononiæ ferè omnes pendent ,, à Cæſare, & quòd libera ſit illa Ciuitas appa- ,, ret, cùm Fiſcales eiuſdem Cæſaris proteſtati ,, fuerint contra Legatos, & Concilium ſine vllo ,, reſpectu, & per modum inuectiuæ abſque eo, ,, quòd viſitauerint vnquam Legatos. & Con- ,, cilium, ſine vllo reſpectu, vel aliud ſignum hu- ,, manitatis præ ſe tulerint, non tamen ali- ,, ter, quàm comiter, & benignè tractati fue- ,, rint, & Epiſcopus ille, qui magis ioco, quàm ,, ſeriò verba minùs redolentia iactauit grauiter, & acerbè reprehenſus fuit. Veritas tamen eſt, licet Bononia reijcienda non eſſet, ,, neque ſuſpecta habenda, tamen tempore tranſ- ,, lationis non fuit electa pro Ciuitate perma- ,, nente, ſed pro diuerſorio donec alius ſecurus, ,, & idoneus locus pro proſequendo Concilio ,, eligeretur. Diſpenſatione verò, & Prouiden- ,, tia Diuina factum eſt, vt decretum hoc tranſ- ,, lationis reuocaretur in dubium, vt apud om- ,, nes magis clara fieret iuſtificatio eius, nam ,, poſt auocationem cauſæ à Sanctiſs. D. N. ne- ,, mo auſus eſt ei opponere, cùm non habeant, ,, quid opponant, nec tempore etiam diſceſſus, ,, vel poſt conqueſti vnquam ſunt cum Pontifice, ,, imò quãdo diſcedebatur nonnulli ex Hiſpanis ,, adeuntes Legatos rogauerunt, vt ſe excuſatos ,, haberent, ſi cęteris comites ſe non præbebant, ,, indignationem enim Cæſaris ſe timere dice- ,, bant, & ſic obedire magis volebant hominibus quàm Deo. Non eſt ergo dubitandum de ,, decreto hoc tranſlationis. Nam cùm Concilium eſſet œcumenicum, & liberum, potuit, & ,, voluit ſua auctoritate, & libertate ſe transfer- ,, re, nec Pontifex voluit vnquam plenitudine ,, ſuę poteſtatis Concilij impedire libertatem, ,, ſed quidquid Concilio, & in reditu ad Tri- ,, dentum, vel manſione in Bononia, vel ele- ,, ctione alterius loci placuiſſet, id etiam ſibi ,, placebat.

Tranſlatio Concilij Tridento Bononiã iuridicè facta.

15 De

Digitized by Google

15 De hac Cæſaris proteſtatione, vt qui ſupremum in Eccleſiam imperium ſibi arrogaret, ac pro arbitratu ſuo Concilium in eo, quem vellet, loco congregandum contenderet, non modò Pontifice, & Concilio tùm coacto, ſed etiam cæteris Regibus contemptis agit Iacobus Auguſtus Thuanus, laudatque Ioannis Mariæ de Monte Concilij Præſidis conſtantiam, qui potiùs mortem opperendam profeſſus ſit, quàm vt à Cęſare impiè eam auctoritatem inuadi pateretur.

„ Montanus (inquit) de voluntate Patrum „ multa grauiter elocutus, iniuriam Sacroſancto „ huic cœtui fieri queritur, Deumque teſtatur, ſe „ paratos extrema quęque, ac mortem denique „ potiùs oppetere, quàm adeò pernicioſo Ec„ cleſiæ exemplo pati, vt ciuilis Magiſtratus pro „ arbitratu Synodum cogat: Cæſarem quippè „ non Dominum, aut Magiſtrum, ſed Eccle„ ſię Filium eſſe, ſe verò & Collegas qui adſunt „ Romanæ Sedis Legatos eſſe, penes quos ordi„ nandi, & transferendi Concilij ius ſit, neque „ tamen recuſare, quin Deo in primis, deinde „ Summo Pontifici ſuę Legationis rationem red„ dant, quod ad proteſtationem attinet ei intra „ paucos dies reſponſum iri.

Quo verò Cęſar in Eccleſiam vſurpare affectabat auctoritatem, eo Henricus II. Gallorum Rex ad defendendam Eccleſiam, iuraque Pontificis, & Concilij ſe comparabat, ac XV. Ianuarij Cenetenſis Epiſcopus Bononienſis Concilij Patres (ſignificata optima Regia in Pontificem voluntate) confirmauit, expoſuitque Parmam Regio ſumptu aduersùs Cæſaream vim propugnatum iri, Pontifex verò XI. Ianuarij ad deuinciendum ſibi eundem Regem, Carolum Borbonium Principem, à quo Religionem Catholicam in Gallia conſtantiſſimè difficillimis temporibus defenſam viſuri ſumus, Cardinalitia dignitate decorauit.

His addunt Acta Bononienſis Concilij.

MS. Arch. Vat. fig. n. 3197. pag. 180.

„ 16 XIX. Menſis Ianuarij MDXLVIII. in „ Concilio Bononienſi agitur de reſponſione ad „ ea, quæ Cæſaris nomine ab eiſdem Procura„ toribus fuerant die Lunæ expoſita.] Cùm verò rogarentur ſententiæ hæc à Braccio Martello Epiſcopo Feſulano prolata eſt.

Sententia I.

Epiſcopus Feſulanus pro reſtituendo Tridentũ Concilio orat.

Quoniam grauiſſimis de rebus agitur, Patres Ampliſſimi, & maximè, vt puto, periculoſis, de reſponſione videlicet ad ea, quæ in proximo Conuentu, Imperatoris Maximi nomine hoc planè in loco fuerunt expoſita. Et quia etiam res certè videntur in extremum adductæ diſcrimen, cauendum ſanè hoc tempore arbitror, non vt quàm maxima cum dignitate, ſed vt quàm minimo cum periculo, ac perturbatione rerum, hæc negotia tranſigantur, nè fortè tanti Chriſtianorum Imperatoris animo rebus adhuc peractis (vt videtur) incenſo, verborum etiam faces admoueantur; quo ingens aliquod Patribus creetur incommodum, qua etiam ex re, cùm ea regula ſit, vt nemo ad reſpondendum de improuiſo, vt inquiunt, teneatur, ac ſumma ratione ab Illuſtriſſimo Præſide, aliiſque Patribus proximo in Conuentu dictum fuit, vt reſponſum ad ea, quæ tùm Cæſaris nomine afferebantur, in aliud tempus differretur. (Vt mox:) Dicam in ſumma mihi illud tantùm placere, quod ad Chriſti Eccleſię, Chriſtianorumque Principum, ac Nationum pacem, tranquillitatem, & concordiam ſpectat; ea autem omnia, quę ad horum lites, rixas, diſcordias, & contentiones nulla ratione pertinent, probare non poſſe.

Maximè igitur cenſeo faciendum, quò ingentes malorum moles depellantur, vt omni contentione omiſſa, & patientię prorsùs, ac tolerantiæ quibuſdam quaſi radicibus nixi, nobis, atque inhærentibus, quod certè Epiſcopos, & ſucceſſores Apoſtolorum maximè decet, de reuerſione Tridentum omninò agatur; nè ſanè pro extirpandis hæreſibus, componendiſque moribus, & pace inter Chriſtianos concilianda, ad quę Concilium ipſum conuocatum Apoſtolicis literis fuiſſe conſtat, Chriſtianis ferè omnibus quieſcentibus, & Concilij exitum expectantibus, contentione hac Tridentina reuerſionis noſtrę rebus incompoſitis ad incredibile horum temporum hæreſes, ſchiſma horribile, atque atrociſſimum bellum adiungatur.

Et quoniam non ſolùm clades, pernicies, & vaſtitas infinita, ſed totius Chriſtianę Reipublicę ſtatus, qui nunc eſt, funus atque interitus ſit proximè pertimeſcendus.

Quare cùm hæc omnia non impendere tantùm, ſed iam adeſſe, ac propè nos vrgere videamus, niſi fortè ea, quæ videmus, volumus diſſimulare, non credo iam dubitabunt aliqui, quod tot mala, ac tanta à Populo Chriſtiano arceantur; quin illud vnum, quod in veſtra ſitum eſt manu, Tridentinæ reuerſionis remedium, ſit quàm primum arripiendum, præſertim cùm hi præclarè poſſint intelligere ſtatum hunc rerum, qui nunc eſt, nulla ratione niſi concordia poſſe retineri, ne dicam minore eorum incommodo ordinari, &c.

17 Senſere alij obſiſtendum Cęſari, cùm æquiſſimas leges pro transferendo ex omnium conſenſu Concilio refelleret, metuendumque eſſet, ne tranſlato Concilio, alia in gratiam Lutheranorum, quos non tàm conciliatos verè Eccleſię, ac Deo, quàm ſibi deuinctos volebat, pertentaret, deque reſponſo eius Procuratoribus reddendo maturitate ſumma conſilij actum eſt. Sed vt ſubijcit Angelus Maſſarellus.

„ Sed cùm res indigeret diſcuſſione, delecti „ ſunt Patres infraſcripti, qui ipſam reſponſio„ nem aptarent, qui Patres fuerunt Reuerendiſ„ ſimi Domini Archiepiſcopus Aquenſis, Ma„ teranus, Naxienſis, Vpſalenſis, Armacha„ nus, & Epiſcopi Feltrenſis, Anicenſis, Am„ bricenſis, Nouiomenſis, Camerinenſis, Ve„ ronenſis, Salutiarum, Albinganenſis, Aliphа„ nus, nec non Reuerendus Pater Hieronymus „ Seripandus Generalis Eremitarum S. Auguſtini.

„ Die Veneris XX. Ianuarij hora XV. fuit Con„ gregatio ſupranominatorum Dominorum De„ putatorum coram ipſo Reuerendiſſimo, & Il„ luſtriſſimo Domino primo Præſidente, diu„ que egerunt magna diſcuſſione ſuper aptanda „ reſponſione danda Procuratoribus Cæſareis „ ad eorum proteſtationem, ſed tandem con„ cluſum fuit, vt breuiſſimè pro nunc reſpon„ deretur, affirmando quòd Bononiæ eſt ve„ rum, legitimum, vniuerſale Concilium, & „ quòd à nemine de hoc dubitari iure poteſt, & „ quòd adducta, & recitata per ipſos Procura„ tores, cùm ſint omni rationi, & veritati con„ traria, & videantur piæ, & Catholicæ menti „ Inuictiſſimi Imperatoris repugnare, & aduer„ ſari, Sancta Synodus certò credit, vel ſine Suę

„ Cęſa-

Digitized by Google

„ Cęsareę Maiestatis commissione, & scientia, „ sed ex mala, & siniſtra informatione proceſ„ sisse. Non recedendo tamen à proteſtationi„ bus per eandem Sanctam Synodum infra„ scripta die Lunæ factis. Deinde dimittitur „ Congregatio hora XX. Eadem die hora XXI. „ coacta est alia Congregatio generalis, discesſ„ sereque Bononia Procuratores Cæsarei, nec „ ad responsum excipiendum hærere voluerunt; „ quarè cùm die condicta, & hora non compa„ rerent, promulgatum est, non stare per Sy„ nodum, quin responsum daretur, quod erat „ his verbis conceptum.

„ Sacrosancta hęc Oecumenica, & generalis „ Bononiensis Synodus in Spiritu Sancto legi„ timè congregata, Præsidentibus in ea Sanctę „ Sedis Apostolicę Legatis, quæ nullatenus du„ bitat, neque ab aliquo iure dubitari posſe„ scit, quin legitimum, & vniuersale Conci„ lium faciat, & constituat. Cùm die Lunæ pro„ximè prętcrita in generali Congregatione, post „ lectam à nobis propositionem vestram, mo„ nuerit vos, vt hac die compareretis, con„ gruum, & plenius responsum ad vestras præ„ tensas proteſtationes accepturi, sic vobis re„ spondet: Quòd quæcumque per vos adducta „ fuerunt, cùm sint omni rationi contraria, „ & videantur piæ, & Catholicæ menti Inuictiſ„ simi Cæsaris repugnare, & aduersari, Sancta „ Synodus certò credit, vel sine Suæ Cæsareæ „ Maiestatis commissione, & scientia, vel ex „ mala ac siniſtra informatione processisse. Et „ ita vobis dicit, & denuntiat, non recedendo „ tamen à suis proteſtationibus, supradicta die „ Lunę factis.

Diar. Con. Trid. & Bononien. M S. Arc. Vat. pag. 281.

18 Interea obfirmatus in sua voluntate Carolus V. nimiam de rebus Religionis constituendi auctoritatem sibi arrogauit, cuius rei fama poſtero die Bononiam perlata est, vt refert Angelus Massarellus in Diario.

Arrogat sibi Car. V. auctoritatem statuendi de Religione,

„ XX. Ianuarij manè recepimus literas è Ger„ mania XVI. huius Augustæ datas, quibus si„ gnificatur, Imperatorem post relationem Car„ dinalis Tridentini de sua legatione, proposuisse „ Statibus Imperij, quod hoc *Interim*, quòd „ Concilium non reducitur Tridentum, eligant „ Status Imperij aliquos Viros, & ipse Cęsar „ addet aliquos, qui agant, & discutiant de re „ tota controuersa super Religione, deindè refe„ rant Suæ Maiestati, qui constituet, quid agen„ dum vsque ad futurum Concilium (præsup„ ponit enim, quòd Bononię non sit Concilium) „ deindè de Concilio agetur.

Origo decreti *Interim*.

Quam verò iniustè Cęsar proteſtationes suas adduceret, patuit ex ipso exemplo ab eo dato, nam cùm poſtea Concilium Tridentum translatum esſet, Gallię Rex eodem tunc iure, quo modò Cęsar proteſtatus est, non placere sibi instauratum Tridenti Concilium, atque ab eò prouocauit, ex qua prouocatione, & proteſtatione grauissima mala emersisse suo loco lugendum erit: nam Regum non est imperare Ecclesiæ, sed illi subesse. Porrò cœptis insistens Cæsar, proteſtationem aduersus Bononiense Concilium nuncupatam Bononię, etiam Romæ coram Pontifice in Senatu Cardinalium Procuratorum opera, XXIII. Ianuarij (vt Acta Consistorialia teſtantur) repetiit, causamque suam non promouit, sed corrupit, cum obsequijs, & precibus, reſtitutaque Placentia prouchere eam debuisset. Poterant enim Præsules Hiſpani Christiana demiſſione Concilij Bononiensis auctoritatem agnoscere, quo rursum Bononia Tridentum Synodus reuocaretur, iustissimèque exigebatur, vt Lutherani decreta fidei iam Tridenti edita suscipere cogerentur, vtque Cæsar se obstringeret, quòd Concilium vetere ritu non inductis popularibus Laicis vel Hęreticis celebraretur.

Acta Consist. m. s. Card. Spad fig. n. 133. pag. 511.

Edita verò coram Pontifice proteſtatio Cęsaris ab Oratore subiectis verbis concepta erat.

Caroli V. Imp. Augusti Proteſtatio Contra Conciliabulum Bononiense à Paulo III. congregatum facta Romæ per Illustrem Iacobum Mendozam Legatum Cæsareum Anno Domini MDXLVIII.

19 Sanctissime Pater, cùm Reſpublica Christiana miserabiliter conuulsa esſet, Religio labefactaretur, mores vehementer corrupti essent, tota ferè Germania ab Ecclesia desciuisset, Inuictiſſimus Dominus Carolus Cæsar Romanorum Imperator semper Augustus, cuius ego Oratoris, & Procuratoris vices gero, primùm à Leone, deindè ab Hadriano, deinde à Clemente Sanctiſſimæ memoriæ Pontificibus Maximis, poſtremò à Sanctitate Vestra Beatiſſime Pater Paule III. sæpè summis, & continuis precibus vniuersale Concilium efflagitauit, & ratione suæ dignitatis, & vt satisfaceret assiduis supplicationibus Ordinum Imperij, vt solùm euersarum rerum effugium, ad quod semper in duris Ecclesia accedere consueſſet, quas quidam ob causas à Sanctitate Vestra primùm Mantuam, poſtremò Vicentiam conuocatum est Generale Concilium, sed harum Ciuitatum neutra satis apta fuit, in qua diuersarum, & multarum Prouinciarum homines libenter simul, & commodè conuenirent, Germani præsertim, quibus iustis, & grauibus de causis eò proficiſci non licebat.

Ext. apud Goldaſt. tom. 2. inter Cęſ. Imper. p. 562.

Ext. etiã in Actis Con. Bonũ. pag. 406. Et in MS. Card. Pij fig. n. 268. pag. 25.

Demùm Imperatoris ipsius voluntate, cæteris etiam Christianis Principibus assistentibus, ipsiſque adeò poscentibus Germanis, Sanctitas Vestra Tridentum delegit Germanorum gratia, propter quos id præcipuè Concilium fiebat, quòd illam approbauerant Ciuitatem, quemadmodum Imperatori, ijsque in publicis eorum Ratisbonę habitis Comitijs in Prouincia Germaniæ, celebrandiſque conceſſerat, eadem Sanctitas Vestra, quòd locus esſet aptiſſimus ob libertatem, securitatem, & opportunitatem, ita enim positus est, vt tàm Italię propinquus, quàm Germanię situs esſet, nec à Gallia, aut Hiſpanis longiſſimè distare videretur, cuius Ciuitatis Episcopus esſet Christophorus Madrucius Vir sanè probus, piuſque, ac Sacri Imperij Princeps, & Sanctitatis Vestrę multis nominibus amicus, & quòd omnium rerum, quæ ad victum neceſſariè sunt, commoditas non desit, vt Sanctitas Vestra in sua Bulla latiùs declarat.

Tridenti est inquam indictum Concilium generale omnium consensu, Legati Cardinales missi, primùm Reuerendiſſimus Pariſius, Moronus, & Polus adfuere, qui vices Pontificis repræsentarent, Oratores Imperatoris admodum Illustriſſimus Religioſiſſimus Episcopus Atrebatensis, Illustriſſimus Vir Dominus de Granuella, & ego Iacobus de Mendoza, sed nondum visum fuit Sanctitati Vestrę, vt apparet ex secunda Bulla Sanctitatis Vestrę, tempus satis idoneum ad inchoandum Concilium, poſt aliquot dies iterùm à Sanctitate Vestra missi Sedis Apoſtolicæ Legati Cardinales Reuerendus de Monte, Reuerendus S. Crucis, & iterum Reuerendus Polus; rursum Oratores, ego

Iaco-

Iacobus Mendoza, & Illustris Vir Franciscus Toledo absens: accesserunt nonnulli aliorum Principum itidem Oratores, nonnulli erant in itinere, multarum Nationum Episcopi etiam ab vltimis Terris conuenere, magnis impensis, magno labore inchoatum est, & petitum ab omnibus Christianis Concilium, & causa religionis, & reformationis morum in eo tractari cœpta.

Eodem quoque tempore bellum aduersùs hostes, & Sacri Imperij violatores Imperator gerebat, in quo suscipiendo potissimùm tuendæ, & amplificandę Religionis, idque interueniente Sanctitate Vestra ratio habita est, ita vt quos ratione flectere non poteramus, armis cogeremus. Cùm res essent in hoc statu, cœpto (vt dixi) Religionis negotio causa morum (quę totis viribus Concilio indigebat, ad quam legitimè, & absolutè prorsùs peragendam Sacra Maiestas, & Germaniæ Ordines à retrò Pontificibus, & Sanctitas Vestra iam anteà remedium tàm crebrò flagitauerant) sed frigidè nimis, & vix tentata.

Deindè virtute Imperatoris pacata Germania, in qua recuperanda, Sanctitas Vestra, & sacrosancti Concilij munus incumbebat maxima spe, & certitudine eorum aduentus, tùm etiam, qui hucusque Concilium recusauerant, & eorum qui in tam necessario Religionis negotio adhuc occupati Imperatori adiutores erant.

Ecce Reuerendissimi asserti Legati tumultuosè præter omnium expectationem, Sanctitate Vestra, quod ipsi dicunt, insciâ, & inconsulta, leuissima sanè causa procurata, & conficta, de translatione Concilij retulerunt ad Patres, nullo consultandi, sed neque cogitandi spatio dato, ita vt pridiè proposuerint, postridiè decreuerint, perendiè discesserint cum multis Patribus, atque ijs quidem tùm temporis, vel vnius ferè Italicę Nationis, vel ante adeptum Episcoparus nomen in Italia degentibus.

Huic consilio, Sanctissime Pater, plures Episcopi magnæ fidei, & auctoritatis mirè, quibus Religionis, & morum causa cordi erat, tamquam callido nimis, & immaturo, Christianæque Reipublicæ periculoso contrauenere, planèque, & publicè, inspirante eis Spiritu Sancto, cuius sanè causa in primis agi debebat, tùm translationem propositam, tùm Legatorum assertorum, & Patrum, qui eos sequuti sunt, iniustam esse translationem Concilij, velleque se manere Tridenti libero, & legitimo Concilij loco publicè protestati sunt.

Inter hæc Imperator, dum Episcoporum Congregatio Bononiæ manet, hoste ad Albim deuicto, Saxoniæ Prouincia superata, duobus belli Ducibus, altero pugna, altero deditione captis, pacata prorsùs Germania, arduum, & periculosissimum bellum solus confecit, nec destitit sæpiùs Sanctitatem Vestram per Nuntios, per Legatos Sedis Apostolicæ, per Illustrissimum Ioannem Vegam, per me, & Maiestatis Suę apud Sanctitatem Vestram Oratores, & ante, & post confectum bellum magnis, & continuis precibus solicitare, iuberet Patres, qui Bononiæ perstant ad Concilium Tridentum redire, eandemque ipsam admonere, prę uideat, quot scandala, dissidia, pericula impendeant Christianæ Religioni, si iam cœptum Concilium Tridenti non continuetur, & absoluatur.

Comitia interim Augustæ Germanis indixit, quæ quidem adhuc celebrantur in his libero spontaneo Generali totius Germaniæ Ordinum, & Statuum, præterea omnium Ciuitatum consensu, petente Imperatore decretum est, Germanos omnes ad Concilium Tridenti conuocatum venturos, vt ea, super quibus indictum fuit, tractentur, & Sacrosancta Concilij auctoritate decidantur; ipsam Sacrosanctam Tridentinam Synodum se suscepturos, idque prorsùs, & absque vlla conditione se præstituros Imperatori sunt polliciti.

Legauit Imperator Oratorem ad Sanctitatem Vestram Illustrissimum, & Reuerendissimum Christophorum Madrucium Cardinalem, & Principem Tridentinum, quo Suæ Maiestatis, & Serenissimi Romanorum Regis, Ordinumque Sacri Imperij nomine Sanctitas Vestras pium hoc, & sanctum Germaniæ Concilium indiceret, supplicaret, iuberet Patres, qui Bononię agunt, ad Concilium Tridenti inchoatum reuerti, hortaretur, & admoneret, vt honestissimam, & necessariam occasionem, tot laboribus, & periculis tamdiù quæsitam, nunc demùm partam susciperet, & amplecteretur, in qua & Patres cum dignitate Tridentum redire, & Religionis causa generali Christianorum consensu, ipsorumque Germanorum, quorum potissimùm gratia ipsa Sacrosancta Synodus Tridenti conuocata fuerat, tractari, & confici, & Sacrosanctę Sedis Apostolicę auctoritas magna cum Pontificij nominis maiestate, & ipsius Sanctitatis Vestræ immortali gloria augeri posset, idque non priuatim solùm, sed publicè faceret in Reuerendissimorum Cardinalium consessu.

Præterea iussit me, qui Senas ad componendas illius Reipublicæ res veneram, idem negotium præstare, quòd si Sanctitas Vestra dilationem, aut excusationem aliquam interponeret, neque præsentem occasionem susciperet huiusce rei, vt tàm iustę petitioni, promptissimique erga Christianam Religionem Maiestatis Suæ animi tàm publicè, quàm priuatim, vos ipsos Reuerendissimos Cardinales, & omnes omnium Principum Oratores, qui Romę agunt, testes vocarem, præcepit.

Præterea iussit Procuratores, & Consiliarios suos, qui Bononiæ expectabant, de ea re responsum, & à Patribus ibi congregatis, & à Sanctitate Vestra, si vnquam vel ipsi Patres, vel Sanctitas Vestra id recusassent, vel dilationem aliquam interposuissent, in generali Patrum cœtu nomine Maiestatis Suæ protestari, iniquam fuisse translationem, & omnia inde facta, & sequuta ab ipsis Patribus affectata, & nulla esse, atque futura fore. Factum est, Beatissime Pater, post requisitiones priuatas etiam publicè, primùm à Reuerendissimo Tridentino die nona Decembris, deindè à me die decima quarta eiusdem mensis hora antemeridiana, in hoc Reuerendissimorum Patrum consessu, cum debita humilitate, instantissimè rogando, idemque per viscera & per sanguinem Domini Nostri Iesu Christi: tempus tamen Sanctitas Vestra interposuit ad consulendos super responso Patres, qui Bononiæ sunt, qui quidem non dissimile secessioni, siuè (vt ipsi dicunt) translationi consilium dedere, vanum, subdolum, & captiosum in grauissimum Religionis, & vniuersalis Ecclesiæ dissidium, scandalum, & detrimentum.

20 Sanctitas autem Vestra id Concilium approbasse, illorumque sententiam suscepisse, quodammodo visa est, illegitimam secessionem Tridentinam, periculosissimam sanè, & pernicio-

cioſam Reipublicæ Chriſtianæ, tranſlationis vocabulo, Congregationemque, ſeù illegitimum Conuentum Bononienſem generalis Concilij nomine appellans, tantumque ei Congregationi auctoritatis in ſuis ad Reuerendiſſimum Cardinalem de Monte Epiſcopum Prænestinum, & ad vos, qui adeſtis, literis, & ſuo ad Imperatorem reſponſo tribuere videtur, quantum Epiſcopi prænominati auctoritate propria ſibi ipſis arrogare auſi ſunt.

Præterea reſponſum ad Cæſarem dat dilatorium, & legitimum præſenti occaſioni, & negotio impertinens, ineptum, & inconueniens.

Quid enim magis alienum, quàm in grauiſſima cauſa, in negotio Religionis, & Spiritus Sancti, & cauſæ cognitionem anteuertere, & ſententiam ferre, & ſe Iudicem conſtituere, antequam ſibi iudicium deferatur; & his qui ægrotabant, & ſanandi erant, qui hucuſque remedium detrectare videbantur, qui nunc Religionem, qui morum reformationem, qui vnionem publicarum diſſenſionum petunt, & Concilium Tridenti, vbi cœptum fuerat continuari, & abſolui, (quòd omnium bonorum cauſam futurum certiſſimè credunt) præſtantiſſimam medicinam tergiuerſationibus & ambagibus procedere, & denegare. (Non poſcebant illi Concilium vetere ritu, & inſtituto celebrandum, in quo Pontifex eorum iudicio præſideret, ſed illius accuſatores ſe conſtituere, ac Cæſari eum ſubijcere moliebantur, quarum Sirenarum mortiferis cantiunculis Cæſar in præcipitia ſe pellici videbatur.)

Et cùm probationem cauſarum tranſlationis à perſpicuis, & religioſiſſimis, & probatiſſimis teſtibus ſumi conueniens ſit, in ipſa teſtibus inter ſe parum conuenientibus nullius auctoritatis de plebe hominibus fidem adhibere, Imperatoris autem, & Regis Romanorum, & Principum, Statuumque Germaniæ, qui in publicis Comitijs congregati ſunt, qui & per Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Cardinalem, atque eundem Sacri Imperij Principem Sanctitatem Veſtram certiorem faciunt, de hoc tàm ſancto, tàm pio Germanorum propoſito, atque decreto, fidem in dubiam vertere, quod ex ipſorum Sanctitati Veſtræ reſponſo tùm publicè, tùm priuatim dato intelligi poteſt, Nulla infertur iniuria, ſi Pontifex huius controuerſiæ Iudex Concilij Bononiam tranſlati Patres audiendos cenſuerit, nec parti Cæſareæ totum ſe addicere debuit.

21 Multa alia à me prætermittuntur, Sanctiſſime Pater, quæ tempore, & loco (ſi opus fuerit) in hac cauſa dicentur, quid prętereà deſiderabamus à Germanis? quid ab eis petebamus? toties à Cæſare repetitis itineribus, tot impenſis, tot laboribus maximo, & ancipiti ſuſcepto bello atque confecto? Perdet omnes labores hos Sanctitas Veſtra pro Religione ſuſceptos, perdet optimam, & præſtantem ſanandæ, reſtituendæque Religionis occaſionem, & perdet Religionis cauſam admonitus, & requiſitus. Id verò certiſſimum Concilium vniuerſale ob cauſas grauiſſimas, & maximè neceſſarias Tridenti congregatum Veſtræ Sanctitatis indictione, flagitante Imperatore, Chriſtianis Principibus aſſentientibus, petentibus Germanis, conuenientibus Epiſcopis iam cœptum, niſi ſumma vrgentique neceſſitate præcedentibus tractatibus, & diligentiſſima diſcuſſione ſeruato iuris ordine conſenſu omnium Patrum aliò mutari, neque legitimè poſſe, nec licere.

Sæpè enim tranſlationes callido, & præcipiti conſilio ſine cauſa factæ in cauſa eſſe ſolent, vt magno Religionis periculo, magnis in Republica Chriſtiana turbis, & diſſenſionibus, interdum populi Chriſtiani pernicioſa diuiſione Concilia diſſoluantur, cauſa autem tàm ſubitę tranſlationis nulla fuit, ſed arrepta, quę ſe primùm obtulit occaſione Reuerendiſſimi aſſerti Legati, vt à me dictum eſt, & reliqui Patres fecerunt, quod iam pridem meditati fuerant. Febres enim neſcio quas, & aëris vitium cauſati affectatum, & procuratum quorumdam Medicorum, ſed præcipuè ancillarum, & coquorum viliſſimorum hominum teſtimonium recitantes, Tridento præcipites diſceſſerunt: nempè, & tunc & deinceps apertiſſimè patuit nullam extitiſſe vanę formidinis cauſam.

Prætereà, ſi vlla fuerit ratio diſcedendi Veſtram Sanctitatem in hac prętenſa cauſa conſuluiſſent, cùm tam parui temporis mora nihil periculi eſſet allatura; neque enim tam repentina res erat, quod exitus morbi, quem cauſati fuerant, comprobauit.

Inconſulta autem Sanctitate Veſtra diſceſſiſſe illos Epiſcopos faſſi ſunt, & Sanctitas Veſtra poſtmodum affirmauit. Cui quidem Sanctitatis Veſtrę teſtimonio multum certè fidei, & auctoritatis detrahunt Veſtræ ad Reuerendiſſimum de Monte literę, & reſponſiones ad Cęſarem datę.

Imperatore quoque conſulto, & aſſentiente id facere debuiſſent, cui curę ſunt, & tutelę vniuerſalia Concilia, atque id ex munere officij Auguſtalis, cuius quanta ſit in Concilijs auctoritas, manifeſtum eſt.

Verùm tanta fuit Legatorum aſſertorum feſtinatio, & ſimulatio, vt nec ipſi voluerint conſulere, nec eos, qui dicebant Sanctitatem Veſtram, & Imperatorem priùs per Sanctam Synodum certiores fieri oportere audiędos putarint. Cùmque Imperator ipſe pro tuenda, & amplificanda Religione, pro Eccleſia, pro Concilio laboraret, ipſi vano & inani timore ſimulato, Imperatore inconſulto abſceſſerunt. At qui ſępè aliàs Imperator per Oratores ſuos cùm ipſos aſſertos Legatos, tùm Sanctitatem Veſtram admonuit, ſe neque tranſlationi Concilij, ſed neque ſuſpenſioni, aut vacationi tacitè, vel expreſsè aſſentiri poſſe.

22 Prætereà iuris ordinem contempſerunt, & eam cauſæ cognitionem, quæ in Synodalibus tranſlationibus Sanctorum Patrum ſanctionibus inſtituta eſt. Rem enim ferè omnium grauiſſimam, properè ſanè, & leuiter confecerunt. Debuerant certè iuſtas multorum grauiſſimorum Patrum, qui illis haud quaquam aſſentiri, docti re, ex recta conſcientia conſulebant, contradictiones libenter audire, eorumque ſententias, ac rationes animaduertere, atque examinare, ac non ipſis neglectis, vixque auditis, rem pro libitu definire: quorum quidem ſententiæ quòd graviores, & firmiores erant, ſanioreſque Reipublicæ debuiſſent in re præferri, potuiſſentque multarum Nationum Patres, & ſi multitudine alijs impares, tranſlationem merè voluntariam, eandemque Reipublicæ Chriſtianæ pernicioſam impedire. Quam ſi fieri oportebat, fuerant Sacrorum Conciliorum decreta ſeruanda, ne diſcederetur à terminis eius Regionis, eligendus erat in Germania locus propinquior, & opportunior, atque ob id maximè fieri oportebat, vt de quorum cauſa præcipuè agebatur, Germani tutò poſſent

sent ad Concilium venire, quod proculdubio feciſſent, omnibus non veniendi ſubterfugijs, impedimentis, & difficultatibus ſublatis, vt exitus ipſe comprobauit.

Illud verò nulla ratione defendi poteſt, quòd Bononiam in medio Italiæ collocatam, ſubditam imperio Eccleſiæ delegerint, quo nemini dubium eſt, non adituros Germanos. Locum itaque delegerunt, quem poſſent omnes meritò multis de cauſis, quæ nunc à me prętermittuntur, recuſare, non vt Concilium proſequantur, ſed vt ſummo exitio Chriſtianorum, decoloratione, & deformatione Status Reipublicæ Chriſtianæ Conciliũ prępropere, & ex abrupto diſſoluant, aut ex animi eorum ſententia conficiant. At cùm ſit Conciliorum officium diſſidia tollere, Religionem ſuſtentare, mores emendare, hic receſſus, quem ipſi tranſlationem vocant, turbabit Concilium, perdet omnia.

Verùm cùm Pijſſimus Imperator, Sanctiſſime, & Summe Pontifex, vt verus, & legitimus Romanus Imperator, Eccleſiam omnium Matrẽ augere, ac defendere teneatur (quod ſemper ab initio Regnorum ſuorum, & Imperij fecit) cùmque ab antiquiſſimis retrò temporibus Imperatorij muneris fuerit, vniuerſalia Concilia protegere, & eo vſque integra, & ſalua præſtare, quoad negotia, quorum gratia congregantur, debito loco, & ordine abſoluta ſint; cùmque Germaniæ diſſidia componere, eamque Prouinciam, partem Imperij potiſſimam, magnumque Eccleſiæ membrum pacare, & ad veram Chriſtianamque Religionem reducere conſtituerit, cùmque ad eundem etiam Hiſpaniarum aliorumque Regnorum & Statuum ſuorum, quorum Rex verus, ac Dominus eſt, auxilio Sanctitatis Veſtræ, & Sacroſancti Concilij corrigendorum, & ad veram Chriſtianam vitam reducendorum cura pertineat, quæ ita demùm vana non erit, ſi Sanctitas Veſtra Concilium Tridenti indictum, Tridenti cœptum, Tridenti continuauerit, & abſoluerit.

23 Animaduertens inquam Imperator hunc receſſum, ſeù (vt ipſi dicunt) tranſlationem ſine ordine legitimo factam, neque lege, nec ratione, neque cauſa, neque conſilio inniti, omnem ſancti, iuſtique propoſiti ſui rationem perturbare; præterea totam Germaniam, ad quam hæc potiſſimùm cauſa ſpectat, Concilium poſtulare Tridenti, polliceri ſe Concilio Tridenti affuturam, Sanctam Tridentinam Synodum ſuſcepturam, Sanctitatem Veſtram, quam ſemel atque iterum obteſtatus eſt, nunc quoque vt bonus, obedienſque Sanctitatis Veſtræ, & Eccleſiæ filius maximè conteſtatur debita humilitate, & Chriſtiana monitione per Viſcera Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ne magno labore tamdiù quæſitam componendæ, reſtaurandæque Religionis occaſionem prætermittat, ouibus à Deo Optimo Maximo ſibi commiſſis auxilium ferat, iubeat ſuos aſſertos Legatos cum reliquis Epiſcopis, qui receſſerunt, ſine mora Tridentum reuerti, qui locus viſus eſt Sanctitatis Veſtræ approbatione tutus, & liber, ipſiuſque Inuictiſſimi, & Pientiſſimi Imperatoris fide tutior, atque liberior, cuius muneris eſt, Concilia protegere, atque tueri, ibique vt decet, ac neceſſarium eſt, Sacroſanctum Concilium auctoritate Imperatoris, efflagitatione, & aſſenſu Principum Tridenti inchoatum, diùque habitum proſequantur, quod nullo pacto recuſare poſſunt, & ſanè id iam anteà polliciti ſunt, ſi vtique Germani ad Concilium acceſſiſſent, ſe quamprimùm illa falſi morbi ſuſpicio refrixiſſet eſſe redituros, atque adeò Sanctitas Veſtra idipſum Cæſari per Nuntios ſæpè, & Legatos promiſit.

24 Anno iam ferè elapſo ceſſante morbo (ſi quis fuit) re tranquilla, & pacata allata ratione timoris, poſtulantibus Principibus, & Statibus Germaniæ, ijſque denique ſe liberè, & abſque vlla conditione, aut prætextu Synodum Sanctam Tridentinam ſuſcepturos, cur non reuertuntur, & intermiſſum continuant opus, vt cœperant, vt continuare oportebat? Hoc ſi Sanctitas Veſtra fuerit executa, & nunc aſſertos Legatos Tridentum redire ſua auctoritate, & Imperio coëgerit, neque dilationem, aut difficultatem vllam interpoſuerit, rem populo Chriſtiano valdè neceſſariam, & Diuinæ Maieſtati gratiſſimam faciet.

Sin autem iuſtæ petitioni tempore, & occaſione neceſſaria, quę quidem nunc ſe vltrò pręſens offert, aſſentiri noluerit (quod abhorrendum ſanè eſt ab eo, qui prorsùs totius Reipublicæ Chriſtianę curam gerit, atque adeò ipſius Domini Noſtri Ieſu Chriſti vices repręſentat) Ego Iacobus Hurtadus Mendoza nomine Pientiſſimi, & Inuictiſſimi Domini mei Caroli Cęſaris Romanorum Imperatoris ex illius ſpeciali mandato, & nomine totius Sacri Imperij, Regnorum, & Dominiorum ſuorum multiplicatas priuatim, & publicè Euangelicas requiſitiones, monitiones, denuntiationes, idque non ſolùm, vt ſuperiùs dictum eſt à me ſemel, atque iterum, ſed etiam pluries in hoc Ampliſſimo, & Religioſiſſimo Cardinalium conſeſſu, die Mercurij hora antemeridiana decima quarta Decembris, & in hoc eodem loco rursùs die Martis hora pomeridiana vigeſima ſeptima eiuſdem Decembris, prę ſentibus Reuerendiſſimis Patribus, & Principum Oratoribus, aliam proteſtationem die Lunæ decima ſexta Menſis Ianuarij hora pomeridiana à Procuratoribus, & Conſiliarijs Imperatorię Maieſtatis prolatis in generali cœtu conuenientibus Bononiæ habitam, tandem nouiſſimè proteſtor, dictam tranſlationem, ſeu receſſionem fuiſſe, & eſſe illegitimam, & nullam, atque omnia inde acta, atque ſequuta, & quę poſthac quomodocumque de re qualibet agentur, atque ſequentur, affectata fuiſſe, & futuras rixas, & contentiones in Eccleſias Dei inducere, atque nutrire, ac deindè nullius momẽti, nullius effectus cauſa, magnam cladem, & exitium populo Chriſtiano minari, fidem Catholicam, & Sacroſanctam Religionem in periculum adducere, vniuerſalem Eccleſiam Dei ſcandalizare, decolorare, deformare, eiuſque Statum, & Maieſtatem, ac proindè nullius momenti, nullius effectus cauſã, nullamque habuiſſe vim, ſed nec habitura vigorem vllum, vllam penitùs ſubſiſtentiam, neque eam poſſe eſſe auctoritatem aſſertorum Legatorum Sanctitatis Veſtræ, & eorum Epiſcoporum, qui Bononię ſunt Sanctitati Veſtrę maiori ex parte obnoxiorum, atque ab illius nutu omninò pendentium, vt in Religionis & morum reformationis cauſa tanti momenti negotio vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ, eique Prouincię præſertim, cuius mores, & inſtituta parum eis nota, legem pręſcribant.

Prætereà eiuſdem Inuictiſſimi Romanorũ Imperatoris ſemper Auguſti nomine, & ſpeciali mandato, prout ſuprà proteſtor, atque denuntio Sanctitati Veſtrę reſponſionem illegitimam prę ſenti negotio, & neceſſitati ineptam, & inconue-

nien-

nientem fuco, & figmentis plenam, ac prorsùs deluſoriam fuiſſe, & eſſe, nulloque iure, nullaque ratione ſubſiſtere.

Proteſtor prętereà omnia damna, tumultus, diſſidia, clades, ruinas, excidia populorum, ad hęc diuiſiones, & ſcandala in Eccleſia Dei, & Religionis pericula, atque Reipublicæ Chriſtianæ detrimenta, quę inde euenire, atque eueniunt, & poſſunt contingere, Veſtræ Beatitudini, non ſibi imputanda. Ad quę quidem facillimè & potuit, & debuit ex forma, & eſſentia Pontificatus, vſque ad ſanguinem, vſque ad animam remedium commodum adhibere.

25 Proteſtorque ſimiliter Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum defectu, culpa, & negligentia Sanctitatis Veſtræ Eccleſię procellis, & tempeſtatibus, quas metuit ex hoc facto, videtque impendere totis ſuis viribus obuiam iturum, eiuſque protectionem, & tutelam omni ſtudio ſuſcepturum, totumque id quod ſui iuris, muneris, officij, & dignitatis eſt, quo Imperator eſt, quatenùs ius patitur, & legibus, Sanctorumque Patrum inſtitutis, & Orbis conſenſu decretum, atque obſeruatum eſt, ex nunc non omiſſurum, omniaque alia, quæ eiuſdem Domini mei Imperatoris nomine poſſum, & debeo, quo meliùs expediat, atque conueniat modo, & ordine.

Proteſtor vobis etiam, Romani Patres, Ampliſſimi Cardinales ſaluo omni iure, & facultatibus quomodocumque Domino meo Imperatori competentibus, vbi Sanctitas Sua in præmiſſis negligens fuerit, aut quacumque alia cauſa inſtaurationem Religionis, vnionem Prouinciarum Germanię, veram, abſolutam, & generalem in Sancto Vniuerſali Concilio fieri oportet, morum reformationem omiſerit, aut diſtulerit, voſque itidem in his negligentes fueritis, eadem omnia, quę Sanctitati Suæ proteſtatus ſum, eodem modo, & ordine nomine Inuictiſſimi, & Pijſſimi Domini mei Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti proteſtor, atque denuntio, atque hanc proteſtationem bis, & ter, & toties quoties, & vbi mihi viſum fuerit eſſe neceſſarium, & quamcumque aliam ſuper præmiſſis, & ab eis dependentibns connexis, & emergentibus facturum affirmo, & facultatem mihi reſeruo, teſtes vos omnes, qui adeſtis, huic meæ proteſtationi ſiſtens, petoque à vobis Notarijs, & à quocumque veſtrum, vt publica de his omnibus conficiatis Inſtrumenta.

Alia Conſiſtor. M S. Car. Spad. fig. num. 133. pag. 311.

26 Reſpondit mox Cæſarei Oratoris proteſtationi nomine Pontificio Bloſius deſignatus Epiſcopus Fulginatenſis, qui Pontifici à ſecretis erat, eam proteſtationem, vt iniquam, & inanem non admitti: cæterum re maturiùs cum Cardinalibus perpenſa in proximo Senatu ampliſſimum reſponſum redditum iri.

Ext. in m.s. Arch. Vat. fig. n. 3229. & in m.s. Franciſci Car. Barberini fig. num. 125. Sumariũ M S. Con. Trid. & Bonon. pag. 57. Ext. in actis Conc. Bonon. f. 61.

Reſponſio Summi Pontificis ad proteſtationem eadem die data ipſi Oratori Cæſareo, qui tamen vocatur ad aliam diem, plenius reſponſum accepturus.

Audiuit Sanctiſſimus Dominus Noſter, Illuſtriſſime Domine Orator, tuæ procurationis mandati tenore, & quæ procuratorio nomine Cæſareę Maieſtatis expoſuiſti, ac coram Sua Sanctitate, & his Reuerendiſsimis Dominis fuiſti dicto nomine proteſtatus. Quibus omnibus quantum ad Suæ Sanctitatis officium pertinet, licèt potuiſſet Sanctitas Sua, & Deo, cui nihil eſt occultum, & hominibus, qui conciliaris huius rei negotium nouerant, etiam tacendo ſatisfacere, nec recenſere; quæ in ea re Sanctitas Sua ad Dei ipſius laudem, & Chriſtianæ Reipublicæ beneficium hactenùs pręſtitit, ne tamẽ apud rerum harum ignaros opinio pręiudicet veritati, cùm etiam taciturnitas nocere quandoque ſoleat proteſtato, Sua Sanctitas non admittendo per aliquem actum, tàm præſentem, quàm futurum, proteſtationem huiuſmodi, nec illi vt friuolæ tacitè, vel expreſsè conſentiendo, intendit rem priùs cum Venerabilibus Fratribus ſuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus maturè diſcuſſa, omnibus, & ſingulis per te propoſitis, & in iſta proteſtatione contentis, particulariter, & ſpecialiter reſpondere, quorum copia omnium per te geſtorum, & ſcripturarum nunc exhibita. Monet te tamen, vt Oratorem, & ad actum hunc ſpecialem Suæ Maieſtatis Procuratorem, ac cæteros vos omnes Notarios, & teſtes vt in primo celebrando Conſiſtorio redeatis, reſponſionem huiuſmodi accepturi, & audituri. Interimque ab Vrbe non recedatis, nec fidem, aut teſtimonium huius intimationis detis, vt de omnibus ſimul rogati ſitis, & requiſiti.

Paul. III. proteſtationi Caroli V. reſpondet.

27 Conſuluit interea Pontifex Bononienſis Concilij Patres, quid ab ipſo Cęſareę proteſtationi Romę reſpondendum eſſet, reuerſuſque Bononiam Marcellus Ceruinus Concilij Legatus ſignificauit Patribus ſanxiſſe Pontificem, vt omnia decreta præteriti Concilij Tridentini de inſtauranda diſciplina ſeruarentur, & quæ circa dogmata fidei concepta erant, in dubium reuocari vetuiſſe, quibus Angelus Maſſarellus, hæc ſubijcit.

Diar. Con. Trid. & Bonon. p. 282.

„ XXIV. Ianuarij Reuerendiſsimus Dominus „ Cardinalis Marcellus Ceruinus de Monte-Po„ litiano tituli Sanctę Crucis ſecundus Sacri Con„ cilij Præſidens, & Legatus Apoſtolicus ex Vr„ be reuerſus ſalutauit Patres nomine Sanctiſsi„ mi Domini Noſtri Papę, retulitque ſuę morę „ cauſam fuiſſe vrgentia negotia, quæ in ſua „ abſentia emerſerunt, hortatuſque fuit Patres, „ vt bono eſſent animo, benèque ſperarent in „ bonitate Dei de ſucceſſu pręſentium rerum, ità „ turbulentarum, & quòd Sua Sanctitas manda„ uerit obſeruari omnia decreta à Sancta Syno„ do Tridenti promulgata, pręſertim ea, quæ „ tangunt reformationem, cùm ea, quę dogmata „ reſpiciunt, iam diù obſeruata fuerint, & obſer„ uentur, de quo Patres lætari debent. Deindè „ Reuerendiſsimus Dominus Cardinalis de „ Monte egit gratias nomine Sanctę Synodi Suæ „ Sanctitati, & ipſi Reuerendiſsimo Domino „ Cardinali Sanctæ Crucis de labore ſuſcepto. „ Deindè rogantur ſententię ſuper Canonibus „ abuſuum Sacramenti Pœnitentiæ.

Inter has proteſtationum Cęſarearum procellas, quibus Eccleſię nauicula iactabatur, offuſus erat omnium oculis funeſti alicuius ſchiſmatis terror, ad quod diſcrimen auertendum, viſum eſt Præſidibus Bononienſis Concilij conſultius fore, vt abrumperetur Pontificia auctoritate Concilium, atque in commodius tempus differretur, quod Farneſio Cardinali ſignificatum memorat Maſſarellus.

Diar. Con. Trid. pag. 282.

„ XXIV. Ianuarij Reuerendiſsimi Domini Le„ gati ſcripſerunt ad Cardinalem Farneſium „ qualiter conſiderato diligenter præſenti ſtatu „ rerum, videtur eis neceſſarium fieri ſuſpenſio„ nem Concilij, cùm Prælati ampliùs in hoc ſta„ tu retineri non poſsint, quæ ſuſpenſio neceſſa„ riò facienda videtur in reſponſione Oratori „ Cæſareo poſt eius proteſtationem danda, vt

„ ſcan-

,, scandalis obuietur, &c. Subdit Auctor formulam responsi dandi Oratori Cæsareo, cuius protestatio XXV. Ianuarij Bononiæ excepta est, concinnatam à Legatis fuisse, consultumque Pontificei, vt controuersiam translationis ad subsellia Apostolica iudicandam traduceret.

,, XXVI. Ianuarij Reuerendissimi Legati miserunt ad Reuerendissimum Cardinalem Farnesium iudicium eorum circa responsionem dandam à Sua Sanctitate ad protestationem Oratoris Cæsarei, cum quo coniungat suspensionem, offerendo se facturum iudicium de validitate translationis, quæ impugnatur à Cæsare.

28 Kalendis Februarij Paulus Pontifex in Senatu accuratius, ac prolixius responsum dedit Oratori Cæsareo, iactatasque ab eo improbè accusationes ac defectionis minas Apostolica constantia refregit, motamque de iniusta Concilij translatione litem definiendam à Sede Apostolica pronuntiauit Blosij, qui à secretis erat, ore, ac opera, vt referunt Acta Consistorialia.

Acta Cæs. sect. fig. num 133. pag. 316.

,, Romæ apud Sanctum Petrum I. Februarij ,, MDXLVIII. fuit Consistorium, R. P. D. Blosius Electus Fuginatensis Sanctitatis Suæ Secretarius, iussu eiusdem Suæ Sanctitatis legit responsionem protestationis per Illustrissimum ,, Dominum Didacum Hurtadum de Mendoza ,, Cæsareæ Maiestatis Oratorem nomine Suæ ,, Maiestatis (vt asseruit) in præcedenti Consistorio factæ, ipsi Domino Didaco Oratori, prout ,, penès Dominum Blosium Electum Secretarium ,, constat.] Perstringuntur à Iacobo Augusto Thuano illius responsi capita his verbis.

Iacob. Aug. Thuanus hist. lib. 5.

,, Accurato, & artificioso scripto respondet ex ,, ea contestatione initio magnoperè commotum, & incredibili dolore affectum fuisse: quippè cùm res sit pestimi exempli, neque hactenùs ,, vsurpata, nisi ab ijs, qui ab Ecclesiæ obsequio, ,, atque adeò Religione ipsa detecerint, quod ,, tantùm abest, vt de Cæsare credere, vel vllo ,, modo suspicari velit, vt potiùs eum legitimam ,, Ecclesiæ potestatem detrectantes ad officium ,, reducturum, & in eos seueriſſimè animaduersurum speret, quòd cum bello nuper, in quo ,, Pontificijs præcipuè copijs adiutus est, confecto ostenderit, mirari se eò magis Cæsarem pro ,, tanto beneficio disparem gratiam rependere; ,, verùm se summo illo dolore postea leuatum, ,, postquam mandati formula inspecta deprehensum est, Mendozæ minimè datam facultatem, ,, vt contra Pontificem,& Cardinalium Senatum ,, protestaretur, sed Legatis tantùm Bononiam ,, missis, vt coram Patribus, qui illic sunt, agerent, iniunctum fuisse, itaque mandati fines ,, egressum esse Mendozam, & modestissimo ,, Principi suo iniuriam fecisse, qui non aliter, ,, quàm contra translationis Synodi Auctores ,, contestari suos intellexerit, totiusque negotij, ,, & controuersiæ, si qua sit, iudicium ad Pontificem pertinere existimauerit, qui si à Cæsare ,, interpellatus recusasset, tunc protestationi contra ipsum meritò locum futurum fuisse: id cum ,, nusquam factum sit, iniquum esse quod petat ,, Mendoza, vt Pontifex præiudicio vsus decretum de Concilij translatione factum rescindat, ,, ita corruere omni ex parte Mendozæ actionis ,, fundamentum, qui nec æquum petat, nec agendi facultatem habeat, quod ad crimination s ,, attinet, quasi ipse negligenter in Ecclesiæ causa versetur, non se quidem inuidere Cæsari glo-

,, riæ, quod egregiam operam in hoc negotio ,, nauauerit: cæterùm sibi suam eripi minimè ,, pati posse, si Cæsari constans desiderium fuit, ,, vt perageretur Concilium, eandem & sibi mentem fuisse etiam antequam Cæsar de eo cogitaret, quippè cùm illum ætate antecedat, id cum ,, bellis Germanicis interturbatum sit, relinquere ,, in medio disceptandum, vter in eo negotio ardentior fuerit, Cæsar-ne, qui bellicis motibus ,, Synodi celebrationem impedierit, an ipse, qui ,, nulli Principi operam suam addixit præterquàm ,, vni Cæsari, quem in eo bello, cuius successus ,, ad tàm optatum finem munire viam videbatur, ,, opibus suis adiuuit; quippè nullam non iniuit ,, Christianis Orbis pacificandi rationem, ex quo ,, ad summum Sacerdotium vocatus est, nec Patrum migrationem adeò exaggerandam esse, ,, cùm ea maioris, siuè sanioris partis decreto ,, facta sit, & in eorum potestate sit ex iustis, & ,, legitimis causis Concilium transferre. In præsentiarum quidem an legitimè translatum sit, ,, nolle pronuntiare; verùm si in controuersiam ,, veniat, eius rei sibi iudicium reseruare, atque ,, interim cœtum illum, qui Bononiæ sit, Concilium iure appellare: nunquam se prorsùs recusasse quin Tridentum redeatur, modò id legitimè fiat, hoc est citra Ecclesiasticæ auctoritatis ,, detrimentum, & sine aliarum Nationum offensione; satis constare quam de Germaniæ salute ,, sollicitus fuerit, iam bis indicto Tridentum ,, Concilio; verùm id frustra fuisse, discedentibus ,, Cæsaris Legatis, ac nullis ferè Episcopis Germanicis eò venientibus, quamuis ex Gallia, ,, Hispania, & alijs remotioribus Prouincijs Episcopi conflierent: lætari se quidem magnoperè temporum, ac rerum statum in Germania mutatum esse, libenterque audire, successibus tàm prosperis, auctoritate, & potentia auctum Cæsarem in se recipere, Germanos, si ,, Tridentum redeatur, Concilio subscripturos: ,, cæterùm mirari qui fiat, vt si Germani tàm ,, benè affecta voluntate sint, adeò salutare remedium intra vnius Ciuitatis mœnia concludant. Etsi enim eorum præcipuè gratia cogatur, cogitare tamen debere illos, cùm eodem ,, morbo teneantur hodiè Dani, Gothi, atque ,, Britanni, hoc exemplo necessitatem induci, vt ,, in eorum finibus etiam Synodus habeatur; contra verò multis testimonijs ostendi posse extrà ,, Prouincias, in quibus hæreses exortæ sint, sæpiùs celebrata fuisse Concilia, vndè appareat ,, nihil tàm acri, & festina denuntiatione opus ,, fuisse, & conditiones à Patribus propositas neque nouas esse, neque iniquas, quippè solere ,, ista non tantum Pontificum, sed & Cæsarum ,, legibus definiri, itaque non fuisse cur Patrum ,, responsum friuolum esse, ac figmentis plenum ,, dixerit Mendoza: nec verò Pontificem, quamuis negligentiæ verè accusari non possit, molestè ferre, si quando contingat eum officio ,, deesse, eo diligentiam Cæsari excitari, modò ,, intra cancellos, qui illi circumdantur consistat & iuris formulam, ac Sanctorum Patrum ,, leges, Christianique Orbis consensum in eo sequatur, quod si fiat, minimè dubitare, quin ,, vtriusque functio, licèt diuersa, & distincta sit, ,, Ecclesiæ futura salutaris, postremò quòd migrationem Patrum illegitimam esse contendat ,, Mendoza, quoniam in hoc controuersiæ cardo vertatur, eius rei cognitionem pro ea, quam ,, in Ecclesia obtinet, potestate sibi vindicare,

», eamque Viris ampliſſimis Collegis, ac Fratribus ſuis Pariſio, Burgenſi, Polo, & Creſcentio demandare, & ſi quidem finito iudicio », parebit, illegitimè Concilium Bononiam », tranſlatum fuiſſe, omni ratione curaturum, vt », Tridentum reuocetur. Interea dum illi cognoſcent, petere ne quid ab alterutra parte in », contrarium fiat, ſed quidquid hac de re velint », in medium afferre, id vt intra proximum Menſem faciant edicere, ac ne Germaniæ deeſſe », videatur, Legatos eò ſe miſſurum pollicetur, », qui populorum illorum infirmitati, ſi Cæſari, », & ipſis non ingratum eſſe cognouerit, commoda ratione medeantur, hæc eo ſcripto continebantur.

29 Extat illud in M. S. Archiui Vaticani, cuius ſeries ob rei grauitatem repetenda viſa eſt.

Reſponſio Sanctiſſimi Domini Noſtri data ipſi Oratori Cæſareo in publico Conſiſtorio Romæ 1. Februarij MDXLVIII.

M.S. Arc. Vat. fig. n. 3229. p. 59. & in m.s. Fran. Card. Bar. fig. num. 123. inſc. Summar. Con. Trid. & Bonon. poſt med. pag. 61. in eodem lib. ſunt acta Conc. Bononienſis, vide p. 62. Ext. in act. Conc. Bonon. p. 61. & in m.s. Card. Pyſ. fig. n. 260. p. 55.

Magnam ſuperiori Conſiſtorio Illuſtriſsime Domine Orator, mœroris cauſam dediſti Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Sacro Cardinalium Collegio, cum ex diplomatis illius verbis, quod mandatum appellabas, hoc in loco abs te prolati, & recitati facultatem tibi ipſi Sanctiſsimo Domino Noſtro, & Sacro Collegio proteſtandi à Cæſarea Maieſtate datam eſſe aſſereres, qua ſtatim es vſus. Magna idem mandatum poſtea diligentiùs expenſum, & examinatum lætitia eos ipſos affecit, quorum animos dolore antea afflixerat, cùm nihil in eo repertum ſit, quod tibi iſtam facultatem, quam tu tibi ſumpſeris, daret. Hęc verò duo cùm explicauero, ac ſimul doloris, & mœroris cauſas, atq; rationes reddidero, ſcias tibi maxima ex parte, ad ea omnia, quę alicuius momenti, vel dicta abs te prolixiùs, vel acta in ſuperiori Conſiſtorio fuere, de quibus nunc reſponſionem expectas, eſſe reſponſum: quę enim proteſtatio illa complectebatur, licèt reſponſione non indigeret, tamen ſilentio non præteribo. Hunc verò ordinem in reſpondendo ſequar Sanctiſsimi Domini noſtri auctoritati obtemperans, quem mihi præſcripſit, cùm mihi has partes tibi reſpondendi dedit.

Reſponſio Pontificis proteſtationi factæ à Didaco de Mendoza.

Igitur, vt à mœroris cauſa explicanda incipiam, ea quidem huiuſmodi eſt, quàm per te facilè intelligere poſsis, preſertim cùm partem huius moleſtiæ in ipſo proteſtandi munere fungendo, quaſi graui onere portando, teipſum ſenſiſſe minimè dubitandum ſit; eò autem maiorem, quò vel maius ſtudium tuum erga clariſsimam Cæſareæ pietatis, & Religionis famam; vel maior pietas erga Eccleſiam eſſe deberet, cui ex hac re non minimam perturbationem impendiſti, vt quiſque pius, ac prudens rerum æſtimator fuerit, meritò ſuſpicari poſſet.

Hæc ergò eſt ipſa cauſa doloris, quam proteſtandi aſſerta abs te facultas meritò vtriſque attulit, quam ſi in te ipſo, quod minimè credendum eſt, expertus non fuiſſes, in illis certè religioſiſsimis, & Principibus Viris, & nomini Cæſareo multis de cauſis addictiſsimis, qui te, cùm iam ad proteſtandum accederes, adierunt, multis lachrymis mixtas preces, & hortationes ſecum afferentes, vt te ab incœpto proteſtandi propoſito abduceres. Hanc qualis ſit facilè cognoſcere potuiſti. Illud verò omnibus notum eſt, rem mali exempli, & ab ijs potiſsimùm vſurpatam, qui vel prorsùs ab obedientia receſſerunt, vel in ea vacillare cœperunt. Quare ſi hæc maximè perturbationis Eccleſiæ ſigna certiſsimà grauiter Sanctiſſimi Domini Noſtri animum commouerunt, qui Paterno amore ſemper Cæſaream Maieſtatem eſt proſequutus, & Eccleſiæ paci, vt Paſtorem Eccleſiæ decet, ſemper ſtuduit, nihil mirum. Eo verò grauiorem dolorem & eius Sanctitati, & Sacro Collegio, & omnibus, qui pacem Eccleſię amant, incuſſerunt, quo minùs hoc tempore aliquid huiuſmodi expectabatur. Quid enim minùs expectari poterat à Cæſarea Maieſtate, quàm eo tempore, quo contra eos, quibus vt rebellionis nomen erga eius Maieſtatem, maximè verò erga Eccleſiam Romanam obtigerat, cùm Proteſtantes ſe appellarunt, glorioſiſsimam victoriam reportauit, idque non tantùm interueniente Sanctitate Sua, vt, Domine Orator, nimis leuiter æſtimans auxilia Suæ Sanctitatis in hoc ipſo bello Cæſareæ Maieſtati miſſa dixiſti, ſed ita prolixè copijs, & pecunijs adiuuante, vt vires pro patrocinio Eccleſiæ exceſſerit, omnia autem tempore opportuno data, vt ipſa opportunitate auxilia vtcumque magna beneficio, & vtilitate ſuperarent. Quid igitur minus expectari potuit, quàm vt adepta victoria, & ea adhuc recenti, tales fructus pietati, & beneuolentiæ Sanctitatis eius Cæſarea Maieſtas redderet, vt finis illius belli principium proteſtandi contra eum futurum eſſet? *An expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruſcas?* dicit Propheta in Dei perſona ad populum ſuum poſt multa beneficia illi collata, cùm eorum ingratum animum redargueret. Si verò ipſe Dei Vicarius Cæſaream Maieſtatem tanquam plantam nobiliſſimam, omni ſtudio, cùm inde ab initio Pontificatus ſui ſemper colens, ex qua Sanctiſſimi, & Nobiliſſimi fructus ad pacem, & concordiam Eccleſiæ expectabantur, hac ſua diligenti, & aſſidua cultura non ſuauis pacis, & concordiæ tanquam vuarum fructus, ſed proteſtationis minimè decentis, & diſcordiarum acerbiſſimas quaſi labruſcas percipiat, cui magis conueniret veraci animo dicere: *Quid potui facere vineæ meæ, & non feci?* & quæ ſequuntur. Hæc ergo fuerunt, quæ Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Vniuerſo huic Sacro Collegio mœrorem animi meritò attulerunt, cùm tu Domine Orator, diplomatis mandati tui auctoritate, & facultate fretus, nullis rationibus, quò minùs à proteſtatione abſtinens, deduci te patereris.

Nunc igitur accipe quo pacto idem mandatum diligentiùs examinatum, primùm Sanctitatem Suam, deindè reliquos omnes, qui ob cauſam dolore ſunt affecti, omni dolore leuauit, quod vno verbo, minimè diplomate contineri, ne verbum quidem, quod tibi facultatem præbeat, ſub ea forma verborum contra Sanctitatem Suam, & Sacrum Collegium proteſtandi, qua in tua proteſtatione vſus es, cùm minimè honorifica Sanctitati Suæ, tùm Cæſarea Maieſtate parum digna. Dico verò iterum, atque iterum, vt meliùs audias, & intelligas, nullum ſcilicet verbum eſſe in mandati diplomate, quod ſignificet talem voluntatem Cæſaris fuiſſe, vt eo modo contra Sanctiſſimum Dominum Noſtrum proteſtareris, quo iam es proteſtatus, nullum quod hanc tibi facultatem daret. Tu enim quaſi facultas tibi data eſſet contra Sanctitatem Suam, & Sacrum Collegium proteſtandi, ſic ea vſus es. Huius verò rei in mandato tuo nullam non modò expreſſam, ſed ne leuiter quidem adumbratam voluntatem Cæſareę Maieſtatis habes: in hoc verò expreſſam contra Legan

Digitized by Google

tos Sanctitatis Suæ, & Prælatos Bononiæ exiſtentes, quos tranſlationis Concilij ex Tridento Bononiam Auctores fuiſſe accuſas, ac vt contra eos, ſui Procuratores proteſtentur, mandat. Tu verò, cùm audieris contra illos à Procuratoribus Cæſaris iam proteſtatum fuiſſe, quaſi idem eſſet proteſtari coram Sanctitate Sua, & Sacro Collegio, & cõtra eius Sanctitatẽ, & ipſum Collegiũ, eo modo proteſtandi es vſus in hoc ſacro loco, aſſertus hac in cauſa Procurator, quomodo alij Procuratores Cæſareę Maieſtatis apud aſſertos, vt appellas, Legatos Sanctitatis Suę Bononię ſunt vſi, quã, & facultatem, vt dixi, tibi non competere ex tenore, & data mandati planè cõſtat; præcipuè enim quæ tu proteſtando obijcis aliquot menſium ſpatio, poſtquam mandatum factum fuerit, acciderunt, & illud complecti ea, quæ necdum contigerunt, nulla ratione queat. Sed quid meliùs hoc intelligi poteſt, quàm ex ipſius mandati verbis. Recitabo igitur bona fide, quæ tu bona fide ſcripta eſſe dixiſti, cùm deſcriptum exemplar mandati mihi traderes.] Recitatur mandatum.

Intellexiſti nunc tandem, Domine Orator, quod ante non animaduertiſti in verbis mandati: ſi enim abs te animaduerſum fuiſſet, non tàm longè extra fines mandati fuiſſes progreſſus. Sed nunc admonitus an non animaduertis, quo pacto cùm de Legatis Bononiæ, & de proteſtatione mandati loquitur, hanc voluntatem Cæſaris fuiſſe ſatis apertis verbis declarat, vt contra eos proteſtareris, cùm de Sanctitate Sua, & Sacro Collegio contra ipſos Legatos, ex quo ſuper his Maieſtas Sua iudicium à Sanctitate Sua, quæ legitimus, & vnicus Iudex huius negotij eſt, expoſcere cenſenda eſt; nunc ergò ex ijs vides, quod videmus omnes, & libenter prædicamus legitimos fines modeſtiſſimi Principis Cæſarem mãdato ſuo non egreſſum, qui ſi ſe offenſum exiſtimabat à Legatis Sanctitatis Suæ Prælatis, nihil alienum à iuſtitia feciſſe videbatur, ſi contra illos coram Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Sacro hoc Collegio proteſtaretur, neque enim extra hos terminos diploma illud, quod mandatum appellas, quoque progreditur. Quòd ſi Sanctitas Sua huius cauſę recognitionem ſuſcipere recuſaſſet, tùm demùm ſi vnquam proteſtationi contra Sanctitatem Suã locus aliquis, & tempus fuiſſet. Tu verò non modo hoc tempus non expectaſti, quod certe ſi futurum fuiſſet expectare debuiſſes, ſi vel ſpeciem aliquam iuſtitię tuam proteſtationem expectare voluiſſes, ſed nec tale iudicium vnquam poſtulaſti. Si quid verò poſtulaſti, quod ad iudicium huius cauſæ pertinet, hæc ſumma poſtulationis tuæ fuit, vt Legatos ipſos vnà cum maxima parte ipſorum Prælatorum in dicta cauſa Sua Sanctitas condemnaret. Quid enim aliud reuera petis, quando à Sanctitate Sua poſtulas, vt decretum illud Concilij, quod ſtatuit tranſlationem eiuſdem Concilij ex Tridento Bononiam, quòd illi vt neceſſario, & ſalutariter, ſic & iuſtiſſimis modis factum aſſerunt, reſcindere, & abrogare tanquam iniuſtum, & factione potiùs quàm iure factum, ſine vlla vlteriore cauſæ cognitione poſtulet, vt & multò maximam partem Prælatorum vnà cum Legatis minimæ parti, qui Tridenti manſerat, cedere cogat: quo quid magis omnem auctoritatem ipſi Concilio non modò in præteritis actis, ſed etiam in futuris adimere poſſit, præſertim cùm nullam æquitatis formam, nullam iuris id iudicium habiturum eſſet, non video, quantò æquiùs fuiſſet, vt pauciores illi, qui Tridenti remanſerunt, ſi quid à maiore parte minùs iuſtè factum fuiſſet, in hac tranſlatione cognouiſſent, eius Sanctitati ſuas, vel excuſationes, vel querelas porrigerent, quas quidem eius Sanctitas nunquam ſanè recuſaſſet accipere, quemadmodum neque nunc recuſat. Imò quando Cæſareæ Maieſtatis mandati verba huc ſpectent, & prouocent, quemadmodum iuſtiſſimum, & religioſiſsimum Principem decet, Sanctitas Sua, eius cauſæ cognitionem, & controuerſiam de iure trãſlationis eiuſdem veteri, & perpetuo more, & iure Romanorum Pontificum ad ſe reuocat. Quanta verò æquitate hoc faciat, & facturus ſit, paulò poſt explicabo. Nunc vt concludam hunc locum gratulationis, & gaudij ex ijs, quæ iam diximus, vides Domine Orator, quantam cauſam habet, & Sanctitas eius, & Sacrum hoc Collegium, ac omnes pij, tu ipſe denique Principis tui cauſa Eccleſiæ gratulandi ereptæ ex tanto timore, quanto aſſerta proteſtatio tanti Principis tali tempore meritò incutere poſſet. Qua in re Diuinæ bonitati maximè ſunt agẽdę gratię, quòd cùm ſeditioſa conſilia non deeſſent, quę Cæſaream Maieſtatem huc impellerent, tanta Dei tutela in tanta cauſa extitit, non modò, vt non permiſerit eum aliquid huiuſmodi in ſuis ſcriptis complecti, quod Eccleſiæ perturbationem afferre poſſet, ſed contra, veram, & legitimam viam aperuerit ad ipſam pacem Eccleſię, & Concilij ipſius concordiã firmandam. Principis igitur tui cauſa habes Domine Orator, quod gaudeas, tu verò quantum, vel ad gaudendum, vel dolendum tibi ſit, tuo iudicio perpendendum relinquitur.

Atque hæc quidem, quę hactenùs dicta ſunt, cùm eiuſmodi ſint, quę fundamentum tuorum dictorum, & actorum in ſuperiori Conſiſtorio tollant, ijſdem ſanè Sua Sanctitas omnem ſuam reſponſionem concludere poſſet, nec quidquam præterea ad proteſtationem tuam, quę nulla eſt, nullam vim habet, nullo iure conſiſtit reſpondere. Verùm quia fieri poſſet, vt ſi quę abs te ſunt dicta, ſilentio prętereirentur, ſuſpicionem ea res alicuius veri obiecti criminis (Tu verò plura obieciſti) ignaris rerum afferre poſſet, idque cum detrimento ſalutis animarum eorum, qui illis fidem eſſent habituri. Ideò Sanctitas eius, omnium ſaluti conſulere volens, & falſos rumores ſparſos, quantum fieri poteſt, ex omnium animis depellere, paternè etiam iuſſit, vt ad obiecta tua in aſſerta illa tua proteſtatione reſponderem ea, quę à me nunc es auditurus, ſi primùm quò ſpectet tota hæc proteſtatio, quem finem ſibi proponat edixero. Scopum verò eum eſſe video, & negligentem in rebus Eccleſię Suam Sanctitatẽ, tergiuerſantem, ac moram afferentem, ne Concilia ritè celebrarentur, oſtendat; contra verò vigilantem, & diligentem ipſam Cæſaream Maieſtatem. Cùm igitur hunc ſcopum tua proteſtatio ſibi propoſuerit, argumenta omnia quibus viam ad hanc concluſionem firmandam tibi munire contendis, eius quidem generis ſunt, quę maximè videntur Cæſareę Maieſtatis pietatem, & ſtudium erga Eccleſiam declarare, pręcipuè verò in procuratione celebrationis generalis Concilij, quod pręcipuum remedium rebus Eccleſię afflictis, & perturbatis ſemper eſt iudicatum. Quę omnia ſi abs te hoc animo prolata fuiſſent, vt Cæſaris tantam pietatem teſtatiorem redderes, ne opus quidem eſſet hìc alia reſponſione, præter gratulationem apud ipſam Eccleſiam, & gratiarum actionem apud Diuinam bonitatem, quæ tali animo præditum Imperatorem Eccleſiæ dederit. Nec verò

verò Sanctitas Sua Cęsaris virtutes obscurari cupit, vt suæ illustrentur, quod esset inuidi, nec minores videri eas desiderare potest, pro quibus augendis preces vnà cum Ecclesia continuè fudit, sed quoniam tu in hac tua asserta protestatione, quò magis virtutes Cæsaris illustras, hoc magis obscura pia Sanctitatis eius studia, & eiusdem negligentiam in rebus Ecclesiæ testatiorem reddere existimasti, ideò huic parti, quæ prima pars est protestationis tuæ, in qua Cæsaris studium extollis in procurandis rebus Ecclesiæ, maximè autem frequenti postulatione generalis Concilij primùm apud fœlicis recordationis Pontificem Leonem, & Clementem, tandem autem apud Sanctitatem Suam, sic respondeo. Sua Sanctitas, si Cęsaris hic animus fuit, si hoc eius desiderium, vt Concilium generale celebraretur commune quidem hoc desiderium fuisse Sanctitati suæ cum illius Maiestate. Sic verò commune, vt Sanctitatis eius voluntas hac in re quemadmodum est illi ętate, sic tempore fuit antiquior, quam eandem fuisse ante Pontificatum adeptum, sic declarauit, vt nullus ex hoc Sacro Collegio frequentiùs ea de re cum ijsdem Pontificibus egerit, idque testimonio ipsius Sacri Collegij præsertim eorum, qui tùm in Cardinalium numerum adscripti fuere, nec ratio inanem hanc eius voluntatem fuisse, sed sinceram, atque stabilem. Factus Pontifex statim declarauit cum nulla de re priùs apud Principes, quàm de celebratione Concilij egerit. Simul ac autem ei, vel minima occasio eius celebrandi est oblata id indixit, primùm quidem Mantuæ, vt tu Domine Orator rectè commemoras, deindè Vicetiæ: quibus in locis si res ex voluntate Sanctitatis Suæ non successit, quod Mantuæ ferè nulli, Vicentiæ pauci Prælati conuenerant, tamen non defuit cura, & studium Suæ Sanctitatis, quæ Vincentiæ suos Legatos sex Mensium spatio expectare Episcopos fecit, quos per literas suas ad omnes Prouincias directas ad Cõcilium inuitauit, & simul Nuntios ad Principes dimiserat, vt bona eorum pace liceret Episcopis ex quauis Prouincia, quo conuocati erant, venire. Quòd si nec Mantuæ, nec Vicentiæ vlla frequentia Episcoporum fuerit, non ob eam quidem causam accidit, quam tu Domine Orator affers, cum dicis illas Ciuitates minimè aptas fuisse, quo diuersarum Prouinciarum homines conuenirent, qui solam Tridentinam nunc aptam esse contendis, præsertim cùm hoc constet etiam vt satis opportuna sit Tridentina Ciuitas, tamè commoditate loci, & abundantia omnium rerum, quæ celebrationi Concilij sunt necessariæ, has Vrbes Tridentinam longè superare. Sed aliæ causæ fuere, maximè verò ipsa bella inter Principes Christianos, quæ hoc sanctissimum studium celebrandi Concilij plusquam vlla causa, & penè sola impediuit. Hic verò nunc magis eminere Sanctitatis eius celebrandi Concilij studium, Cæsaris studio est necesse, quod Cæsar siuè inuitus id fecerit, siuè quacumque causa adductus, & tractus ad bella, quæ gessit, maxima impedimenta interposuisse celebrationi Concilij nemo negare potest, quæ hanc tamen maiorem occasionem eius Sanctitati declarandæ suæ voluntatis dedere, quòd assiduus Suasor pacis semper fuerit, bellum ipse nunquam gesserit, quod vel minimum impedimentum Concilij celebrationi dare potuerit: nulli parti plusquam alteri adhęserit, nulli Principi se socium belli adiunxerit, præterquam ipsi Cęsari eo in bello quod videbatur maximè viam munire Concilio celebrando, atque tu ipse Domine Orator rectè dixisti, vt qui ratione suaderi sibi non permitterent, vt sanis consilijs non obedirent, vi cogeretu. Vrerùm ne singula recęseantur, quod esset nimis longum, & vt omnis actionum comparatio tollatur, quam Sanctitas Sua fieri non vult, præsertim hac in re, in qua de pietatis laude sit contentio, quę, qualiscumque sit, tota tribuenda Deo est. Sed vt concludatur hic locus de studio Suę Sanctitatis, de laboribus, de impensis pro celebratione Concilij, in cuius commemoratione tu Domine Orator Sanctitatem Suam cõpulisti, sic breui à me expediatur tota hęc oratio, si tu Domine Orator apud animum tuum paulum recensere volueris singulorum annorum Pontificatus Sanctitatis Suæ, quæ publicè omnibus sunt nota. Quod si feceris, eius piam voluntatem statim clarissimè in Nuntijs, & Legatis agnosces, quos singulis ferè annis cum ijs mandatis præcipuis ad diuersas Prouincias misit, vt quoties ab armis cessarum esset, & interualla bellorum spem aliquam alicuius opportunitatis celebrandi Concilij darent, de hoc cum ijs Principibus agerent, quorum auctoritate, & opera Concilia indigere solent cùm bella flagrarent de pace, cuius tamen finis, & quasi fructus esset ipsa Concilij celebratio: qua in re ita fuit ardens animo eius Sanctitas, vt nec annorum longitudine, nec incommodis deterreri potuerit, licèt annis admodum grauis, quo minùs eiusmodi legationem, idque non semel apud Principes discordes per se obire vellet pro ipsa Ecclesia, vt ei simul cum pace Concilium generale redderet. Hos certè annos si paulum recum considerueris, videbis vniuersum eius Pontificatum in his duobus sanctissimis negotijs esse consumptum: neque verò tu quidquam horum negas, quia nihil accusas antequam ventum sit ad Tridentinum Concilium. Neque etiam quidquam hic obijcis antequam venias ad translationem, ac ne in ea quidem aliquid accusas, fateris enim inscia Sanctitate Sua id factum fuisse, & ob eam causam Legatos accusas, quod inconsulta Sanctitate Sua id fuerint ausi, in hoc tantum factum Sanctitatis Suę improbas, quod quibusdam literis, in quibus Prelatorum, qui è Trideto Bononiam vnà cum Legatis Concilij se contulerant, mentionem faciens, Concilij Bononiensis nomine illorum Congregationem appellat, in graue (vt tu dicis) prejudicium illorum Prelatorum, qui Trideti remanserunt; si verò hoc prejudicium Concilij appellationem attulisse illis affirmas, an non idem prejudicium est; quod Cęsar ipsius in literis eis attulit, quo tu ipse Domine Orator, quod Reuerendissimus Tridentinus cùm verba literarum Cæsaris sequentes postulaueris, vt Sua Sanctitas Concilium Tridentum conuocaret, reuerti faceret, reduceret, quod fieri quidem non posset, si nusquam nisi Trideti Concilium esset. Quare cùm de Congregatione Bononiensi constet Imperatorem intellexisse Concilij eam Congregationem, illum quoque appellasse, non est dubium. Cur ergò hic non idem est prejudicium? an quod Summi Pontificis verbum, qui legitimus est Iudex, vim sententiæ habere videatur. In hoc enim Sanctitatem eius accusas, quòd prepropero iudicio anteuertens Iudicis sententiam, causam eorum, qui Trideti remanserunt damnauit Congregationem Bononiensem Concilium appellans. Ausculta ergò, & intellige Domine Orator, qui rectè hac in causa Suam Sanctitatem Iudicem agnoscis ne latum quidem

vn-

vnquem eum ab officio Iudicis discessisse, nullumque præiudicium alteri parti attulisse, etiamsi Concilium Conuentum Bononiensem appellat, quia donec causa cognoscatur, liberum est Iudici communi vocabulo, quo omnes vtuntur, vti; omnes verò ita vulgò, & loquuntur, & scribunt, Concilium esse translatum è Tridento Bononiam, & illic nunc esse, imò Sanctitas Sua, donec aliter sibi per probationes contrarias constiterit, cùm videat multò maximam partem Episcoporum, vnà cum Legatis Sedis Apostolicæ Bononiam causa transferendi Concilij se contulisse; aliter, si iusti Iudicis partes sequi velit, dicere, aut appellare non potest, nec enim minor pars in re dubia, quod tu in tua protestatione asseris, sed maior, sanior haberi debet. Non igitur alia appellatione maioris partis Episcoporum se ex Tridento Bononiam transferentis vti potuit, præsertim cùm sciat Concilio potestatem datam esse, seipsum transferendi. An verò legitimis modis translatum fuerit, quoniam in eo est controuersia, hoc iudicium Sua Sanctitas, prout ad se delatum est, sibi reseruat, Concilij tamen appellationem non aufert, donec (vt dixi) alterius partis probationibus error, & iniustitia modi transferendi ostendatur. Adiungis verò nescio quid in illa tua querela iniustæ, vt dicis translationis Concilij, quod non tàm ad Prælatos illos pertinet, qui auctores eius rei fuerunt, quàm ad eius Sanctitatem in eadem causa, & (vt dicis) crimine inuoluendam, cùm dicis Prælatos quosdam obnoxios, & addictos nomine Sanctitatis Suæ hoc fecisse: quod verò tu Domine Orator, an vt hos accusas, quòd sunt addicti sic illos laudas, qui Tridenti manserunt, quòd nomini Pontificio non sunt addicti? An vides quale periculum inde timeri poterit, nec enim schisma ex alia re nasci, quàm ex his Prælatis, qui nomini Pontificis Romani minùs sunt addicti. Sin verò intelligis fastidiosos quosdam, qui partes Suę Sanctitatis iure, vel iniuria defendere velint, tales quidem Sua Sanctitas nullos cognoscit, quia partes suas proprias nullas agnouit præter eas, quæ sunt Patris erga filios, & Pastoris erga gregem. Nec verò accidit in Concilio vlla talis controuersia, vt huiusmodi addictis opus esset, tantùm denique Sua Sanctitas sibi addictos Episcopos esse cupit, quantùm suæ conscientiæ, & libertati (cuius præcipuè semper in Concilio est ratio) addicti esse velint. Neque verò quidquam fuit, quo Sua Sanctitas Legatis suis discedentibus maiori cura commendauit, quàm vt viderent, nè Patribus in Concilio vllam occasionem de adempta sibi libertate dicendarum sententiarum conquerendi præberent. Sed transeamus nunc ad reliqua, quæ apertis oculis obijcis Sanctitati Suæ. Ad illud verò in primis, in quo insistis maximè, quòd Sua Sanctitas nullis nec Cæsaris, nec Sereniſſimi Regis Romanorum hortationibus, nullis aliorum Principum Germaniæ, vel hortationibus, vel precibus sibi persuaderi patiatur, vt Concilium reuertatur Tridentum; ex quo argumentaris minimæ curæ esse Sanctitati Suæ res Germanorum, eorum salutem pro nihilo apud eam haberi, præsertim cùm Maiestatis Suæ studio, ac cura effectum sit, vt si Concilium redeat Tridentum, ij statim Tridentinæ Synodi decreta sint suscepturi, qui iam pridem ab Ecclesiæ obedientia discesserunt. Hic quidem Sua Sanctitas primùm respondet, nunquam se præcisè negasse reditum Concilij Tridentum, modò id debitis modis fiat, illique Prouinciæ sic vtiliter, sineque scandalo aliarum Prouinciarum prouideri possit, id quod sæpè à Sanctitatis Suæ Legatis est affirmatum, sed ne hoc facilè credat, experientia superiorum annorum satis admonetur, quæ hac ratione adducta, quòd salutarem Germaniæ populis indictionem Concilij Tridenti futuram speraret, iam bis eodem loco Concilium vocauit, bis Legatos misit, quod satis ostendit Sanctitati Suæ, non minimæ, sed maximæ curæ res esse Germanorum. Sed cùm Legati eius Sanctitatis in prima indictione septem Menses integros expectassent aduentum Germanorum, & aliarum Prouinciarum Episcopos, quàm pauci venerint, quàm nulli potiùs, quis te meliùs nouit Domine Orator, qui vnà cum Illustrissimo Domino Granuela, & Reuerendo Domino Episcopo Atrebatensi tertius Orator Cæsareæ Maiestatis eo accessisti cùm Legati tùm eo in loco adessent Reuerendissimi Domini Cardinales Parisius, Moronus, & Polus, quorum patientiæ in expectando ipse optimus testis esse potes? Eo autem locupletiùs testimonium hac in re dare, quòd inuitati tu, & Collegæ tui à Legatis, vt eandem imitaremini, vt saltem, vel vnus vestrum maneret Tridenti, quia vestrum exemplum multos inuitare facilè posset, vt venirent, vos ipsos excusastis, quod id minimè facere posseris, & cùm pauculos dies illic fuissetis, dùm discessistis, secutum est postea in eodem loco maturiori tempore, vt est existimatum, indictum à Sanctissimo Domino Nostro Concilium missis eodem Legatis Reuerendissimis de Monte, Sanctæ Crucis, & eodem Polo, cùm tu Domine Orator vnà cum Illustrissimo Domino Franscisco Toledo Cæsareæ Maiestatis Oratore iterum venisses. Quanta verò, & quàm longa expectatio Legatorum fuerit, cùm tu eorum patientiæ particeps esses, nihil attinet apud te commemorare, sed meminisse potes, quot Menses frustra penè consumpti sint antequam principium Concilio dari potuerit. Post verò, cùm iam per Dei gratiam, & solicitudinem Sanctissimi Domini Nostri, & suorum Legatorum Concilium inchoaretur, etiam præclaros progressus fecisset, multa præclara cùm de fide, tùm de morum reformatione decreta edidisset, omniaque abundè adessent Concilio, quæ Germanos, vt venirent, inuitare possent, tamen vidisti, quàm pauci accesserint, Ex illis quidem, qui medicina Concilij indigerent nulli, ex Episcoporum verò numero, & si aliqui inuenti sunt saltem, qui Procuratores suos miserint, tamen quòd attinet ad id remedium, quod ex Concilio Tridenti celebrando salutis Germanorum causa sperari potuit, nec minima quidem ex parte ea signa voluntatis in recipienda medicina salutis ostendebant, quæ quantum studio, curæ, & solicitudini Sanctissimi Domini nostri in ea porrigenda responderent, imò in ipsos studio diligentiæ accedendi ad Concilium ipsa Germanica Natio licet propinquior passa est, se vinci ab alijs Nationibus, ab alijs Episcopis, qui satis magno numero venerunt ex Hispanijs, Gallijs, Italia, & remotioribus Prouincijs, quibus Ciuitas Tridentina non erat ita commoda. At alia nunc tempora sunt, aucta nunc magis est auctoritas Cæsaris, qui in se recipit Germanos si Concilium redeat Tridentum, omnes ad obedientiam redituros. Hoc enim se effecturum Cæsar, cæterique Principes Status Germaniæ pollicentur. Tu verò Domine Orator tecum considera si Germani hanc voluntatem habent, cum non simpliciter se Concilio submiserunt. Quam-

quam

quam hoc non propterea dictum quasi multum laboret Sanctitas Sua Bononiæ nè, an alio in loco perficiatur Concilium, modo publicæ, & communis Ecclesiæ vtilitatis ratio habeatur. Tu verò Domine Orator ita vim loci, & Vrbis Tridentinæ in hac causa verbis exaggeras, & ita necessariam illam Ciuitatem affirmas, quo redeat Concilium, vt nisi in eo loco, vbi incœptum est illic quoque Concilium finiatur, actum esse de salute populi Germaniæ asseras. Quare culpam hanc Suæ Sanctitati tribuere, vis nisi eius auctoritate eò rursus Concilium redeat. Considera quæso, quæ dicis de hac auctoritate cogendi Concilij eo vno in loco, in quo videris idem facere in re Concilij, atque factum est Diuina Prouidentia sic statuente in veteri populo, cùm nondum Spiritus esset datus, & vno tantumque in loco, in vna tantùm Ciuitate Hierosolymitana sacrificare possent. Cur enim Concilij vniuersalis vim, in quo Spiritus Sanctus præsideat, ad vnius Ciuitatis muros cogis, in qua de Germanorum salute agatur? An non eandem seruitutem in celebrandis Concilijs pro salute populi Germanis introducis, quæ erat populi Iudæorum in sacrificijs, qui nusquam salutares hostias præterquam Hierosolymis afferre potuerant? Nunc enim, qui certum locum præscribere velit Concilij de cuiuscumque populi salute agatur, quasi nunquam pro illis quidquam salutare decerni possit, nisi in eo certo loco, vim quidem, & iniuriam facit Spiritui Sancto, & illi ex cuius merito, & per cuius misericordiam per Orbem vniuersum est diffusus: Vide verò si hæc ratio valeret, qua sola nisi videris cùm contendis Concilium necessariò Tridentum reduci oportere, hac scilicet, quia Germani illis morbis laborant, qui per Concilium necessariò sanari debent. Quid ergò si Daci, & Gothi, & Bohemi, si Angli, ijsdem morbis laborant, an singulis domi suæ generale Concilium dabitur? Nec verò quando de commoditate loci agitur in celebrationibus Conciliorum eorum ratio habetur, qui recepturi sunt decreta Conciliorum, sed eorum, qui facturi sunt, qui sunt ipsi Episcopi, qui præsunt in Concilijs, quorum commoditati ea in re maximè consulitur, nec ita spectatur vnius Nationis hac in re cómoditas. Quot enim Concilia nominari possunt, ad extirpandas vnius Prouinciæ hæreses in alia indicta, & celebrata, quæ non minùs erant vtilia illi Prouinciæ aduersus hæreses, quàm si in ipsa celebrata fuissent. Denique quàm iniquum hoc videtur, vt longè, vel decreto facto à Germanis de loco certo vnius vobis statuendo pro Concilio, ipsi cæteris libertatem, & ius eligendi loci auferre, & sibi vendicare velint. Hæc verò nunc sint dicta, vt intelligas, cùm de Concilio celebrando conueniat, nullam esse causam, cur tàm pertinaciter de vno certo loco contendi debeat, vt necesse sit, ad tàm extrema remedia, qualia sunt hæc genera protestationum venire, quibus tu nunc apud Sanctissimum Dominum nostrum, apud quem minimè oportuit, es vsus, quorum capita in fine tuę prolixę Orationis colligis, ad quæ nunc respondebo, sed mutato ordine, vt ad primum caput in quo contra illos, qui Concilium Tridento Bononiam transtulerunt, protestaris, eorum factum, vt alienum à legibus, & moribus Ecclesiæ, & Conciliorum accusas, vltimo loco respondeam. Tametsi in his, quæ à me supradicta sunt, quæ iustè, & legitimè dici possunt à Sua Sanctitate, iam intellexisti. Illud autem in primis, quòd si Sua Sanctitas verbo approbare visa est, illam translationem Concilij sequens maioris partis sententiam, cùm nondùm talis cõtrouersia exorta esset, & pro ea iudicanda Iudicis personam sumere esset necesse, tamen nunc in eo non persistit re iam vocata ad iudicium, sed in fine distinctiùs declarabitur, quid hac in re Sua Sanctitas declarare statuerit. Nunc quòd in secundo capite totam protestationem conuertis contra Suam Sanctitatem, obijciens eius responsionem ad Maiestatem Cæsaream illegitimam præsenti negotio, & necessitati ineptam, & inconuenientem fuco, & figmentis plenam, ac prorsùs delusoriam fuisse, & esse, nulloque iure nulla ratione subsistere. Hic enim tua verba repeto, quæ vtinam, aut modestiora fuissent, aut saltem eiusmodi, vt non in genere tantùm dicta, sed aliquibus probationibus nixus distinctiùs ostendisses, qua in re, quo in capite, nam plura continebat, responsio Suæ Sanctitatis illa peccaret. Sic enim distinctiùs posset tibi responderi, nunc autem cùm in genere dicas, vel in genere erit respondendum, rem contra se habere, atque tu affirmas esse, sed legitimam, & pro tempore, & causa opportunam, ac ab omni fuco alienam Sanctitatis eius responsionem, vel si quid distinctiùs responderi debeat, suspicari oportebit, quibus rebus maximè offendaris, si verò his, quæ præcipua capita sunt, quæ postulant, vt rata, & firma ea decreta habeantur, quæ iam tractata sunt, quæ petunt ea, quæ ad securitatem loci præstandam pertinent, quę ad libertatem eorum, qui venturi sunt ad Concilium, vt tutus sit eorum itus, & reditus, quæ petunt, vt is ordo retineatur in Concilio, qui iam inde ab Apostolorum temporibus per Sanctam Romanam, & vniuersalem Ecclesiam fuerit obseruatus, quæ postulant rei frumentariæ, & commeatus rationes explicari antequam Tridentum redeatur. Hęc omnia consueta sunt postulari in omnibus Concilijs, ac non tàm Legibus Pontificum, quàm ipsorum Cęsarum firmata. Quare quid ex his te magis offendat, iniustitię spem præferat, cùm tu nihil explices difficilè est diuinare, vtcumque sit ex his satis ad hoc caput responsum erit. Restant duo alia, in quorum priori protestaris omnia damna, tumultus, & pericula, quę in Rempublicam Christianam sint eventura Sanctitati Suę Maiestatem Cęsaream attributuram: In altero Maiestatem Suam non defuturam Ecclesię, sed in omnibus, in quibus negligens inuenietur Sua Sanctitas, in ijsdem eandem Maiestatem Cęsaream protectionem Ecclesię suscepturam. Ad quę duo capita Sanctitas Sua sic simul respondet, se quatenùs humanam fragilitatem per Diuinam gratiam vincere possit, non commissuram, vt inre negligens in rebus Ecclesię haberi possit, sin ita contigerit, (septies enim in die cadit iustus) se eò minùs dolere posse, si eius negligentia Cæsaris vigilantiam acuere possit, vt necessitatibus Ecclesiæ subueniat, modò ita eius curam suscipiat, quemadmodum tu Maiestati Suæ in hac asserta protestatione præscribis, cùm dicis quatenus ius patitur, & legibus, Sanctissimorumque Patrum institutis, & Orbis consensu, hoc decretum, & obseruatum fuerit, quem morem, & modum, si Cæsar sibi obseruandum animo proposuerit, tùm Sanctitatem Suam in optimam spem venire facilè per Dei gratiam omnia ea mala, quæ hæc protestatio nominat depelli posse, nihil autem in posterum opus fore protestationibus, nec enim vnquam talem suam negligen-

gen-

gentiam futuram ſperat, quin ſi Cæſar hanc diligentiam præſtet, quam hæc proteſtatio pollicetur, vterque ſuo officio fungens Eccleſiæ vtilitatibus ad Dei honorem, cuius in diuerſo munere ambo ſunt Miniſtri, cumque pace, & tranquillitate Populi Chriſtiani ſeruire poſsit. Reliquum nunc ſolùm eſt, vt ad illud caput tuæ proteſtationis reſpondeatur, quod tu ſolum Domine Orator ſi attuliſſes, exactiùs formam tui Mandati ſequutus fuiſſes, nec tantam materiam ſermonis cum multo ſcandalo dediſſes, quantum vel falſum rumorem proteſtationis huius multorum animis attuliſſe eſt verisimile. Quoniam tu Procuratorio nomine Suæ Maieſtatis proteſtationem contra Legatos, & alios Prælatos Bononiæ ſub nomine Concilij congregatos, & congregandos coram Sua Sanctitate, & his Venerabilibus Fratribus ſuis interpoſuiſti, ad quod tantum faciendum, & proponendum Maieſtas Sua te Procuratorem, & Mandatarium conſtituit, & deputauit, Sanctitas Sua habita ſuper his cum eiſdem Venerabilibus Fratribus ſuis S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, de ipſorum conſilio, & vnanimi aſſenſu proteſtationem huiuſmodi admittit, ſi, & in quantum de iure admittenda veniat, & non aliàs, aliter, nec alio modo, non intendens præterea per huiuſmodi admiſſionem Concilio, aut Legatis, & Prælatis præfatis, ſeù alijs quibuſcumque, quorum intereſt, aut intereſſe poteſt, vel poterit, quomodoliber in futurum in aliquo præiudicari, nec eis iacturam, aut vllum præiudicium fieri, ſed eorum ius, ſi quod illis, iure, priuilegio, vel conſuetudine, qualitercumque competat, ſaluum, integrum, & illæſum præſeruari, neque ex hoc Suę Maieſtati, aut quibuſcumque Perſonis, Regnis, & Dominijs ſuis proteſtationi huiuſmodi adhærentibus, ſeù adhęrere volentibus, actionem, vel exceptionem, ſeù ius aliquod de nouo acquiri. Et nihilominùs cùm in dicta proteſtatione tranſlationem Concilij ex Tridento ad Bononiæ Ciuitatem factam, nullam, & inualidam, & iniuſtam, nulliuſque momenti, & effectus fuiſſe, coram Beatitudine Sua, & eiſdem Venerabilibus Fratribus ſuis proponatur, & quamplures quidem cauſæ, & rationes ad id allegentur, & deducantur, quę probationem, cauſęque cognitionem requirunt, volens Sanctitas Sua, prout ad ſuum incumbit officium, quęſtionem coram ea propoſitam huiuſmodi cognoſcere, illamque ad vniuerſalis Eccleſię vnitatem, pacem, & tranquillitatem in coniunctione membrorum ad vnum Caput Chriſtum videlicet conſeruandam, ac diuiſionem ouilis Suæ Sanctitati ex alto commiſſi, & in illo ſchiſma, per quod ipſa Eccleſia ſcindi, & ſcandalizari, grexque Dominicus ſibi creditus turbari poſſit, prohibendum, nec non ſcandalis & damnis, quę exinde euenire poſſent, occurrendum concordia, vel iure, ſeù aliàs ſine debito, quàm celerrimè poterit, decidere, & determinare.

Igitur de eodem conſilio, & aſſenſu, tùm ex officio, quàm per viam querelę, & ad inſtantiam omnium, & ſingulorum quorum intereſt, & aliàs omni meliore modo, & forma, via, iure, & cauſa quibus meliùs, & efficaciùs poteſt, etiam de Apoſtolicę Sanctitatis Suę in perſona S. Petri conceſſe poteſtatis plenitudine cauſam, & cauſas nullitatis, & inualiditatis, ac iniuſtitię tranſlationis huiuſmodi, ac proceſſum omnium deſuper habitorum, & inde ſequutorum, quorumcumque ad ſe aſſumit, ac illam, & illas, cum dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſolaque facti veritate inſpecta audiendas, & in Sacro Conſiſtorio referendas Reuerendiſſimis Dominis Pariſienſi, & Burgenſi, ac Creſcentio, & Polo S.R.E. Cardinalibus committit, & mandat cum poteſtate citandi, & inhibendi, etiam per publicum edictum, conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, ac omnia, & ſingula alia, quæ in premiſsis neceſſaria fuerint, ſeù quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exequendi. Inhibens præterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub excommunicationis, anathematis, & maledictionis æternæ, ac dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, quorumcumque feudorum, indultorum, priuilegiorum, conceſsionum, facultatum, prinationum pœnis ipſo facto incurrendis, ipſis Legatis, ac Prælatis vtrobique exiſtentibus, nec non quibuſcumque Perſonis, quacumque Eccleſiaſtica, ſeù mundana dignitate præfulgeant, nè interim pendente cognitione huiuſmodi, aliquid in eius præiudicium attentare, aut innouare audeat, vel præſumat, decernens, ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandans inſuper ſub eiſdem pœnis tàm Legatis quàm Prælatis Trideuti exiſtentibus, vt aliquos ex eis vita, moribus, & ſcientia commendabiles, & ad hoc inſtructos, & peritos, qui poſtpoſitis odijs, conciliatis animis, & Spiritu Sancto, non autem p ſsionibus repleti dicant, quod ſentient, & ſentiant, quod loquentur, ad nos quanto citiùs mittere procurent, monens ipſos omnes, ac quoſcumque alios ſua intereſſe putantes, vt infra Menſem à die intimationis præſentium faciendæ computandum, per ſe, ſeù aliquos, vt præfertur, ex eis compareant præterea coram Sanctitate Sua, vel ipſis Iudicibus ad allegandum, deducendum, & probandum, quidquid allegare, deducere, & probare voluerint in præmiſsis. Verumtamen pendente hoc tranſlationis iudicio, ne vlla ex parte Sua Sanctitas ſaluti Prouinciæ Germaniæ deeſſe videatur, quemadmodum pium Parentem decet, Legatos, aut Nuntios eò mittere offert, ſi id præſenti tempori expediens, & ipſi Sereniſsimo Cæſari, & ipſis Germanis gratum cognouerit, qui eorum populorum infirmitati præſenti aliqua curatione medeantur. Finito verò iudicio ſi quacumque cauſa, nulla, aut iniuſta tranſlatio reperiatur Concilium Tridenti proſequendum omnia ſua auctoritate, & ſtudio curabit. In omnem verò euentum Sua Sanctitas charitate, qua complectitur inclytam Germanorum Nationem, nullum officij genus prætermittet, quod in eius Sanctitatis poteſtate ſit, quominùs nobiliſsimam Prouinciam ad Catholicæ Eccleſiæ vnitatem reuocet, & in ea priſtinum Chriſtianæ Religionis ſplendorem reſtituat, quemadmodum à Deo Optimo Maximo votis omnibus precatur, atque exoptat.

30 Illuſtriſsime Domine Orator, tædet Sanctitatem Suam his tuis continuis proteſtationibus contendere, nec ipſam ægrè ferre credat Cæſareæ Maieſtatis, ac Sacri Imperij ius, cui tantùm præiudicari times, ſi quid competat per te illæſum præſeruari, cùm illud lædere Sua Sanctitas nunquam intendit. Sint tamen pariter Sanctitatis Suæ, ac Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, & huius Sacri Senatus iura ſemper ſalua, & præſeruata, nec per has tuas quantumcumque repetitas proteſtationes, ac quæcumque per te nuper, & hac præſenti

ti die gesta, & dicta in aliquo læsa. Satis est ad protestationem per te in præterito Consistorio factam congruè esse responsum, illudque tibimet, vt illi, qui eam proposuisti, ac temet præsente, & intelligente, necnon coram eisdem Notarijs, & Testibus datum, quod quidem nec tua probatione indigere, nec ei tua negatione, aut inficiatione, seù improbatione aliquid iuris detrahi posse constat. Eritis igitur ijdem vos, & alij, si qui præsentes sitis, Notarij de omnibus, & singulis rogati, & requisiti, vt adhibitis ijsdemmet testibus, & cæteris hic præsentibus, qui pariter ad id rogantur, & requiruntur, vnum vel plura instrumentum, seù instrumenta, prout necessarium fuerit, desuper conficiatis, & in notam redigatis.

Die prima Februarij MDXLVIII. in Consistorio secreto iussu Sanctissimi Domini Nostri legi suprascriptam responsionem ipso Domino Didaco Oratore Cæsareo præsente, & audiente, ac intelligente præsentibus ibidem &c.

31 De his mox certiores facti sunt Legati Bononiensis Concilij, vt Pontifex causam translationis Concilij cognoscendam suscepisset, atque Concilium intermitti iussisset, donec lata esset decretoria sententia, de quo hæc memorat Angelus Massarellus.

Diar. Con. Tri. 273. m.s. Vat.

„ [III. Februarij Reuerendissimus Cardinalis „ Farnesius significat, qualiter Sanctissimus D. „ Noster die Mercurij, qui primo huius mensis „ in Consistorio dederat responsum ad protesta„ tiones factas coram Sua Sanctitate ab Orato„ re Cæsareo, cuius responsionis summa est, „ quòd Sanctitas Sua cùm videat controuersiam „ de validitate translationis Concilij ex Triden„ to, ipsa aduocat ad se hoc iudicium cogno„ scendi de validitate, constituitque Iudices „ quatuor Cardinales, videlicet Parisium, Bur„ gensem, Crescentium, & Polum, qui audiant „ quoscumque contra dictam translationem „ opponere volentes, quibus datur terminus „ vnius mensis à die intimationis, nos verò in„ terim præcipit supersedere ab omni actu con„ ciliari quocumque in loco sub grauissimis „ pœnis ipso facto incurrendis. Ipsum Concilium quoad prosequutionem suspendit, donec „ huiusmodi iudicium pendeat, mandans Le„ gatis, qui hic sunt, & Prælatis, qui Tridenti „ remanserunt, vt mittant ad Suam Sanctitatem „ aliquos Viros benè instructos, & morigeratos, „ qui vtriusque rationes afferant, & partes suas „ tueantur, offerens Sua Sanctitas, hoc interim „ mittere in Germaniam vnum vel duos Lega„ tos, vt aliquod remedium illi Nationi tri„ buant medio tempore, dum iudicium pen„ det.]

32 Interiectis nonnullis diebus ipse Pontifex scriptis ad Legatos literis retardari progressum Concilij ob litem motam à Cæsare iussit pendente iudicio: significauitque monitos eos, qui vellent contendere iudicio, vt argumenta causæ suæ depromerent, atque adeò nomine Concilij Bononiensis non pauciores tribus de re apprimè instructos Præsules mitti imperauit.

☞ *Venerabili fratri Ioanni Mariæ Episcopo Prænestino, & dilecto filio Marcello Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero S. R. E. Cardinalibus Nostris, & Apostolicæ Sedis de latere Legatis.*

M. S. Francis. Car. Barb. sig. n. 123. pag. 796.

Venerabilis frater, & dilecte fili, Noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quam semper fuerit flagrans, & ardens desiderium Nostrum, vt Oecumenicum Concilium pro remedio hæresum, & reformatione morum, ac cæteris Christianitatis necessitatibus per Nos non solùm indiceretur, sed indictum aperiretur, continuaretur, fineque debito concluderetur, notum Deo est, non ignotum hominibus, vobis verò notissimum, qui in ipso Concilio Legati Nostri, eique Nostro nomine Præsidentes, id Nostrum desiderium cura, diligentia, & pietate vestra, illorumque Venerabilium Patrum vobiscum in eo commorantium, hactenus indeficienter executi estis, ita vt rem ad propinquum penè finem Domino auctore perduxeritis: sed accidit, vt dùm Nos Nostri officij, vniuersalisque beneficij, & vestri pij laboris fructum atque exitum iamiam afore speraremus, hic Noster, vesterque in sancto pietatis studio cursus, sicut alias ex bellis, & discordijs Christianorum Principum, ita nunc ex causa, quam vobis putamus non ignotam, aliquantisper necessariò retardandus fuerit. Cogimur enim querelas coram Nobis propositas audire, ne iustitiæ administrationem super illis denegare velle videamur, quod sanè neque Nostræ, neque huius Sanctæ Sedis consuetudinis vnquam fuit. Proindè etsi voluissemus ea, quæ restabant, per Nos agenda in ipso Concilio quanto citiùs expediri, ne celebratio, neque expeditio eius tamdiù contra Nostram voluntatem dilata diutiùs differretur, boni tamen consulendum, & æquanimiter ferendum Nobis est, si ad modicum tempus à prosequutione rerum in ipso Concilio tractandarum supersedeatur, & interim prægnita ipsius rei veritate ad ipsam prosequutionem Concilij posteà recurratur tanto ardentius, quantò id ipsum ad Nostrum vtrumque officium, atque ad bonum publicum, cui omnes studere debemus, pertinebit.

Suspensio Concilij Bonon.

Petitū, vt aliqui Prælati ex Cōcilio Bononiensi Romam veniant pro defensione tribulationis.

Nuper siquidem pro parte Charissimi in Christo filij Nostri Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti per dilectum filium Iacobū, seù Didacum de Mendozza apud Nos Oratorem, Procuratoremque ad id specialiter constitutum coram Nobis, & Venerabilibus fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus in Consistorio Nostro secreto fuit contra vos, & Prælatos vobiscum Bononiæ congregatos exhibita ac proposita querela, per quam idem Iacobus Procurator nomine eiusdem Cæsaris conquerebatur, & protestabatur, translationem Concilij ex Tridento ad istam Bononiæ Ciuitatem aliàs factam fuisse, & esse nullam, & illegitimam, affectatamque, ac indebitè procuratam, sicut & apud vos alij dictæ Maiestatis agentes in diem (sicut scitis) conquesti, & protestati fuerunt. Nos autem etsi decretum ipsius translationis à tot Catholicis, & Religiosis Episcopis, vobis etiam, qui ipsi Concilio tunc etiam præsidebatis, assentientibus factum ritè, & rationabiliter promulgatum, ac canonicum, & legitimum, necnon maiorem partem Prælatorum, quibus id placuit, saniorem, & ab omni dolo, fraude, & culpa remotam esse: idemque Oecumenicum Concilium, quod Tridenti erat, nunc Bononiæ congregatum existere, iure credere, & præsumere debeamus, re tamen in controuersiam deducta, & ad Nostrum iudicium delata, nisi (quod absit) iusti Iudicis partes postponere voluissemus, non poteramus, si quæ contra præsumptionem huiusmodi probanda deducebantur, desuper veritatem nolle diligentiùs perscrutari.

33 Habita itaque propterea cum eisdem fratri-

ſtra prudentia, & pietate nota eſſe debeant, hic tribus Noſtris deliberatione matura, de ipſorum conſilio, & aſſenſu cauſam, & cauſas nullitatis, & inualiditatis, ac iniuſtitiæ tranſlationis huiuſmodi aſſumpſimus, illamque & illas nonnullis ex dictis Cardinalibus probis, & peritis Viris, certis modo, & forma audiendas, & cognoſcendas, ac in ipſo Conſiſtorio nobis, & reliquis Cardinalibus referendas commiſimus, omneſque & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes, monuimus, vt ſi qui contra tranſlationem huiuſmodi aliquid opponere, deducere, & probare vellent, comparerent coram Nobis, & propterea tàm Prælatis, qui Tridenti remanſerunt, quàm vobis, & Prælatis iſtis, qui Bononiæ vobiſcum reſident, ſub certis tunc expreſſis pœnis inhibuimus, ne cognitione huiuſmodi pendente aliquid in illius prejudicium innouare, aut attentare præſumatis, vel præſumant, prout in cedula per Noſtrum Secretarium de mandato Noſtro in eodem Conciſtorio lecta, & recitata, (cuius authenticum ad vos tranſmitti mandauimus) pleniùs continetur.

Cupientes igitur quæſtionem huiuſmodi concordia (ſi poterimus) aliter iure, per celerem tamen ſententiam, ſicut rei qualitas exigit, terminare, ne longa huius cognitionis dilatio non ſolùm in tempore, ſed in re peccatum includat, Vobis per præſentes iniungimus, quatenus integrum huius tranſlationis habitum proceſſum in authentica forma per aliquem Nuntium, aut fidelem curſorem ad Nos tranſmitti curetis: ac eoſdem iſtos Prælatos Noſtra ex parte moneatis, & requiratis, prout Nos per eaſdem præſentes monemus, & requirimus, vt aliqui ex eis non pauciores tribus de hoc tranſlationis negotio inſtructi, & informati, qui tam eorum proprio veſtro, & cæterorum iſtorum Prælatorum nomine defenſioni cauſæ, & cauſarum huiuſmodi aſſiſtant, quanto citiùs ad Nos venire, noſtroque conſpectui ſe præſentare procurent. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac Synodalibus, & Conciliaribus Ordinationibus, & Conſtitutionibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVI. Februarij MDXLVIII. Pontificatus Noſtri anno XIV.*

Apud Goldaſt. tom. 2. pag. 261.

34 Proximo die Pontifex Petro Paceccho Cardinali, ac cæteris Præſulibus, qui Tridenti hæſerant, ſcripſit epiſtolam, cuius caput & compendiũ hoc erat. Vel iuſta, vel iniuſta fuit Concilij tranſlatio: ſi iuſta, cur tam diù Tridenti immorentur cum publico totius Eccleſiæ offendiculo, ac diſcrimine Schiſmatis? Si iniuſtam æſtiment, cur non ad Sedem Apoſtolicam prouocauerint? tam diù &c. horum enim alterum ex officij Religione fieri ab ijs debuiſſe, quo facto præſens offendiculum ſubmouiſſent. Tùm eos coarguit quòd prius eorum querelas Cæſar Sedi Apoſtolicæ detuliſſet, quam eas ipſi vel literis, vel Internuntiorum opera denuntiaſſent, ſubditque iam Cæſarcum Oratorem eorum munus impleniſſe, atque conqueſtum contra fas, ac leges, Concilium Tridento Bononiam tranſlatum eſſe, qua nata controuerſia (addidit Pontifex) ſe, licèt à maiori Concilij parte, & à Legatis Apoſtolicis Concilium iure tranſlatum ſentire debeat, tamen pro ſingulari ſuo in Nationem Hiſpanam ſtudio Judicis partes ſuſcepiſſe, denuntiaſſeque, vt ſi qui aduerſùs memoratam tranſlationem apud ſubſellia Apoſtolica diſceptare vellent, ſiſterent ſe iudicio: tùm vetuit vel à Tridentinis, vel à Bononienſibus Præſulibus quippiam lite pendente pertentari, monuitque Tridenti congregatos, vt tres ad minimum Præſules ex ſuis, idoneis mandatis inſtructos ad rem iudicio experiendam tranſmitterent, vt autem lectori res exploratior fiat, placuit hìc integram Pontificis epiſtolam afferre.

Dilecto filio Noſtro Petro S. R. E. Presbytero Cardinali Giennenſi nuncupato, ac Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis ad præſens Tridenti commorantibus.

Paul. III. lib. breu. an. 1548. pag. 58.

Paulus III. Cardinali Peccio ſcribit, vt Romam mittat, quid ſentiant cauſam Patrum, qui Tridenti remanſerunt.

Dilecte fili Noſter, & Venerabiles fratres, ſalutem &c. Cùm ſemper hoc apud Nos ſtatuiſſemus, quoties nobiſcum Eccleſiæ ſtatum tot & tantis malis iampridem vexatæ conſideraremus, nulla remedia illis tollendis æquè profutura eſſe, atque illa, quæ ex Concilij Oecumenici celebratione afferri poſſent: hunc autem animum Noſtrum nondum vocati ad curam vniuerſi gregis Chriſti apud fælicis memoriæ Pontifices Prædeceſſores Noſtros, qui hoc munus Deo imponente ſuſtinebant, ſæpè eſſemus teſtati: tùm verò in hac ſententia multò magis confirmabamur, cùm in nos licèt indignos, Diuina prouidentia ſic ſtatuente, eadem cura eſſet tranſlata, auctis iam progreſſu temporis malis, & ita per Orbem Chriſtianum ſparſis, vt quidquid præter hoc vnum remedij tentaretur, fruſtrà adhiberi videretur, itaque inito Pontificatu ſtatim Concilium Oecumenicum indicendum curauimus, ſed non eo ſtatim ſucceſſu, quem optabamus, propter varia impedimenta, quæ ex bellis partim domeſticis Principum Chriſtianorum inter ſe, partim verò externis contra communem hoſtem fidei oriebantur, quæ Epiſcopis opportunitatem veniendi ad Concilium, licèt à Nobis varijs in locis pro eorum commoditate indictum, ſuſtulerunt. Tandem verò cùm diuina bonitate factum eſſet, vt ceſſante communi hoſte ab infeſtatione Reipublicæ Chriſtianæ, & reconciliatis Chriſtianorum Principum animis, ac noſtram ſententiam probantibus, Concilium Tridenti per Nos indictum conuenientibus eò diuerſarum Prouinciarum Epiſcopis celebrari cœptum eſſet, nullum quidem nuntium lætiorem audire potuimus, tùm enim principium iactum eſſe Nobis perſuadebamus pacis, & tranquillitatis Eccleſiæ, ſublatis malorum radicibus, reſtituendæ. Auxit verò hanc Noſtram lætitiam eiuſdem progreſſus, quem partim purgandis erroribus, & reſecandis falſis dogmatibus, partim in reſtituenda collapſa morum diſciplina in ſuis decretis diuerſis ſeſſionibus promulgatis oſtendebat, quæ tandem ita creuiſſe accepimus, vt quæ pro remedijs malorum Eccleſiæ à Concilio expectari poſſent, omnia ferè complecti viderentur. Vt verò hæc Nobis grata fuere, quo maturiùs hac ratione prouideri poſſe Eccleſiæ malis ſperabamus, ſic omnia, quæ moram aliquam huic rei afferrent moleſta extiterunt, quare cùm primùm Nobis de diſceſſu Legatorum Noſtrorum, & maximæ partis Epiſcoporum è Tridento tranſlationis Concilij cauſa vobis eodem in loco manentibus allatum eſſet, non potuimus id ſine magna animi moleſtia audire, quo magis Nobis ante oculos verſabatur quantum inde morę in proſequendis rebus Concilij, quantum ſcandalorũ in Eccleſia facilè oriri poſſet, quę cùm vobis non minùs, quàm Nobis nota eſſent

fatis mirari non possumus, quid acciderit, cur, si iusta, & ritè facta illa translatio vobis videbatur, comites vos Legatis Nostris, & cæteris Episcopis ad locum pro prosequendo Concilio destinatum non dedistis, vel si iniusta, aut nulla, cur vestras querelas hac de re Nobis non detulistis, nec enim alterum istorum ad vestrum officium pertinere, ignorare potuistis, quorum vtrumuis si à vobis factum fuisset, idem omnem scandali speciem, quę in multorum animis ob hanc rem oriri potuit, facillimè sustulisset, quare in vtroque vos defuisse constat, priùs autem Nos à Chariſſimo in Christo filio Nostro Carolo Romanorum Imperatore de vestris querelis esse admonitos, quam per aliquem vestrum, saltem per vestras literas, vel Nuntios non possumus sine aliquo animi dolore ad vos scribere, quòd si hoc officium ab alijs expectabamus, abs te certè fili Noster Petre, id prętermissum fuisse, eo maiorem conquerendi causam habemus, quò maiori vinculo propter Cardinalatus munus, quo fungeris, ad eiusmodi officia astrictus esses, Nos quidem cùm aliquandiu taciti expectaremus, vt alterum istorum à vobis fieret, iam autem vestrum hoc officium Cæsarea Maiestas anteuertit, quæ per Oratorem suum, & per literas de nulla, & illegitima translatione Concilij Nobiscum est conquesta, idem prorsùs, quod ante de ea re vobis conquerentibus nunquam fuissemus recusaturi, hoc nunc prompti offerimus, vt vestras querelas hac in re libenter, & promptè audiamus, atque totam huiusmodi causam cognoscamus. Licèt autem decretum ipsius translationis, quod à maiori parte Concilij assentientibus Nostris, & Sedis Apostolicæ Legatis est factum ritè & legitimè esse factum, ac idem Concilium Oecumenicum, quod Tridenti erat, nunc Bononiæ congregatum existere iure credere, & præsumere debeamus; tamen re in controuersiam adducta, & ad Nostrum iudicium delata vt iusti Iudicis partes in omnibus sequeremur, si quid vos contra huiusmodi præsumptionem dicere velitis, vos audire, atque probationes vestras intelligere, atque omnia quæ à Iudice requiruntur, implere, prompti sumus, qua in re etiam inclytæ Nationis vestræ Hispanicæ, eiusdem autem deuotissimæ Sedis Apostolicæ, & personarum vestrarum dignitatis rationem habuimus, quas cùm ex relatione fide dignorum doctrina, & moribus in primis ornatas, ac pietatis, atque omnis disciplinæ Ecclesiasticæ maximè retinentes cognouissemus, committere noluimus, vt aliqua præsumptio quantumuis magna contra vos prævaleret, aut impediret, quominùs à Nobis æquis animis semper auscultaremini,

Pacechus non pacis sed turbarum Auctor,

35 Habita igitur cum Venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, de ipsorum consilio, & assensu, causam, & causas, nullitatis, & inualiditatis, ac iniustitiæ translationis huiusmodi assumpsimus, illamque & illas nonnullis ex dictis Cardinalibus probis, & peritis, certo modo, & forma audiendas, & cognoscendas, ac in ipso Consistorio nobis, & reliquis Cardinalibus referendas commisimus, omnesque, & singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes monuimus, vt si qui contra translationem huiusmodi aliquid opponere, deducere, & probare vellent, comparerent propterea coram nobis, & eisdem Cardinalibus per nos, vt præfertur, Deputatis, nec non tam Prælatis, qui Bononię, quàm vobis, qui Tridenti residetis, sub certis, tunc expressis pœnis inhibuimus, nè cognitione huiusmodi pendente, aliquid in illius præiudicium innouare, aut attentare presumatis, aut presumant: prout in cedula per Secretarium nostrum de Mandato nostro in eodem Consistorio lecta, & recitata, cuius exemplum authenticum ad vos transmitti mandauimus, plenius continetur. Cupientes igitur quæstionem huiusmodi concordia si poterimus, aliter iure, per celerem tamen sententiam (sicut rei qualitas exigit) terminare, nè longa huius cognitionis dilatio non solùm in tempore, sed in re peccatum includat, vobis in Virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub censuris, & pœnis in eadem cedula contentis per præsentes mandamus, volque monemus, & requirimus, vt si translationem huiusmodi inualidam, aut minùs legitimam fuisse prætendatis, aliqui ex vobis non pauciores tribus de hoc translationis negotio instructi, & informati, qui tàm eorum proprio, quàm vestrorum omnium nomine causæ, & causis huiusmodi assistant, ac quidquid contra translationem primam dicere, allegare, vel proponere volueritis, deducere, & probare possint, & debeant, quanto citiùs ad Nos venire, Nostroque conspectui se præsentare procurent, non obstantibus Apostolicis, ac Synodalibus, & Conciliaribus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem per præsentes tibi fili chariſſime Cardinalis, & duobus, vel tribus ex vobis intimatæ. ac in valuis Cathedralis Ecclesiæ Tridentinæ affixa illarum copia ibidem dimissis, perinde vos arctent, ac si vobis omnibus, & singulis intimatę fuissent. *Datum Romæ XVII. Februarij MDXLVIII. anno XIV.*

36 Acceptis Pontificijs Imperijs Concilij Bononiensis Patres, vt meliore iure fulti erant, ita Pontificio imperio demisse paruerunt, vt ex eorum actis constat, habita enim congregatione generali Materanum Archiepiscopum, nec non Feltrensem, Motonensem Coadiutorem Veronensem, Salutiarum, Albinganensem, & Aliphanum Episcopos decreuerunt Procuratores pro iure translationis Concilij defendendo apud subsellia Apostolica, de quibus Legati has literas ad Paulum Pontificem dedere.

Sanctissimo Domino Nostro Papæ.

Beatissime Pater, post humillimam commendationem, & pedum oscula beatorum.

Conferent se ad beatissimos pedes Vestrę Sanctitatis honorabiles huius Sacri Concilij Patres summa doctrina, prudentia, & pietate præditi, Archiepiscopus Materanus, necnon Feltrensis, Motonensis, idemque Veronensis Ecclesiæ Coadiutor, Salutiarum, Albiganensis, & Aliphanus Episcopi virtute Breuis Vestræ Sanctitatis sub data Romæ apud S. Petrum die XVI. Februarij nobis directi in plena Congregatione communi consensu electi, vt defensioni translationis assistant. Processum verò super ipsa translatione habitum, prouidus Vir Hercules Seuerolus huius Sacri Concilij Promotor Sanctitati Vestræ clausum, & obsignatum, ac authentica forma redactum presentabit. Reliquum est, vt causam Deo, quæ in ipso translationis iudicio maximè agitur, & Reipublicæ Christianæ salutem, ac Conciliorum generalium honorem, atque auctoritatem, nosque ipsos Beatiudini Vestræ plurimùm commende-

demus, quam Deus ipſe diù incolumem Eccleſiæ ſuæ ſeruare dignetur. *Bononiæ IX. Martij MDXLVIII.*

Veſtræ Sanctitatis

Serui, & Creaturæ Ioannes Maria Cardinalis, Marcellus Cardinalis S. Crucis.

Acta Conſiſt. m. s. Card. Spad. fig. n. 133. pag. 514.

Cùm veniſſent Romam Bononienſis Concilij Procuratores deſignati in Cardinalium Senatu, ad tranſlationis ius oſtendendum, & ſententiam Pontificis excipiendam acceſſere, de quibus hæc Acta Conſiſtorialia.

,, [Romæ apud Sanctum Petrum XXII. Martij ,, MDXLVIII. fuit Congregatio generalis Re- ,, uerendiſſimorum DD. Cardinalium. Compa- ,, ruerunt coram Sanctitate Sua ſex Prælati, qui ,, nuper de mandato Sanctitatis Suæ Bononiæ ,, aduenerunt ad aſſiſtendum defenſioni cauſæ, ,, & cauſarum tranſlationis Concilij ex Triden- ,, to ad Ciuitatem Bononienſem, de quorum ,, comparitione fuit rogatus R. D. Bloſius Ele- ,, ctus Fulginatenſis Suę Sanctitatis Secretarius, ,, prout penes eum conſtat.] Concepta ſunt ſubiectis verbis ea publica documenta.

Comparitio Reuerendiſſimorum DD. Deputatorum Concilij, coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Romæ in generali Congregatione Reuerendiſſimorum Cardinalium die XXIII. menſis Martij MDXLVIII.

Tom. 17. de Conc. m. s. Arch. Vat. fig. n. 3204. pag. 454. M. S. Franciſci Car. Barb. fig. num. 123. p. 83.

37 Beatiſſime Pater. Audiuit Sanctitas Veſtra, audieruntque Reuerendiſſimi Domini Cardinales, & vos in primis Reuerendiſſimi Domini Deputati ex literis iam lectis cauſam aduentus noſtri: venimus enim à Sancta Synodo Oecumenica Bononienſi pro obedientia literarum Sanctitatis Veſtræ deſtinati, vt defenſioni tranſlationis Sacri Concilij à Ciuitate Tridentina ad Ciuitatem Bononienſem aſſiſtamus. Et licèt tranſlatio ipſa nulla egeat defenſione, cùm fuerit facta ritè, ac rectè à maiori parte Patrum, Spiritu S. ſuggerente, & illuminante, cuius directione Sacra Oecumenica Concilia diriguntur, ac gubernantur, tamen vt Sanctitatis Veſtræ monitis, ac præceptis Sacrum Oecumenicum, generaleque Concilium Bononienſe (vt par eſt) obtemperaret, habita priùs diligenti diſcuſſione, & numeri & perſonarum Patrum mittendorum communi conſenſu, nos ad pedes Sanctitatis Veſtræ delegauit, atque miſit iniungens nobis, vt deoſculatis priùs humiliter pedibus Sanctitatis Veſtræ, tùm nomine Reuerendiſſimorum Cardinalium in ipſo Sacro Concilio Præſidentium, tùm cæterorum omnium Patrum ibi legitimè congregatorum, noſtroque prout deoſculati fuimus, pro veritate, & iuſtitia aſſiſteremus defenſioni ipſius tranſlationis Concilij piè, iuſtiſſimèque factæ. Sperat autem eadem Sancta Synodus, eundem Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, cuius ſpiratione, ac directione ipſa tranſlatio facta fuit, in eius tutela nobis non defuturum. Igitur Clementiſſime Pater, qui Petri Sedem, & Fidem meritò tenes, & Chriſti vices geris in terris, tuum erit, ſi quiſpiam tranſlationem huiuſmodi oppugnare voluerit, iuſtiſſimam defenſionem noſtram benignè audire, & æquum Iudicem præbere, cùm cauſa Dei, & res agatur, noſtrum autem defenſioni ipſius negotij adeſſe, & partes noſtras fideliter adimplere; precamur inſuper, & ſuppliciter oramus Sanctitatem Veſtram, vt quemadmodum ſumma ſua prouidentia, ac bonitate, pro reparanda, reſtaurandaque Religione Chriſtiana iam ferè collapſa, ſacrum, generale, & Oecumenicum Concilium ſaluberrimum remedium indixit, & congregauit, eadem prudentia, ac pietate auctoritatem præſentis generalis Bononienſis Concilij, cuius ipſe caput certiſſimum eſt, cæterorumque futurorum Conciliorum, ac libertatem Eccleſiæ, Diuinamque cauſam, ſine quibus actum certè eſſet de Republica Chriſtiana, conſeruare, atque protegere dignetur. Proceſſum autem, & geſta in ipſa tranſlatione habita, vt mandata Sanctitatis Veſtræ impleantur, Magiſter Hercules Promotor nomine Sacri Concilij mox Sanctitati Veſtræ in authenticam formam redacta præſentabit, & exhibebit. Rogamus itaque vos Dominum Secretarium, & Notarium, vt de huiuſmodi noſtra comparitione fidem legitimam faciatis.

38 His geſtis Præſules, qui à Concilio Bononienſi Procuratores deputati fuerant apud ſubſellia Apoſtolica in cauſa tranſlationis, certiores fecere Patres Bononienſis Concilij, quòd coram Pontifice comparuiſſent in iudicio, benignèque ab eo excepti fuiſſent, de quibus hæc memorat Angelus Maſſarellus.

,, XXIX. Martij in literis Deputatorum ſignifi- ,, catur qualiter XXII. præſentis Menſis recepti ,, fuerunt in generali Congregatione omnium ,, Cardinalium à Sua Sanctitate benignè, eiuſq; ,, pedes nomine Sacræ Synodi, Reuerendiſſimo- ,, rum Præſidentium, & ſuo deoſculati fuerint, ,, commendantes Suæ Beatitudini cauſam Dei, & ,, auctoritatem Sacri Concilij Bononienſis erga ,, Suam Beatitudinem, quæ expoſita fuerunt per ,, organum Reuerendi Domini Archiepiſcopi ,, Materani Decani deputationis. Deinde Do- ,, minus Hercules Seuerolus Promotor Concilij ,, præſentauit Suæ Sanctitati proceſſum authen- ,, ticum ipſius tranſlationis.

Diar. Con. Trid. & Bononien. p. 290.

Memoratæ verò Præſulũ deſignatorum à Concilio Bononienſi literæ ſubiectis verbis conceptæ erant.

Reuerendiſſimis, & Illuſtriſſimis DD. Cardinalibus de Monte, & Sancta Cruce de Latere Legatis, Sacrique Oecumenici Concilij Bononienſi Præſidentibus, noſtris Obſeruandiſſimis, ac Reuerendis Patribus in ipſo Generali Concilio exiſtentibus Fratribus Colendiſſimis.

Tom 12. de Conſil. M S Arc. Vat. pag. fig. num. 3204. p. 445. & in m. s. Card. fig. num. 123. pag. 83.

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Legati, Reuerendique Patres. Itinerum incommoda propter pluuias continuè ingruentes, necnon fluminum difficiles tranſitus in cauſa fuerunt, vt non ſicut deſiderabamus, atque nobis fuerat iniunctum, ſed vt tantùm XV. Kal. Aprilis ad Vrbem omnes applicare potuerimus, aduentuque noſtro ſtatim à nobis Sanctiſſimo Domino Noſtro ſignificato, Sanctitatis Suæ nomine per Reuerendum Dominum Electum Maſſanum nobis ordinatum fuit, vt domi maneremus, donec à Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus ſuper rebus Sacri Concilij, quomodo à Sanctitate Sua eſſemus recipiendi, fuiſſet diſcuſſum. Quo facto, die Iouis, quæ fuit XXII. præſentis menſis, in generali Congregatione, aſſiſtentibus omnibus Illuſtriſſimis Reuerendiſſimiſque Cardinalibus, Sanctitas Sua nos benignè recepit, & deoſculatis priùs à nobis Sanctitatis Suæ pedibus nomine Dominationum Veſtrarum Illuſtriſſimarum, & Reuerendiſſimarum, noſtræ deputationis teſtimoniales exhibuimus, quibus per Secretarium lectis cauſam noſtri aduentus, iuſtitiam tranſlationis, ac

ac humilem ſupplicationem protectionis, conſernationiſque auctoritatis Sacri Concilij, libertatis Eccleſiæ, Diuinæque cauſæ Sanctitati ſuæ, vt in exemplo, quod his incluſum tranſmittimus, breuiter expoſuimus. Promororque Concilij geſta in ipſa tranſlatione habita iuxta mandatum, quod habebat, Sanctitati Suæ exhibuit, quæ de eius mandato Reuerendiſſimo Cardinali Bellayo conſignata fuere. Demùm eundem Secretarium de comparitione noſtra, & Actorum præſentatione rogauimus. Cùmque Sanctiſſimus Dominus Noſter aduentum noſtrum grataṅti animo ſuſcepiſſet, & aures ſupplicationi noſtræ perbenignas præbuiſſet, obedientiamque Dominationum Veſtrarum Reuerendiſſimarum, cæterorumque Patrum commendaſſet, celeremque expeditionem cauſæ huiuſmodi pro iuſtitia pollicita eſſet, ad quatuor Reuerendiſſimos Dominos Cardinales ſuper huiuſmodi negotio deputatos nos remiſit; quos omnes coniunctim, vt decebat, viſitauimus, & pro defenſione tranſlationis vnumquemque ipſorum, quantum pro loci, & temporis congruentia nobis ſufficiens viſum fuit, informauimus iterum, & ſæpiùs eos informaturi, ſi contradictores venerint: nam hucuſque ex aduerſo nullus comparuit. Hęc ſunt, quæ in materia negotij nobis impoſiti hactenùs peracta fuere, de quibus Dominationes Veſtras Illuſtriſſimas, Reuerendoſque Patres omnes literis noſtris certiores facere voluimus, itidem facturi de reliquis, quæ in futurum occurrerint, rogamuſque interim Deum Optimum Maximum, vt Dominationes Veſtras Reuerendiſſimas, & Illuſtriſſimas, Reuerendoſque omnes iſtos Patres diù incolumes, & fœlices conſeruet, quibus nos humiliter commendamus.

☞ *Datum Romæ die XXIV. menſis Martij* 1548.

Reuerendiſsimarum, & Illuſtriſsimarum Dominationum Veſtrarum Seruitores, & Paternitatum Veſtrarum Fratres obſequentiſsimi, Sacrique Bononienſis Oecumenici Concilij Deputati,

Ioannes Michaël Archiepiſcopus Acheruntinus, & Materanus.
Thomas Epiſcopus Feltrenſis.
Aloyſius Coadiutor Veronenſis.
Philippus Salutiarum.
Ioannes Baptiſta Albinganenſis.
Sebaſtianus Aliphanus.

39 Defecere ab hoc obedientiæ Chriſtianæ exemplo Prælules Hiſpani, qui Tridenti hæſerant, non enim aliquos è ſuis ad diſceptandam tranſlationis cauſam ad ſubſellia Apoſtolica miſerunt, cùm agerentur imperijs Cæſareis, literas tamen Chriſtianæ demiſsionis erga Pontificem notis refertas miſere ad declinandum iudicium, multiſque excuſationum fucis, ac figmentis ſuam in Tridentina Vrbe reſidentiam colorarunt.

Tom. 17. de Conc. M.S Arc. Vatic. fig. 3204 pag. 436. continente acta Conc. Bonon. p. 88. M.S Car. Franciſc. Barb. fig. n. 123. Extet iam in m. s. Card. Pij fig. 260. f. 73.

Sanctiſsime Pater poſt humillima pedum oſcula beatorum. Accepimus Sanctitatis Veſtræ literas in forma Breuis plenas clementiæ, & manſuetudinis, vt verè Apoſtolicum pectus redolentes, quibus nos redarguit non vno nomine, quaſi ceſſatores in officio. Quod ſi à nobis vtcumque prætermiſſum ſit erga Sanctitatem Veſtram, cui nulla non officiorum genera planè deberi ingenuè profitemur, ipſa iudicet: recreat enim nos benignitas, & prudentia ſua incomparabilis, quæ facilè intelliget, nihil nos, vel dùm tranſlationi contradicimus, vel cùm ſilemus, ſed neque quòd hactenùs hoc in loco manſerimus, nihil inquam minùs de Sanctitate Veſtra, de Apoſtolica ipſa Sede, de Republica denique Chriſtiana quàm benè mereri, quàm qui optimè (abſit verbo inuidia) cogimur enim ſic dicere. Tantum enim abeſt, vt in cauſa tranſlationis de Sanctitate Veſtra offendenda cogitaremus, vt vel maximè hinc anſam diſſentiendi acceperimus, quod videbamus de re omnium grauiſſima, inconſulta Sanctitate Veſtra decerni. In quo etiam prudentiſſimum Imperatorem, optimè de Republica Chriſtiana merentem, deſiderabamus non fuiſſe neglectum. Videbamus non defuturos, qui rem incommodè interpretaturi forent; proſpiciebamus à Sanctitate Veſtra, vt eſt conſummati ſenſus, non probatum iri faciliter. Quòd autem raecentibus nobis, dùm Sanctitas Veſtra expectationem noſtram deſiderat, & expectat, Auguſtiſſimus Imperator, quod noſtri cenſebat eſſe muneris, anteuerterit, conqueſtus cum Sanctitate Veſtra de illegitima tranſlatione, non ita, quæſumus, interpretetur, quaſi nos cùm eramus delaturi querelam Sanctitati Veſtræ, ad Cęſaream Maieſtatem adduxerimus: ſed proprio ipſius Cæſaris motu factum eſt, qui protectionem Eccleſiæ ad ſuum pertinere munus iam pridem intellexit, ſcilicet ſe ei Aduocatum præſtare, zelatus vnionem nobiliſſimæ Nationis ad Catholicam Eccleſiam, & vnum Caput Chriſtum, eiuſq; Vicarium Sanctitatem Veſtram. Sed neque vnquam in mentem noſtram venit potuiſſe deſiderari in hoc officium noſtrum, vt certiorem redderemus Sanctitatem Veſtram, quam nunquam non factam certiſſimam à Legatis ſuis arbitrati ſumus; palàm enim excipientibus Notarijs coram vniuerſa Eccleſia apertis verbis loquuti ſumus, & humanis omnibus ſepoſitis affectibus conteſtati, imminere ſcandalum Reipublicæ Chriſtianæ ex receſſu Patrum ab hoc Tridenti loco, afferri negotio incommodas moras, videbatur nobis ſufficere, quòd indicaſſemus quid de re ſentiremus: deinde ſiluimus. Quo etiam fit vt cùm denuò nihil aliud ad rem ipſam afferre poſſimus, præſentiam noſtram in negotio deſiderari minimè credamus. Sed ſi quid interim ceſſatum videtur, ſatis res ipſa indicet candorem animi noſtri. Et quid enim erat operis, vel negotij, Patri ſatiſfeciſſe, ſi deſiderantem credidiſſemus, moleſtia leuare, ſi inde contriſtandum eſſemus opinati? maiora ſibi nos debere fatemur, vt agnoſcat Vniuerſa Eccleſia filios ſeniores, qui ſemper cum Patre manſimus, & eo meliùs habentes, quò iam ita ſumus de iunioris filij, qui perierat, ſalute & ſolliciti, Germanici ſcilicet populi, vt non ſolùm Patrem à moleſtia mitigandæ noſtræ inuidiæ liberemus, ſed magis etiam ad congaudendum inuitemus, & vt reuertentibus occurrat filijs, rogemus alioquin deſiderantem. Noſtras itaque partes tantùm eſſe exiſtimauimus, vt à tranſlatione propoſita pro conſcientia diſſentire deberemus: præ modeſtia verò, & humilitate non auſi ſumus intempeſtiuè Sanctitatem Veſtram interpellare quaſi officij admonentes, quem ſperabamus nulli officiorum generi, quod ex re Eccleſiæ iudicaſſet, fuiſſe defuturum, volentes, vt par eſt, ſuo iudicio tribuere: neque videmus, quare nos comites proficiſcentibus Legatis, & Prælatis ipſis dare debuerimus, quorum nobis ſententia non probabatur, & ijs quidem, qui repetita oratione pollicentibus tùm in generali Congregatione, tùm in publica Seſſione in receſſu ipſo celebrata, ſe quàprimùm illa aſſerti morbi opinio refrixiſſet, eſſe redituros; præſertim ſi ſe Germani Concilio ſubmitterent. Nos verò interea ſedimus in Ciuitate manentes,

Reſponſio Prælatorum Tridenti commorantium ad Breue Sanctiſſ. D.N.

quos

Digitized by Google

quos audieramus, & bona fide credebamus reuerſuros, & continuò de reuerſione cogitantes audiuimus, & agentes, quod factum propè credidimus tunc primùm cùm illa vox lætitiæ audita eſt, Dei ſcilicet gratia factum, & Imperatoris virtute, vt quod erat commune Eccleſiæ deſiderium, Germani ſe tandem Concilio ſubmiſiſſent:

Tenes igitur iam, Pater Sanctiſſime, quod tam diù deſideraſti. Ecce virtus Imperatoris Tui, Ioſue alterius, vincentis, dùm Tu oras velut Moyſes ſanctus. Ecce Carolus reducit errantes oues, & minat ad virgam Paſtoris, reportat ad caulam Dominicam, & quos nuper Deus ſibi ſubiecit, Deo ipſe ſubijcit, redditque Vicario Filij ſui, nempè qui non alia ratione magis, non alio ſcilicet ſecretiore conſilio bellum ſuſcepit, quàm quia prælium Domini erat. Dirige igitur errantem Gregem, Paſtor Optime, ad paſcua Synodalia, cogeque virga, hæc enim directionis virga Regni tui eſt. Benedictus Deus in tanta materia benefaciendi, rebus præſertim deſperatis, collapſiſque. A Domino certè eſt, quod tantum acceſſionis factum ſit Apoſtolicæ Veſtræ Sedi, à qua iam pridem fuerat miſeranda diſceſsio. Intelleximus præterea à Sanctitate Veſtra ſcandalum aliquod accepiſſe, qui nos hoc in loco remanſiſſe audierant. Satis nobis eſt ſi non dederimus; nos enim qui ſumus, vt prohibere poſsimus? Commune hoc nobis cum reliquis Patribus eſt, quod & ipſorum plures etiam turbauit receſſus. Quod autem Sanctitas Veſtra nobis tantum tribuit, eſt quod magis adſcribamus paternæ pietati, quæ ad meliora ſemper ſatagit prouocare, quam vt agnoſcamus merita noſtra, præterquam illa, quæ nobis communia ſunt cum Nationis noſtræ laude, non tine Dei munere; ſemper enim maiores noſtri, Filij Dei Vicarium coluerunt, & Beati Petri Apoſtolorum Principis Succeſſorem piè venerati ſunt, quæ noſtra omnium obſeruantia iure exigit à Sanctitate Veſtra, vt non ſit paſſa præualuiſſe in nos aliquam præſumptionem, qui in huiuſmodi non ſolùm à malo, ſed ab omni ſpecie mali fuerimus abſtinentes. Non igitur videmus vndè in hanc inuidiam trahimur. Habet igitur Sanctitas Veſtra actionis noſtræ rationem: Tuæ erit clementię boni conſulendo præſtare, ne nobis, vel immodica pietas fraudi ſit, neque contraiſſe videamur, dùm benè mereri ſtudemus. Superest vt cùm Concilij finis pax ſit, rogemus humiliter Sanctitatem Veſtram, ne patiatur nos litibus exerceri: ſeruos enim Dei litigare non decet. Aut enim de qua agitur cauſa noſtra eſt, aut Dei; ſi noſtra, parati ſumus magis iniuriam pati, quàm inferre. Si Dei eſt & Chriſti, vt verè eſt, ad quem magis, quàm ad eius Vicarium pertinere poteſt eius defenſio? Si tu iuſtificas, quis eſt qui condemnet? vt nobis egeat defenſoribus?

Obſecramus ſupplices Sanctitatem Veſtram, vt indicti iam Concilij intermiſſa redeat celebratio, & deſideratus progreſſus. Redde, Domine, loco huic Apoſtolicos tuos Legatos; redde Ciuitati præelectæ Patres; compendio agetur, ſi de tranſlatione nullam malueris habere rationem, diſcuſſionem nullam. Si Tu, Sanctiſſime Pater, quod omnes ſibi promittunt, remedium non affers tantis malis (ad quæ tollenda conſilia tua omnia direxiſti, & conuertiſti) quæ poterit eſſe in poſterum ſpes? quem optabimus Pontificem vt teſtis, labefactatiſque rebus occurrat? Quum autem totus tuus ſuprà Pontificatus ſumma ſit Tibi cum laude actus, & ad perſonam, quam ſuſtines conuenientiſſimè, nunc Tu hoc actu, nulla adduci poſſumus ratione, vt credamus Te poſſe deficere, cùm plauſus excitandus eſt, plauſus inquam æternus. Patere igitur, Pater ſancte, quæ tua eſt conſuetudo, & ſuſtine, quæ tui animi eſt placiditas, quòd paucis his egerimus tecum, apud quem alij forſan peritiùs, nullus profectò amantiùs, quàm nos, & obſeruantiùs, atque prudenter, aut commodè ipſe exiſtimaris: licèt nec ex humanitate tua, tantum nobis licentia arrogauerimus, vt diſſeramus, quid tantum Pontificem deceat, cui fuerit ſatis, quid abs Te ſperemus, indicare. Deus autem Sanctitatem Veſtram diù ſeruet incolumem Eccleſiæ Suæ ſanctæ. *Tridento X. Kal. Aprilis anno Domini MDXLVIII.*

Humillimæ Creaturæ, & deuoti Oratores Cardinalis Gienenſis, Archiepiſcopus Turritanus, Archiepiſcopus Panormitanus, Epiſcopi Roſſanenſis, Caſtelli Maris, Algarenſis, Lancianenſis, Syracuſanus, Pacenſis, Aſturicenſis, Oſcenſis, Calagurritanus, Canarienſis.

40 Traditum etiam eſt harum literarum exemplum, Bononienſis Concilij Procuratoribus, vt ſi quid in ijs veritate, aut iure non niteretur, ipſi illud arguerent: ij verò grauiſſimè reprehenderunt in Præſulibus Hiſpanis, quòd magis priuatæ ſententiæ, quàm Diuinæ voci è Pontificio Throno proceſſuræ crederent, nec vt Dei ſeruos decuerat ad Schiſmatis defugienda pericula, tollendaque publica offendicula Chriſti Vicario cognitione cauſæ tranſlationis ob proteſtationem Cæſaream ſuſcepta parerent, multaque alia addidere ad ſuæ cauſæ defenſionem, quæ ex ſubiectis eorum ſcriptis patebunt

Iudicium Dominorum Deputatorum Concilij ſuper literis Prælatorum Tridentinorum.

Beatiſſime Pater. Interpellati fuimus à Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus ſuper negotio tranſlationis Concilij deputatis, quid ſentiremus de reſponſo dato literis Sanctitatis Veſtræ à Reuerendiſſimo Cardinale Gienenſi, & alijs Prælatis, qui poſt ipſam tranſlationem Tridenti hactenùs remanſerunt. Nos igitur omnibus maturè conſideratis, illud in primis perſpeximus, cauſæ veſtræ terminationem ex his facillimam reddi, cùm & iudicium ſimul, & iudicem non improbent, & in huiuſmodi iudicio contradictores ſe conſtituere nolle profiteantur. Quæ quidem res ſicut grata nobis, ita minimè noua extitit, propterea quòd notiſſima ſit tranſlationis iuſtitia: quamobrem cùm tota illa reſponſio nobis, qui tranſlationis defenſioni aſſiſtemus in hac ipſa re, nullum faceſſat negotium; tantummodo illud ſupereſt, vt nonnulla percurramus in eo reſponſo obiter inſerta, per quæ fortaſſis, niſi pro veritate refellantur, nonnihil feſtinationis, aut non maturæ conſiderationis argui poſſe videremur. Idcircò omni modeſtia nobis ipſis propoſita, & fraterno amore, ac ſincera charitate ducti, & dumtaxat, quæ minimè poſſunt diſſimulari in nos prolixiùs obiecta, paucis diluemus, nullo pacto impugnantes id, quod illi de ſe aſſerunt, nempè de Republica Chriſtiana benè meruiſſe, non tamen ſuſtinentes illud, quod aiunt, quàm qui optimè. Eos enim potiùs optimè meruiſſe arbitramur, qui decretum Sanctæ Synodi à longè maiori parte ſancitum agnouerunt, ipſoſque Reuerendiſſimos à Latere Legatos ſequuti ſunt, ac Sanctiſſimam Crucem pro vexillo Sacri Concilij, eiſdem à Sanctitate Veſtra ſolemniter traditam, non deſeruerunt.

Tom. 17. Conc. fig. n. 320. M S. Arc. Vat. fig. pag. 467. Ext. inter a. Ia Conc. Bonon. & in alio p. 92.

Ext. in m.s. Card. Pyſ. fig. n. 260. p. 77.

Quòd

Quòd autem priùs Sanctitatem Veſtram conſultam fuiſſe deſideraſſe videntur, ſuperfluum, profectò fuit deſiderium illud, cùm nec Sanctitatis Veſtræ auctoritas deeſſet in ipſis Reuerendiſſimis Legatis, nec defuerit eis ſpeciale diploma datum anno vſque milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto die VIII. Kal. Martij, facultatem transferendi Concilij ipſis Reuerendiſſimis Legatis, quandocumque eis videretur, concedens ſub his verbis: *Motu proprio, ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, parique conſilio, & aſſenſu vobis inſimul, aut duobus ex vobis reliquo legitimo impedimento detento, ſeù inde abſente, quandocumque vobis videbitur Concilium prædictum de eadem Ciuitate Tridentina, ad quamcumque aliam commodiorem, & opportuniorem, ſeù tutiorem Ciuitatem, de qua etiam vobis videbitur, transferendi, & mutandi, ac illud in Ciuitate Tridentina ſupprimendi, & diſſoluendi; nec non Prælatis, & alijs perſonis Concilij huiuſmodi, ne in eo ad vlteriora in dicta Ciuitate Tridentina procedant, etiamſi ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis inhibendi, ac idem Concilium in alia Ciuitate huiuſmodi, ad quam illud transferri, & mutari contigerit, continuandi, tenendi, & celebrandi, & ad illud Prælatos, & alias perſonas Concilij Tridentini huiuſmodi, etiam ſub periurij, & alijs in literis indictionis Concilij huiuſmodi expreſſis pœnis coërcendi, &c.* Quæ omnia tunc publicè lecta, & recitata fuere in ipſa Seſſione, propterea quòd nonnulli à tranſlatione diffidentes, huiuſmodi cognita facultate, communi ſe decreto ſubmiſſuros palàm profitebantur; prout illo audito ampliùs minimè reſtiterunt.

Neglectam verò Maieſtatem Cæſaream (vt illi affirmant) non modò re ipſa, ſed neque cognitione quidem ſola factum aſſerimus. Neque enim minorem rationem habuimus Maieſtatis Suæ, quàm Sanctitatis Veſtræ, vt qui (res enim ipſa moram non patiebatur) ſaluti noſtræ in primis, ex qua pendebat totius Concilij ſumma, tunc prouiderimus. Eò enim res adducta erat, vt niſi Concilium transferretur, ipſius manifeſta diſſolutio immineret; ipſa verò diſſolutione nihil perniciosius eſſe cogitari poterat. Morbus enim ille peſtilens longè, latèque in Ciuitate illa, Pagiſque adiacentibus, in Germania grauiùs, vndè magna quotidiè confluebat miſerabilium multitudo, graſſabatur, trepidabantque vniuerſi Patres, quorum pars magna iam diſceſſerat, reliqui ſe itineri, nulla diſcedendi venia ſibi minimè conceſſa, habita ratione accingebant: cùm etiam priùs frequenter conteſtati apud Reuerendiſſimos Præſides fuiſſent, nullo modo tanto ſe periculo ampliùs obiecturos: Medici autem, quorum fidei committebamur, diſcrimen augebant, præſertim magni nominis ille Fracaſtorius publico ſtipendio cõductus, contagioſum eſſe ex aëris infectione morbum, & qui in nobiles, & delicatos præcipuè ſæuiret, iureiurando affirmabat, omninòq; nos deſerere velle proteſtabatur: ſicuti etiam antequam tranſlatio fieret, deſeruit. Ad hæc quoque indubitatus oriebatur timor, Ciuitates finitimas ſtatim commercium nobis interdicturas, vndè & commeatus penuria in loco ſterili, & inter montes poſito, acmagna itineris difficultas, morbo procedente, parabatur. Sed ne verbis agamus in ea re, quæ actis Concilij patet Sanctitatis Veſtræ iuſſu huc allatis, ſatis erit ad ea, quæ indubitatæ ſunt fidei, nos referre, atque ita apparebit omnes, qui nos feſtinantiæ, aut properantis nimium iudicij arguere velle conantur, hanc verè notam ipſos incurrere, nos verò pro negotij, perſonarum, & temporum qualitate, matura deliberatione proceſſiſſe. Nam quid horrendum magis timeri poterat, quàm adeò neceſſarij Concilij diſſolutionem fieri? quod verò non defuturi eſſent, qui rem incommodè interpretarentur, facile id erat ipſis Patribus euitare, ſi decretum longè maioris partis (quod facere tenebantur) agnouiſſent, quo vno decenti remedio facilè perſpiciebant obuiam iri ſcandalo, quod Reipublicę Chriſtianæ imminere aſſerunt, ac eodem remedio incommodas moras ad progreſſum Sanctiſſimæ Synodi euitari.

Nequaquam igitur credibile eſt, quod ipſi aiunt, in hoc negotio præſentiam eorum deſiderari non credidiſſe. Nonne poſt generalem monitionem, etiam ſub cenſuris, & grauiſſimis pœnis, præſertim illis, quę in Sanctitatis Veſtrę diplomate continebantur, omnibus in die Seſsionis factam, Reuerendiſſimi Legati priuatim eoſdem poſt decretum tranſlationis, vt ſe Bononiam conferrent, monuerunt? Deindè poſtquam Bononiã ventum eſt, nonne per literas eorumdem ſibi fideliter exhibitas rogati, & moniti fuerunt, vt ſe nobiſcum iungerent? Quod autem in eodem reſponſo ſæpiùs repetitum eſt, eos videlicet, teſte conſcientia, & propoſita tranſlatione diſſentire debuiſſe, idcircò ſe comites non dediſſe proficiſcentibus Legatis cum cæteris Patribus, quorum ipſis ſententia non probaretur, vlteriori profectò explicatione diſtinguendum eſt. Non aliter potuerunt ſentire quidem, & cum omni conſcientia, ante decretam, & ſancitam tranſlationem (vota enim ſingulorum libera eſſe decet in Sacro Concilio) verùm poſteaquam longè maior pars (quę de iure quidem ſanior eſſe cenſetur, & cui etiam ex concluſione in generali Congregatione communi omnium Patrum conſenſu facta ſtandum erat) tranſlationem ipſam decreuit, & ſanciuit, ſi qui priùs aliter ſentiebat, decebat eos intellectum captiuare in obſequium maioris partis; id quoq; ipſis non modò probantibus, ſed etiam petentibus, ſeruatum à nobis in alijs Seſſionibus ſemper fuit; quod niſi fieret, nihil vnquam in Concilijs deliberari, ac ſtatui poſſet, nihilque propterea vnquam firmum, nihil ſtabile futurum eſſet in Eccleſia Dei, nullaque ampliùs eſſet Sacrorum Conciliorum auctoritas, vndè oriretur ſcandalum, ſcandalorum omnium grauiſſimum.

Obiectum Hiſpanis eos defuiſſe maiori parti Concilij acquieſcere.

41 Quod autem polliciti fuerimus reuerſionem, cùm primùm illa peſtilentis (quod aiunt) aſſerti morbi ſuſpicio refrixiſſet, pollicitatio ipſa qualis fuerit, non opus eſt, vt verbis contendamus; Acta loquuntur, quæ ſic habent: Placetne vobis ſimiliter decernere, & declarare pro conſeruatione, & proſequutione ipſius Concilij, ſecuritateque vitæ ipſorum Prælatorum Concilium ipſũ ad Ciuitatem Bononienſem veluti ad locum magis paratum, ſalubrem, & idoneum pro tempore transferendum eſſe, & ex nunc transferri, & ibidem Seſſionem iam indictam ſtatuta die XXI. Aprilis celebrandam eſſe, & celebrari; & ſucceſſiuè ad vlteriora procedendum, donec Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Sacro Concilio expedire videbitur, vt ad hunc, ſeù alium locum, communicato etiam conſilio cum Inuictiſſimo Cæſare, Chriſtianiſſimo Rege, & alijs Regibus, ac Principibus Chriſtianis ipſum Concilium reduci poſſit, & debeat?

Prætereà vt demus cauſam hanc fuiſſe manſionis Tridenti, quod bona fide crederent nos illùc re-

reuerſuros, quid eſt quod à Reuerendiſsimis Legatis moniti, vt ſe nobiſcum Bononiæ iungerent, nihil reſponderunt? Cur etiam pro eorum pietate nunquam nos monuerunt, cùm probè agnoſcerẽt tanti Viri, nihil boni Tridenti pro Eccleſia agere: quinimmò ſciſsionis tunicæ Chriſti inconſutilis (quod certè admittere volumus eos nunquam cogitaſſe) infirmioribus multis dubitationem iniecisse? Sed & nullus ſani capitis ambiget, manſionem illam Cæſareæ proteſtationi occaſionem præſtitiſſe, quę nullo pacto profectò potuiſſet à Cæſare emanare, ſi Conciliorum ipſi probatos mores, & maiorem, ac ſaniorem partem Patrum immo Sacroſanctam Crucem, inſigne vnicum, & amabile veræ, & legitimæ poteſtatis, & præſentiæ Sacri Concilij, quæ nulli per Sanctitatem Veſtram alligata eſt loco, ſequuti fuiſſent. Non erat igitur eo pacto repetenda reuerſio, quod difficilior reddebatur, ſed quo facilior, vtpotè ex concordi nobiſcum Sacri Oecumenici Concilij progreſſu.

Ad hæc cum valdè obſeruemus Reuerendiſſimum, & Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem, & cæteros Patres ipſos toto diligamus affectu, non potuimus non valdè triſtari ex ipſarum literarum ſuarum particula, dum aſſerti morbi ſuſpicionem fuiſſe dicunt, & non magis veri morbi inuaſionem, niſi fortè ita intellexerint, aſſerti morbi, id eſt, aſſertiuè à Sacro Oecumenico Concilio pro euidenti & notorio declarati: fruſtra enim poſt latam ſententiam diffinitiuam de ijs, quę à Sacro Concilio diffinita ſunt, amplius dubitatur. Hęc enim ſunt verba ſacroſancti illius decreti: Placeme vobis decernere, & declarare de huiuſmodi morbo, ex præmiſſis, & alijs allegatis ita manifeſtè, & notoriè conſtare, vt Prælati in hac Ciuitate ſine vitæ diſcrimine commorari, & in ea idcircò inuiti minimè retineri poſſint, & debeant? Itemque attento receſſu multorum Prælatorum poſt proximè præteritam Seſſionem, & attentis proteſtationibus aliorum quamplurium Prælatorum in Congregationibus generalibus factis, hinc omninò timore ipſius morbi abire volentium, qui iuſtè detineri non poterant, & ex quorum diſceſſu Concilium diſſolueretur, vel ex paucitate Prælatorum bonus eius progreſſus impediretur, & attento etiam imminenti periculo vitæ & alijs cauſis per aliquot ex Patribus in ipſis Congregationibus allegatis, vtpotè notoriè veris, & legitimis. Quæ cùm ſint etiam maximè notoria declaratione, ſi adhuc dubitant, & rem ſe aliter habuiſſe prætendunt, aduertant quæſumus, Patres illi, quanti momenti verbum eis exciderit: nam Sanctitas Veſtra in memoratis literis ad eos deſtinatis, inter cætera ait: *Vos in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub cenſuris, & pœnis in eadem ſchedula contentis per præſentes monemus, ac requirimus vt ſi tranſlationem huiuſmodi inualidam prætendatis aliqui ex vobis, &c.* Nonne hoc eſt ſpeciale mandatum pœnam maximarum continens cenſurarum, ac æternæ (quod audire horribile eſt) maledictionis? Igitur cùm non miſerint, & nihilominùs morbum illum notorium (qui veriſsimus vtinam non fuiſſet) aſſertum vocent, hoc vnum certè contra ipſam tranſlationem prætendiſſe videntur. Verùm cùm minimè veriſimile ſit, vt tanti Catholici Patres has grauiſſimas cenſuras neglexerint, verbum illud caſu excidiſſe, non autem ex animo prolatum fuiſſe arbitrari maluimus. Non enim ſatis eſſet contra mandatum hoc ſtrictiſſimum ſpecioſa illa ipſorum diuiſio, videlicèt, *Aut enim de qua agitur cauſa noſtra eſt, aut Dei &c.* Nam in primis dicimus ſuperfluum eſſe hoc reſponſum, immo aſſumptæ huic cauſæ impertinens, vt ſe exponant iniurię patiendę, quam neque nos, neque alius quiſpiam intulerit, neque velit, cogitetue inferre. Cauſam verò Chriſti ad eius Vicarium iuſtificandam referre, totum hoc religioſiſſimè, vt Sanctos Viros decet, dictũ arbitramur. Verumtamen ad rem, de qua interpellat Sanctitas Veſtra non admodum explicitè, vt decebat, conuenit. Tota enim Dei cauſa eſt, & quæſtio facti, in quo & Sanctitas Veſtra diuinare non debet, vt quæcumque in facto dubia proponuntur, abique vlla facti dilucidatione condemnet, vel iuſtificet. Sed, inquiunt, ſeruos Dei litigare non oportet, at obedire certè oportet, & ad ſobrietatem ſapere, atque in primis quærere, ne ſpecie recti decipiantur, ac ſeipſos ſeducant. Vnde qui in tota epiſtola illud præcipuè agunt, vt tranſlationem improbent, benè feciſſent ſi ad iudicium Sanctitatis Veſtrę in tempore acceſſiſſent, & voci procedenti de Throno, in quo Spiritus Dei loquitur, magis quàm ſuo ſpiritui credidiſſent.

Quamobrem cùm inuictiſsimus Imperator in ſuis mandatis ad proteſtandum directis, Reuerẽdiſſimos Legatos in Sacro Bononienſi Concilio degentes, aſſertos, & non veros eſſe, Patreſque ibi commorantes, in priuato conuentu non in Sacra Synodo exiſtere, ac plurima aduersùs tranſlationem, de qua agitur, vt libitum fuit Suæ Maieſtati plena opprobrijs cumulauerit, indè ſuaſit ratio, vt cauſa hæc apud Sanctitatem Veſtram aſſumeretur, inde etiam emanarunt literæ illæ, de quibus agitur, pro exquirenda facti veritate, non vt lites foueremur, vel vt magis (quemadmodum Seruos Dei decet) faciliori modo terminentur, ſopianturque. Qua de re oportebat, ipſos Patres Tridenti commorantes apertiùs loqui, aut iuxta expreſſum Sanctitatis Veſtræ mandatum aliquos ex ipſis deſtinare. Quamquam in eo, quod ad nos attinet, ſatis, ſuperque arbitramur factum nobis iri, quod vel ſaltem profiteantur, ſe nihil contra ipſam tranſlationem prætendere, propterea quòd neminem miſerint. Scandalum verò hoc totum quod ortum eſt, vndè hoc magis prouenerit, ex manſione Tridenti, vel ex receſſu (vt ipſi aiunt) quem receſſum iure, & congruentiùs debuiſſent tranſlationem veram, & legitimam (prout fuit) dicere, credimus de facili perpendi poſſe. Quandoquidem etiamſi cauſæ omnes, propter quas tranſlatio facta fuit, ceſſarent, cęteræque implerentur in decreto ipſo tranſlationis explicatę, ſola nihilominùs hæc cauſa ſuperueniens manſioni in Ciuitate Tridenti iure obſtare poſſet, vt manſione hac durante Tridentum reuerti non expediat, ne hoc exemplum firmetur futuris temporibus perniciosiſſimum, potuiſſe videlicet pauciſſimos Patres contra decretum Sacri Oecumenici Concilij ritè factum, ex manſione ſua (ne dicamus pertinacia) longè maiorem partem cogere, & ad ſe reducere. Ideò non ſine maxima cauſa hoc expoſtulauit Sancta Synodus, quando ad certas literas Sanctitatis Veſtræ reſponſum dedit, vt Patres illi nobis ſe priùs iungerent.

Supereſt vt nullo modo illud indiſcuſſum permaneat, dum ipſi rogant Sanctitatem Veſtram, vt indicti iam Concilij intermiſſa redeat celebratio: nam ſi de intermiſſione proceſſus more ſolito habiti in Cõgregationibus Synodalibus intelligunt, nullo modo intermiſſa fuit celebratio, præterquam ab aſſumptione cauſæ, & intimatione literarum San-

Non promulgata in Concilio Bononiensi decreta, vtut qui hæserant Tridenti, accederent.

Sanctitatis Vestræ, citra quæ, vt inde maius bonum eliciatur (testante id Sanctitate Vestra) processisse memorantur; si verò de Canonum præparatorum publicatione conqueruntur, ingrati admodum existerent erga officium nostrum, qui publicationem huiusmodi in Sessionibus Bononiæ habitis gratia ipsorum, vt nobiscum iungerentur, distulimus. Quamquam in hac ipsa re exigua erit temporis iactura, cùm tot, & tanta à nobis ibidem de fide, & moribus diligentissimè discussa vnica Sessione publica valeant, atque vno die facillimè sanciri.

Perstringitur Hispanorum Præsulum fastus.

Sunt & alia in eorum literis iactabunda de sua pietate, prudentia, humilitate, mansuetudine, patientia, zelo, perseuerantia in domo Patris (vt qui filij sint sapientiores, & tanquam ij, qui nesciant nec inferre, nec referre iniuriam;) quæ quoniam vice versa tantis in nos vndique scatent accusationibus, vt nulli attentè legenti non patet, cùm tamen, quod ipsi verbis iactant, nos re ipsa potiùs præstemus, meritò duximus transigenda silentio.

Rogamus itaque Sanctitatem Vestram, vt in eo, quod progressum Sacri Concilij (in cuius pacifica quasi eramus possessione) paulispèr, vt rationem Maiestatis Cæsareæ haberet, in sua, quam à Deo habet potestatis plenitudine retardare voluit, ampliùs non persistat, sed restituta sine vlteriori dilatione Patribus Bononiæ residentibus, quæ restant examinandi, & discutiendi plena possessione, nè ex tàm diuturna cessatione Respublica Christiana detrimentum patiatur, suam quamprimùm Sanctissimam sententiam subinde proferat; ac toti Orbi iustissimam causam nostram palam esse faciat. Desiderio enim magno desideramus tot, & tantos labores nostros, non sub modio, sed super candelabrum statui, & cum omni charitate dilectissimos Fratres nostros nobiscum se coniungentes amplexari, & quæcumque supersunt celerrimè (quantum in nobis erit) expedire. Hoc etiam postremò animaduertat Sanctitas Vestra, quòd à principio nascentis Ecclesiæ, vsque ad diem hanc (sepositò Schismate, à quo Dei gratia immunes fumus) vix vllum Concilium tanto tempore perduranerit. Vnde iam pridem iure, meritòque suos Episcopos propriæ expectant Sedes, & commissæ Ecclesiæ, à quibus tamdiù abesse, non sine ingenti dolore, atque animarum iactura fieri posse manifestum est. Ipse autem Deus Optimus Maximus, cuius tota hæc causa est, cor Sanctitatis Vestræ, quod in sua semper est manu, dirigat ad salutem, pacem, quietem, & concordiam nostri, ac vniuersi gregis Sanctitati Vestræ ad pascendum tertiò iterata iussione traditi, & commissi, quam Deus Ecclesiæ suæ diù seruet incolumem.

Rogatus Pontifex vt in controuersia ferat sententiam.

☞ 42 Cùm Hispani Præsules, qui Tridenti hæserant, in superioribus literis contenderent, ideò se Tridenti immoratos, quòd Legati polliciti essent, sedato epidemico morbo, se Tridentum repersuros, ad hæc Legati respondere, vt refert Angelus Massarellus.

Diar Con. Trid. & Bononien. pag. 291.

„ Reuerendissimi Domini Legati responderunt „ ad prædictas Literas Prælatorum in eo, quod „ dicunt se expectasse Tridenti reditum Concilij „ tanquam promissum ab ipsis Reuerendissimis „ Legatis, quod hoc non est verum, sed refe„ runt se ad decretum ipsius translationis, & da„ to, quòd aliquid priuatim dixerint (quod „ tamen non dixerunt) nihil valet, quoad obli„ gandum Concilium, vt Tridentum reuertatur.] De eodem responso Procuratores Concilij à Legatis certiores redditi sunt, quo argumento extant eorundem Legatorum literæ ad Cardinalem Farnesium conceptæ verbis Italicis, quibus significant Tridentinos Patres, qui se excusant expectasse Tridenti reditum Legatorum, & aliorum Præsulum, tanquam ab ijs promissum, aberrare, iterumque confirmant pollicitationes datas à Synodo summa fide in actis, & decreto translationis, quod ad Pontificem transmissum est, insertas, quòd ad promissa ab ipsis Legatis priuatim data spectaret, professi sunt, nec Synodum ad ea obstrinxisse, nec obstringere potuisse, nec quippiam decreto contrarium spopondisse, etiamsi ab ipsis aliqua verba iactata essent, quæ in sensum ab ipsis prætensum detorqueri possent. Porrò non ea causa permotos ipsos Tridenti hæsisse constare ex literis, quibus prouocati sunt humaniter, vt Bononiam accederent, quibus nunquam respondere rint. At si veritati eorum dicta consentirent, debuisse ipsos literis respondere, monereque dati ijs promissi, quo adducti hærerent Tridenti. Nè verò Legatis culpa adscribatur cum veritatis iniuria, datas Præsulibus Deputatis partes, vt Pontifice consentiente obiectis respondeant modesto scripto, quod in publica etiam acta redigatur. Cæterùm nulla re alia offendi ipsos, maximè in ea parte, qua erga Pontificem obsequiorum signa explicuere, nec quippiam grauioris momenti contrà translationis ius, auctoritatemque adduxerint.

Cæsar nimium fauit Lutheranis.

43 Cùm in ea lite de translatione Concilij intentata à Cæsare, debuisset Cæsar Pontificis sententiæ decretoriæ se submittere, atque Lutheranos ad veterum Conciliorum decreta sanctissima seruanda adigere (constabat enim pari pertinacia eos futuri Concilij contempturos sanctiones, qua veterum Conciliorum ab vniuersa Ecclesia cultas conculcassent) varijs illusus argutijs, penè ad Schismatis discrimen deflexit: visus enim est, negare velle Pontificem non ambiguum non esse supremum in causis Ecclesiasticis iudicem, quod Concilia Lugdunense secundum, & Constantiense, atque aliqua vetera professa sunt, ipsique Græcorum Imperatores, cùm eiurarunt Schisma, demisse agnouerunt, sed veluti reum suis ad aliud Tribunal, quod à Cæsareo penderet imperio adducendum. Illud verò Tribunal, ad quod prouocare velle Pontificem interminatus est, dixit legitimum Concilium, quasi verò possit esse aliquod legitimum Concilium, quod aduersùs Pontificem non ambiguum à Cæsare indicatur: in hoc Schisma incitari Cæsarem à Senatoribus suis scripsit Cardinalis Sfondratus ad Cardinalem Farnesium, qui de his Prætidem Concilij Bononiensis „ certiorem fecit. [Prima Martij (inquit An„ gelus Massarellus) scribitur, Cæsarem nolle „ acquiescere commissioni causæ, quam fecit „ Pontifex de validitate, vel inualiditate transla„ tionis, sed velle appellare ad legitimum Con„ cilium, & velle ratificare, quæ suus Orator „ protestatus fuerat contra suam Sanctitatem „ „ nisi redeatur Tridentum.] Consulti de his Legati Bononiensis Concilij respondere, si prouocatio edita aduersùs Pontificem ab Oratore Cæsareo rata habeatur à Cæsare, atque in eum, vt suspectum, appellet ad legitimum Concilium, Concilium Romæ conuocandum, atque in eo decretoriam à Pontifice sententiam ferendam, an translatio iure celebrata, fuerit: subdit memo-

Propendet ad Schisma deceptus à suis Senatoribus.

Diar. Con.

Cur Tridentini Patres nò paruerint.

ra-

ratus Author, qui Concilio à ſecretis erat.

„ IV. Martij Reuerendiſſimi Domini Legati „ ſcripſerunt ad Cardinalem Farneſium iudi- „ cium eorum quoad Concilium videlicet, cùm „ timetur, quòd Imperator ſit ratificaturus ge- „ ſta per Dominum Didacum in proteſtatione, „ & nolit accipere iudicium tranſlationis, & al- „ legare Suam Sanctitatem ſuſpectam, & appel- „ lare ad legitimum Concilium, quod Sua San- „ ctitas conuocet ad ſuam præſentiam Conci- „ lium quocumque ex loco, & cum eius aſſiſten- „ tia vnà cum Oratoribus Principum, qui in- „ tereſſe voluerint, cauſam ſuper validitate „ tranſlationis cognoſcat, & ſententiam fe- „ rat.

In hoc ancipiti, & lubrico rerum ſtatu, cùm lis in bellum apertum eruptura, Cęſarque defecturus à Pontificis obſequio, & Eccleſiæ coniunctione formidaretur, ad retundendam Cæſaris vim à Pontifice cum Henrico Gallorum Rege de armorum ſocietate agitatum eſt, Regiæque voluntatis interpres extitit Carolus Cardinalis Guiſius, à quo conuenta Henricus Rex habuit rata v. Martij, vt Patribus Bononienſibus retulit Regius Orator xj. Martij, quo tempore nil prætermiſſum eſt ad Cæſarem flectendum ad æquitatem, atque à Schiſmatis tramite deuio abducendum, eaque de cauſa Iulianus Ardinghellus Internuntius nona Martij incitatiſſimis equis à Cardinale Farneſio prouolare ad Imperatorem iuſſus eſt, qui eodem Menſe celerrimè reuerſus meliores concordiæ ſpes retulit, vt narrat Angelus Maſſarellus.

Ardinghellus ad Imperatorem mittitur.

Diar. Con. Trid. & Bonon. M. S. Arc. Vat. pag. 289.

„ XXVIII. Martij applicuit Bononiã Dominus „ Iulianus Ardinghellus, qui reuertitur ex Ger- „ mania ab Imperatore, retulitque Reuerendiſſi- „ mis Legatis, qualiter mitteret eum Sua Maie- „ ſtas Cæſarea de rebus Religionis, & quod „ venerit in hanc concluſionem, quòd pro re- „ ductione Germaniæ Sua Sanctitas mittat ali- „ quos Legatos in Germaniam cum plena facul- „ tate inueniendi modum concordiæ cum illa „ Natione, quòd Legati celeritèr eant Augu- „ ſtam, & quòd hoc interim nihil fiat in Con- „ cilio, neque Bononiæ, neque alibi, & quòd „ de reductione Concilij Tridentini pro nunc „ ampliùs ſermo non habeatur, quouſque res „ Germanicæ non ſint compoſitæ, quia tunc „ vel non erit opus Concilio pacatis Lutherа- „ nis, vel ſi erit opus, tractabitur vel de Tri- „ dento, vel de alio loco neutro, hocque etiam „ interim nihil innouetur in Iudicio tranſlatio- „ nis, & quòd Pontifex mittat aliquem ad Suam „ Maieſtatem, cum quo agetur de recompenſa- „ tione Placentiæ.]

44 Flecti nunquam potuit Cæſar ad reſtituendam Placentiam, & hęc fuit nouorum bellorum cauſa, cùm Parmam Galli tuendam ſuſcepiſſent. Quod ad Nuntios Apoſtolicos in Germaniam mittendos pro conciliandis Eccleſię aberrantibus Populis, Chriſtianaque diſciplina redintegranda à Cæſare poſtulatos attinet, Bononienſes Legati ſuaſere Pontifici, vt eos mitteret, atque etiam Romæ pro caſtigandis, perpoliendiſque aliarum Nationum moribus Præſules vario-

Vt ſupra f. 291.

„ rum Regnorum Romæ congregaret. [V. A- „ prilis MDXLVIII. (inquit Angelus Maſſa- „ rellus) Reuerendiſſimi Legati probant, quod „ proponit Imperator de reformatione facienda „ in Germania per Nuntios Apoſtolicos illuc „ mittendos, vt eo interim fiat reformatio alia- „ rum Nationum Romę coram Sua Sanctitate, „ & quòd vocentur Prælati, qui ſunt Tridenti, „ & qui ſunt hic Bononię ad dictam reformatio- „ nem faciendam, &c.]

Piè quidem petiti ab Imperatore Legati, ſiuè Nuntij à Pontifice fuere, ſed non piè ab eo poſtulatum eſt, vt ij mandatis inſtruerentur ad diſſoluendam omnem diſciplinam Eccleſiaſticam, petijt enim inter alia, permitti Sacerdotibus, vt in cœpto concubinatu prætenſo nomine coniugij iacerent; vt ſolueretur Lex de ieiunijs; vt Calicis vſus Laicis concederetur; quæ concordiæ ſpecies omni bello funeſtior futura erat. Sed hanc ipſam ab eo poſtulatorum formulam afferamus.

Facultates pro Reuerendiſſimo Legato è Germania Romam miſſæ, vt tales expedirentur.

MS. Arch. Vat. fig. n. 3229. pag. 126. & pag. 3204. Inſcriptã Acta Conc. Bonon. pag. 460.

45 Vt ſtatuatur competens aliquis modus circa Religionem in Germanica Natione obſeruandus, donec per Concilium generale aliud definiatur, ſupplicatur Suę Sanctitati, vt velit committere vices ſuas Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus, tanquam Legatis de latere cum facultatibus infraſcriptis.

In primis videlicet, quòd poſſint omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas, cuiuſcumque qualitatis fuerint, ad gremium Eccleſiæ redeuntes, tàm in genere, quàm in ſpecie, & tam in communi, quàm in particulari ab omni hæreſi abſoluere, ac Communioni fidelium, & in priſtinum rem reſtituere, remittendo, vel moderando abiurationis formam, & alia requiſita eorum arbitrio; necnon etiam propterea pœnas per eas incurſas, & pœnitentias, quas de rigore iuris ſubire deberent, & in foro temporali, & contentioſo in toto, vel parte, prout iuxta qualitatem temporum, & locorum, ac multitudinem perſonarum eis expedire videbitur.

Facultates requiſitæ ab Imperatore dandæ Nũtio pro reformatione Germaniæ.

Et ſi huiuſmodi Hęreticorum aliqui Sacerdotes, ſiuè Sæculares, ſiuè Regulares, ante lapſum in hæreſim ritè, & legitimè ordinati fuerint, poſſint ipſi Reuerendiſſimi Domini Legati, cognita in eis vera, & non ficta pœnitentia, ſuper irregularitate per eos contracta, etiam Miſſas, & alia Diuina Officia more Hæreticorum celebrando, diſpenſare. Itaque ea non obſtante in eorum Ordinibus, & in Altaris miniſterio miniſtrare, & beneficia Eccleſiaſtica, quæ ante in Catholica Eccleſia obtinebant, quæ tamen non fuerint interim per Sedem Apoſtolicam alijs collata, retinere, & alia in futurum eis conferenda recipere, & retinere valeant.

Et ſi huiuſmodi Presbyteri, ſiuè Sæculares, ſiuè Regulares fuerint, poſt lapſum in hæreſim propter contractum matrimonium cum Viduis, vel corruptis bigamiam incurrerint, poſſint ipſi Reuerendiſſimi Domini Legati cum eiſdem, quorum vxores iam ab humanis deceſſerint, vel qui ad gremium Eccleſię omninò redire volentes illas reliquerint, etiam ad exercitium Ordinum, & miniſterium Altaris, cognita eorum qualitate idonea, ad beneficia obtinendum, & retinendum, ſuper ipſa bigamia diſpenſare, & hoc propter penuriam Presbyterorum, & quouſque in generali Concilio diſponatur, quid deſuper ſit faciendum.

Item ſi etiam ex prædictis, qui in Sacris conſtituti matrimonia contraxerunt, ſiuè Sæculares, ſiuè Regulares fuerint nonnulli, ad dimittendas vxores eò quòd continenter viuere non poſſint, (hoc dogma Lutheranum falſum eſt, quia per Chriſti gratiam concupiſcentia vinci poteſt, vt

Poſtulatum abſurdum contra Eccleſiæ leges.

docent Sancti Patres, & Sacræ literę) minimè induci valebunt, habeant facultatem ipſi Reuerendiſſimi Legati, conſiderata aliquorum ſingulari qualitate, & cognita eorum vera conuerſione, ac temporis exigentia, cum illis ſpecialiter diſpenſare, vt cum vxoribus, quas duxerint, permanere, & ſtipendia Eccleſiaſtica percipere poſſint, & hoc vſque ad Concilij generalis diffinitionem.

Item, habeant facultatem diſpenſandi cum ipſis in hæreſim lapſis, qui in Sacris conſtituti non erunt, vt ſe poſt receptum abſolutionis beneficium, & peractam pœnitentiam, ad id, ſi ab eorum Ordinarijs digni, atque idonei reperti fuerint, poſſint, ſi voluerint, ad omnes etiam Sacros Presbyteratus Ordines promoueri, & beneficia Eccleſiaſtica eis canonicè conferenda obtinere.

Item, habeant facultatem abſoluendi ab Apoſtaſia quoſcumque Religioſos, qui extra regularia loca vagantes, & his, qui ad redeundum ad eorum Ordines induci non poterunt, licentiam manendi extra regularia loca, etiam in habitu Presbyterorum Sæcularium, deſeruiendo tamen aliquibus beneficijs curatis, concedendi, & hoc attenta etiam penuria Presbyterorum, vt ſuprà dictum eſt.

Item, habeant facultatem diſpenſandi, & ordinandi circa Communionem ſub vtraque ſpecie cum his, quos omninò altera contentari nolle cognouerint, prout ipſis Reuerendiſſimis Dominis Legatis videbitur paci, & tranquillitati Eccleſiarum expedire, & hoc vſque ad Concilij, vt ſuprà dictum eſt, diffinitionem.

Item, poſſint ipſi Reuerendiſſimi Domini Legati circa delectum ciborum, & ieiunia, ac ferias diſpenſare, vel moderari in communi, vel particulari, prout eis expediens conſcientię, quieti, & animarum ſaluti videbitur, & hoc vt ſuprà dictum eſt, vſque ad Concilij generalis determinationem.

Item, pro reformando mores Cleri, nè ſcandaloſi ſint populo, detur facultas ipſis Reuerendiſſimis Dominis Legatis omnia ſtatuere, & ordinare, quæ temporum qualitati, & conſeruationi Religionis ſecundùm Deum viderint expedire.

Item, habeant facultatem beneficia quæcumque arbitrio ſuo diuidendi, diſmembrandi, vniendi, & applicandi, & hæc ad effectum, vt prouideatur alijs beneficijs exilibus, ſeù Hoſpitalibus, vel Scholis ſtudentium, aut alijs pijs locis, ſiuè pro Prædicatoribus, vel alijs Eccleſiæ Miniſtris, cùm, vel ſi magis expedire videbitur, Poſſeſſoribus ipſorum beneficiorum modum diſtributionis fructuum eorumdem, arbitrio ipſorum Reuerendiſſimorum iniungere, & quòd de ipſa diſtributione teneantur rationem reddere, vel Ordinarijs, vel futuro Concilio, aut aliàs, prout per ipſos Reuerendiſſimos Dominos Legatos ordinabitur.

Item, quia circa reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum plurimæ difficultates occurrere poſſunt, ob temporum prędictorum calamitatem, idcircò detur facultas ipſis Reuerendiſſimis Dominis Legatis ipſam reſtitutionem in toto, vel in parte differendi, vel moderandi, aut cum perſonis, per quos fieri debet reſtitutio, concordandi: & hoc arbitrio ipſorum Reuerendiſſimorum, & prout eis expedire videbitur, Cæſarea Maieſtate id poſtulante, tàm ſuo, quàm Ordinum Imperij nomine.

Item, poſſint ipſi Reuerendiſſimi, quoad premiſſa omnia, & ſingula, alios quoque, quos voluerint, ſubdelegare cùm ſimili, & limitata poteſtate.

Item, quòd omnia tractent interueniente Cęſarea Maieſtate, & de eius conſenſu tanquam periti rerum Germanicarum, & cuius zelus in reſtituenda vnione Eccleſię Sanctiſſimo Domino Noſtro, & toto Orbi cognitus eſt.

Item, quòd in literis fiat ampliſſima derogatio regularum Cancellarię Apoſtolicę, etiam de non tollendo iure quæſito, ac conſtitutionum, & ordinationum Apoſtolicarum, etiam in generalibus Concilijs editarum, nec non ſtatutorum, & conſuetudinum, tàm Prouincialium, quàm Synodalium, ac priuilegiorum, quorum tenores in ampliſſima forma &c.]

46 Conſulti de his à Cardinale Farneſio, Pontificio nomine Concilij Bononienſis Præſides reſpondere, adeò Cæſareis votis indulgendo, vt quidquid ſine peccato tolerandum videri potuit Theologis, tolerandum aſſenſerint, voluit de retinendis vxoribus quę prius erant concubinæ à Sæcularibus Sacerdotibus, non autem à Religioſis: idem petiere Ferdinandus, & Principes Electores à Pio IV. Sed repulſam paſſos viſuri ſumus.

Iudicium Legatorum Concilij circa facultates dandas Legatis in Germaniam mittendis. MDXLVIII. tranſmiſſum Sanctiſſimo Domino Noſtro.

I. Quoad primum videntur excipiendi Hęreſiarchæ, quibus non videtur concedenda remiſſio ſine publica abiuratione, vel ſaltem niſi in eis appareant euidentiſſima ſigna veræ, & non fictæ pœnitentiæ: de qua tamen etiam publicè aliquo modo conſtare deberet: & nihilominùs, nè difficultates à nobis nasci viderentur, poſſet tota hæc pars de Hæreſiarchis committi priuatim fidei Legatorum nulla facta mentione de ea in Bulla.

II. Placet attentis illis verbis: *Cognita in eis vera, & non ficta pœnitentia.*

III. Poſſet concedi, attenta ratione adducta per Reuerendiſſimum Dominum Legatum, iniuncta tam.. eis priùs pœnitentia ſalutari.

IV. Videntur omninò excipiendi Regulares, quia fortè cum eis non poteſt diſpenſari cum diſpenſatione communi. c. *Cùm ad Monaſterium*, de Stat. Regular. & etiam ſecundùm doctrinam B. Thomæ.

V. Videtur quòd poſſit concedi.

VI. Si concedatur videtur addenda clauſula: *Dummodo deferant habitum ſuæ profeſſionis ſubtus Presbyteralem.*

VII. Magnam videtur habere difficultatem propter falſum dogma incluſum, propter exemplum, & propter multa pericula, pręſertim quando eſſent communicandi magno numero, & tempore, & etiam ſi ſanguis eſſet conſeruandus, & deferendus ad infirmos. Et quia fortaſſe dubitari poteſt, quòd illorum petitio quoad hoc procedat potiùs ex contentione, quàm ex deuotione, tamen ſi concedendum eſſet, videretur addenda clauſula, quoad illos tantùm, qui deuotionis cauſa peterent, fatendo Chriſtum eſſe totum in qualibet ſpecie, & remoto periculo effuſionis, &c.

VIII. Verbum in communi videtur excedere modum diſpenſationis, & quòd ſaperet potiùs introductionem nouæ Legis, à qua deinceps cum difficultate retraherentur.

IX. Placet,

X. Non

X Non displiceret, nisi dubitaremus de exemplo, quòd extendi posset vltrà Germaniam successu temporis, tamen non videtur denegandum propter necessitatem, attento præsenti statu illius Prouinciæ.

XI. Videtur concedendum, attenta necessitate propter pacem reducendam dumtaxat, quoad moderandas restitutiones bonorum Ecclesiasticorum moneantur Legati, vt hac facultate parciùs vtantur, cùm sit res pessimi exempli, & arguat impœnitentiam eorum, qui integram restitutionem facere nollent.

XII. Non placet aliquo modo, quia eligitur industria personæ, quæ non præsumitur in omnibus.

XIII. Verbum de consensu nullo modo placet, & videtur mutandum, vt dicatur de consilio.

47 Quoad capitula inclusa in literis Reuerendissimi Domini Legati datis V. Aprilis, de quibus quidem capitulis dicit responsum fuisse, ea non videri à Doctrina Catholica aliena: à primo de conditione hominis recti, vsque ad vltimum de Cęremonijs nihil dicimus, quia oportet, quòd totus tenor inspiciatur, & consideretur vnumquodque, quantumuis minimum verbum, quod non repugnet determinatis in Concilio Tridentino, & alijs Sacrosanctis Concilijs, & Traditionibus, & consuetudinibus Ecclesiæ, & communi doctrinæ Sanctorum.]

Sig. 3200. pag. 232. pag. 234. De facultatibus Legatorũ pro conciliandis Protestãtibus.

48 Consulti etiam à Pontifice Præsules, qui à Concilio Bononiensi Romam deputati fuerant, ita respondere.

„ Specialiter quartum caput, dùm in eo de „ retinendis vxoribus agitur, quoad Regulares, „ qui solemni voto castitatis se obligarunt, mo„ derandum esse existimamus, vt nisi cum ali„ quibus, & his paucissimis ex aliqua vrgentis„ sima causa, vel euidenti necessitate dispense„ tur nimirum non initiatis Sacerdotio. Quo „ verò ad sæculares in Sacris constitutos nulla„ tenus nobis cum eisdem dispensandum vide„ tur, vt cum vxoribus titulos beneficiorum, qui„ bus cura imminet animarum, neque executio„ nem Ordinum quoad ministerium Altaris re„ tinere possint. Prolaptos in eamdem impieta„ tem vidimus Lutheranos, vt illusi à Sathana„ Sacerdotes Episcopale munus in conferendis „ Ordinibus sibi arrogarent, atque etiam Laici „ munus Sacerdotale inuaderent, ac tot ac tam„ nefarias hæreses pertinacibus hauserant animis, „ vt licèt postulata Cæsarea quę grauissima tra„ hebant animarum pericula, Lutheranis permit„ terentur à Romana Ecclesia: non tamen ab hę„ resi ad fidem orthodoxam traducendi forent, „ sed magis in suscepto flagitio obfirmandi, vt „ suis locis inferiùs illustrabitur.

„ De septimo capite assensere, posse Calicem„ concedi, si pietatis studio petatur, & profi„ teantur Christum tàm integrè sub vna, quàm „ sub vtraque specie contineri.

„ Quoad octauum circa delectum ciborum„ saltem sextam feriam omninò excipiendam„ esse censemus.

„ Quoad nonum caput, facultatem illam ge„ neralem restringendam esse pro reformatione „ morum Cleri Nationis Germaniæ duraturam, „ vsque ad determinationem generalis Concili„ lij.

„ Circa decimum tertium, existimamus alie„ num esse à decretis, & institutis sanctorum„ Patrum, vt spiritualia cum consensu sæcula„ rium potestatum definiantur; licèt quando„ que eorum consilium requisitum fuisse memo„ retur.

Consulti etiam, an expediret supersedere in iudicio translationis, subiecere: [Sanctitatem„ Vestram humiliter rogamus, vt quam primùm „ ad expeditionem negotij deuenire dignetur, „ prout in literis suis Synodo destinatis, & no„ bis coram Sanctitate Vestra comparentibus „ benignè pollicita est.] At obstitit Carolus V. qui instabat, vt intermisso, ac interciso translationis iudicio, Concilium ob eas causas, ob quas indictum fuerat, Tridentum reduceretur. Addidere demùm ijdem Præsules. [Quo verò ad mis„ sionem Legatorum in Germaniam, non vide„ tur posse denegari aliquo modo propter mul„ tas rationes.] Hæc illi, quæ mox Legatis Bononiensis Concilij significarunt, vt narrat Angelus Massarellus, qui eorum sententiam in tria distinctam capita breuiter perstringit.

Diar. Con. Trid. & Bonon. p. 2, 3.

„ [XIX. Aprilis Domini Deputati Concilij „ significant Legatis, quòd responderent dubijs „ propositis ex parte Suæ Sanctitatis, an Legati „ essent mittendi in Germaniam? Quòd sic. 2. „ Quoad facultates eis dandas limitarint missas „ à Cæsare. 3. An supersedendum sit in iudicio „ translationis, vel ferenda sententia? Quòd te„ ratur sententia.]

49 Indulgebantur hæc Lutheranis concepta pia spe eos à schismate, & hæresi reuocandos, putaruntque Politici omninò Lutheranos hac arte ad Ecclesiæ obsequium reuocatum iri, Cęsarique futuros addictissimos, adeò vt Galli politici, qui Cęsarem ciuilibus Hęreticorum bellis implicitum teneri peroptabant, ne ipsis Cęsar bella moueret, adduxerint Cardinales Gallos suis artibus, vt Pontificem à mittendis Legatis in Germaniam, obiecto Cæsareæ potentiæ inde augendæ terrore reuocare niterentur, quod Legatis Bononiensis Concilij significatum a Cardinale Farnesio refert Massarellus.

„ [XIX. Aprilis Reuerendissimi Domini Le„ gati receperunt literas à Reuerendissimo Do„ mino Cardinale Farnesio XV. huius datas, „ quibus significat Cardinales Gallos interpo„ nere difficultates ante Suam Sanctitatem, ne „ mittat Legatos in Germaniam, prout petit „ Imperator, cùm vereantur ex hoc Cæsarem„ fieri absolutè dominum illius Nationis, & de„ indè facilè conuersurum se ad bellum contra„ Regem eorum, propterea Beatitudo Sua ali„ quid certi non statuit, & quòd etiam Reueren„ dissimi Domini Deputati in hoc sint discor„ des] quibus addit.

Eo progressa est Gallorum politicorum hæresim, ac discordiam in Imperio alere meditantium astutia, vt Internuntius in Aula Gallica significarit, Regem Galliæ reuocaturum è Concilio Bononiensi suum Oratorem, si Legati in Germaniam decernantur, si verò non mittantur, omnes vires pro tuendo Pontifice aduersùs Cæsarem vim conuersurum, quod relatum Bononiensibus Patribus, narrat Angelus Massarellus.

Vt supra p. 295.

„ [XVI. Maij Nuntius Apostolicus apud Gal„ los significat, Regem Christianissimum ęgrè „ ferre, quòd Legati, vel Nuntij Apostolici mit„ tantur in Germaniam, cùm hoc tendat ad ty„ rannidem Imperatoris augendam, non autem „ ad bonum publicum, quare protestatur, si „ mittantur, se velle reuocare suum Oratorem,

,, & Prælatos Gallos à Concilio Bononiensi, ,, aliàs pollicetur omnem fauorem, & vires pro ,, defensione Sedis Apostolicæ, prout sui Ante- ,, cessores semper fecerunt.]

Exosæ fuerunt Deo ex Gallorum artes, dùm enim in Germania fouere Hæreticos moliuntur Cæsareæ potentiæ deprimendæ studio, Hæresis clàm irrepsit in Gallias, quas immensis cladibus posteà funestauit.

50 At Pontifex, quamquam pro conciliandis Ecclesię Lutheranis ad mittendos Legatos esset paratissimus, tamen Cæsaris postulata de conferenda Legatis auctoritate, permittendarum Sacerdotibus & Monachis vxorum, indulgendi Laicis Calicis vsum, & soluendæ legis de Ieiunijs iniquiora videbantur, quæ potiùs Catholicos pellectura essent in Lutheranismum, quàm Lutheranos ad Ecclesiæ castra traductura, grauissimaque alia mala inuectura, quare ad temperanda Cæsarea postulata Chissemensem Episcopum ad Cæsarem misit: sed Pontificius Internuntius flectere Cæsarem non potuit, vt Pontificia potiùs, quàm suorum politicorum, qui Imperialem auctoritatem auctam depressamque Pontificiam optabant, consilia admitteret: itaque Cæsar ab impijs impiè subornatus, tertiam Religionis formam aduersam Catholicæ, nec cum Lutherana consentientem conflauit, nec aduertit Disciplinam Ecclesiæ circà continentiam Sacerdotum non ex placito humano, vt fingebant Lutherani, sed à Spiritu Sancto, & traditione Apostolica esse constitutam. Quamuis itaque exambiuerit Cæsar, vt sanctio sua nefaria approbaretur à Pontifice, obtinere non potuit, vt constat ex Angelo Massarello.

Cæsarea postulata fauebant hæresi cõfirmandæ,

Cæsar subornatus ab impijs.

,, 51 [XXVI. Aprilis Cardinalis Moronus re- ,, tulit nouitates ex Augusta XVI. & XVII. huius ,, datas, quòd concordauerint in modo viuendi ,, in Religione vsque ad determinationem Con- ,, cilij, mittitur à Cardinale Sfondrato Legato ,, apud Cæsarem, exemplum modi, quem tra- ,, ctarunt Germani in dieta, secundùm quem ,, viuere debeant vsque ad decisionem Concilij, ,, & examinauerunt scripturas, quas vocant *In-* ,, *terim*.

,, II. Maij Reuerendissimi DD. Legati scripse- ,, runt ad Cardinalem Farnesium, quòd vide- ,, runt, & examinauerunt scripturam, quam *In-* ,, *terim* vocant, quam in duas partes diuiserunt. ,, In prima continentur materiæ publicatæ Tri- ,, denti in Concilio de peccato originali, & iu- ,, stificatione, & quoad hanc partem nihil à ,, Sanctissimo Domino Nostro innouandum ,, censent, sed decreta Tridentina illibata per- ,, maneant. In secunda continentur materiæ ,, nondum publicatæ, & in hac multa aduer- ,, tunt, quæ in scriptis ei demandabunt.] Nonnullis interiectis addit Auctor, Legatos libello Cæsareo notulas apposuisse, quibus ea quę à veritate Catholica dissidebant, expungenda ostenderunt.

Decretum nefarium *Interim* dictũ fere meditatur.

52 Nec minùs Cæsar dùm Religionis dissidium in Germania componere affectat, tractandis rebus Ecclesiasticis malè se immiscuit in Augustanis Comitijs, ac primùm colloquia inter Catholicos, & Lutheranos inania atque exitialia instituit, quamuis edoctus toties fuisset, vt ab ijs abstineret.

Controuersiarum earum capita fuere eadem, quæ aliàs fuerant agitata.

Primum, quod à Lutheranis mordicus tenebatur, fuit de fide, qua sola conferri iustificationem effutiebant, quam tamen in alio colloquio Augustano iam à pluribus annis non solam iustificare consenserant, eam verò propositionem falsam esse, ostensum est, vti etiam fallacem salutis certitudinem ex eo conceptam, quod quis salutem se consequuturum sibi præfidat.

Secundum controuersiæ caput vertebatur de legitima Sacramentorum administratione, quam ritè non tractari in Lutherana Ecclesia perspicuè demonstratum est.

Tertio capite disciplina Euangelica in vero vsu clauium constituebatur: ostensum verò est vsum clauium à Lutheranis pessimè exerceri, cùm plurimi eorum Pastores sacerdotio non sint initiati.

Quarto loco proposita est legitima institutio Ministrorum Ecclesiæ, quam apud Lutheranos nullo iure niti responsum est.

Quinto loco postulabatur à Lutheranis libertas Sacri Euangelij: at sub aureo verborum eorum velamine plures latebant pestes, cœlibatum enim Clericorum, & Monachorum vota abolita cupiebant, quæ non pugnare cum libertate Euangelica ostensum est.

Sexto capite flagitabant Lutherani Christianam libertatem, at non qualem Christus, & Apostoli commendarunt, sed qualem Libertini anteà affectabant, sed hac libertate improba in Sathanę seruitutem ipsos redigi illustratum est, ad quos articulos extat hoc Catholicum responsum.

Ad sex Articulos, quos pro omninò necessarijs habent Lutherani, responsio.

I.

Tom. 16. de Conc. n. 5. Vat. fig. num. 3203. pag. 147. Refelluntur Articuli Lutherani.

53 Doctrina de iustificatione facilè concordabitur, si non contendatur solam fidem iustificare, & si omittatur affectata verborum nouitas, & retineatur potiùs vetus dicendi modus, quo vsi sunt Patres nostri antiqui, S. Iacobus, S. Cyprianus, S. Augustinus, de fide, & operibus; Si fides vera nunquam est sine bonis operibus, vt ipsi dicunt, quid opus est addere hanc vocem *Sola*, vt excludat à fide opera? Hoc enim intendunt potissimè, quando dicunt [sola fides iustificat] vt à iustificatione opera excludant: quoniam verò propositio illa [sola fides iustificat] reprobatur à S. Iacobo, & à S. Augustino expressis verbis, & multam in populo benè agendi negligentiam generat, atque etiam certis rationibus dialecticæ falsa esse conuincitur, quia si sola fides iustificaret, sequeretur, quòd nec Deus, nec gratia, nec charitas, nec Sacramentum Baptismi, nec Pœnitentię iustificaret, quia nihil horum est fides, sequitur autem, si sola fides iustificat, sicut sequitur solus Deus creat aliquid ex nihilo, ergo nihil, quod non est Deus, ex nihilo aliquid creat.

Rectiùs igitur omittatur hæc de sola fide contentio, & dicendi nouitas, vt maneamus vnanimiter in antiqua SS. Iacobi, & Augustini, totiusque Ecclesiæ sententia, nempè, vt non baptizatus peccator per fidem, & Baptismum iustificetur; baptizatus verò peccator, iustificetur per Fidem, & Pœnitentiæ Sacramentum. Hoc breuiter dictum est, & neminem scandalizat, nec est contra vllam Scripturam, nec misericordiæ Dei, aut merito Christi derogat, sine quibus vtique, nec Fides, nec Sacramenta per sese tantæ forent, aut esse possent efficaciæ, vt peccatorem iustificarent sine gratia Dei, & merito Christi.

Quòd autem aiunt nos hac fiducia misericordię cer-

Demonſtratur iuſtificationem ſola fide non conferri.

certos, & ſecuros de ſalute reddi. Simile eſt illi Lutheri doctrinæ, quòd homo baptizatus ſalutem perdere non poſſit, niſi nolit credere, quia per fidem Baptiſmi dùm credit, aut recordatur, ſe baptizatum eſſe, ſtatim omnia peccata abſorbentur. Et adhuc audaciùs ait Philippus Melanchon in Methodo, & in Commentario ad Rom. Eos qui dubitant, an conſequuti ſint remiſſionem peccatorum, & Deo placeant, atque in gratia eius ſint, non eſſe Chriſtianos, ſed Ethnicos, nec certè inuocare Deum. At huiuſmodi temeraria de vita æterna præſumptio, certitudoque, & ſecuritas toti repugnat Scripturæ & veteris, & noui Teſtamenti, quia in Propheris ſæpè adijcitur dubitationis vocabulum [quis ſcit, fortè, forſitan] vt Dan 4. Ion. 3. Iohel. 2. & Iudith. 7. & Eccleſ. 9. apertiſſimè dicitur: *Neſcit homo, an amore, an odio dignus ſit.* In Nouo quoque Teſtamento ait ipſe Dominus, Matth. 7. *Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine*: Item, *Angusta eſt via*, &c. & Paulus Rom. 9. *Non eſt volentis, neque currentis*. Et 11. *Tu autem fide ſtas; noli altum ſapere, ſed time*, &c. 1. Cor. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum*. Præterea dum aiunt conſcientiam ſibi peccati conſciam eſſe, quia legi nunquam ſatisfaciamus. Hoc alludit ad illos reprobos Lutheri articulos, quòd iuſtus in omni opere bono peccat, quòd nobis impoſſibile ſit legem implere, &c. At cùm dictum eſt, quod Paulus ait: *Nihil mihi conſcius ſum*. Ergo conſcientia non eſt ſibi ſemper peccati conſcia; & Luc. 1. quòd parentes Ioannis Baptiſtæ ambulauerunt in lege Domini ſine querela; Marc. 9. quòd credenti omnia ſint poſſibilia; & Phil. 4. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*; & SS. Doctores Hieronymus, & Auguſtinus dicunt, grauem eſſe blaſphemiam dicere, quòd Deus nobis impoſſibilia præceperit, quia tyrannicum eſt ſubditis impoſſibilia præcipere. Tria igitur ſunt in primo articulo quæ debent corrigi. Primò, ne dicatur: [*Sola fides iuſtificat.*] Secundò, ne dicant: [*Nos fiducia miſericordiæ certos reddi de ſalute.*] Tertiò, ne dicant: [*Nos legi nunquam ſatisfacere, ſed omni opere bono peccare.*] Talia enim dicta non ædificant, ſed ſcandilizant populum Dei.

II.

Corruptelæ Lutheranæ in Sacramentorum vſu.

Sacramentorum legitima adminiſtratio. Hic vident in oculo noſtro feſtucam, & non vident trabem in oculo ſuo, ipſi enim maximè illegitimè adminiſtrant Sacramenta, vtpote foris extra Eccleſiam in ſchiſmate, & rebellione. Hic eſt omnium peſſimus abuſus: in Miſſa præterea vtrumque Canonem reprobant, & omittunt Communionem vnius ſpeciei, & vocant dimidiatam diſpenſationem, cùm tamen extra Miſſam ſemper in Eccleſia fuerit Communio infirmorum. Euchariſtiam pro infirmis non obſeruant, ſed circa infirmi lectulum dicunt repente ſine Miſſa verba Conſecrationis ſupra panem, & vinum, & mittunt ea in os infirmi, plerumque reſiduum Calicis, quod infirmus non bibit, fundunt in terram, nec retinent numerum ſeptem Sacramentorum, Altaria demoliuntur, Miſſas priuatas abrogant, in Baptiſmo, Chriſma & Oleum, & alia multa omittunt, & deſpiciunt, quę ſemper tamen in Eccleſia fuerunt: quomodo igitur ſuper ijs poterimus cum eis concordare. Melius profecto eſt, ſi ab his malis cedere, & ceſſare nolunt, vt nos permaneamus conformes cum reliquis Nationibus, quàm vt accedamus eis, & ſimul cum eis fiamus ſchiſmatici, & eorum ſchiſma augeamus.

III.

Diſciplina Euangelica, verus vſus clauium. Hunc articulum facilè admittimus per omnia, ſi rectè intelligatur, ſed admonendi ſunt, quòd maximus eſt apud ipſos clauium abuſus, nam eas committunt multis, qui veri Presbyteri non ſunt, vt potè à nullo Epiſcopo ritè ordinati, & per nouum eorum Euangelium omnis Euangelica diſciplina euanuit, quia in eo non obeditur Præpoſitis Eccleſiarum ordinarijs, & omnis deuotio, timor Dei, viſitatio Eccleſiarum, oratio, ieiunium &c. in populo languet, & minuitur.

IV.

Inſtitutio legitima Miniſtrorum Eccleſiæ, & hic quoq; in verbis nulla eſt inter nos diſcordia, ſenſu autem maxima, quia legitimam inſtitutionem vocant ipſi, vbi noui eorum viſitatores, & ſuperintendentes eligunt, & noua benedicendi formula Presbyteros, & Diaconos inſtituunt, vbi nullus eſt vetus Epiſcopus, talis autem inſtitutio, vt eſt maximè friuola, ita in Eccleſia tot retrò ſæculis approbata, aut vſitata non fuit.

V.

Libertas ſacri Euangelij. Hic difficillimè concordabimus. Difficillimum eſt enim nobis à tam antiqua & lege, & conſuetudine totius Eccleſiæ diſcedere, eiſque conſentire. Concubinatus tamen non minùs nobis, quàm ipſis diſplicet. Libenter itaque ſimul cum ipſis conſulere in medium volumus, quomodo tolli queat ſcandalum iſtud: vota autem Monaſtica, quæ tot veriuſque Teſtamenti Scripturis ſunt fundata, & tot ſæculis per omnem Eccleſiam comprobata, & in perpetuo vſu ſeruata calcare iam, & pro nihilo habere non poſſumus. Vt igitur dicere non poſſint, nos noſtra defenſione velle pacem, & vnitatem Germanicæ Nationis impedire; dicamus eis, & hic ſicut ſuper art. ſecundo, vt ipſi primò ſuper hac re quærant conſenſum aliarum Nationum, & Romani Pontificis, ſine quorum conſenſu nos in nouitatem iſtam conſentire non poſſumus, quia faceremus nos alienos ab illorum communione, & verè ſchiſmaticos.

Votum caſtitatis per gratiam ſeruari poteſt.

Nam quòd dicunt, neminem piè & caſtè viuere poſſe, quòd laqueo ſit, negamus nos votum continentiæ laqueũ eſſe ſecundùm ſe: licèt per accidens laqueo fieri queat ijs, qui carnaliter viuunt, & concupiſcentiæ laxant habenas, ſecundùm ſe verò eſt pulchrum, & ſalubre ſanctitatis vehiculum, veræque pietatis, & vitæ Chriſtianæ adminiculum ſic, vt expreſſè docet Paulus 1. Cor. 7. *Virgo & innupta cogitat, quæ Dei ſunt, vt ſit munda corpore, & ſpiritu*. Nec eſt impoſſibile votum illud ſeruare, quod tot millia Monachorum, & Monialium per tot ſæcula ſeruarunt, omnia enim potuernnt in eo qui eos confortabat Philipp. 4. Et paulò poſt: *Credenti enim omnia ſunt poſſibilia*: Marc. 9. *Et continentiam petentibus dat Deus*; Sap. 8. Falſum eſt autem quod aiunt libertatem coniugij Scripturam concedere contra votum, eamque tempore Nicæni Concilij in Eccleſia fuiſſe, nunquam enim probare poterunt tempore illius Concilij licuiſſe vlli Sacerdoti, Monachoque aut Moniali coniugium inire, quandoquidem, & Apoſtolorum Canones non omnibus Clericis permiſerunt nubere, ſed ijs tantùm, qui in minoribus erant conſtituti Ordinibus. Cæterùm Pauli verbum; *Melius eſt nubere, quàm vri*, aliũ habet ſenſum, quàm ipſi putant, Non enim ſtatim vritur, quem ſtimulus carnis vexat, ſed qui

Demonſtratur.

ten-

Digitized by Google

tentatione vincitur, & concupiſcentiæ conſentit iuxta illud Iacobi 1. *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus*: dein concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum. At Paulo, cùm vexaretur illo carnis ſtimulo, dictum eſt: *Sufficit tibi gratia mea*. 1. Cor. 12. Hoc, & vnicuique Eccleſiaſtico dici poſſet, ſi forti animo contra tentationes carnis reſiſteret.

V I.

Chriſtiana libertas male intellecta à Lutheranis.

Chriſtiana libertas. Hanc duplicem petunt in ritibus, & in cibis, vt tollant per hoc omnem Eccleſiæ ſtatuendi, ac prohibendi auctoritatem. At hoc eſt contra omnem ſcripturam. Chriſtus iubet audire Eccleſiam Matth. 18. Prælatos Luc. 10. Presbyteros, & Præpoſitos 1. Theſſ. 1. Hebr. 13. Apoſtoli præceperunt abſtinere à ſanguine, & ſuffocato. Act. 15. Paulus iuſſit tacere mulieres in Eccleſia, & velatas eſſe, & alij multi ſtatuerunt multa, quæ ad pietatem, & ad Dei cultum deſeruire viſa ſunt. Non eſt igitur hæc Romano Pontifici, & Concilijs tollenda auctoritas præcipiendi ea, quæ ad populi ædificationem faciunt. Chriſtiana enim libertas liberat à peccato, & à ſeruitute Diaboli. Io. 8. & Rom. 6. non autem à iugo præcepti, quod ſuaue vocat ipſe Dominus Matth. 11. ait enim Io. 13. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem*; & Lutherus olim in ſerm. de Indulgentijs dixit, quanto plùs eſt præcepti, tanto maior eſt ſecuritas, & plùs meriti: & ſuper Decalogum ſcribens docebat, non eſſe bonum ſine præceptis eſſe, allegans illud Iudic. vltimo: *In diebus illis non erat Rex in Iſraël: ſed vnuſquiſque, quod ſibi rectum videbatur, faciebat*. Hoc autem dicebat Lutherus non eſſe bonum.

Diar. Con. Trid. in Bonon. m. 1. Arch. Vat. pag. 294.

Carolus V. *Interim* condidit.

54 XII. Maij Reuerendiſs. Legati ſcripſerũt ad Cardinalem Farneſium eorum iudicium circa ſcripturam, quæ dicitur *Interim*, quòd videlicet, quoad materias iam determinatas Tridenti nullo modo admitti, vel approbari debeat: at quoad alias miſerunt notulas multas, in quibus ille libellus à Catholica veritate diſcordat, quare ſi non reformetur, nullo modo comprobandus eſt, & quoad ſententiam ferendam ſuper validitate tranſlationis, ſi certa concordiæ ſpes appareat ex dilatione, differentiam eſſe, aliàs citò ferendam.

Hoſius Ep. Varm. in confeſſ. Cath. Fid. cap. 25.

55 Quàm male ferendis huiuſmodi decretis ſe implicuerit Carolus V. conſtat ex ſanctis Patribus, qui Imperatores Epiſcopale munus inuadentes corripuerunt, vt Hoſius Warmienſis Epiſcopus pluribus commemorat. Verùm excuſat eum Surius, quòd priùs libellum cum Pontifice communicarit affirmans. At falſo rumore deceptus, opinatus eſt Surius, Carolum V. egiſſe, quod pium Imperatorem decuerat: ſed longè ab eo abfuit, non enim conſuluit Pontificem de proponendis dogmatibus fidei, præſcribendaque diſciplina, ſed Legatus Apoſtolicus Cardinalis Sfondratus monuit Pontificem, in quos Cæſar errores ſe induceret, à quibus cùm Pontifex illum pro Paſtorali munere opera Proſperi Sanctacrucij Chiſtemenſis Epiſcopi, quem ad eum miſit, amantiſſimè reuocare pertentaret, Cæſar Internuntium Apoſtolicum audire recuſauit, donec in Comitijs Auguſtanis nefarium ſuum decretum dictum *Interim*, quo Pſeudo-Pontificatum Germaniæ inuadere viſus eſt, XV. Maij tuliſſet, frigidaque excuſatione flagrantiſſimum delictum temperauit, vt conſtat ex ijs, quę nitidè recenſet Angelus Maſſarellus.

Reuocare eum non potuit à ſcelere meditato Pontifex.

Angelus Maſſarel. in Diar. Conc. Bonon. m. 1. Arch. Vat. pag. 295.

XXI. Maij Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis de Monte recepit literas ex Auguſta XVI. huius datas à Reuerendo Domino Epiſcopo Chiſſemenſi Nuntio Apoſtolico, qui ſcribit ſe applicuiſſe Auguſtam XI. huius, & non potuiſſe habere audientiam ab Imperatore ante diem XV. in qua die Sua Maieſtas hora XX. publicauit ſcripturam, quam *Interim* vocant, vt ſecundùm eam Status Germaniæ viuere debeant in Religione vſque ad determinationem Concilij, & hora XXI. audiuit dictum Dominum Chiſſemenſem, qui frigidè nimis expoſuit ſuam commiſſionem, cùm tota eius vis conſiſtat circa ipſum *Interim*, quod cum publicatum fuiſſet, nihil reſtabat, quod cùm Sua Maieſtate nomine Sanctiſſimi Domini Noſtri ageret, Imperator excuſauit ſe de huiuſmodi publicatione, aſſerens ſe non poſſe amplius retinere Dietam Auguſtæ, & ſciebat quòd ipſe Chiſſemenſis non habebat in mandatis à Sua Sanctitate aliquid momenti. Circa Ciuitatem Placentinam reſpondit Imperator velle priùs agere de rebus publicis, & deindè de priuatis, nam res priuata eſt agi de Placentia, cùm ea pertineat ad domum Farneſianam, & quòd ipſe Imperator dixerat, ſe non egiſſe aliquid quod non eſſet boni, & Catholici Principis.

Exeuſat flagitium.

Vt ſuprà pag 297.

56 Verùm cùm nondum peruenerat ſecundi huius decreti fama ad Pontificem, cùm pacis cupidiſſimus modos omnes exquirebat, quibus primum decretum de dogmatibus tolerari poſſet, quod teſtatur Angelus Maſſarellus: [Pontifex mittit Epiſcopum Fanenſem in Germaniam ad Imperatorem, vt vnà cum Cardinali Sfondrato Legato agat pro rebus Religionis in illa Prouincia, & inueniat modũ tolerandi ſcripturam, quę *Interim* vocatur, & quòd ſuperſedetur ſententia tranſlationis.] Multis interiectis, mixtos cum veris fuiſſe nonnullos errores in ſcripto Cæſareo Auctor indicat, dum ait:

XV. Iunij formauimus reſponſum ad Cardinalem Farneſium ſuper ſcriptura *Interim* cum Epiſcopo Minoricenſi,

57 At Cæſar in Comitijs Auguſtanis decretum, quo diſciplinam ſacram diſciplinæ inſtaurandæ ſpecie profligauit, Pontificiamque Aulam, ac pios omnes maximè conturbauit, vt teſtis eſt Angelus Maſſarellus.

Diar. ms. Arch. Vat. pag. 298. auctore Angelo Maſſarello Secret.

XXV. Iunij Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Moronus recepit literas à Reuerendiſſimo Cardinali Sfondrato ex Auguſta XIX. huius datas, quibus ſignificat Imperatorem propoſuiſſe in Dieta reformationem Cleri Germanici, & eis modum viuendi, quoad mores XIV. huius præſcripſiſſe, ita vt iam vnuſquiſque videat Imperatorem hunc Carolum vſurpaſſe ſibi omnem iuriſdictionem Eccleſiaſticã, nam die XV. Maij præteriti præſcripſit modũ credendi quoad dogmata fidei, nunc autem XIV. huius Menſis formam viuendi quoad mores Germaniæ dedit.

Contraria Concilijs decreta.

In eo ſecundo decreto Cæſar, qui noui Concilij cupidiſſimum ſe iactabat, ſuperiora Concilia, quæ continentiam Sacerdotibus imperarunt, & laicis Calicis vſum vetuere, audaci contemptu protriuit, prætexens, id ſibi licere vſq; ad nouum Concilium, quaſi homini laico, ita veterum Conciliorum, quæ à Spiritu Sancto regebantur, flocci auctoritatem feciſſe licuerit, eoque prætextu omnia Concilia noui Concilij ſpe, & expectatione,

ne abrogare cuiuis Principi liceat: vt verò in futuro Tridentino hæc reiecta sint, suo loco dicetur. Quàm verò abhorruerit Paulus Pontifex ab his decretis, constat ex responso ab eo dato cuidam præpotenti Germaniæ Duci petenti à Sede Apostolica, vt in eius Principatu Coniugium Sacerdotibus, laicis Calicis vsus, Ieiuniorum abrogatio ob inductas à Lutheranis turbas permitterentur (erant hæc Lutheranismi retia, quibus tot improuidæ Nationes illaqueatæ sunt) ad hæc verò Pauli III. nomine breuibus, sed grauissimis sententijs responsum est.

Tom. 22. de Concil. m.s. Arch. Vat. fig. n. 3197.

Responsio Pauli III. petitionibus iniquis Germaniæ.

,, 58 Petitiones Ducis tres, communio sub ,, vtraque, matrimonium Sacerdotum, ciborum ,, indifferentia.

,, Mœret, dolet, & admiratur Pontifex plùs ,, credi versantibus in tenebris peccatorum, quàm ,, Sanctæ Matri Ecclesiæ, quæ in fide errare non ,, potest.

,, Nouatores nouis opinionibus noua moliun- ,, tur, vt status Principum mutent, bona Ec- ,, clesiæ rapiantur. Dolet Pontifex de incom- ,, modo Ducis, & sperat Deum non defuturum ,, ei.

,, Laudat Ducem, quòd Quæstiones de fide ,, ad Pontificem referat, quòd ab Ecclesia non ,, recedat.

,, Germaniam non quærere vera remedia ad ,, euadenda pericula, quæ à Turca imminent ,, Hungariæ, & Croatiæ ne reliquam partem oc- ,, cupet, cùm quærat, vt Schisma à Papa con- ,, firmetur.

,, Petitiones has non posse approbari sine scan- ,, dalo omnium Prouinciarum, in quibus se- ,, quentes hæreses Lutheranorum comburun- ,, tur.

,, Exemplum adducit Imperij Constantino- ,, politani euersi ob hæresim de Spiritu San- ,, cto.

,, Ad primam, consuetudo antiqua communi- ,, candi Laicos sub vna specie approbata à Con- ,, cilio Constantiensi est habenda pro lege. Hęc ,, non potest mutari absque Concilio generali ,, sine scandalo.

,, Ecclesia credit totum Christum esse sub qua- ,, libet particula. Fructum quoque integrum, ,, & præmium non deesse. Ergò obediendum ,, est Ecclesiæ. Exemplum Christi admonet, ne ,, quærendo species externas, amittat quis fru- ,, ctum internum. Deus permittit varijs fluctu- ,, bus opinionum quati impios propter arro- ,, gantiam.] A fructibus cognoscitur qualitas huius opinionis.

Ad secundam de vxoribus. Negari exemplo Veteris Legis, quæ iubebat offerentes extra domum manere. A maiori &c. Non posse id mutari absque scandalo, & Dei offensione, & immi- nutione cultus. Post votum voluntarium non licet: posse si velint, cum Dei gratia continere se, hortatur ad sobrietatem. Non videre, qui nouitates expetunt, quantum in eis mali sit abs- conditum; incommoda, & pericula matrimo- nij Sacerdotum recenset, periculum vsurpationis Ecclesiæ, periculum annullationis Ordinum Sa- crorum. Obseruationi de grauioribus peccatis, quæ Sacerdotes committunt, respondet: Lex non est tollenda, quia Legis præuaricatores inue- niuntur: sed reformatio facienda est.

Ad tertiam petitionem respondet. Per Iura prohibitum est, nisi de consensu vtriusque Me- dici.

Arriana hæresis prætextu libertatis Ieiunium tollebat. Adhortatur ad Ecclesiasticas Institu- tiones obseruandas, & fructus ex Ieiunio expli- cat. Petitioni vt tolerentur hæc vsque ad Conci- lium respondet, infringi superiorum Conciliorum auctoritatem; Exemplum dari vt futura Concilia sint nullius auctoritatis, & omnia prætextu noui Concilij posse mutari. Concilium hæc non concessurum. Concilio non credunt. Pontificem curare vnitatem, pacem inter Principes. Admo- net Ducem, vt sit constans in Fide Catholica.

De Interim.

Paruit Pontificijs monitis Dux ille, ac tumul- tuantes Nouatores repressit, quem de ijsdem Concilium Tridentinum sub Pio IV. consuluisse visuri sumus. At Cæsar à Pontifice monitus, quibus se errorum laqueis implicaret, non resi- puit, sed superiora duo decreta vltima Iunij in Comitiorum Augustanorum Recessu impiè pro- mulgauit, quæ inter Constitutiones Imperiales à Melchiore Goldasto recensentur.

Caroli V. Imperatoris Interim.

59 Cùm res ipsa declaret illud dissidium adeò altas egisse radices, vt iam non solùm Ger- manicam, verùm etiam multas alias Nationes attingeret, omnibusque eis commune esse cœpe- rit, ita vt visum sit huic tàm graui morbo vllo alio conuenientiori remedio, quam per viam Vniuersalis Catholici Concilij subueniri non posse, impetrauit tandem ad preces Statuum Sua Maiestas post multas in ea re habitas tractatio- nes, quòd generale Concilium in Germanica Natione Tridenti conuocatum, & celebrari cœ- ptum fit; quapropter & horum Comitiorum initio cum Statibus ita egit, eosque permouit, vt insequentes Sanctorum Patrum, Maiorumque nostrorum vestigia, qui in negotijs fidei semper ad Sacra Concilia recurrere, eisdemque obtem- perare soliti fuere, in adhæsionem, & submissio- nem huius Concilij communiter consenserint, ac vlteriùs Suæ Maiestati liberum permiserint, de Christianis, ac conuenientibus medijs cogitare, quibus medio tempore vsque ad finem, ac deter- minationem Concilij omnes Status piè, ac pa- cificè simul viuere, & habitare queant, ita vt nemo contra ius, ac æquitatem grauetur. Et sicut Sua Maiestas tunc temporis huiusmodi Sta- tuum consensum, ac remissionem clementissi- mo animo suscepit, ita & nunc non minùs su- scipit.

Ext. inter Constitut. Imper. apud Gold. tom. 1. p. 518.

Deplora- tum Caroli V. Imperato- ris Interim.

De negotio verò remissionis tanquam per se grauissimo Sua Maiestas hactenùs paterno affectu fideliter, & cum summa diligentia deliberauit, Statuumque sententias (sicut ipsimet sciunt) ex- quisiuit: neque persona non sine dolore animi percepit quàm immensa incommoda huic inclytę Nationi hactenùs ex prædicto dissidio fuerit il- lata, quæ calamitas, & pernicies ex eodem im- pendeat, ita vt ineuitabilis necessitas expostulet pro constitutione, ac conseruatione firmæ pacis, iustitiæ vnitatis, ac pro tollendis discordiarum seminibus, hanc rem vsque ad progressum, & de- terminationem generalis Concilij, non in præsen- ti statu, & confusione quasi suspensum relinque- re, sed potiùs ad maiorem Christianam concor- diam, moderationem, ac saniorem, & propio- rem intellectum reducere, varijsque contrarijs opinionibus ampliùs non conniuere, vel commit- tere, vt per eas publica pax ampliùs turbetur, & impediatur.

Serendi illius prætextus.

Dùm igitur Maiestas Sua in hoc tota est occu- pata, peropportunè contigit, quòd quidam Viri ma-

magni Status; & nominis proculdubio, bono quodam zelo erga Christianam concordiam, pacem, & tranquillitatem, & ex vero erga Patriam amore adiunctum hoc consilium, & sententiam ipsorum Suæ Maiestati proposuere, exactiùs discutiendam tradidere, seque diligentiùs eam obseruaturos polliciti sunt.

Id consilium Sua Maiestas nonnullis egregijs Sacræ Scripturæ peritis, ac probatis Doctoribus videndum commisit, ex quorum relatione animaduersum est, id si in recto Christiano sensu intelligatur à nostra vera Catholica Religione, & Ecclesiasticis doctrinis, statutis, & ordinationibus (exceptis duobus articulis Communionem sub vtraque specie, & Matrimonium Sacerdotum concernentibus) non abhorrere, sed ad promouendam, ac impetrandam pleniorem controuersiæ Religionis Christianæ concordiam, conseruandamque in Sacro Imperio publicam pacem, & tranquillitatem conducere, quemadmodum, & adhuc Maiestati Suæ attenta qualitate horum, ita videtur, nihilque magis in votis est, quàm vt omnes Ordines sub ipsius Cæsareo regimine, sicut ex officio hoc Suæ Maiestati incumbit, in Religione concorditer, & pacificè simul viuant, & conueniant.

Itaque Maiestas Sua communes Status, qui hactenùs ordinationes, & status Vniuersalis Ecclesiæ obseruarunt, requirit clementer petens, vt & in posterum ea obseruent, constanter in ijs permaneant, perseuerent, nec desciscant, vel quidquam immutent; quod se facturos esse constanter asseruerunt. Reliquos verò Status, qui innouationem instituerunt pari modo, Maiestas Sua clementer, & seriò requirit, vt vel communibus Statibus sese rursùs coniungant, & cum illis in obseruatione Statutorum, ac Cæremoniarum Vniuersalis Ecclesiæ Catholicæ consentiant, vel saltem in doctrina sua, & Ecclesiasticis Ordinationibus cum prædicto consilio sese omninò conforment, nec vltra illud quidquam instituant, vel attentent. Et casu, quo vlteriùs se intromisissent, per omnia sese præfato consilio, & confessioni conforment, firmiterque in eo permaneant, & vt omnes Status ad promotionem publicæ pacis, quietis, & vnionis prædictum scriptum pro nunc tolerent, neque illud impugnent, neque contra illud doceant, scribant, aut concionentur, sed omnes Status Vniuersalis Concilij declarationem, atque determinationem patienter, & obedienter expectent.

Nihilominùs Maiestas Sua omnem diligentiam adhibebit, nihilque intentatum relinquet, quo Concilium Vniuersale iuxta Statuum requisitionem quamprimùm celebretur, & Germanica Natio à præsenti Schismate penitùs liberetur.

Reformationis nomine deformatam vultEcclesiam.

Similiter, & Maiestas Sua tota in eo est occupata, vt Catholica quædam reformatio concipiatur in præsentibus quoque Comitijs ipsis Statibus publicanda, de qua sperandum sit, ipsam vsque ad determinationem sæpè dicti Concilij, ad tollendos abusus, & scandala, atque ad plantationem, & conseruationem Catholicæ disciplinæ, rationis viuendi, & virtutum non parum frugiferam futuram.

Et quamuis in sæpè nominato consilio sub Rubrica de Cæremonijs inter alia contineatur si quid in illis successerit, ex quo superstitio oriri posset, vt illud tollatur, &c. Reseruat Sua Maiestas sibi in eo, & alijs articulis vbi, & in quantum opus fuerit, nunc vel deinceps omni tempore potestatem conuenienter statuendi, ac disponendi. Quidquid enim Sua Maiestas ad promouendam Dei gloriam, ad componendam controuersam Religionem, conseruandam firmam pacem, iustitiam, & tranquillitatem in Sacro Imperio Germanicæ Nationis, denique ad vtilitatem, & commodum communium Statuum suscipere, instituere, efficere, & promouere poterit, in eo sese iuxta officium suum Imperiale, cum omni clementia exhibet promptissimum. Non potuit.

Atque hæc ad declarandam Cæsareæ Maiestatis voluntatem communibus Imperij Statibus clementer, & benignè significanda duximus.

Distincta sunt illa in hæc capita 1. De conditione hominis ante lapsum 2. De conditione hominis lapsi. 3. De Redemptione per Christum Dominum Nostrum. 4. De Iustificatione. 5. De Vtilitate, & fructibus Iustificationis. 6. De modo, per quem homo iustificationem accipit. 7. De Charitate, & bonis operibus. 8. De fiducia remissionis peccatorum. 9. De Ecclesia. 10. De notis, & signis Ecclesiæ veræ. 11. De auctoritate, & potestate Ecclesiæ. 12. De Ministris Ecclesiæ. 13. De Pontifice, & Episcopis.

60 Atque vt Ecclesia, quæ est vnius Capitis hoc est Christi vnum corpus, eo faciliùs in vnitate contineri posset, etsi multos habet Episcopos, qui populum eius, quem Christus pretioso Sanguine suo acquisiuit, regant, idque Iure Diuino, vnum tamen in remedium Schismatis, qui cæteris omnibus præsit, cum plenitudine potestatis Summum Pontificem habet, idque pro prærogatiua Petro concessa, quod ipsum quàm vtile sit ad auertenda Ecclesiæ Schismata satis constat, ijs qui non ignorant, à contemptu huius Summi Sacerdotis plerumque Schismata orta esse, vt Cyprianus scribit, & res ipsa testatur, qui igitur Cathedram Petri tenet Summus Pontifex eo iure, quo Petrus accepit à Christo dicente: *Pasce oues meas*, Vniuersam Ecclesiam & gubernat, & gubernare debet. Qua tamen potestate sua vti debet non ad destructionem, sed ad ædificationem. Hanc autem plenitudinem potestatis, sic videtur Christus Petro, eiusque successoribus dedisse, vt reliquis Episcopis partem sollicitudinis eius commisse non abstulerit, sed suarum Ecclesiarum, & Diœcesum veros Iure Diuino Episcopos esse voluerit. Debent autem Christiani homines, & Pontifici Summo, & singulis suis Episcopis parere iuxta illud Apostoli: *Obedite Præpositis vestris, qui vigilant pro animabus vestris*. 13.

14. Subduntur plura de Sacramentis in genere. 15. De Baptismo. 16 De Confirmatione. 17. De Sacramẽto Pœnitentiæ. 18. De Sacramento Eucharistiæ. 19. De Sacra Vnctione. 20. De Sacramento Ordinis. 21. De Sacramento Matrimonij. 22. De Sacrificio Missæ. 23. De memoria Sanctorum in Altaris sacrificio fieri consueta, & de eorum intercessione inibi expedita, & obiter de Sanctorum inuocatione. 24. De memoria Defunctorum in Christo. 25. De Communione cum sacrificio iungenda. 26. De Cæremonijs, & vsu Sacramentorum. Hoc caput viginti quatuor articulis distinguitur. Mox subditur:

Et quamquam cum Apostolo sentiendum, eum, qui cœlebs est, curare quæ sunt Domini, &c. eoque magis optandum multos inueniri Clericos, qui cùm cœlibes sint, verè etiam contineant, tamen cùm multi, qui Ministerij Ecclesiastici functiones tenent, iam multis in locis duxerint 17.

rint vxores, quas à ſe dimittere nolint, ſuper ea re generalis Concilij ſententia expectetur, cùm aliqua mutatio in ea re, vt nunc ſunt tempora, ſine graui rerum perturbatione nunc fieri non poſſit.

18. Illud tamen negandum non eſt, etſi coniugium per ſe honorabile eſt iuxtà Scripturam, eum tamen qui non ducit vxorem, & verè continet, melius facere ſecundùm Scripturam.

19. Eadem eſt ratio vſus Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, cui multi etiam aſſueuerunt, & ab eo auelli ſine graui rerum motu hoc tempore non poſſunt. Et quia Concilium Oecumenicum, cui omnes Imperij Status ſe ſubmiſerunt, proculdubio piam, & ſollicitam curam adhibebit, vt in hoc caſu conſcientijs multorum, & publicæ tranquillitati optimè conſulatur, qui vſum vtriuſque ſpeciei antehac receperunt, eumque relinquere nolunt, ſuper ea quoque re deliberationem, & ſententiam Oecumenici Concilij expectent.

20. Hi tamen, qui vtrumque ſpeciei vſum amplectuntur, illam inueteratam ſub vna ſpecie communicandi conſuetudinem reprehendere non debent, nec alteri alteros perturbent, donec ſuper ea re Concilium Oecumenicum decreuerit.

☞ Subdit Chriſtum ſub ſingulis ſpeciebus integrum contineri, atque adeò adorandum, ac etiamſi aſſeruetur Euchariſtia, in ea permanere: demùm hortatur ad ſeruanda, quæ ad diſciplinam Cleri, & populi pertineant, atque ad tollenda publica offendicula conſtituentur.

Ext. apud Goldaſt. tom. 1. p. 347. *Datum in Ciuitate Imperiali Auguſta die vltima Iunij anno Incarnationis Chriſti Domini Noſtri MDXLVIII. Imperij noſtri XXVIII. Regnorum trigeſimo tertio.*

61 Promulgata eſt eadem die vltima Iunij ſanctio inſcripta *Reformatio politiæ Imperialis*, in qua inter alia Carolus Quintus piè pro Cæſareo munere blaſphemos impia in Deum, in Saluatorem, in eius Sacramenta, in Genitricem Chriſti, in Sanctos verba vomentes iuſtis pœnis affici, ebrietatem coërceri, caſtigari luxum, concubinarios, & adulteros plecti, famoſorum Libellorum, picturarum Auctores, & Typographos, venditoreſque mulctari iuſſit.

☞ *Carolus Quintus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus &c. Vniuerſis, & ſingulis noſtris, & Sacri Romani Imperij Electoribus, & Principibus Eccleſiaſticis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis, &c.*

Ibid. tom. 2. p. 525. Gratiſſimum nobis fuit, placuiſſe dilectionibus veſtris, & vobis conceptam Reformationem, ex qua diſciplinam Eccleſiaſticam multis partibus deformatam priſtinæ dignitati, ac nitori reſtituere pro virili veſtra ſtatuiſtis, cupientes ea parte ſollicitudinis, quam ſuſcepiſtis è manu Domini, afflictis Imperij rebus ſuccurrere, & omni ſtudio, ac diligentia collapſam penè Religionem erigere, ac confirmare: quam veſtram voluntatem egregiam ſanè, ac piam, vt perſpectam ante habuimus, & nunc libenter agnoſcimus, ita quoque deinceps in ipſa rerum adminiſtratione operam veſtram futuram ſtrenuam, ac diligentem nobis pollicemur. Ideòque nè pius hic exercendæ reformationis calor longa temporis dilatione refrigeretur, valdè nobis probatur, quòd in hoc ipſum de celebrandis Synodis Diœceſanis ad feſtum Diui Martini diem proximum conſtituiſtis, nam Prouinciales vt ante Quadrageſimam omnes abſoluantur, videtur omninò neceſſarium. *Data in Ciuitate noſtra Auguſtana Vindelica die IX. Menſis Iulij MDXLVIII. Imperij noſtri XXVIII. & Regnorum XXXIII.*

Subtexitur formula illius Reformationis Eccleſiaſticæ decerpta ex Sacris Canonibus, & ex Traditionibus, & è Sacra Scriptura, donec à Concilio generali corruptelæ, quæ irrepſerant, tollerentur, quæ hiſce Capitibus diſtincta eſt. 1. De ordinatione & electione Miniſtrorum Eccleſiæ. 2. De ordinum Eccleſiaſticorum officijs. 3. De officio Decani, & Canonicorum. 4. De horis Canonicis, & Pſalmodijs. 5. De Monaſterijs. 6. De Scholis, & Vniuerſitatibus. 7. De Hoſpitalibus pauperum Infirmorum, & Peregrinorum. 8. De diſpenſatione Verbi Dei, & officio Eccleſiaſtæ. 9. De adminiſtratione Sacramentorum. 10. De adminiſtratione Sacramenti Baptiſmi. 11. De adminiſtratione Sacramenti Confirmationis. 12. De Miſſæ cæremonijs. 13. De Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtratione. 14. De Vnctionis Extremæ adminiſtratione. 15. De Sacramenti Matrimonij adminiſtratione. 16. De Cæremonijs Eccleſiaſticis. 17. De diſciplina Cleri, & Populi. 18. De pluralitate Beneficiorum. 19. De diſciplina populi. 20. De Iuſtificatione. 21. De Synodis. 22. De Excommunicatione.

Nonnulla in his ſparſa erant, quæ Iuri Pontificio, quo Immunitates, & Priuilegia nonnullis concedebantur aduerſa erant, adeòque Præſules expetiere à Cæſare, vt cum Pontifice ageret, vt in ijs huic decreto ſe accommodaret, quod munus Cæſar in ſe recepit.

62 De hoc inſtaurandæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ decreto promulgato à Cæſare refert Angelus ,, Maſſarellus [Secunda Iulij MDXLVIII. cum ,, Cardinali de Monte formam Reformationis ,, ab Imperatore in Germania propoſitam exa- ,, minauimus. IV. Iulij, Cardinalis de Monte ,, de ea ſcribit ad Cardinalem Farneſium. *Ang. Maſſarellus in Diar. Con. Trident. & Bonom. m. s. Archiv. Vat.*

Reprehenderunt Viri prudentia, & doctrina conſpicui in Cæſare, illum nonnulla contraria decretis Concilij Tridentini inſeruiſſe; ac licèt tacito nomine Concilij doctrinam veram tradidiſſet, arguendum tamen ex eo, quòd munus alienum inuaderet, potuiſſe illud honeſtiùs decernere, vt Concilij decreta ſeruarentur, & ita poſtulare, vt Concilium Tridentum transferretur. Alij tamen aliter ſenſerunt, vt in veteri m. s. Cardinalis Pij tùm edito perpenditur. [Cùm ,, Cæſar (inquit) improbet tranſlationem, & ,, velit cogere redire Tridentum, oſtendit nolle ,, Concilium eſſe liberum, vt etiam in publica- ,, tione *Interim* videtur credere Concilium non ,, eſſe legitimum, nunquam legitimè congrega- ,, tum, cùm in eo contineantur & diuerſa, & ,, contraria decretis Concilij, vt de lapſu homi- ,, nis, & de iuſtificatione, & de auctoritate Pa- ,, pæ; ſi enim decreta Concilij de verbo ad ver- ,, bum in *Interim* inſeruiſſet, ſubticens nomen ,, Concilij, & non accepta illa ferens Concilio, ,, culpandus adhuc eſſet; ſi enim volebat ponere ,, falcem in meſſem alienam, quo nomine nun- ,, quam excuſaretur, etiamſi Euangelium ipſum ,, publicaſſet, debebat priùs ſtatuere, quòd de- ,, creta Concilij eſſent ſeruanda, & hoc colore pe- ,, tere, vt Concilium rediret Tridentum, ſed cùm ,, ipſe impugnet illud hac ſua falſa doctrina, non ,, video, quo iure petat reditum Concilij ad Tri- ,, dentũ, quam enim curam vult habere Concilij ,, non legitimi, & potiùs Conciliabuli, quàm ,, Concilij.] *M. S. Car. Pij.*

A Viris optimis *Interim* Caroli V. reprehenditur.

Staniſ. Hoſius de expreſſo Dei verbo pag. 62.

Conflata eſt ſuperiori Cæſareo decreto hæreſis *Interimiſtarum*, à quibus tamen idem decretum non fuiſſe obſeruatum refert Staniſlaus Hoſius Epiſcopus Varmienſis, poſtea Cardinalis, ,, & Concilij Tridentini Præſes. [Conſcripta ,, fuit in Germania quædam *Interim* Religio, ,, quàm rectè nolo dicere) ſed fuit auctoritate ,, Comitiorum ab omnibus propè recepta, pau- ,, cis quibuſdam exceptis: num autem à quibus ,, recepta eſt, apud eos legitimum Sacerdotium, ,, iuxta formulam in eo libello præſcriptam, fuit ,, reſtitutum? Nihil minùs, etiam *Interimiſtæ* ,, æquè ſunt, fuerunt vt alij Lutheriſtæ, niſi ,, quòd à carnibus alicubi abſtinent in Quadra- ,, geſima, & pro Sabbato, & rem Diuinam, vel ,, prophanam potiùs, nè dicam ſacrilegam fa- ,, cientes, Lineis, & Sacerdotalibus alijs indu- ,, mentis nonnullis in locis vtuntur.]

Non conuerſos eo decreto ad fidem orthodoxam Lutheranos, ſed inter ſe in diuerſas ſectas fuiſſe diſſectos, idem Epiſcopus multis interiectis narrat.

Ibid. pag. 69.

,, 63 Inter Lutheranos, & Chriſtianos quo- ,, ties actum fuit de concordia? Quæ cauſæ verò ,, fuit, cur *Interim* Religio conſtitueretur? Niſi ,, quòd non deerant, qui minimè dubiam ſpem ,, oſtenderent fore, vt per hanc viam, & ratio- ,, nem coiret inter Chriſtianos, & Lutheranos ,, concordia, num autem eum, quem ſperabant ,, homines, res eſt exitum conſequuta? Minimè ,, Gentium quin, quod omnium ferè iudicio ,, (pauciſſimis exceptis) in Comitijs Imperij ,, fuerat approbatum, quod ſumma eorum vo- ,, luntate conſtitutum, hoc paulò poſt ab illis ,, ipſis, à quibus fuit receptum, non eſt ſeruatum. Lipſenſes nè viderentur non eſſe prudentiores, quàm vniuerſum Imperium, quamuis ,, in plurimis ad illam in Comitijs præſcriptam ,, *Interim* Religionem aſſenſi fuerant, pleraque ,, tamen ſua, ſuique Magiſtri Martini Lutheri ,, retinenda eſſe putauerunt, ac duplex *Interim* ,, conſcripſerunt, quod in quibuſdam conſentirent, in alijs ab eo, quod erat conſtitutum, in ,, Comitijs diſcreparet. Witembergenſes verò ,, quamquam, & vicini Lipſenſium, & eidem ,, Principi, qui ſubſcripſerat *Interim* Religioni ,, ſubiecti quoddam & ipſi ſcriptum ediderunt, ,, nec *Interimiſtæ*, verùm *Adiaphoriſtæ* dici, & ,, eſſe voluerunt, & in minùs multis, quàm Lip- ,, ſenſes, Magiſtri ſui Lutheri doctrina diſcellerunt. Porrò Saxoniæ Ciuitates cùm faces ,, illis adderet Matthias Flaccus Illyricus, nè ,, latum quidem vnguem, à Magiſtri ſui Martini Lutheri placitis ſibi diſcedendum eſſe duxerunt, cùm quidquid ab illo dictum eſſet, & ,, ſcriptum, id tanquam expreſſum Dei Verbum ,, recipiendum, & adorandum eſſe cenſerent. ,, Itaque poſt concordiam tentatam, quæ facta ,, iam etiam eſſe putabatur, maior eſt diſcordia ,, conſequuta. Nam ſicut ipſi Lutherani nefario ,, ſcelere, ab vnitate Catholica ſe, tanquam ab ,, area Dominica ſeparārunt, ſic & ſuam paulò ,, poſt vnitatem diſcordijs furialibus diſſipa- ,, runt, vel de ſola alba veſte linea, cuius vetus ,, vſus eſt Sacerdotibus in Templis, quantæ fue- ,, runt, quàm acerbæ contentiones inter Ger- ,, manos Lutheranos, quales videri volunt ij, ,, qui ſunt à Flacco, & inter degeneres Lutheri ,, Diſcipulos, quos ille vocat *Adiaphoriſtas*, & ,, *Interimiſtas*, cuiuſmodi ſunt, qui Philippum ,, ſequuntur? Quæ fuit autem cauſa, cur tàm ,, hoſtiliter mutuò minutis adeò de rebus inſe- ,, ctarentur? Non alia, quàm quòd metuebant ,, Germani Lutherani, ſi qui fuiſſent ex priſcis ,, illis ritibus, & Cæremonijs in Eccleſiam reſtituti, nè qua à Luthero ad Chriſtum inclinatio ,, facta, neue ſequuturo Papatui feneſtræ fabri- ,, cari viderentur. Si qui verò Lutherani dici ,, gaudent, tanto ſtudio cauerunt, nè vetuſtis ,, Eccleſiæ ritibus reſtitutis Papatui feneſtræ fa- ,, bricarentur, quanto maiore ſtudio prouiden- ,, dum nobis eſt, qui non alio magis, quàm ,, Chriſtianorum nomine gloriamur, nè fabri- ,, centur Satanatui, cui fabricantur procul omni ,, dubio cùm aſſuefiunt homines Eccleſiam non ,, audire, ſi quæ fuerint ab illa decreta pro nihilo ,, ducere, tùm illius iudicio ſuum priuatum iu- ,, dicium anteponere.

Deficit ad Satanam, qui priuatum iudicium Eccleſiæ iudicio præfert.

Interim non Lutheranos ad veritatem adduxit, cùm eos in varias ſectas diuiſit.

64 Illuſum fuiſſe Cæſarem à Lutheranis tradit Gaſpar Cardillos, cùm enim armorum potentia cogere eos ad officium potuiſſet, nimium illis abblanditum fuiſſe, qui ea indulgentia abuſi ſenſim collectis, ac redintegratis viribus, incautum penè oppreſſerunt, vt ex ſuo decreto *Interim* dicto nil aliud, quàm dedecus, diſcrimenque extremum ſibi compararit.

Gaſpar. Cardill. diſp. 4. p. 696.

,, Reprehendunt enim Proteſtantes clariſſi- ,, mum omni genere virtutis Imperatorem Ca- ,, rolum V. quòd *Interim* conſcribi fecerit, Hæ- ,, reticiſque conceſſerit, dùm Concilium cele- ,, brandi tempus à bellorum tumultu liberum ,, atque exemptum ſuppeteret, & quod clemen- ,, tiæ, ac benignitati Cæſaris dandum erat, id ,, aduerſarij (more ſuo) minis, ac vi illatæ tri- ,, buunt, quaſi verò tunc Cæſar iure cum Hæ- ,, reticis Germanis agere non poſſet, vt *Interim* ,, dùm Eccleſia Catholica in œcumenica Synodo ,, rem illam definiret, de qua publica contro- ,, uerſia agitabatur, Eccleſiæ Romanæ vetuſtam ,, diſciplinam, atque fidem nulla immutatione ,, facta ſectarentur, ac ſi ius aſpernarentur, non ,, poſſet ille nullo, aut facili negotio potentia ,, atque armis, quibus benè inſtructus erat, in ,, antiquo eoſdem officio retinere, ſed clemen- ,, tiſſimus, atque optimus Imperator, nè qua ,, ratione Germanos exaſperaret, ſed benigni- ,, tate potiùs, & manſuetudine prouocaret ad ,, Religionem, paſſus eſt, vt *Interim* dùm cele- ,, braretur Synodus, pleraque illi tenerent noua, ,, modò *Interim* nihil innouarent. Illi verò ac- ,, cepta conditione non ſolùm fidem datam ſer- ,, uare ſartam tectam minimè voluerunt, quam ,, interpoſito iureiurando Cæſari adſtrinxerunt, ,, ſed veluti furijs quibuſdam atrociſſimis agi- ,, tati, tunc maximè errorem errori, hæreſim ,, hæreſi, tumultum tumultui, ſeditionem deni- ,, que longè alia grauiori, & magis periculoſæ ,, ſeditioni cumulauerunt, donec tandem vndique collectis copijs potentiores effecti, iniuſtiſ- ,, ſimè arma aduersùs Imperatorem, ac Princi- ,, pes ſuos peſtilentiſſimi homines arriperent: ,, verum eſt enim, quod Auguſtinus teſtatur, Hæ- ,, reticos initio Vulpes eſſe, quoniam cùm viri- ,, bus poſſunt parum, arte, calliditate, fraudibus, ,, atque dolis plurimùm vtuntur, armis verò po- ,, tentes effecti, Leonibus eſſe ſimiles omninò, ,, qui vti vnguibus Leones, vi, & armis omnia ,, tentent, aggrediantur, pulſent, diripiant, at- ,, que diſcerpant, &c.] De hac Lutheranorum proditione agetur inferiùs ſuo loco, ex qua perſpicuè enitescet, quàm malè Cæſar ſe eorum nænijs duci paſſus fuerint, nec leges pro redintegran-

Exitium vix eo partum Cæſar euaſit.

grando Concilio Tridentino propoſitas à Concilio Bononienſi, & Pontifice admiſerit: collimabant enim eò impiorum artes, vt non Concilium vetere Eccleſiæ more, & inſtituto celebraretur, ſed cogeretur Conciliabulum, in quo iam definita in alijs Concilijs, atq; in vltimo Tridentino in controuerſiam adducerentur, vt ex fide digniſſimis monumentis conſtat, quæ etiam docent, decretum Cæſareum *Interim* dictum, nec apud Catholicos valuiſſe: aduersus proteſtationem verò Cæſaream, ne ea temerè effuſa euertiſſe Eccleſiæ auctoritatem putaretur, ſcripta exarata ſunt, vt Angelus Maſſarellus, qui Concilio Bononienſi à ſecretis erat, memorat. [XIII. Iulij aptauimus reſponſionem dandam Imperatori ad ſuam poteſtationem contra Concilium à Minoricenſi primò formatam, in qua totum diem conſumpſimus.]

Ext. in tom. 3. de Conc. MS. Arch. Vat. ſig. num. 3200. p. 262.

Ang. Maſſarell. in Con. Trid. & Benom. pag. 326.

65 Inter hæc reuocatus eſt ex Aula Cæſarea Cardinalis Sfondratus Cremonenſis, qui Legatum Apoſtolicum apud Carolum V. Imperatorem agebat, quem XXVI. Iulij Bononiam ingreſſum refert Angelus Maſſarellus, additque Petrum Dertanum Epiſcopum Faneniem, qui XVII. Iunij ad Cæſarem miſſus fuerat, vt de rebus Concilij, ac de Placentia reſtituenda ageret, varia colloquia cum Adminiſtris Cæſareis contuliſſe irrito exitu. Dùm Cæſar acerbè ageret cum Pontifice, ac plura aduersùs ipſum moliri videretur, atque in bellum diſſenſio eruptura crederetur, Pontifex pro Concilij, & Eccleſiæ dignitate tuenda, ac libertate Italiæ defendenda, cum Henrico Gallorum Rege fœdus armorum ſancire meditatus eſt, dùmque de bellicis ſumptibus conferendis agitur, Lugduni certam vim auri, apud trapezitas à Pontifice deponi voluit, atque ex eo difficultas non leuis oborta eſt, ad quam leniendam Hieronymus Dãdinus Epiſcopus Imolenſis ad Regem Chriſtianiſſimum, per equos diſpoſitos celerrimè prouolare iuſſus eſt; ea de cauſa Alba Spina, qui Regi à ſecretis erat, XXIII. Auguſti Romam ad Pontificem acceſſit, ſed irrito exitu id fœdus agitatum eſt, vt Dandinus Epiſcopus Imolenſis XV. Septembris retulit, Cæſar verò mitiùs agere cœpit cum Pontifice, & concordiæ cum Cæſare ſpes oſtenſa eſt, de qua hæc refert memoratus Angelus Maſſarellus. [Prima Auguſti Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis de Monte recepit literas à Reuerendo Domino Epiſcopo Fanenſi Nuntio apud Imperatorem, quibus ſignificat egiſſe cum Miniſtris Cæſarianis, & concordaſſe, quòd Concilium ſuſpendatur per ſex Menſes, & quòd interim ſuperſedeatur in ſententia tranſlationis, & quòd mittantur facultates, quas petit Imperator, & quòd fiat reformatio, vbi voluerit Pontifex cum interuentu Prælatorum omnium Nationum, quòd placeat Imperatori. XII. Auguſti recepimus literas à Cardinale S. Crucis, quòd ea forma concordiæ non ſpernatur à Pontifice.] Mox ſubdit ab eodem Cardinale ſignificatum eſſe, quædam Cæſaris poſtulata immutatum iri. Nunquam tamen aſſenſit Paulus Caroli V. Cæſaris decreto *Interimiſtico* de permittendis Sacerdotum, vel Monachorum coniugijs, vt conſtat ex alijs fide digniſſimis documentis; de mittendis verò Apoſtolicis Internuntijs in Germaniam pro conciliandis Eccleſiæ Lutheranis, ac temperanda erga eos Canonum Eccleſiaſticorum acerbitate, Pontifex aduerſante Gallorum Rege, qui Germaniam perpetuo ciuili bello implicitam percupiebat, conſtituit, quos non fuiſſe adhuc miſſos querebatur Cæſar, ſed ob iniquiora eius poſtulata retardata res fuerat non ſine iuſtiſſima cauſa, vt in inſtrumento de tranſlatione Concilij Iuridico refertur. [Nec arguendus eſt Pontifex de mora in miſſione Legatorum ſuper hoc *Interim*, quia in cauſa fidei, quæ eſt omnium grauiſſima, cunctandum erat, nam etiam Concilium in decreto iuſtificationis per nouem Menſes ſupерſedit, quod decretum Confeſſor Cæſaris dixit, nec ſanctius, nec ſanius ab Angelo potuiſſe fieri, nec excuſandus Cæſar, quòd à dicta vellet recedere, cùm poſt publicationem *Interim* per multos dies non receſſerit.]

M. S. Car. Py ex diſcurſu iuridico de tranſlat. Concil.

Spes concordiæ inter Paulum III. & Imperatorẽ.

Ibid. pag. 297.

66 Diù certatum eſt de modo, & conditionibus, quibus admittendi eſſent in gremium Eccleſiæ Lutherani, vel alij hæretici, deque auctoritate Internuntijs Apoſtolicis conferenda, cùm Cæſar nonnulla cùm legibus Eccleſiaſticis pugnantia flagitaſſet, de quibus conſulti Præſules doctrina florentiſſimi ita reſpondebant Pontifici.

Miſſi in Germaniã Nũtij pro conciliandis Lutheranis.

M. S. Car. Franciſc. Barb. ſig. n. 2677.

67 Quamuis redeuntes ab hæreſi tantùm recipiendi forent, vt Laicis communicarent, & ſatis foret admitti ad pacem, qui hoſtes fuere Eccleſiæ ex ſententia Cypriani ad Stephanum, nec promoueri deberent ad maiorem dignitatem, id decernente Gregorio in Epiſt. quam ſcripſit vniuerſis Numidis, & Leone in Epiſt. ad Ianuarium Epiſcopum Aquilegienſem, in ſeptima tamen Synodo, quæ dixit, id fieri exemplo aliarum ſex Synodorum, decretum eſt, recipiendos reuertentes ab hæreſi, & iuſſi ſunt Baſilius Epiſcopus Ancyræ, & Theodorus Epiſcopus Mirenſis, & Theodorus Epiſcopus ſedere in gradibus, Sedibus ſuis, Anatolius, qui à Dioſcoro ordinatus fuerat, nedùm receptus, ſed factus Princeps Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & id quidem non abſque ratione, cùm plùs erga corrigendos agat benenolentia, quàm ſeueritas, plùs cohortatio, quàm comminatio, plùs charitas, quàm poteſtas, vt dixit Gregorius in Epiſt. ad Epiſcopos per Galliam, & Germaniam conſtitutos, & nunc præcipuè, vbi per grauem diſſenſionem ſciſſuræ non huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed plurimorum ſtrages inſtet, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis ſyncera charitas ſubueniat, habeant ergo de præterito deteſtabili errore, ſicut Petrus habuit de mendacio, & timore, amarum dolorem, & veniant ad Eccleſiam Chriſti veram, id eſt Catholicam Matrem, ſint in illa Clerici, ſint Epiſcopi vtiliter, qui contra eam fuerunt hoſtiliter; verba fuere Auguſtini ad Bonifacium; quod tamen prouenit ex Eccleſiæ miſericordia, & charitate, quæ quos recipit ad veniam, non repellit ſeueritate pœnæ, vt ſic eos alliciat ad ſui emendationem exemplo Patris, qui filium prodigum recepit cum honore.

pag. 83. Habetur in cap. *Si quis presbyteri 1. q. vii.* Habetur in cap. *Nos. xii. diſt.* Habetur in cap. *Saluberrimam. 1. q. vii. Pharacutan.* Habetur in cap. *Conuenientibus. 1. q. vii.* Habetur in cap. *Licet 45. diſt.* Modi, & conditiones, quibus Hæretici ab Eccleſia admittendi eſſent. Habetur in cap. *Vt conſiſtueretur. L. diſt.* Et in cap. *Ipſa eſt pietas. xxiii. q. iv.* Vgo Car. & alij in d. c. *Ipſa eſt pietas.*

Propterea Germaniæ redeunti ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ dici poteſt, quod dicitur Hierem. 3. *Tu fornicata es cum multis amatoribus, reuertere ad me dicit Dominus, & ego recipiam te.*

Ex his ſubſequitur non alienum fore à ratione, & æquitate ſi Sanctiſſimus D. N. acquieſcens poſtulatis Cæſareæ Maieſtatis, Nuntijs in Germaniam deſtinandis facultatem, & authoritatem dederit, redeuntes ad Eccleſiæ gremium abſoluendi,

di, & moderandi pœnas, & pœnitentias, ac alia indulgendi, quę primo, ſecundo, & tertio capitulis continentur.

Habetur in c. *quoties in q.7. & in c. Ego Berengar. de conſec. di.2.*

Si tamen remittatur formula abiurationis Hęreſis, ſcilicet ſpecialis deteſtatio, imprecationes, chartula profeſſionis fidei, & aliæ ſolemnitates, de quibus meminit Gregorius in regiſtro, non tamen videtur omittendum iuramentum, ſe ſcilicet non receſſuros, nec præſtituros Hæreticis auxilium, & fauorem. Magna enim apud Germanos iuramenti religio, & vſque adeò, vt etiam vi, & metu extortum ſeruent.

Habetur in c. *Si quis 23.q. 3.*

Cauendum etiam erit, ne indiſcreta ſit, aut nimis facilis huiuſmodi remiſſio, mentique infixum eſſe debet, quod dixit Gregorius Homil. quòd ea, quæ in nos committuntur facilè poſſumus dimittere, ea verò, quæ in Deum commiſſa ſunt, cum magna diſcretione ſunt relaxanda, & diligenter proſpiciendum, vt vera ſit huiuſmodi pœnitentia non ficta, aut ſimulata, cùm non legatur, ex quo eſt Religio Chriſtiana, nec detur exemplum in Eccleſia Dei à quibuſlibet Pontificibus, aut ab ipſis Apoſtolis, aut ab ipſo denique Saluatore, veniam niſi corrigentibus eſſe conceſſam, mortuos ſuſcitaſſe Chriſtum legimus, in errore mortuos abſoluiſſe non legimus, vt reſcripſit Fauſto apud Conſtantinopolim Legato, prouocat enim Dei iram, qui impœnitentibus veniam impartitur, teſte Cyprian. in lib. de lapſis.

Habetur in c. *Lega- 24. q. 2. c. Si quis præpoſtera L. diſt.*

Inducendi viderentur, & modis omnibus alliciendi Proteſtantium Concionatores, & Pſeudotheologi, vt quam ſcriptis improbarunt Maiorum noſtrorum Fidem, Religionem, Ritus, & Cęremonias, editis libellis approbarent, & agnoſcerent, ac quemadmodum non erubuit Lutherus in lib. quem ſcripſit contra Zuinglium, Oecolampadium, & Caroloſtadium omnia illa improbare, quæ ante quadriennium, aut quinquennium conſcripſerat; & in viſitatione Saxonica in pluribus recedere ab his, quæ priùs docuerat. Nec Bucerus erubuit Argentinæ è ſuggeſto in magna populi frequentia retractare, quæ docuerat de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, nec id vitio dandum, cùm & Auguſtinus plura retractauerit, quæ priùs aſſeruerat: ac quemadmodum vniuerſa illa cohors Auguſtanæ Confeſſionis non erubuit ab illa Apologia, quam poſt Conuentum Auguſtenſem anni MDXXX. ediderunt, cui veluti Sacræ Anchorę innitebantur, in pluribus diſſentire in Apologia edita anno MDXL. quam tamen pro eadem haberi volebant, & pugnantia etiam profiteri, vt Zuinglianos ad ſe traherent. Sic nec hi ipſi Apologiarum Authores erubeſcere deberent pro tollendo ſchiſmate, pro pace concilianda, pro animarum ſuarum ſalute veritatem agnoſcere, eamque fidem ſcripto profiteri, quam Maiores ſui continuata ſæculorum ſerie profeſſi ſunt, diſſectiſque denſiſſimis tenebris veram lucem aſpicere, & abruptis cathenis, quas humani generis hoſtis ad eos perdendos iniecerat, ſeſe ab eius captiuitate vindicare, vt eadem manus ſalutem reſtituat, quæ vulnus intulerat.

c. *Romana de ſent. excomm. n. 2. 6.*

Nec prętereundum cenſeo, non debere Delegatos Apoſtolicos in communi abſolutionem impartiri, quod petitur cap. 1. ſi per abſolutionem in communi intelligunt vna communi abſolutione abſolui vniuerſum populum, quia ſicut vniuerſitas excommunicari non poteſt, cùm perſona ſit quędam repręſentata carens anima, ſic nec abſolui poteſt à nexu excommunicationis, qua Hæretici ipſo iure irretiti ſunt.

68 Maiorem difficultatem habet, quòd 4. cap. continetur, cùm dicitur. Si qui in Sacris conſtituti Matrimonium contraxerunt, ſiuè ſęculares, ſiue Regulares, ad dimittendas vxores, eò quòd continenter viuere non poſſint, minimè inducti valebunt, poſſit cum aliquibus, ex ſpeciali prærogatiua, pro temporis exigentia, diſpenſari, qui volent cum vxoribus permanere, & Eccleſiaſtica ſtipendia percipere. Et in primis non admittenda ratio, quòd continenter viuere non poſſint, quoniam nemo, ſi vult ſe continere, poteſt dicere non valeo, cùm teſte Apoſtolo Corinth. 10. *Fidelis Deus eſt, qui non patitur nos tentari ſupra id, quod poſſumus ſuſtinere.* Et Geneſ. 4. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Et Eccleſiaſt. 15. *Ante hominem, vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit, dabitur ei.*

Secundò, perpendendum videtur, an danda ſit huiuſmodi diſpenſatio, an ab ea abſtinendum, in quo cenſerem minimè concedendam, nec vllam fore aut temporis neceſſitatem, aut perſonæ prærogatiuam, quę iuſta cauſa ſit, vt his concedatur, quoniam etſi annis ferè CCCC. à Chriſto nato permiſſum fuit vxorem habentes aſſumi ad Sacerdotium, quòd pauci in Legis Euangelicę exordio forent cœlibes Eccleſiaſtico miniſterio idonei, & ne eo tempore, quo in Chriſtianos ſęuiebat Tyrannorum rabies, hac etiam legis auſteritate deterrerentur homines à fide ſuſcipienda, & Sacerdotio, nunquam tamen permiſſum fuit Sacerdotes Matrimonio iungi, quod id foret poſita manu ad aratrum retrò aſpicere, & retrocedere à perfectiori ſtatu ad imperfectiorem; quinimò expreſsè vetitum can. 25. Apoſtolorum, & deinde à Calixto I. Carthaginenſi Concilio aſſerente, hoc exemplo docuiſſe Apoſtolos, & ipſam ſeruaſſe antiquitatem, & alijs pluribus Synodis.

Habetur in c. *Pretext. de 27. diſt.*

Habetur in c. *Cùm in prętexto 84. diſt.*

Non negamus apud Romanum Pontificem auctoritatem eſſe diſpenſandi, aut (ius Diuinum interpretando) declarandi ex vrgentiſſima cauſa, vt Sacerdos aliquis Regularis, vel ſæcularis valeat Matrimonium contrahere, idque quandoque feciſſe Romanum Pontificem, ſed dicimus in caſu noſtro id minimè faciendum nec adeſſe rationabilem cauſam, quoniam ſi diſpenſandum cum his, qui poſt votum caſtitatis vxores duxere repugnante iure Diuino, quonam modo ſi id petierint, vt indubiè petent Germani, negare poterimus, repugnante ſolùm humano iure, quod omiſſo in ſuſcipiendis Ordinibus Sacris Caſtitatis voto, vxorati in Sacerdotes aſſumi, aut etiam Sacerdotes, qui votum caſtitatis non ſuſceperint, mariti fieri poſſint. Etſi enim Eccleſiæ inſtitutum ſit, quòd ad Sacros Ordines promouendi caſtitatem voueant, iuris tamen Diuini eſt, quòd poſtquam vouerint, votum reddant. An autem expediat, aut deceat legem cœlibatus abrogare, quantum eſſet immutare vniuerſalem Statum Eccleſiæ, quam propè id eſſet Sacerdotes ad ſæcularem Ordinem traducere, omnia prophanare, ſatis diſcere poſſumus exemplo Orientalis Eccleſiæ, quæ tamen nullo vnquam tempore permiſit, Monachos vxores ducere, vt alias pluribus diſſeruimus.

Deinde habenda eſt ratio, quòd etiamſi parcendum ſit multitudini, cùm ſine ſcandalo puniri non poſſit ex ſententia Auguſtini, auctores tamen ſcelerum puniendi ſunt, ſicut num. 10. mandauit Dominus ſuſpendi Principes populi

pro

Digitized by Google

Habetur in c. *Vt conſtituetur 7. diſt.* & in c. *Infideles 23. q. 4.* Habetur in c. *Lateres de Cleri.*

pro peccato multitudinis, & reſcripſit Alex. III. Archiep. Toletano. Et propterea Sacerdotes, & Apoſtatæ Germaniæ, qui cauſa fuere diſſidij, & auctores tot hæreſum, & abominationum, quibus Diuina, & humana omnia polluerunt, tantę effuſionis ſanguinis, perditionis tot animarum, & denique tot malorum, puniendi forent, non autem cum his diſpenſandum, vt ſacrilegas plurimi vxores retinere poſſint. Quòd ſi pro bono pacis remittenda eſt eis pœna, moderandæ pœnitentiæ, recipiendi in gratiam, & ex magna indulgentia ſtipendio Eccleſiaſtico ſuſtentandi, non tamen tàm malo exemplo confouendi in ſua pertinacia, vt vxores retineant: perſuadendi igitur ſunt, & cogendi, quin etiam præmijs, & ſtipendijs alliciendi, vt dimittant. Facile erit eis, quas pro vxoribus habent perſuadere, vt pro communi incolumitate, pro filiorum ſalute, & ſuſtentatione ſeorſum viuant, & eorum careant contubernio, cùm videant, quos pro maritis habuere, & ex eis ſuſceptos filios opibus iuuari, ad honores & dignitates aſſumi, alioquin perdendos, & ejciendos, quòd ſi obdurati in ſuo errore perſtiterint, prouidendum, ne conuentus habeant, ne quid ſcriptis diſſeminare audeant, quin etiam banno Imperiali è tota Germania ejciendi, conſtituenda præmia capientibus, & eos interficientibus, & denique omnia tentanda, & prouidenda potiùs, quam indulgendum ſit, vt cum tanto Eccleſiaſticæ diſciplinæ diſpendio vxores retineant. Hæc mea hucuſque conſtans eſt opinio, & vt in ea ſint, & alij prudentes maximè cupio, & opto.

69 De Communione ſub vtraque ſpecie, de qua cap. VII. in primis præmittendum, quòd quia Sacra Scriptura, & Saluator ipſe noſter indifferenter, modò vnius dumtaxat ſpeciei, modò duarum meminit, colligi poſſe, non multum referre ſub vna, vel ſub duabus ſpeciebus ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipere, niſi obſtaret Eccleſiæ conſtitutio, & antiqua plurium ſæculorum obſeruatio; loca autem quæ vnam tantùm ſpeciem aut commendarunt, aut præceperunt, ſunt hæc Io. VI. *Hic eſt panis, qui de Cælo deſcendit, vt ſi quis manducauerit ex eo, non moriatur*. Et rurſus: *Panis verus eſt, qui de Cælo deſcendit, & dat vitam mundo*. Item: *Ego ſum panis viuus, qui de Cælo deſcendi*. Et paulò poſt: *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita*. Et in Oratione Dominica ſolum panem ſuperſubſtantialem poſtulamus, & Dominus Ieſus diſcipulos euntes in Emaus, ſolo pane communicauit, fuit enim illa panis traditio poſt benedictionem, & fractionem, Sacramenti Euchariſtiæ exhibitio ex Auguſtino lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum.

Loca autem de vtraque ſpecie ſunt eodem VI. cap. Ioan. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam æternam*. Apoſt. ad Cor. 10. *Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane, & vno calice participamus*. Et cap. 11. *Quotieſcumque manducaueritis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*. Item: *Quicumque manducauerit panem hunc, & calicem Domini biberit indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*.

c. in Can. de conſec. diſt. 2.

Secundò, præmittendum eſt, olim, & per multa ſæcula fuiſſe vſum communicandi ſub vtraque ſpecie, quod ex pluribus Sanctorum ſcriptis colligitur. Soter enim Pontifex, qui fuit XIII. à B. Petro, inquit [*In Cœna Domini à quibuſdam perceptio Euchariſtiæ negligitur, quæ quoniam eodem die ab omnibus fidelibus, exceptis his, quibus grauiſſimis criminibus inhibitum eſt, percipienda ſit, Eccleſiaſticus vſus demonſtrat, cùm etiam pœnitentes eadem die à percipiendo corporis, & ſanguinis Sacramento reconcilientur*.

Cyprianus vno ſæculo poſterior in ſerm. de lapſis, dum loquitur de quadam puella à Dæmone obſeſſa, ad ipſum Diuina celebrantem deducta, inquit: Vbi verò ſolemnibus adimpletis Diaconus calicem offerre cœpit præſentibus, & accipientibus cæteris locus eius aduenit, faciem ſuam paruula inſtinctu Diuinæ Maieſtatis auertere, os labijs obturantibus premere, calicem recuſare perſtitit, tùm Diaconus etiam reluctanti de Sacramento calicis infudit.

cap. Cùm frangitur de conſec. diſt. 2. Auguſtinus in lib. Sententiarum Proſperi, inquit: Cùm frangitur Hoſtia, dum Sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quàm Dominici Corporis immolatio, eiuſque Sanguinis de latere effuſio deſignatur.

c. Quid ſit de conſecr. diſt. 2. Gregorius in quadã homil. Paſchali, inquit: Quid ſit ſanguis Agni, non iam audiendo ſed bibendo didiciſtis, qui ſanguis ſuper vtrumque poſtem ponitur, quare non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur.

c. Didicimus de conſec. diſt. 2 Sextæ Synodi caput habetur: Didicimus, quòd in quibuſdam Eccleſijs Sacerdotes Sacrificio oblationis coniungant vnas, quæ in Altari offeruntur, & ſic vtraque populo diſpenſent, præcipimus igitur, vt nullus Sacerdos hoc vlteriùs faciat.

Ex ſermone S. Ambroſij ad Theodoſium Imper. Cùm eum ob cladem Theſſalonicenſium Eccleſia excluſit, conſtat ætate ſua Laicos ſub vtraque ſpecie communicaſſe, cùm inquit: Iſtaſne adhuc ſtillantes ſanguine iniuſtæ cædis manus extendes, & his ſanctiſſimum Domini Corpus prehendes, vel tùm pretioſum illum Sanguinem admouebis ori tuo, qui tantum effuderis ſanguinem dictato furentis animi: & habetur lib. 5. Eccleſiaſt. hiſtoriæ Theodoreti ep. c. XVIII.

Idem colligitur obſeruatum vſque ad ætatem D. Thomæ Aquinatis, dum dixit 3. part. Summæ quæſt. 80. art. 12. eſſe vſum multarum Eccleſiarum, in quibus populo communicanti detur Corpus Chriſti ſumendum, non autem Sanguinem. Si multarum, ergo non omnium, & quæſt. 82. dùm dicit, quòd diſpenſatio Sanguinis conuenit Diaconibus.

70 Cùm itaque primùm conſuetudine, cuius initium ignoratur, & fortè non multorum ſæculorum indictum ſit, vt Laicis detur Euchariſtiæ Sacramentum ſub vna dumtaxat ſpecie, & deinde à Conſtantienſi Concilio ſancitum, nec repugnet ius Diuinum, quòd ſub vtraque ſpecie detur pro bono pacis, & ad tollendas Religionis controuerſias, vt etiam in aliquo condeſcendamus infirmitati puſillorum, & plùs nimio ſcrupulosis conſcientijs videretur, nedum his, qui vſum communicandi ſub vtraque ſpecie ſuſceperunt, ſed omnibus, qui voluerint in Germania, quin etiam in alijs Nationibus, & Prouincijs, ne diſpar in re tanti momenti ſit ritus, & obſeruatio, abrogato decreto Conſtantienſis Concilij committere vniuſcuiuſque conſcientię ſub vna, vel vtraque ſpecie communicare, modò communicantes ſub vtraque non detrahant vnam dumtaxat ſumentibus, quod integrum non ſumant, ſed di-

Digitized by Google

dimidiatum Sacramentum, ac etiam fateantur non minùs ſub vna ſpecie, quàm ſub vtraque adeſſe verum, & integrum Sacramentum, & verum, & impaſſibile Corpus cum Sanguine, & Anima Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Nec probarem, quòd Delegati Apoſtolici id indulgerent per modum tolerantiæ, & connientiæ, quomodo Iudæis permiſſus fuit repudij libellus, illa enim peccatum non excluderet, non ſublato Eccleſiæ decreto, quod nunquam permittendum eſt, etiam vt declinetur maius peccatum, ſed quod abrogato, aut ſublato Eccleſiæ decreto, auctoritate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Eccleſiæ veræ Sponſæ ſuæ ſit licita, & dignè ſumentibus vtilis, & ſalutaris, ea ſcilicet ratione vt quod erat illicitum prohibente Eccleſia, ſublata prohibitione reddatur licitum permittente Eccleſia.

De delectu ciborum, & ieiunio, quod capit. 8. continetur, non damnant Proteſtantes ieiunia, & delectum ciborum, vt de ſe mala prout fecerat Iouinianus, non ignari vtrumque commendari, tàm in veteri, quàm in Nouo Teſtamento, ſed contendunt, non omnia meliora aut optima legibus ſancienda, ſed faciliora tantùm, quæ commodiùs ſeruari poſſint, & propterea ſuper his decreta abroganda, ſed egregiè falluntur. Quoniam vt dixit Auguſtinus in lib. de vera Religione cap. XXXI. in iſtis temporalibus legibus quamquam de his omnibus iudicent, cùm eas inſtituunt, ſi tamen fuerint inſtitutæ, & firmatæ, non licet de ipſis iudicare, ſed ſecundùm ipſas (ſi modò de delectu ciborum, & ieiunio humanæ leges ſunt, non potiùs Diuinæ, & ex traditione Apoſtolorum deductę.) Poſtquam enim per tot ſęcula receptę ſunt, non videtur diſceptandum, quàm difficiles ſint. & propterea abrogandæ, ſed ſequendæ, & obſeruandæ, nec ideò malę cenſendę, quòd plures ſint tranſgreſſores, quòd obſeruatione difficiles ſint, prout de lege cœlibatus dictum eſt. Propterea cenſerem delegatos abſtinere debere, & à nouis conſtitutionibus, & à derogatione veterum, quę ſicut vniuerſali aliarum Nationum, Prouinciarum conſenſu decretę ſunt, & vſu comprobatę, ita & vniuerſali conſenſu abrogandę forent, ſi abrogandas vrgens neceſſitas ſuaderet, idque omninò ad Concilium reijciendum. Probarem tamen quòd aliquod ciborum genus, qualia ſunt oua, & lacticinia ieiunij tempore, excepta Quadrageſima, quod multis in locis vſus, vel potiùs abuſus introduxit, permitterentur, quodque aliqui ab illius obſeruatione expreſſim eximerẽtur, quales ſunt pueri, & adoleſcentes citra XXI. & Senes vltra LX. ſuę ętatis annum, prægnantes, itinerantes, & qui labore corporis, & virium defatigatione artes ſuas exercent. Ieiunia tamen, quę Vigilias vocant, & dies feſtos non receptos ab vniuerſali Eccleſia, ſed in locis particularibus introducta ab obligatione eximi, & vniuſcuiuſque affectui, & deuotioni citra obligationem permitti poſſent,

71 De reformatione morum Cleri, & facultate ſtatuendi, & ordinandi, quod 10. cap. continetur, maior res videtur, quàm quę à Nuntijs Apoſtolicis fieri debeat, ſed opportuna videretur auctoritas Legati Cardinalis, & Synodi, vel Generalis, vel Prouincialis Pręſidente ipſo Apoſtolico Legato; tutiùs tamen foret Generali, quàm Prouinciali Synodo prouidere. Ardua enim res eſt, & multis periculis plena nouarum Legum conſtitutio, ſat eſſe, ſi antiquorum Canonum vſum reſtituerent ſublatis abuſibus. Idem de his quæ 11. capite continentur.

De reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum in primis habenda eſt ratio, vt reſtituatur intermiſſa ferè in tota Germania decimarum ſolutio, quæ cum iure Diuino conſtituta ſit, & ante Legem, & poſt Legem Moyſi datam, à Saluatore noſtro in Lege gratiæ comprobata, eò maiori diligentia procuranda eſt, quò maiori auctoritate decreta.

De alijs autem bonis pro varietate caſuum, varia ſunt ineunda conſilia, nam quædam ſunt Monaſteria, & Eccleſiæ prorsùs ſolo æquata, quædam quorum extant ędificia, ſed prophanata, & ad alios vſus tranſlata, iſtorumque, & illorum aut nulli, aut vix vnus, vel alter ſupereſt Monachus, vel Miniſter, eorum prædijs, & prouentibus à Principibus, aut Magiſtratibus occupatis, nonnullis etiam à priuatis hominibus poſſeſſis, ab aliquibus titulo emptionis, dotis, & legatis Defunctorum ipſis ignorantibus auctores fuiſſe malæ fidei poſſeſſores.

De Monaſterijs penitùs deſolatis, ſeù deſtitutis, cùm in Germania pauciſſimi ſint, qui velint Regularem vitam profiteri, & propterea exigua ſuperſit ſpes reſtituendi in eis Regularem obſeruantiam, videretur conſtitui poſſe Collegia ſæcularium Clericorum, aut illa vnienda, & applicanda militiæ S. Georgij, aliàs in Germania ad preces Friderici III. Caroli Imperatoris Proaui inſtitutæ, vel nouum militiæ ordinem conſtituere. (Et infra.)

His, & prioribus præceptorijs allici facilè poſſent Proteſtantium Concionatores, & Theologi ad concordiam, etiam omiſſa vxorum retentione, ſi ſibi, & filijs de his præceptorijs prouideretur, qui poſtquam aſſequuti fuiſſent, metu eas amittendi, etiam ſi bonus fidei zelus abeſſet, in officio retinerentur, quo fieret, vt breui tempore deſiſtentibus à doctrina Concionatoribus, obliuioni traderetur Lutherana veſania.

Ac etiam cùm Epiſcopi, & alij habentes iuriſdictionem, non modicum patiantur detrimentum in eorum redditibus, & prouentibus, ex eo quòd Magiſtratus ſęculares ſibi vindicant iuriſdictionem in cauſis Eccleſiaſticis, officium etiam Delegatorum erit, prouidere, vt iuriſdictio, & libertas Eccleſiaſtica illęſa remaneat, & ſublata non minùs, quàm immobilia reſtituantur.

Vt autem concordia ſuper bonis ablatis, & eorum fructibus perceptis facilior redderetur, exorandus eſſet Cęſar, vt permitteret, quin etiam mandaret Iudicibus Imperialis Camerę, ius dicerent contra bonorum Eccleſiaſticorum occupatores, ſublata quacumque ſuſpenſione aliàs facta.

72 Demùm exeunte Auguſto idoneis inſtructi mandatis Internuntij Apoſtolici tres decreti fuere in Cardinalium Senatu, quorum nomina Angelus Maſſarellus ſubiectis verbis recenſet: *Angelus Maſſ. in Diar. Con. Trid. & Bononien. M. S. Arc. Vat. pag. 305.*

„ [IV. Septembris MDXLVIII. recepit Re-
„ uerendiſſimus Dominus Cardinalis de Monte
„ literas à Cardinali S. Crucis, quibus ſigni-
„ ficat, quòd vltima præteriti Menſis fuerit
„ Conſiſtorium: in quo deputati fuerint Epi-
„ ſcopi Aloyſius Lipomanus Veronenſis, Seba-
„ ſtianus Pighinus Ferentinus, & Aliphanus
„ Nuntij Apoſtolici in Germania: vt eant cum
„ facultatibus, quas petit Imperator diſpenſari
„ cum Lutheranis ad gremiũ redire volentibus.]

Cu-

Cuius vice Fanensem deinde missum fuisse in Aula Cæsarea tunc agentem narrat Massarellus.

Ex verò facultates postulatæ à Cæsare non in effusa amplitudine Internuntijs concessę sunt, sed iustitia pro Dei cultu amplificando temperatæ, non ad Ecclesiæ destructionem, sed ædificationem, vt eloquitur Pontifex in suis diplomatibus: cùm enim non ijdem casus occurrerent in omnibus, qui solui Lege Ecclesiastica flagitabant, ideò pro eorum varietate distincta fuere tria diplomata, quibus iussi sunt Internuntij in Sacerdotum coniugijs, & communione sub vtraque specie permittendis, ieiuniorum, & feriarum obseruantia restringenda, sacerdotiorum vectigalibus coniungendis, rerumque ablatarum restitutione componenda esse parcissimi, ac nisi tres Internuntij mutua sententiarum consensione conspirarent: ideò verò importunis precibus Cæsaris, quem à suscepta sententia dimouere non poterat, nonnullis assensisse visus est Paulus, quòd cœlibatus Sacerdotum positiuo tantùm iure, licèt antiquissimo & æquissimo, imo ab Apostolis tradito constitutus esset: ac Cæsar Lutheranos ex ea indulgentia ad fidem Catholicam, & Ecclesiæ coniunctionem reuocandos prænderet. At promissa Cæsaris de Lutheranis ea ratione Ecclesiæ conciliandis euanuere: stetitque fixa & inconcussa de cœlibatu Sacerdotali Ecclesiæ vetustissima disciplina, nec Sacerdotes Lutherani cum Ecclesia in gratiam admissi, nisi pellices abigerent. Ex ijs enim Internuntijs Sebastianus Pighinus Episcopus Ferentinus profectus in Germaniam lapso bimestri, certiorem fecit Cardinalem Farnesium, se peragrasse Superiorem Germaniam non sine periculo, infectos Lutherana lue in perfidia obduruisse, & paucos ad Religionem Catholicam reuersos, spesque tenues eorum in castra Ecclesiæ traducendorum affulgere, nisi Cæsarea Maiestas magis strenuam operam ad id contulerit: iacta quidem ab ea fundamenta redintegrandæ veræ Religionis in omnibus terris ipsi obnoxijs, aut in maxima earum parte, Ecclesiasticos, & Monachos, qui pulsi ab Hæreticis erant, suis bonis restituisse: in Ecclesijs Principibus duo Altaria excitari iussisse; omnia enim euersa ac sublata fuerant, & in ijs quotidiè duo Sacra celebrari, sed paucos ijs interesse, compressis imperio illius aduersarijs, Catholicos in omnibus locis concionari posse. At quod maioris ponderis erat non interdixisse Lutheranos à cõcionibus habendis, ac propterea illos maiori, quàm antea diligentia, ac furore habere conciones, impietatemque diffundere, & confirmare, cùm formidarent, ne extingueretur. Addit, quoque plura Cæsari ex formula decreti, cui *Interim* nomen est, sese pollicitos; at promissis defuisse, illique illudere, satyrisque dictim compositis illud decretum traducere. Donec ergo eos perduelles, ac perfidos meritis pœnis affecerit, vetueritque falsas suas opiniones prædicare, quibus intælices populos seducunt, ac dementant, cò quòd, quæ carnem, & sensum afficiunt, ijs mirificè iucunda sunt, nullus fęlix restituendæ Religionis successus sperari potest. Ità denique concludit. Spero Maiestatem Cæsaream intellecta rei veritate, sedulò adhibendæ operæ non defuturam, ac certissimè rem conficere potest, Religionemque pristino splendori restituere, cùm tanquam Dominator Germaniæ extra virgam imperitet, Proceres, ac plebeij tanto eius nominis terrore perfusi sunt, vt nullus eius voluntati repugnare ausurus sit, cùm huius sectæ signiferos ac Principes Ducem Saxoniæ, & Landtgrauium Hassiæ in vinculis teneat, ac munitioribus Arcibus Ducis Wittembergensis potiatur, præsidiaque validissima omnibus terris liberis imposuerit, ac veteribus Magistratibus dejectis nouos pro sua voluntate præfecerit. Hæc sunt de quibus modò Reuerendissimam, & Illustrissimam Dominationem Vestram admonendam censui. *Moguntiæ V. Nouemb. MDXLVIII.*

Bellarm. Card. lib. 1. de Cler. cap. 19.

Ang. Mas. in Diar. Con. Trid. & Bonon. p. 308.

73 Decretis in Germaniam Internuntijs, Pontifex ad corruptelas, quæ irrepserant, tollendas, disciplinamque Cleri, & Populi Christiani instaurandam curas conuertit, atquè ex varijs Regnis Episcopos Romam exciuit, eaque de causa indictos fuisse XXIX. Septembris conuentus Episcoporum in Gallia apud Nolium, vt Episcopi Galli Romam mittendi, pro disciplina Christiana ad meliorem formam reuocanda decernerentur, refert Angelus Massarellus, in quibus conuentibus actum est de Pontificis Romani auctoritate, quam Carolus V. prædictis suis protestationibus infringere moliebatur, multisque argumentis illustrata, vt ex subiecto Episcoporum consulto Henrico Gallorum Regi dato patebit.

Excti Romã plures Episcopi ex variis Regnis. *Fran. Belcar. Extat ix M. S. Arc. Vatic. fig. n. 3229. pag. 247. M. S. Fran. Car. Barb. fig. 2677. pag. 153.*

Communis aliquot Episcoporum Gallicanæ Ecclesiæ sententia, quam rogati dederunt. Viderentur necne mittendi Romam Episcopi aliquot disceptaturi de moribus Vniuersæ Ecclesiæ.

Est hoc ad nos relatum à Rege nostro Christianissimo Henrico ex Beatissimi Patris Pauli Papæ nostri literis, viderenturne nobis Romam esse mittendi aliquot Episcopi, qui cum cæteris, qui illuc conuocati essent, agerent de collapsa, corruptaque Ecclesiæ disciplina. (Et paulò post.)

Id quidem haud paulò facilius esset explicare, nisi hoc ab Rege Christianissimo peteretur, eo tempore potissimùm, quo vtpotè publico Christianorum conuentu instituto, nec liberum est nobis decernere, nec si nobis hoc integrum sit, Reipublicæ commodum.

De morũ reformatione Gallorum Episcoporum sententia

Etenim hoc in primis considerandum, quem in locum summa rerum Christianorum progressa sit, quid ex eo conducat, quid secus animaduertendum.

Exorta est iampridem Martini Lutheri pestilentissimi hominis pestilentior Secta, quæ primùm administrorum Ecclesiæ auctoritatem, vim deindè Sacramentorum, & efficaciam labefactans post in dissimiles, secumque pugnantes Hæreticorum familias dissecta omnem admodum Christianæ Religionis speciem deformauit, & corrupit integritatem, postremò cùm in Arcem totius pietatis inuasisset, Baptismi, Eucharistiæ, reliquorum Sacramentorum Religionem; atque Sanctitatem euertit.

Lutherani concionatores non prohibiti à Cæsare.

Ad hęc, quę non alia disciplinę Christianę instituta Oecolampadiani, Zuingliani, Bucerianì, Caluiniani, cęterę importunissimę pestes, & immanissimę violarunt, tùm scriptis, factisque impudentissimis, tùm pręcipiti quadam, & perdita prędicandi, ac obloquendi vanitate, & obtrectandi petulantia? In quo profectò omnem superarunt antiquorum immanitatem, & insaniam Hęreticorum, quoniam ex furore, & vecordia hęc rabies profecta est recentioris veneni, haud paulò magis furiosa amentia.

74 Itum est vtcumque obuiam à Catholicis, & est res libris, ac disputationibus acta, nec minùs tamen maxima Germaniæ pars, nonnulla Galliæ, Britannia penè tota, maxima vbique perditorum hominum multitudo hoc incendio conflagrauit.

Ex

Act. 15. Ex eo tempore haud dubiè Christianum Concilium cœpit esse pernecessarium, vt & isto morbo correpta Ecclesiæ viscera curarentur quamprimùm, & ab integris arceretur contagio. Cuius vnius remedij permulta extiterunt vetustissima exempla, sed ne vltima repetamus, Apostoli, cùm de Circumcisione gentium à nonnullis esset illata quæstio, conuenerunt Hierosolymam, res constitit, habito Concilio ne gentes circumcidi cogerentur. Secundùm hæc tempora, vt Simonem, Basilidem, Apellem, Menandrum cætera Ecclesiæ vulnera omittam, Paulumque Samosatenum Antiochiæ confutatum, ac damnatum, Nicæna Synodus aduersùs Arrianorum blasphemias propugnauit & Trinitatis veritatem in vnitate, & in Trinitate vnitatem; stetit pro Spiritus Sancti Diuinitate contra Macedonium, Eunomium Eudoxum Constantinopolitana damnauit; Ephesina Nestorium duas in Christo personas constituentem, vti vnam in eodem Christo naturam asserentem Eutychem Abbatem Constantinopolitanum, & Dioscorum, & Nestorium iterum Chalcedonensis, altera Constantinopolitana Theodorum, aliæ alios Christianæ Ecclesiæ, & Religionis hostes.

Hoc exemplo in tanta Hæreticorum insolentia ad vnicum subsidium pietatis occursum est, vniuersæ videlicet Ecclesiæ Concilium, vt quibus copijs adhuc res Christiana fuit Hæreticis omnibus, Schismaticisque superior, Patrum quidem auctoritatibus, nos ijsdem vteremur in non dissimili periculo, & grauiore etiam nostro quidem iudicio. Hæc itaque causa quæ fuerit, hoc tempus quàm iustum, quàm necessarium, quot quantisque exemplis nitatur antiquitatis, satis arbitramur esse probatum, vt nec tempore, nec causa, nec necessitate Conuentus ipse Tridentinus vlli antiquorum cedere videatur. Itaque decretus, & indictus est à Beatissimo Patre Papa Nostro Paulo, adnitente tunc Rege Nostro Christianissimo Francisco, instante etiam Imperatore Carolo, quorum alterius nunc vita functi memoriam laudibus apud omnes homines, lacrymis verò etiam ad Christum, & assidua totius Ecclesiæ nostræ precatione prosequimur, alterius quoque vitam, & salutem, qua debemus charitate complectimur, auctoritatem certè vtriusque coniunctam, præsertim arbitramur esse defendendam, nam quidquam aut in Beatissimi Papæ nostri Pauli desiderare Sanctitate, aut in grauitate Tridentinæ celebritatis, nec pudoris est nostri, nec recti, sincerique iudicij, quid enim eum non laudare Auctorem possumus, qui in locum Successoris Principis Apostolorum Petri, aut eam non suspicere frequentiam, quæ Ecclesiæ totius sustineat dignitatem, atque potestatem, cùm vtrique tot, tantaque testimonia sint Sanctitatis, atque grauitatis.

Matt. 10. Apostolis suis verba sua annuntiaturus non vniuersis tantùm, sed singulis Spiritum Sanctum ad Principes præsto fore pollicetur Christus, neue quid respondeant solliciti sint, neque enim eos fore, qui loquerentur, aut responderent, sed Spiritum Patris sui illis omnia, quæ dixerunt suppeditaturum. Hoc autem præ cæteris Petro tributum videtur hoc argumento, quòd qui se

Marc. 13. Psalm. 17. Matt. 25. Eph. 2. Esai. 2. 1. Petr. 2. Io. 21. Matt. 18. improbatum lapidem in scripturis dici intelligeret Christus, quamquam Paulus Apostolus angularem, Petrus ipse offensionis, & scandali, idem ille Christus cum Petro huius nominis notationem communicauerint, *Tu vocaberis* (inquit) *Cephas*, idem ad nominis sui egregiam, ingenuamque professionem Petri eadem in eodem denominationem repetiuit, addidit, & consequentia illa, quæ mirificè commemorata sunt de exædificanda Ecclesia, perstatque in eiusdem nominis mysterio discipuli Præceptor, de singulari potestate alligandi, & soluendi. Sunt quamplurima alia, sed hoc vel maximè ad præstantiam muneris, quod ter repetita commendatione committit gregem suum Dominus Petro præter cæteros omnes. Ioan. 21.

Neque tamen minùs se in Conuentu Catholico affuturum, & Spiritu suo administraturum pollicitus est, nec minorem cæteris, quorum grauitatem, & auctoritatem sustinent Episcopi, quàm Petro, cuius dignitatem refert Summus Pontifex Romanus, & alligandi, & expediendi facultatem fecit, atque auctoritatem, remissionem, retentionemque peccatorum, & apud Mathæum, Sancti Spiritus inspiratione futuram suam præsentiam, & gubernationem Ecclesiæ sempiternam, prædicationisque pollicetur remissionem. Matt. 18. Ioan. 20. Matt. vlt.

75 Eundem autem Spiritum Petro, atque vniuersæ Apostolorum fuisse Ecclesiæ ita probabile est, vt Paulus quoque adscriptus ad illum numerum, eum, qui Petrum subleuasset in administrationem circumcisorum, testatus sit adiutorem sibi fuisse, & Legato, & Oratori ad gentes, & quidem quemadmodum vnum in vna Dei Ecclesia corpus est, vnus est Spiritus, vnus Dominus, vna Fides, vnus Deus, ita hæc omnia in Petro, & Apostolis in Optimo Pontifice, & Optimo Præsulum Conuentu eadem sunt. Ad Gal. 1. ad Eph. 4.

Sic id quod est ipsum decantatum Viri omnium sapientissimis versibus retinendum est ab omnibus, vt Ecclesia quàm maximè vna sit, *Vna*, inquit, *est Columba mea, perfecta mea, vna est matris suæ, electa genitrici suæ*, etenim sic illius simplicitas, atque constantia seruabitur, si vnus semper fuerit, & boni Pastoris, & veræ Ecclesiæ sensus secum semper ipsa consentiens, sed ab alienis discedens, nisi fortè in illo Apostolorum Conuentu Petri Principis mentem ab reliquorum Apostolorum sensu, hoc est autem Spiritum à Spiritu discrepare putamus, & in hoc *vnitatem coarguimus* Apostolici edicti, quod ita habuit: *Visum est Spiritui Sancto, & nobis*. Aut nobis illusit omnibus scribens Paulus ad Corinthios illum Conuentum, quem vt cum suo absente spiritu ad illius incesti damnationem vnum in locum conuenire hortatus est, summam in eo consensionem probauit; in altera ad eosdem Corinthios Epistola inquiens, *Si quid, cui condidistis, & Ego*. Itaque ille eodem in Spiritu suis in omnibus coniuncta partibus Ecclesia, & sibi ipsa conueniens non modò in capite, sed ne in articulis quidem vllum, siue doctrinæ, siue morum experiri potest dissidium. Cant. 6. Act. 15. 1. Ad Cor. 5.

Non est quidem Ecclesia certè hoc modo aliud Paulo, quàm Domus Dei, Columna, Fundamentumque Veritatis, & hæc sanè duo cùm vno in sensu conspirant, quid absurdius esse queat, quàm alterum cum altero committere stultis istis, & insulsis decertationibus; hoc dum quærunt ineptissimi homines, Summi ne Pontificis auctoritas sit Conciliorum auctoritate potior an contra, dissentientium enim partium est istiusmodi dijudicatio, & pugnantium inter se, non vnius, eiusdemque & Dei, & Domini Spiritu opinionum, & voluntatum, si fortè dissimiles essent, ac

di-

diuersi inuicem; summa Ecclesiæ conciliatio non patitur hoc Ecclesiæ verè dissidium, & hoc Paulus ad Corinthios detestatur, & aspernatur à se in enuntiatione verbi Diuini, vt nulla appareat inconstantia eiusmodi, videtur in his contrarijs verbis inesse est, & non est, quid autem magis secum pugnet, quàm si partes inter se Concilij alicuius ita discrepent, vt idem aliæ affirment, aliæ negent, vt indignitas eadem incidat, quam tanta indignatione Paulus prosequitur, cùm hæc inter discipulos iactari cognosceret. *Ego quidem sum Cephæ. Ego sum Pauli. Ego sum Apollo.* Tunc enim iustissima, & sanctissima animi permotione velut excandescens, inquit: *Diuisus est in vobis Christus? an Paulus pro vobis crucifixus est?*

Paulò post idem rem totam ita concludit, vt ne quid diuisionis, aut sectæ admittere videatur, vtpotè quem ab vno principio totum pendere, ab vno fonte proficisci, & defluere necesse sit. *Ego plantaui* (inquit) *Apollo riganit, sed neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.* Ergò ex ipsius Dei maiestate, atque præsentia, non ex sua vtriusque dignitate perpendenda est vtriusque auctoritas.

Qui autem aut Marcellini Papæ causa, aut abdicatio, aut accusatio Damasi, aut Anastasij Papæ detestatio, aut recentiorum nonnullorum inuidia Pontificum, aliorum oberit innocentiæ, quemadmodum nihil efficiet ad eleuandum Conciliorum Catholicorum aut potestatem, aut fidem actitari ab Hæreticis, Schismaticisque conuentus, quibus vna sæpenumero opposita Pontificum Romanorum auctoritas integritatem retinuit Ecclesiæ.

76 Princeps Apostolorum Petrus ancillarum, atque seruorum proteruiorem vultum non ferens, non modò Præceptorem diffimulauit suum, verùm etiam negauit turpiter, ac flagitiosè, & idem ille socio administrationis Paulo, post acceptum propriè Spiritum Sanctum dignus est reprehensione habitus; haud propterea tamen, aut Christi misericordia ex superiore culpa est iudicatus indignus, aut ex posteriore castigatione minùs ad Principatum idoneus. Ita se res habet, singulorum vitæ, ac moribus facilè detrahitur, quamquam est apud nos iniquos haud admodum difficilis humanæ infirmitatis venia.

Catholicorum porrò Pontificum solemnes Cõuentus ab omni fraude, suspicioneque vacant, quorum grauitas, dignitasque omni superiorum temporum, antiquitatisque commendatione, & fide celebratur. Horum de iure, atque amplitudine si quid ademptum sit semel, aut detractum, sit in posterum de subsidio, quod vnum semel reliquum extitit laboranti, titubantique religioni, vt omnia effudisse medicamenta restituendæ veritatis, atque salutis publicæ videantur, qui vim illam, atque religionem vlla ex parte tentare conati sunt, hoc est Spiritus Sancti vocem labefactare, diminuere maiestatem, potestatem conuellere. Horum auctoritate Romani Pontificis suam dignitatem conseruarunt, vt Nicæni, vt Chalcedonensis, vt cæterorum, quorum illos decretis stetisse testantur Canones vniuersi, tùm eorum auctoritate comprobati, tùm admixti, adscriptique Pontificiarum Epistolarum auctoritatibus; Gregorius non minùs quàm Euangeliorum, Conciliorum approbat, atque veneratur instituta. *Dist. 15. Dist. 16.* De ijs non multò secùs Gelasius sensit ab Apostolorum Canonibus ad quartam, & vigesimam Lugdunensem alteram Synodum, recensentur omnes, atque comprobantur. Papa Zosimus, Gelasius, Leo, Damasus, Vrbanus, cæteri complures ita decreta Christianorum conuentuum confirmant, vt vel Romanis Pontificibus præ cæteris omnibus rata sint. His quantum Augustinus tribuerit, Hieronymus, Ambrosius, Athanasius, Cyrillus, Chrysostomus, infinitum esset recensere, quin etiam superuacaneum, qui Græci, Latinique Auctores hos ferè secundùm sacrarum literarum dignitatem, sanctitate, auctoritate, fide proximos esse voluerint, quorum de iure non dubitauimus eadem illa prædicare, quæ de prædicationis suæ veritate professus est Paulus, vt si quis docuisset secus, detestabilis esset.

Illa ergò & Pontificis Summi, & Concilij auctoritas vna, atque eadem auctoritas est, ac veterum Pontificum, veterum Conciliorum nec dissimilis, nec dispar; quippè cùm cætera omnia conuenire non diffiteamur, ne reuocetur in dubium, idque multò minùs in Pontificio Conuentu ab ipso Summo Pontifice congregato, qui Conuentus, aut nulla (quod nefas est putare) aut antiqua pollet Sanctitate. *Pontificis & Concilij vna eademque auctoritas est.*

77 Is autem hoc tempore ita se habet. Cœptus quidem ille est, & inchoatus tantùm, vt de doctrina decerneretur, quæ pars erat causæ totius, altera vix disputatio sit ad elementa actionis illius perducta. Deindè sunt cur dicamus omissa, certè intermissa omnia. Causam afferunt insalubrem Cœli statum, & pestilentem aëris intemperiem, quorum nos opinioni libentiùs accedimus, concedimusque non inuiti de loco transferendi inter Patres rectè, atque ordine conueniisse; verùm, vt hoc dicere liceat, nimis acceleratam alij, aut præcipitatam potiùs, nec illam planè integram deliberationem fuisse conquererentur, causam quoque ipsam commentitiam, & fictam (Non commentitia nec ficta fuit transferendi Concilij causa, sed iusta, cum enim Cæsar hæreses impias Lutheranorum, quos sibi maximè conciliatos tunc cupiebat, damnari non fineret, ne exasperarentur, & ab eisdem Lutheranis Concilium ex improuiso opprimi posset, de quibus Cardinalis Ceruinus, qui in Pontificatu Marcelli II. nomen gessit, Paulum admonebat, transferendi in Italiam Concilij occasio ex morbo epidemico ardenter arrepta est) subdunt literæ Gallorum Præsulum. Et sic adhuc in sententia permanent, vt ne pedem quidem extulerint Tridento, nec vllum alium præter hunc locum esse Concilij fateantur graues illi quidem Viri, & tùm dignitate Pontificia, tùm eruditionis excellentia, cùm sanctitate morum, & commendatione vitæ totius insignes, penès quos sit veritas, vt de hoc non ambigamus, ex eo tamen res sunt in controuersia. *Vera translationis causa.* *Non finebat Cæsar damnari hæreses.*

Sic autem Rex Christianissimus noster Henricus impressa pietatis à Maioribus suis vestigia prosequutus, non consequutus est modò, verùm etiam studio vicit superiores, qui Beatissimi Patris Pauli Papæ nostri voluntate prouocatus, translatum Bononiam Concilium celebrauit. Sed ab altera parte Romanorum Imperator Carolus perstat, perseueratque in patrocinio loci Tridentini. Hinc ad illa vlcera, quæ ab Hæreticis sunt imposita Ecclesiæ, adiunctæ discessionum calamitates, quæ adhuc pars coniuncta, & vna adeò fuerat Ecclesia, verendum est in primis, ne quòd propè incœptum est, in partes abeat, & scissione dilabatur, quod ipsum certè, & maioris multò

Digitized by Google

& discriminis, & damni fuerit familiæ scilicet Ecclesiasticæ iactura, quàm futura fuerat Hæreticorum (hoc est hominum iam dudum alienorum) desperatio, qui tamen vt reuocarentur, toto consilio, omnibus Ecclesiæ viribus, atque opibus actum est. Quantò magis igitur elaborandum est, ne hanc multò grauiorem plagam accipiat Ecclesia, vt in ea parte, quæ ad hæc tempora stetit sua integritate incolumis, miserabiliter in partes diuisa videatur. Christus Dominus apud nos diuisus ad labem Christiani nominis sempiternam, quod sit argumentum vel maximè aduersarijs nostris debacchandi vehementiùs, & furendi, vt Rex Christianissimus Henricus in propugnatione Bononiensis loci, Imperator Romanus Tridenti inter se dissentient, quorum cæteris in rebus mirificus consensus est, cui malo ante omnia est nostro quidem iudicio occurrendum, & eò remedia omnia adhibenda, nec cogitandum ante quidquam aliud, aut tentandum, quàm hoc sit dissidium compositum. Concurrunt hæc omnia, Imperatoris protestatio Tridentina ad consessum Bononiensem iam inde suspensum, omnium expectatio quid Concilio futurum sit ex ea velut offensione, maior Hæreticorum arrogantia, summum integræ partis periculum, armorum motus, quæ omnia nobis non videntur posse admittere perficiendæ rei vel dilationem, vel tergiuersationem. Nam quòd Romam interim ad differendum (vt ab iniquis dicitur) remedium conuocantur Episcopi, qui mores Ecclesiæ iudicent, constituantque: hæc quidem primùm res in opinionem adduxit, vt initum videatur esse Concilium de supprimenda prorsùs tractatione publica, & Religionis morum, siuè est ea Tridentina, siuè Bononiensis suppressa. Sanè Synodus, vt omnem corruptarum partium sanandarum rationem euertit, ita obstruit viam earum seruandarum, quæ sunt à contagione integræ, & expectationem reliquam aufert in posterum melioris aliquando futuræ Ecclesiasticæ conditionis. Verùm intermittatur tantummodo ne tollatur. Differt autem ea ratio eius ægritudinis curationem, eiusque periculi cautionem, quam aut primo quoque tempore necesse est expediri, aut vix nunquam postea verisimile est explicari posse, nisi forte, quæ sua sponte in dies fiunt deteriora longinquitate temporis neglecta, meliora fient, vt quæ recentia mala, & parua vix sanari possunt, eisdem & inueteratis, & maioribus factis medebimur, aut impendenti, iamque vrgenti grauioris incommodi periculo non præstantissimo quoque opus est remedio. Age verò cùm salus agitur corporis vniuersi, quo in discrimine maximo, & extremo propè iamdiù versamur, ac ne deposita cura ad experiendas corporis grauissimè laborantis partes, & quasdam velut reduuias sanandas animam conuertemus, quamquam non negamus in restituendis moribus, & excolenda disciplina Christianæ vitæ operam optimè poni Vniuersæ Ecclesiæ. Hæc tamen & pars est altera eorum, quæ proponebantur indicendo Concilio, & si, differri non possit, à singulis Metropolitanis ad veterum Canonum seueritatem commodiùs exigetur, committendum nobis non videtur, vt superioribus maleficijs hoc adiungatur haud parum malum, vt in sermones malenolorum hominum incurramus, non minùs velle quàm corruptorum principiorum, Ecclesiæ administrationis, medicinam, quàm improbitatem nostram retractari, & corrigi, quòd solum summum Concilium & suscipere, & perficere queat, propterea subterfugere nos, nec vlli remedij generi acquiescere.

Etsi hæc nostra communis omnium sententia nil magis necessarium esse, quàm controuersiam istam locorum componi, vt de alterutro, aut de tertio aliquo conueniat, instituti conuentus actiones progredi, ac finem accipere: ad id ante nihil minùs conducere, vel nil plùs obesse potiùs, nihiluè magis esse præposterum, quàm conuentionem istam fieri Romæ, neque verò ex quatuor, quæ feruntur generibus Conciliorum ignoramus, nos vni summo esse obnoxios, cui & iam satisfactum est ex parte, & in posterum non sumus defuturi. Scimus duos maximos simul esse non posse conuentus. Verùm nec veneration in Beatissimum Papam Paulum nostrum, nec in Christianissimum nostrum Henricum vllos regionum terminos circumscribimus, id tantummodo censuimus, quod nobis videtur rei Christianæ vtile.

78 Tradit memoratus Angelus Massarellus XIII. Octobris excitos fuisse Romam è Bononiensi Concilio Claudium Mirapiscensem, Ioannem Nouiomensem, Robertum Ambricensem, alioſue, & Ioannem Niuernensem Episcopos Gallos pro restituendo pristino morum nitore: nam Lutherani, qui Hæreseos, & Schismatis, & profligatissimæ vitæ suæ trabes horrendas in oculis suis non viderant, de festucis, quas in oculis Cleri Catholici videbant, acerbissimè querebantur, atque adeò Cæsar ardentissimè contenderat à Pontifice, vt corruptelæ veteres abolerentur. Datæ verò ad eos Episcopos Gallos extant literæ subiecta verborum formula conceptæ. *Acta Con. Bonon.*

Venerabili Fratri Ioanni Episcopo Nouiomensi.

Venerabilis Frater salutem. Cupientes tecum pro tua doctrina, prudentia, ac probitate super nonnullis rebus Vniuersale Concilium, & salutem Reipublicæ Christianæ concernentibus loqui, hortamur te, tibique iniungimus, vt pro commodo publico, particulare ad nos veniendi incommodum subire, & quantò citiùs poteris, ad Nos te transferre velis, venies enim nobis gratissimus, & libenter te videbimus. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum X. Octobris MDXLVIII. Anno XIV.* *Paul. III. Lib. brev. anno 14. pag. 459.*

Interiectis paucis diebus Gallorum Regis Orator Bononia Romam se contulit. Porrò eius Concilij actiones publicas omninò fuisse intercisas docent eiusdem Concilij Acta.

In Gallijs hoc tempore plures nouarum hæreseon illecebris deliniti, pestiferas opiniones apud simplex vulgus sparsere, ad quorum reprimendam impietatem Sorbonica Academia Concilij Tridentini sub Paulo III. celebrati, & aliorum Conciliorum decreta sequuta, errores Nouatorum proscripsit hoc anno, ac è suggestu Sacro proponi voluit, quorum decretum Parisiensis Senatus in Acta sua retulit, conceptum verò subiectis verbis fuit hoc decretum Sorbonicum.

Decanus, & facultas Theologorum Parisiensium omnibus in Christo fidelibus salutem. *Ext. in Tom. II. de Concil. m.s. Arch. Vat. fig. n. 3200. pag. 189. Decretum Sorbonicum contra Caluinistas.*

79 Cùm hodiè per Concionatorum in asserendis dogmatibus altercationem videamus plures fidelium, iuxtà id quod Ephesijs scribit Paulus, tanquam paruulos fluctuare, & ad omnem ventum cuiusuis doctrinæ circumferri, & agitari, nostrum autem interfit (quod in nobis erit) dissidentes opinionum fluctus componere, de sanctissimo Christianissimi Regis proposito abundè

Digitized by Google

dè perſuaſi, quidnam circa articulos hodiè à pleriſque controuerſos, & Chriſtianis Doctoribus, & Concionatoribus prædicandum, & cæteris Chriſtifidelibus cùm vniuerſa ſit Eccleſia credendum, pauçis hoc ordine viſum eſt annotare.

Certa, & firma fide credendum eſt, Baptiſma omnibus, etiam paruulis, ad ſalutem neceſſarium eſſe, & per ipſum dari gratiam Spiritus Sancti.

Eadem fidei conſtantia eſt tuendum, homini ineſſe liberum arbitrium, quo poſſit benè, vel malè agere, & per quod, etiamſi in peccato mortali fuerit, Deo adiuuante ad gratiam reſurgere valeat.

Non minùs certum eſt, adultis, & ratione vtentibus, poſt peccatum mortale admiſſum, neceſſariam eſſe pœnitentiam, quæ in contritione, & confeſſione Sacramentali vocaliter Sacerdoti facienda ſimiliter, & ſatisfactione conſiſtit.

Ad hæc Peccatorem non ſola fide, ſed & bonis operibus iuſtificari, quæ adeò neceſſaria ſunt, vt ſine illis nemo adultus vitam conſequatur æternam.

Quilibet Chriſtianus tenetur firmiter credere, in conſecratione Euchariſtiæ panem, & vinum conuerti in verum Domini Corpus, & Sanguinem, remanentibus tantum panis, & vini ſpeciebus, ſub quibus realiter verum Domini Corpus continetur, quod ex Virgine natum eſt, & in Cruce paſſum.

Sacrificium Miſſæ eſt ex Domini inſtitutione valens pro viuis, & defunctis.

Non eſt Laicis ad ſalutem neceſſaria Communio ſub vtraque ſpecie: rectèque certis, & iuſtis de cauſis olim ab Eccleſia ſancitum, vt ab illis ſub vna tantùm panis ſpecie communicetur.

Porrò ſolis Sacerdotibus ſecundum Eccleſiæ ritum ordinatis data eſt à Chriſto poteſtas conſecrandi verum Corpus, & in foro Pœnitentiæ à peccatis abſoluendi.

Quos certum eſt, etiamſi mali, & in peccato mortali fuerint, conſecrare verum Chriſti Corpus, ſi quidem illud conſecrare intendunt.

Confirmatio, & Vnctio Extrema ſunt duo Sacramenta à Chriſto inſtituta, per quę datur gratia Spiritus Sancti.

Nec dubitandum eſt, Sanctos in hac mortali vita, & in Paradiſo agentes miracula operari.

Sanctum eſt, & Deo maximè gratum orare Beatam Dei Genitricem, & Sanctos, qui in Cœlo ſunt, & ſunt pro nobis Aduocati, Interceſſores apud Deum.

Hi itaque Sancti beatè cum Chriſto degentes non ſolùm ſunt imitandi, ſed & venerandi, & orandi.

Ob idque religiosè faciunt, qui loca eis dicata ex deuotione viſitant.

Si quis in Templo, aut extrà Templum priùs ſua oratione ad Beatam Virginem, aut Sanctorum aliquem recurrat, quàm ad Deum, non peccat.

Nec vllo modo dubitandum eſt, quin genuflectere coram Imagine Crucifixi, & Beatę Marię, & Sanctorum ad rogandum Chriſtum, & Sanctos opus ſit bonum, & pium.

Adhuc firmiter credendum eſt, & nullatenus dubitandum, Purgatorium eſſe, in quo animæ detentæ Oratione, Ieiunio, alijſque bonis operibus iuuantur, vt citiùs liberentur à pœnis.

Tenetur, & quilibet Chriſtianus firmiter credere vnam eſſe in terris Vniuerſalem Eccleſiam viſibilem in fide, & moribus, errare non valentem, cui omnes Fideles in his, quæ ſunt fidei, & morum obedire obſtringuntur.

Quòd ſi quid in Scripturis Sacris Controuerſię, aut dubij oriatur, ad præfatam Eccleſiam definire ſpectat, & determinare.

Eſt & certum, multa eſſe credenda, quæ non ſunt expreſsè, & ſpeciatim tradita in Sacris Scripturis, quæ per Traditionem Eccleſię ſunt neceſſariò recipienda.

Eadem etiam veritatis certitudine credendum eſt, quòd ius anathematizandi eſt ex iure Diuino Eccleſiæ à Chriſto Ieſu immediatè conceſſum, & idcircò cenſuræ Eccleſiaſticæ ſunt magnopere formidandæ.

Certiſſimum eſt etiam Concilium generale legitimè, & debitè congregatum, Vniuerſalem Eccleſiam repræſentans non poſſe in fidei determinationibus, boniſque moribus errare.

Illud etiam non minùs certum eſt, quòd ex Iure Diuino eſt vnus Pontifex, id eſt Papa, qui ſupremum eſt Caput Militantis Eccleſiæ Chriſti, cui omnes Chriſtiani parere debent, & penès quem eſt poteſtas Indulgentias conferendi.

Conſtitutiones Eccleſię, vtpotè Ieiunia, epularum diſcretiones, abſtinere ſe à carnibus, & pleraque alia, ipſam conſcientiam obligant, omni pariter ſecluſo ſcandalo.

Vota etiam præſertim Monaſtica, & Religionis, quemadmodum etiam perpetuæ Continentiæ, Paupertatis, & Obedientiæ itidem conſcientiam obligant.

Dicta Theologiæ facultas prohibuit, prohibetque omnibus, qui ſuę Congregationis exiſtunt Doctoribus, Baccalaurijs, iiſque omnibus, qui nunc & in futurum ſibi ea in facultate gradum comparare ſtudent, ne vllo pacto ſuis in Concionibus, Propoſitionibus, dictis contraria controuertere, neque in ſuis lectionibus, neque alibi illa legant, doceantque.

Prætereà iubet, vt ab omnibus præfatis dictæ propoſitiones ſubſcribantur, vtque demùm non ſint ſocordes ad commendandum Defunctorum animas orationibus precibuſque Populorum, ſub perpetua priuationis pœna dictæ Societatis, & Congregationis. Anno gratiæ MDXLVIII. X. Martij Theologiæ facultas in Sorbonico Collegio debitè congregata ſuper præcedentium articulorum negotio, illas, qua forma ſcriptæ ſunt, Sacramento approbat, ſubſcribique fecit, tùm Decani, Facultatiſque mandato eorum ſcribi, Secretarij manu.

Signatum I. Formier, De mandato.

Lecta, publicata, & regiſtrata audito Procuratore generali Regis hoc requirente Pariſijs in Parlamento vltimo die Iulij anno Domini 1548.

80 Propagata eſt maximè hoc Anno in Anglia Zuingliana hæreſis tyrannide Regij Tutoris, qui velut Antichriſti Præcurſor iuge Sacrificium ,, ſuſtulit ex Anglia. [Hoc tempore (inquit Su- ,, rius) ſub Puero Rege Miſſa abrogata eſt. Funeſtam hanc Hiſtoriam fuſiùs Sanderus his verbis enarrat. *Sur. in comment.*

,, Interim Catholici Angli, & præſertim Do- ,, ctores, qui Schiſma Henrici VIII. ſaltem poſt ,, mortem eius reprimendum ſperabant, vbi ,, adeò id non euenire perſpicerent, vt potiùs ,, in peſtilentiorem Hæreſim erumperet, partim ,, ſeipſos accuſarunt, quòd primis initijs fortiùs ,, non *Sander. l. 2. de Schiſ. Anglico.*

Digitized by Google

Hæresis in Anglia propagatur.

non obstitissent, partim mœrore, ac squallore confecti miserrimam vitam traducebant. Qui enim legerunt apud S. Ioannem Chrysostomum contra Paganos Diuinitatem Christi propugnantem, veterem, & antiquam Patriæ suæ fidem ob hoc ipsum commendatam, quòd Altaria olim erecta Christo fuissent (sunt etiam, inquit Chrysostomus, in Britannicis Insulis extra hoc Mare satis fundatæ Ecclesiæ, & erecta Altaria) cùm illi ijdem iam post mille, & penè ducentos annos à Chrysostomi morte eadem Altaria non à Paganis, verùm ab ijs, qui seipsos vocant Christianos, dirui, & euerti conspexissent: quo animo par est eos spectasse? Quas fudisse lachrymas? Quos gemitus edidisse? Nam si Altaria Christi olim fuerunt in Anglia, affirmante Chrysostomo, Christianæ fidei signa, vtique eodem modo Altarium deiectio iam est signum perfidiæ Antichristianæ. Atque ingemuerunt quidem & his nouitatibus, vtcumque se opposuerunt Stephanus Wintonensis, Edmundus Londinensis, Cuthbertus Dunelmensis, Nicolaus Vigorniensis, & Darius Cicestrensis Episcopi, omnes doctrina, & grauitate præstantes Viri, qui etiam in Ordinum Conuentu suffragia habebant, Religionisque sententia, ac interiori affectu Catholici erant, sed facti Episcopi in Schismate Henriciano extra Ecclesiam, vel potiùs contra Ecclesiam, Regio, non Pontificio mandato, aut assensu, & pro Regia libidine, Ecclesiasticoque eius Primatu stabiliendo non habebant illum fortitudinis, & veritatis Spiritum, qui in vnitate Ecclesiæ Catholicæ ritè ordinatis, & iunctis tribui solet: timidè ergo restiterunt Pueri Regis Primatui, imò simpliciter subscripserunt, & in omnes cæteras innouationes, quæ non videbantur ipsis continere apertam Hæresim, nè Episcopatus, ac honores perderent, vel vltrò, vel contra conscientiam coacti consenserunt, cuius criminis grauissimas paulò post pœnas, primùm sub hoc ipso Eduardo, quia in reliquas omnes Hæreses, seù (vt tunc loquebantur) Regiæ Maiestatis in reformanda Religione progressiones non sunt assensi, nec blasphema quædam illis proposita dogmata, pro Concione, vt iubebantur, explicare, & comprobare voluerunt, deinde multò magis sub Elizabetha omnes luerunt, depositionem, & (vt postea dicemus) diuturnos carceres vsque ad mortem patientissimè tolerantes, misericordiamque simul, & iustissima in se Dei iudicia collaudantes.

His ergo metu superiora edicta Schismatica approbantibus, ac reliquis recenter Regio nomine creatis Pseudo-Episcopis, ad ea stabilienda, sectamque per totum Regnum propagandam diligentissimè inuigilantibus, secundùm tempus lege Comitiorum designatum tremendum Sacrificium, cæteraque omnia Officia, & Sacramenta Catholico ritu publicè fieri omninò defierunt; nec vnus videbatur in toto Regno, qui falsorum Officiorum, ac Rituum communione non fuisset contaminatus, licèt plurimi occultè etiam tùm Missas fecerint, & audierint, qui tamen & ipsi Calicis Christi, & Dæmoniorum participes, Templa quoque, ac Sacramenta Hæretico ritu administrata frequentabant, existimantes (vt Diuus Augustinus olim, de quibusdam in Africa schisma Donatistarum sequentibus dixerat) satis esse si quouis modo Christum colant, & ignorantes id solùm Christo placere, vt in vnitate colatur.

Sola Sereniſſima Maria primogenita Henrici filia, Eduardi soror, quæ ei in Imperio successit, Sanctissimæ Matris suæ Catharinæ fidem, & constantiam sequuta, non potuit vllis Protectoris, aut cæterorum Regiorum Tutorum precibus, aut comminationibus adduci, vt Oratorium suum, quod domi habebat, vel claudi, vel Sacrum Missæ Officium in Cœnam Caluinicam mutari, vel saltem, vt secreto illud tantùm, & non palàm in contemptum legum Regiarum, ac aliorum (vt dicebatur) scandalum fieri permitteret.

Cùm autem Hæretici viderent se nihil apud eam in hac re proficere, nec ausi essent aliquid duriùs statuere in personam eius, quæ esset sanguine, & successionis iure Regi tàm propinqua, quæque sæpè Protectorem, ac cæteros Eduardi Consiliarios cùm palàm, ac præsens, tùm etiam per literas, ac Nuntios audacter admonuisset, ne fratris sui pueritia ita ad Reipublicæ, & Religionis perniciem abuterentur, adiungens præterea futurum forsan tempus, cùm cogerentur administrationis huius suæ tàm insolentis, tàmque vltimæ voluntati Patris sui, quam saltem Rege adhuc impubere religiosè ipsos seruare oportuisset, contrariæ rationem reddere; illi cùm quid responderent, aut statuerent non haberent, præsertim cùm ipsa apud Eduardum fratrem ætate postea paulò maturiorem liberiùs aliquoties conquesta esset, illique ex amoris teneritudine etiam lachrymas mouisse diceretur, hoc consilium homines perditi inierunt, vt primùm blanditijs & precibus, deindè minis rem agerent, sed cùm neutro modo obtinerent, quod cupiebant, aliam viam aggressi sunt, nimirùm vt ab illa Sacellanos suos, qui coram ipsa Sacra Officia pro more faciebant, diuellerent, in eosque, vt in transgressores legum publicarum, carcere, & alijs pœnis animaduerterent, quod semel, aut iterum quidem fecerunt Ingraueſcente ita hæresi, ac furente è Germania in Angliam Petrus Martyr, & Bucerus, maximi Dæmonis laquei, cum alia impiorum rabularum fœce prouolarunt.

81 Passa est hoc anno Polonia grauissimum damnum extincto prima Aprilis die Sigismundo seniore Rege, qui dùm vixit, illud Regnum Regia constantia ab Hæreticorum impietate, insidijsque vindicauit, de quo insigne hoc elogium scripsit Stanislaus Hosius Episcopus Warmiensis.

Sanctus ille Rex Sigismundus eius nominis Primus, qui, ante annos non ita multos, in Christo obdormiuit, cùm alijs heroicis virtutibus multis clarus, tùm in tuenda fide Catholica constantia quadam, & animo robore singulari præditus, & qui libenter vestigijs eius incedit, Sereniſſimus Filius hic eius, eiusdemque nominis Secundus, quem vtinam paterna fœlicitate, paternos annos assequutum, Regni huius gubernacula longissimo æuo tenentem videamus, numquid non & ipsi eodem animo, eadem sententia, eademque Religione fuerunt? Postularunt ab vtroque nonnulli, quibus rectè dici potuit. [Nescitis quid petatis] vt purum Euangelium in Regno suo prædicari permitterent. Respon-

Stanisl. Hosius Ep. V Varmi. in confess. fidei Cath. c. 24. pag. 24.

Sigismundus senior moritur magno Poloniæ damno.

dit

,, dit Dinus Pater ſui non eſſe muneris de puri-
,, tate verbi cognoſcere, ad Epiſcoporum offi-
,, cium id pertinere, quorum quidem hac de re
,, iudicio ſe etiam ipſum libenter Maieſtas eius
,, ſubmitteret, eorumque iuriſdictionem ſaluam
,, in omnibus eſſe vellet. Reſpondit ijſdem pro-
,, pè verbis Sereniſſimus eius Filius, neque du-
,, bitandum eſt, quin quotquot ſunt Catholici
,, Reges, & Principes, ſi quis eis iudicium de
,, cauſis fidei delatum vellet, omnes vno ſint ore
,, reſponſuri.] De pio eodem reſponſo dato Hæreticis in Comitijs Warſauienſibus meminit Surius. Regij nimirùm non eſſe muneris de cauſa Religionis agnoſcere, Regem ſe non Pontificem agere velle, ſatiſque ſibi eſſe negotij cum
,, prophanis cauſis. Tùm ſubdit Auctor. [Vti-
,, nam hanc tanti Regis conſtantiam plerique
,, alij ſequuti eſſent Politici Magiſtratus, qui-
,, bus ab impoſtoribus illis noui Euangelij buc-
,, cinatoribus peſtifera adulatione perſuaſum
,, eſt, ad ipſos pertinere, vt de Fide, & de Re-
,, ligione ſibi iudicium vſurpent, quæ res ma-
,, gnas non vno loco calamitates attulit.]

Surius in cõmment. hoc anno

81 Audito tanti Regis obitu Pontifex magnum ex eo traxiſſe dolorem Sigiſmundo iuniori ſignificauit, cùm Eccleſiam aduersùs Schiſmaticos ſemper defendiſſet, atque Hæreticos, nè impijs opinionibus populum inficerent, repreſſiſſet, tùm hortatus eſt, vt non minùs in Paternas virtutes, quàm in Regnum ſucceſſiſſe oſtenderet, Sediſque Apoſtolicæ auctoritatem, dignitatemque tueretur.

Sigiſmundo Regi Poloniæ.

Paul. III. lib. breu. anno 14. pag. 242.

Chariſſime. Obitus clarę memoriæ Sigiſmundi Poloniæ Regis Genitoris tui grauiſſimus nobis accidit, vt debuit; ea enim erat in eo pietas, prudentia, & Regia virtus, vt ſi vnquam aliàs, hoc maximè tempore neceſſaria eſſet Reipublicæ Chriſtianæ eius vita, & incolumitas, quamuis enim Deus Omnipotens illi pręſtantiſſimo, & optimo Regi vitam in multos annos propagauerit, vt valdè longęuus ex ea diſceſſiſſe videri poſſit, parum tamen vixiſſe dicendus ſit, qui & ſuo Regno, & vniuerſę Chriſtianitati tàm erat vtilis, & neceſſarius; nam & ſemper in commune conſuluit, ſemperque fidem Catholicam aduersùs Schiſmaticos defendit, nec in ſuum Regnum Hæreticas vnquam opiniones admiſit: quamobrem nobis in præſentium acerbitate temporum poſitis, in quibus vndique nos mala noſtra perturbant, Genitor tuus verè eſt deſiderandus, eſſetque multò deſiderabilior, niſi te ex illo genitum, in illius Regnum pariter, ac virtutes ſucceſſiſſe intelligeremus, quo vno ſolatio tantum dolorem ex illius morte ſuſceptum temperamus. Te enim firmiter credimus, tàm bonæ arboris germen, optimos Paternarum laudum fructus nobis relaturum, ac producturum eſſe, quo fit, vt minùs ex obitu Genitoris tui doleamus. Quare cùm illum viuentem maximis eius adducti meritis ſingulariter dilexerimus, totumque in illum amorem noſtrum in te illius filium optimæ ſpei Regem transfuderimus, mittendum ad te duximus dedita opera dilectum filium Abbatem Martinengum Camerarium ſecretum, & Nuntium noſtrum exhibitorem præſentium, vt noſtro nomine conſolationem ad te noſtram de obitu Genitoris tui, ſimulque gratulationem de tua in Regnum ſucceſſione perferret, tùm deinde Serenitatem tuam de omnibus hic rebus, & quo in ſtatu negotium vniuerſalis Concilij hoc tempore reperiatur, & quid à te, & Regno tuo fieri cupiamus, edoceat, quod ſanè officium cùm vnà cum ipſo tuo Genitore exequi ſtatuiſſemus, varijs præpediti impedimentis fuimus, nè id citiùs facere potuerimus, ſicut hæc omnia idem Abbas Nuntius pleniùs Tuæ Maieſtati referet. Hortamur proinde Serenitatem tuam in Deo Domino, vt per veſtigia Paternæ pietatis, inconcuſſæque erga ſanctam Romanam Eccleſiam deuotionis incedens, Catholicę fidei tutelam paterna conſtantia, atque exemplo in tuo Regno continuare, & Apoſtolicæ Sedis auctoritatem in honorem Dei Omnipotentis, ac Beatorum eius Apoſtolorum Petri, & Pauli tueri velis, vt gloriam Maiorum veſtrorum, in primiſque Genitoris tui, qui hoc indefinenter egit dum vixit, ſimulque Cœleſte Regnum, ad quod illum tranſlatum eſſe ſperandum eſt, aſſequaris. &c. *Datum Romæ apud S. Marcum XXI. Iunij MDXLVIII. anno XIV.*

83 Decreuit ad Pontificem Sigiſmundus II. Polonię Rex Martinum Chromerum Oratorem, vt Regio nomine obſequia addiceret Pontifici, atque ab eo flagitaret, vt ad ſedanda Religionis diſſidia Concilium Oecumenicum abſolueret, de cuius aduentu gratiſſimo Cardinalis Farneſius has literas ad eundem Regem dedit.

Sigiſmundo Regi Poloniæ Illuſtri.

Sereniſſime Rex. Aduentus Regiæ Maieſtatis Nuntij Clari Viri Domini Martini Chromeri, & Sanctiſſimo Domino Noſtro, & noſtro S. R. E. Cardinalium Collegio gratus, & acceptiſſimus fuit, tùm quòd graui, & eleganti oratione dolorem eum leuauit, quem omnes ob Sereniſſimæ Maieſtatis Veſtræ piç memoriç parentis obitum ceperamus, tùm quòd ea de prçclara voluntate, ac propenſo animo Maieſtatis Veſtrę erga ipſam Beatitudinem Domini Noſtri, & Sacrę Sedis Apoſtolicę teſtificata, quæ etſi pro comperto habebantur, ipſius tamen Chromeri oratione quaſi repręſentata multò iucundiſſima fuerunt. Perſuaſum itaque habeat Maieſtas Veſtra de eius virtute, fide, conſtantia iam omnia expectari, quæ à ſummo, & generoſiſſimo Rege expectanda ſunt.

MS. Card. Py fig. 260. pag. 89. Cardinalis Farneſij literæ ad Regem Poloniæ.

Quid ad mandata, quæ nomine Maieſtatis Veſtræ Chromerus diligenter expoſuit, Sanctiſſimus Dominus Noſter reſponderit, quod ab ipſo ſingula fideliſſimè pronuntiatum iri pro certo habeo, literis hiſce mandare ſuperuacaneum duxi. Duo tamen hęc non prętermittenda mihi putaui, primum de Concilio Oecumenico, Sanctiſſimum D. N. eodem animi ardore, & ſollicitudine, quo illud indixit & vt ritè celebretur operam dedit, modò per literas, modò per Nuntios ſuos Patres hortari, rogare, vrgere, vt frequenti Epiſcoporum conuentu ſacroſancta hęc Comitia continuentur, tantoque niſu, & flagranti ſtudio in hanc vnam rem incumbere, vt planè nemo dubitare poſſit, nunc per Sanctitatem Suam omninò non ſtare quominùs tàm ſacro, tàmque diuinitùs ſuſcepto operi aliquando eadem Dei gratia, aſpirante, cuius prętenti Numine fęliciſſimè eſt inchoatum, & magna ex parte confectum, extrema manus imponatur, quod certè euenturum Deo freta Beatitudo Sua ſperat, accedente prętertim Maieſtatis Veſtrę æquiſſima ad optatam cauſam tuendam voluntate. Verùm quę ſint dilationis cauſę, quique totius negotij progreſſus, cognoſcet Maieſtas Veſtra ex Domini Chromeri verbis, & eadem puto explicatiùs ipſi enarrata iam fuerunt à Secretario Sanctitatis Suæ Reuerendiſſimo

Vi-

Digitized by Google

Viro Abbate Martinengo. Alterum, quòd esse in eisdem literis mandatum existimaui, illud nempè est accurata Reuerendissimi Domini Cracouiensis commendatio pro Cardinalatus honore, gratissimum Sanctitati Suæ contigisse, quod ex liquido proponit talem esse Virum, qualem & fama, & multorum fide dignissimorum testimonijs iampridem intellexit: quare præcipuè erit Sanctitatis Suæ curę, & Maiestatis Vestrę voluntatis, ac iudicij certissimam rationem habere, & simul Nationem Polonicam sibi meritò charissimā hoc recenti suo beneficio prosequi, &c. *Romæ die XI, Septembris MDXLVIII,*

Confirmabat Sigismundum Regem in auita pietate eius Mater Bona Regina fidei Catholicæ studio, & singulari in Sedem Apostolicam obseruantia conspicua, quam pietatis significationem cùm expressisset literis, Pontifex his verbis respondit,

Charissimæ in Christo filiæ Bonæ Reginæ Poloniæ Illustri.

Charissima in Christo filia nostra salutem, Attulit ad nos literas Serenitatis Tuæ dilectus filius Martinus Chromerus Serenissimi filij tui Poloniæ Regis Secretarius, & Orator, prudentique sermone eas subsecutus, nobis per se gratas fecit gratiores, de pietate tua erga fidem Catholicam, & obseruantia erga nos, & Sedem Apostolicam multa testatus, itaque & literas, & pium animum Serenitatis Tuæ lætanter accepimus, teque in Domino hortamur. vt pari pietate in futurum procedas, & continues, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum IX. Septembris MDXLVIII. anno XIV.*

Paul. III. lib. breu. an. 14. pag. 398.

Infecta est postea Polonia varijs pestibus Arrianorum, Nestorianorum, Caluinistarum, Tritheitarum, Trinitatisque hostium, à quibus motæ ingentes in eo Regno turbæ, debilitatum verò ab Hæreticis Regnum, Turcæ, & alij hostes finitimi magnis cladibus concussere, vt suis locis lugendum erit,

Surius in commen.

84 Quod ad res Turcicas attinet, verterat Solymannus Imperator, pactis cum Cæsare Inducijs arma aduersùs Persas, sed ea expeditio ipsi fęliciter ,, non cessit, vt refert Angelus Massarellus [V. ,, Octobris MDXLVIII. habuimus hodiè ex Ve- ,, netijs, quòd Turcā reuertatur Constantinopo- ,, lim ab expeditione contra Sophi re infecta.] In Africa verò Christiani oppugnati sunt à Mauris, qui Tripolim, quam Equites Rhodij tuebantur, vexarunt, Maritimasque excursiones, prædasque graues egerunt, ob quas Pontifex Cęsarem rogauit, vt Equites Rhodios opportunis subsidijs adiuuaret, captisque redimendis operam daret.

Angelus Masf. in Diar. Con. Trid. & Bononien.

Imperatori.

Charissime. Dilecti filij Prior Alemaniæ, & Commendator fælices à suo Magistro, & Conuentu Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani ad Maiestatem Tuam transmissi referre ei potuerunt, quàm graui iactura his proximis diebus eorum Ordo affectus fuerit, capta à Piratis Infidelibus vna eorum triremi cum non modica summa pecuniarum, & quamplurimis Ordinis Militibus in seruitutem redactis, & quanto etiam oneri eis sit bellum, quod continuè cum Mauris gerunt pro defensione Ciuitatis Tripolitanę, ac super his Tuæ Maiestatis opem forsan implorarunt. Nos verò etsi hos Religiosos, & fortissimos Viros à Tua Maiestate semper dilectos, & plurimi factos scimus, facit tamen paternus noster & in eos amor, & officij ratio, vt illos Tuę Maiestati impensè commendemus, hortemurque Te, vt si vnquam in eos tua effulsit benignitas, efficias vt hoc maximè tempore eluceat, quo illi maximè indigent, protegasque prætereà eorum bona, & iurisdictionem, vt solitus es, ac Priorem, & Commendatorem prędictos pro publica causa laborantes, tua solita humanitate excipias, & audias, erit id Tua Maiestate dignum, Nobisque apprimè gratum. *Dat. Romæ XII. Octob. MDXLVIII, anno XIV.*

Paul. III. lib. breu. anno 14. pag. 442.

Decretus fuerat pariter ab Equitibus Sancti Ioannis in Galliam Orator Prior Sancti Ægidij, vt ad defendandam Tripolim contra Barbarorum impetus imploraret opem ab Henrico Galliarum Rege, quem Pontifex etiam datis ad eundem Regem literis eodem die exaratis commendauit.

Ext. 15. p 442.

85 Hoc tempore Sanctus Xauerius in Indijs Legatus Apostolicus, Apostolico munere sanctissimè fungebatur, Barbarisque ad Christi fidem traducendis fęlicem operam dabat in summa egestate, in qua quantis Diuinis delitijs afflueret, sodalibus suis, quos ad laborum, & gloriæ Societatem vocabat, significauit, ac de Insulis Mauricis, in quibus agebat, hęc scripsit,

S. Xauer. l. 1. ep. 6.

,, Terra est aspera, & sterilis alimentorum, ,, frumento caret, & vino, caro quid sit terè In- ,, colæ ignorant, nulla enim apud eos armenta, ,, nulli greges, præter paucos admodum sues, ,, quos mirari magis quàm gustare licet. Apris ,, abundant. Aquæ dulcis magna inopia. Orizę ,, satis est, magna copia arborum, vndè panem, ,, & vinum petunt. Aliq porrò arbores sunt, ex ,, quarum cortice depexo conficiunt vestem, qua ,, vtuntur omnes. Hæc vobis fratres charissimi ,, eò scripsi, vt sciatis quantoperè hę Insulę cœ- ,, lestibus affluant gaudijs, nimirùm hæc omnia ,, pericula, atque incommoda Christi Domini ,, Nostri causa suscepta, thesauri sunt cœlestibus ,, solatijs refertissimi, sic prorsùs, vt has Insulas ,, perappositas esse credas ad lumen oculorum ,, paucis annis ex suauissimi fletus suauitate per- ,, dendum. Equidem nunquam alibi, nec tàm li- ,, quidis, perpetuisque animi voluptatibus per- ,, fusum me esse memini, nec tàm leuiter labores ,, omnes, & ærumnas corporis pertulisse, quàm ,, cùm Insulas concurrarem cinctas ab inimicis ,, non fideliſſimis, eàsdemque omnibus, vel ,, morborum subsidijs, vel vitæ tuendæ præsi- ,, dijs, atque adiumentis destitutas, vt Diuinæ ,, spei potiùs quàm Maris Insulæ appellandæ esse ,, viderentur.

Fuisse Indos Idolorum cultui addictissimos, atque in libidines effusos idem Vir Sanctissimus scribit in alijs literis, quibus Franciscum Henricum Sacerdotem in Trauancoride Euangelio prædicando insudantem solatus est, si laboribus non respondere fructus viderentur; non enim exiguos esse, si Infantes sacro lauacro tingeret, qui eius opera fælici immortalitate potirentur, nam de adultis vel albis, vel nigris addidit pauciſſimos cœleste Regnum adipisci.

Francisco Henrico in Trauancoridem,

Noli mœrere frater, quòd minùs quàm velles in istorū Neophytorum cultura proficias; quippè, & cùm gens ipsa, vt scribis, Idolorum cultui dedita sit, & Rex à Christi Religione alienus acerbè insectetur Christianos, plùs vtique proficis quàm tu putas, Infantes diligentissimè conquisitos Cœlo per Baptismum pariendo; nam si circumspicere animo voles, reperies profectò ex Indis vel albis, vel nigris paucos in Cœlum peruenire-

S. Franc. l. 1. ep. 7.

Digitized by Google

nire, niſi eos, qui quatuordecim annis minores cum baptiſmali innocentia excedunt è vita, videſne frater chariſſime, te, vti dixi, plùs iſtic, quàm putes proficere? id adeò cerne in pueris, ijs ſcilicet qui abs te baptizati cœleſti iam fruuntur beatitudine, qua nimirùm carerent, ſi tu ex iſtis locis diſceſſiſſes, neque eos per Baptiſmum Chriſto genuiſſes. *XI. Kal. Non. Punicali.*

86 Hoc anno comprobatus eſt Apoſtolica auctoritate pius exercitiorum ſpiritualium Liber à S. Ignatio Societatis Ieſu conditore compoſitus, in quo plura ſacra documenta ad contemplandas res cæleſtes, & conſectandas virtutes traduntur, flagitante id à Paulo Pontifice Franciſco Borgia Duce Gandię, qui ijſdem exercitijs excultus ad magnam efflоruit ſanctitatem. Pontificium verò diploma hac verborum forma conceptum eſt.

Ext. apud Orland. lib. 8.

Librum exercitiorum S. Ignatij Paulus III. approbat inſtante S. Franciſco Borgia.

Cùm (ſicut dilectus filius Nobilis Vir Franciſcus Borgia Dux Gandię Nobis nuper exponi fecit) dilectus filius Ignatius de Loyola Prępoſitus Generalis Societatis Ieſu per Nos in Alma Vrbe noſtra erectæ, & per Nos auctoritate Apoſtolica confirmatę, quædam documenta, ſiuè Exercitia ſpiritualia ex Sacris Scripturis, & vitæ ſpiritualis experimentis elicita compoſuerit, & in ordinem ad piè mouendos fidelium animos aptiſſimum redegerit, illaque Chriſti fidelibus ad ſpiritualem conſolationem, & profectum magnopere vtilia, & ſalubria eſſe non ſolùm fama ex plurimis locis allata prędictus Franciſcus Dux didicerit, ſed etiam experimento manifeſto cùm Barcinone, tùm Valentiæ, tùm Gandię id compertum habuerit, quare idem Franciſcus Dux nobis humiliter ſupplicari fecit, vt documenta, & Exercitia ſpiritualia prædicta, quo latiùs eorum fructus pateat, & plures Chriſtifideles maiori cum deuotione ad vtendum illis inuitentur, examinari facere, & ſi approbatione, & laude digna inueniremus, approbare, & laudare, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſt. dignaremur. Nos igitur, qui documenta, & exercitia huiuſmodi examinari fecimus, & quæ teſtimonio, ac relatione dilecti Filij Noſtri Ioannis tituli S. Clementis Presbyteri Cardinalis Burgenſis Epiſcopi, ac Hęreticæ prauitatis Inquiſitoris, & Venerabilis Fratris Noſtri Philippi Salutiarum Epiſcopi, atque Vrbis Noſtræ in ſpiritualibus Vicarij Generalis, necnon dilecti filij Ægidij Foſcararij noſtri Sacri Palatij Magiſtri nobis deſuper facta, pietate, ac ſanctitate plena, & ad ædificationem, & ſpiritualem profectum fidelium valdè vtilia, & ſalubria eſſe, & fore comperimus, debitum etiam reſpectum ad fructus vberes, quos Ignatius, & ab ipſo inſtituta Societas præfata in Eccleſia Dei, vbique Gentium producere non ceſſant, & ad maximum adiumentum, quod ad id prædicta Exercitia attulerunt, non immeritò habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, documenta, & Exercitia prædicta, ac omnia, & ſingula in eis contenta, auctoritate prædicta, tenore præſentium ex certa ſcientia noſtra approbamus, collaudamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, hortantes plurimùm omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſtifideles vbilibet conſtitutos, vt tàm pijs documentis, & Exercitijs vti, & illis inſtrui deuotè velint, &c. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die vltimo Iulij MDXLVIII. Pontificatus noſtri anno XIV.*

87 Hoc anno nona Ianuarij die in Cardinalium numerum adſcitus eſt Carolus Borbonius Epiſcopus Sanctonienſis Regio ſtemmate clarus, de quo extant ſubiectæ ad eundem literæ.

Dilecto filio noſtro Carolo de Borbonio Sáctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Sanctonienſi.

Dilecte fili noſter. Cùm nuper Chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Francorum Rex Chriſtianiſſimus per dilectum filium noſtrum Cardinalem de Guyſa nobis omni inſtantia, ac precibus ſupplicaſſet, vt te Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalem creare vellemus, nos etſi multa, ac grauia impedimenta obſtabant, tamen tanto deſiderio ipſius Regis, cui in omnibus quibus honeſtè gratificari poſſumus, maximè cupimus, perſpecto cùm idem Cardinalis de Guyſa nomine eiuſdem Regis nihil diligentiæ, ac ſummi ſtudij in hoc prætermiſiſſet, in Conſiſtorio noſtro ſuperatis omnibus difficultatibus, & communi creatione Cardinalium, ſacriſque Ieiunijs non expectatis, te genere Regio ortum, & Epiſcopum Sanctonenſem in Presbyteratus ordine conſtitutum, Sanctæ Romanæ Eccleſię Presbyterum Cardinalem ſolum de cęterorum Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalium conſilio creauimus ad Dei Omnipotentis laudem, & ipſius Regis ſatisfactionem, in cuius gratiam cùm libenter id fecerimus, non minùs etiam libenter fecimus tua virtute, quam in te conſpicimus, accedente, ex quibus ſperamus te nobis, & huic Sanctæ Sedi in his difficillimis temporibus magno futurum non ſolùm ornamento, ſed etiam adiumento. Quamobrem te fili noſter hortamur, vt quo magis tui ſimilibus Viris nunc egemus cùm à Deo ſis, ac nobis in participationem ſollicitudinis, & curarum præſentium vocatus, ad Nos ſicut debes venire matures, quo tua opera, & conſilio vti poſſimus. Venies enim nobis, & eiſdem tuis Confratribus acceptiſſimus, pileumque rubrum plenius Cardinalatus inſigne à nobis ipſis iuxta veterem, & probabiliorem morem recipies, interea Birretum rubrum à nobis de more benedictum ad te cum præſentibus mittimus in manibus ipſius Chriſtianiſſimi Regis, & per Nuntium iſthic noſtrum aſſignari iuſſimus, tibi per eius Maieſtatem conſignandum, vel mittendum, quem tu debita reuerentia, & quo dedimus amore, recipies. *Datum Romæ IX. Ianuarij MDXLVIII. anno XIV.*

Paul. III. lib. 4 reu. pag. 19. Panuin. in vit. Paul. III.

Cùm verò Carolus ad Vrbem ſeſe conferre non potuiſſet, Pontifex Henrici II. Regis rogatu pileũ rubrum X. Iunij illi tranſmiſit, ac nuncupandi ſacramenti formulam his conceptam verbis tradidit: [Ego Carolus Cardinalis promitto, & iuro, quod ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, & Domino Noſtro Domino Paulo Papæ III. ſuiſque Succeſſoribus canonicè intrantibus.] Pluribus, interiectis additum eſt: [Regulas Sanctorum Patrum, decreta, ordines, ſeù diſpoſitiones, reſeruationes, prouiſiones, & Mandata Apoſtolica totis viribus obſeruabo, & faciam ab alijs obſeruari, Hæreticos, Schiſmaticos, & rebelles eidem Domino Noſtro, vel Succeſſoribus prædictis pro poſſe perſequar & impugnabo, &c.

Fidem Carolus ſacramenti huius mirè coluit, orthodoxam enim Religionem aduersùs Nouatores conſtantiſſimè in Gallijs aſſeruit, ad quam defendendam cùm incumberet, ne Sceptrum in Hæretici Principis manus decideret, vinculis nefanda impiorum proditione mancipatus eſt, quo, permittente ſcelerum vindice Deo, è viuis ſubla-

ſublato, à Catholicis Rex Galliarum renuntiatus eſt, quamquam paulò poſt ad Cœlum vocatus ſit.

IESV CHRISTI

Anno 1549.

PAVLI III. Anno 16. CAROLI V. ROMAN. IMP. Anno 31.

1 ANno à partu Virginis milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono Indictione nona, reuocandis ad Eccleſiæ caſtra, & incorruptam fidei puritatem Lutheranis, tùm à Pontifice, tùm à Cæſare nauata eſt opera, ſed eam obſtirmata in errore Impiorum pertinacia infeliciter eluſit. Decreuerat, vt diximus, Pontifex affecto iam ſuperiore anno tres Epiſcopos Internuntios ampliſſimis mandatis ſuffultos, vt fractos iam armis à Cæſare Proteſtantes, qui Concilij Oecumenici decretis ſe parituros polliciti erant, eiurata impia hæreſi, cenſurarum omnium, quibus illaqueati tenebantur, religione exoluerent, fideliumque communioni ritè aggregarent.

Sed vt queritur Alexander Cardinalis in ſuis ad Pontificium apud Cæſarem Internuntium, illi Apoſtolici Nuntij, vel Legati fruſtra tempus in Germania contriuerunt: obduruere enim perfidi Lutherani in perfidia ſua, in qua eos confirmarunt Apoſtatæ Sacerdotes, & Monachi, qui iubebantur, contra Cæſareum decretum concubinas ſuas à ſe remouere, vt ritè cenſurarum religione ſoluerentur, cum prætenſa eorum coniugia iuratæ eſſent ſcortationes, nec Cæſar, vt ab eo expetebatur, auctoritatem ſuam ad plectendam impiorum pertinaciam adhibuit, refert verò Iacobus Auguſtus Thuanus, Apoſtolicos Nuntios ad Cæſarem in Belgium ſe contuliſſe, Pontificiaque mandata expoſuiſſe,

Ext. in m.s. Card. Spad. fig. n. 37. Alexander Card. Farneſius in literis ad Nuntium Apoſtolicum apud Cæſarem.

Iacobus Auguſtus Thuanus lib. 6.

Pontificem partim ſua ſponte, & pro paſtorali muneris neceſſitate, partim Cæſaris rogatu ex Cardinalium conſenſu Legatos in Germaniam miſiſſe, qui ad Eccleſiæ gremium redeuntes recipiant, & ipſis omnia læta de eius benignitate polliceantur, modò leges accipiant, non præſcribant: hoc verò beneficium omnibus in perpetuum impertiri nullo prauæ opinionis crimine excepto, quamuis in eo per multos annos perſeuerauerint, ea lege, vt qui ea peſte infecti fuerint, ſuum errorem apud Sacerdotem orthodoxum profiteantur iuxta præſcriptam pœnitentiæ formulam; publicam proindè confeſſionem, abiurationem, & ſatisfactionem iure præfinitam ipſis omninò remittere, poteſtatem inſuper facere Legatis, vt eos, qui pacto, iureiurando, aut quouis alio modo Lutheranis obſtricti ſunt, ijs vinculis ſoluant, Monachos in hæreſim lapſos, & extra cœnobia ſua vagantes, in Eccleſiam admittant, ijſque reſumpto priſtino ſuo amictu, ſuo munere, vt antea in Eccleſia fungi concedant, eſu lactis, caſei, butyri, ouorum, & carnium (habita locorum, & hominum ratione) permiſſo: addit etiam Auctor Legatos à Pontifice (cupidiſſimo ſcilicet lucrandarum Chriſto animarum, quas Dæmon fallacibus argutijs malè faſcinarat) auctoritate inſtructos, vt laicis, quibus ob periculum effuſionis ſpecies vini Euchariſtica prohibita eſt, ſub vtraque ſpecie Euchariſtiæ vſus (tolerato effuſionis periculo) ne perirent animę, pro quibus Sanguis Chriſti effuſus eſt, certa lege permitterent, ijs nimirùm, qui cæteris abiuratis erroribus Concilij Conſtantienſis decreto ſubſcripſerint, atque ſub altera ſpecie tantum quantum ſub vtraque ſumi, quique Eccleſiam ob factum de vna ſpecie decretum non erraſſe palàm declarauerint, quod tamen ad tempus conceſſum intelligatur, & ita, vt illi ipſi, qui ita ſument, ſeorſim ab alijs, neque tunc cum alijs ſub vna ſpecie tantùm miniſtratur: at quia plures vectigalia, prædia, & Iura Eccleſiaſtica inuaſerant, ita ijs conſultum fuit à Pontifice, vt Legati cum ſacrorum bonorum vſurpatoribus, & poſſeſſoribus, de fructibus perceptis, atque conſumptis tranſigere poſſint, modò in poſterum Eccleſiaſticis poſſeſſionem vacuam relinquant, ad idque contumaces cenſuris cogant, implorato etiam ciuilis Magiſtratus auxilio, & vt res commodiùs, ac celeriùs executioni demandetur, per Germaniam alios Epiſcopos delegent, ac ſubſtituant, ex eorum numero Argentinenſis Epiſcopus fuit, cui Sacerdotes, qui à fide defecerant, in gratiam cum Eccleſia recipiendi poteſtas conceſſa eſt, modò inductas prætexto coniugij nomine pellices à ſe remouerent, omninòque expellerent.

2 Publicum de his Pontificium diploma acceptum Cæſar ad Germaniæ Epiſcopos miſit, omneſque ſeorſim commonuit, vt ſuarum Diœceſeon Proteſtantes placidè, ac ſine vi, precibuſque, & adhortationibus potiùs, quàm execrationibus, & minis ab hæreſi, & Sathanę caſtris ad gremium Eccleſię pellicere blandè pertentarent. At nimium hactenùs blanditijs palpatum, exaſperatumque fuerat hæreſeos monſtrum, ac niſi ferro, & igne domari poterat, egregium enim adeò clementię Pontificię, ac Cæſareę ſpecimen impiorũ contumacia protriuit; nam cùm Moguntinus Archiepiſcopus ad Philippi Haſſiæ Lantgrauij in cuſtodia detenti Præfectos, & Senatores ſcripſiſſet, ac de ſollicitudine Paſtorali ſua, ac Cæſaris voluntate eximia multa præfatus eos poſtulaſſet, vt Concionatoribus ſuis formulam recuperandæ Eccleſiæ gratiæ priſtinæque redintegrandæ coniunctionis à Pontifice præſcriptam exhiberent, eique parere iuberent, illi in vetere perfidia obduruere, ac poſtulata facere recuſarunt, impio etiam turgidi faſtu procaciter iactarunt, doctrinam ſuam cum Prophetarum, & Apoſtolorum teſtimonijs conſpirare, nullum profiteri errorem, nihil ſibi opus eſſe gratia, & indulgentia Romani Pontificis, nec veniam ab eo exorandam, & quia Sacerdotes Apoſtatæ concubinas coniugij ſpecie duxerant, ita offuſas menti eorum tenebras pro luce Euangelica coluere, vt oblocuti fuerint, vxores, ac liberos ſe deſerere non poſſe, quos diligendos, & cura, ac beneuolentia complectendos didicerint auctore Chriſto, qui coniugium ampliſſimo elogio cohoneſtauerit, nuptias impuro cœlibatu meliores, denique ex Apoſtolo melius eſſe nubere quàm vri, nec miſeri intelligere voluerunt, Apoſtolum loqui de ijs, quibus licitum ſit nubere, nec ſe contrario voto conſtrinxerint, cùm dicat perſpicuè, voti reos, qui nupſerint, damnationi obnoxios, cùm primam fidem irritam fecerint. De permiſſa etiam certis legibus vtraque ſpecie addidere, in Eccleſijs ſuis cœnæ integræ vſum permitti iuxta Chriſti mandatum, & veteris Eccleſiæ morem, nec mutationem vllam in eo recepturos, in quo impio reſponſo calumniati ſunt, integrum apud Catholicos non eſſe Euchariſtiæ vſum.

Digitized by Google

vſum, mentiti etiam ſunt imperatam omnibus à Chriſto vtramque ſpeciem, & dum vtramque ſpeciem malè affectatam, non veram Cœnam Dominicam, ſed fallacem tantùm, & vmbratilem illius ſpeciem retinuere (nam cùm Catholici ſub vnica ſpecie integrum Chriſtum ſumant) ipſi tantùm panem, vinumque ſumpſere, quæ ab ijs, quæ in popina ſumuntur, non differant, dùm pro conficienda Euchariſtia Sacerdotes ritè conſecratos non adhibuere, vel ſi adhibuerint, iudicium ſibi manducent in ſchiſmate, & bibant. Ita nil profectum eſt cum Lutheranis ſeris illis, ac non idoneis remedijs, nam quod de Concilio Oecumenico admittendo erant ſuperiore anno polliciti, id ita intellexere, ſi Concilium ſathanicum foret, in quo non præſideret Chriſti Vicarius, ſed Hæretici Concionatores cum Epiſcopis ſederent, vt dicetur ſuo loco, quod verò Tridentinum nuperis annis celebratum reſpuerent, inani ea excuſatione ſe tuebantur, quod iam ipſorum placita de peccato originali, ac de iuſtificatione in eo damnata eſſent, quam prorsùs futilem eſſe ita oſtendebatur.

M.S.Car. Py tom. fig. 64. p. 390. ex libello de Concil.

„ 3 Si Tridentinum Concilium à recentioribus Hæreticis recuſari poſſet ex eo, quia ante „ Synodum ab Apoſtolica Sede condemnati fuerint, poſſent Macedonius, Sabellius, & Eunomius ſecundam vniuerſalem Synodum, quæ „ fuit prima Conſtantinopolitana, recuſare, „ cùm & ipſi ante Synodum à Damaſo anathematizati fuiſſent, ſic & Neſtorius Epheſinam „ primam, qui à Celeſtino damnatus fuerit, „ Eutyches etiam, & Neſtorius Chalcedonenſem recuſare potuiſſent, cùm à Leone ante „ Synodum damnati fuiſſent. Eadem Petro, & „ Seuero Antiochenis Patriarchis, alteri item „ Petro Apamearum Epiſcopo vnà cum Zoaro „ Syro Monacho, Anthimo quoque Trapezuntio Archiepiſcopo, & Conſtantinopolitanę Eccleſię inuaſori querela, & exceptio patuiſſet aduersùs quintam, & vltimam Synodum, nam „ iſti omnes ante Synodum damnati fuerant „ Apoſtolicæ Sedis iudicio, Petrus Antiochenus à Felice Romano Pontifice, Seuerus, alter ille Petrus Apamianus, & Zoarus ab „ Hormiſda, & Anthimus ab Agapito: Eadem aduersùs ſextam Synodum, Cyro Alexandrino, Sergio, & Pyrrho, Paulo, Petro, „ & Georgio Conſtantinopolitano, Machario quoque Antiocheno Epiſcopis per Synodum „ damnatis, Cyrum enim, Sergium, & Pyrrhum damnauerat Honorius, Paulum verò, „ & alios Theodorus, & Martinus Romani „ Pontifices. Eadem & Iconoclaſtis: aduersùs „ ſeptimam Synodum, quod priùs à Gregorio „ III. Stephano II. damnati fuiſſent. eademque „ denique exceptio competiſſet Photio aduersùs „ VII. Synodum, quæ fuit quarta Conſtantinopolitana, quia per Nicolaum I. ante Synodum damnatus fuiſſet.

„ Non recuſanda Synodus ex eo, quia Maximus Hieroſolymitanus Antiſtes recuſauit Antiochenam Synodum, & Athanaſius ab ea, „ quæ in Tyro conuenerat, aufugerit, nec ad „ eam, quæ Seleuciæ congregata fuerat, accedere voluerit, quoniam conſtat, Synodos illas „ illegitimas fuiſſe abſque Apoſtolicæ Sedis auctoritate aduersùs Sanctiſſimæ Nicenæ Synodi „ profeſſores congregatas, & ab impijs celebratas.

4 Nec minùs Saxones, quàm Haſſij ad Pon-

tificia, & Cæſarea Imperia præfractos ſe oſtenderunt, in nonnullis tamen locis velut in Brunſuicenſi, & Luneburgenſi Principatu Catholica Religio reſtituta eſt, de quo Pontifex Henrico Principi his literis gratulatus.

Dilecto filio nobili Viro Henrico Iuniori Duci Brunſuicenſi, & Luneburgenſi.

Dilecte fili ſalutem. Redditæ ſunt Nobis literæ Tuæ Nobilitatis XVI. Maij præſentis datæ, ex quarum prima parte dolorem, ex poſtrema lætitiam accepimus, doluimus ſiquidem res Germaniæ, quas ſperabamus pacatas, nunc ſicut Tua Nobilitas ſcribit, in Saxonia, & alijs partibus Septemtrionalibus ad nouam tumultuationem ſpectare, cui Deus Omnipotens ſua miſericordia dignetur occurrere. Lætati verò ſumus, quòd Tua Nobilitas (ſui generis, & officij memor) orthodoxam Religionem, & pium cultum in ſuo Ducatu reſtituerit, cęteraque ſe digna egerit, & actura ſit, de quo omnipotentem Deum laudamus, eius Maieſtatem orantes, vt talem Te Principem ad Catholicæ fidei tutelam diutiſſimè Nobis conſeruet, pro certiſſimo enim habemus, Te Sanctæ Religioni in iſtis locis nunquam defuturum. Nos hinc Te, & Tuos ſolito amore ſemper proſequemur, gratumque recipiemus, ſi ad Nos aliquando ſcripſeris. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum III. Iulij MDXLIX. anno XV.*

Paul. III. lib. breu. anno 15. pag. 157.

5 Quod ad turbas in Saxonia, & alijs Germaniæ loci obortas attinet, ex proximo anno in manifeſtam perduellionem eruperunt, cùm Cęſar partam de Lutheranis victoriam intempeſtiuo clementiæ genere corrumperet, & Chriſti cauſa abiecta in Belgium ſeceſſiſſet, vt Belgas, Batauoſque in Philippi filij verba ſolemni ſacramento adigeret, quo animaduerſo Pontifex cùm Lutheranos nulla molliore via ad officium reuocari poſſe perſpiceret, nec Cæſarem delere velle, iudiciorum ſeueritate, Lutheranam impietatem, Præſules Hiſpanos Tridenti congregatos ad ſe reuocauit, non vt Germanicas res perturbaret, vt maleuoli interpretati ſunt, ſed vt ex eorum conſilio reſtituendę diſciplinæ Eccleſiaſticæ leges ſanciret, tùm etiam ſchiſmatis conflandi occaſiones perturbatiſſimis his temporibus præſcinderet. Turbarum porrò mouendarum occaſionem ſumpſerant Lutherani nequiores, qui impijs animis nefandas Lutheri Hæreſes ita impreſſerant, vt decretum Religionis, licèt mancum, ac mutilum à Cæſare editum admittere detrectarent, inter quos à nefarijs impoſtoribus ſubornati Magdeburgenſes audacia, & flagitio eminebant, de quibus hæc refert Surius. [Magde-

Iac. Aug. Thuanus lib. 6.

Surius in comment.

„ burgenſes iam antea proſcripſerat Cęſar, cùm„ que nollent decretum Religionis Auguſtę „ euulgatum accipere, maiorem in eos concepit indignationem. Hęc Vrbs ferè prima amplexa Lutheri infauſtum Euangelium, erantq; „ hoc tempore illic aliquot ſtrenui Lutherani „ Concionatores, Nicolaus Amſdorffius, quem „ Cæſar ex Numburgenſi Epiſcopatu ciecerat, „ & Matthias Flaccus Illyricus. Iſti videntur „ commouiſſe Ciues, vt pertinaciter Cæſaris „ decretum repudiarent. Illyricus diù fuerat „ Melanchonis diſcipulus, ſed cùm videretur „ non prorsùs à Cæſaris decreto abhorrere, „ multa quoque concedere, ſcripſit vnà cum „ ſocijs Magdeburgicis, qui nec latum vnguem „ vlla in re à Lutheri placitis diſcedendum putabant, contra Melanchonem, & eius aſſeclas:

,, ſcripſit etiam in eos Nicolaus Gallus. Et pau-
,, lò poſt. Hęc verò rigidorum, & mollium
,, Confeſſioniſtarum (ſic enim Catholici qui-
,, dam eos vocant) contentio tandem, eouſque
,, progreſſa eſt, vt miſer Illyricus tota ferè Saxo-
,, nia proſcriptus Ratisbonam vſque ad Nico-
,, laum Gallum profugerit.

6 Addit Surius Illyricum in dicendo fuiſſe vehementiorem, ac mirum in modum conqueſtum, Confeſſionem Auguſtanam multis in locis fuiſſe deprauatam, crimenque falſi impegiſſe Melanchoni, quòd eam, necnon Lutheri libros multis locis adulterauerit, nec planè mentitum, cùm conſtet Confeſſionem Auguſtanam, non ſemel à Melanchone immutatam, inconſtantes enim Hæretici pro temporis ratione fidei ſuæ cothurnos mutare conſueuerunt. Dum verò Magdeburgi eloquentia ſua verſarent Ciuium animos perfidi ij Concionatores, diù Magdeburgenſes peſſimo exemplo Cæſari rebellarunt, vtque alios eiuſdem ſectæ populos, ac Principes in impia pertinacia obfirmarent, literas multis fraudium, mendaciorumque fucis, pigmentiſque coloratas tranſmiſere, quibus impudentiſſimè mentiti ſunt, ſe ob Euangelicæ fidei conſtantiam proſcriptos, cùm conſtaret, eos teterrimæ hæreſeos impietate infectos acceptam à maioribus Euangelicam veritatem propoſita flagitiorum impunitate, quam ex ſola fide ſibi finxerant, deteſtanda leuitate deſeruiſſe. [Religio (inquiebant orthodoxę Religionis hoſtes) petitur, hoc eſt, cur rebelles, cur perduelles vocamur, Imperij edictis proſcribimur, ad perniciem, & internecionem deſtinamur, quo magis miramur illos, qui nobiſcum idem in Religione ſentiunt, fœdere, & antiqua neceſſitudine coniuncti, nos in manifeſto, & communi diſcrimine, non ſolùm deſerere, ſed etiam bello perſequi, neque videre arma in nos ſumpta, in ipſos eandem recaſura eſſe, atque à nobis fieri initium, vt qui vniuerſi vinci ſimul non poterant, ſinguli, ac ſeparatim facilè ſuperentur.]

Ext. apud Iac. Aug. Tuan. hiſt. lib. 9. pag. 369.

Nonnullis interiectis, concepta in Chriſti Vicarium virulenta odia, ſuæ immemores ſalutis exprompſere. [Vltrò ac libenter de iure noſtro remiſiſſemus, modò in ſalua conſcientia liceiſſet, nunc bello abſumptis, ac direptis facultatibus; etiam ac vis animis, ac mentibus infertur, quid enim formula illa Auguſtana aliud agitur, quàm vt Pontificiæ auctoritatis iugum, quod adeò generosè excuſſimus, rurſus ceruicibus noſtris imponatur.] His rectè conuenit illud Ieremię [*A ſæculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti non ſeruiam*: nec minùs impia, quæ falsò ſubdunt illuſi, vt errores (inquiunt) nuper detecti, & certis Scripturæ teſtimonijs reuicti iterum in domum Dei inuehantur, vt tot annorum contentionibus, ac laboribus parta libertas turpi obſequio, ac morigeratione, quæ non ſolùm ad noſtrum dedecus, ſed ad Dei ignominiam, & offenſionem pertinet, corrumpatur, & penitus amittatur? At enim aliorum exemplo cedere tempori, & tranquillitati publicæ conſulere decuit, id enim maximè omnium vrgent aduerſarij, in eoque criminationum ſuarum veluti arcem conſtituunt. Verùm id in cæteris, quæ ad fluxæ huius vitæ commoda pertinent, locum habere poſſit, ad ea verò, quæ Dei gloriam ſpectant, minimè porrigi debere non ambigitur.]

Ieremi. c. 2. ver. 20.

7 Sominarunt ſcilicet Impoſtores iſti euerſa Altaria, profanata Sacramenta, deriſa bona opera, Hęreſes, Schiſmata ad gloriam Dei ſpectare, & qui Sanctorum Patrum doctrinam ſpreuere, eorum exempla ſe æmulari mentiuntur. [Hoc enim (inquiunt) illa veteris Eccleſiæ lumina, Ioannes Chryſoſtomus, Auguſtinus, Ambroſius docuerunt, teſtimonioque Beati Petri, cuius ille, qui nos per Cæſarem oppugnat, ſe immeritò Succeſſorem iactat, confirmarunt, Deo, non hominibus, in ijs, quæ Dei ſunt, parere homines debere admonentis, itaque & in veteris Eccleſię Annalibus legimus Gordium Cęſarienſem, qui ſub Licinio Imperatore ordines duxit, & poſtremò veræ gloriæ corona inſignitus eſt, cùm ad ſupplicium raperetur, rogatum ab amicis, vt periculi euitandi gratia ſententiam retractaret, reſpondiſſe, non oportere linguam in contumeliam eius, qui eam creaſſet, quidquam pronuntiare, & Baſilius Magnus hanc etiam Ciui ſuo laudem tribuit, quòd cùm moreretur, vt de Deo, quod vellet ſentiret, cæterum in ſinu ſuo tegeret, neque motum animi palàm euulgaret, monitorem aſpernatus ſit, veritatem non ſolùm ab ijs prodi dictitans, qui eam deſerunt, ſed etiam ab ijs, qui eam agnitam non audent publicè profiteri, id enim exemplo Danielis confirmari, qui contra Darij Regis edictum magno, & conſtanti animo apertis feneſtris Deum adorauerit, cùm id priuatim, & clanculùm facere poſſet. Verùm quod ea res ad Diuini nominis gloriam pertineret, nullam inſtantis periculi rationem habuerit, quod ei ab inuidis, & æmulis conflatum, poſteà Deo ita volente in ipſorum caput recidit. Valeant ergo, qui nos facto Chriſtum agnoſcere, verbo autem reijcere ſuadent. Quid enim magis pudendum, quàm nomen eius erubeſcere, qui mundum condidit, qui nos ad imaginem ſui creauit, tot beneficijs licèt indignos cumulauit, per quem viuimus, ſpiramus, cuius denique nos hæreditas ſumus? Hæc ſumma eſt accuſationis.] Hæc illi, & plura alia, quæ licet vera falſis, & bona malis accommodarint, repetenda viſa ſunt, vt pateret, quàm infęliciter Diuini verbi adulteratores ſtultæ plebeculæ ſuaſerint futuros Chriſti Martyres, dum Sathanæ martyres fierent. Euulgata Magdeburgenſium Oratio ad omnes Imperij Ordines magnos animorum motus inter Lutherano dogmate faſcinatos concitauit, adeò vt horum pertinacia tribueretur conſtantiæ, atque hoc anno à vi aperta aduersùm illos abſente Cæſare temperatum ſit; vt verò dein redintegrata in eos priora conſilia fuerint, atque ad frangendam eorum peruicaciam bellum decretum fuerit, proximo anno dicetur.

Non ſeruatum etiam eſt Decretum Cæſareum, (cui *Interim* nomen eſt) à Catholicis ob varias cauſas, quæ in m. s. Vaticano his verbis ſunt expreſſæ.

Circa obſeruantiam Interim.

Tom. 13. de Conc. n. 1. Vat. fig. num. 3200. pag. 262.

Difficultates in obſeruatione *Interim*.

,, 8 Catholici, & Eccleſiaſtici Principes, quo-
,, minùs huiuſmodi *Interim* tàm exactè obſer-
,, uare nequiuerint, has adducunt cauſas, quòd
,, ſcilicet Magiſtratus ſæcularis quibuſdam in
,, locis ſeſe de facto oppoſuerit, tùm etiam paſ-
,, ſim, & vbique locorum maxima Catholico-
,, rum Sacerdotum ſit penuria.
,, Alij verò Electores, cæterique Principes, &

,, Sta-

Digitized by Google

„ Status Imperij ſæculares illas afferunt cauſas, „ quòd noua illa ſecta nunc per triginta annos „ multorum animis ſic inſederit, quod tam ci„ tò eradicari non poſſit, immò per diligentes, „ piaſque admonitiones pedetentim ad præca„ uendum vtique tumultum, qui aliàs à vulgo „ exoriri poſſet, ſint ad priſtinam fidei obſer„ uantiam reducendi.

„ Item, quòd huiuſmodi *Interim* in quibuſ„ dam punctis cum Sacra Scriptura videatur „ pugnare, & ideò Laicus ab ſque communis, & „ generalis Concilij determinatione ad aliud „ tandem perſuaderi, & induci non poterit.

„ Item, quòd nullos Presbyteros, qui ſubditos „ iuxta tenorem *Interim*, præcipuè quoad illa „ duo puncta, Communionem ſcilicet ſub vtra„ que ſpecie, & Sacerdotale Coniugium concer„ nentia docere velint, adipiſci valeant.

Tom. 13. de Conc. p. 268.

„ Item, quòd in Academijs, alijſque particu„ laribus Studijs, & Vniuerſitatibus Iuuentus „ præter, & contra mentem Cæſareę declaratio„ nis eruditur, ſimiliter & quidam Concciona„ tores paſſim, & in publico huiuſmodi decla„ rationi reclamare audeant.

„ Item, quòd cum ratione Communionis ſub „ vtraque ſpecie, necnon Sacerdotalis coniugij „ hucuſque nullum conceſſum ſit a Sede Apoſto„ lica indultum, vel aliqua ſubſequuta approba„ tio, contingat, quòd quidam deindè totam „ non obſeruent declarationem.

„ Item, quoad ſuſtentandam huiuſmodi de„ clarationem neceſſe ſit, Miniſtros Eccleſiæ à „ ſuis Ordinarijs præuio examine conſecrari, & „ habilitari, & eos illos fore, & eſſe ſubditos, „ & obedientes.

Carolus V, omniũ ludubrio exponit ſe cum ſuo *Interim*.

„ Item, quòd hucuſque tùm ſuperioris tùm „ etiam inferioris Status Magiſtratus parum „ omninò ſuis ſubditis circa huiuſmodi declara„ tionem præbuerint exemplum, nec præierint „ plebi, vt illa ſequatur.

„ Item, quòd paſſim contra Cæſareæ Maie„ ſtatis declarationem, tàm impunè famoſi li„ belli eduntur, & circumferuntur.

„ Demùm omnes ſacri Imperij Principes, & „ Status vnanimiter concludunt, quòd rebus „ Chriſtianis nonniſi per generale Concilium „ opitulari, & conſuli poſſit.

9 Eò difficiliùs componi potuere Germanici de Religione tumultus, quo priores poſt occupatam à Cæſare Placentiam, diſſenſiones inter Pontificem, Cæſaremque vigebant, detrectante Cæſare Placentiam reſtituere Pontifici, adeò vt cùm ſuperiore anno Cæſar poſt plura colloquia cùm Internuntijs ſpes illius Vrbis reſtituendæ oſtendiſſet, hoc anno nitidè negauerit à ſe reſtitutam iri, vt Angelus Maſſarellus in Diario narrat.

Angelus Maſſ. in Diar. Con. Trid. & Bononien. M. S. Arc. Vat.

„ [XXVI. Iunij Reuerendiſſimus Dominus „ Cardinalis de Monte retulit ea, quæ ſcribit „ D. Marcus Antonius è Curia Cæſarea, quòd „ Imperator dederit finalem reſponſionem D. Iu„ lio Vrſino circa reſtitutionem Placentiæ, quòd „ illa Ciuitas non ſpectet ad Eccleſiam. Nota„ quid ſperandum ab Imperatore, cui tot, & „ tanta beneficia contulit Pontifex, cùm nolit „ reſtituere, quod Sicarij ei dederunt, præſertim „ genero ſuo Octauio.

Carolus V. Placentiam non vult reſtituere;

„ III. Iulij Illuſtriſſimus D. Iulius Vrſinus re„ uerſus ex Germania à Curia Cæſaris nihil bo„ ni fert, neque de reſtitutione Placentiæ, neque „ de Concilij celebratione.]

Annal. Eccl. Tom. XXI.

10 Tantum aberat Cæſar à reſtituenda Placentia, vt etiam Parmam affectaret, poſceretque, vt res ipſius iudicio permitteretur, quibus auditis Ioannes Maria de Monte Concilij Bononienſis Legatus in literis ad Marcellum Ceruinum Cardinalem S. Crucis queſtus eſt.

Maria Card. de Monte Leg. ad Car. Marcellum MS. Arch. Vat. pag. 106.

De impudentiſſimis Adminiſtrorum Cæſareorum poſtulatis non modò retinentium Placentiam, ſed etiam Parmam affectantium, ſi ego Pauli Pontificis perſonam gererem, atque ea prudentia, animique magnitudine, qua ille polleret, præditus eſſem, priùs optarem mille mortes, ac mille ſupplicia pati, quàm ceſſione, & conſenſu, aut metu, aut precibus, aut premio, aut amore erga poſteros, aut vllo affectu humano conſtituere Imperatorem legitimum Placentiæ poſſeſſorem, abſoluereque à culpa ſpolij adeò ignominioſi, adeò violenter commiſſi, ac ſi non commiſſi ſaltem promoti, confoti, approbati (& vt ego ſentio) ab Adminiſtris ſuis procurati (fortè non ſine ipſius aſſenſu) ac pro omnium dolorum ſolatio, ac pro mercede auri, argenti, ſuppellectilis, & aliarum opum, quæ coniurati, ac ſicarij rapuere, tradere Parmam, ne Hiſtorijs, Annalibuſque mandaretur, non modò ſpontè Eccleſiam priuaſſe, ſed etiam Italiam duobus magnis propugnaculis, atque ea addicere Imperio cum diris, & execrationibus omnium Principum Chriſtianorum, atque adeò ſummè placuit reſponſum redditum Martino Alphonſo à Pontifice non admittente Imperatorem in Iudicem, illiuſque ſententiam reſpuente, placuit miſſa eſſe ad Cæſarem Breuia, vt videat, Pontificem ſtare ſuo pondere, ac ſua vi, nec velle auctoritatem, dignitatemque ſuam ab alio precariam accipere, cùmque faucibus pes imprimitur, tùm nos ad libertatem tuendam magis animatos, ſed firmitate, conſtantia, ac perſeuerantia opus eſt, vellem Cardinalis Farneſij auribus inſinuare, vt iam occaſionem arriperet, conciliandi ſibi ſine multo labore Principes Chriſtianos, qui ipſi multarum rerum ſucceſſum adſcribunt &c. *Bononiæ II. Auguſti MDXLIX.*

11 Componi non potuit ea lis inter Paulum Pontificem, ac Cæſarem, cùm Cæſar contenderet non modò Placentiam, ſed etiam Parmam ſpectare ad Imperium; atque in ea lite dirimenda ferendam à ſe decretoriam ſententiam; verumtamen ſi Parma ſibi dederetur, grati animi magnificentia ſe Farneſijs quadraginta millia numnmorum annua traditurum. At è contra Paulus opponebat, nolle ſe coram Cæſare iudicio contendere, ni prius Placentia ſibi fuiſſet reſtituta: cùm conſtaret illam per vim ac nefas ereptam, ac iure optimo tot annorum flexu fuiſſe a Pontificibus poſſeſſam, nec non Maximilianum I. Auum Paternum Caroli V. anno MDXI. ex pactione fœderis initi cùm Iulio II. ius omne Placentię conceſſiſſe Pontifici, conſentiente Ferdinando Catholico eiuſdem Cæſaris materno auo, nec non ipſum Carolum V. anno MDXXI. publicis conſcriptis documentis profeſſum eſſe Parmam, & Placentiam iuris eſſe Pontificij; adeò vt ijs oſtenſis Didacus Mendoza Orator Caroli Cæſaris obmutęſceret: vt verò poſt mortem Pauli III. quæ huius litis actionem intercidit, ac varios caſus, Cæſar demùm Octauio Farneſio Placentiam ex conſanguinitatis propenſo amore reſtituerit, ſuo loco dicetur.

12 Vertebatur lis alia ardua inter Pontificem Paulum III. de tranſlato Bononiam Triden-

to Concilio, inconsulto Cęsare, tàm prępiciti celeritate, ob pestis suspicionem, vt Prælides Concilij nullo dato Patribus ad deliberandũ temporis spatio, pridie translationis causas proposuerint, postridiè transferendum Bononiam decreuerint, perendie id est die tertio discesserint Tridento Bononiam profecturi. Obijciebant Hispani Prępules, in quos se grauiter animaduersurum interminatus erat Cæsar, si transferendo vel dissoluendo Concilio Tridentino consentirent, sine causa iusta decretam factamque translationem arrepta auidissimè leuissima occasione, numeratasque fuisse sententias non ponderatas, nec maiorem partem saniori præferri debuisse, tùm ex ea translatione grauissima mala emersisse, ac maiora etiam emersura, ni Tridentũ Concilium restituatur, maximè cùm Germani Lutherani, se decreta Concilij Tridentini susceperturos polliceantur. Addidere Bononiam idoneam pro celebrando Concilio non esse, cùm in media Italia sit sita atque Ecclesiæ imperio subdita.

13 Hæ Præsulum Hispano siue Cæsareo imperio subditorum rationes ex aliqua parte videbantur veræ, sed maxima ex parte fallaces; nam verum quidem erat auidissimè arreptam ex epidemico morbo transferendi Concilij occasionem; sed antequam morbus ille sæuiret Tridenti, meditabantur Legati transferre Concilium, quòd Cęsar libertatem Concilij auferre videbatur. Iactabant autem falso Hispani saniorem constasse partem Concilij, cùm illi magis timerent Cæsarem, quàm Christum, ac magis obtemperarent Cæsari, quàm Christi Vicario, cui sacramento solemni erant obstricti; ac rogati, vt accederent Bononiam, vt ex communi omnium decreto reliquæ Lutheranæ hæreses damnarentur, quasi trabalibus affixi clauis mouere se Tridento recusarunt. Porrò multa mala emersisse ex ea translatione atque interciisum fuisse Concilium, verissimum fuit, sed hæc mala peperit eorumdem pertinacia. Quòd addunt Lutheranos comparatos ad suscipienda Concilij decreta, si Tridentum transferretur, à veritate hoc omninò alienum erat, cùm pro defendenda hæresi arcanas coitiones inirent. Conquesti etiam malè sunt, Bononiam non fuisse idoneam pro celebrando Concilio; cùm in ea Vrbe Patres maxima libertate potirentur; Tridenti verò à Lutheranis Cæsareæ etiam Maiestatis proditoribus opprimi potuissent; ita vt Cæsar ipse, à Mauritio Saxoniæ Principe, quem maximo Principatu auxerat, proditus vix intempesta nocte, profugus ex eius seruitute euaserit, vt redintegrato postea Tridenti Concilio visuri sumus. Cæterùm cùm Paulus Pontifex decretoriam esset laturus sententiam de translato iure Concilio, iterum Præsules Tridentinos, ac Bononienses ad subsellia Apostolica excitit, de quo hæc vetus manuscriptum refert.

„ 14 Ioh. Domini Sacri Concilij deputati, vnà „ cum Illustrissimo Domino primo Prędidente, „ acto iustitiam translationis ostendissent, vt à „ nemine de eius validitate ampliùs iure dubitari „ deberet, quia tamen diuersę quotidiè offere„ bantur difficultates, cum præsertim nomine „ Cæsaris diceretur, vt ad aliquod tempus in„ huiusmodi indicto supersederetur, quod fieri „ haud graui Reipublicæ Christianę detrimento, „ auctoritatis, ac libertatis Concilij diminutio„ ne non posset, id vero denegari absque ma„ xima Cæsaris indignatione (quod valdè ad„ uertendum erat) sineque nouarum turbarum „ incendio, maiorique Ecclesię perturbatione „ posse non videbatur, Summus Pontifex decre„ uit super his omnibus, non solum Reuerendissimorum S. R. E. Cardinalium, atque Cæsaris, & Galliarum Regis (ad quos ea de „ causa Nuntios miserat) sed etiam aliquot diuersarum Nationum Episcopos, tam eorum „ qui Bononiæ in Concilio erant, quàm qui Tridenti morabantur, sententiam intelligere. „ Quare misso ad vtramque Ciuitatem expresso „ nuntio, quatuor ex vnoquoque loco euocauit, scriptis ad eorum quemlibet literis infrà „ scriptis.

Dilecto filio nostro Petro S. R. E. Presbytero Card. Pacecco nuncupato.

Et tom. 6. fig. 3198. pag. 506. Acta Conc. Bononien. pag. 98. Ext. etiam in ms. Car. Pij fig. n. 260. p. 68.

Dilecte fili salutem, &c. In eo statu res Christianæ Reipublicæ constitutæ sunt, vt matura prouisione omninò indigeant: quamobrem, quod potissimùm in re tàm ardua nobis faciendum sit cogitantes, decreuimus sicut cæteros venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales, ita etiam te in consilium adhibere, & tuam pariter sententiam intelligere. Quare in Domino hortamur, tibique in virtute sanctę obedientiæ mandamus, vt intra quadraginta dies post præsentium receptionem ad nos venias: quæ enim consilia ad publicam, & vniuersalem salutem nobis afferes, libenter audiemus, & tecum nostra vicissim conferemus. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum XVIII. Iulij MDXLIX.*

15 Transmissæ sunt alijs Præsulibus Tridenti commorantibus, eadem fermè verborum formula conceptæ literæ, quibus significauit Pontifex eos à se Romam tot exciri, vt eorum iudicium circa præsentem rerum statum intelligat. De hac Pręsulum Tridentinorum, ac Bononiensium vocatione, deque illius causis nimirùm, vt ex eorum consilio disciplina Ecclesiastica in sanctiorem formam redigeretur, ac de loco in quo Concilium de controuersijs fidei, quæ dirimendę supererant, decerneret, constitueretur, refert Angelus Massarellus his verbis.

Diar. Con. Tri. auct. Angel. Massarel. ms. Arch. Vat. pag. 332.

„ Cursor sanctissimi Domini Nostri præsenta„ uit die Dominico IV. die Augusti MDXLIX. „ quatuor Breuia nomine Suæ Sanctitatis, qua„ tuor Prælatis, ex ijs, qui remanserunt in ea „ Ciuitate post translationem Concilij ad Ciui„ tatem Bononiensem, quę fuit die XI. Martij „ MDXLVII. cum ipsi Prælati prętenderent, „ quòd Concilium non esset legitimè transla„ tum, qui Prælati quatuor sunt, Reuerendissi„ mus Dominus Petrus Paceccus Cardinalis „ Giennensis Hispanus, & Reuerendi Domini „ Petrus Tagliauia Archiepiscopus Panormita„ nus Siculus, ac Episcopi Franciscus de Nauar„ ra Pacensis, & Bernardus Diaz Calagurritanus „ Hispani, quibus Breuibus dicti Prælati vocan„ tur à Sua Sanctitate, vt eant ad Vrbem ob ali„ qua negotia Reipublicæ Christianæ, in quibus „ Pontifex indiget consilio eorum. Qui supra„ dictus Cursor præsentauit etiam XIII. Augusti „ quatuor alia Breuia eiusdem tenoris quatuor „ Prælatis ex ijs, qui in hac Ciuitate Bononiensi „ commorantur translationem ipsam approban„ tes, sunt autem ipsi quatuor Prælati Reueren„ di Domini Sebastianus Leccauella Archiepis„ copus Naxiensis Græcus, Olaus magnus Ar„ chiepiscopus VpsalensisGothus, & Ioannes ab „ Hangesto Episcopus Nouiomensis Gallus, ac „ Ricardus Petrus Vigorniensis Episcopus An„ glicus,

Cau-

Digitized by Google

,, Cauſa autem huius vocationis eſt, licèt non ,, exponatur in Brenibus, propter reformatio- ,, nem faciendam, nam cùm Pontifex viderit, ,, quòd iam per bienniũ Prælati, qui Tridenti re- ,, manſerunt poſt tranſlationem non potuerunt ,, concordare cum Prælatis, qui ſunt in Concili- ,, lio Bononienſi, defendente Imperatore Caro- ,, lo V. Tridentinorum partes, & Pontifice iſtis ,, aduerſante, ne vlteriùs tempus teratur, Sancti- ,, tas Sua vult hoc intuitu, quo Dei bonitate ,, aliqua concordia ineatur, vacare reformationi ,, Cleri, & populi Chriſtiani, cùm hæc cura ,, præcipuè ſpectet ad Suam Sanctitatem, coram ,, qua erunt tot Patres Reuerendiſſimi Domini ,, Cardinales, tot Prælati omnium Nationum, ,, & Oratores Principum. Deinde reformatio- ,, ne facta vacabitur conciliandis Prælatis Con- ,, cilij, & agetur de loco, in quo dogmata, quę ,, dilucidanda reſtant, expedientur, &c.

16 Non paruere Tridentini Præſules nec adduci Romam potuere, cùm magis Cęſarem, quàm Chriſtũ pertimeſcerent, ſeque his literis turpiter excuſarunt, immemores ſacramenti, quo Romano Pontifici adſtricti erant. Redditæ verò ſunt à Cardinale Giennenſi hę literę.

☞ *Tom. 6. de Concil. M.S. Arc. Vatic. fig. n. 3198. pag. 508. M.S. Car. Pÿ fig. n. 260. p. 68. Car. Gien. ad PP.*

Literas Sanctitatis Veſtrę in forma Breuis conſcriptas reddidit mihi Curſor, quem huc dedita opera miſerat, quas, vt decet Sanctitatis Veſtræ humiliſſimam creaturam, ſumma reuerentia, & ſubmiſſione veneratus ſum, nihilque magis optaui, quàm vt mox nullo intermiſſo tempore exactè voluntatem Sanctitatis Veſtræ exequi poſſem. Sed cùm intelligat ipſa apertiſſimè, quibus potiſſimùm de cauſis vniuerſi, qui adſumus Tridenti ad Oecumenicum Concilium, non tam noſtra ſponte aduenimus, quàm Sanctitatis Veſtrę iuſſu coacti ſumus, facillimè intelliget, nihil nos aliud expectare hic, aut poſtulare, quàm vt Deus Optimus Maximus, quę turbata ſunt ſic componat, vt concordi ſtudio ea pertractari poſſint, quæ ad neceſſariam Eccleſię reſtaurationem, & ſummam Dei gloriam pertinent, quæ quidem in tuto legitimè, & aperto hic Concilio commodiſſimè tractari poſſunt, & confici, quàm poſſum humillimè obſecro, & oro Sanctitatem Veſtram, vt quando ſtatum totius negotij, cuius cauſa hic ſumus, ita nouit, vt neque id explicare neceſſe ſit, neque fortaſſe expediat, me, ſi Romam hoc tempore non proficiſcor, excuſatum habere velit. Interim verò Sanctitati Veſtræ, cui referre non poſſum, ago & maximas gratias, quòd me conſiliorum ſuorum participem eſſe velit. Deus Optimus Maximus proſperam valetudinem Sanctitari Veſtræ & fęlicem vniuerſali Eccleſiæ ſtatum conferat.

☞ *Tridenti XXV. Aug. MDXLIX. Eiuſdem Sanctitatis Veſtræ humiliſſima creatura Petrus Cardinalis Giennenſis.*

Conceptis eiſdem fermè verbis, vt ſubditur: *Ad verbum* (ait) *vt ſuprà reſponderunt Suæ Sanctitati ex Tridento Prælati infraſcripti* - - - - - - -

E. S. V. humiles, & deuota creaturæ.
P. Archiepiſcopus Panormitanus.
Franciſcus Epiſcopus Pacenſis.
Ioannes Epiſcopus Calagurritanus.

Extat in eodē to. 6. m. s. Arch. Vat. fig. n. 3198. p. 507.

De hjs conſultus Ioannes Maria è Monte reſcripſit Pontifici Tridentinorum rationes, inania verba eſſe, omninòque eſſe mala tempora.

Io. Maria è Monte Leg. Cent. Bono. in literis ſad Paul. III.

17 Iterum Pontifex cùm Prælatorum Tridentinorum excuſationem non admitteret, eos Menſe Septembri monuit, vt officij ſui memores ad Vrbem accederent pro tractandis ijs, quę ad totius Chriſtianę Reipublicę commodum ſpectabant, quo argumento extant hæ ad Cardinalem Giennenſem, & alios miſſę literę.

☞ *Venerabili fratri noſtro ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Quod ad noſtras literas, quibus te de his, quæ ad Vniuerſalem Chriſtianam Rempublicam pertinent cum alijs Prælatis conſulturum vocauimus, reſpondes, te iſtic expectare, vt Deus Optimus Maximus, quæ turbata ſunt in Eccleſia ſua componat, ideòque te excuſatum haberi poſtulas ſi ad nos hoc tempore non proficiſceris, ſanè haud grauatè excuſationes tuas admiſiſſemus, ſi & legitimę eſſent, & huiuſmodi quæ à nobis probari poſſent. Verùm conſiderantes quemadmodum ſcribis, te non tua ſponte, ſed iuſſu noſtro iſthuc ueniſſe, haud facilè nobis perſuadere poſſumus, quin idem quoque & nunc facias, præſertim cùm ad idipſũ voceris, cuius gratia te iſthic præſtolari ſignificaſti, hoc eſt vndè concordi ſtudio, ea quæ ad commodum publicum, Dei gloriam, & Eccleſiæ inſtaurationem pertinent, pertractentur. Quare ſit vt nõ videamus quomodo ex cauſis, quas affers, legitimè excuſari poſſis, & qui nobiſcum in partem ſollicitudinis vocatus es, velis officio tuo, & Eccleſiæ deeſſe, & Capiti tuo non obedire, cui & Domini voce, & iuramento adſtringeris. Verumtamen vtcumque ſeſe res habebit, non deſiſtemus à propoſito noſtro, prout gregis nobis à Deo commiſſi cura expoſcit, ideòque à noſtro priore mandato non recedemus, te iterum ad ipſam conſultandum vocamus.

M.S. Car. Pÿ fig. n. 260. p. 71.

Ad Card. Giennenſem.

☞ *Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VII. Septembris MDXLIX. Pontificatus noſtri anno XV.*

18 Obduruere ijdem Hiſpani Præſules, cùm è nutu Cæſaris penderent, in contumacia, quam futili excuſatione obuelarant, addit enim ms. Vaticani Auctor [Nec propterea Prælati ipſi ,, Tridento recedere voluerunt, rursùs & ipſi ,, eandem excuſationem repetentes,] Paruere verò Pontificio imperio Præſules Bononienſes, quod Angelus Maſſarellus diſertè tradit, ſubijcitque Concilium Bononienſe à Pontifice fuiſſe diſſolutum, cùm ipſe vellet ſpectantia ad controuerſiã de tranſlatione Concilij, & ad rei Chriſtianæ cõmodum, vel ad diſciplinæ ſplendorem reſtituendũ Romæ tractare.

,, XIV. Septembris Reuerendus D. Olaus Ma- ,, gnus Archiepiſcopus Vpſalenſis, & Ricardus ,, Petus Epiſcopus Vigornienſis receſſerunt ex ,, Bononia ituri Romam iuxta vocationem Suæ ,, Sanctitatis ad Conuentum Romæ habendum ,, pro controuerſijs Concilij, & reformatione.

Diar. Con. Trid. Auctore Ang. Maſ. Secret. p. m. 1. Arch. Vat. pag. 334.

,, XVII, Septembris Reuerendiſſimus Dominus ,, Ioannes Maria Cardinalis de Monte Sac. Con- ,, cilij Præſidens, & Legatus recepit literas Re- ,, uerendiſſimi Alexandri Sancti Laurentij in Da- ,, maſo Diaconi Cardinalis ſub data XIII. Men- ,, ſis Septembris, in quibus ſcribit nomine Suæ ,, Sanctitatis, vt ipſe Cardinalis de Monte det ,, licentiam omnibus Prælatis hìc Bononiæ in ,, Concilio exiſtentibus, vt redeant ad propria, ,, cùm Pontifex hoc tempore Concilium celebra- ,, re non intendat, ſed in Conuentu Romæ ha- ,, bendo agetur de præſentibus controuerſijs, & ,, ita notandum eſt, quòd ab hac die ceſſat Con- ,, cilium Bononienſe. Concilium autem non fuit ,, neque ſuſpenſum (niſi eius proceſſus) quod fa- ,, ctum fuit dum Pontifex auocauit ad ſe cauſam ,, ſuper validitate tranſlationis die I. Februarij

pag. 335.

,, MD-

Digitized by Google

,, MDXLVIII.) neq; clauſum. Quo igitur conſilio hoc à Pontifice factum ſit ignoratur, cùm ,, adhuc Prælati, qui Tridenti manent perſonaliter, & ipſi tranſlationi contradicunt, in ea Ciuitate nemine dempto permaneant perſeuerant, aſſerentes, Concilium non fuiſſe legitimè ,, tranſlatum (quod tamen falſum eſt, vt ex actis ipſius tranſlationis apparet) & ita ſunt in quaſi poſſeſſione Concilij, & ideò non conuenit, ,, vt Bononienſes Prælati relicto loco vero Concilij abeant. Deus Omnipotens dirigat hoc ,, negotium in bonum, & pacem communem ,, Reipublicæ Chriſtianæ, quæ in tot annis vndique labefactata, & penè diuulſa ab Hæreticis, ,, & Chriſtiani nominis hoſtibus, nunc nouiſſimè ab ijs, qui eius præcipui Defenſores, & ,, Protectores eſſe debebant, perturbatur. Sapienti ,, pauca, non enim licet omnia loqui.

Io. Maria de Monte in lit. ad Gar. Far. Extant in m.s. Arch. Vat.

19 Acerbiſſima res videbatur, & periculo plena diſſolui Bononienſe Concilium, non diſſoluto Tridentino cœtu, ac licèt Petrus Orator à Duce Florentiæ miſſus aſſereret, nil in ſpectantibus ad Concilium innouandum iri ex parte Cæſaris, neque ex parte Pontificis innouandum, ſed vtramque partem vſuram beneficio temporis, tamen Ioannes Maria de Monte Bononienſis Legatus exclamabat in literis ad Alexandrum Cardinalem Farneſium datis: Ad quid conuentus ille Præſulum Tridenti retinetur? Ego miſera Caſſandra exclamo apud Veſtram Reuerendiſſimam Dominationem, an prudentiæ, & cautionis ergo id patimur, ne quid peius contingat, nec iam cogitatur de ferenda publica ſententia in cauſa tranſlationis Concilij? ſaltem fiat declaratio occulta, ſi aliud remedium non occurrat in ea narrari poſſet, Sanctitatem Suam ſuſpendiſſe Concilium, atque ad ſe cognitionem validitatis tranſlationis reuocaſſe ad tollendam, quantum in ſe eſſet, omnem ſchiſmatis occaſionem, res concordiæ etiam conciliari tutiùs poſſet, quàm per ſententiam, ſi permitteret Cæſar, vt Tridentini accederent Romam, vt de cauſæ ſuæ iure doceant Pontificem, ac de loco transferendi Concilij paciſcantur, cùm nec illis Bononia, nec his Tridentum placeat: verò cùm ſuſpenſa ſit ſententia de tranſlationis validitate ad auertendam ſchiſmatis occaſionem, videndum etiam ne ea ſuſpenſio ſententiæ Schiſma ſit paritura, cùm pars Præſulum ſibi licere putet hic ſtare, altera alibi ſubſiſtere, propterea Sua Sanctitas, in eo caſu quo ex humanis à Deo ipſam vocari contingeret, ex nunc prout ex tunc pronuntiet, declaret, & notum faciat omnibus Principibus, & Rebuſpublicis, & Præſulibus, & vniuerſo Clero, & Populo Chriſtiano ſe diligentiſſima inquiſitione, & examine præhabitis comperiſſe tranſlationem Concilij Tridento Bononiam *factam ex cauſis, de quibus in actis ipſius Concilij* à maiori parte Præſulum interuenientibus, aſſiſtentibus Præſidentibus, atque adhærentibus Legatis Apoſtolicis proprio nomine, & cum ſingulari auctoritate concеſſa ipſis Legatis per ſpecialem Bullam lectam, ac publicatam die Seſſionis, in qua facta eſt tranſlatio, eſſe validam, ac ſubſiſtere, vt non poſſit ab aliquo cuiuſcumque gradus præeminentiæ, & dignitatis iure impugnari, ac ſi quis in contrarium tendat non abeſſe à periculo ne ipſo facto incurrat indignationem Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac cenſuras, & pœnas à Sacris Canonibus, & Concilijs conſtitutas, *decernendo nihilominus irritum, & inane quidquid in contrarium à quouis contingeret attentari*. Hæc nitidè Reuerendiſſimæ Dominationi Veſtræ ſcribo, ambo enim nouimus in quanto periculo verſentur Tridenti res Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Sedis Apoſtolicæ, & Collegij noſtri, & Curiæ Romanæ: nouimus contempſiſſe nos vitæ pericula, & iacturam bonorum, vt fungeremur munere veratum, legitimarumque, ac non abortiuarum creaturarum; ſi Pontifex è viuis exeat non edita hac declaratione, Nobis culpa adſcribetur. Video indè ruinam irreparabilem impendere. Suſpenſio Concilij à Sanctiſſimo facta nocebit ſolis Patribus Bononienſibus, qui eam admiſere, illique paruere, ac poſſeſſionem loci amiſere, tùm ob ſuſpenſionem, tùm quia fermè omnes diſceſſere, vel ſunt abituri. At Tridentini ſuſpenſionem Concilij non admiſere, itaut in ſuo ſtatu integri permaneant, *& nullibi niſi Tridenti reperiuntur facies, vel forma, vel ſpecies, vel imago Concilij*, qua tandem ratione retundere hos poterimus, niſi obiecta in os Pontificia declaratione de tranſlatione valida. Addita ſunt alia numeris arcanis expreſſa Bononiæ VIII. Iunij MDXLIX.

20 Metuebat idem Cardinalis è Monte, ne Cæſar captata vacantis Sedis occaſione Præſulibus factionis ſuæ fretus in Concilium, imò in Concilium, Pontificemque coniunctim imperium arriperet, ſed ab eo flagitio Cæſar abfuit, ſed acerbiſſimè Concilium eo inconſulto non debuiſſe, vel iure non potuiſſe transferri contendebat. At diuina prouidentia imminentia diſcuſſit pericula, dimiſſumque eſt à Paulo III. Pontifice, accommodante ſe temporum acerbitati, Concilium Bononienſe ob concordiæ ſtudium, vt Maſſarellus refert his verbis.

Finis Concilij Bononienſis ſub Paulo III. Pontifice Maximo.

,, 21 Cùm igitur res in eo ſtatu eſſent, vt quotidiè in deterius laberentur, atque ideò difficilis admodum quæuis deliberatio abſque euidenti Reipublicæ Chriſtianæ detrimento, ac periculo, maiorumque in Eccleſia Dei terrore, & diſſidiorum excitatione videretur Summus Pontifex temporibus cedens, Concilij celebrationem, & controuerſiarum ſuper tranſlatione deciſionem ad meliora tempora reſeruare, & in ſolo Deo ſpem omnem collocare coactus fuit. Quare ne diutiùs Prælati, qui Bononiæ in Concilio erant, ab eorum Eccleſijs cum animarum, eorum curæ commiſſarum, iactura abeſſent, fruſtraque otio in ea Ciuitate torperent, conceſſit eis licentiam abeundi, & ad dictas eorum Eccleſias reuertendi, ibi meliora, fælicioraque tempora expectaturis, ſcriptis ad Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem de Monte primum Præſidentem (cùm iam alter Præſidens receſſiſſet) literis ſub datum Romæ XIII. Septembris MDXLIX. Et ita ab hac die Concilium Bononienſe diſſoluitur. Deus Omnipotens Eccleſiæ Sanctæ vnionem, & pacem reddere, Chriſtianamque Religionem, tot iam annis vndique labefactatam, & penè diuulſam tueri, ac defendere ad ſui nominis gloriam dignetur, Amen.

Tom. 6. de Conc. m.s. Arch. Vat. fig. num. 3198. pag. 308. & aliud m.s. p. 250.

Diſſolutio Bononienſis Concilij.

Hactenùs de Bononienſi Concilio, in quo diù Hæreticorum errores diſceptati, & confutati fuere, ac licèt eius decreta promulgata non fuerint in publica Seſſione, quòd Cæſarei Bononiam accedere detrectarint, plurimùm tamen ad pro-

Cardinalis de Monte pro Concilio Bononienſi ſcribit cõtra Tridentinũ cœtum.

proſequendum ſub Iulio III. Concilium profuere, cuius Concilij Acta cùm obſcuriora fuerint, eorum, qui interfuere, nomina poſterorum memoriæ commendanda viſa ſunt.

22 Nomina, Cognomina, & Patriæ eorum, qui interfuerunt Sacro Oecumenico Concilio Bononienſi.

Acta Conc. Bononien. M.S. Fra. Car. Barb. fg. num. 123.

Sacri Concilij Præſidentes, & Legati.

„ Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus Dominus Ioannes Maria Epiſcopus Præneſtinus de Monte.

„ Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus Dominus Marcellus Ceruinus tit. Sanctæ Crucis in Hieruſalem Presbyter, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Sacri Concilij Præſidentes, & Apoſtolici Legati de latere.

Oratores Henrici Regis Chriſtianiſſimi.

„ Illuſtriſſimus D. Claudius Durfè, Præfectus Prouinciæ de Forez, Gallus.

„ Illuſtriſſimus D. Michaël ab Hoſpitali, Conſiliarius Pariſienſis, Gallus.

Archiepiſcopi.

„ R. D. Andreas Cornelius, Archiepiſcopus Spalatrenſis, Venetus.

„ R. D. Antonius Filholi, Archiepiſcopus Aquenſis.

„ R. D. Ludouicus Cheregattus, Archiepiſcopus Antibarenſis Ordinis Minorum de Obſeruantia, Vicentinus.

„ R. D. Iacobus Coccus, Archiepiſcopus Corcyrenſis, Venetus.

„ R. D. Michaël Saracenus, Archiepiſcopus Materanus, & Acheruntinus, Neapolitanus.

„ R. D. Lecauela, Archiepiſcopus Naxien Ordinis Prædicatorum, Græcus.

„ R. D. Olaus Archiepiſcopus Vſpalenſis, Gothus.

„ R. D. Robertus Vauchop Venantius, Archiepiſcopus Armachanus, Scotus.

Epiſcopi.

„ R. D. Chriſtophorus de Spiritibus, Epiſcopus Cæſenatenſis, Viterbienſis.

„ R. D. Philos Rouerella, Epiſcopus Aſculanus, Ferrarienſis.

„ R. D. Iacobus Ponzetta, Epiſcopus Malphetenſis.

„ R. D. Thomas Campegius, Epiſcopus Feltrenſis, Bononien.

„ R. D. Bendedictus de Nobilibus, Epiſcopus Acienſis Ordinis Prædicatorum, Lucenſis.

„ R. D. Quintius de Ruſticis, Epiſcopus Militenſis, Romanus.

„ R. D. Robertus Senatis, Epiſcopus Ambricen, Gallus.

„ R. D. Ioannes ab Angeſto, Epiſcopus Nouiomen, Gallus.

„ R. D. Cathelanus Triuultius, Epiſcopus Placentinus, Mediolanenſis.

„ R. D. Ferdinandus Pandolphinus, Epiſcopus Troianus, Florentinus.

„ R. D. Alexander Campegius, Epiſcopus Bononien, Bononien.

„ R. D. Antonius de Humeis, Epiſcopus Iſernen, Florentinus.

„ R. D. Leo Vrſinus, Epiſcopus Foroliuien, Romanus.

„ R. D. Fuſcherus, Epiſcopus Torcellan, Venetus.

„ R. D. Io. Lucius Staphileus, Epiſcopus Sibinicen, Illyricus.

„ R. D. Marcus Antonius Epiſcopus Groſſetan, Bononien.

„ R. D. Dionyſius Græcus, Epiſcopus Millopotamen & Chironenſis, Ordinis Minorum de Obſeruantia, Græcus.

„ R. D. Braccius Martellus, Epiſcopus Feſulanus, Florentinus.

„ R. D. Lælius Baruffus de Pijs, Epiſcopus Sarſinaten, Britonorien.

„ R. D. Philibertus Babu, Epiſcopus Angoliſmenſis, Gallus.

„ R. D. Ioannes Baptiſta Campegius, Epiſcopus Maioricen, Bononien.

„ R. D. Thadæus de Pepulis, Epiſcopus Carinen, Bononien.

„ R. D. Petrus Vorſtius, Epiſcopus Aquenſis Auditor Romanę Curię, Flander.

„ R. D. Auguſtinus Zanettus, Epiſcopus Sebaſten, Bononien.

„ R. D. Heliſeus Theodinus, Epiſcopus Soranus, Arpinas.

„ R. D. Iacobus Corteſius à Prato, Epiſcopus Vaſionenſis, Romanus.

„ R. D. Franciſcus Boerus, Epiſcopus Maclouienſis, Gallus.

„ R. D. Georgius Cornelius, Epiſcopus Taruiſinus, Venetus.

„ R. D. Baldaſſar Lympus, Epiſcopus Portuen in Portugallia Ordinis Carmelitarum, Portugallienſis.

„ R. D. Bernardus Bonioannes, Epiſcopus Camerinen, Romanus.

„ R. D. Angelus Paſchalis, Epiſcopus Motulanus Ordinis Prædicatorum, Dalmata.

„ R. D. Ioannes Campegius, Epiſcopus Parentinus, Bononien.

„ R. D. Ludouicus Simoneta, Epiſcopus Piſaurien, Mediolanen.

„ R. D. Auguſtinus Stenchus, Epiſcopus Chiſſamenſis Bibliothecarius Apoſtolicus, Eugubinus.

„ R. D. Tiberius de Mutis, Epiſcopus Ieracen, Romanus.

„ R. D. Georgius Andreacius, Epiſcopus Regienſis, Mantuanus.

„ R. D. Aloyſius Lipomanus, Epiſcopus Motonenſis Coadiutor Veronen, Venetus.

„ R. D. Iolicius, Epiſcopus Sancti Pauli, Gallus.

„ R. D. Philippus Archintus, Epiſcopus Salutiarum Vicarius Sanctiſs. D. N. Papæ in Vrbe, Mediolanen.

„ R. D. Vincentius de Durantibus, Epiſcopus Thermularum, Brixien.

„ R. D. Io. Petrus Ferrettus, Epiſcopus Mylonenſis, Rauennaten.

„ R. D. Claudius de la Guiche, Epiſcopus Mirapiſcenſis, Gallus.

„ R. D. Ægidius Folietta, Epiſcopus Caprulanus, Cingulanus.

„ R. D. Ricardus Patus, Epiſcopus Vigornien, Anglicus.

„ R. D. Petrus Ghinuccius, Epiſcopus Caualliceń, Senenſis.

„ R. D. Cornelius de Muſſis, Epiſcopus Biuntinus Ordinis Minorum Conuentualium, Placentinus.

„ R. D. Marcus Maliperius, Epiſcopus Corſulanus, Venetus.

„ R. D. Iacobus Iacobellus, Epiſcopus Bellicaſtren Commiſſarius generalis Apoſtolicus Sacri Concilij, Romanus.

„ R. D.

,, R. D. Aluarus de la Quadra, Episcopus Venusinus, Hispanus.
,, R. D. Thomas Casellus, Episcopus Britinorien Ordinis Prædicatorum, Rossanen.
,, R. D. Galeatius Floremontius, Episcopus Aquinaten, Suessanus.
,, R. D. Philippus Bonus, Episcopus Famagusten, Venetus.
,, R. D. Io: Baptista Cicada, Episcopus Albingenen Auditor Cameræ Apostolicæ, Genuensis.
,, R. D. Stella, Episcopus Lauellensis Ordinis Prædicatorum, Venetus.
,, R. D. Franciscus de Mauni, Episcopus Briocensis, Gallus.
,, R. D. Laurentius Puccius, Episcopus Veneten. Florentinus.
,, R. D. Berengarius Bombau, Episcopus Caluensis, Hispanus.
,, R. D. Franciscus Gallianus, Episcopus Pistorien sis, Florentinus.
,, R. D. Petrus Diual, Episcopus Sagiensis, Gallus.
,, R. D. Gregorius Castagnola, Episcopus Mylonensis Ordinis Prædicatorum, Græcus.
,, R. D. Philippus Roccabella, Episcopus Maceratensis, Recanatensis.
,, R. D. Iacobus Barba, Episcopus Aprutinus Ordinis Heremitarum Sacrista Apostolicus, Neapolitanus.
,, R. D. Camillus Mentuatus, Episcopus Satrianensis, Placentinus.
,, R. D. Iacobus Spiphame, Episcopus Niuernien, Gallus.
,, R. D. Sebastianus Pighinus, Episcopus Aliphanus Auditor Curiæ Romanæ, Regiensis.
,, R. D. Ambrosius Catherinus Politus, Episcopus Minorien Ordinis Prædicatorum, Senensis.
,, R. D. Peregrinus Fabius, Episcopus Vestanen Auditor Romanæ Curiæ, Bononien.
,, R. D. Pompeius de Zambeccarijs, Episcopus Sulmonensis, Bononiensis.
,, R. D. Camillus Perusch us, Episcopus Alatrinus Rector Studij Romani, Romanus.

Procuratores.

,, R. P. Ambrosius Pelargus Ordinis Prædicatorum Procurator, Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Adolphi Archiepiscopi Colonien Sacri Romani Imperij Electoris, necnon Capituli eiusdem Ecclesiæ Colonensis Procurator, Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Archiepiscopi Treueren, Electoris Sacri Imperij, Germanus.

Abbates.

,, R. D. Lucianus de Ottonibus, Abbas Pomposiæ Ferrarien, Mantuanus.
,, R. D. Chrysostomus Gimilianensis, Abbas SS. Trinitatis de Caieta, Calaber.

Generales Ordinum.

,, R. P. Franciscus Romeus, Generalis Ordinis Prædicatorum, Aretinus.
,, R. P. Bonauentura Pius, Generalis Ordinis Minorum Conuentualium, Costacciarius.
,, R. P. Hieronymus Seripandus, Generalis Heremitarum Sancti Augustini, Neapolitanus.
,, R. P. Nicolaus Audetus, Generalis Ordinis Carmelitarum, Cyprius.
,, R. P. Augustinus Bonuccius, Generalis Ordinis Sanctæ Mariæ Seruorum, Aretinus.
,, R. P. Simon Guicciardus Stampensis, Generalis Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, Gallus.

Officiales Concilij.

,, D. Hugo Boncompagnus Abbreuiator, Bononien.
,, D. Hercules Seuerolus Promotor, Fauentinus.
,, D. Angelus Massarellus Secretarius, Sanctoseuerinus.
,, Pompeius de Spiritibus Magister Cæremoniarum, Spoletanus.

Subduntur nomina Notariorum diuersarum Nationum, qui fuere tredecim, & Theologiæ professorum, qui fuere numero octuaginta quinque, quorum vltimi ex Societate Iesu, qui Presbyteri reformati dicebantur, fuere Viri insignes, Claudius Iaius, Iacobus Laynes, Alphonsus Salmeron Socij Sancti Ignatij, & Petrus Canisius Germanus eruditis operibus clarissimus.

23 Seruire tempori maluit Pontifex, grauioraque imminentia mala defugere, quàm aduersus Cæsarem multa indigna molientem Apostolicam tueri auctoritatem cum maxima Christianæ Reipublicæ perturbatione, quare à ferenda de translatione Concilij decretoria sententia abstinuit, ac minus malum tolerare maluit, quàm maius accersere, vt narrat Angelus Massarellus his verbis. [VIII. Nouembris Reuerendus Dominus Archiepiscopus Materanus dixit de sententia validitatis translationis danda à Sua Sanctitate, & quod ego refertem Cardinali Sanctæ Crucis animum suum, vt vnius ex Deputatis a Concilio. Retuli, significauit animum Cardinalium deputatorum super Religione esse, vt pro nunc nihil agatur, tanquam eligendum minus malum contradicente Imperatore.] Verebatur nimirùm Pontifex, ne Cæsar aduersùs Pontificiam sententiam intercederet, & maiores in Ecclesia Dei tumultus orirentur, quorum malorum auertendorum causa licèt Galliæ Rex ardentissimis studijs offerret se Pontifici ad sanciendum fœdus armorum aduersùs Cæsarem, & Brosia Regius Orator omni arte, & contentione pellicere Pontificem ad eam societatem niteretur, tamen Pontifex licèt infensum Cæsaris animum aduersùs Sedem Apostolicam experiretur, nunquam cum Gallo id fœdus sancire voluit, vt Alexander Cardinalis Farnesius Pontificio apud Cæsarem Internuntio literis significauit, vt certiorem faceret Cæsarem maluisse Pontificem expectare, vt Cæsar sponte sua Placentiam restitueret. Conqueri etiam iussit de libris contumeliosissimis in Pontificem sparsis nomine Bernardini Ochini Apostatæ, Cæsarique exponere, Hæretici hominis rabiem, ac leuitatem, reique indignitatem, ac infamiam in ipsam Cæsaream Maiestatem redundare, cùm hæc omnia sub eius patrocinio committantur. De his libris impijs meminit Surius, ,, additque [Si quis ita scribet in Principes ,, Euangelicos quemadmodum liber ille per,, stringit Pontificem, nemo æquo ferret animo, & hic visus est dignus Sleidano Sacramentario, è quo non pauca in defuncti Pontificis contumeliam suis illis præclaris Commentarijs infarciret. Sanè qui talium Commentariorum lectione delectantur, illi facile ,, quoque Mahometis Alcoranum, & id genus ,, alia

Angelus Massarel. in Diar. m. s. Arc. Vat. pag. 338.

Cur tolerata Cæsaris gesta.

Detrectatum fœdus armorum cum Gallo aduersùs Carolum V. *Extant in M. S. Car. Spada fig. 37. p. 616.*

Ochini Apostatæ impia scripta.

Surius in comment.

,, alia Commenta non admodum recuſaturi vi-
,, dentur.]

Nequiſſimo huic Apoſtatæ Ochino ad inficiendas ſuis hæreſibus Angliam, & Poloniam tunc intento ſceleſtiſſimum alium Apoſtatam coniungimus Petrum Paulum Vergerium, qui Internuntium Apoſtolicum egerat in Germania, ac plura etiam pietatis ardentiſſimæ aduersùs Hæreticos ſigna dederat, ſed dum curioſiùs in Hæreticorum perlegendis libris verſatur, Theologicis diſciplinis deſtitutus, in eorum cœno merſus perijt, hæreſimque alijs afflare non pertimuit, quare à Paulo Pontifice exauctoratum narrant Acta Conſiſtorialia.

Acta Conc. MS. Car. Spadæ fig. num. 134. pag. 13.

,, Romæ apud Sanctum Marcum die Mercurij
,, III. Iulij MDXLIX. fuit Conſiſtorium, in quo
,, Sanctiſſimus Dominus Noſter de Reueren-
,, diſſimorum conſilio declarauit per eius diffi-
,, nitiuam ſententiam Petrum Paulum Verge-
,, rium Epiſcopum nuper Iuſtinopolitanum, ob
,, cauſas in cedula expreſſas, regimine, & ad-
,, miniſtratione Eccleſiæ Iuſtinopolitanæ priua-
,, tum, aliiſque pœnis à iure indictis afficien-
,, dum eſſe, prout in dicta cedula per Sanctitatem
,, Suam ſubſcripta, quę penès Reuerendum Do-
,, minum Bloſium electum Fulginatenſem San-
,, ctitatis Suæ Secretarium ex huiuſmodi cauſa
,, Notarium remanſit, latiùs conſtat.

Petrus Paulus Vergerius à fide defecit.

Percuſſus hac ſententia Petrus Paulus Vergerius, in deſperationem efferatus, acerbiſſimè aduersùs Pontificiam auctoritatem ſcripſit, actuſque in reprobum ſenſum latiùs diffudit hæreſim in Polonia, ac multos Catholicos imbecilles in Sathanæ caſtra traduxit, licèt verò non ſemel de reditu ad Eccleſiam egerit, tamen factu nimio deterritus eſt, ne publicè ſuos errores eiuraret, de quo Hoſius Epiſcopus Warmienſis poſtea Cardinalis veluti de magno Sathanæ Adminiſtro queritur.

Patriarcha Aquilegienſis in hæreſis ſuſpicionē incurrit.

24 Eodem anno in grauem hæreſeos ſuſpicionē adductus eſt Grimanus Patriarcha Aquilegienſis in controuerſia de Prædeſtinatione, quę ex hac occaſione ſuborta eſt. Cùm Eccleſiæ Vtinenſis Collegiatæ Concionator temerè offendiculum populo Vtinenſi obiecíſſet concionando, prædeſtinatum à Deo nullo modo poſſe damnari, quantacumque ſcelera admiſerit, præſcitum verò, ſiuè reprobatum, quantumuis virtutibus ſe excolere annitatur, neceſſariò damnandum, quibus verbis cum Lutheranis colludere viſus eſt, qui ciuſmodi verbis à virtutis ſtudio auertere Chriſtianum populum, atque in vitia ex quadam deſperatione impellere conſueuerant, ob exortam ex his verbis publicam offenſionem Vtinenſis Vicarius Concionatorem illum munere habendarum Concionum interdixit. Concionator verò prouocauit ad Grimanum Patriarcham, qui VII. Aprilis huius anni ad Vicarium Vtinenſem literas dedit, deque Prædeſtinatione ſermone inſtituto Concionatoris verba defendit, prædeſtinatum ideò non poſſe vllo modo damnari, quia tandem à peccato eruendus ſit, pariterque præſcitum neceſſariò damnandum, electionemque, & prædeſtinationem adeò neceſſariam ſine vlla diſtinctione conſtituit, vt in noſtra voluntate, arbitrioque nullo modo ſit poſitum ſalutem conſequi, vel damnari.

Tom. de Vat fig. n. 1205. f. 352.

Ext. in eodem ms. pag. 152. n° 160.

Has Patriarchæ literas, vt hæreſeos crimine infames, Vtinenſis Vicarius ad Cenſores fidei, qui agebant Venetijs, tranſmiſit, illi rem ad Romanæ Inquiſitionis Tribunal detulere, vocatuſque in ius à Pontifice Patriarcha Aquilegienſis Apologiam conſcripſit, in qua pluribus ſententijs excerptis ex D. Auguſtino, & nonnullis SS. Patribus, ſcripta in literis confirmauit, ſed ea Apologia maiorem illi hæreſeos ſuſpicionem conflauit, liſque in plures annos extracta eſt, donec in Concilio Tridentino ſub Pio IV. conſtituti ſunt Iudices Theologica ſcientia florentiſſimi, qui conſenſere plures ſententias apud Diuos Auguſtinum, & Proſperum aſſertis à Patriarcha non diſſimiles reperiri, ac Patriarcham XVII. Septembris MDLXIII. crimine hæreſeos purum, ac liberum pronuntiarunt, vetuere tamen ne eius literæ, vel Apologia typis vnquam mandarentur, cùm huiuſmodi ſententiæ grauem offenſionem parere, ac turbare plurium mentes poſſent. Purum autem ac nitidum dogma Catholicum eſt, nulla humana induſtria ſalutem comparari poſſe ſine gratia Dei, quæ per merita Chriſti confertur; nec quemquam damnationem euadere ſine eadem gratia, cui tanquam principali ſecundaria cooperatio noſtra coniungenda eſt, Deum verò ex parte ſua velle omnes ſaluos fieri, & Chriſtum pro omnibus mortuum ſacræ teſtantur literæ.

Ib. p. 152.

MS. Card Pij fig. 260. pag. 139.

Huſſitæ ad Eccleſiam reducuntur.

25 In Bohemia Proſper S. Crucis Internuntius ad Regem Romanorum miſſus, vt Huſſitas Bohemiæ Eccleſiæ Romanæ Ferdinandi Regis ope conciliaret, fælicem in ea re operam nauauit, de qua re ſcripſit Cardinali Farneſio. Huſſitas initio peruicacia ſua omnem piam induſtriam eluſiſſe, Regia verò induſtria demùm euictos, vt nonnulla Sacri fœderis capita admitterent, quæ vna cum literis tranſmiſit, hæc verò fuiſſe non quidem qualia optanda eſſent, ſed qualia poſſent tolerari, vt ſenſim eorum ſecta deleretur, aſſenſiſſe eos, cùm ſolemnis Sacerdotum Huſſitarum conuentus eſſet, integrum eſſe ſub qualibet ſpecie Sacramentum, & Corpus Chriſti, non tamen adſtringi voluiſſe, vt communicantes admonerent, quòd ſub vnaquaque ſpecie ſit integrum corpus, ob graues in ea re difficultates; damnaſſe errorem quòd ſufficeret ſemel in anno confiteri ſi quis vellet ſæpiùs Sacram Euchariſtiam ſumere; deſtitiſſe à celebranda Ioannis Huſſi Hęreſiarchæ feſtiuitate; profeſſos ſe obedientiam iuſtam, & debitam exhibituros Pontifici; de communione Infantium articulum ſuppreſſum, quòd ſint pauci, qui eam conferant, atque Sacerdotes initiandos ſacramento eſſe conſtringendos eam infantibus non collaturos, atque vt ea conſuetudo delenda ſit operam daturam Regiam Maieſtatem in conuentibus Ordinum nomine totius Regni vt poſtuletur à Pontifice facultas Archiepiſcopo concedenda, vt abſoluat Huſſitas, eoſque in gremium Eccleſiæ reſtituat, quæ vt promoueri poſſint curſorem Romam direxiſſe, vt Pontificiam mentem intelligat, ſumma contentione deprecari, vt paternæ charitatis ardore horum defectus exurat, pacta enim cum Huſſitis concordia, ſe omnes hæreſeos in Bohemia ſerpentes grauiſſimis edictis eliſurum, atque etiam illicitos libros prohibiturum, ac progreſſu temporis ab his, qui vtramque ſpeciem ſumunt optimi Archiepiſcopi diligentia, & exemplis plura obtineri poſſe, perpenſis porrò omnibus ſe comperiſſe plures ad Huſſitas deflexiſſe, vt confeſſionis moleſtiam defugerent, iam verò cùm ſint profeſſi confeſſionem auricularem neceſſariam, ac tantum ſub vna, quantum ſub vtraque ſpecie con-

Ext. ib. p. 154.

continerì, sperari posse breui temporis flexu consuetudinem communicandi sub vtraque relicturos. Creditur etiam Lutheranos animis deiectum iri cùm viderint eos, quibus maximè nitebantur, ad Sedis Apostolicæ obsequium, coniunctionemque redijsse. *Datum Pragæ XIII. Nouembris MDXLIX.*

Dominationis Vestræ Reuerendissimæ humillimus, ac deuotus Seruus Prosper è Sancta Cruce.

De singulis his controuersijs compositis cum Huffitis, siuè cum Calixtinis extant aliæ Sebastiani Pighini Episcopi Ferentini Internuntij Apostolici in Germaniam decreti ad eundem Cardinalem Farnesium.

Reuerendissimo, & Illustrissimo Cardinali Farnesio.

Pighini lit. ad Car. Farn. ex Ital. ext. in M. S. Arc. Vat. sig. num. 3224. p. 100.

26 Tandem Regiæ Maiestatis opera post grauissimas difficultates, diuina fauente gratia Calixtini Sacerdotes, qui sub vtraque specie communicant populum, ad Catholicos articulos profitendos adducti: *Credere se secundùm Primitiuæ, & Vniuersalis Ecclesiæ Concilia, nec vlterius contendendum sensere Theologi, cùm vox vniuersalis omnia contineat; professi quoque integrum esse sacramentum sub vna specie, semper deberent communicantes admonere, quòd sub vnaquaque specie est integrum Corpus*, noluere tamen obstringi, vt repeteretur singulis vicibus, sed id prædicatum iri, ac vniuersos in conuentu consensuros. Circa articulum confessionis contendebant, quòd sufficeret semel in anno confiteri etiamsi quis vellet sæpiùs Sacram Eucharistiam sumere, sed demùm ad Catholicam sententiam reuocati sunt. Circa quintum articulum de festo Ioannis Hus, assensere, vt id festum infaustum aboleatur. Circa obedientiam Pontifici exhibendam, addidere iustam, & debitam, nec altercandum visum est, cùm nil iniustum ab his exigi possit, atque ipsi Archiepiscopo Pragensi creando omnem obedientiam sacramento spondere debeant, Archiepiscopus verò omnem fidem, subiectionem, & obedientiam polliciturus sit. Circa articulu de compactatis, scilicet in quo sensu essent intelligenda, disceptatio prætermissa est, cùm nouæ pactiones initæ sint, quibus veteres antiquantur, frustraque disputaremus, in quo sensu vetera compactata accipienda. Circa vltimum articulum non visum est anxiè disquirendum, cùm Archiepiscopus Religionis Catholicæ studio, & eruditione præstantissimus creandus sit, qui multa emendaturus sit Catholica censura: supereſt indecisus articulus de communione Infantium, ac Regia Maiestas de ea se acturum cum tælici successu in Conuentu Ordinum sperat. Porrò Archiepiscopus initiandos Sacerdotes obstricturus est sacramento ad hos omnes articulos obseruandos, neque ad dandam Infantibus communionem, ac multi ex Calixtinorum Sacerdotibus consentiunt, vt non detur. Itaque ille vsus apud paucos supererit, quibus extinctis delebitur consuetudo.

Supereſt vt veniam præteritorum deposcant, Regia Maiestas ait se nomine totius Regni misso Oratore petituram, atque etiam in Concilijs decretum iri aliquos, qui pro ea deprecatores agant, flagitareque, vt Archiepiscopo absoluendi potestas conferatur, vtque gesta à Sua Sanctitate confirmari efflagitent, quæ hactenùs Regia Maiestas priuato nomine egit, ac si ipsi in Comitijs dixerint missuros ad Pontificem Oratores, Regium quoque, vt rem prouehat, se adiunctum.

Certiorem etiam reddit Regia Maiestas Beatitudinem ipsius, concordia hac constabilita, Regni Ordines ad publica Comitia vocaturum, atque in ijs acerbissima Edicta promulgatum iri aduersùs omnes hæreses, quæ in hoc Regno serpunt non exiguo numero, atque summa diligentia rem confectum iri, vt in optimum statum redigantur omnia, ac libri Hæretici prohibeantur, & quæ ab ipsius Sanctitate pro salute animarum commonenda visa fuerint, in opus prouocatum iri. *Datum Pragæ XIII. Nouembris MDXLIX.*

27 Hoc anno in Anglia grauissimæ rerum conuersiones contigerunt, quarum occasione de redintegranda in eo Regno Catholica Religione actùm est, extant enim Alexandri Cardinalis Farnesij literæ ad Pontificium in Aula Cæsarea Internuntium, quibus iussus est Pontificio nomine agere apud Cæsarem, vt pro restituenda in Anglia Religione Catholica vires coniungat, muniri enim viam huic rei, quæ facilè ad exitum perduci possit, Cæsarem grauissimis ex causis ad pium hoc opus obstringi, cùm ob iudiciaria acta postulante Cæsare in Henricum Regem à Clemente VII. confecta, defectio illius ab Ecclesia sequuta esset.

Ext. in m.s. Card. Spadæ sig. num. 37. pag. 91. Spes oritur redintegrandæ fidei in Anglia.

De rerũ Anglicarum spe hęc Io: Maria de Monte Legatus Concilij Bononiensis scripsit ad Alexandrum Card. Farnesium. [Hæc mea fixa est sententia, vt Reuerendiss. atque Illustriss. Card. Polus creetur Legatus ad Inuictissimum Imperatorem, & ad Regem Christianissimum, & ad quoscumque Reges, & Principes Christianos, ad quos eum declinare, vel à quibus subsidia petere contingeret, & ad Anglos ad vnitatem, & gremium Ecclesiæ redire volentes, & nos porrigeremus manus adiutrices, ac diuenderemus, & oppignoraremus Mithras, Calices, Patenas, nosque omnibus opibus spoliaremus] subijcitque, deberet Sua Sanctitas attollere in Cœlum manus, gratiasque Deo agere, quòd vitam sibi adeò propagarit, vt si non omnimodam recuperationem videat, tamen spes recuperandi illius Regni optimè comparatas alat: necnon Legatum per literas vrgere, vt ad Cæsarem pro statu rerum Anglicanarum se conferat: opinor enim (ità concludit) quòd cùm ipsius Reuerendissima Dominatio tot dotibus, & ornamentis naturæ sit prædita, tantaque gratia, & auctoritate apud Cæsarem polleat, implicatissimis his litibus de Concilio, translatione, & reformatione expediendis vtilem operam nauare posset, & hæc sufficiant in tot occupationibus meis, quæ omnia submitto sapientissimo iudicio Vestræ Reuerendissimæ, & Illustrissimę Dominationis, & Reuerendissimi Domini mei Cardinalis Sanctæ Crucis, &c. *Bononiæ XI. Septembris MDXLIX.*

Lit. Io. Mariæ de Monte Car. Leg. ad Alex. Card.

28 Occupatus erat Cæsar in Belgis ad Philippi filij obsequium adigendis sacramento, defuitque præclaræ occasioni Angliæ ad Catholicam Religionem reuocandæ, cùm maximis dissidijs ob varias, pugnantesque inter se hæreses arderet, importunis hominibus nouum Euangelium excitatum ab inferis propagantibus, malè quæ-

Digitized by Google

quædam Scripturæ loca diſtorquentibus. [Sed ,, impudentiſſimam eorum vanitatem (inquit ,, Surius) ipſa doctrinæ varietas, & pugnantia ,, coarguit, quæ nihil poteſt habere cum veri- ,, tate commercij.] At Senatus Anglicus armis ortas ſeditiones compeſcuit, ſumpſitque ſupplicium de earum auctoribus, aucta etiam ſubinde inter Proceres Hæreticos diſſidia, ac Thomas Semerus Anglici Regni Protector (ſed veriùs euerſor) tandem impietatis ſuæ pœnas experiri cœpit, à Ioanne enim Dudleio Waruicenſi Comite de Republica malè geſta accuſatus, ſibi metuens vnà cum Eduardo Rege pupillo Windeſoriam præſidij cauſa confugit, deſertuſque ab omnibus, deditione nuncupata, in cuſtodiam Menſe Octobri coniectus eſt. Quàm infelix verò fuerit Angliæ ſtatus ſub hoc Regni Procuratore, Tyrannoque nequiſſimo, cùm ſua auctoritate perfiui ſimos Hæreſiarchas ad impietatem diffundendam, perdendamque rem Catholicam armaret, narrat ſubie- ,, ctis verbis Nicolaus Sanderus. [Cùm cæteri ,, noui Magiſtri, tùm maximè iſti, quos dixi- ,, mus (ſcilicet Bucerus, Petrus Martyr, Ochi- ,, nus) Theologaſtri cœperunt tandem ex Pul- ,, pitis, & Cathedris Profeſſioni Theologicę olim ,, aſſignatis ſuo more docere, vel potiùs decla- ,, mare, omnique ad fallendum compoſito arti- ,, ficio, vt ad quos ſinguli non modò Theologiæ ,, (vt olim) Candidati, qui reliquas neceſſarias ,, artes ante didicerant, ſed iuuenes, ac adole- ,, ſcentuli, pueri etiam omnium Claſſium, qui ,, latinè loquentes intelligere potuerunt, accede- ,, re, eorumque lectiones, & conciones quoti- ,, diè audire ſunt coacti, quò enim quique mino- ,, ri erant ætate, & doctrina, & iudicio imperi- ,, tiores, eò erant iſtorum fraudibus magis ob- ,, noxij. Iſtorum ergo rudioribus animis, ac pru- ,, rientibus cæterorum auribus, primùm ex diffi- ,, cilioribus Scripturarum locis, varijſque de præ- ,, ſcientia, prædeſtinatione, reprobatione æter- ,, na, rerumque, ac euentuum neceſſitate impijs ,, tractationibus inſtillarunt incredibilem curio- ,, ſitatem, & de rebus ſummis contendendi libi- ,, dinem. Alijs ex locis ſub prætextu aſſerendæ ,, libertatis omnia illa, quæ ad licentiam vitæ, ,, ac morum inducendam facere videbantur, di- ,, ligenter proponebant, vt inde Confeſſionem, ,, pœnitentias; dierum, ac ieiuniorum obſerua- ,, tiones, omneſque Eccleſiæ, ac Superiorum præ- ,, ceptiones contemnendas iuuioribus non ægrè ,, perſuaſerint. Ex alijs demũ Scripturis, quæ a- ,, pud eos quorũ ſenſus non fuerunt in rebus Di- ,, uinis exercitati videntur, facere pro ſectarijs, vt ,, de Sacramenti duplici ſpecie, de officio precũ ,, in lingua vulgari, ac ſimilibus ita fidem Maio- ,, rũ noſtrorũ in ijſdem tractandis eleuarunt, ſuã ,, ſynceritatem commendarunt, animoſque ſuo- ,, rum præoccuparunt, vt exinde in quibuſlibet ,, controuerſis lòcis, maximiſque myſterijs ex- ,, plicandis, etiam vbi ſacri contextus verba ,, circumſtantiæ, omniſque antiquitas apertè ſo- ,, nent pro Catholicis, lubenter iſtorum falſiſſi- ,, mis, ineptiſſimiſque commentarijs omninò ,, acquieſcant, atque ita tandem diſcipulos ſuos ,, corruperunt, vt quaſlibet de Deo, de San- ,, ctis, de Sacramento, de Sacrificio impias opi- ,, niones facilè hauſerint. Atque de Patribus ,, antiquis Eccleſiæ Doctoribus, vel ſingulis, vel ,, in Concilio collectis, ita apud ſuos diſſerebant ,, eos fuiſſe homines (ac ſi Proteſtantes nihil hu- ,, mani haberent) & non modò errare potuiſſe, ,, ſed & in multis quod vndique ex ſingulorum ,, ſcriptis (incommodè, aut malè intellectis ſen- ,, tentijs fraudulenter congeſtis) demonſtrare ni- ,, tebantur, turpiter hallucinatos fuiſſe. Et Au- ,, guſtinum quidem ex præcipuis vnum etiam er- ,, rata ſua confeſſum eſſe, & peculiari libro mul- ,, ta retractaſſe, ſæpèque item admonuiſſe omnes, ,, ne ſibi aliter quiſquam crederet, quàm videret ,, id eſſe in Scripturis conſentaneum, quod affir- ,, maret. Ac mox captioſa apoſtrophe compel- ,, lantes Auditores ſciſcitabãtur, vtrum æquius ,, eſſe putarent, Scripturis ſacris, quæ errare non ,, poſſent, credere, an Doctoribus, hominibus ,, ſcilicet, qui falli poſſunt, & fallere; ſe enim ,, id tantum requirere dicebant, vt omnes potiùs ,, Deo credant, quàm hominibus,

,, Hac fraude imperiti permulti decepti non ,, aduerterunt antitheſim, ſeù collationem non ,, faciendam eſſe inter Scripturam, & Patres, nec ,, in eo verſari quæſtionem, vtrum magis Deo, an ,, hominibus, Scripturis vel Doctorum libris ſit ,, tribuendum, ſed illud potiùs, vtrum quoad ,, Scripturarum intelligentiam, & expoſitionem, ,, iſtis paucis indoctis, turbulentis, ac ſceleratis ,, transfugis ſecuriùs, quam illis antiquiſſimis, ,, ſanctiſſimis, doctiſſimis Patribus, vel ſingu- ,, lis, vel ſimul omnibus credendum ſit.

,, 29 Hoc miſeri adoleſcentes, hæc non obſer- ,, uantes, ſuis Magiſtris, ac ſi non aliud quàm Dei ,, eloquia funderent, ſine exceptione obtempe- ,, rabant, Doctoribus autem, ac Concilijs non ,, aliter niſi quatenùs ſacris literis conſentanea ,, dicerent. Cuius rei, vel ſe ipſi, vel ſuos Præ- ,, ceptores faciebant Iudices.

,, De Eccleſia, Epiſcopis, Presbyteris, ac Paſto- ,, ribus, quia multos horum nomine, & aucto- ,, ritate in auita fide retineri cernerent, admo- ,, nebant illam fœminam eſſe, & debere obedire ,, viro ſuo, id eſt, Chriſto in ſacris Scripturis ,, loquenti, (At iſti Sathanæ ſenſum Chriſti ver- ,, bis affingebant) addebant etiam iſtos, nimi- ,, rùm Sacerdotes non debere eleuare ſe ſuper ,, populum Dei, cùm omnis multitudo Sancto- ,, rum ſit, & ad Clerum, partemque Sacerdota- ,, lem non minùs, quàm illi, quos Clericos, & ,, Presbyteros vulgus vocat, pertineat: ita cum ,, Chore Schiſmatis auctore paſſim concinebant ,, iſti.

,, Biblia autem ſacra, quæ illi omnem verita- ,, tem complecti dicebant, ita data opera ſeù ,, Latinè, ſeù Anglicè verſa, & peruerſa legenda ,, proponebant, vt in eis Eccleſiæ Presbyteri, Sa- ,, cramenti, ac ſimilium vocabula, quorum vel ,, venerandis nominibus antiqua Religionis ve- ,, ritas contineri, & plurimi in vetuſta fide tene- ,, ri videbantur, nuſpiam extarent, pro quibus ,, ſubſtituerunt Congregationem, ſeniores, ſe- ,, cretum, & huiuſmodi vocum nouitates. Illud ,, autem ab Apoſtolis ipſis veræ Eccleſiæ, & ri- ,, tè Chriſtum colentibus Chriſtianis, vt ab Hæ- ,, reticis hominibus, ac conuenticulis diſcerne- ,, rentur, attributum Catholici nomen, quo ſolo ,, multi à Sancto Auguſtino edocti in Eccleſiæ ,, gremio tùm retinebantur, partim falſa inter- ,, pretatione eludebant, partim ſibi, & ſuis tu- ,, midè vſurpabant, partim ridicula inuerſione ,, in cacolycum mutarunt, ac nõnunquam etiam ,, cum Donatiſtis diabolicum eſſe inuentum, ac ,, ſine Verbo Dei inſtitutum dixerunt. In Pa- ,, pam

pam incredibili semper scurrilitate, ex quolibet textu Scripturæ insanè debacchati sunt, & maximè in festo SS. Petri, & Pauli. (Et infrà.) Iam in omnibus officinis, & tabernis, in popinis, & fornicibus de fide inibatur disputatio, sacram Scripturam (vt Hieronymus olim questus est) garrula anus, delirus senex, sophista verbosus, vniuersi denique præsumebant, lacerabant, docebant antequam discerent, alij philosophabantur inter mulierculas, alij discebant à fœminis, quod viros docerent, præcipuè autem Apocalypsis, quæ tot habet Sacramenta, quot verba, in omnium ore versabatur, inde Protestantes sua dogmata confirmabant, inde ad sensum suum incongrua aptabant testimonia, magna id audacia edisserentes alijs, quod ipsi non intelligebant: nec ad aliud quidquam tùm (vt in sectarum initijs maximè fieri solet) vacabant Angli, quàm vt aliquid noui dicerent, aut docerent.

Sander. lib. 1. de Schis. Anglic.

30 Hactenùs nihil in ista noua secta certi habebatur præter illud vnum, quòd cum Catholica Fide nihil sibi ferè commune intercedere vellent, & Bucerus, ac Martyr, ex quorum iudicio scholæ penè omnes pendebant, assertionem diù cohibebant suam tantùm Prolegomenis ad quamlibet hæresim indifferentibus. Animas enim isti, & linguas habentes venales in secta constituenda omninò à Cramnero Archiepiscopo, qui vltrà Lutheranismum non erat progressus; is itidem à Protectore pendebat, qui in Zuinglianismum, licèt sententiam suam vsque ad futurum Ordinum conuentum occultaret, propensus videbatur, Bucerus autem etiam in Iudaismum vtpotè ex Iudæis oriundus multum putabatur procliuis.

Petrus Martyr molliter, & seruiliter se in sectæ, & doctrinæ suæ accomodatione gessit. Nam, Lutheri hæresim, quam in Germania imbiberat, & illinc in Angliam secum aduexerat, non aliter nec diutiùs defendendam, vel retinendam statuit, quàm quod id Cantuariensi, & Protectori visum esset, nosque ipsi, qui hæc scribimus, eum docentem audiuimus, cùm impium quemdam de Eucharistia, ac corporis Christi præsentia tractatum ex historia Cœnæ Dominicæ, & maximè ex vndecimo capite prioris Epistolæ ad Corinthios adornaturus in eam tractationem ita est ingressus, vt anxius, an pendulus prorsùs hæreret, veterumnè Protestantium, an nouorum Sacramentariorum sibi esset dogma defendendum, quid enim Archiepiscopus præscriberet, quid Parlamentum sequendum constitueret, quod tùm coactum erat, & de re tota prolixè deliberabat, quid demùm Protector docendum mandaret, miserrimus homo ex Aula in dies expectabat, quorum tandem per literas Cantuariensis comperta voluntate, se subitò in Caluinistam transformauit, & deinceps vsque ad mortem vel Caluini, vel saltem Zuinglij sectam est consectatus; magnus sanè (vt D. Augustinus de Fausto Manichæo dixit) Diaboli laqueus, qui verbo, scriptione, doctrinæque, ac eloquentiæ opinione plures seduxit; moribus tam mollis, & effœminatus etiam in senectute ex illius coapostatæ Monialis suæ consortio extitit, vt in illa iam mortua, oratione funebri publicè deflenda turpissimè se gesserit, & Ioanni Checo Regio Præceptori eum de vxoris morte per literas consolanti sic responderit; se ita valere, atque ita suæ coniugis charissimæ obitum ferre, vt homo omninò dimidiatus poterat. Delicatus Monachus adeò solus esse non potuit, vt à fœminis diuulsus noua se integrum, sed mutilum planè, & dimidiatum existimauerit: cui tamen defectui libidinosus senex ex alijs dicitur medelam postea attulisse. Talibus heù auctoribus, ac doctoribus infelix Anglia perijt.

31 Inter has Religionis orthodoxæ in Anglia cadentis ruinas stetit intrepida Maria futura postea Regina Soror Eduardi, quem grauissimis monitis à cœpta Catholicorum persequutione deterrere conatam narrat Natalis Comes.

Natalis Comes hist. lib. 4.

Fama est, Mariam noui Regis Sororem, vt quæ Catholica dogmata diligenter complecteretur, visis hæresibus, quibus omnia repleta, contaminataque fuerant, conuenisse Regem seorsum, & in priuatum thalamum, quem monuit, vt susceptam hæresim deponeret, futurum enim, vt ira, & indignatio Diuina eum affligeret, qui spretis Diuinis Legibus, & auctis Sanctorũ Patrum institutis complexus sit, recens liberiùs viuendi genus à legitima ratione seiunctum, maximè verò iram Dei timendam esse Regibus tanquam auctoribus omnis probitatis, vel sceleris cæteris hominibus subditis, qui pro viribus Regum, & Principum instituta seruare nituntur. Turpe esse Principi homini, nobilitate, diuitijs, auctoritate, potentiâ, honoribus præstare reliquis hominibus, at ingenio, moribus, prudentia nihil differre ab infima multitudine, quòd si Henricus Pater odio Pontificis à Romana Ecclesia desciuerat, non esse in errore diutiùs insistendum, quoniam cùm peccatum Henrici fuisset grauissimum, quia auctor tantæ improbitatis suis extitit, certè multò grauius futurum erat filij, si conscleratorum hominum persuasionibus ab recta Religione, & à vera Fide Christi, incontaminataque se abduci pateretur. Inde populorum Catholicorum odia futura in ipsum Regem ante oculos proponit, & periculum eius capiti imminentia, & Diuinam vltionem, quæ & ipsi, si in ea hæresi perseueraret, & eius impuris Ministris tantæ impietatis, nisi citò ab ea impietate desisteret, immineret. Rex attentissimè Sororis verba, & non sine lachrymis, ingentique trepidatione audiuit, sibi perobscurum esse respondit, quid ageret in tanta rerum magnitudine, futurum esse, vt magis opportunè illis consuleret. At nunc ita oportere parere Gubernatoribus, his dictis lachrymabunda mulier à lachrymabundo puero discedit. Gubernatores cùm puerum ita mœstum, & propè afflictum conspexissent rati id, quod erat, non passi sunt ampliùs, vt Maria cum puero Rege loqueretur.] Vt porrò Eduardus Diuino iudicio ob flagitia percussus è viuis sublatus fuerit, ac Maria in Regnum successerit, postea dicetur.

Maria Eduardum Regem, & fratrem ab Hæretica prauitate retrahere conatur.

32 Anglorum intestinis seditionibus Henricus Galliæ Rex bene vsus, Bononiensem expeditionem in Gallia Belgica suscepit, Sellaquam Arcem trucidatis Anglis cepit, Arablitellum ad deditionem coëgit, Montem Lambertinum extructa Arce munijt ad intercipiendos commeatus Bononiæ inferendos, vt eam Vrbem in extremas angustias compulerit, tandemque pacis cum Anglo confectæ beneficio receperit, refusa certa auri vi pro sumptibus in propugnaculis extruendis factis, missa etiam in Scotiam classe Henricus Duce

Belgar. li. 4. n. 20. Sander. lib. 2. in Eduar. VI. Natal. Comes l. 4.

Ter-

Thermeo Scotos Mariæ Reginæ parere coëgit, atque Edintonio Arce munitissima Anglos bello, & peste attritos dispulit, atque alia ab Anglis antea occupata Scotiæ adiunxit. Commendat Surius eundem Regem, quòd accepto insigni Regio ritu solemni sanctissimas leges ad Regnum à peste hæretica vindicandum promulgarit.

Henricus II. Galliæ Rex hæreticis Regnũ purgare curat.

„ Henricus Rex cùm esset Parisijs seueriter animaduertit in quosdam Hæreticos, habuitque „ solemnem, & publicam supplicationem ad „ Deum, & Sanctos eius. Deinde scripto quodam typis excuso testatur, se Catholicę Fidei, „ authoritatis Apostolicę, & Cleri susceptorum „ patrocinium, palamque declarat, quàm ex „ animo detestetur nostrorum temporum Hæreticos, & hæreses partim è cineribus excitatas, „ partim recens inuentas à Luthero, Carolostadio, Zuinglio, Oecolampadio, Melanchone, „ Bucero, Caluino, & indignis alijs Hæresiarchis hominibus monstruosis, & pestiferis, quas „ etiam velle se ait è suis ditionibus extirpare, „ & in rem grauissimè vindicare. Hæc quidem „ ille Rex catholicè, & vt decebat Regem „ Christianissimum, atque in ea re sequutus est „ Patrem Franciscum, qui noua dogmata ferre „ non potuit, & sæpè acerba sumpsit supplicia „ de Hæreticis. Videbant sanè illi Reges, quam „ ferè nisi tumultus, & seditiones, Diuinarum „ humanarumque legum contemptum, Magistratus odium, & fastidium, & multa alia „ horrenda mala pariat nouum illud Euangelium. Et tęlices sanè atque florentes illæ sunt „ Respublicæ in quas exitiosa dogmata minimè „ irrepserunt. Speramus autem fore quandoque „ Deo benè propitio, vt omnes intelligant, „ quàm nihil nisi meræ fraudes, & impostura „ fuerint, quæ sub puri verbi Dei, & sinceræ „ doctrinæ speciosis titulis nouorum dogmatum „ Architecti, & Satores orbi venditarunt.

Claudius Espenc. l. 5. ac Euch. adoratione c. 9.

33 Hoc anno Ioannes Caluinus Hæresiarcha **deterrimum Caluinisticæ Hæreseos, qua Galliam** infecit, virus confecit. Verè enim dixit Propheta: *Abyssus abyssum inuocat*. Et impij in deterius semper proficere consueuerunt. Hic in libello edito anno MDXL. Christum in Eucharistiæ Sacramento existere, atque adorandum professus erat, ita tamen, vt panem simul consistere diceret cum Luthero, deinde anno MDXLV. ex libello suo adorandum expunxerat, tamen in Eucharistico dogmate proximè Luthero adhæserat, ac præsentiam Christi in Eucharistia, & coniunctionem veritatis cum signo agnouerat, vt etiam ad finem „ libelli scripserit. [Zuinglium, & Oecolampadium in hoc offendisse, quod tum toti in „ eo sunt, vt assererent panem, & vinum, Corpus, & Sanguinem Christi vocari, quia ipsorum signa sint, non interea simul hoc egerunt, „ vt nihilominus veritas cum eis coniuncta sit,] At demùm hoc anno MDXLIX. inquit Espencæus, in impietatis infimam abyssum prolapsus cum Bullingero facta consensione non amplius dixit, Christi Corpus esse verè, realiter, ac substantialiter in Eucharistia, sed tanquam signatum in signo, nec coniunctam amplius cum signo veritatem, sed Christum tantum ab Eucharistia abesse, quantum Cœlum distet à Terra, & verba Christi, *Hoc est Corpus meum*: *Hic est Sanguis meus*, non literaliter, sed extra controuersiam figuratè siuè per energiam accipienda, quo veneno plura Regna infecit.

Claudius Espenc. l. 5. c. 9. p. 1195. Chrysost. l. de Sacerdot. homil. 3. ad Ephes. & 6. ad Antiochē. 4. Reg. 2. homil. 24. in 1. Cor. ser. de caruis. homil. 55. ad Antioch. & 15. in 1. Tim.

34 Oppositi Caluini figmentis Espencæus SS. Patrum, ac maximè Chrysostomi oracula. [Audi„ tores (inquit) suos de Eucharistia concionantes „ Catholici pro Corporis, & Sãguinis Iesu Chri„ sti in ea veritate amandabant ad Deum verum, „ veracem, fidelem, omnipotentem, qui simul, „ quod aiunt, & semel eodem temporis articu„ lo sursum cum Patre sederet, & hic vnà nobis„ cum inuisibiliter adesset, omnium nostrum „ manibus, ore, linguis exciperetur. Quod hic „ Corpus degustamus, & Sanguinem delibamus, eius esse, qui supra Cœlos proximè „ Deum residens ab Angelis adoratur, qui plus„ quam Elias, non vt is Eliseo Melotem, sed „ propriam carnem, & ipsam habens, ascendit, „ & nobis reliquit, vbi quæso nisi in his mysterijs, qui illuc ad supernum vtique thronum „ extulit, quod & nobis, vt hic teneamus, & „ manducamus, exhibuit, qui etiam dum in „ hac vitâ sumus, in hoc mysterio facit, vt terra nobis Cœlum sit, quòd enim illic summo „ honore dignum est, id in terra nobis ostenditur, non Angeli nimirùm, non Archangeli, „ non Cœli Cœlorum, sed ipse horum omnium „ Dominus, & verum in Cœlo corpus, quod „ nunc in terra videndum, tangendum, & sumendum tibi proponitur, quasi Christus nos „ sic alloqueretur. [Et te sursum in Cœlo habeo „ & deorsum in Terra tibi contrector, & copulor.] Nec mihi satis est, vt neque tuum desiderium satiat, quod in Cœlo origine tibi „ inde data tui primitias habeo, nisi rursus ad „ terram descendissem, neque simpliciter, ac „ vtcumque tibi connector, ac commisceor, sed „ & in esum trador, & manducor, vt summa „ fiat copula, coniunctio, & vnio, vt nullo nos „ deinceps interuallo distare, aut nihil iam medij esse velim, sed è duobus vnum fieri, & „ vtraque vnum esse malim.

„ Hæc omnia Chrysostomiana conferat lector „ cum Caluinianis, hoc est vincula, copulas, „ vnionem Christi (quod hic Auctor sæpè ait, „ maximum esse amoris signum) Sic tu his (in„ quam) mysterijs, & per hęc mysteria, quæ „ vtique non alibi, quàm in terra celebrantur, „ & sumuntur nobiscum, & nostri cum Christo „ cum eius à nobis, & nostri ab illo breuiter si„ gnorum à rebus, & rerum à signis Caluinia„ nis localibus distantijs, atque interuallis, „ quæ nec Chrysostomo, nec vlli (quod sciam) „ veterum ante hos modernos, vel per somnium „ venerunt. Quin etiam Bucerus Caluini reformator, quique eum ex Zuingliano refinxerat, „ argumenta huiusmodi ex Domini in Cœlo præ„ sentia ducta, & eius in Cœna præsentia oppo„ sita inepta putauit, irreligiosa, inconsequentia, impia, blasphema, furiosa etiam putarunt „ quidam Lutherani horum articulorum oppo„ sitioni, & collusioni nominatim Zuinglianę, & „ Caluinianæ, opponentes Christi omnipoten„ tiam, & veracitatem.

35 Dum in Europa orthodoxa Religio labefactatur ab Hæreticis, Diuina Prouidentia è lapidibus, siuè lapidum Dæmonumque cultoribus filios Abrahę suscitatura in extremis Asię oris Euangelium propagauit: in primis Armenij suauissimo Romanæ Ecclesiæ iugo, quod Europæi plures excutiebant, se subiecere, de eorum enim Patriarcha hæc referunt Acta Consistorialia.

Acta Consister. fol. 134. p. 15.

,, [Romæ XXI. Auguſti MDXLIX. fuit Conſiſtorium, in quo Reuerendiſſimus D. Marcellus Tit. S. Crucis in Hieruſalem Presbyter Cardinalis, fecit verbum de quodam Patriarcha Armeno, qui ſuperioribus diebus ad Vrbem venerat, & qui ſe offerebat præſtare obedientiam Sanctitati Suæ, & Romanæ Eccleſiæ, petens electionem de perſona ſua in Patriarcham Armeniæ à populo celebratam per Sanctitatem Suam approbari, & fuit commiſſum negotium eidem Reuerendiſſimo Marcello Cardinali, necnon Reuerendiſſimis de Creſcentijs, & Sfondrato.] Tradunt eadem Acta in eodem Senatu Portalegrenſem Epiſcopatum fuiſſe inſtitutum in Luſitania à Pontifice, atque Olyſſipponenſi Archiepiſcopatui addictum.

Armeni ſe Eccleſiæ Romanæ adiungũt.

Orlandin. lib. 9. Hiſt. Soc. Ieſu.

36 In Indijs vltra Gangem hoc anno S. Franciſcus Xauerius Legatus, & nouus Apoſtolus, Iaponiorum Inſulis, in quibus nunquam auditum fuerat Chriſti nomen, Euangelium maximis cum laboribus ſçliciſſimè intulit, in quibus Religio Chriſtiana ita effloruit, vt maxima Barbarorum multitudo fide Chriſtiana exculta in ijs martyrij coronas ſuo purpurata cruore collegerit, dum impura Sacerdotum, & Monachorum cohors Lutheri ſuinis grunnitibus excitata in vetitarum libidinum cœno volutata inconſtantes populos ab Apoſtolicis, & Euangelicis inſtitutis deficientes ementito Euangelij nomine in Sathanæ caſtra traduxit. Vtinam perpenderent Nouatores proprium eſſe Hæreticorum, fideles mille dolis, mendacijſque peruertere, atque diſtortis interpretationibus Euangelij Euangelium obſcurare, proprium autem veræ eiuſdemque Romanæ, & Apoſtolicę Eccleſiæ ſignum infideles colluſtrare Euangelio, atque ab Idolorum cultu ad veri Numinis cultum, ritumque Catholicum Cœleſtibus miraculis, veraque doctrina traducere, quod in Euangelico viro, Legatoque Pontificio Xauerio tanta pompa emicuit, vt pſeudoeuangelicorum Nouatorum tenebræ illius ſplendore facilè diſcutiantur: ſuſcepti porrò ab eo tanti fuere labores pro Chriſti Euangelio apud Indos, Iaponioſque propagando, vt verè quod de Paulo dictum eſt à Chriſto, illi Apoſtolatu ſimili perfuncto adſcribi poſſit: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus: Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Reuerſus ille è Cambaiæ Regno Goam, profectionem Iaponicam adornauit, nec vllo periculorum, quæ commemorabant amici, horrore, nec itineris longinquitate, cùm Iaponij Goa amplius mille, & trecentis leucis diſtent, nec pelagi procellis infamis totas ſæpè naues vorticibus abſorbentis ſæuitia deterreri potuit, exiſtimabat enim indignum, Legatum Apoſtolicum ſaluti animarum, & Cœleſtibus lucris inhiantem inde terreri, vnde terrenarum opum auidi mercatores non arcerentur, reſponditque amicis: *Act. Apoſt. c. 9.* *Seruorum Dei animos magis conquieſcere in periculis, quàm in portu, nec maiorem ſe vnquam ſenſiſſe quietem, quàm in æſtu ipſo laborum, atque diſcriminum.*

37 De ſuſcepto pio conſilio hæc S. Franciſcus Xauerius ad S. Ignatium è Cocinenſi Vrbe Indiæ, ſcripſit.

Patri Ignatio Loiolæ Præpoſito Generali.

Abeſt Iaponia ab Vrbe Goa leucas amplius mille trecentas ex itinere, & Vrbs Malaca, & Sinæ attingendę ſunt, nullis verbis exequi poſſum, quantum ex prouinciæ huius ſuſceptione fructum capiam Diuinæ voluptatis. Conſtat enim iter plurimis, ac maximis tempeſtatum, Syrtium, Piratarum periculis obnoxium eſſe, vt præclarè agi cum nauicularijs videatur, ſi alternæ naues Iaponicum teneant curſum. Ego verò interiore quodam animi ſenſu ſic affectus, animatuſque ſum, vt Iaponicæ profectionis conſilium abijciendum mihi non putem, ne ſi pro certo quidem habeam maiora diſcrimina ſubeunda, quàm vnquam antea in omni vita. Tantam mihi ſpem Religionis propagandæ Pauli Iaponis ſermo, vel ipſe potiùs Deus iniecit. (Et infrà.) Te ego Pater animæ meæ, ſummèque mihi venerande poſitis humi genibus (ſic enim hanc tibi Epiſtolam ſcribo, tanquam ſi præſentem intuerer) ſuppliciter oro, ne Deum pro me in ſanctis Sacrificijs tuis, ac precibus obſecrare deſiſtas, vt dum vita ſuppeditat ſanctiſſimæ voluntatis ſuæ mihi det, & planè agnoſcendæ, & omninò exequendæ facultatem, idem cæteros ſocios oratos volo. *XIX. Kalend. Februarij MDXLIX. Cocini.*

S. Franc. Xauer. l. 2. ep. 9.

Cùm Malacam applicuiſſet, duo læti rumores ardens Iaponicæ profectionis deſiderium magis incenderunt, alter erat, quòd Dynaſta quidam in Iaponia perdiſcendæ legis Chriſtianæ cupidus miſſo Oratore ad Proregem Indiæ Sacerdotes poſtularet; alter fuit, quòd Sacrolanctæ Crucis inſignia tam inter Iaponios in honore eſſe in quadam Inſula dicerentur, atque excitarentur in ædium veſtibulis ad fugandos Dæmones, cùm Luſitanos Crucis præſidio ad tetra ea monſtra abigenda vti cognouiſſent; quippè in Oppido quodam cùm deſerta domicilia, & Dæmonum ſpectris, ac terriculamentis infeſta Luſitanis Mercatoribus rei totius ignaris ad hoſpitium Iapones aſſignaſſent, Dæmoneſque Crucis ſigno fugati eſſent, Luſitanorum edocti periculo, exemploque cognorant, nihil eſſe aduersùs inſidias, terroreſque Dæmonum Chriſti Cruce præſentius, de quibus hæc S. Xauerius Apoſtolicus Nuntius Romanis ſocijs Malaca ſcripſit.

Societati Romam.

Ibid. apud Turſell. l. 3. ep. 4.

38 Pridie kal. Iunias anno poſt Chriſtum natum MDXLIX. peruenì Malacam, vix è naui deſcenderam cùm Luſitanorum Mercatorum literas ex Iaponia accepi, ex quibus cognoui Principem quemdam Iaponiæ virum fieri velle Chriſtianum, itaque Legatos ab eo ad Prætorem Indiæ miſſos cum mandatis vt aliquot noſtræ Societatis homines poſtularent Chriſtianæ Legis Magiſtros. In ijſdem literis illud quoque erat ſcriptum, in quodam Iaponiæ Oppido Mercatores Luſitanos iuſſu Regis in hoſpitium Dæmonibus infeſtum, ac propterea deſertum eſſe deductos, ibi cùm ignari totius rei Luſitani lacinia retraherentur, & conuerſi nihil omninò cernerent, attonitos quid tandem id eſſet requiſiſſe. Nocte autem quadam cùm famulus ſpectro neſcio quo exterritus exclamaſſet, eo clamore reliquos excitatos arripuiſſe arma, aliud quidpiam eſſe exiſtimantes, quibus tumultus cauſam requirentibus reſpondiſſe puerum ſe nocturno ſpectro perculſum inclamaſſe. Inde famulum illum complures diſpoſuiſſe Cruces in ædibus, & ſpectra illa

Digitized by Google

Ja euanuiſſe, denique incolas enuntiaſſe Luſitanis in tectis illis Diabolos habitare, & ſimul quęſiſſe quo tandem remedio fugarentur, tum reſpondiſſe Luſitanos, nullum remedium Cruce præſentius inueniri. Itaque poſteàquam eam domum Luſitani Crucibus munierint, exemplum incolis ſecutis ante domos paſſim excitatas Cruces. Ad hæc nuntiabatur in Iaponia latiſſimum Euangelio patere campum, gentem enim prudentem eſſe, atque ingenioſam, rationi obtemperantem, diſcendique percupidam. *X. Kal. Iul. MDXLIX. Malaca.*

39 At Luſitano deſtitutus nauigio Xauerius, cum Sinenſi Nauarcho Idololatra tranſegit, Dei magis, quàm barbari fide confiſus, timoreſq; omnes, qui Dei fiduciam minuerent, ab ſe abiecit. Iam in curſu erat nauis, cùm Barbari Dęmonem, iactis ſortibus, de itinere conſuluere, ingemiſcente Xauerio profectionem ſuam Dei cauſa ſuſceptam ad Diaboli arbitrium diſturbari: is dolor gemino caſu auctus eſt, nam Xauerij comes Emanuel Sina iactatione nauis in apertam fortè ſentinam in caput prolapſus, merſuſque ad vmbilicum vſque ægrè extrahi potuit, cùmque diù exanimis iacuiſſet, vulnuſque graue accepiſſet in capite, precibus Xauerij percuratus eſt: mox verò Nauarchi filia agitatione nauigij excuſſa in fluctus vorticibus hauſta, Barbariſque ad placandum ſacrificijs Idolum verſis reſpondit edita forte malus Dæmon, ſi Emanuel homo Chriſtianus periiſſet in ſentina puellam in mari non fuiſſe perituram: aduersùs hoſtis inſidias in preces ardentes effuſus Xauerius Dei benignitate, cui omnia famulantur, peruicit, vt Nauarchus ventorum vi adactus in Iaponiam flexerit, ac die aſſumptæ in Cœlum Deiparę ſacro, reluctante Sathana, nautisque inuitis Cangoximam in Regno Saxumæ potiſſimam Pauli Iaponis in Goenſi gymnaſio fide Chriſtiana exculti patriam appulerit:

Victæ artes Dæmonis.

Ingreſſus ita Iaponiorum Regnum Diuus Xauerius Legatus Apoſtolicus à *Paulo III.* Pontifice (vt vidimus) ad conuertendas ad Chriſtum barbaras Orientis gentes miſſus, ad omnia propter Euangelium ferenda paratiſſimus, cùm animaduertiſſet Bonzios Idolorum Sacerdotes, Sathanæ ad Diuinam gloriam aſpirantis imperio ad nefandam hypocriſeos pompam, perſonatam ſanctitatem carnis, & piſcium abſtinentia induiſſe, ab ijs etiam ne cuiuſquam Iaponij offenſionem incurreret, temperauit, multoque arctiorem abſtinentiæ legem ſibi indixit; ſubdit Auctor:

Aſpera S. Xauerij vita.

,, [Pro pane oriza, pro obſonio ferè pomis, ,, oleribuſque barbaro item more conditis, le- ,, niebat deſideria naturæ, nec tamen meliùs ,, alibi, quàm in Iaponia valuiſſe ſe ſcribit, ſci- ,, licet non tam frugalitatis naturali ope, quàm ,, Cœleſtis pabulo charitatis. Deinde ſedulam, ,, & accuratam operam dare linguæ Iaponicæ ,, rudimentis aggreſſus in præcipuis Chriſtianæ ,, fidei capitibus conuertendis, adiuuante Pau- ,, lo (is erat Iaponius Neophytus Goæ Sacris ,, Chriſtianis excultus) complures dies ſummis ,, laboribus deſudauit.

40 De ſuo porrò in Iaponiam appulſu Socios Goenſes fecit certiores, ſubiectis literis.

Societati Goam.

Ibid. lib. 3. ep. 5.

Ad has regiones tantopere à nobis exoptatas Deo aſpirante peruenimus ipſo die B. Mariæ in Cœlum aſſumptæ ſacro anno MDXLIX. & quoniam alium portum tenere non licuit Cangoximam, quæ Pauli à Sancta Fide patria eſt, applicuimus. *Multis interiectis.* Hoc nomine plurimum debemus, quòd nos in has Barbarorum terras deduxit, vbi nos ipſos penitùs obliuiſcamur. Nam cum Ethnicis & verę Religionis hoſtibus omnia teneantur, in quo ſpem habemus, ad cuius præſidium confugiamus, præter Deum habemus neminem. Etenim domi noſtræ, vbi Chriſti Domini Religio viget, neſcio quod homines ipſi, ac res creatæ, veluti Parentum, Patriæ conſanguineorum amor, amicorum conſuetudines, vitę commoda, morborum remedia nobis impedimento ſunt, quominus omnes ſpes noſtras in vno Deo fixas, & locatas habeamus. Hic verò tam procul ab domo, atque inter Barbaros, vbi omnia præſidia, ſubſidiaque humana deficiunt, vna Dei fiducia nitamur neceſſe eſt. Hęc tantorum erga nos Dei beneficiorum cogitatio non vulgarem nobis pudorem, ac verecundiam affert. Diuinam enim nos largitatem penè oculis cernimus, vt qui in hęc loca Diuinę Religionis amplificandę ſtudio venientes aliquam à Deo gratiam inire arbitraremur, demùm planè videamus, idipſum ſummum Dei eſſe beneficium. Etenim ille cùm nos perduxit in Iaponiam, rerum humanarum amore, quo irretiti maximum in Deo ipſi habebamus, penitùs expediuit, vt toti apti ex ipſo penderemus &c. *III. Nonas Nouemb. MDXLIX. Cangoximæ.*

Ibid. lib. 4. ep. 10.

Lapſo ab his exaratis literis tertio die de tenuiſſimo inter Iaponios victu vſurpari ſolito, & grauiſſimis difficultatibus, quę mentem ab humanarum rerum cogitatione, & amore diuellerent, hęc ſignificauit. [Multis vinculis ſolutos ,, nos agnoſcimus, quę ſpem noſtram, ac fi- ,, dem quominùs creſceret, diſtinebant. Ad ,, hęc illud quoque non leue commodum acce- ,, dit, quòd delicijs eis, quę alibi carnis ſtimu- ,, los irritare, animique & corporis vires ſo- ,, lent infringere, hic caremus omninò. Etenim ,, Iaponij nullum altile mactant, vel comedunt, ,, piſce veſcuntur, interdum oriza, & tritico ,, non abundant, herbis, & arborum fructibus ,, vt plurimùm victitant, & quidem ita proſpe- ,, ra valetudine ad multam vſque ſenectutem ,, vtuntur, vt facilè appareat, quàm paucis ſit ,, eadem, quę alioquin eſt inſatiabilis, natura ,, noſtra contenta. Cangoxima Nonis Nouemb. ,, MDXLIX.]

41 Addebat pios omnibus Euangelicis prędicandum Iaponijs Euangelium ſe totum impendit.

Addebat pios omnibus Euangelicis prędicandum Iaponijs Euangelium ſe totum impendit. [Inſitum naturę noſtræ vitium eſſe dicimus, ,, quod ſæpè eſt incuriæ, & negligentiæ: ita ,, Dei, ac noſtri obliuionem naturę conditio- ,, ne, tamquam velo quodam obtendimus, ſed ,, Deus non irridetur, aut fallitur.] Comparatis linguę Iaponicę leuibus rudimentis ad prędicandum Iaponijs Euangelium ſe totum impendit.

Exceptus initio eſt Legatus Apoſtolicus Xauerius riſu, & cachinnis à Iaponijs, cùm legis Chriſtianæ myſteria, lingua Iaponia hiulcè, aſperè, & impolitè ſonante, elegantiarum expers pronuntiaret, verùm Diuina exaggeratus conſtantia,

Chriſtianam Legem promulgat.

tia, spretis cachinnis Gentilium, fidei Symbolum repetere, ac docere non desijt, atque infirmus sermone, sed opere præpotens, Diuinis miraculis potentiam Apostolicam explicuit; à Saxumano verò Rege, vt faciliùs Auditorum captaret beneuolentiam, legis Euangelicę prędicandi potestatem Edicto publico impetrauit, per terrenum enim Regnum sępè, vt ait Isidorus cœleste proficit, ita Christiana Sacra Cangoximæ à D. Xauerio promulgata. Qui verò fructus vberrimi tanta patientia à nouo hoc Iaponiorum Apostolo collecti fuerint, describit gestorum ipsius Scriptor è monumentis summa fide dignissimis [Pauli primùm vxor, ac filia, tùm propinqui, & amici complures, qui haud iniquo animo tulerant eum factum esse Christianum, assiduis eius monitis, & hortatibus ad baptismum perducuntur. Hos deinceps subsequuti alij, & paucorum mensium spatio Ciues amplius centum, haud repugnantibus inuitisque propinquis; in ijs Bonzij duo, quos cum alijs aliquot Neophytis Xauerius in Indiam misit, vt ingenuis artibus in Collegio Goano, & Religionis imbuti mysterijs, suis deindè popularibus reuersi prodessent.

Orland. Hist. Soc. Iesu lib. 9. pag. 306.

42 Ipse verò nondum vsum vernaculi sermonis adeptus præcipua fidei nostrę capita Iaponicè conuersa, literisque nostratibus consignata Neophytis è codice, populoque tradebat. Porrò ad eius confirmandam inter homines Ethnicos, & alienos à veritate doctrinam prodigiorum adminicula, miraculaque non deerant. Ethnico homini Cangoximæ Ciui honesto, ac locupleti filiam, quam vnicè diligebat, immaturo funere mors abstulerat. Hunc amici Neophyti, cognatique nonnulli nimijs angoribus deditum cùm vidissent, & vi doloris penè dementem, hortantur, vt ad Xauerium pręcipua sanctitatis fama prestantem opem aliquam imploraturus accedat. Confestim ille desiderio charissimę filię ad eum, quem sibi nominauerant, aduolat, & madentibus vberi fletu genis, multis, ac supplicibus verbis obtestatur, & orat, vt opem aliquam, si qua sit, extinctæ filiæ porrigat, Xauerius orbitatem hominis, ac solitudinem miseratus, cum Ioanne Fernandio socio ad orandum se recepit. Nec iam multo post, lętus, & alacer, (quod indicium solet esse plerumque Numinis exorati) è precatione reuersus hominem iubet bono animo esse, viuere filiam eius, & saluam esse. Ille verò Xauerij verbis non satis intellectis, quæ vtique Vir Sanctus in re persimili à Christo didicerat, indignabundus abscedit, suspicatus opinor eum, vel ab suis ædibus abhorrere, vel minorem sibi fidem habere de filię morte narranti. Domum repetenti puer domesticus obuiam venit, & filiam viuam, & incolumem nuntiat, quo nuntio mœstus pater exhilaratus domum properat, & quam exanimem reliquerat viuam reperit, Obstupuit ad eius parens aspectum, & manantibus gaudio lachrymis ex eamet scisciatur, qui tandem redijsset in vita. Respondit illa se cùm exisset è corpore, dum à terris quibusdam satellitibus ad horrenda quædam deportatur incendia, repente duobus à Viris sanè quam egregijs ex eorum ereptam manibus vitę redditam. Sensit paterfamilias præsentissimam Xauerij opem, & vnà cum filia gratiarum ergò ad eum confestim redit, filia Xauerium, & eius socium intuita admirabunda patri succlamat; en, inquit, illi qui me ex inferis reuocarunt, & obortis ambo lachrymis procumbunt ad pedes, mox tota cum familia relictis superstitionibus patrijs, Christianis Sacris initiantur.

Miraculo insigni fides confirmata.

Pagani ex inferis reuocata.

43 Disseminata huius prodigij fama, pusio quidam affertur totus tumens, ac turgidus, quem sublatum suas Xauerius in vlnas, & aliquoties sic affatus: Benedicat tibi Dominus, pulsis tumoribus sanum reddidit. Cutus etiam alius locuples, & honestus alta scabie, & lepra respersus Xauerium per Internuntium rogat, vt ad se curandum ne grauetur accedere, Xauerius excusatis occupationibus, pro se misit è Comitibus vnum, qui salutato suis verbis ægroto semel, iterum, tertioque perquireret, Christianus-ne fieri vellet? cùm eger annuisset, is manu deducta in morem Crucis hominem signat, statimque absterſa est omnis macula: nitor redijt, vt nitorem reciperet animi, qui iam receperat corporis. Stetit promissis, & Christianus factus est. His prodigijs quanquam ad Christi fidem populus propendebat, tamen ex altera parte Bonzij, qui initio siluerant id quod Xauerius tanto ante pręuiderat, vt senserunt Christianis institutis sua instituta conuelli, vitia perstringi, discipulos ab se abduci, peregrinam Religionem in dies propagari; toto pectore Euangelij cursum euertere, & odio furere in Xauerium instituunt, iniere etiam inter se consilium, quemadmodum eum vel de medio tollerent, vel in Indiam relegarent. Interim in ipsum, & eius socios, de suggestibus iram suam effundere, maledictis proscindere, Dæmones, ac veneficos appellare, qui nefarijs prestigijs, & arte Diaboli, fictis miraculis, ac prodigijs, oculis humanis illuderent: quibus sermonibus populus incitatus auersari cœpit eos, quos paulò ante videbatur appetere, prohibere ne foris exirent, irridere cùm prodirent, & ad risus, ac probra verborum, lapidationes adiungere: quocirca Patres velut domestica inclusi custodia carere publico ad dies aliquot sunt coacti, sed ne sic quidem à petulantissima multitudine tuti esse poterant, quę nocturna lapidatione fores, fenestrasque petens, concepta in hominum capita odia expromebat in tecta. Nec defuit ad cohibenda ora maledica cœleste prodigium. Appetitus conuitio, & maledicto Xauerius, mente, animoque Dei Numen iratum in maledictum vidit, cuius vicem Vir mitissimus miseratus ad eum conuersus. Caueat, inquit, ori tuo Deus, nec temerè ea effatus est verba: repentino enim, & copioso pituitę cursu, fædè misero illi distortum est os, vt quoties hisceret, ac fari vellet, totiès intortę in Dei famulum contumeliæ memoria veniret in mentem.

Aegri repente sanati.

Leprosus Crucis signo curatus.

Persequutio concitata à Bōzijs.

Diuina vltio in maledictū.

Cangoxima Firandum petijt Diuus Xauerius Legatus Apostolicus, vt alijs populis Euangelij lucem inferret, qui verò ab eo relicti fuerant Cangoximæ centum Neophyti probè edocti, atque instituti tanta constantia in Christi fide perstitere, vt Sacerdotum præsidio destituti, non modò

modo nemo eorum, à ſuſcepta Religione deſciuerit, ſed etiam annorum tredecim flexu ad quingentos auctı ſint, ac morum Sanctitate cęteris Iaponibus ita pręluxerint, vt Saxumanus Rex ex India Sacerdotes ad perdiſcendam fidem Chriſtianam tantarum virtutum magiſtram, ac parentem poſtea euocauerit.

Orlandin. hiſt. Soc. Ieſu lib. 9. Maffeius hiſt. Indic.

44 In Regno Armuzienſi ſtudio Gaſparis Berzæi Chriſtiana res aucta eſt, maxima enim opera ab eo in peccatoribus è vitiorum cœno eruendis impenſa, oſtenſumque eſt in vno ex ijs Diuino inſigni prodigio quanta ſit Sacramenti pœnitentiæ vis, & quàm in miſero ſtatu verſentur, qui ſe noxarum lethalium vinculis implicari patiuntur, rem narrat his verbis Orlandinus.

Peccatoris ſtatus infelix oſtenſus prodigio.

„ Quemdam Gaſpar diù, multumque cunctantem, ac tergiuerſantem, tandem ad euomendam animi ſaniem, & confitenda peccata perduxerat: quorum enumeratio cùm dies aliquot abſumpſiſſet, pridiè quam beneficium abſolutionis acciperet, dùm circa noctem mediam impoſitam à Patre pœnam perſoluit, ecce Felibus, Muribus, tetriſque alijs animalibus cubiculum repentè completur. Cohorruit homo ad tàm fœdum ſpectaculum, & peccatorum conſcius ne vinus in tartarum abriperetur, extimuit. Deindè vbi ſe ex pauore collegit, detractam è pariete Chriſti Redemptoris Imaginem arctè complexus, magno clamore Diuinum Numen implorat. Ad eas voces monſtra illa momento diffugiunt, tanto cum ſtrepitu, fremituque, vt domus tota concuti, & conuelli funditùs videretur. Quibus ille ſpectris admonitus, quarum ſe beſtiarum ſimilem effeciſſet flagitioſè viuendo, ſtuduit in humana ſpecie hominum more viuere non vitam imitari beſtiarum.] Addit Auctor eiuſdem Euangelij Sacerdotis ab Apoſtolica Sede in Indiam miſſi ardentiſſimis ſtudijs à Mahometana impietate Armuziæ, indeque in finitimis Regionibus plures Barbaros ad Chriſti cultum traductos fuiſſe.

In Regno Armuziæ plures ad fidem conuerſi.

„ Fama Gaſparis, atque fructus non vna Armuzia continebatur, tranſuolabat Perſidem, & Arabiam, & quas pede non poterat Regiones, fama, & nomine peragrabat. Germanus erat genere, Ioannes nomine, Coloniæ natus, parentibus locupletibus, qui Turcarum in Oppido Carifa non longè ab Armuzię finibus pro Mahometano annum iam decimum ſe gerebat, tormentarij pulueris artifex, atque ob id ipſum genti percharus. Is audito Gaſparis nomine, & quæ ab eo gerebantur Armuziæ, conſtituit prorsùs ab impio miniſterio ad Chriſti famulatum, ſi Gaſpar adiuuaret, redire quamprimùm. Sed cùm atramenti non eſſet copia, quo literas exararet, è diluto ſulphuris puluere, literas ad eum ſcripſit Latino, Belgico, Francoque ſermone, vehementer optare ſe, modò apud Luſitanos tutò liceat commorari, Armuziam accedere, & Chriſto Domino per Sacramentum Pœnitentię reconciliari. Gaſpar eo nuntio lętus extemplo reſcribit, fidenter accedat: ſibi, ac Luſitanis aduentum ipſius gratiſſimum fore. Hęc Epiſtola à Catiſano Præfecto intercepta Ioannis conſilia prodidit. Confeſtim à Turcis de illius Religione quæſitum. Ille verò intrepidè ſe Chriſtianum fateri, atque ad omnia tormenta, necemque promptum exhibere pro Chriſto; indè à furentibus Mahometanis fœdè laniatus, atque diſſectus, ad vltimum vſque ſpiritum in veræ fidei confeſſione permanſit. Caput abſciſſum, & prę longo infixum haſtili Turcę in Arcis mœnibus poſuerunt. Haud ita multo poſt à Luſitana Claſſe capto Oppido atque direpto, Gaſparis epiſtola apud Prefectum reperta, eoque indicio de Ioannis nece cognitum. Ergò refixum è veſtigio Martyris caput Armuzium accuratè tranſmittitur, idque à Gaſpare poſteà cum pſalmodia, & laude perhonorifica conditum eſt.

Profeſſus fidem affectus martyrio.

Nauata eſt ab eodem Viro Apoſtolico egregia opera in conuertendis Ethnicis Armuzienſibus, Iudęis, Turciſque permixtis, qui Diuinitatis honores mutis animantibus, & Idolis tribuebant, quorum inſanos ritus, vt ex ijs Chriſti liberatoris gratia magis illuſtretur, ex Auctore repetimus.

Armuziẽſium ſuperſtitio nefanda.

„ Serpentes (inquit) & Vaccas colunt, Vacciſque per vrbem liberè vagantibus ad Ædium veſtibula, quæ apud eos ampla ſunt, aquam ad potum exponunt magni vtique emptam, cùm nuſquam in Inſula dulcis aqua reperiatur: ijſdem mos eſt currus triumphales ingentes extruere, in quibus vehuntur multi Pagodibus immolandi, & ipſimet cultris, & nouaculis ſe incidunt, donec ex curru mortui decidant. Occiſorum porrò carnes arcubus eiaculantur in populum, qui certatim eas ſtudent arripere Religionis cauſa, nec de populo ſępè deſunt, qui eadem adducti ſuperſtitione ſub rotas curruum ſeſe vltrò conijciant, & inſana Religione comminuant: quod nihil gratius ſuis ſe Dijs facturos ſibi perſuadeant, quàm ſi eo lethi genere ſeſe mactent, iſque ſacrificent. Cùm Vir deceſſerit vxor viua comburitur, & ſexcenta id genus apud Ethnicos digna lachrymis Gaſpar inuenit. Quibus erudiendis cùm vnum inter Hebdomadam diem tribuiſſet, plurimos à ſuis auocauit inſanijs, plurimos conuertit ad Chriſtum. Aiebant Ethnici, & qui Deum penitùs ignorabant, non vnis Chriſtianis, ſed ſibi quoque, & cuicumque humano generi Gaſparem miſſum, vt cunctos naturę legem, & rationis præcepta doceret. Saraceni verò, qui priùs hominis paupertate contempta, conuicijs eum, ac probris, cœno, ac lapidibus appetebant, poſtea admirati virtutem, cœleſtemque Philoſophiam, qua Chriſtianos iubebat ſua cuique reddere, nullo habito ſectę religioniſue diſcrimine, ſiuè Chriſtiano, ſiuè Saraceno, contemptum in venerationem, ludibria in honores, & officia conuerterunt. Obtulerunt ei ſplendidam veſtem, & pretioſam, quam cum ſuis ſordibus, vilique tunica commutaret: ſed ille paupertatis amatorem ſe eſſe conteſtans, eam vltrò remiſit, complures ſuo Mahometo Chriſtianæ legis admiratione relicto ſequuti ſunt Chriſtum, & qui in ſuis tenebris, ac cœcitate perſtabant, ei nihilominùs tantum habebant honoris, vt eum magnum Sacerdotem Chriſtianorum appellarent.

Io. Franc. Firm. de Macerata m.s. Arch. Vat. tom. 11. Diar. pag. 281. Panuin. in Paulo III.

45 Auctus eſt hoc anno Catdinalium Senatus, vt refert Ioannes Franciſcus Firmanus in Diario, de quibus agit etiam Panuinus, ac ſingulorum nomina, & titulos accuratè recenſet, quæ

quę tamen ex ipſis Actis Conſiſtorialibus à nobis repetenda vilà ſunt.

Acta Conſiſtor. fig. num. 134. pag. 9.

„ Romæ apud Sanctum Petrum die Lunę VIII. „ Aprilis MDXLIX. fuit Conſiſtorium, in quo „ creauit, & aſſumpſit Reuerendiſſimos DD. de „ conſilio, &c. in Sancta Romana Eccleſia Cardinales Presbyteros, videlicet Reuerendos „ Hieronymum Verallum Archiepiſcopum Roſſanenſem, Ioannem Angelum Medices Archiepiſcopum Raguſinum, hic Pij IV. nomen „ in Pontificatu geſſit, & Concilium Tridentinum abſoluit, Philibertum de Ferrerijs Epiſcopum Hipporegienſem, & Bernardinum Maffeum Epiſcopum Maſſanum. Inſuper Sanctitas Sua de ſimili conſilio duos alios per Sanctitatem Suam nominandos in ipſius Sanctæ „ Romanæ Eccleſiæ Cardinales creandos, & aſſumendos duxit, ac illorum publicationem „ ad tempus ſibi reſeruauit. Et infrà XII. Aprilis recepit ad pedes, manus, & oſculum Reuerendiſſimos DD. Cardinales nouiter creatos, „ eiſque dedit pileum rubrum.

„ X. Maij donauit eos annulis pretioſis, ac „ proprijs titulis illos decorauit, videlicet Hieronymum Verallum Sancti Martini in Montibus, Ioannem Angelum Medices Sanctæ Potentianę, Maffęum Sancti Cyriaci in Thermis, „ Philibertum de Ferreris Sancti Vitalis.

46 Non prætermittendum hic viſum eſt Paulum precibus Regis Poloniæ permotum indulſiſſe Reginę Polonię, vt inter Diuina myſteria Euangelium, & Patena illi deoſculanda porrigerentur, licèt nondum ſacro ritu Corona Regia eſſet redimita.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Auguſto Poloniæ Regi Illuſtri.

☞ *Paul. III. lib. breu. anno 14. pag. 242.*

Chariſſime, &c. Dilectus filius, & ſecundùm carnem Nepos noſter Alexander Cardinalis Farneſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-cancellarius, Tui Regni apud nos Protector, tuo Nobili nomine expoſuit, eſſe iſtic certas cæremonias, quibus Epiſcopi, dum Sacra celebrantur vti conſueuerunt, quoties Regibus, aut Reginis Euangelium, aut Patenam præbent oſculandam, & quoniam Sereniſſima Coniux tua nondum coronata eſt, quadam Religione impediri videri Epiſcopos ipſos, ne ijſdem cæremonijs erga eam vtantur, petijtque à nobis maxima cum inſtantia vt pro tua, & dictæ tuæ vxoris ſpirituali conſolatione in hoc opportunè prouidere dignaremur, nos verò qui etiam literas Tuæ Maieſtatis ad ipſum Alexandrum Cardinalem ſuper hac re cenixè, & ſtudioſè ſcriptas legimus, cupientes tàm vehementi tuo eiuſdem rei deſiderio ſatisfacere, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium omnibus Venerabilibus fratribus noſtris Epiſcopis Poloniæ, quandocumque voluerint ſupradictis cæremonijs etiam erga dictam coniugem tuam liberè, & ſine conſcientiæ ſcrupulo vti poſſint, concedimus, & indulgemus, &c. *Datum Romæ XI. Martij MDXLIX.*

☞ 47 Claudimus hunc annum Pauli III. morte, quam Octauij nepotis rebellio in auum ante tempus accerſiuit. Cùm Cæſar occupata Placentia Parmam etiam Imperio adijcere affectaret, Paulus eam Vrbem diuulſam à ditione Eccleſiaſtica eidem coniungere, atque Camerinum Octauio reſtituere meditabatur. At dux Octauius iacturam tantam æquo animo ferre non poterat, quare ex Romana aula concitatiſſimis equis ſe proripuit, fultuſque amicorum ſubſidio in Parmę poſſeſſionem varijs artibus ſe inducere pertentauit, ſed eius artes contrarijs artibus, & conſtantia Camilli Vrſini, cui Pontifex eam Vrbem nomine Eccleſiæ cuſtodiendam tradiderat, eluſæ ſunt. Pontifex de his factus certior Cardinalem è Monte ad eum Bononia profiſciſci, ac perſuadere iuſſit, vt ad Pontificiam aulam rediret; at ille præferox ingenio, & Principatus amiſſi dolore pereitus reſpondit, nunquam tanto affectum dedecore ad auum rediturum, ſed pro recuperando Principatu omnes ſuas vires collocaturum: ſcripſitque Cardinali Farneſio niſi Parma ſibi reſtitueretur, ſe fœdus cum Ferdinando Gonzaga, qui Parmam fermè ex omni parte obſidione premebat, initurum, ſuffultumque armis Mediolanenſium, & ciuium Parmenſium ad ſe inclinantium amicitia fretum Parmam tandem recuperaturum. Has literas Alexander Cardinalis Farneſius imprudenter Pontifici detulit, cum ætas efœta morbos animi facillimè refundat in corpus: quibus perlectis Pontifex adeò in iram, & indignationem excanduit, vt dolore animi victus, deficienteque ſpiritu in terram exanimis procubiturus eſſet, niſi circumſtantes ſuſtentaſſent, cubilique impoſuiſſent, qui multis adhibitis remedijs cardiacis, tandem poſt quatuor horas, fugientes vitales ſpiritus ægrè collegit. Correptus inde graui morbo, excitis Cardinalibus Reipublicę Chriſtianę curas reliquit, vt refertur in diario „ Concilij. [Nona Nouembris nocte præterita „ Pontifex malè ſe habuit, hora decima quinta „ fuit Congregatio Cardinalium coram Sua „ Sanctitate, qui eis commendauit Eccleſiam, „ & impertitus eſt illis omnem auctoritatem, „ ſe congregandi ſeparatim à Sua Beatitudine, „ & omnia ea faciendi, quę iudicarent expedire „ pro Republica Chriſtiana. Conſeruatores „ Vrbis ſupplicarunt Pontificem pro exemptione, & liberatione à gabellis macinę, & contractuum, quas Sanctitas Sua impoſuerat, pro „ quibuſdam neceſſitatibus Ciuitatis, & Sua „ Beatitudo annuit.

48 Commendatur Paulus ob multos ſuſceptos labores pro conciliandis inter ſe Carolo V. Cęſare, & Franciſco I. Gallię Rege, vt Concilium Oecumenicum, ad damnandas Hęreſes, quę Eccleſiam Dei lacerabant, celebrari poſſet; conſtantię etiam laudem retulit in defendenda Apoſtolicæ Sedis auctoritate, quam premere Cęſar videbatur, & prudentia ſua graue conflandi ſchiſmatis periculum diſcuſſit. Laudatur à Surio communem ſalutem propriam prętuliſſe [*Crebrò (inquit) ille dicebat, quorſum vitam hanc extraxiſſe attinet, niſi vt hæc extrema officia iam in ruinam propendenti Reipublicæ quæ poſſumus fide præſtemus, & certè optatus erit, communi omnium expectationi, etiam ſi ex ea mors oppetenda ſit, ſatisfeciſſe, quàm turpi ignauia vitæ ſpatia extendiſſe*. Arguitur tamen à pluribus nimio in ſuos amori indulſiſſe, ac Parmæ & Placentiæ Principatum iniqua arte in Aloyſium ſpurium contuliſſe, quo facto illi peperit exitium, ſibique mortem acciuit: de quo in fine vitæ vehementer illum pœnituit, repetendo ea verba Dauidica, *Et peccatum meum contra me eſt ſemper*, & rurſum, *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*. Decima Nouembris, febre, & catharro oppreſſus, diem extremum clauſit.

Pauli virtutes.

Nimium in ſuos amore moriens damnat.

Audita Pauli Pontificis morte Aſcanius Colum-

lumna contractis copijs Pallianum, & alias Arces, vel Oppida, quæ illi ob rebellionem erepta fuerant, occupauit: atque ad nouos motus compescendos statim collectus est exercitus. Cardinalis verò Farnesius inducendi in possessionem Parmæ Octauij Farnesij cupidissimus, Cardinalium Collegium adduxit, vt Camillo Vrsino Parmam Octauio restitui iuberet. At ille respondit, se à Pontifice Parmæ præfecturam accepisse, atque illam nouo Pontifici à se restitutum iri.

Exeunte Nouembri Cardinales ingressi sunt Conclaue vt referunt Acta Vaticana. [Die Veneris vigilia Sancti Andreæ vigesima nona eiusdem mensis Nouembris celebrata Missa Spiritus Sancti in Diui Petri, & Oratione habita per Reuerendum Beroaldum Episcopum Telesinum, Reuerendissimi D. Cardinales præcedente Cruce, pro celebranda futuri Pontificis electione accesserunt ad Conclaue.]

Discissum est in duas contrarias partes Cardinalium Collegium, altera erat Cæsarianorum, altera Gallorum & Farnesiorum, ob quas dissensiones electio protracta fuit ad diem septimam Februarij anni sequentis. Quo tempore miraculum hoc contigit, quod Hieronymus Rubeus in sua Historia Rauennatum narrat subiectis verbis.

„ Ob Pauli Tertij Pontificis Maximi obitum „ Sede vacante pulcherrimam eam Imaginem „ Diuæ Virginis Matris, vnà cum aurea penè „ testudine ingenti ruina, ac damno corruisse „ vidimus, in quo maximum quiddam certè „ contigit, quòd cùm inferiùs Eucharistia loculo „ inclusa seruaretur hinc atque hinc ruina, & lapidibus maximis decidentibus, & quasi attingere non audentibus incolumis, & intacta „ permansit, cùm tamen, vel ipsa pauimenti „ marmora in minutissimas partes confracta „ sint.

Hieronymus Rubeus hist. Rauennatum l. 3. Ex eo Iodoc. Coccius tom. lib. 6. de Euch.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Digitized by Google

INDEX
VERBORVM, ET RERVM,
QVAE IN PRIMA PARTE
TOMI VIGESIMIPRIMI
ANNALIVM ECCLESIASTICORVM
CONTINENTVR.

a. *Significat Annum*. n. *Numerum in eodem Anno ab Auctore citatum.*

A

ABBATES Cassinenses. Ad votum ferendum in Concilio admittuntur. anno 1546 numer. 3.
Controuersię super ijsdem, ibidem.
Abbates infulati ad votum in Concilio ferendum admittuntur. an. 1545. n. 46.
Abiuratio. Hæreticis ad Ecclesiam reuertentibus iustis de causis abiurationis formula aliquando remissa. a. 1548. n. 67.
Supplenda in Germania addito iuramẽto ab Eccl. non recedendi. ib.
Absolutio non debet in communi impartiri. ibidem.
Absoluendi facultas Apostolicis Nuntijs in Germania concessa. ibid.
Pro Hussitis, & Calixtinis Archiepiscopo Pragensi demandanda postulatur. a. 1549. n. 26.
Abstinentia S. Francisci Xauerij. a. 1549. n. 39.
Bonzij in Iaponia illam affectant. ibidem.
Abyssini Ope Ioannis III. Lusitaniæ Regis de Turcis insignem victoriam reportant. a. 1541. n. 67.
Academia Parisiensis Nouatorum errores quibusdam propositis iuramento asserendis articulis proscribit. a. 1548. n. 79. Vide Parisiensis Academia.
Accademiæ Louanienſis articulos in Belgio seruari iubet. Carol. V. a. 1545. n. 48. Vide Louanienſis Acad.
Achilles Maffeius Aduocatus Consistorialis causam Hermanni Pseudo Archiepiscopi Colonienſis coram Pontifice proponit. an. 1544. n. 15.
Adiaphoristæ Quinam? a. 1548. n. 63.
Adolphus Comes Scunemburgenſis. Colonien. Coadiutor fidem Catholicam strenuè tuetur. an. 1543. num. 18.
Archiepiscopus Colonien. eligitur. a. 1546. n. 103.
Sedem, ac Diœcesim suam ab impio Hermanno Prędecessore fędatam, solerter emundat. a. 1547. n. 106.
Adulatores Henricum VIII. Angliæ Regem à proposito resipiscendi deterrent. a. 1547. n. 120.
Africa. Carolus V. expeditionem in Africam gloriosè suscipit. a. 1535. n. 52. & seq.
Agathensis Episcopus Tridento diffugit. a. 1545. n. 32.
Redit, metuitque Galliarum Regis iram. n. 33.
Agnus Dei. Cerea agni cælestis imago à Sancto Caietano in aquas proiecta, tempestatem sedat. ann. 1547. n. 136.
Alba. Vestis linea in suis sacris ab Hæreticis quibusdam adhibita, multarum inter eos disceptationum origo. a. 1548. n. 62. 63.
S. Albanus. Sepulchrum Sancti Albani Anglorum Protomartyris Henricus VIII. expilari iubet. a. 1538. n. 44.
Alba Regalis Turcis se dedit. a. 1543. n. 34.
Albertus Cardinalis Moguntinus Hallenses Lutheriana hæresi infectos exilio mulctat. à. 1535. n. 19.
Ad ipsum trucidandum à Luthero scriptis inuitantur. ib.
Cum eo agere iubetur Vestrius apud Electorem Brandeburgicum. 12.
Diffidium inter ipsum, & Saxoniæ Electorem. ib.
Monet Pontificem, vt quæ in Concilio decernerentur, executionem promptam haberent. ib.
Vrget Vestrium Pont. vt Smalcaldam petat. n. 14.
Spirensi Conuentui interesse, à Pontifice iubetur. a. 1540. num. 38.
Concilium in Germania dissuadet. a. 1541. n. 27.
Strenuus pacis inter Cæsarem, & Franciscum conciliandę interpres, ad excindendas quoque Religionis dissensiones à Pontifice animatur. a. 1544. n. 25.
Pileum rubrum Othoni Truchses Pontificis nomine imponit. n. 42.
Procuratorem ad Concilium Tridentinum mittit. a. 1545. n. 15.
Albertus Pighius Vormatiæ congressui iussu Pontificis adest. a. 1540. n. 56. 57.
Dum omnem Lutheranorum sententiam de peccato originali respuit, ad Pelagianorum errorem penè accedere visus est. a. 1546. n. 116.
Albis Fluuius. Propè ipsum à Car. V. fęliciter contra Saxonem dimicatum. a. 1547. n. 100. 101.
Alexander Cardinalis Cæsarinus Cæsari è Tunetana expeditione venienti Legatus gratulaturus decernitur. a. 1535. n. 54.
Pro Concilij celebratione promouenda vnus ex Cardinalibus deputatur. a. 1536. n. 4.
Alexander Contarenus Turcarum triremes ob negatum salutationis signum submergit. a. 1537. n. 51.
Alexander Cardinalis Farnesius miro consensu Pont. renuntiatur. a. 1534. n. 1. & 2.
Pauli III. nomen assumit. ibidem. Vide *Paulus III.*
Alexander Farnesius Pauli III. Nepos Cardinalis creatur. a. 1534. n. 14.
Pileo rubro Bononiæ ab Archiepiscopo Sipontino insignitur. ibid.
Forma iuramẽti ab ipso tunc exhibiti. n. 15.
Ad Cæsarem pro pace cum Rege Galliæ ineunda, ac Henrici Angliæ Regis audacia comprimenda,

Digitized by Google

da,ac demùm pro cogẽdo Concilio mittitur. a.1539. n.23.24.32.
Ituro ad Reges Legato Marcellus Ceruinus Consiliarius additur, a. 37.
Gesta eius in Gallijs. an 1540.
Cæsarem pro pacis conciliatione vrget. n. 12.
Colloquio Spiræ indicendo validis rationibus se opponit. n. 15.
Romam, fœdere priùs cum Cæsare, ac Ferdinando pro tuenda in Germania Religione firmato, reuertitur, num. 26.
Per Galliam rediens salubria multum edicta pro Catholica Religione à Francisco I. obtinet. ib.
Vormatiam versus iter dirigẽs cum Cæsare frustrà de pace colloquitur. a. 1544. n. 1.
Romam redit. ib.
Legatus iterum ad Cæsarem missus & quibus de causis? a. 1545. n. 9. 10. 12. 14. & an. 1546. n. 105.
Sigismundo Poloniæ Regi Pontificis ardorem in Concilio prosequendo testatum reddit. a. 1548. n. 83.
Octauij Farnesij epistolam valdè acerbam Paulo III. ostendit, vndè sequuta Pontificis mors. a. 1549. n. 47.
Instat apud Cardinales, vt Parma Octauio restituatur. n. 48.
Alexander Medices: Florentiæ Dux Carolum Quintum Regia munificentia excipit. a. 1536, n. 11.
Commendat ipsi Carolus sollicitudinem propriæ salutis, vtque ab insidijs caueat. ib.
A Laurentio Gentili suoproditoriè occiditur. a. 1537. n. 66.
Alexander Vitellius Dux Pontificiarum copiarum in Hungaria strenuè decertat. a. 1542. n. 36.
Algerium. Expeditio Algeriana Car. V. infeliciter gesta. a. 1541. n. 64.
Aloysius Grittus fidei desertor, & Turcarum Dux miserè necatur. ib. n. 6.
Aloysius Lippomanus Nuntius in Germaniam pro Hæreticis absolnendis, ac morum reformatione promouenda mittitur. a. 1548. n. 72.
Frustra diù Hæreticis expectatis, ad Cæsarem in Belgium diuertere iubetur. a. 1549. n. 1.
Aloysia Sygea Toletana Hębreas, Grẽcas ac Latinas callens linguas à Pontifice per epistolas commendatur. a. 1547. n. 132.
Alphonsus Daualus Marchio Vasti ab Anghiano Duce maxima clade delctur. a. 1544. n. 16.
Alphonsus Cardinalis Lusitanus. Romam pro re Christiana promouenda à Pontifice accitur. a. 1538. n. 10. & 47.
Alphonsus Salmeron Societatis Iesu in Hiberniam à Paulo III. pro fide Catholica asserenda mittitur. a. 1541. n. 41. 42.
Item in Scotiam. a. 1542. n. 51.
Commendatur à Põtifice Regi Scotorum, ac Card. S. Andreę. a. 1541. n. 43.
Redire ob Schismaticorum infectationes cogitur. n. 44.
Articulos Hæreticorum contra Eucharistiæ Sacramentum luculenter confutat. a. 1547. n. 28.
Alphonsus Torilla pro Didaco Mendozza Cæsareo Oratore ægroto literas Cæsareas Concilij Tridentini Patribus exhibet. ann. 1545, n. 40.
Altaria in Anglia tempore etiam S. Ioannis Chrysostomi excitata, nouissimè diebus istis ab Hæreticis subuersa, deflent Catholici. a. 1548. n. 80.
Ambrosius Pelargus Ordinis Prædicatorum Treuirensis Archiepiscopi nomine Tridentum venit. a. 1546. num. 65.
Ambrosius Politus Catharinus Oratione in tertia sessione Concilij Tridentini habita Patres ad sanctiorem vitam hortatur. a. 1546. n. 15.
Episcopus Minoricen. in Concilio Bononiam translato orationem habet. a. 1547. n. 63.
America. In America plures Episcopales Sedes constituuntur? an. 1534. n. 13. a. 1535. n. 59. a. 1536. n. 48. a. 1539. n. 36.
Fides Catholica in America diffunditur. an. 1536. n. 48. 1542. n. 68.
Amida Muleassem Patrem suum Tuneti Regem, Regno atque oculis crudeliter priuat. a. 1543. n. 40.
Anabaptistæ Sacras Scripturas in nequissimos sensus distorquent. an. 1535. n. 41.
Vesana eorum rabies frænata. ibid. n. 43.
Amsterodami nudi per Vrbem discurrentes incendio, & clamoribus replent omnia n. 41.
Expellendi decernuntur è Regno Hungariæ in Dieta Passauien. a. 1545, n. 24.
Anathema. Auctoritatem ferendi anathematis Io: Caluinus sibi arrogare nisus est. a. 1542. n. 53.
S. Andreas Apostolus. Liquore ex eius corpore emanante S. Caietanus Venetam Matronam sanat. ann. 1547. n. 136.
S. Andreæ in Scotia Vrbis arx ab Hæreticis intercepta, à Iacobo Amiltonio Arraniæ Comite oppugnata. a. 1546. n. 147.
Gallorum auxilio tãdem expugnatur. a. 1547. n. 115.
S. Andreæ Cardinalis, vide *Dauid Bettonius*.
Andreas Auria classis Cæsareæ Maritimæ Præfectus à Pontifice gladio consecrato donatur. a. 1535. nu. 48.
Eius in Guletiæ expugnatione prudentia, & robur. n. 50.
Hypponam capit, euertitque. n. 53.
Ariadenum fugat, Bisertamque expugnat. n. 54.
Subsidiarias copias Genuæ obsessæ submittit. a. 1536, n. 18.
Plures Turcicas naues demergit. a. 1537. n. 51.
A Barbarossa infectatus Messanã se recipit. n. 53.
Contra ipsum Genuæ coniurat Io: Ludouicus de Fliseo, a. 1547. nu. 107.
Andreas Cornelius ad preces Senatus Veneti Diac. Card. S. Theodori creatus. a. 1544. n. 40.
Anglia. Regnum Angliæ hæresibus fœdatur, & crudelitati Henrici VIII. subijcitur, qui aduersus Catholicos carnificinam horrendam exercet. an. 1535. nu. 1. & seqq.
Sedis Apostolicę multis sæculis tributarium extitit. a. 1535. n. 11.
Præsules, & Ecclesiastici ex Anglia iussi excedere. n. 18.
Deficiens à vero Capite miserè Hęresibus innumeris subijcitur. an. 1536. num. 28.
Quædam Anglię Prouincię propter grauiora vectigalia ab Henrico VIII. defectionem moliuntur. n. 30.
Cæsare, & Gallorum Rege inter se decertantibus, hæresis in Anglia auctiores acquirit vires: n. 31.
Ad restituendam inibi Catholicam Religionem Paulus Legatum decernit Cardinalem Polum. ann. 1537. n. 38.
Desiderium ingens Pauli III. pro Regno illo ad fidem Catholicam reuocando. a. 1547. n. 118.
Hortatorias literas mittit. n. 123.
Legatum quoque decernit, sed nulla affulgente spe, missionem distulit. n. 122. 124.
Zuinglij hæresi inficitur. a. 1547. n. 125. & 1548. n. 80.
Angli cum Scotis ob connubium Mariæ Reginæ expetitum dissentiunt. an. 1547. n. 128.
Altaria, antiquissimis temporibus S. Ioannis Chrysostomi testimonio, in Anglia excitata, nouissimè subuersa. an. 1548. num. 80.
Episcoporũ Anglię pusillanimitas in deferendo Eduardo puero Primatu, redarguitur. ib.
Missa in Anglia abrogatur; sed à Maria Regis filia fortiter asseritur ac restituitur. a. 1548. n. 80.
Angliæ spes ad fidem Catholicam reuocandæ iterum efflorescens, Carolo V. ad alia occupato, iterum euanescit. a. 1549. n. 27. 28.

Digitized by Google

Eiuſdem ad fidem Catholicã reuocandi ſtudium in Io: Maria Card. de Monte, qui poſteà Iul. III. a. 1549. nu. 27.
Variæ, ac inter ſe pugnantes in Anglia exortæ hæreſes à Senatu compeſcuntur. n. 28.
Infelix rerũ Anglicarum ſtatus ſub Eduardo. n. 28. 29.
Contra Pontificem in Anglia ſcurriliter hæretici ganniunt. n. 29.
Apud Anglos de Sacra Scriptura penè in omnibus officinis audaciſſimè diſputatur. ib.
Angli à Gallis, & Scotis prælio deuicti. n. 32.
Angliam Bernardinus Ochinus, Petrus Martyr, ac Martinus Bucerus miſerè inficiunt. numer. 28. 30.
Anima. Defuncti cuiuſdam anima Petro Camrato Cracouienſi Epiſcopo apparet. a. 1545. n. 62.
Animam Io. Codurij in cœlum ferri videt S. Ignatius Loyola. an. 1541. n. 44.
Animæ ſalus quanti facienda. a. 1535. n. 15. a. 1536. n. 24.
Anna Bolena variè Catharinam Reginam affligit. a. 1536. n. 24.
Dolet, quod tàm honeſta morte Catharina ipſa defuncta ſit. nu. 26.
Adulterij cum pluribus, ipſoq; fratre ſuo conuicta, pœna capitis punitur. ibid.
Henrici VIII. ſpuria credita, ac publicè decantata. ibid.
Securi percuſſa infamem vitam infami magis exitu claudit. ibid.
Annaus Memorantius ob pacis componendæ ſtudium, & prohibitas à Venuſino Comitatu graſſationes à Paulo III. mirificè commendatur. a. 1536. n. 19. 20.
Antinomorum Secta è Lutheri fœcibus egeſta, ab ipſo impugnatur. a. 1538. n. 41.
Antonius Auguſtinus Epiſcopus Aliphanus in Concilio contra Bracium Martellum Feſulanum Epiſcopum inſurgens à Cardin. Ceruino redarguitur. an. 1537. nu. 32.
In Germania Nuntius decernitur. a. 1548. n. 72.
Antonius Brohaus iuſſu Henrici VIII. crudeliter ſtrangulatur. a. 1538. n. 44.
Antonius Leua progreſſus Gallorum in Subalpinis abrumpit. a. 1536. n. 11.
Inani Galliæ potiundæ vaticinio nimium fiſus. n. 17.
Artuum dolore moritur. n. 18.
Antonius Perenottus Atrebati Epiſcopus, Conuentui Wormatienſi adeſt. a. 1540. n. 56.
Cauſa Religionis, & fidei eidem à Pontifice commendatur. n. 57.
Orator ad Tridentinũ Concilium à Car. V. miſſus, oratione coram Patribus habita, citò diſcedit. a. 1543. n. 1. 2. 3. 5.
Antonius Rinconus à Franciſco I. ad Solymannum miſſus, propè Ticinum interceptus trucidatur. a. 1541. n. 48.
Antonius de Sanguine de Medum Gallus Card. renuntiatur. a. 1539. n. 38.
Antonius Card. de S. Seuerino ſtatuendæ Reformationi Eccleſiaſticæ diſciplinæ præficitur. a. 1534. n. 3.
Carolo V. Romam venienti Legatus, qui ipſum ad Tarracinam exciperet, decernitur. 1536. n. 1.
Apocalypſis obſcuriſſimus Scripturæ liber, per ſummam impudentiam, in omnium ore in Anglia verſatur, ac diſtortis ſenſibus diſcerpitur. a. 1549. n. 29.
Apparitio. Anima defuncti apparet Petro Camrato Cracouienſi Epiſcopo, illumque ad piè ſe ad exitum comparandum excitat. ann. 1545. n. 62.
Plura Demonum ſpectra in Iaponia apparentia, locatis viuificæ crucis inſignibus fugantur. an. 1549. n. 38.
Anima Io. Codurij in Cœlum aſſumpta S. Ignatio Loyolæ apparet. a. 1541. n. 44.
Aqua, Vino in calice non miſcendam aquam blaterant hæretici. a. 1547. n. 69.
Aquileienſis Eccleſia conditio à Paulo III. ob Miniſtrorum Imperialium licentiam defletur. a. 1543. n. 35.
Imperator, & Rex Romanorum Canonici ſunt Eccleſiæ Aquileienſis. ib.
Aquileien. Patriarcha. Vide *Marcus*, & *Io: Grimanus*.
Archidiaconus in defectum Epiſcopi examini ordinandorũ aſſiſtat. a. 1547. n. 76.
Ariadenus Barbaroſſa Maritimæ claſſi à Solymanno præficitur. an. 1535. n. 43.
Tunetо poſt detecta eius crudelitatis conſilia Hipponam contendit, concrematis rebus omnibus. n. 58.
Magonem Oppidum expugnat. n. 54. a. 1536. n. 22.
Ab Andrea Auria fugatus Cõſtantinopolim ſe recipit. a. 1535. nu. 54.
Aduerſus Andream Auriã nauigare iubetur. a. 1537. n. 51.
Neocaſtrum recuperat. an. 1539. n. 31.
Rhegium in Calabria incendit. a. 1545. n. 36.
Ad Oſtia Tyberina ſubſiſtit, ſed poſt triduum diſcedit. ib.
Niciam direptione vaſtat, prædamque Algerium tranſfert. n. 39.
A Franciſco Galliæ Rege dimiſſus plurima relinquit crudelitatis veſtigia. a. 1544. n. 17.
Armenj à Pontifice per literas Archiepiſcopum Naxiuanenſem ſibi dari expoſcunt, & impetrant. a. 1542. n. 57. a. 1546. n. 157.
Cum Romana Eccleſia coniunctionem expetunt. a. 1549. n. 35.
Armuzia Regnum: in eo Gaſparis Barzæi ope in Chriſti fides efflorescit. an. 1549. n. 44.
Horrenda ſacrificia, quibus eius incolæ dæmones colebant. vbid.
Aſcanius Columna variè Pontificis ditionem turbat. a. 1541. n. 20.
Audita Pauli III. morte Palianum, & alia Oppida à Pontifice ablata, recuperat. a. 1549. n. 48.
Aſcanius Pariſanus ex Epiſcopo Ariminenſi Cardinalis creatur. an. 1539. n. 38.
Auaritia quomodo ab Eccleſiaſticis viris extirpanda. n. 133.
Auctoritas Pontificia ab Hæreticis negata. a. 1535. n. 1. 18. & a. 1536. nu. 28.
A Petro Paulo Vergerio ſcriptis impudentiſſimis impetita. an. 1549. n. 23.
Auguſta Vindelicorum ad Cæſareum obſequium redit. a. 1547. n. 99.
Auguſtana Confeſſio Vide *Confeſſio*.
S. Auguſtini locus circa Traditiones quomodo intelligendus. an. 1546. n. 26.
Auguſtinus Landus Dux coniurationis Placentinæ in Petrum Aloyſium Farneſium. an. 1547. n. 109.
Auguſtinus Mainardus quædam à ſe dicta hæreſim ſapientia explicat, ac ſecundùm Catholicum ſenſum declarat. a. 1535. n. 28.
Auguſtinus Tarniſinus recantare, quę malè dixerat, è ſuggeſtu iubetur. a. 1538. n. 43.
Auguſtinus Cardinalis Triuultius Legatus in Gallias ad pacem pertractandam mittitur. an. 1536. n. 14.
Pertentat Cæſaris animum de Mediolanenſi Ducatu in filium Regis Galliæ transferendo, ſed fruſtrà. n. 15. 16.
Vt à pugna exercitus abſtineant, impetrat. nu. 20. Romam redit. ibid.
Auguſtinus Vebeſterus Carthuſianus morti pro fide Catholica in Anglia addicitur. a. 1535. n. 3.

B

Balduinus de Balduinis Medicus morbum Tridenti graſſantem epidemiæ ſuſpicione laborare teſtatur. a. 1547. n. 48.

Digitized by Google

Baptiſma. Eius conferendi ratio à S. Franciſco Xauerio in Indijs adhibita, a. 1544. n. 39.
Non eſſe remedium originalis peccati plerique hæretici autumant. a. 1546. n.80.
Errores Lutheranorũ circa ipſum. a. 1547. n.26.31.
Varię de Baptiſmo ſententię expenduntur. n.36.
Ritus in ipſo conferendo. nu. 72. 74.
In Eccleſijs ſemper conferendum; niſi grauiſſima ſecus ſuadeat cauſa. n. 72.
Baptiſmus pueris apud Indos collatus magnum miſſis Viris Apoſtolicis pro labore ſolatium. a. 1548. n.85.
Bartholomæus de la Cueua Cardinalis renunciatur. a. 1544. n.40.
Bartholomeus Guidiccionus Lucenſis Epiſcopus Aprutinus Cardinalis renunciatur. a. 1539. n.38.
Bauaria. Eius Duces hortatur Pontifex, vt in Conuentu Spirenſi cauſam Religionis tueantur. a. 1540. n. 29.
Egregij pro fide Catholica pugiles. a. 1541. n. 3.4.
A Pontifice cõmendantur. a.1543. n. 30. Vide etiam *Philippus Bauariæ Dux*.
Belgium. Varijs bellorum motibus agitatur. a. 1540. n.1.2.
Libros Lutheri acribus edictis Carol. V. in Belgio proſcribit. n.10.
A Car. V. Franciſco I. pro pace componenda, irrita oblatio exhibetur. n. 13. a. 1541. n. 50. eius admiſſio pro Aurelianenſi Duce à Pontifice Franciſco I. fruſtrà ſuadetur. n.60.61.
Ab hæreſi Belgium purgare ſtudet Car. V. a. 1544. n.34.
Louanienſium Theologorum aſſertiones in Belgio ſeruari iubet Car. V. a.1545. n.48.
Beneficiorum pluralitas damnatur, a. 1545. n. 24.
Bernardinus Maffæius Epiſcopus Caſſanenſis tit. S. Cyriaci Card. creatur. a.1549. n.45.
Bernardinus Ochinus impiè, ac mendaciter ſe in apoſtaſia ſermonibus Cardinalis Contareni confirmatum aſſerit. a.1542. n.25.
Eius mores, antequam fidei eſſet deſertor. Hæreſis virus ſuis concionibus per Italiam diffundit. a. 1541. n.56.
A S. Caietano Thyenęo detectus, ac fugatus. ibid.
A Card. Caraffa per literas ad reſipiſcentiam ſollicitatur. an. 1542. n.56. 1549. n.23.
Infames contra Pontificem libellos euulgat. a.1549. n.23.
Suas hæreſes in Anglia diffundit. n. 28.
Binda Philippi Lantgrauij Haſſiæ ſoror arcana plurima Saxoni clam aperit, multo ipſi pro victoria adipiſcenda adiumento. a. 1547. n. 100.
Blaſphemi Car. V. legibus coërcentur. a.1548. n. 61.
Bohemia. Bohemorum reductio ad ſentiendum cum Eccleſia Catholica ſperatur. a.1536. n. 36. 1537. n. 6.
De eis ad Concilium inuitandis agere iubetur Io: Epiſcopus Moronus Apoſtolicus Nuncius. an. 1537. n.6.
Bohemi Ferdinãdo Regi rebellant. a.1547. n.100.
Ab ipſo compeſcuntur. n. 103.
Serpentes in Bohemia hæreſes Ferdinandi ope prępfocantur. a.1549. n. 25. 26.
Fælicem in Bohemia pro reconciliandis cum Eccleſia Catholica Huſſitis nauat operam Proſper Santacrucius Apoſtolicus Nuncius. a.1549. n.25.
Bona Eccleſiaſtica in Anglia direpta, ac fiſco addicta. an. 1536. n. 28.
In Germania ab Hæreticis direpta, quo pacto tranſigenda, vel condonanda. a.1548. n.71.
Bona Poloniæ Regina à Pontifice de pietate erga fidem Catholicam commendatur. a.1548. n.83.
Bonifacius Ferrerius Car. Ipporegiẽſis nuncupatus Carolo V. abeunti Roma, per Eccleſiaſticam ditionem Comes decernitur. a.1536. nu. 10.
Bononia. Alexan. Card. Farneſius, & Guido Aſcanius Card. S. Florę Bononiæ rubrum Galerum ab Archiepiſcopo Siponţino excipiunt. a.1534. n.14.
Proponitur pro Cõcilio celebrando. a.1535. n.30.
Bononiæ Legatus decernitur Gaſpar Card. Contarenus Venetus. a.1541. n.38.
Bononiam Tridento Concilium ob peſtis ſuſpicionem transfertur. a.1557. n.46.49.
Ob Placentiam à Cæſarianis occupatam bellico terrore concutitur. a. 1547. n. 84.
Bononię tranſlatum Concilium verum, ac legitimum eſſe Concilium, validamque tranſlationem, conſtantiſſimè aſſeritur. n.89 91. a.1548. n.14.15.31.
Bononiæ Conciliũ proſequendum Galliæ Regi ſuadetur. a.1557. n. 118.
A Car. V. immeritò pro Concilio proſequendo repudiatur. a.1548. n.14.43.
Concilium Bononiæ congregatum ab omni actione ſuperſedere iubet Paulus III. n.31.33.
Bononien. Concilij Patres ad Pontificem Præſules mittunt, vt tranſlationis cauſam pleniùs cognoſcat. a.1548. n.36.
Concilium Bononię congregatum, iuſſu Pontificis dimittitur. ann. 1549. n.18.19.21.
Nomina Præſulum, qui eidẽ Concilio interfuerunt. n. 22.
Bononia in ora Piccardiæ ab Anglis obſidetur. a.1544. n.18.
Veruini Præfecti culpa deditione obtinetur. n.23.
Gallis reſtituitur. a. 1545. n.57. an. 1546. n.149.
Bonzy Idolorum apud Iaponios Sacerdotes perſonatam ſanctitatem carnis, & piſcium abſtinentia affectant. a.1549. n.39.
Aliquot ex ipſis ad fidem conuertit S. Franciſcus Xauerius, n.41.
In Sanctum Franciſcum inſurgunt. n. 43.
Pœna in Bonzium conuiciatorem S. Franciſci cælitus inflicta. n. 43.
Braccius Martellus Epiſcopus Feſulanus Regularium priuilegia infringi cupit. a.1546. n.61.
Altercatio ſuper quibuſdam verbis ab ipſo prolatis. n.64. & a.1547. n. 32.
De eo multum queruntur Legati Tridentini. n.65.66.
Reductionẽ Concilij Bononia Tridentum ſuadet. a.1548. n.16.
Brandeburgenſis Ditio hæreſi inficitur. a.1539. n.21.
Brunſuico Religio Catholica reſtituitur. a. 1549. n.4. Vide etiam *Henricus Brunſuicenſium Dux*.
Buda Acerrimè ab exercitu Ferdinandi obſeſſa. a.1541. n.46.
Occaſionem illius potiundæ prę inani gloria Roccandulphus Germanorum Dux amittit. ib.
A Solymanno occupatur. n.47.
Eius recuperatio noſtrorũ ignauia irrita ceſſit. a.1542. n.37.
Bucerus. Vide *Martinus Bucerus*.
Buxetum Inſubriæ Oppidum propè Parmam ſub Pallauicinæ familiæ ditione; vbi inter Paulum III. & Carolum V. pro Chriſtiani Orbis pace ad colloquium, irrito tamen effectu, ventum eſt. a.1543. n.13.14.

C

Cæſar Fregoſius à Franciſco I. ad Solymannum ciendum miſſus, propè Ticinum interceptus trucidatur. a.1541. n.48.
S. Caietanus Thyenæus Clericorum Regularium Inſtitutor, Ochini impietatem prodit. a. 1542. nu. 56. Euolat in Cœlum. Dicta, Miracula, & Canonizatio eiuſdem. a. 1547. n.136.
Calix. Calices oppignorari, ac diuendi, ſi opus ſit, ſuadet Io: Maria Card. de Monte, vt Angliæ ad

Digitized by Google

I N D E X

ad fidem Catholicam reuocandæ pro viribus incumbatur. a. 1549. n. 27.

Calicem ſimul,cum hoſtia,ac quinque Ieſu Chriſti vulneribus, pro inſignibus, Prouinciæ ab Henrico VIII. deficientes aſſumunt, an. 1536. n.30.

Calixtini ad Catholicos articulos profitendos Calixtini Sacerdotes in Bohemia adducuntur. a.1549. n.26. Vide *Communio*.

Caluinus. Vide *Io. Caluinus*.

Cambaia in Indijs expugnata, Luſitanorum Regnum, & Chriſtiana Religio propagatur. a. 1546. n. 48.

S. Franciſcus Xauerius fæliciter Cãbaia Goam reuerſus,profectionem Iaponicam adornat. a.1549. n. 36.

Camillus Vrſinus Venetorum exercitus Dux Oſtouizzum, & Obroazum in Dalmatia expugnat. an. 1537. n.47.

Parmam Pontificis nomine cuſtodiendam recipit. a.1549. n.47.

Illam reſtituere Octauio Farneſio recuſat, & quare? n.48.

Cameracum, vulgò *Cambray*, Concilio celebrando aptus veluti locus proponitur. an. 1541. num. 52.

A Cæſaris exercitu obtinetur. nu. 41.

Camerinum, Sedi Apoſtolicæ pro Parma, & Placentia reſtitutum. a.1545. n. 63.

Octauio Farneſio reſtituere receptis Parma, Placentia meditatur Paulus III. anno 1549. numer. 47.

Cangoxima in Regno Saxumæ magno Diuinæ prouidentiæ miraculo illuc (nautis licet inuitis) appulit S. Franciſcus Xauerius die Dei Genitrici ad cœlum aſſumptę ſacro. a. 1549. n.39.40.

Conſtantia in fide ſeruanda à Neophytis Cangoximæ multum enituit. n.43.

Mortuam ibi puellam ad vitam reuocat S. Xauerius n.42.

Plura quoque alia edit miracula. n.43.

Canon Miſſæ cur ab Hæreticis prętermiſſus? a.1540. n.49.

Canonizatio Sanctorum Caiet. Fr. Phil. Lud. & Roſę à Clem.X. peragitur. a. 1547. n. 136.

Capucini. Confirmatur eorum inſtitutum à Paulo III. an. 1536. n. 45.

Caput Carthuſiæ Londinenſis Prioris præciſum Monaſterij foribus affigitur. a.1535. n.4.5.

Caput. Io: Card. Roſenſis præciſum viuidiùs efloreſcit. a. 1535. n. 9.

Thomæ Mori longa coctione maceratur. a.1535. n.16.

Eccleſiæ Anglicanæ ſe caput dicit Henricus VIII. an. 1535. n. 1, & ſeq.

Pontificem Caput Eccleſię,& Concilij negat Bucerus, aliquando tantùm, vt Caput habitum, aſſentitur. a.1541. n.28.

Caput Io: Colonienſis fidei deſertoris, cùm ad Chriſtianam fidem reuerti cogitaret, à Turcis abſciſſum, & longo haſtili infixum in Oppidi Catiſæ Arce, ea à Luſitanis expugnata, honorificè tumulo conditur. a.1549. n.44.

Cardinalis. Mira Cardd. conſenſio in Paulo III. deligendo. a.1534. n. 1.

Creatio Cardinalium à Paulo facta. an. 1534. num. 14. a. 1535. n.7. a. 1536. n. 49. a. 1538. n.47. a.1539.n.38.a.1541.n.63.a.1542. n. 58. an. 1544. n. 40. a. 1545. n. 59.60. an. 1547. n. 134. a. 1548. n. 15. an.1549. n.45.

Forma iuramenti ab ipſis exhibita in ſuſcipiendo rubeo pileo. an. 1534. n. 15.

Eximũtur à perſoluendis decimis. a.1534. n.4.

Ad Cardinales, non ad Concilium, quamuis apertum, ſpectare electionem Pontificis decretum fuit. a.1536. n.33. a.1542. n.43.

Cardinales à Decimarũ contributione noluit immunes Paul. III. a.1539. n.31. 1546. n.95.

Cardinales decem pro morum reformatione inducenda à Pontifice eliguntur. a.1541. n.62.

Ad Curiam pro Concilio conuocando accerſuntur. n. 67. & an. 1544. nu.33. ſub obedientiæ præcepto Romam Concilij tempore venire iubentur. a. 1532. n.47.

Cardinalium munus quale? ib.

Quare, dum de reſidentia ad Eccleſias in Concilio ageretur, Cardinales non exprimendos, ſatius viſum fuerit? a. 1547. n. 1. 2. 3. 4. 23.

Aliqui exprimendos ſenſere. n. 23. 29. 34.

Vnam tantùm Eccleſiam habere poſſe Cardinales in Conſiſtorio decernitur; habentes verò plures, infra ſex menſes dimittere teneri. a. 1547. n. 39. 34.

Cardinalatum pro Cracouienſi Epiſcopo Sigiſmundus Auguſtus Poloniæ Rex efflagitat. a. 1548. n. 83.

Cardinalium mitras,calices, ac reliqua ornamenta oppignerari, ſi opus eſſet, ſuadet Io. Maria Card. de Monte, modò Anglia ad fidem Catholicam reuocetur, an. 1549. n. 27.

Cardinales poſt Pauli III. mortem Camillo Vrſino,vt Parmam Octauio Farneſio reddat fruſtra ſuadent. ibid. n. 48.

Caro. In Armuziæ Regno Ethnici carnes ſuas cultris, & nouaculis ad Idolorum cultum incidunt, donec mortui è curru decidant. a. 1549. n.44.

Occiſorum carnes arcubus eiaculantur, certatimque omnes Religionis cauſa eas ſtudent arripere. ibid.

Carolus Aurelianenſis Dux peſtilenti febre correptus moritur. a. 1545. n. 31.

Carolus Borbonius Cardinalis renuntiatur. à.1548. n.15. & 87.

Pileus rubeus ipſi mittitur: Eius Elogium. n. 87.

Carolus Eſpenceus contra Caluini de Euchariſtia deliramenta, Sanctorum Patrum aſſertiones conglomerat. a.1549. num. 34.

Carolus de Guiſa Archiepiſcopus Rhemenſis Cardinalis renuntiatur tit. S. Cæciliæ. a.1647. n.134.

Pontifici Gallorum Regis nomine opem omnem offert. ibid.

Carolus de Hemard Gallus Epiſcopus Matiſconenſis Card. creatur tituli S. Matthæi in Merulana. a. 1536. n.49.

Carolus Quintus Imperator. Conceduntur ei Decimæ à Paulo III. ad parandam claſſem contra Tuneti Pyratas. a.1534. n.3.

Sollicitatur à Pontifice,vt confecto Africano bello victricia arma contra Henricum Octauum inferat. a.1535. n.11.

A Pontifice de Concilio,qua via, & quo tempore celebrando, edocetur. a.1535. n.29.

Cum Pontifice de Africana expeditione agit. n.43.

Ingenti claſſe traijcit in Africam, functuſque non modico vitę periculo propè Vticam, Guletiam expugnat. n.49.50.

Tunetanã expeditionem intrepidè proſequitur, hortatu etiam Pontificis. n.52.

Mulealſem, imperato annuo tributo, Regno Tuneti reſtituit, ac in Siciliam reuerſus Neapolim mox triumphali pompa ingreditur. n. 53.54.

A Pontifice de Perſarum victoria contra Turcas certior redditur, & ad proſequendum contra ipſos bellum hortatur. n.55.56.

Pontifex ad ipſum Legatos cõgratulationis cauſa de parta victoria mittit. ib. n.54. & 1536. n.1.

Mediolanenſem Ducatũ Gallo cõcedere detrectat. n.57.

Erigendę Eccleſię Cathedrali Antequera in Prouincia de Gaazaca ducentos aureos ex vectigalibus Regijs conſtituit. n.59.

Romæ à Pontifice ſummo honor excipitur. a.1536. n. 1. 2. moratur 13. dies. n.10.

Cum Pontifice ſeptẽ ferè horarum col-

colloquium habet. n. 2.
Aurelianenſi Duci Mediolanenſem Ducatum cedere renuit, ſed in tertium Franciſci Gallorum Regis filium ſe tranſlaturum pollicetur. a. 1536. n. 2. n. 3. n. 10. Vide Mediolanum.
Plura, cum Romæ ſubſiſteret, edit pietatis exempla. n. 4.
Coram Pontifice, & Cardinalibus de ſuis cum Franciſco Galliarum Rege controuerſijs diſſerit, eique vel bellum, vel certamen ſingulare, vel pacem proponit. n. 6.
Vrbe Senas verſus diſcedit. n. 9.
Quo ſenſu de ſingulari certamine intellexerit, Gallis Oratoribus declarat. n. 10
Maxima munera in Pontificios Nepotes diſcedens effudit, n. 10.
Oblatas Franciſci nomine pacis conditiones reſpuit. n. 11.
In Galliam irrupit, ac quibuſdam potitus locis, varia in exercitu perſentit incommoda. n. 17. 18.
Fruſtrà Maſſiliam tentat. ib.
A Lutheranis epiſtolas circa Cõcilij indictionem recipit, eiſque nimis timidè reſpondet. a. 1536. n. 43. 44.
Per literas, & Nuntios à Pontifice ad pacem iterum vrgetur. a. 1537. n. 1.
Matthiam Helt ad Proteſtãtes Oratorem mittit, vt ad Concilium conueniant. n. 14.
Nouatorum in ipſum calumniæ. n. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
A Pontifice de prorogatione Concilij admonetur, eiuſque cauſis. n. 29.
Carolus V. cum Pontifice extra Niciam colloquia confert. an. 15; 8. n. 11.
Conditiones pacis à Carolo Põtifici propoſitę. n. 15.
Pontificem Nicia Genuam vſque comitatur. n. 17.
Ad foſſas Marianas cum Franciſco colloquitur, & prandet. n. 17.
Exercitus Caroli V. ex Africa in Siciliam tranſlatus ob dilata ſtipendia rebellat. n. 18.
Carolus V. Legatos ſuos Francfordiam ad Proteſtantium conuentum mittit. a. 1539. n. 2.
A ſubſcribendo decreto Francfordienſi plurimis rationibus à Pontifice deterretur. n. 12.
Nouum conuentum ad infringendum Francfordienſe decretum indici iubet. n. 19.
Contra Henricum Angliæ Regem arma mouere detrectat. a. 1539. n. 24.
Gandauenſibus à ſe deficientibus, Gallorum Regis fidei, & integritati per Gallias tranſiens ſe committit. n. 31.
Cum ipſo pacem componit. ib.
Caroli VI. in orando quotidiana pietas. n. 32.
E Gallia in Belgium Frãciſci Regis liberis ſtipatus procedit. a. 1540. n. 1.
In Gandauẽſis coniurationis Principes palam in foro gladio animaduerti iubet. n. 3.
Vendentes, aut retinentes Lutheri, & aliorum Hæreticorum libros capitali ſupplicio affici, edicto in Belgio ſanciuit. n. 9. 10.
Franciſci Primi Regis Galliæ liberis Belgium, irrito tamen effectu, pro pacis conditione offert. an. 1540. n. 11.
Spirenſe colloquium, fruſtrà Alex. Card. Farneſio renitente, cogi, & proſequi mandat. a. 1540. nu. 14. 22. 23.
Vormatienſi Cõuentui intereſſe recuſat. a. 1540. n. 58.
Ad arma contra Lutheranos mouenda perſuaſus multipliciter ſe excuſat. a. 1541. n. 4.
Pacis ſtudium à ſe prætermiſſum, Franciſci Regis ambitu, ac pernicacia, declarat. ib.
Librum concordiæ à Principibus examinari poſcit. n. 12.
Pontificis voluntati circa Concilij conuocationem ſe ſubdit. a. 1541. n. 26.
Fœdus init cum Pontifice, Rege Romanorum, & Imperij Principibus pro Catholicæ fidei defenſione. n. 33.
Carolo V. in Italiam deſcendenti Cardinalis Contarenus Legatus decernitur. n. 38.
Honores à Carolo V. Cardinali Contareno, cùm Mediolanum ingreditur, impertiti. ib.
Iniuriam mortis Fregoſio, & Rinconio illatæ, ſarcire Franciſco I. Galliarum Regi detrectat. ann. 1542. n. 17.
Lucæ magno honore exceptus cum Pontifice ter congreditur. a. 1541. n. 48. 50.
Eius colloquij ſumma. n. 52, 53.
Mediolani Ducatum Aurelianenſi Duci cedere recuſat. n. 50.
Expeditionem Algerianam infæliciter gerit. n. 64.
Eius pietas in tam infælici exitu enituit. ib. 65.
Plures in Franciſcum Galliarum Regem ad Pontificem ſcribens querelas effundit. a. 1542. n. 17.
Contra ipſum Venetos fruſtrà ſollicitat Franciſcus Galliarum Rex. n. 18.
Ad colloquium à Paulo Tertio iterum inuitatur. a. 1542. n. 31.
Miſſis ad Tridentinum Concilium Oratoribus abſentiam ſuam, ac ſimul Hiſpanorum Præſulum ob ingruentia bella excuſat. a. 1543. n. 2.
Bononiæ à Paulo III. expectatur. n. 11.
Philippũ filium Hiſpaniarum Regem declarat. n. 10.
Buxeti propè Parmam à Pontifice, & Cardinalibus fruſtrà ad Pacem ſollicitatur. n. 13. 14.
Eius exercitus in Belgio infeliciter pugnat. a. 1543. n. 41.
Cliuię Ducatum in ſuam penè poſſeſſionem redegit. n. 41.
Cum Cliuenſi Duce nuptias Neptis celebrat. ib.
Michaelem Card. de Silua ad ſe Legatum mitti ægerrimè fert. n. 30.
Renuit pacem cum Franciſco I. ad preces Cardinalis Farneſij Legati admittere. a. 1544. n. 1. Item Oratores eiuſdem Franciſci à Cõuentu Spirenſi arcet. ib.
Oratione habita in Spirẽſi conuentu Germanorum odium in Franciſcum Galliæ Regem accendit. num. 4.
Receſſum in Dięta Catholicis valdè noxiũ promulgat. n. 4. 5. à Pontifice obiurgatus reuerenter reprehenſiones ſuſcipit. n. 6. 7. 8.
Cauſam Religionis frigidè viſus agere. n. 10. 13.
Colonienſes ad conſtantiam in fide Catholica hortatur. ann. 1544. n. 13.
Lucemburgum, aliaque Oppida ſuę ſubijcit ditioni. n. 18.
Spe Galliæ potiundæ cadit. ib.
Legatum pro pace ad ipſum Pontifex mittit Io. Cardin. Moronum. n. 20.
Stipendiorum inopia ad pacẽ cum Franciſco firmandam inclinat; paciſque leges conduntur. n. 23.
Pro pace cum Franciſco confecta à Pontifice commendatur, & ad Turcas oppugnandos vrgetur. nn. 26.
Ad itinera cuſtodiẽda pro adeuntibus Tridentum ſollicitatur. n. 30.
Belgium ab hæreſi purgare ſtudet. n. 35.
Concilij celebrationem in opportunius tempus differendam cenſet. a. 1545. n. 12.
Proteſtantes ad Concilium armis cogere meditatur. n. 14.
Monetur à Pontifice, ne in Dieta Wormatienſi aliquid de rebus Religionis agat. n. 17. 18.
Colloquium Ratisbonæ cum Proteſtantibus indicit. n. 22. 23.
Oratores ad Concilium Tridentinum mittit. n. 40.
Louanienſium Theologorum propoſitiones in Belgio ſeruari imperat. n. 40.
Pro impetrando ſubſidio contra Turcas à Clero Siciliæ, à Pontifice facultatem expoſcit. n. 54.
Legatis Lutheranorũ pro Hermãno Pſeudo-Archiepiſcopo Colonienſi, pro Concilio, & pro pace Germaniç grauiter, & obſcurè reſpondet. a. 1546. n. 88.

Abrup-

Digitized by Google

INDEX

Abruptum Ratisbonenſem cõuentum iterum cogi mandat. n.92.
Serò tandem agnoſcit, Hæreticos excuſſo iugo Pontificio Cęſareum quoque excutere velle. n. 93. 108.
De Venetis conqueritur. n. 100.
A Lantgrauio, & Saxone Carolus Gandauenſis, quod Gandaui natus eſſet, deriſus gratia appellatur, n. 108.
Philippum Lantgrauiũ, & Io. Fridericum Saxoniæ Electorem decretoria ſententia proſcribit. nu. 108. 109.
Cur violatę ab ipſis Religionis crimen in proſcriptione ſiluerit? n. 109.
Eorum epiſtolam bellum indicentem non recipit, ſed proſcriptionis tabulas ipſis mittit. n.110.
Coacto exercitu contra perduelles, plures in ſuam poteſtatem redigit Vrbes. n.111.
Victoria contra Saxonem, & Lantgrauium potitur, eaque elatus duras ambobus pacis conditiones imperat. n.111.
Minaci epiſtola Vdalricũ Vittembergenſem ad officium reuocat. n.112.
De Concilij meditata tranſlatione multum indignatur. n. 127. 136. 140. Actius de peracta. an. 1547. nu. 55. 59.
Tridentum Concilium reſtitui Petrus à Soto ſuadet, & Carolus V. poſtulat. a. 1547. n. 56. 59.
Ambobus Pontifex reſpondet. ib.
Firmiter in propoſito perſeuerat, quod Concilium Tridento reſtituatur. n. 78. 80. 83.
Irritam eius tranſlationem datis literis oſtendere conatur, ac proteſtationem contra ipſam meditatur. n. 80. 87. 97. Iubet eam proteſtationem fieri. a. 1548. n. 10. 11. 12. 19.
Plures Germaniæ Ciuitates Car. V. reconciliari expoſcunt. an. 1547. n. 98.
Imaginẽ Chriſti è Cruce pendentis ab Hæreticis globulo igneo ictam veneratur. n. 100.
Præclaram de Saxone victoriã reportat; Deoque ſuorum armorum felicitatem adſcribit. ib.
Gratulatur illi Põtifex de tãm pręclara victoria. n. 101.
Maximi, & Fortiſſimi cognomine illum decorat. n. 105.
Saxoni conditiones pacis imperat, pœnamque capitis, Ioachimo Electore Brandeburgi, & Cliuenſium Duce intercedentibus, remittit. n. 103.
Exercitus Cæſareus Placẽtiam, occiſo Petro Aloyſio Farneſio Duce, occupat. a. 1547. n. 109. & ſeq.
Placentiam Pontifici reſtituere nimia acerbitate differt. num. 112. 114.
Parmam quoque in ſuã poteſtatem redigere cogitat. n. 114.
Tutor Eduardi filij ab Hẽrico VIII. Angliæ Rege in morte conſtituitur. n. 122.
De rebus Religionis in Germania ſtatuere infæliciter aggreditur. a. 1548. n. 18.
A Pontifice ad Cõcilium appellare, ac penè ad ſchiſma vergere viſus, dum nimium obfirmatè eiuſdem tranſlationem Bononiam impugnat. nu 43.
Multorum idcircò malorum cauſa. n. 50. 51. 52. 62.
Plura iniqua inter quę Sacerdotum coniugium, ieiunij ſolutionem, ac vtramque ſpeciem pro Germanis expoſcit. n. 45.
Quæ acceperit à Põtifice reſponſa. n. 46. 50.
A Pontifice Proſperi Sanctacrucij Apoſtolici Nuntij opera admonetur, ne ſe rebus Eccleſiaſticis immiſceat. a. 1548. n. 50.
Religionis formam, *Interim* nuncupatam promulgat. ib. Idcircò à Gaſpare Cardillo carpitur. n. 64.
Eccleſiaſticam diſciplinam Laicus homo reformare attentat. n. 57.
Laicis calicem, Sacerdotibus coniugium ad tempus permittere, ſibi licitum audacter iudicat. a. 1548. n. 57. 62.
Sanctionem, cui titulus *Reformatio Politiæ Imperialis* promulgat. nu. 61.
Hæreticorum nęnijs illuſus plura, quæ ipſius pietatem dedecebant, admiſit. n. 64.
Cum eo Pontifex mitiſſimè agit. n. 1549. n. 23.
Conqueritur apud ipſum Paulus III. quod libellos hæreticorum impudentiſſimos promulgari pateretur. ibid.
Carolus V. Belgis ad Philippi obſequium redigendis intentus, Angliæ ad Eccleſiam reuocandæ occaſioni deeſt. ibid. n. 28.
Placentiam Pontifici reſtituere abnuens, de Parma quoque negotium faceſſit, nimiæ idcircò acerbitatis reprehenſus. an. 1549. n. 9. 10.
Carolus Sabaudiæ Dux Genevam à ſe, & à fide deficientem armis reuocare, ſed fruſtrà, tentat. a. 1535. n. 25.
A Pontifice admonetur, ne Bernenſibus aſſentiatur. ib.
Plura ab Hæreticis illi inflicta incommoda. a. 1535. n. 27.
Arma contra ipſum monet Franciſcus Galliæ Rex. n. 57. & a. 1536. n. 11. n. 13.
Carthuſiani plures in Anglia ſupplicio affecti. a. 1535. n. 3. 4. 5.
Viri impij ad labefactãdam ipſorũ conſtantiam Monaſterijs ab Henrico præficiuntur. n. 5.
Carthuſianum à ſeptis Religionis diſcedere meditantem, Eraſmus ſuis literis confirmat. an. 1536. n. 47.
Catharina Angliæ Regina Ioannem Foreſtum Ordinis Minorum ſuum in ſpiritu Patrem in carcere per literas conſolatur. a. 1536. n. 24.
Henricum VIII. coniugem ſuum morti proxima per literas ad ſaniorem mentem hortatur. n. 25.
Moritur nõ ſine veneni ſuſpicione. ib. Eius de fælicitate ſententia. ibid.
Catharina Hauarda ab Henrico III. capitali ſupplicio afficitur. an. 1541. n. 39.
Catharina Luſitana. Sabaudiæ Ducis vxor moritur. a. 1538. n. 9.
Catipha Oppidum. In eo nobile patitur à Turcis martyrium Io. Colonienſis. a. 1549. n. 44.
Recipitur à Luſitanis, caputque Martyris cum pſalmodia, & cantu reconditur. ib.
Catholici ab Hereticis crudelitatis inſimulantur. a. 1540. n. 60.
Simul cum Zuinglianis in tormẽtis ab Henrico VIII. per ignominiam iuncti. 64.
Veluti pacis inimici à Proteſtantibus habiti. a. 1541. n. 37.
Pro defenſione Catholicæ fidei fœdus à Pontifice cum Carolo V. Rege Romanorum, ac Imperij Principibus initur. n. 33.
Hibernorum pro fide Catholica cõſtantia à Pontifice commendatur. a. 1547. n. 125.
Scoti ad illam aſſerẽdam adhortãtur. n. 126.
Catholicorum deſidia audaciam extulit Hæreticorum. an. 1540. n. 53.
Cazianer Exercitus Hungarici Dux ignauia, & proditione ſua, præclaram Turcis victoriam de Hungaris concedit. a. 1537. n. 65.
A Sdrinio, quem ad proditionem vrgebat, obtruncatur. ib.
Ceilanum Inſula. Plures in ea ad fidem Catholicam conuerſi pro fide necantur. a. 1545. n. 65.
Crucis figura ibidem miraculosè apparet. ibid.
Cenſores fidei in Luſitania nimiæ ſeueritatis arguuntur. an. 1545. n. 58.
Cenſuræ contra interfectores Card. Bertonij S. Andreæ Archiep. ferũtur. a. 1546. n. 147.
Vt fidei Catholicæ in Regno Scotiæ conſulatur, earum remiſſio expoſcitur. ib. & 148.
In Io: Hungar. Regem diſtrictæ. a. 1537. n. 5. 6.
Ceremoniæ Eccleſiaſticæ quàm laudabiles, quàmue antiquę. a. 1540. n. 49.

Cbri-

Digitized by Google

INDEX

Christiani. Ariadenus Barbarossa Christianos Tuneti captiuos concremare meditatur, sed consilio detecto Cæsareum exercitum in auxilium inducunt. ib.

Christianorum quinque millia Cõstantinopolim in seruitutem asportanda liberantur. an, 1543. n.39.

Ducenta millia Christianorum, & amplius in bellis inter Car. V. & Fr. I. desiderata, a.1549. n.53.

Christiana fides apud Armenios,& Indos propagatur. a. 1549. n. 35. 36. & seq.

Christianæ legis mysteria à S.Francisco Xau. Iaponijs exhibita, primùm cum risu, mox cum admiratione excipiuntur. a.1549. n.41.

Leprosus,qui Cangoximæ Christianum se fieri est pollicitus, signo crucis super ipsum à socio S. Frãcisci Xauerij efformato, confestim sanitati restituitur. n.43.

Christiana fides fideliter custoditur ac multipliciter Cangoximæ augetur. ib.

Item in Regno Armuzienſi opera Gasparis Berzei Societatis Iesu. n.44.

Pro Christianæ fidei cõfessione Io. Colonienſis, olim eiusdem fidei desertor, à Mahumettanis in Oppido Catipha occiditur. n. 1549. n. 44.

Christophorus Iacobatius Episcopus Cassanensis Papæ Datarius in Collegium Cardinalium tit. S. Anastasiæ cooptatur. an. 1536. n.49.

Ad Cæsarem Legatus mittitur an. 1537. n.60.

Christophorus Madrutius Episcopus Tridentinus triremes à Pontifice pro Marani recuperatione postulat, sed non obtinet. an. 1542. n. 20.

Legatos Tridentum ad Concilium celebrandum adeuntes honorificè excipit. n.43.

Card.tit.S.Cesarij creatura a.1544. num. 50.

Tertiæ Sessioni Conc.Triden.interest, an.1546. n.15.

In Cardinalem de Monte in Congregatione Conciliari durinsculè commouetur. an.1546. nu. 126. 127.

Suadetur vt ad Concilij translationem Cæsarem inducat. ib.

Cæsaris nomine ad Pontificem, vt Concilium Bononia Tridentum reducat, Romam venit. a. 1547. n.87. a.1548. n.1.

Orationem super hac re in Senatu Cardinalium habet, & quid illi responsum. a.1547. n.89.

Promittit Cæsaris nomine, Germanos Tridentino Concilio se submissuros. a.1547. n.87. 91. & a. 1548. n.1.2. & seq.

Christus. Christum cruci-affixum desperasse, blasphemabat Caluinus. a. 1535. n.24.

Tripliciter oblatus, figuraliter in Agno, corporaliter in Cruce; spiritualiter in mysterio. a. 1540. n. 49. in artic. 24.

Christum se esse ait Georgius Dauid Maior impudentissimus Hæreticus. a.1543. n.59.

Christi è Cruce pẽdentis imago, ab Hæreticis tormenti ignei globulo icta, à Car. V. veneratione afficitur. a. 1547. n.10.

Christi Redemptoris imagine peccator quidam inueteratus in Armuziæ Regno, cùm iam culparum pœniteret, antequam absolutionem accepisset, apparentia noctu Dæmonum terriculamenta abegit. a.1549. n.44.

Cibi. Eorum discrimen hæreticis inuisum. a. 1540. n. 49. in artic. 26.

Claudius Abyssinorum Imperator Io: Tertij Lusitaniæ Regis ope de Turcis insignem victoriam reportat. a.1541, n.67.

Eius ad Pontificem literæ. a.1545. n. 61.

Claudius Durfe Galliarum Regis nomine Orator Tridentum vadit. a. 1546. n.119.120.

Claudius Guisius ab Anglo graui ictu percutitur. 1545. n.57.

Claudius Iayus Societatis Iesu egregiè pro fide Catholica in Germania laborat. a.1543. n.31.

Clemens Philpottus ob Primatum Papæ viriliter defensum ab Henrico Octauo morti addicitur. a.1540. n. 64.

Clemens VII. Successorem in Pontificatu cupit Alex. Card. Farnesiũ. a.1534. n.1.

Episcopos in America cõstituit. a. 1534. n.13.

Diluũtur varia Hæreticorum commenta circa animum ipsius erga Concilium. a.1537. n.15.16.17.

Clemens X. Caietanum Thienæum Clericorum Regularium Fundatorem vnà cum Francisco Borgia Societatis Iesu Generali, Philippo Benizio Ordinis Seruorum Propagatore, Ludouico Bertrando, & Rosa Peruana Ordinis Prædicatorum, Sanctorum numero adscribit. a.1547. n.136.

Clerus. Ob Clerum iniustis tributis, non requisito Apostolico beneplacito, vexatum, Lucensis Respublica interdicto subiacet. a. 1538. n. 10.

Reformatio Cleri à Pontifice promouetur. an. 1540. nu.65. 1541. n.29.30.

Luxus quàm maximè à Clero vitãdus. a.1541. n.29.

Clerum Siciliæ subsidium Car. V. contra Turcas ferre Pont. iubet. a. 1545. n.54.

Quinam ad Clerum promouẽdi. a. 1547. n.76.

Superfluus Clericorũ numerus resecandus. ib.

Cliffium cùm à Turcis in Dalmatiam irrumpentibus periclitaretur, Pontifex opportunis auxilijs occurrit, a.1536. n.22. à Turcis expugnatur. an. 1537. num. 57. Nostro Æuo à Venetis recuperatur. ibid.

Cressicius Cliffę Regulus à Turcis obtruncatur, ac Cliffensibus ad terrorem expositus. ibid.

Cliuiæ Ducatus in Germania inferiori inter Mosam, & Rhenum in Car.V. possessionem penè redigitur. a.1543. n.41.

Guilelmum eius Ducem à Gallis ad se redeuntem certis conditionibus in clientelam suscipit, neptemque eidem in vxorem dat. ib.

Eius precibus pœnã capitis Saxonię Duci deuicto remittit. a.1547. n. 103.

Cluſa in Lutheranorum potestatem venit. a.1546. n.107.

Colonia Agrippina. Senatus Colonienſis, ac Clerus deficiente à fide Catholica Hermanno Archiepiscopo à Pontifice & Cæsare per literas confirmatur. a.1543. n.24. & seq. Eius encomium. nu. 29. Reformationem, vel potiùs deformationem Bucerianam, zelo fidei Catholicæ gnauiter repellunt, a.1544. n.10.13.14.

Ad deiectionem Hermani Pseudo-Archiepiscopi, & defensionem Adulphi legitimi Archiepiscopi à Paulo Tertio incitantur. a.1546. n. 104.

Colloquium. Paulus Pontifex cum Carolo V. Lucæ in colloquium ter venit. a.1541. n.48.48.50.53.

Item Niciæ. a.1538. n.11.

Iterum Carolum ad aliud ineũdum colloquium inuitat. 1542. n.31.

Buxeti in Insubria iterũ ad colloquium cum eodem Cæsare, non tamen obtenta cum Galliarum Rege pace, venit. an. 1543. nu. 13.14.

Colloquium Ratisbonę cum Protestantibus à Cæsare indicitur, & quare? a.1545. n.22.23.

Colloquia exitialia inter Catholicos & Hæreticos iterum instituta. a. 1548. n.52.

Comœdiæ. Lutherani in Pontificiæ Maiestatis derisionem comœdias recitant. a.1546. n.107.

Lõdini ipso Eduardi Regis inaugurationis die Comœdię in Pont. & Cardinalium ludibrium recitantur. a.1547. n.124.

Communio sub vtraque specie à Brandeburgensibus postulatur. a.1539. n. 21.

Minis atque armis in Germania ex-

Digitized by Google

INDEX

expoſcitur. a. 1542. n. 40.
De iure Diuino Laicis neceſſaria ab Hæreticis credita, improbanda tamen, quando à Concilio Tridentino eiuſmodi cenſeretur. a. 1547. n. 28.
Carolo V. ac Duci Bauariæ illam proGermanis poſtulantibus, quid reſponſum? a. 1548. n. 45. 46. 48. 58. 69. 70.
A Carolo V. in Conuentu Auguſtano audacter ad tempus permittitur. n. 59.
Integrum Sacramentum ſub vtraque ſpecie aſſumi Huſſitæ fatentur. a. 1549. n. 25.
Communio infantium in Bohemia ſupprimitur. an. 1549. num. 25. 26.
Concilium. Concilia robur, & firmitatem à Romana Eccleſia accipiunt. a. 1547. n. 30.
In Concilio, non in Laicorum conſeſſu de fidei rebus agi debet an. 1545. n. 5.
Sæculari poteſtati Concilium non ſubditur. a. 1548. n. 13. 15.
De Concilio cogendo agitat Paul. III. a. 1534. n. 3.
Cum Imperatore ſuis literis de ipſo differit. a. 1535. n. 29.
Leges Hæreticis proponendę. ib.
Ad illud promouendum Vergerius in Germaniam mittitur. a. 1535. num. 31.
Proteſtantes nullum Concilium admittere volunt, cui Papa præſideat. n. 34. & an. 1536. n. 42. &c.
Quid in Concilio ſe acturum Lutherus exclamauerit? ann. 1535. num. 36.
Paulus ipſius celebrationem indicit, & Cardinales deputat. ann. 1536. n. 4. 5.
Diploma ad illud Mantuæ celebrandum promulgat, eiuſque indicendi cauſas enarrat. n. 33. 34. 35. Aptiſſima Concilio celebrando Ciuitas oſtenditur. an. 1537. n. 3.
Concilio aperto, quamuis Papæ mors contingeret, non ad ipſum, ſed ad Cardinales electionem Pontificis ſpectare decernitur. a. 1536. n. 33.
Multa pro Concilio ſanctè, ac vtiliter celebrando ſuggerit Io. Faber Epiſcopus Viennen. n. 36. 37.
In Concilijs Papæ Primatus aſſeritur. a. 1636. n. 37. in art. 47.
Plura antiquorum Conciliorum volumina in multis S. Benedicti Monaſterijs habentur. ib.
Reſpuitur à Lutheranis Concilium Mantuæ indictum. a. 1536. n. 42. 43. 44.
Bella inter Principes magnum Concilio celebrando impedimentum afferunt. a. 1537. n. 1. 2.
Contra Concilij auctoritatem plura ſcribit Lutherus, cui Io. Cochlæus ſtrenuè reſpondet. n. 5.
Indictio promulgata vbique. n. 9.
Hæretici ab ipſo declinare contendunt. a. 1537. n. 5. 15. 23.
Tantum in Germania celebrari poſtulant. n. 31. 35.
Præſidio militari Mantuam muniri tempore Concilij denegat Paulus, ne libertatem adimat, ideòque Concilij celebrationem prorogat. n. 21. 25. 26. 27.
Vicentiæ ipſius celebratio deſtinatur. n. 34.
Cardinales ad Concilium Vicentiæ aperiendum legantur. a. 1538. n. 9. Differtur. n. 10.
Denuò decernitur, ac denuò pariter varias ob cauſas differtur. an. 1539. n. 25. 26.
Eius conuocatio validiſſimis rationibus ab Alexandro Card. Farneſio apud Cæſarem vrgetur. anno 1540. n. 17. 18.
In controuerſijs fidei Concilium adhibitum oſtenditur. n. 19.
Iterum à Pontifice Conc. Generale exhibetur. a. 1540. n. 52. & a. 1541. n. 52. 63. & a. 1543. n. 1. 6.
Cõcilij auctoritati Lutherani ſcriptis detrahunt. anno 1541. num. 17.
Promouetur eius celebratio. n. 26.
In Germania celebrari non probatur. n. 26.
Plures proponuntur pro ipſo celebrando Ciuitates. an. 1541. num. 52.
Concilium Nationale ad fidei controuerſias dirimendas haud quaquam aptum. a. 1541. n. 28.
Concilium Generale, quibus conditionibus Proteſtantes exquirerent. a. 1541. n. 35.
Cardd. pro Concilio conuocando ad Curiam vocati. n. 36.
Concilium Tridenti indicitur, ac de eo certiores fiunt Reges. a. 1542. n. 12. 14.
Germaniæ Principes in Conuentu Norimbergenſi Concilium Tridenti admittunt. n. 16.
Io. Thomas Sanfelicius Epiſcopus Cauenſis, & Io. Matthæus Gibertus Veronenſis Epiſcopus ad Cõcilium inſtruendum deſignantur. a. 1542. n. 43.
Petrus Paulus Cardin. Pariſius, Io. Cardin. Moronus, & Reginaldus Card. Polus Legati ad Concilium Tridentinum celebrandum creantur. ib.
Concilio licèt aperto, Romæ Papæ electionem fieri debere ſtatuitur. ib. & a. 1544. n. 30.
De Concilio Tridenti indicto Epiſcopi aliquot Germaniæ obloquuntur, ac Epiſcopos ab ipſo auertere ſatagunt. a. 1542. n. 45.
Oratores Cæſarei Tridentum ad Concilium veniunt. a. 1543. nu. 1. diſcedunt. n. 5.
Cardinales aliquot ſuper rebus Concilij deputantur. n. 9.
Ob Chriſtianorum Principum diſſidia ſuſpenditur. n. 20. 21.
Concilium Nationale Tridentino poſthabito, Proteſtantes Norimbergæ ſtudent conuocare. n. 43.
Quantoperè pro Tridentino Concilio cogendo Paulus III. laborauerit. a. 1544. n. 7.
Aufertur ſuſpenſio Conc. ac iterum indicitur. n. 29.
Itinera vt tuta pro adeuntibus Tridentum eſſent curatur. n. 30.
Cardd. pro rebus Cõcilij ex omnibus Orbis partibus Romam euocantur. a. 1541. n. 63. a. 1542. nu. 47. & a. 1544. n. 32.
Legati ad Concilium decernuntur Io. Maria Card. de Monte, Marcellus Card. Ceruinus, & Reginaldus Card. Polus. a. 1545. nu. 1. 2.
Facultas illis datur Indulgentias in ingreſſu promulgandi, ac vbi opus eſſet, Concilium aliò transferendi. n. 2.
Tridentum intrant. n. 4.
Procuratores Epiſcoporum non admittuntur in Concilio ad ſententiam dicendam. n. 7. 15.
Conceditur tamen hæc facultas Germanis. n. 34.
Aperitio Conc. differtur, & quare. n. 9. 11. 12.
Car. V. dilationem ſuadet. n. 12.
De Concilij tranſlatione agitur. n. 25. 26.
Inchoatio tandem ipſius decernitur. n. 28. 34.
Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui Romæ publica munera exercebant, Tridentum ire iubentur. n. 29.
Cæterarum Eccleſiarum Antiſtites inuitantur. n. 30.
Epiſcopi Galliarum iuſſu Regis vocantur. n. 31.
Ieiunium pro aperitione Concilij Romæ indicitur. n. 35.
Ritus in aperiendo Concilio. num. 36. 37.
Suffragium in Concilio Abbates Infulati, & Generales Ordinum habent. a. 1545. n. 46.
Oratores, & Epiſcopi plurium Principum ad Concilium. 40. 41. 45. a. 1546. n. 52. 120. 121.
Præſcribitur viuendi modus in Concilio. n. 1.
De dogmatibus, ac moribus ſimul in Concilio tractari viſum eſt. n. 10.
Formula literarum, quæ ad Reges, & Principes mittebantur. n. 12.
In Germania à Lutheranis multipliciter irridetur Conc. Trident. a. 1546. n. 24.
Libri Sac. Script. in Conc. recipiuntur. n. 20. 22. 41. 42. 49. 53. 54.

Digitized by Google

Congregationes Theologorum inibi inſtituuntur. n. 23.
Controuerſia de prioritate in legendis literis Regis Romanorum, ac Regis Galliarum in Concilio exorta. n. 13.
Concilium Florentinum quando diſſolutum fuerit, in Concilio Tridentino innoteſcit. an. 1546. n. 27.
Bulla Eugenij IV. ſuper Concilio Flor. Tridentum mittitur. n. 38.
Libertas in Concilio ſeruata oſtenditur. n. 55. a. 1547. n. 32.
Ad Legatos ſpectat res in Concilio proponere. a. 1546. n. 67.
Concilium ab Hæreticis pertinaciſſimè reſpuitur. n. 93.
Ortæ inter Patres controuerſię. nu. 124. 126. 127.
Concilium aliò transferri neceſſarium cenſetur. n. 127. 128.
Eius tranſlationi Car. V. non acquieſcit. n. 127.
Concilia Prouincialia, non verò Nationalia commendantur. an. 1547. n. 3. 4. 77.
Inſtaurari Concilia Prouincialia, in ijſque in Epiſcoporũ vitam, & conuerſationem inquiri, iubetur. a. 1547. a. 77.
Prælatorum à Tridentino Concilio abſentium contumacia accuſatur, atque Epiſcopi ad procedendum contra ipſos deliguntur. n. 22.
Statuitur pœna contra diſcedentes Tridento. ib.
Exortæ in Concilio contentiones admirationem legentibus parere non debent. a. 1547. n. 33.
Concilij tranſlatio ob peſtis Tridenti ſerpentis ſuſpicionem ſuadetur. n. 42.
Diuerſis certatum ſententijs. n. 43. 44. 50.
Bononiam trausfertur. n. 46.
Ritus in translatione obſeruati. n. 45. 46. 47.
Alieno multum tempore contingit. n. 53. a. 1548. n. 77. purgatur factum. a. 1549. n. 13.
Tranſlatio Cæſari ingrata, non Pontifici. n. 55. 60. 62.
Controuerſiæ ſuper tranſlatione inter Pontificem, & Cæſarem. n. 59. a. 1548. n. 43.
Hiſpani Pręſules tranſlato Bononiã Conc. Tridenti tamen obſtinatè ſubſiſtunt, nulliſque Pontificijs adhortationibus recedũt. a. 1547. n. 57. a. 1548. n. 38. 39. 40. a. 1549. n. 14. 15. 17. 18.
Concilij ſuſpenſio à Galliarum Rege ſuadetur. a. 1547. n. 60.
Concilij tranſlatio à Cæſare datis literis irrita vulgatur. n. 80.
Eius reſtitutio Trid. à Petro Soto, & ab Ordinibus Eccleſiaſticis Imperij expoſcitur. an. 1547. n. 57. 59. 84.
Quibus conditionibus Pont. illud Tridentum iterum referri acquieſceret. n. 80.
Pro cauſa tranſlationis Conc. Bononien. Card. Ceruinus Romam vocatur. a. 1647. n. 84.
Lutherani Concilij decretis ſe velle ſubmittere doloſè mentiuntur. n. 84.
Impudentes ipſorum circa Concil. poſtulationes. n. 85.
Concilij reuocandi Tridentum, vel non, facultas remittitur. num. 89. 91.
Contra Concilium Bonon. Cæſarei Procuratores Bononię, ac Romæ coram Pontifice proteſtantur. a. 1548. n. 6. 9. 10. 11. 12. 19.
Reſponſio Pont. Romæ, & Card. de Monte Bononiæ ad obiecta Procuratorum Cæſ. n. 13. 29.
Concilij ſuſpenſio à Cardd. Legatis Bononienſibus Pontifici ſuadetur. n. 27.
Pro validitate trãſlationis Concil. Bonon. diſcutienda quatuor Cardinales à Pontifice deputantur. a. 1548. n. 31.
Quatuor Pręſules Romam mittuntur, ac publicè à Pontifice audiuntur. n. 36. 37.
Concilium Bononien. ab omni actione ſuperſedere imperat Pont. num. 32.
Purgatur calumnia Legatis Bonon. ob tranſlationem afficta. n. 42.
Concilium Bononia Romam trãſferri ſuadetur. n. 43.
Dimittitur Concilium Bononien. a. 1549. n. 18. 21.
Cõcilij Generalis neceſſitas ab omnibus Imperij Statibus recognoſcitur. a. 1549. n. 8.
Iterum Romam quatuor Præſules Conc. Bonon. pro afferenda validitate tranſlationis reuocantur. a. 1549. n. 14. 18.
Præſules Hiſpani Tridẽti, quamuis diſſoluto Concilio Bonon. ſubſiſtunt. n. 19.
Recenſentur nomina Præſulum, qui Concilio Bononienſi adfuere. num. 22.
Tranſlationem Concilij Bononienſi validam declarari vrget Card. de Monte. n. 19. 20.
Conciones quomodo, & à quibus habendæ. a. 1546. n. 28. 85.
Hæreticorum cõcionatores in Germania pacis conſilia euertunt. a. 1541. n. 32.
Conclaue. In Conclaui, quo Paulus III. eſt renuntiatus, magna concordia, ac religione, non adhibitis ſchedulis, ſed publico conſenſu altero ab ingreſſu die Pont. deſignatur. a. 1541. n. 1.
Concordiæ liber, quis Auctor eius libri. a. 1541. n. 8. 9.
In Conuentu Ratisbonenſi examinatur. ib.
Deteguntur plures in eo contenti errores. n. 9. 10.
Proponitur à Cæſare Principibus vt ſedulò illum examinent. n. 12.
Iudicium Card. Contareni de eodem. n. 14.
Concubinarij. Sanctionem contra ipſos promulgat Car. V. a. 1548. n. 61.
Confeſſio Auguſtana. Eius articuli à Io. Cochlæo in compendium rediguntur, ac nitidè explicantur. a. 1540. n. 49.
A Melanchthone adulterata. a. 1549. n. 6.
Confeſſio Auricularis. In Eccleſia neceſſariò conſeruandam aſſerit ipſe Henricus Octauus. a. 1536. n. 27.
In Anglia retineri iubet. a. 1539. n. 35.
A Chriſto tamen inſtitutam negat. a. 1536. n. 28. in ipſa ſatisfactionis nomen omninò abolet. ib.
Quo pacto à Proteſtantibus admiſſa, vel à Catholicis obſeruata. a. 1540. n. 49.
Improbatur ab Hæreticis. a. 1547. n. 58.
In Armuziæ Regno peccator diù, multumque à confeſſione abhorrens, cùm tandem Gaſpari Berzęo Societatis Ieſu peccata ſua aperuiſſet, antequam abſolutionis beneficium acciperet, noctu felibus, ac muribus, tetriſque alijs animalibus cubiculum repletum videt, queis inuocato Chriſti nomine fugatis, vitæ in poſterum emendandæ magiſtrum habuit timorem. a. 1549. n. 44.
Confirmationis Sacramentum. Errores Lutheranorum circa ipſum. an. 1547. n. 27. 31.
Excommunicato, interdicto, ſeù aliàs in peccato mortali exiſtenti conferri non debet. n. 72.
Epiſcopi ſaltem in Pentecoſte Confirmationis Sacramentum miniſtrare iubentur, rituſque præſcribuntur. n. 74.
Congi Regnum adnitente Alphonſo eius Rege chriſtiana proficit in fide. a. 1535. n. 59.
Congregatio. In Sacra Scriptura deleto vbique *Eccleſiæ* nomine, *Congregationem* Hæretici ſufficiunt. a. 1549. n. 29.
Coniugium Presbyterorum proponitur, an debeat concedi. a. 1540. n. 49.
Armis, atque minis in Germania poſtulatur. a. 1542. n. 40.
Io. Caluinus approbat Sacerdotum coniugium. n. 53.
Iterum à Carolo V. & Duce Bauariæ poſtulatur. a. 1548. n. 45. 50. 58.
Quid reſponſum? 67. 68. 69. 72. a. 1549. n. 2.
Ad tempus permitti, ſibi licere Car.

Digitized by Google

Car. V. præter fas putat. a. 1548. n. 57. 62.
Coniuratio plurium Germanorum Principum in Car. V. an. 1546. n. 107.
Io. Ludouici Co. de Fliſco in Auriam Ducem. an. 1547. num. 107.
Placentinorum in Pet. Aloyſium Farneſium. n. 108.
Laurentij Medices in Alexandrum Florentiæ Ducem. a. 1537. n. 66.
Conuitium. Pœna Deo Vindice inflicta in S. Franciſci Xauerij conuitiatorem. a. 1549. n. 43.
Saraceni conuitiatores Gaſparis Beraei in Regno Armuziæ, eius admirati virtutem, ludibria in honores, & officia conuertunt. n. 44.
Conuiuia. Vetantur conuiuia cum tripudijs occaſione baptiſmatis inducta. a. 1547. n. 72. 74.
Corcyra à Solymanno obſeſſa liberatur. a. 1537. n. 61.
Coſmas Medices Cardinalis Cybò ſolertia in Florentinorum Ducem eligitur. a. 1537. n. 66.
Immiſſo in Inſubriam exercitu Florentinos exules coërcet. a. 1544. n. 16.
Ducentos equites in ſubſidium Cæſaris mittit. a. 1546. n. 105.
Cruciferi ad Lutheranos Liuoniæ propulſandos à Pontifice per literas excitantur. a. 1542. n. 41.
Cruciferorum Religio, ac Liuoniæ ſimul libertas propter Lutheranam perfidiam deficit. ib.
Crux. Card. Polus egregia animi magnitudine Crucem, Legationis ſuæ inſigne, inter hoſtes elatam defert. a. 1537. n. 43.
Crucis figura in Inſula Ceilani miraculoſè apparet. 1545. n. 65.
Crux recentibus conſperſa guttis Meliaporæ, dum Sacellum Diui Thomæ Apoſtoli conſtrueretur, apparet, ac largus ſudor ex ipſa manat. a. 1546. n. 153.
Cruces Chriſti Domini in Anglia delentur, ac comburuntur. a. 1547. n. 129.
S. Crucis inſignia in honore eſſe apud Iaponios reperit S. Franciſcus Xauerius. a. 1549. n. 37.
Fugata Dæmonum ſpectra in Iaponia Crucis inſignibus. ib. & n. 38.
Crucis ſigno S. Franciſci Xauerij ſocius leproſum, qui Chriſtianum ſe fieri velle dixerat, confeſtim ſanat. a. 1549. n. 43.
Paulus Capiſuccus Pauli III. Vicarius Car. V. Romam venienti ante portam Capenam Crucem oſculandam offert. a. 1536. n. 1.
Curia Romana. Fallax Lutheri figmentum, quod Curiam, non Eccleſiam Romanam impugnaret anno. 1536. numer. 37. Vide *Formatio*.
Curioſius. Maria Virgo Curioſium quemdam Polonum, qui eius honorem contra blaſphemum tutatus fuerat, ab imminentibus Inferni periculis eripi impetrat. a. 1545. n. 62.
Cuzco Ciuitas Epiſcopali ſede in Regno Peruano decoratur. anno 1536. n. 48.

D

Dæmones. Iaponios varijs terriculamentis vexantes, Crucis inſignibus ſuper varia loca diſpoſitis, fugantur. a. 1549. n. 37. 38.
Defuncta puella Iaponia, dum à Dæmonibus ſe ad horrenda deportari cerneret incendia, à duobus viris, nempè à S. Franciſco Xauerio, & ſocio ex eorum manibus erepta vitæ redditur. n. 42.
Vt peccatorem à pœnitentiæ Sacramento deterrerent, felium, murium, aliorumque animalium ſpecie cubiculum eiuſdem dormientis complent. n. 44.
Crudelia ſacrificia, quæ Dæmonibus Ethnici in Regno Armuziæ libabant. n. 44.
S. Damaſus Papa Epiſcopos non reſidentes meretricibus pignora ſua alijs educanda tradentibus comparabat. a. 1546. n. 135.
Dania. Regem Daniæ, quamuis Lutheranum, Pontifex ad Concilium inuitat. a. 1536. n. 42.
Dataria. Eius reformatio, quo pacto curanda. a. 1546. n. 56.
Dauid Bettonius Mirapicenſis Epiſcopus Cardinalis renunciatur. a. 1538. n. 47.
Collector Decimarum in Regno Scotiæ conſtituitur. a. 1543. nu. 54.
Adminiſtrando Regno, defuncto Rege, vnà cum alijs tribus admouetur. ib.
In cuſtodiam à Co. Araniæ traditur; proque eo liberando vrget Pont. ibid.
Legatus in Scotia declaratur. an. 1544 n. 37.
Concionatorem Hæreticum flammis iubet comburi. an. 1546. n. 147.
Ab Hæreticis coniuratis occiditur. ib. & a. 1547. n. 115.
Sanguis eius nulla deleri poteſt ablutione. a. 1546. n. 147.
Ad eius necem vindicandam Franciſcus Galliarum Rex à Paulo III. excitatur. a. 1547. n. 115.
Eius interfectores in Gallia ſupplicijs affecti. a. 1547. n. 115.
Dauid Georgius. Impudentiſſimi eius errores. a. 1545. n. 50.
In Batauia exulat. ib.
Decennales inducie à Paulo III. inter Carol. V. & Franciſcum ſtatuuntur. a. 1538. n. 13. & 35.
Decimæ Conceduntur Carolo V. à Paulo III. ad coërcendos Tuneti piratas. a. 1534. n. 4.
Cardinales, & Equites Rhodij ab illis ſoluendis excepti. ib.
Sibi perſolui iubet Henricus Angliæ Rex. a. 1535. n. 1.
Franciſco Galliæ Regi à Paulo certis conditionibus conceduntur. n. 46.
Pro Venetis contra Turcas adiuuandis Clero imperantur. a. 1538. n. 10.
A Pontifice in pluribus Prouincijs, & in Luſitaniæ Regno pro bello contra Turcas imperantur. an. 1538. n. 7. 1539. n. 31.
Item in Regno Hiſpaniarum. a. 1539. n. 31. a. 1346. n. 95.
Cardinales ab ipſarum perſolutione noluit hoc tempore immunes Pont. a. 1546. n. 95.
Pro ſubſidio Niciæ imponuntur. a. 1543. n. 39.
Concoduntur in Regno Scotiæ. a. 1543. n. 54.
Decimæ in Germania reſtituendæ. a. 1548. n. 71.
Decreta Fidei in dubium reuocari vetat Paulus III. a. 1548. n. 27.
Defuncti. Pro defunctis exorare iubentur omnes Academici Sorbonici, animaſque defunctorum orationibus populorum commendare. a. 1548. n. 78.
Delitiæ multos à fide aberrare fecerunt. a. 1543. n. 21.
Deus. Deum peccati auctorem docebat Caluinus. a. 1535. n. 23. 24.
Item Melanthon. a. 1540. n. 49.
Didacus Hurtadus de Mendoza Caroli V. Imperatoris nomine Tridentum Orator miſſus. an. 1545. n. 3.
Graui morbo correptus, cum Concilio nequiret adeſſe, literas Imp. mittit. n. 40.
Pro reſtitutione Concilij Tridentini quod Bononiam fuerat tranſlatum, cum Pontifice agit. an. 1647. n. 78.
Pacis inter Pont. & Imp. conciliandæ cupidus. n. 79. 83.
Proteſtationem contra Concilij tranſlationem aſſerere iubetur. n. 87.
Quid ipſi reſpondeat Pontif. 96.
A Cardinalibus interpellatur, ne proteſtationem habeat. n. 97.
Cæſ. iuſſu proteſtatur in Conſiſtorio contra validitatem tranſlationis Concilij Bononien. a. 1548. n. 10. 19. & ſeq.
Reſponſum illi tunc datur, aliudque promittitur à Pontifice. n. 26. 29.
Mandati limites Didacum exceſſiſſe dato reſponſo oſtendit Pont. a. 1548. n. 29.

Dieta Catholicæ Religioni ſemper noxiæ, ideòque à Proteſtantibus expetitæ. a. 1545. n. 19. Vide, *Francfordien. Auguſtana, Hagoenenſis, Ratisbonenſis, Spirenſis*, ac *Wormatienſis*.

Dignitates Eccleſiaſticæ. Hæreticos ad Eccleſiam reuertentes Eccleſiaſticis dignitatibus admoueri poſſe indulget Paulus Tertius. an. 1548. n. 68.

Dionyſius Laurerius Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Virginis in Scotiam ad indicendum Concilium dirigitur. a. 1537. n. 5.

Ex ſui Ordinis Generali Presbyter Cardinalis creatur. a. 1539. n. 38.

Dionyſius Zannetinus Epiſcopus Chironenſis pro Io. Thoma Sanfelicio, qui ipſi barbam euulſerat, in Concilio deprecatur. a. 1546. n. 124.

Diſciplina Eccleſiaſtica à Card. Gaſpare Contareno promouetur non ſine Proteſtantium inſultatione. a. 1541. n. 29.

A Pontifice promouetur. a. 1542. n. 2. a. 1548 n. 64.

Quam audacter Car. V. in Eccleſiaſticam reformationem ſe ingeſſerit. a. 1548. n. 57.

Diſpenſationes, Parcitas, & modus in eis concedendis, ne iniquæ euadant, proponitur, an. 1547. n. 29.

De promouendis ad Sacerdotium, vel Epiſcopatum, rariſſimè fiant etiam ſuper ætate. a. 1547. n. 76.

Diſpenſationes pro Germanis ad fidem redeuntibus in multis poſtulantur. a. 1548. n. 45.

Diſpenſationes de Sacerdotum, coniugio, maximum Eccleſiæ detrimentum afferrent. a. 1548. n. 68.

Diſpenſationes à Nuntijs pro reformatione in Germaniam miſſis, quomodo adhibendæ, a. 1548. n. 72. a. 1549. n. 2.

Cauendum omninò, ne eorum Miniſtri aliquid pro eis recipiant. ibidem.

Diſputationes prohibitæ à Pontifice de fidei controuerſijs. a. 1540. n. 51.

Cur toleratæ? n. 54.

Diſputationes cum Hæreticis parum plerumque proficuę. a. 1546. n. 91.

Diuitiæ. Diuitiarum magnanimus contemptus in Petro Gaſca. a. 1547. n. 135, in Gaſp. Berzæo. a. 1549. n. 44.

Dogmata fidei à Pontifice exquirenda, non in controuerſiam adducenda. a. 1540. n. 48.

Dominica. Pro die Dominica diem Veneris celebrandam ſufficere molitur Caluinus. a. 1542. n. 53.

Ducatus Mediolanenſis. Vide Mediolanum.

Ducatus Parmæ, & Placentiæ. V. Parmæ.

Durantes de Durantibus Brixienſis ex Epiſcopo Caſſanenſi Card. tit. Baſilicæ SS. XII. Apoſt. eligitur. a. 1545. n. 40.

E

Ebora in Luſitania erigitur in ſedem Archiepiſcopalem; primuſque Archiepiſcopus creatur Henricus Luſitanus Bracharenſis Antiſtes. a. 1540. n. 65.

Eccleſia. Occupata Eccleſiæ bona reſtituere Proteſtantes recuſant. a. 1540. n. 51.

Eccleſiæ dignitas in vtilitate, Chriſtianæ Reipublicæ procuranda conſiſtit. a. 1543. n. 11.

Eccleſiaſticæ dignitati noxia in Hiſpania pragmatica à Cardin. Pariſio diſcutitur. a. 1543. n. 52.

Beneficia à Laicis poſſeſſa Eccleſijs reſtituenda, decernitur. a. 1545. n. 24.

Eccleſiam non eſſe apud Lutheranos, ſed apud Catholicos demonſtrat Io: Cochlæus. a. 1540. n. 60.

Eccleſię Hungarię à Solymanno ritu Mahometano profanantur. a. 1541. n. 47.

Eccleſiam ſub Porcæ imagine depingit Martinus Lutherus. a. 1545. n. 48.

Verba *Vniuerſalem Eccleſiam repræſentans*, omittuntur in Concilio Tridentino, & quare? a. 1546. n. 1. 2. 9. 14. Controuerſiæ ſuper ijſdem. a. 1547. n. 8. 9.

Eccleſiæ, cæteraque omnia ad Dei cultum pertinentia fiſco Regio addicuntur in Anglia, a. 1547. n. 129.

Iuriſdictionis Eccleſiæ iura ne violentur, adnitendum. a. 1548. nu. 71.

Eccleſiarum bona ab Hæreticis direpta quo pacto condonanda, vel de ijs tranſigendum. a. 1548. nu. 71.

Eccleſiam fœminam eſſe, ac debere viro Chriſto in Sacris Scripturis loquenti obedire, ad aſtruendam perfidiam ſuam, dicebant in Anglia Hæretici. a. 1549. n. 29.

Eccleſiæ nomen è Sacris Bibliis eradunt, ac eius loco *Congregationem* ſufficiunt, ib.

Eduardus Anglorum Rex, & Martyr. Eius ſepulchrum ab Henr. VIII. expilatur. a. 1538. n. 44.

Eduardus Henrici Regis Angliæ filius ex Iana Semeria naſcitur. a. 1537. n. 44.

Patri in Regno ſuccedens, Primatum quoque Anglicanæ Eccleſiæ vſurpat. a. 1547. n. 124.

Zuingliana hæreſi inficitur. n. 125.

Vindeſoriam ob tumultus in Anglia exortos confugit. a. 1549. n. 28.

A Maria ſorore de fide Cath. amplectenda admonetur. a. 1549. n. 31.

Ea de cauſa cùm conſcientiæ ſtimulis agitatus incederet mœrens, ac triſtis, cum ea amplius colloqui non eſt permiſſus, ib.

Eduardus Pouellus, ab Henrico VIII. vltimo ſupplicio afficitur. a. 1540. n. 64.

Eduardus Somerſeti Dux, qui, & alijs *Thomas*, nicum ſe Eduardi Regis Angliæ tutorem, ac Regni Protectorem dilectis alijs conſtituit. a. 1547. n. 125.

Eduardum Regem Zuingliana hæreſi inficit. ib.

In Scotiam valido exercitu irrumpens, agros depopulatur, ac victoria elatus latiùs hæreſim diffundit in Angliam. a. 1547. num. 128.

De malè adminiſtrata Republica accuſatus in carcerem conijcitur. a. 1549. n. 28.

Egidius Hormus ab Henrico VIII. morti ob Primatum Papæ conſtanter defenſum addicitur. an. 1540. n. 64.

Electio. Pontificis electio Romæ, Concilio licèt aperto, à Cardinalibus dumtaxat peragi debet. a. 1542. n. 43. a. 1544. n. 30.

Electores Imperij Fures Dei à Luthero vocantur. a. 1535. n. 19.

Ad ipſos pro Concilio conuocando Paulus ſcribit. a. 1535. n. 33.

Eleemoſyna. Apoſtolico Nuntio in Germania committitur, vt eleemoſynas diſtribuat. a. 1537. n. 9.

Eleemoſynarum pauperibus diſtributarum cauſa Sampſon Epiſcopus Ciceſtrenſis ab Henr. VIII. carceri addicitur. a. 1540. n. 64.

Pro eleemoſyna impertienda S. Franciſcus Xauerius, pecunia cælitus immiſſa donatur. a. 1544. n. 39.

Imminentia æternæ damnationis pericula auertunt eleemoſynæ. Exemplum in Petro Gamrato. a. 1545. num. 62.

Eleonora Francorum Regina pro inducijs inter Car. V. & Franciſcum I. confirmandis operam nauat. a. 1537. n. 59.

Carolum V. Fratrem in Belgio commorantem, pace compoſita, gratulabunda inuiſit. a. 1544. n. 34.

Elziarius Miodanus malè à ſe dicta explicat, & emendat. a. 1535. n. 28.

Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux Pacis inter Cæſarem, & Franciſcum ſancitæ beneficio ditionem amiſſam recuperat. a. 1544. n. 30.

Ad Concilium promouendum à Pontifice ſollicitatur, ib.

Euer-

Digitized by Google

INDEX

Energumeni insignis à spiritibus immundis liberatio in Regno Siciliæ. a.1541. n.68.

Lutherus suis exorcismis frustrà, ac ridiculè liberare energumenos molitur. a.1545. n.49.

In Belgio Lutheri mortem, eumque ad Tartara sublatum deprædicant. a.1546. n.143.

Ennius Philonardus Card. S. Angeli ex Episcopo Verulano, & Arcis Æliæ Præfecto renunciatur. an. 1536. n.49.

Episcopatus. Nunquam cum alio quamuis pinguiori mutare voluit Io. Cardinalis Roffensis. a.1535. n.9.

Episcopatuũ pluralitas in Germania quare non improbanda. an. 1547. n.3.

Episcopatus tenues vniri, valdè expediens iudicatum. a.1547. n.76.

Episcopi quales esse debeant. an. 1541. n.29. a.1546. n.62.63.

Pauperum maximam curam gerant. ibid.

Adhortatio Pauli III. ad Merseburgensem Episcopum, vt pastorali sollicitudine Episcopale munus adimpleat. a.1542. n.40.

Episcoporum in Hungaria status. a.1545. n.24.

Pro eorum disciplina restituenda plura decernuntur. ib.

Per se ipsos, & non per procuratores Concilio interesse iubentur. a. 1546. n. 7.

Episcopis prædicandi munus incumbit. n. 63.

Impedimenta residentiam ipsorum tardantia auferenda. n.56.63.

Episcopi non residentes à S. Damaso Papa meretricibus comparantur. a.1546. n.135.

Residentia Episcoporum vrgetur prolixa oratione à Card. Pacechio, ac Summo Pontifici suadetur, vt peculiari Bulla ad eam Episcopos exciter. n. 135.

Episcopi titulares nonnisi ex vrgentissima causa fiant. a. 1547. n. 76.

Rarissimè dispensetur circa ætatem cum promouendis ad Episcopatum. ib.

Examen promouendorum ad Ordines fiat coram ipsomet Episcopo absque vlla mercede. n.76.77.

Triennium præscriptum pro ordinatione Sacerdotum ad maius, quàm ad annum Episcopus limitare non possit. ib. 77.

Episcoporum vita à Metropolitano inquiratur, ac Sedi Apostolicæ, cùm opus fuerit, deferatur. a. 1547. n. 77.

Visitatores Episcoporum singulis triennijs à Pontifice in omnibus regionibus constitui, laudabile esset. ibid.

Singulis annis Episcopi Diœcesim perlustrare, sola victus procuratione accepta, teneantur. a. 1547. n. 77.

Episcoporum inaugurationes in Anglia nouis ritibus inducuntur. a.1547. n.129.

Galli in conuentu apud Molinium Episcopos pro reformatione Romam mittendos deligunt. a.1548. n.73.78.

Episcopi in Anglia nimium timidi Primatum Ecclesiæ Anglicanæ Eduardo puero deferentes, iusto Dei iudicio puniuntur. a. 1548. n. 80.

Ad Episcopos, non ad Reges de causa Religionis cognoscere, spectare, Sigismundus Poloniæ Rex præclarè aiebat. a. 1548. n. 81.

Equites Hierosolymitani à Pontifice Carolo V. & Henrico Galliæ Regi commendantur. a. 1548. n. 84

Ab onere decimarum eximuntur. a. 1534. n.4.

Pro defendenda Tripolitana regione multum laborant. a. 1548. n. 84.

Erasmus Roterodamus Carthusianum Monachum in sua vocatione confirmat. a.1536. n.47.

Cum resipiscentiæ ab hæresi argumenta dedisset, à Paulo Præpositura Dauentriensi insignitur. a. 1535. n.28.

Nimiam Lutheranorum libertatem suspectam habet. a.1536. n. 47.

Moritur Basileæ damnata primum, cui antea nimis fauebat, hæresi, a.1536. n.47.

Eius scripta, cùm ipse repurgare noluisset, ab Ecclesia reiecta. ib.

Euangelium. Euangeliorum librum Poloniæ Reginæ, quamuis nondum coronatę, de more osculandum deferri consentit Paulus Tertius. a.1549. n.46.

Eucharistia summa pompa per Parisiensem Vrbem Rege præsente circumfertur. anno 1535. num. 22.

In Sacrosancta Eucharistia, Christi corpus realiter non adesse impiè docebat Caluinus. n.24.

Aliæ circa ipsam eiusdem blasphemiæ. a.1538. n.42.

Transubstantiationem in Eucharistia credi iubet Henr. VIII. an. 1536. n. 27. item vnam speciem Sacramenti Eucharistiæ ad salutem sufficere.

Magna inter Hæreticos dissensio, multique errores super materia, & forma Eucharistiæ. a.1536. n. 37. a.1541. n.10.17.

Inter Zuinglianos, & Lutheranos. a.1540. n.33.

De Eucharistia constituitur in Anglia peculiaris doctrina. a.1539. n.35.

Eucharistia non est solum signum, aut figura. a.1540. n.49.

Eucharistiæ Sacramentum, quod pridem negauerat, fatetur Lutherus. a.1545. n.48.

Sacerdos in Eucharistiæ Sacramentum non credens, miraculosè detegitur, ac conuertitur. a.1545. n. 64.

In Concilio Tridentino Hæreticorum errores circa Eucharistiæ Sacramentum recensentur, & expenduntur. a.1547. n.28.

Eucharistiæ Sacramento reuerentia exhibenda indicitur. an. 1547. n.73.

Singulis quindecim diebus in Pyxide renouari debet. ib.

Modus reuerenter procedendi, cùm ad infirmos defertur. ib.

Eucharistiæ Sacramentum ab Henrico VIII. homine quantumuis perditissimo semper in honore habitum, atque in extremo vitæ idipsum est protestatus. a. 1547. n.120.

Eucharistia Laicis sub vtraque specie necessaria ab Hæreticis in Anglia asseritur. an. 1547. num: 130.

In Eucharistia Panem, & Vinum in verum Christi Corpus, & Sanguinem conuerti, remanentibus tamen speciebus, de fide tenendum. a. 1548. n. 79.

Integrum Sacramentum sub vtraque specie Hussitæ in Bohemia confitentur. a.1549. n.25.

Impiæ à Io. Caluino de Eucharistia promulgatæ assertiones, à Carolo Espencæo confutantur. an. 1549. n.33. 34.

Eucharistiæ miraculum Rauennæ editum. a. 1549. n. vlt.

Euerardus Cardinalis à Marchia Reginaldo Card. Polo consilio, & pecunia non deesse à Pontifice iubetur. a. 1537. n.42.

A furore Henrici VIII. Polum ipsum custodit. n.44.

Eugenij IV. Bullam dissolutionis Concilij Florentini ab ipso editam Paul. III. Tridentum mittit a. 1546. n. 38.

Examen Promouendorum ad Sacros Ordines examen coram Episcopo, virisque doctis, ac probis, nulla lucri spe, fiat. a. 1547. n. 76. 77.

Excommunicatio valdè metuenda. a. 1544. n. 36. in art. 22. Vide *Anathema*.

Absolutionem ab ipsa non curat Io. Hung. Rex. a.1534. n.7.

Excommunicatio fertur in eum, qui Indulgentias ab Episcopo non deputatus prædicare præsumpserit. a.1547. n.68.

Renouatur negligentibus in Paschate Eucharistiæ Sacramentum accipere. a.1647. n.73.

Exer-

Exercitia ſpiritualia S. Ignatij Loiolæ multo fidei Catholicę emolumento in Germania frequentantur. a. 1541, n,25.
Ad preces S. Franciſci Borgiæ ab Apoſtolica Sede confirmantur. a. 1548. n.86.
Extrema Vnctio. Errores Hæreticorum circa Sacramentum Extremæ Vnctionis. a.1547. n.64.
In primitiua Eccleſia in vſu fuiſſe, ac de tempore, quo miniſtrabatur, aſſeritur. n.69.

F

Fabius Mignanellus Epiſcopus Luceri-nus, ad Venetos à Pontifice mittitur pro fœdere cum Cæſare contra Turcas promouendo. a.1537. n.52.
Cæſ. & Ferd. Pont. nomine monet, ne in Diæta Vormatienſi de rebus Religionis agatur. a.1545. n. 17. 18. 19.
Pro recuperanda Placentia ad Carolum V. Nuntius dirigitur. an. 1547. n.110.
Falcones. Vectigal Falconum, atque equorum imperat Muleaſſi Tuneti Regi Car. V. a. 1535. n. 53.
Familia. Prælatorum familia ſanctè inſtituenda. a.1541. n.29.
Federicus Cæſius Epiſcopus Tudertinus Cardinalis tit. Sancti Pancratij. a.1544. n.40.
Federicus Fregoſius Genuen. Archiepiſcopus Salernitanus oblatam purpuram demiſsè reſpuit. a. 1536. n.49.
Cardinalis renunciatur. a,1549. n. 38.
Federicus Saxoniæ Elector. Vide *Ioannes Federicus*.
Ferdinandus Archiepiſcopus Granatenſis Indiarum Patriarcha deſignatus. a.1546. n.157.
Ferdinandus Romanorum, & Hungariæ Rex de pace inter ipſum, & Ioannem agit Paulus a. 1534. n.6. a.1537. n.62.
Sollicitatur à Pontifice cõtra Henricum VIII. a.1535. n.12.
Litteræ Pauli Pontificis ad ipſum, pro Concilio promouendo per Vergerium delatæ. n.31.
Pro fide publica, quam *Saluo Condotto* dicunt, agere cum ipſo iubetur Nuntius. a.1537. n.6. Item pro promulgando Concilio per Hungariam, & Bohemiam. ibid.
Varijs cladibus à Turcis in Hungaria exagitatur. a.1537. n.62.
Magnam comparat claſſem in Turcas irrito ſucceſſu. n.65.
Cum Io. Hungariæ Vaiuoda pacem firmat. a.1538. n.20.
In perducendis ad Eccleſiæ vnionem Germanis, ac reliquis ſibi ſubiectis laudabiliter incumbit. n. 39.
Legatos ſuos ad Francfordienſem Diætam mittit. a.1539. n.2.
Hagenoenſi Conuentui loco Car. V. alijs diſtenti negotijs præeſt. a. 1540. n. 33. 39.
Eius in conuentu Oratio, n.40.
Diætam Hagenoensẽ Wormatiam transfert. n.51.
Defuncto Ioanne Vaiuoda Hungariam pactione antea ſibi debitam, armis obtinere nititur. nu. 63. a. 1541. n.46.
Eius exercitus à Turcis diſſipatur. n. 46.
Iniquæ pacis conditiones eidem à Solymanno imperantur. a.1541. n.47.
Ad Concilium Tridentinum per epiſtolas à Pontifice inuitatus, Oratores ſe miſſurum ſpondet. a. 1542. n.14.15.
Mittit Franciſcum à Caſtellalto. a. 1543. n.7.
Henrico Brunſuicenſium Duci præ nimio Lutheranorum metu ſuppetias negligit afferre. a.1542. n. 37.
Segnior in ſubmittendo Albæ Regali ſubſidio. a.1543. n.34.
Ob nimiam in Eccleſiaſticos Miniſtrorum licentiam cladibus Hungaricis mulctatur. ib. 35.
Eccleſiæ Aquileienſis iura tueri ſuadetur, cùm eiuſdem Eccleſiæ Canonicus ſit. a.1543. n.35.
Oratores ad Concilium Tridentinum mittit. a.1545. n.6.
Coacta Wormatiensi Diæta ipſam alloquitur. n.19.
Bohemos à ſe deficientes compeſcit. a.1547. n.103. 105.
Gratulatur illi Pontifex de victoria. n. 104.
Eius ope Huſſitæ ad Eccleſiam Catholicam reuertuntur. a.1549. n. 25.26.
Ferrantes Gonzaga Prorex Siciliæ. a.1538. n.22.
Placentiam, occiſo Petro Aloyſio Farneſio, cum Cæſarianis occupat. a.1547. n.109.
Octauium Farneſium bello adorſus, cum ipſo tandem inducias componit; n.113.
Cum eo pacem componere, ac Parmam obtinere meditatur contra Pontificis voluntatem Octauius Farneſius, a.1549. n.47.
Ferraria pro Concilio celebrando apta Ciuitas iudicatur. a. 1541. n.51. 1547. n.80.
Fides. Fidem ob periculorum terrorem diſſimulari poſſe, modò idololatriæ exterior actus non committeretur, docuit Guilelmus Farellus. a.1535. n.25.
Peccatorem ſola fide iuſtificari, quomodo intellexerit Elzearius Miodanus. n.28.
Propagatur in America, & Indijs Orientalibus. a.1536. n.48.
De controuerſijs fidei cum Lutheranis ſobriè agere iubentur Miniſtri Pontificij, & quare? a. 1437. n.10.11.
Fidei Catholicæ dogmata à Pontifice exquirenda, non in controuerſiam adducenda. a. 1540. n. 48.
Fides Catholica ſtrenuè in Hibernia contra graſſantem Henr. VIII. ſæuitiam defenditur. an. 1541. n.41.
Ob id commendantur à Pontifice Hiberni. a.1547. n.125.
Fidei decretum in Concilio Tridentino legitur, ac firmatur. an. 1546. n.15.16.
Fidei decreta iam ſtabilita in dubium reuocari vetat Paul. III. a. 1548. n.27.
Fides ſola peccatorem non iuſtificat. n.79.
Fides publica expoſcitur pro Hæreticis ad Concilium inuitandis fides publica à Cæſare, quam *Saluum Conductum* appellant. an. 1937. n.7.
Fieſſa Oppidum ad Lycum amnem Lutheranis deditur. a.1546. n.107.
Fiſcus. Regio fiſco bona trecentorum ſeptuaginta ſex Monaſteriorum addicit Henricus Octauus. a.1536. n.29.
Eccleſiaſticorum omnium bona, Eduardus VI. a.1547. n.129.
Flaminius de Sabellis Pontificius Cubicularius Purpureum Galerum, Othoni Card. Truchſes defert. a. 1544. n.42.
Florentia. Alexandro Medice Florentiæ Duce necato, Coſmas Medices, Card. Cybò opera, in Ducem eligitur. a.1537. n.66.
Contra Coſmam Florentini exules in Inſubria exercitum cogunt, ſed ab ipſo coërcentur. a. 1544. nn. 16.
Florentinum Concilium, quando diſſolutum. a.1546. n.27.
Florentius Voluſenus Scotus quo pacto inter Scotiæ tumultus catholicè agere debeat, à Iacobo Card. Sadoleto per literas inſtituitur. a.1546. n.148.
Fœdus Inter Cæſarem, & Venetos contrà Turcas à Pont. vrgetur. a.1537. n.52.
Percutitur fœdus inter Pontificem Cæſarem, & Venetos. n.54.
Articuli fœderis referuntur. an. 1538. n.3. & 4.
Inter Catholicos Germaniæ Principes contra Lutheranos conflatur, a.1539. n.1.
Parum proſperè procedit. n.31.
Ab Alexandro Card. Farneſio fœdus inter Pont. Cæſ. Ferdin. ac plures Germaniæ Principes pro tuen-

tuenda religione proponitur : a. 1540. n. 26. a. 1541. n. 20. 33.
Pont. pro ipso statuendo pecuniam apud mensarios deponit. ib. nu. 20.
Fœdus contra Regem Galliæ inire Paulus Tertius respuit. a. 1543. n. 44. 45.
A Francisco I. cum Solymanno probrosè percutitur. a. 1543. n. 46. De ipso frustrà purgare se nititur. nu. 46. 47. Contra ictum fœdus declamant ipsi Gallici auctores. n. 46.
Fœdus contra Hæreticos inter Pontif. & Cæsarem sancitur, eiusque articuli recensentur. an. 1546. n. 94.
Inter Paulum Tertium, & Henricum Secundum Galliæ Regem contra Cæsarem agitatur. a. 1548. n. 65.
Abnuit Pont. in societatem armorum contra Carolum V. venire. a. 1549. n. 23.
Fortissimus. Cognomine *Fortissimi* à Pontifice Car. V. decoratur. a. 1547. n. 105.
Francfordiensis Conuentus Protestantes Principes Diætam Francfordiæ fœderi Catholicorum opponendam celebrant. a. 1539. n. 2.
Ad eum Lundensis Præsul varijs instructionibus mittitur. ib.
Cæsaris, & Ferdinandi Oratore. illuc cum pluribus mandatis destinantur. n. 2. 3. 4.
Decretum Catholicæ Religioni pernicioſum emanat. n. 5. & 6.
Plures Principes decreto subscribere recusant. n. 8.
Pro ipso rescindendo apud Pontificem, & Cæsarem Card. Alexander acriter instat. ib.
Lundensis Episcopus auro corruptus consensum decreto præstat, ac conscientiæ postmodum stimulis agitatus, purgare se nititur. n. 8.
Franciscus Belcarius Metensis Episcopus contra fœdus à Francisco I. cum Turcis inito declamat. a. 1543. n. 46.
Franciscus de Bobadilla Episcopus Ceruiensis inter Card. cooptatur.
S. Franciscus Borgia viso Isabellæ Car. V. vxoris defunctæ cadauere Societati Iesu nomen dare statuit. a. 1539. n. 23.
Petit à Pontifice librum exercitiorum S. Ignatij confirmari. a. 1548. n. 86.
Franciscus à Castelalto Ferdinandi Romanorum Regis Orator Tridentum vadit. a. 1543 n. 7. a. 1541. n. 6. 29.
Oenipontum valido præsidio contra Wittembergēsium copias munit. a. 1546. n. 107.
Franciscus Dauolos Marchio Vasti auctor creditus necis Cæsari Fregoſio, & Antonio Rinconio illatæ. a. 1541. n. 48.
Niciam à Turcis, & Gallis obsessam liberat. a. 1543. n. 39.
Franciscus Donatus Venetiarum Dux ad societatem armorum incundam contra Hæreticos à Pontifice inuitatur. a. 1546. n. 101.
Franciscus Frangepan. in Hungariam ad profligandam hæresim missus, de periculis Regni Pontificem monet. a. 1534. n. 7.
Franciscus Galliæ Rex pro liberando è vinculis Card. Fischerio nauat operam. a. 1635. n. 7.
Sollicitatur à Pontifice contra Regem Angliæ. n. 13.
Tentatur ab Henrico Anglo, vt ab Ecclesiæ vnitate desciscat. n. 14.
Præclarum eius responsum de Religone nunquam deserenda. nu. 14. 22.
Sacramentarios infames contra Eucharistiam libellos euulgantes coërcet, & punit, atque Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum summa veneratione delatum facem gestans comitatur. n. 22. 23.
Ab Hæreticorum consortio, quam longè fugiendum, à Card. Turnonio edocetur. n. 23.
Io. Caluinus audacter suam institutionem Francisco Regi ad decipiendos subditos nuncupat. n. 23.
A Pontifice in societatem armorum contra Solymannum frustra inuitatur. n. 45. 46.
Decimæ Ecclesiast. bonorum ei conceduntur quibusdam conditionibus. n. 46.
Mediolani Ducatum sibi concedi optat. n. 57.
Arma in Sabaudiam mouet, vt indè Italiam in suam redigat ditionem. n. 57. a. 1536. n. 11.
Bellorum omnium causam cùm in Franciscum reiecisset Carolus V. coram Pontifice, & Card. a. 1536. n. 6. ipse illius technas patefacit. n. 13.
Pacis leges Carolo V. ab ipso propositę respuuntur. n. 11.
A Pontifice ad paeem vrgetur. n. 12.
Ad commeatus Cæsari impediendos flammis cunctas Prouinciæ Regiones vastat. n. 17.
Ad Preces Pontificis congressu exercituum abstinet. n. 20.
Hisdino in Belgijs expugnato, armisque in Insubriam delatis, Solymannum ad inferenda Carolo V. damna incitat. num. 22. & a. 1537. n. 21.
Ad affinitatem cum Rege Scotiæ contrahendam à Pontifice sollicitatur, ac ne contra Populos Anglię in Henricum excitatos moueat arma. a. 1536. n. 30.
Ad pacem à Pontifice per *literas*, & Nuntios vrgetur. a. 1537. n. 2.
Pacis admittit consilia, modò Mediolanensis Ducatus in Aureliæ Ducem conferatur. n. 32.
Obedientiam Pontifici cum duobus liberis, ac Regni nobilibus Niciæ præstat, & cum eo longum habet colloquium. a. 1538. n. 12.
Colloquium cum Carolo V. refugit. n. 12.
Conditiones pacis incundæ Pontifici proponit. n. 15.
Gandauenses à Cæsare ad se deficientes in clientelam suscipere magnanimiter recusat. a. 1539. n. 32.
Belgij defectionem ipsi Cęsari enūciat. ibid.
Spe Mediolanensis Ducatus illectus, cæteras omnes pacis conditiones respuit. a. 1540. n. 11.
Pro morte Cęsari Fregoſio, atque Antonio Ringonio illata à Carolo Quinto satisfactionem frustrà postulat. a. 1541. n. 54.
Georgium Austriacum Archiepiscopum Valentinum, & Episcopum Leodiensem per Lugdunum transeuntes detineri ob id iubet. nu. 54.
In gratiam Pontificis dimittit. n. 61.
Pontifex pro inducijs obseruandis cum Cæsare per Nicolaum Ardinghellum fortiter apud ipsum agit. n. 54.
Oratorem ad Conuentum Spirensem Franciscum Oliuarium mittit. a. 1542. n. 9.
Quintuplici exercitu contra Cæsarem arma mouet irrito successu. a. 1542. n. 29. 30.
A Pontifice ad colloquium cum Cæsare ineundum, atque inducias firmandas incitatur. a. 1542. n. 33.
Causam differendæ pacis à se in Cæsarem auertit. n. 35.
Fœdus cum Turcis in magnum sui nominis dedecus percutit an. 1543. n. 46.
Frustrà de eo purgare se nititur. n. 46. 47.
Eius Oratores à Norimbergen. ac Spirensi conuentu post fœdus cum Turcis initum pulsi. n. 47. 48. a. 1544. n. 2.
Hostis Imperij in Spirensi Conuentu declaratur. n. 16.
Coram Pontifice Hispani Oratores contra ipsum agunt, quod cum Lutheranis amicitiam coleret, eisque fauorem præstaret. a. 1543. n. 52.
A Turcica confœderatione se diuellit. a. 1544. n. 17.
Pijs eius facinoribus prosperum dat Deus exinde incrementum. ib.
Ad pacem cum Carolo V. compo-
nen-

nendam certis quibusdam legibus inducitur. a.1544. n. 24.
A Pontifice propterea commendatur. n.24.
Ad Regem Angliæ inuadendum auxilia poscit. n.28.
Concilium Tridentinum maturari rogat. ib.
Francisci Regis iussu Meloduni à pluribus Theologis congregatis Catholica veritas illustratur. a. 1544 n.37.
Principes Wormatiæ congregatos, vt dissensiones ad Concilium Tridentinum referant, frustra per suos Oratores monet. a. 1545. n. 21.
Præsules Tridentum missos in Galliam reuocat. n. 31.
Scotis contra Anglos suppetias mittit, quæ tamen proditione Comitis Lenoti irritæ cessere, n. 57.
Hæresim mira seueritate coërcet. n.57. & n. 1546. n. 97.
Ad belli contra Hæreticos societatem à Paulo III. imitatur. n.96.
Eius laudes à Petro Danesio Oratore suo in Concilio Tridentino referuntur. a.1546. n.121.
Pro tuenda vnitate Ecclesiæ, eiusque Capitis, quàm strenuè insudauerit. ib.
Pacem cum Anglis componit. a. 1546. n. 149.
Bellum iterum contra Carolum Quintum meditatur. a. 1547. n. 106.
Veteum à proposito dimoueret Paulus III. Cardinalem S. Georgij Legatum mittit, ib.
Genuensem coniurationem Ludouici Fliscí creditus est fouere. n. 107.
Moritur n.116. eius Elogium. ib.
Franciscus Galliæ Regis Delphinus ex ludo pilæ æstuans epota intemperanter aqua moritur, a. 1536. n. 18.
Franciscus Henricus Societatis Iesu. per epistolas ipsum Trauancoræ strenuè laborantem S. Franciscus Xauerius consolatur. a.1548. n.85.
Franciscus Marsupinus de Hungariæ statu Pontificem monet. a. 1538. n.31.
Franciscus Olmarius Galliarum Regis Orator in Hagenoensi Conuentu fidei Catholicæ dogmata in controuersiam non adducenda proponit. a.1540. n.48.
In Spirensi Conuentu orationem habet. a. 1542. n. 10.
In malam partem accipitur eius oratio, quòd dixisset Arces Hungariæ à Turcis possessas non iterum tentandas, ideòque ante expletum conuentum dimittitur. ibid.
Franciscus Quignones Card. tit. Sanctæ Crucis Legatus ad Regem Romanorum pro pace decernitur. a.1536. n.14.
Franciscus de Rohan Henrici II. Galliarum Regis nomine Legationem apud Pont. obit. a. 1547. n.119.
Turpis illius à Catholica Ecclesia defectio. ib.
Franciscus Sfondratus Archiepiscopus Amalphitanus ad Spirensem Conuentum, ac simul ad Ferdinandum Romanorum Regem Nuntius cum præceptionibus, ac mandatis à Pont. mittitur, a. 1543. n.49.
In Belgium ad Cæsarem pro pace compositа gratulatorius Nuntius à Paulo Tertio mittitur. a. 1544. n.33.
Sacra purpura donatur. n.40.
Ad Cæsarem pro pacis custodia iterum Legatus. a. 1547. num. 106.
Reuocatur. a.1548. n.65.
Negotium electionis Armeniorum Patriarchæ ipsi, ac Cardinalibus Ceruino, & Crescentio committitur. a.1549. n.35.
Franciscus Sfortia Dux Insubriæ nullis relictis liberis moritur. a.1535. n.57.
Eius mors tumultuum occasio inter Reges. ib.
Franciscus Toletanus Orator Cæsaris ad Conc. Tridentinum Patres in congregatione alloquitur. a. 1546. n.44.
Cæsaris mandato, vt suo nomine in Congregationibus votum proferret quomodo responsum. nu. 45.
Franciscus Card. Turnonius Commendatur Card. Turnonio Hieronymus Dandinus in Gallias pro pace procuranda à Pontifice directus. a.1541. n.50.
Res Catholicas in Gallijs egregiè propugnat. a.1544. n.37.
S. Franciscus Xauerius Societatis Iesu à Paulo Tertio ad Euangelium prædicandum in Indias Apostolici Legati titulo mittitur. a.1540. n.66.
Monita illi à Pontifice in discessu data. ib.
Egregij illius pro animabus Christo lucrandis in Indijs labores. a.1543. nu.60. a. 1544. nu.39. a. 1546. n. 152.
Plures mortuos ad vitam reuocat. a.1543. n.60. a.1549. n.42.
Eius in declinanda gloria humilitas. a.1543. n.60.
Cælitus accepta pecunia mendico subuenit. a.1544. n.39.
Eo Sacrum operante in Insula Mantica, terra contremiscit. a. 1546. n.152.
Victoriam de infidelibus ab exercitu Christiano reportandam prædicit, an. 1547. num. 136.
Cælestium consolationum pabulo inter extremos labores recreatur. a.1548. n. 85.
Suis epistolis Franciscum Henricum in fidei prædicatione strenuè laborantem consolatur. ib.
In Iaponiam Euangelium fæliciter inuehit. a. 1549. nu. 36. & seq.
Mira sancti viri abstinentia. num. 39.
Crucis venerationem in Iaponia reperit. n.37.
Virtutes, prædicatio, ac miracula Sancti Francisci Xauerij. n. 41. & seq.
Fridericus Palatinus in Ratisbonensi Conuentu Cæsaris nomine orationem habet, a.1541. n.6.
Disputationibus præest, n.7.
De eius sincera fide ambigitur. ibid.
Hæresi manifestè polluitur. a.1546. n.105.
De temerata Religione, spretaque Maiestate veniam à Carolo Quinto expoſcit. n.114.

G

Gabella. Vide *Vectigal.*
Gabriël Gusmanus Francorum Reginæ Piacularius Sacerdos pacem inter Carolum Quintum, & Franciscum I. strenuè promouet. a. 1544. n.23.
Gallia. Galli Maranum Austriacorum Oppidum in paludibus Venetorum occupant. a. 1542. nu. 18.
Minantur Solymanno illud cedere, ni Austriaci ab incæpto desistant. nu.20.
Gallia Caluinismo fœdè inficitur. a.1542. n.52. a.1549. n.33.
Galli Oratores Norimberga, ac Spira post fœdus cum Turcis initum proscripti. a.1543. n.47.48.
Apologiam pro Francisco Rege euulgant. ibid. 47.
Gallos à Cæsare auertere summo conatu Protestantes nituntur. a. 1545. n.33.
Galliarum Regis Oratores in Concilio Tridentino admittuntur, & de loco eis dando suborta controuersia sopitur. a. 1546. n. 119. 120. Recusant primæ Concilij sessioni interesse, & quare *l* a. 1547. n.6.
Gallorum Regum in Ecclesiam Romanam beneficentia, & dilectio. a.1546. n.121.
Gallorum Regum exaltationem, sublimationem esse Sedis Apostolicæ scripsit Innocentius III. ib.
Galli Præsules, translato Bononiam Tridentino Concilio, Ferrariæ subsistunt, donec controuer-

trouerſia de tranſlatione facta dirimatur. a.1547. n.60.
Galli pro Scotis contra Anglos pugnant. a. 1547. n. 115.
Galli Cardinales nituntur, Pontificem à mittendis in Germaniam Legatis cum diſpenſationum facultate auertere, ne Cæſaris potentia nimiũ excreſceret. a. 1548. n.49.
Galli conuentum apud Molinum cogunt, vt Epiſcopos pro reformatione Romam mittendos deligant. a. 1548. n. 73.
Mentem ſuam ſcripto produnt. ib.
Gandauenſes contra Carolum Quintum rebellant. a. 1539. n. 32.
Renuit ipſos in ſuam clientelam accipere Franciſcus Primus Galliæ Rex. ib.
Veniam ſuppliciter à Carolo poſtulant. a. 1540. n. 3.
In coniurationis Principes gladio animaduerti iubet Carolus. ib.
Reliquis, certis imperatis Legibus, parcit. n. 3.
Gangræna ope Sancti Caietani Thygnæi ſanatur. a. 1547. n. 136.
Gaſpar de Anaſos Archiepiſcopus Compoſtellanus Card. creatus in pectore reſeruatur. a. 1541. n. 63.
Pronunciatur. a. 1544. n. 40.
Gaſpar Berzæus Societatis Ieſu in Regno Armuzienſi egregiè pro Euangelio propagando laborat. a. 1549. n. 44.
Apoſtatam ad fidem per epiſtolas à ſe reuocatum, ideòque à Mahometanis occiſum, velut Martyrem veneratur. ib.
Crudelia Ethnicorum ſacrificia ſuſtulit. ib.
Eius virtus apud Saracenos prius habita ludibrio, poſtea admirationi. ib.
Splendidam veſtem ab illis exhibitam cum paupere ſua tunica renuit commutare. n. 44.
Gaſpar Cardillus Caroli Quinti in concedendo *Interim* impietatem reprehendit. a. 1548. n. 64.
Gaſpar Contarenus Venetus D. Marci Procurator, creatur Card. Sanctæ Mariæ in Aquiro. a. 1535. n. 7.
Pro Concilio celebrando deputatur. a. 1536. n. 4.
A Io. Cochlæo de Philippi Melanchonis, & Martini Buceri pacem expetere ſimulantium fraudibus admonetur. a. 1539. n. 2.
Legatus in Germaniam creatur. a. 1541. n. 1.
Inſtructio illi data pro Germanica Legatione obeunda. ib.
Ratisbonenſi Conuentui intereſt. a. 1541. n. 5.
Indicium ſuum de libro Concordiæ Ratisbonæ exhibito declarat. n. 14.
Calumniam idcircò paſſus ſe purgat. n. 15.
Tolerantiam cum Hæreticis, quam plures expetebant, conſtanter admittere recuſat. n. 18. 33.
Carolo Quinto Concilium proponit. n. 26.
Edito libello Imperij Ordinibus demonſtrat, controuerſias fidei in Nationali Concilio dirimi non poſſe. a. 1541. n. 28.
Pro reformandis Eccleſiaſticorum moribus plures Germaniæ Epiſcopos congregat, ac diſciplinæ inſtaurandæ neceſſitatem graui oratione patefacit, n. 29.
Carolo V. formulam de redintegranda Eccleſiaſtica diſciplina à ſe exaratam offert. n. 30.
Fœdus inter Pontificem, Cæſarem, Romanorum Regem, & Principes pro defenſione Catholicæ fidei ſancit. n. 33.
Lutheranorum errores debita cenſura damnat. n. 37.
Contra ipſum ſcriptis inſurgunt. ibid.
Contareni famæ non Hæretici tantùm, ſed æmuli quoque Catholici Romæ detrahunt. n. 38.
Purgat ſuam innocentiam datis ad Pontificem literis, à quo miris laudibus, & Bononienſi Legatione decoratur. ib.
Carolum Quintum in Italiam deſcendentem Legati Apoſtolici titulo comitatur. 38.
Mediolanum ingrediens Carolus V. ſuo lateri comitem honoris cauſa Contarenum adhibet. ib.
Pro pace impetranda Legatus iterum ad Carolum Quintum decernitur. a. 1542. n. 22.
Antequam legationem illam ineat Bononiæ decedit. n. 23. 24.
Diluitur calumnia ipſi illata, quòd Ochinum fidei, ac Religionis deſertorem ſuis ſermonibus in Apoſtaſia confirmarit. nu. 24. 25.
Eius virtutes, ac in obitu conſtantia. ib. & n. 23. 26.
Plura ſui ingenij reliquit monumenta. n. 26.
Quædam eius ſententiæ in inuidiam adductæ, ab Eckio defenduntur. n. 42.
Gaſpar Quaramier Hallenſis Lutheri, eiuſque ſectæ inſaniam ex eo commentariolo oſtendit. a. 1535. n. 19.
Captus in Smalcaldico bello, ſquiſſimis ab eiſdem excruciatur tormentis. ibid.
Gaſpar à Regibus Ordinis Prædicatorum Theologus, à Rege Luſitaniæ ad Tridentinum Concilium mittitur. a. 1545. n. 45.
Generales Ordinum Regularium ad ſuffragium ferendum in Concilio admittuntur. a. 1545. n. 46.
Geneua à Guilelmo Farello impoſtore primùm, deinde à Caluino dementata, hæreſeos Metropolis euadit. a. 1535. n. 25.
Infame huius facinoris monumentum ibi exaratum. ib.
Genua Gallorum armis obſeſſa, Cæſarianis ſuppetijs liberatur. an. 1536. n. 18.
Contra Genuam coniurat, irrito tamen conatu, Io: Ludouicus Fliſcus. a. 1547. n. 107.
Pœnæ de coniuratis ſumptæ. 108.
Placentiam Oratores ad obedientiam Paulo III. præſtandam Genuenſes mittunt. a. 1538. n. 10.
Georgius de Ambaſia Gallus Cardinalis creatur. a. 1545. n. 60.
Georgius Archiepiſcopus Armacanus hæreſis accuſatus illius Eccleſiæ adminiſtratione priuatur. a. 1539. n. 36.
Georgius de Auſtria Archiepiſcopus Valentinus, & Epiſcopus Leodienſis iuſſu Franciſci I. in cuſtodia detinetur. a. 1541. n. 54.
Eius liberatio à Pontifice impetratur. n. 60. 61.
Georgius Dauid Maior ſe Chriſtum mentitur. a. 1543. n. 59.
Georgius à S. Iacobo Ordinis Prædicatorum à Rege Luſitaniæ ad Tridentinum Concilium mittitur. a. 1545. n. 45.
Georgius Saxoniæ Dux ſtrenuus Catholicæ fidei propugnator. a. 1537. n. 12.
Petrus Veſtrius Apoſtolicus Nuntius plura circa fidei conſeruationem cum eo agere iubetur. ib.
A Lutheranis vnà cum filio veneno ſublatum fuiſſe communis peſtebuit fama. a. 1539. n. 18.
Eius pia mors refertur. ib.
Religionis Catholicæ tuendæ cupidiſſimus. n. 19.
Henricum, cæteroſque fratres, ſi à Catholica Religione deſciſcerent, ditione exhæredatos, ſupremis tabulis decreuit. a. 1539. n. 19.
Georgius Varadienſis Epiſcopus accuſatus malorum Hungariæ præcipuus auctor. a. 1541. n. 47.
Georgius Kildariæ Comes Hibernus ab Henrico VIII. ob fidem Catholicam vexatus fuga dilabitur. a. 1541. n. 40.
Leodienſi Epiſcopo a Pontifice commendatur. ib.
Epiſtolis Pontificijs confirmatus. n. 41.
Gerardus Veltruuichus à Carolo V. ad Solymannum pro iuducijs firmandis Orator mittitur. a. 1545. n. 55.
Germania. Pax Germaniæ in rebus Religionis quibus modis obtinenda. a. 1540. n. 16. vſque ad 24.
Quàm deformis eius facies, poſtquam à fide Catholica defecit. n. 33.
Principes Catholici Germaniæ à Cæſare Concordiæ librum in Ratiſ-

Ratisbonensi Conuentu exhibitum, expendere iubentur. a. 1541. n. 13.
Quid responderint. n. 16.
Augustano Recessui adhærere statuunt. ib.
Concilium in Germania celebrari non approbant. n. 26.
Germani seueriſſimo edicto sub Rege Galliæ militare vetantur. numer 32.
Germaniæ Episcopi per Procuratores Concilio adesse poscentes, non admittuntur. a. 1543. numer. 9.
Post varias disceptationes id ipsis conceditur. a. 1545. n. 34.
Principes Germaniæ per Epistolas ad pacem à Pontifice incitantur. a. 1543. n. 51.
In Germania, excepta Quadragesima, lacticinia in ieiunijs toleranda. a. 1548. n. 70.
Quomodo de direptis ab Hæreticis Ecclesiasticis bonis in Germania transigendum. a. 1548, n. 71.
Reformationes Ecclesiasticorum in Germania promouentur. an. 1541. n. 29. a. 1548. n. 71.
Germani cuiusdam à Mahometismo ad fidem Catholicam reductio, ac susceptа pro eadem pretiosa mors. a. 1549. n. 44.
Gladius. Io. Caluinus suæ institutioni gladium flammeum apposuit cum emblemate, *Non veni pacem mittere, sed gladium*. a. 1535 n. 23.
Gladius consecratus Andreæ Auriæ Archithalasso Cæsaris à Pontifice mittitur. a. 1535. n. 48.
Regi Scotorum. a. 1537. n. 40.
Sigismundo Poloniæ Principi. a. 1539. n. 21.
Goa Indiarum Ciuitas S. Francisci Xauerij incolatu illustratur. an. 1549. n. 36.
Leucas amplius mille trecentas Iaponia abest. n. 37.
Socios Goæ relinquit in Iaponiam ingrediens S. Franciscus Xauerius. n. 40.
Plures Bonzios in Goano Collegio bonis artibus instituendos mittit. n. 41.
Gratia. De certitudine gratiæ in Concilio disceptatur. a. 1546. n. 134. 135.
De gratia Dei nemo potest esse certus certitudine fidei. a. 1546. num. 5.
Gregorius Cortesius Ordinis S. Benedicti in Sacrum Cardinalium Collegium cooptatur, anno 1542. n. 58.
Guido Ascanius Sfortia Card. creatus Bononiæ ab Archiepiscopo Sipontino pileo rubeo insignitur. a. 1534. n. 14.
Forma iuramenti ab ipso tunc præstiti. n. 15.
Guilielmus Cliuiæ Dux ob fœdus cum Gallo initum Imperij hostis in Ratisbonensi conuentu declaratur. a. 1541. n. 32.
In gratiam cum Cæsare redit. a. 1543. n. 41.
Pro Federico Saxoniæ Electore apud Carolum Quintum intercedit. a. 1547. n. 103.
Guilielmus Farellus Delphinas primus Gebennensem Ciuitatem hæresi infecit. a. 1535. n. 25.
Guletta Arx à Carolo V. in suam potestatem redigitur. a. 1535. n. 50. 52.
Gymnasia in Anglia opera Cardinalis Roffensis extructa. a. 1535. num. 9.

H

Hagenoa Alsatiæ Vrbs. Conuentus Spirensis pestilentiæ causa Hagenoam transfertur. a. 1540. n. 32.
Acta ibidem. n. 45. 46.
Leges ibi constitutæ recensentur. 47.
Hagenoensi Conuentui interesse recusat Marcellus Ceruinus, & quare? a. 1540. n. 32.
Infeliciter dissoluitur. n. 50.
Hassia à Maximiliano Egmondano Burani Comite depopulata. a. 1546. n. 112.
Heluetij suppetias Geneuẽsibus contra Sabaudiæ Ducem ferunt. a. 1535. n. 27. item Regi Galliarum. a. 1536. n. 17.
Lausanam hæresi contaminant. n. 27.
Heluetij Catholici Defensorum libertatis Ecclesiasticæ titulo à Pontifice decorantur. ibid.
Ne tàm iniquo tempore arma contra Hæreticos, salua tamen fide Catholica, capessant, admonentur, ib.
Stipendia pro mille scloperarijs ad ipsorum defensionem statuit Paulus. ib.
Ad arma contra Turcas [suscipienda à Pontifice inuitantur. a. 1541. n. 45.
Heluetij cùm Catholici, tùm Hæretici ad Concilium inuitantur. a. 1542. n. 44. a. 1543. n. 18. a. 1546. n. 57.
A Pontifice monentur, vt controuersias de Religione exortas Concilio dirimendas relinquant. a. 1544. n. 31.
Petrus Paulus Vergerius apud Heluetios hæresim disseminat, an. 1546. n. 29.
Eorum à fide Catholica defectionem deplorat Pontifex. a. 1546. n. 66.
Hercules Cardinalis Gonzaga amplissima potestate cõtra quoscumque in Mantuana Diœcesi hæresim sapientes instruitur. a. 1545. n. 51.
Hercules Seuerolus Promotor Concilij contumaciam Prælatorum absentium palàm accusat. a. 1547. n. 22.
Processum translationis Concilij Tridentino Bononiam, Pontifici cognoscendum defert. a. 1548. n. 36. 38.
Henricus Anglia Rex VIII. Eius corrupti mores recensentur à Reginaldo Polo. a. 1534. n. 9.
Versus in rabiem contra Romanam Ecclesiam se caput Ecclesiæ Anglicanæ declarat. anno 1535. n. 1.
Papæ vocabulum lituris vndique obduci, & abradi iubet. n. 2. a. 1536. n. 28.
Reginaldum Polum, eiusque familiam, pluresque Catholicos, ac præcipuè Religiosos ad mortem quærit, & cruciatibus exagitat. a. 1535. n. 2. 3.
Ioannem Card. Fischerum morti addicit. n. 7.
Nequior Henrico II. qui Sanctum Thomam Cantuariensem occidit. n. 10.
Contra eius tyrannidem Pontifex Principes commouet. n. 11. 12. 13.
Regem Galliæ, vt ab Ecclesia desciscat, fruſtrà sollicitat Henricus. n. 14.
Thomam Morum variè tentatum demùm iubet occidi. n. 15.
Sententia excommunicationis contra ipsum, eiusque fautores à Paulo intentata. n. 18.
Ad ipsum Catharina Regina morti proxima literas mittit. a. 1536. n. 25.
Ianæ Semeriæ Regiæ famulæ amoribus irretitus Annam Bolenam cum suis procis adulterij conuictam capite plectit. n. 26.
De noua condenda in Anglia Religione consilia agitat. n. 27.
Synodo Episcopali indicta consultationem de Papæ Primatu haberi vetat. ib.
Quæ egerit contra Ecclesias, & Monasteria, & Sacramenta. num. 28. 29.
Vectigalibus nimijs imperatis contra ipsum plures Prouinciæ rebellant. n. 30.
Blandis promissis fraudulenter sedat tumultus. n. 31.
Iacobum Scotiæ Regem in suam societatem fruſtrà pellicere tentat. n. 32.
Religiosos triginta sex Ordinis Sancti Francisci crudeli morte afficit. 1538. n. 44.
S. Thomam Cantuariæ Archiepiscopum in iudicium vocat, eiusque corpus exhumari, & comburi mandat. n. 45. 46.
Celebriores Sanctorum Imagines de

Digitized by Google

de medio tolli, ac Martyrum monumenta deijci iubet. n.44.
Monasterium Sancti Augustini, expulsis Monachis, in bestiarum carabulum conuertit. n.46.
Contra ipsum ad decretoriam damnationis sententiam procedere statuit Pontifex. n.46.
Cæsarem in ipsum commouere Alexander Cardinalis Farnesius Legatus Apostolicus molitur. a. 1539. n.24.
Scriptum nefarium aduersùs Pontificem edit. n.35.
Contra Lutheri sectam leges aliquot promulgat. ib.
Protestantes falsitatis arguit, ac cum ipsis conuenire recusat. a. 1540. n.60.
Ob expilata Monasteria in summã pauperiem iusto Dei iudicio redactus. n.64.
Pro cogenda pecunia multa molitur. ib.
Catholicos plurimis tormentis vexatos vnà cum Zuinglianis pœnis afficit. ib.
Oratores ad Ratisbonense colloquium mittit, vt ad Catholicam Ecclesiam iterum redeat. a.1541. n. 39.
Superbia tamen ipsius interuertente consilium euanuit. ib.
Hibernos ob fidem Catholicam vexat, seque Hiberniæ Regem, non vt antea Dominum, appellari iubet. n.40.
Scotiæ Regem bello lacessit. an. 1543. n.54.
Bononiam in ora Piccardiæ Vrbem obsedit. n.18.
Cæsaris exercitui se iungere, nisi Bononia recepta, recusat. ib.
Pacem cum Gallis conficit. an. 1545. n.57.
Insidias Card. Polo ad Concilium processuro molitur. anno 1545. n. 3.
Arma contra Gallias mouere frustrà nisus, pacem hortatu Caroli V. cum Francisco I. componit. a.1546. n.149.
Ad obedientiam Sedis Apostolicæ morti proximus cogitans redire, arcano Dei consilio, à quodam Episcopo fallaciter dimouetur. 1546. n.120.
Eius infelix mors. ib.
Postquam ab Ecclesia discessit, in plurimas calamitates decidit. n. 121.
Extrema illius verba *Perdidimus omnia.* ib.
Carolum V. Imperatorem Eduardo filio tutorem dicit. n. 122.
Monachorum nomina, quos nece fustulerat, intermortuis vocibus, animam efflaturus, conscientiæ stimulis agitatus, ingeminat. n. 121.
Henricus Borgia Episcopus Squillacensis Cardinalis renuntiatur. a. 1539. n.38. obit. ib.
Henricus Brunsuicensium Dux. Eius literæ casu ad manus Lantgrauij Hassiæ delatę multum Catholico fœderi nocuerunt. a.1539. n.2.
A Saxone, & Lantgrauio ditione expellitur. a.1542. n.37.
A Pontifice per epistolas confirmatur. ib. & a.1547. n.115.
Norimbergæ in Conuentu Cæsaream fidem, & clientelam implorat. a.1543. n.42.
Ab exercitu perduellium cum Carolo filio captus, victusque est. a.1545. n.55.
Eius liberationem impetrari vetat Lutherus. ib.
E carcere eductus Philippi Lantgrauij aduersarij sui deiectionem intuetur. a.1547. n.105.
Ob fidem Catholicam in suam ditionem restitutam à Pontifice laudatur. a.1549. n.4.
Henricus Galliæ Delphinus à Pontifice ad suadendam Francisco Patri pacem vrgetur. an.1542. nu. 28.
Perpiniani obsidionem soluere cogitur. n.29.
Idem Galliæ Rex factus suspensionem Concilij suadet. a.1547. n.60.
Rhemis coronatur. a.1547. n. 83. & 119.
Translationem Concilij Tridentini Bononiam tueri, ac Præsules Gallos illuc accedere iubet. an. 1547. n.83.
Consolatorias à Pontifice epistolas super obitu Francisci Patris accipit. n.117.
Cardinalis Sancti Georgij Legatus ad eum dirigitur, qui de Patris morte doleat, ac de parto Regno gratuletur. n.118.
Rogatur, vt Cardinales, & Episcopos sui Regni decreto de Episcopatuum pluralitate tollenda obedire curet. ib.
Læta Henrici primordia in coërcendis Hæreticis, languidi consecuti progressus sibi, suæque stirpi exitiales, n. 119.
Ad Pontificia iura, & Cõcilij translationem tuenda paratum se exhibet. a.1548. n.15.
De fœdere inter Pontificem, & ipsum sanciendo agitur. n.65.
Bononiensem expeditionem contra Anglos feliciter suscipit. an. 1549. n.32.
Contra Hæreticos edicta promulgat. n. 32.
Henricus Lusitanus è Bracharensi ad Eborensem Sedem transfertur. a. 1540. n.65.
Cardinalis creatur. a. 1545. n. 59. 60.
Rubrum Galerum ipsi mittit Pont. atque vt in Lusitania consistere posset indulget. a.1546. n.178.
Henricus Grassius Pseudo-apostolus Anabaptistarum agnito errore in Ioannem è Bokelson suum Regem insurgit. a.1535. n.39.40.
Henricus Saxo ditionem suam hæresi inficit, ac Lutherum accersit. a.1539. n.19.
Hereberga à Lutheranis obtinetur. a.1546. n.107.
Hæretici in Anglia varia commenta contra Pontificem effutiunt. a. 1534. n.10:
Item Genevæ. a.1535. n.25.
Ipsos resipiscentes Paulus III. benignè excipit. n.28.
In Conuentu Smalcaldico Pont. Doctoresque Catholicos contumelijs lacessunt. a.1537. n.37.
Catholicos crudelitatis arguunt. a.1540. n.60.
Galliarum, & Angliæ Regem in suas trahere partes nituntur. ib.
Ad Concilium inuitantur. a.1542. n.44. a.1543. n.8.
Plurima, & falsissima Catholicæ Ecclesiæ imponunt. anno 1546, n. 91.
Cæsareum iugum excutere nituntur. n.93. 105. 107.
Contra ipsos Cæsar cum Pontifice fœdus sancit. n.94.
Cum ipsis disputare, parum proficuum. n.91.
Iudiciariam in ipsos seueritatem exercet Franciscus I. n.97.
Contra ipsos ad arma venitur. a. 1546. n.106.107.
Hæreticorum libri à Venetis grauibus edictis proscribuntur. a. 1546. n.146.
Hæreticorum errores circa Sacramenta. a.1547. n. 24. 31. 58. 64.
Circa Missæ sacrificium. a.1547. n. 69.
Illusoriè Carolo V. spondent, se Tridentino Concilio submissuros. a.1547. n.89.91.92.93.
Libros suos Catholicis Principibus dolosè inscribunt ad suspicionem inijciendam, quod ipsis fauerent. a.1547. n.116.
Henricus II. Galliæ Rex contra ipsos acriter initio sui Regni insurgit, remissior verò factus sibi, suæque stirpi exitiũ comparauit. a.1547. n.119. a.1549. n.32.
Initio vulpes, progressu temporis leones euadunt. a.1548. n.64.
Carolo V. suis nenijs illudunt. n.64.
Hæreticos ad Ecclesiam redeuntes dignitatibus etiam Ecclesiasticis admoueri posse, indulget Paul. III. a.1548. n.68.
Impudentissimis libellis Pontif. proscindunt. a. 1549. n. 23.
Hermannus à Weda Archiepiscopus Colonien. à Bucero dementatus in hæresim fœdè prolabitur. a.1543. n. 21.

Missam lingua vernacula publicè celebrat, aliaque multa indigna patrat facinora. n.29.
A Paulo Tertio ad resipiscentiam frustrà inuitatur. ib.
A Carolo V. molliter nimis tractatus, a.1544. n.10.
Reformationem secundùm Buceri mentem Imperatoris calculo approbare tentat. ib.
Colonienses Catholici contra ipsum viriliter insurgunt, num.11. 12.
Hermanni causa coram Pontifice agitatur, n.15.
Ad dicendam causam Romam vocatus non comparet. a.1545. n.55.
Gradu Archiepiscopali à Ponrifice deijcitur. an. 1546. nu. 107. 104.
Hibernia. A Pontificibus Regnum Hiberniæ, Angliæ Regibus Dominatus titulo attributum. an. 1541. n. 40.
Propter Catholicam fidem ab Henrico VIII. vexatur. ib.
Regem se Hiberniæ, non vt antea, Dominum appellari vult Henricus VIII. ib.
Pro fide Catholica strenuè in Henricum insurgit, a.1541. n.41.
In Hiberniam Paulus III. duos Societatis Iesu Presbyteros ad fidem Catholicam fulciendam mittit, a. 1541. n.41.44.
Eorum in fide Catholica constantiam Pont. suis epistolis commendat. a.1547. n.125.
Hieronymus Aleander Forciuliensis Archiepiscopus Brundusinus Venetijs Romam pro disponendis Concilij rebus euocatur, an. 1534. n.3.
Eiusdem celebrationi curandæ deputatur. a.1536 n.3.
Cardinalis creatus ad Vicentiæ indictum Concilium Legatus mittitur. a.1538. n.9.
In Hungariam Legatus decernitur, n.39.
Bohemorum ad Ecclesiam reductio ipsi demandatur. n. 39.
A Iacobo Sadoleto præcipuis laudibus extollitur. n.47.
In Germania concordiam sarcire diù, multumque frustrà tentat, ac demùm fatigatus, spesque omni deiectus, Romam redit. n. 40.
De rescindendo Francfordiensi decreto apud Pontificem, & Car. V. fortiter agit. a. 1539. n. 8.
Legatus Concilij declaratur, num. 25.
Hieronymus de Capiteferreo Recinetensis in Lusitania Concilium indicit. a.1537 n.5.
S. Georgij ad Velum aureum Card. renuntiatur. a.1544. n.40.
In Galliam Legatus missus, an. 1547. nu.118.
Hieronymus Dandinus Cæsenas à Paulo III. ad promouenda pacis consilia in Galliam dirigitur, a.1541. n.50.
Card. Turnonio commendatur. ib.
Idem iam Casertanus Episcopus iterum in Galliam gratulatorius pro pace confecta Nuncius amandatur. a.1544. n.33.
Hieronymus Fracastorius Concilij Tridentini Medicus Morbum Ciuitatem illam inuadentem Epidemicum, voce, & scripto testatur. an. 1547. n.45.48.
Hieronymus Ghinuccius è Cameræ Apostolicæ Auditore Card. creatur tit. Sanctæ Balbinæ. a. 1535. n.7.
Hieronymus Martinengus ad Regem Poloniæ Nuntius mittitur. a. 1548. n.82.
Hieronymus Oleaster Ordinis Prædicatorum Lusitaniæ Regis nomine orationem ad Synodum Tridentinam habet. a.1545. n. 44. 45.
Non admittitur vt Orator, sed tantùm, vt Theologus. ib.
Hieronymus Rorarius ad Regem Poloniæ Nuntius à Paulo III. mittitur. a.1539. n.20.
Item in Hungariam. n.28.29.
Hieronymus Seripandus Ordinis Sancti Augustini eius de iustificatione sententia. a.1546. n.131.
Hieronymus Verallus Rotæ Auditor. instructio illi data, cùm ad Regem Romanorum Nuntius mitteretur. a.1541. n.69.
Creatur Archiepiscopus Rossanensis, atque Alex. Card. Farnesio in Legatione Cæsarea contra Hæreticos sufficitur. an. 1546. num. 113.
Presbyter Card. tit. S. Martini in Montibus renunciatur. a. 1549. n. 45.
Hierosolymitani Equites Decimarum onere leuantur. a.1534. n.4.
Vt suam cum Pontificia classem aduersus Turcas iungant, à Paulo III. iubetur. a.1543. n.37.
Carolo V. & Henr. II. à Pontifice commendantur. a.1548. n.84.
Pro defendenda Tripoli laborant. n.84.
Hippolitus Estensis Diaconus Card. creatur. a.1538. n.47.
Hippolitus Card. Medices iussu Clementis Septimi promotionē Farnesij ad Pontificatum promouet. a.1534. n.1.
Perusinam Legationē administrat. a.1535. n.58.
Hispania. Pragmatica in Hispania Ecclesiasticę libertati obnoxia discutitur. a.1543. n.52.
Oratores Hispani contra Franciscum Gallorum Regem cum Pontifice pluribus agunt, a. 1543. n. 45. 52.
Hispani Præsules Tridenti, translato Bononiam Concilio subsistunt. a.1547. n.51.52.57.
Bononiam inuitantur. n.61.
Decem Hispanorum militum egregium facinus pro adducendis ad Cæsarem Saxonum nauibus. a. 1547. n.100.
Præsules Hispani Tridenti subsistentes literis demissis se apud Pontificem excusant. n.39.
Eorum literæ ab aliquot Præsulibus Bononiæ, examinantur, ac grauissimè reprehenduntur. n.40.
Iterum Tridento Romam euocantur. a.1649. n.5.
Parere differunt, ac renuunt. nu. 15.16.17.18.
Tridenti, dissoluto quamuis Bononiensi Concilio, subsistunt. n. 19.
Humanitas in agendo cum Lutheranis quo pacto obseruanda. an. 1641. n.1.
Humilitas Sancti Francisci Xauerij in miraculorum editorum gloria declinanda elucet. an. 1543. nu. 60.
S. Caietanus ad inanem gloriam euitandam, cùm miracula patraret, Sanctorum Lipsana adhibere consuenit. a.1547. n.136.
Hungaria. Hungariæ motus componere studet Paulus Tertius. an. 1534. n.5.6.
Lutherana hæresi Hungariæ Regnum inficitur. n.7.
Qua ratione Concilium ipsis fuerit indictum. a. 1537. n.6.
Cum Episcopis malè ibi intrusis quomodo actum. ibid.
Legatum in Hungariam Car. Alexandrum Pontifex decernit. a.1538. n. 20.
A Turcis multis cladibus exagitatur. a.1539. n.28.
Pro asserendo Hungariæ Regno Stephano Ioannis filio Oratores ad Solymannū Hungari mittunt. a.1540. n.61.
Eorum consilium à Paulo III. damnatur. ib.
Hungariæ Præsules Pontificijs adhortationibus nequaquam audiētes, Turcico iugo infœliciter subduntur. n.63.
Contra Turcas Hungariam inuadentes suppetiæ in Ratisbonensi conuentu decernuntur. a. 1541. n.32.
Hungaria interiùs dissidens à Turcis exteriùs vexatur. n.46.
Ecclesiæ Hungariæ à Solymanno ritu Mahometico prophanantur. n.47.
Hungariæ Regnum luxu diffluens miserè concidit. ib.
Ad Spirensem conuentum Oratores Hungariæ ad suppetias contra Turcas postulandas mittuntur. a.1543. n.48.
Hussita in Bohemia Ecclesiæ recon.

ciliantur. a.1549. n.25.
A celebranda Io. Huſſi Hæreſiarchæ feſtinitate deſiſtunt. n.26.

I

Iacobus de Hanebault Epiſcopus Luxonienſis in Cardinalium Collegium cooptatur. a.1544. n.40.
Iacobus à Linguerijs Franciſci I. Galliarum Regis ad Concilium Tridentinum Orator, a. 1546. n. 120.
Iacobus Amiltonius Aranię Comes Arcem Sancti Andreæ, cùm eſſet Scotiæ Gubernator, ab Hæreticis recuperat. a.1546. n.147.
Eius virtus à Pontifice commendatur. a.1547. n.127.
Iacobus Sabellus Cardinalis creatur. a.1539. n.38.
Iacobus Sadoletus Mutinenſis Epiſcopus Carpentoraten. inter Cardinales cooptatur tit. S. Calixti. a. 1536. n.49.
Placentiæ Concilium indici ſuadet. a.1537. n.28.
Pacem inter Reges enixè promouet. a.1538. n.13.
Circumſerpentem hæreſim à Comitatu Venuſino viriliter arcet. a.1534. n.42.
Ipſum actiùs ſtimulat Pont. pro Ciuitate Auenionen & Comitatu Venuſino ab Hæreticis cuſtodiendo. a.1539. n.33.
Cum Hæreticis quo pacto ſe gereret. n.34.
Legatus pro pace componenda in Galliam mittitur. a.1542. n.27.
De pace ſtrenuè cum Rege agit. n.30.
Paulo Tertio Bononiæ commoranti ſuadet vt ad Imperatorem ſe conferret pro pace cum Gallorum Rege obtinenda. an. 1543. n.11.
Dolet Principum pertinacia pacem ſublatam. n.15.
Scoto cuidam patriam repetenti præclara ſalutis monita præſcribit. a.1546. n.148.
Iacobus Scotiæ Rex in Henricum Angliæ Regem commotus. a. 1535. n.13.
Eius cum Rege Galliæ affinitatem promouet Paulus Tertius. a.1536. n.30.
Ab Henrici Octaui ſocietate per literas à Pontifice deterretur. n.32.
Regi Galliarum auxilium, irrito conatu, mittit. ib.
Lutetiam Pariſiorum ſolemniter cum Regis filia nuptias contracturus ingreditur. ib.
Dionyſium Laurerium Ordinis Seruorum pro Concilio eidem, totique Scotię Regno indicêdo Pont. mittit. a.1537. n.5.
Reginaldus Cardinalis Polus in Angliam Legatus eidem Iacobo Scotiæ Regi à Pont. commendatur. n.39.
Gladio, & pileo in nocte Natiuitatis Domini conſecrato à Pontifice donatur. n.40.
Bello ab Henrico Octauo laceſſitus, literis, pecunia, & Decimarum conceſſione à Pontifice roboratur. a.1543. n.54.
Prælio infæliciter geſto, præ animi angore conficitur. ib.
Iacobus Simonetta Rotæ Auditor Card. creatur tit. Sancti Cyriaci. an. 1535. n.7.
Pro Concilij celebratione deputatur. a.1536. n.4.
Vicentiam pro ipſo inchoando dirigitur. a. 1538. nu. 9. a. 1539. n.25.
Iacobus Auguſtus Thuanus Reſponſum Pauli III. proteſtationi Didaci Mendozę Oratoris Cęſarei datum perſtringit. a.1548. n.28.
Iana Semeria. Eius amore irretitus Henricus Octauus Annam Bolenam faſtidire incipit. an. 1536. n.26.
In Filij Eduardi partu laxato nimium medica arte vtero, præ cruciatu moritur. an. 1537. an. 44.
Iaponia Euangelium Iaponiæ Regnis Sanctus Franciſcus Xauerius fæliciter prædicat. a.1549. nu.36. & ſeq. n.41.
Eum Iaponica lingua impolitè loquentem irrident. a. 1549. n. 11. 41.
Multa ibi edit miracula. n.42.
Iaponiæ quidam Princeps Chriſtianum ſe fieri velle Sancto Franciſco Xauerio per literas nuntiat. n. 38.
Spectra à Dæmonibus ad deterrendum populum à ſuſcipienda fide in Iaponia excitata, ſigno Crucis fugantur. ib.
Ieiunium. Quadrageſimale ieiuniũ, velut phanaticus antiquorum Patrum error, à Caluino reprobatur. a.1542. n.53.
A Pontifice pro fælici Concilij Tridentini inchoatione Romæ indicitur. a.1545. n.35.
Ieiunij ſolutionem pro Germanis expoſcit Car. V. à Pontifice, & quid illi reſponſum. a. 1548. n. 45. & 70.
Ab ipſis Apoſtolorum temporibus ieiunia ſemper in vſu. a. 1548. n. 53. 58.
In ieiunijs, Quadrageſimali excepto, oua, & lacticinia in Germania toleranda, a.1548. n.70.
Ieiuniorum relaxatio, aliaque plura, eleemoſynarum intuitu, ne deinceps niſi magnis ex cauſis, fiant. a.1547. n.68.
S. Ignatius Loyola exercitia ſpiritualia ab ipſo compoſita magno Catholicæ Eccleſiæ compendio, a. 1541. n.25.
Ab Apoſtolica Sede comprobantur. a.1548. n.86.
Animam Io. Codurij in cœlum deferri videt. a.1541. n.44.
Flexis genibus ad Sanctum Ignatium ſcribit Sanctus Franciſcus Xauerius. a.1549. n.37.
Imagines. Cõtra SS. Imagines impiè inuehitur Henricus Octauus Angliæ Rex. a.1538. n.44.
Inter Lutheranos, & Zuinglianos maximæ ſuper Imaginum cultu diſſenſiones oriuntur. a.1540. n. 34.
Delentur in Anglia Sanctorum Imagines. a.1547. n.129.
Immunitas Eccleſiaſtica vt illæſa permaneat, adnitendum. a. 1548. n.71.
Imperator eſt Eccleſiæ filius, non Dominus. a.1548. n.13.15.
Inconſtantia propria Hæreticorum. a.1536. n.39.
In Anglia Hæreticorum inconſtantia ipſi populo ſuſpecta. a. 1547. n.130.
India. In Indijs Orientalibus, Regia Vrbe Cambaia expugnata, propagatur Regnum Luſitanum, & Religio Chriſtiana. a. 1536. n. 48.
Indiarum Legatio Sancto Franciſco Xauerio à Paulo Tertio demandatur. a.1540. n.66.
Prædicatione, & miraculis Sancti Franciſci Xauerij Eccleſiæ in Indijs fundantur. a. 1543. n. 60. a. 1544. n.39.
Grauibus vexatæ tumultibus, magno Dei Omnipotentis miraculo, à Chriſtianis conſeruantur. an. a.1546. n.150.
Ingentes de Infidelibus victoriæ reportantur. n.152.
Pia Luſitani Regis edicta ad aſſerendam in Indijs Chriſtianam fidem. a.1546. n.151.
Indiæ Peruanæ grauiſſimis diſſenſionibus afflictæ. a.1547. n.135.
Plures erectæ ibi Eccleſiæ Cathedrales, atque ab Hiſpalenſis Archiepiſcopi iuriſd. ſolutæ. ib.
Induciæ. Inter Carolum Quintum, & Franciſcum I. à Pont. per decennium firmantur. a. 1538. n. 13.
Abruptæ. a.1541. n.48.
Indulgentiæ pro pace Chriſtianorum Principum deprecantibus Indulgentiæ à Pontifice conceduntur. a.1543. n.53.
Concilij Tridentini Legatis facultas concedendi indulgentias certis annorum terminis circumſcriptas data. a.1545. n.47.
Io. Maria Card. de Monte primus Legatus in aperitione Concilij inter Miſſarum ſolemnia Indulgen-

gentias promulgat. a. 1545. n. 36.
Orantibus pro fælici expeditione armorum Car. V. in Hæreticos conceduntur. a. 1546. n. 129.
Plura de Indulgentijs in Concilio diſcutiuntur. a.1547. n.67.
Non remittunt culpam, nec proſunt exiſtentibus in peccato. ib.
Plures, qui irrepſerant in Indulgentijs publicandis abuſus ſublati. a. 1547. n. 68.
Infernus. Ab imminentibus Inferni periculis Curoſius quidam Beatæ Virgini addictus, eius precibus liberatur. a.1545. n.62.
Eleemoſynæ ab imminentibus Inferni periculis liberant. ib.
Infirmi. Quam reuerenter procedi debeat, cùm Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramentum infirmis defertur. a.1547. n.73.
Innocentius Cardinalis Cybo Paulum Tertium Pontificia thiara coronat. a.1534. n.2.
Coſmum Medicem, occiſo Alexandro, in Florentinorum Ducem eligi, conſilio, & ſolertia ſua obtinet. a.1537. n.66.
Inſubres contra Hiſpanos ob ipſorum graſſationes concitantur, a. 1538. n.18.
Inquiſitio. Reijcitur à Neapolitanis Hiſpana inquiſitio, atque antiqua dumtaxat Romanæ Eccleſiæ retinetur. a. 1547. n. 131.
Inquiſitionis Luſitanæ aſperitas à Pontifice mitigatur. a. 1545. nu. 58.59. a.1547. n.131.
Intentio in Sacramenti Miniſtris neceſſaria. a. 1547. n. 37.
Interdictum contra Lucenſes ob Clerum iniuſtis tributis vexatum fertur. a.1538. n.10.
Interim Auguſtanum quid ſit, & vndè incæptum? a.1548. n.50. 51. 53.
Lutherani ſublatum contendunt. a.1542. n.43.
Interim libellus diſcutitur, ac niſi reformetur, nullo pacto admittendus, a.1548. n.53.
Ab ipſis Hæreticorum concionatoribus illuditur, n.72.
Eius occaſione *Interimiſtarum* hæreſis conflatur. n.62.
Nec ab Hæreticis, nec à Catholicis *Interim* obſeruatum. a.1549. n.8.
Ioachimus Marchio Brandeburgenſis pro farcienda Germanica concordia ſollicitus. a. 1538. n. 38.40.
Cæſareo exercitui præhcitur, verum bello regendo parum aptus, otio marceſcit. a.1542. n.36.
A Cæſare ne capitis ſententiam in Io. Federicũ Saxonem ſtatuat, impetrat. a.1547. n.103.
Io. Bellaius Epiſcopus Pariſienſis renuntiatur Card. tit. S. Cæciliæ. anno 1535. numer. 7.
Sacratiſſimam Euchariſtiam per Vrbem Pariſienſem ſumma pompa circumfert, a.1535. n.22.
Monetur à Pontifice, vt affinitatem inter Franciſcum Regem Galliæ, ac Iacobum Scotiæ promoueat, deterreatque à ferendis Anglo auxilijs. a.1536. n.30.
Io. Beroaldus Epiſcopus Teleſinus orationem de Summo Pontifice eligendo ob Pauli Tertij obitum in Æde Vaticana habet. a. 1539. n.48.
Ioannes è Bokelſon Anabaptiſtarum Rex delirè, quæ de Chriſto in Scripturis dicebantur, ſibi arrogat. a.1535. n.38.
Impias leges promulgat. n.39.
Coniuratione Henrici Graſſis circumuentus. n.39.40.
Carnificis munus, ac pleraque alia indigna, ipſa in Vrbe Monaſterienſi exercet. n.40.
Mucrone confoditur. ib.
Io. Burchardus Ordinis Prædicatorum ſtrenuè contra Luth. laborat. a. 1537. n.9.
Io. Caluinus Hæreſiarcha ſuam edit inſtitutionem. a. 1535. n. 20.
Impia eius dogmata ex Gualterio deſumpta. n.24.
Genevæ, vndè aliquando exul, receptus, ſuis dogmatibus eam dementat. a.1535. n.25.
De Euchariſtiæ Sacramento delira multa promit. a. 1538. n. 42. a. 1549. n.33.
Fictum mortuum ad vitam reuocare præſumens, veraciter mortuum deprehendit. a.1538. n.42.
Sectarios Lutherum extollentes irridet. a.1539. n.22.
Ratisbonenſi Conuentui intereſt. a.1541. n.36.
Eius hæreſis per Galliam diffunditur. a.1542. n.52. a.1549. n.33.
Realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia negat. n.53.
Plura eius deliria. n.54.
Carolus Eſpencæus contra inſanas Caluini de Euchariſtia aſſertiones, Sanctorum, veterumque Patrum doctrinas conglomerat. a. 1549. n.34.
Io. Cochlæus Librum Gaſparis Quaramier cõtra Lutheranos ex Theutonico Latinum reddit. a. 1535. n.19.
Hiſtoriam Lutheri, & Lutheranorum deſcribit. a.1536. n.39.
Item Philippicas contra Philippum Melanchonem. ib.
Luthero, eiuſque aſſeclis Concilij auctoritatem obtrectantibus ſtrenuè reſpondit. a.1537. n.5.
Georgio Duci Saxoniæ pro Catholica Religione aſſerenda multo adiumento fuit. n.12.
Gaſparem Cardinalem Contarenũ monet, ne Buceri, ac Melanchonis pacem offerentium ſimulationibus credat. a.1539. n.2.
Catholicorum ignauiam, Hæreticorumque ſollicitudinem deplorat. a.1540. n.5.
Articulos Confeſſionis Auguſtanæ in epitomen contrahit, ſuamque ſententiam exponit. n.49.
Nonnulla opuſcula pro fide Catholica illuſtranda edit. a. 1540. n.60. a.1545. n.51.
De Lutheri morte, diſiectis Hæreticorum fallacijs, vera ſcribit. a. 1546. n.139.
Ioannes Codurius Societatis Ieſu in Hiberniam à Paulo Tertio pro fide Catholica conſeruanda dirigitur. a.1541. n.41.42.
Ante ſuſceptam Prouinciam defunctus à S. Ignatio in Cœlum deferri conſpicitur. n.44.
Ioannes Colonienſis à Chriſtiana fide ad Mahumetis ſectam deficit. a. 1549. n.44.
Fama Gaſparis Berzæi Societatis Ieſu in Regno Armuziæ fæliciter laborantis, iterum ad fidem redire diſponit. ib.
Detectis huiuſmodi conſilij literis à Turcis, laniatus, atque diſſectus, in confeſſione veræ fidei perſeuerans fæliciter occumbit. ib.
Eius caput honorificè Armuziam defertur. ib.
Io. Dulæus Varuicenſis Comes Somerſeti Ducem de malè adminiſtrata Republica accuſat. a.1549. n.28.
Ioannes Eckius Commendatur à Põtifice. a.1535. n.33. a.1536. num. 38.
Cum Fabro, & Nauſea ex Hæreticorum libris falſa dogmata excerpere à Pontifice iubetur. an. 1536. n.39.
Hæreſis progreſſum deplorat. a. 1540. n.6.
Concilij Generalis celebrationem ſuadet. n.52.
Cum Philippo Melanchone de originali peccato prolixè diſputat. n.59.
In Ratisbonenſi conuentu cum Proteſtantibus diſputat. a.1541. num.7.
Librum Concordiæ improbat. n.9.
Strenuè contra articulum, quod ſola fides iuſtificet, inſurgit. a. 1541. n.14.
Apologiam aduersùs Buceri calumnias ſuper actis comitiorum Ratisbonenſium pro Catholicis edit. a. 1542. n. 42.
Mendacia, quæ de Lutheri morte Bucerus confinxerat, prodit. a. 1546. n.143.
Io. Faber Viennenſis Epiſcopus plura Pont. ſuggerit ad Concilium aptè, & vtiliter celebrandum. a. 1536. n.36.37.
Librum pro Primatu Petri, ac Miſſæ Sacrificio aſſerendo edit. ib.

Iube-

Iubetur à Pont. cum Eckio, & Nauſea Doctoribus falſa Hæreticorum dogmata ex illorum libris excerpere. n.38.

Io: Moronum Apoſtolicum Nuntium de Concilij congregandi neceſſitate, ac de miſero Germaniæ ſtatu certiorem facit. n.39.

Cum ipſo fidem publicam à Ferdinando Rege ſiuè à Cæſare, pro Hæreticis ad Concilium venientibus impetrare iubetur. a.1537. num. 7.

Commendatur à Pontifice ob ſtrenuum fidei Catholicæ zelum. n. 36.

Ad Spirenſem Conuentum cum Præclaris quibuſdam Viris accedere, vt Religionis cauſam defenderet, à Pontifice ſollicitatur. a.1540. n.30.

Hagenoæ Conuentui intereſt, fœdamque Germaniæ faciem poſt hæreſim ob oculos ponit. a.1540. n.33.34.

Plurima, & ſalubria monita pro Wormatienſi Conuentu ſuppeditat. a.1540. n.53.

Obitus eiuſdem. a.1541. n.19.

Ioannes Fiſcherus Epiſcopus Roffenſis in carcere ab Henrico pro fide Catholica detinetur. a. 1535. n.7.

Commendatur à Pontifice Galliæ Regi, & Cardinalis in vinculis creatur tit. S. Vitalis. ib.

Nunquam huiuſmodi honorem appeticrat. n.7.

Diuinitùs à veneno ſibi parato cuſtoditur. ib.

Eius in morte ferenda conſtantia. num. 9.

Eius ſcripta mirè Hæreticos diſtorquent. ib.

Virtutes eius à Reginaldo Polo recenſentur. ib.

Roſſenſem Epiſcopatum, quamuis tenuiorem, nunquam cum pinguiori mutare voluit. ib.

Ioannes Foreſtius pro Rege Galliarum ad Solymanum legatus, contra Cæſarem illum impellit. a. 1537. n.50.

In Apolloniæ portu morbo oppreſſus occumbit. n.51.

Ioannes Foreſtius Ordinis Minorum Catharinæ Angliæ Reginæ confeſſiones excipit. a.1536. n.24.

Carcerem, alioſque cruciatus pro fide perpeſſus, ad conſtantiam ab ipſa incitatur. n.24.

Lento igne Henr. VIII. iuſſu crudeliſſimè torretur, ac ſimul eius ſtatua comburitur. a. 1538. n.44.

Io: Grimanus Patriarcha Aquileien. ob quaſdam de prædeſtinatione propoſitiones in hæreſis ſuſpicionem inductus, ſententiam ſuam iuxta Sanctorum Patrum mentem declarat. a.1549. n.24.

Ioannes Gropperus ſola fide iuſtificari hominem, quo pacto viſus admittere. a.1541. n.14.25.

In Ratisbonenſi Conuentu cum Proteſtantibus diſputat. a.1641. n. 7.

Calumnijs à Lutheranis laceratus, egregiè ſe defendit. a.1545. n.55.

Eius illibatæ caſtimoniæ egregium facinus. ib.

Ioannes Hailus Parochus pro fide Catholica excarnificatus. a. 1535. n.6.

Ioannes Hogthonus Carthuſianus pro fide Catholica vltimum ſupplicium in Anglia ſubit. a. 1535. n. 3.4.

Eius membra Carthuſiæ portis ad alios exterrēdos affigi iubet Henricus VIII. n.6.

Ioannes Hungariæ Vaiuoda. Eius tuendi ſpecie Hungari ſub Turcarum ditionem Regnum redigebant. a. 1534. n.5.

Cenſuris Eccleſiaſticis conſtrictus abſolutionem contemnit. a.1537. num. 7.

Pacem inter ipſum, & Ferdinandum tentat Pontifex. n.6.

A Clemente Septimo anathemati ob Turcas in Hungariam vocatos ſubijcitur. n.7.

Abſolutionem à cenſuris non curat. ibid.

Concilium ipſi ſignificare indictum iubetur ampla inſtructione Io. Moronus. a.1537. n.6.

Ad pacem cum Ferdinando Apoſtolica auctoritate incitatur. a. 1538. n. 20.21.

Eliſabetham, ſiuè Iſabellam Poloniæ Regis filiam matrimonio ſibi iungit. a.1539. n.20.

Præ vini intemperantia in conuiuio ob ſuſceptum filium celebrato, paulò poſt moritur. a. 1540. n. 61.

Eius poſtrema voluntas aduerſum initas cum Ferdinando pactiones. ibid.

Io. Hus. feſtiuitas impijſſimi Hæreſiarchæ in Bohemia, abrogatur. a.1549. n.25.26.

Io. Iſlebius à Magiſtro ſuo Luthero Palinodiam cantare cogitur. a. 1538. n. 41.

Ioannes Cardinalis Lotharingius Pauli Tertij aſſumptionem promouet. a.1534. n.1.

Regis Galliarum nomine Carolo V. pacis conditiones proponit, iubetque propterea arma Gallica citra Duriam amnem ſubſiſtere. a. 1536. n.11.

Ad pacem tractandam cum Memorantio Leucatam mittitur. a. 1537. n.59.

Ioannes Luſitaniæ Rex Philippum Lapium Oratorem ad Paulum Pontificem congratulationis cauſa mittit. a.1534. n.8.

Ludouicum fratrem pluribus inſtructum nauibus ad Cæſaris Africanam expeditionem adiuuandam immittit. a. 1535. n. 48.

A Pontifice nouis, & fortioribus ſtimulis ad illam proſequendam ſollicitatur. n.56.

De ſpe Angliæ ad fidem reſtituendæ certior fit à Pontifice. a.1536. n. 26.

Propagatur in Indijs Orientalibus vnà cum ipſius ditione Chriſti Religio. n. 48.

A Pontifice Apoſtolicos Miſſos pro Indijs conuertendis, ipſumque S. Franciſcum Xauerium accipit. a.1540. n.66.

Abyſſinorum Imperatori contra Turcas auxilium mittit. a. 1541. n.67.

Ad Tridentinum Concilium promouendum per epiſtolas à Pontifice inuitatur. a.1542. n.14.

A Regno ſuo omnem hæreſis ſcintillam depellit. a.1542. n.45.

Ad Tridentinum Concilium epiſtolas, ac Theologos mittit. ib.

Apoſtolicum Nuntium in Regno ſuo ad continendos in officio Cenſores fidei miſſum renuit admittere. a.1545. n.58.

Pontifici ſuboffenſus, quòd Inquiſitorum immodicam ſeueritatem reprimere, ac ad officium reuocare ſtuduerit, ab eodem poſtea cauſas edoctus, morem eidem Pontifici gerit. n.58.59.

Paulo Tertio Pontifici Maximo de inchoato fæliciter Concilio gratulatur. a.1545. n.16.

De ſtudio ſui Regni Epiſc. ad Concilium mittendi, gratias illi agit Pont. n.30.

Ad aſſerendam Chriſtianam fidem in Indijs, edictum ſummè pium promulgat. a.1546. n.151.

Io. Moronus Mutinenſis Epiſcopus in Germania Nuntius. a. 1536. n. 38. 39.

Ad eum de Concilio maturando, ſtatuque Religionis ſcribit Io. Faber Epiſcop. Vienneñ. ib.

Indictionem Concilij per Germaniam promulgat. a. 1536. num. 43. & per Pannoniam. a. 1537. n. 5.

A Pontifice, vt reuiuiſcentem Mediolani Beghinarum, & Pauperum de Lugduno hæreſim excindat, iubetur. a.1536. n.45.

Inſtructio ipſi datur quomodo ſe gerere debeat in Germanica, & Hungarica legatione. an. 1537. n. 6.

Pacem inter Ferdinandum, & Ioannem Hungariæ Reges Apoſtolica interpoſita auctoritate, componere iubetur. a.1537. n.65.

Ad Conuentum Hagenoæ Nuntius dirigitur. a.1540. n.32.

Præceptiones, & mandata illi conſignata. n.34.

Ad reuocandam in Germania Eccle-

Digitized by Google

cleſiaſticam diſciplinam iubetur incumbere. a. 1542. n. 2.
Spirenſi Dietæ præſens adeſt. n. 9.
Subſidia Pontificis nomine offert. n. 11.
Cameracum, vel Tridentum pro Concilio celebrando proponit. n. 11.
Cardinalis creatur. a. 1542. n. 58.
Legatus Concilij Tridentini decernitur. a. 1542. n. 43.
Ad Car. V. pro pace conficienda Legatus mittitur. a. 1544. n. 20.
Ioannes Neuellus; ab Henrico Octauo morte afficitur. an. 1540. n. 64.
Io. Perellus comburi potiùs, quàm à fide Catholica excidere eligit. a. 1543. n. 40.
Io. Card. Piccolomineus Eccleſiaſticæ diſciplinæ reformationi præficitur. a. 1534. n. 2.
Concilij celebrandi Congregationi. 1. a. 1536. n. 4.
Ad Carolum Quintum pro parta Africana victoria congratulaturus Legatus mittitur. a. 1535. n. 54.
Ioannes Poggius in Hiſpania Concilium indicit. a. 1537. n. 5.
Coloniæ Apoſtolicus Nuntius. Pro ableganda Buceriana reformatione, ſeù verius deformatione, laborat. a. 1544. n. 11. 12.
Io. Piſtorius Hæreticorum partes in Conuentu Ratisbonenſi tuetur. a. 1541. n. 7.
Io. Riccius Politianus à Paulo Tertio ad Cæſarem pro reſcindenda Francfordienſi concordia mittitur. a. 1539. n. 8.
Ad Carolum Quintum pro pace in Hiſpaniam miſſus, re infecta, Romam redit, an. 1542. num. 21. 22.
In Luſitaniam Nuntius miſſus, à Rege non admittitur, & quare? a. 1545. n. 58.
Io. Stattlaus electus Tranſyluanien. Epiſcopus Paulum Tertium pro tuendo aduersùs Turcas Hungariæ Regno ſollicitat. an. 1539. n. 28. 30.
Io. Sturmius libellum contra Pauli Tertij ſuſceptam reformationem promulgat. a. 1539. n. 22.
Ioannes de Toledo Epiſcopus Burgen. Cardinalis denuntiatur. a. 1538. n. 47.
Pro iure tranſlationis Concilij Bononienſis diſcutiendo decernitur. a. 1548. n. 31.
Io. Vega cum Pontifice Cæſaris nomine de Concilij tranſlatione conqueritur. a. 1547. n. 59.
Ioannes Vaſſalius Archiepiſcopus Lundenſis ad Francfordiæ Conuentum cum multis inſtructionibus ab Imperatore mittitur. a. 1539. n. 2.
Auro corruptus iniquum ibi decretum admittit. a. 1539. n. 10.
Stimulis conſcientiæ agitatus purgare ſe nititur. an. 1539. numer. 8.
Io. Angelus Medices Archiepiſcopus Raguſinus tit. Sanctæ Potentianæ Cardinalis creatur. a. 1549. nu. 45.
Io. Baptiſta Adrianus hiſtoriam inmultis ex vulgi rumoribus concinnauit. a. 1541. n. 52.
Ioannes Dominicus de Cupis Card. de Tranis nuncupatus Cæſari Romam venienti Legatus deſtinatur. a. 1536. n. 1.
Reformationi Eccleſiaſticæ reſtaurandæ deputatur. a. 1540. n. 65.
Ioannes Federicus Saxoniæ Dux negat vnà cum ſocijs Smalcaldicis Concilium admittere, cui Papa præſideat. a. 1535. n. 34.
Cum Cardinali Moguntino de iuriſdictione contendit. a. 1537. n. 13.
Veſtrium Apoſtolicum Nuntium coram ſe admittere recuſat. n. 14.
Ferdinandum Romanorum Regem in Spirenſi Conuentu admittit. a. 1544. n. 2.
Decretoria ſententia à Carolo Quinto proſcribitur. a. 1546. num. 108. 109.
Bellum Carolo Quinto indicit. n. 110.
Eius ditio à Ferdinando Romanorum Rege, & Mauritio Saxone magna ex parte ſubijcitur. nu. 111.
Pace à Cæſare nonniſi grauiſſimis conditionibus obtenta fugam capeſſit. ib.
Contra Ferdinandum Romanorum Regem, & Mauritium Saxonem arma mouet. an. 1547. nnmer. 100.
A Caroli Quinti exercitu captus ante ipſum veniam poſtulaturus ducitur. ib.
Audax Io. Federici reſponſum Cæſari redditum; conditiones illi imperatæ. n. 100. 103.
Capitalem ſententiam contra ipſum, rogante Marchione Brandeburgenſi, & Cliuenſium Duce, remittit Carolus Quintus. n. 103.
Io. Ludouicus de Fliſco in Andream de Auria, Genuamque Patriam ſuam coniurans, dum nefario incumbit operi, fallente pedem tabula, demergitur in profundum. a. 1547. n. 107. 108.
Io. Maria de Monte Archiepiſcopus Sipontinus Bononiæ Ciuitatem gubernat. a. 1534. n. 14.
Alexandro Farneſio, & Guidoni Aſcanio Sforziæ Cardd. creatis rubrum pileum Bononiæ imponit. a. 1534. n. 14. 15.
Presbyter Cardinalis creatur. a. 1536. n. 49.
Legatus ad Tridentinum Cõcilium celebrandum declaratur. a. 1545. n. 1. & 2.
Miſſam ſolemnem Tridenti celebrat, ac Indulgentias in Concilij aperitione promulgar. a. 1545. n. 36.
Varias adhibet preces. n. 47. 38.
Alloquitur Patres de dilati Concilij cauſis, regulaſque in Concilio cuſtodiendas præſcribit, num. 41. 43.
Petri Daneſij Oratoris Galli orationi in Concilio habitæ reſponſum reddit. a. 1546. n. 123.
In Tridentinum, & Giennenſem Cardinales commouetur. n. 126. 127.
Quorumdam in dicendis ſententijs impudentiam coarguit. a. 1547. n. 22.
Concilij tranſlationem Tridento Bononiam ſtatuit. a. 1547. n. 52.
Referri iterum Tridentum Concilium, nonniſi quibuſdam conditionibus, ſuadet. a. 1547. n. 93. 94.
Contra Cęſareas proteſtationes ſuper Concilij tranſlationem, ſuas ipſe proteſtationes opponit. an. 1548. n. 8. 9.
Reſpondet ad ea, quæ ipſi obiecerant, n. 13.
Superſedere ab omni Concilij actione iubetur. a. 1548. n. 33.
Caroli Quinti in Placentia reſtituenda iniquas moras vehementer exaggerat, ac Pontificem ad intrepidè ſe conſtanterque gerendum hortatur. a. 1549. n. 9.
Diſſolutionem Concilij Bononienſis à Pontifice imperatam, nonniſi declarata antea validitate tranſlationis, faciendam proponit. a. 1549. n. 19. 20.
Pro Angliæ ad fidem catholicam reductione Mithras, ac cætera Cardinalium ornamenta oppigneranda ſcribit, Legatumque in Angliam Card. Polum mitti enixè poſtulat. a. 1549. nu. 27.
Mittitur à Paulo Tertio ad Octauium Farneſium conſolandum, ſimulque adhortandum, vt Romam repetat, ſed irrito conatu. n. 47.
Io. Matthæus Gibertus Epiſcopus Veronen. à Pontifice pro Concilio Venetias mittitur. a. 1537. num. 60.
Romam pro Cleri diſciplina inſtauranda accerſitur. a. 1540. n. 65.
Ad Tridentinum Concilium Nuntius miſſus. a. 1542. n. 43.
Io. Petrus de Balma Epiſcopus Gebennenſis Cardinalis creatur. a. 1539. n. 38.
Io. Petrus Caraffa Epiſc. Theatinus. Romam à Paulo III. pro rebus Concilij vocatur. a. 1536. n. 40.

Re-

Digitized by Google

Renunciatur Card. tit. S. Pancratij. n. 49.
Ioannes Thomas Sanfelicius Episcopus Cauensis ad Tridentinum Concilium Nuntius. a. 1542. n. 43.
Pro pace ad Cæsarem, & cæteros Imperatores Principes Nuntius mittitur. a. 1544. n. 20.
Eius verba quædam de Iustificatione in Tridentino Concilio erroris notata. a. 1546. n. 124.
Ira exardescens barbam Chironensi Episcopo vellit. ib.
Pont. facti causam Legatis Concilij committit, atque exilio multatur. ib.
Io. Vincentius Aquatina Card. renunciatur. a. 1542. n. 58.
Io. Vincentius Card. Caraffa Pontifice Niciam abeunte Legatus Romæ declaratur. a. 1530. n. 9.
Ioannitius de Auria à coniuratis Io. Ludouici de Fliſco trucidatur. a. 1547. n. 108.
Ionas Hiſtoriam de Lutheri morte mendacijs confertam ſcribit. a. 1546. n. 141. 143.
S. Ioſeph. In Oppido Baiazino apud Indos Templum Deo in eius honorem extruitur. a. 1546. n. 151.
Iſabella Caroli Quinti vxor moritur. a. 1539. n. 23.
Eius immutati cadaueris ſpecies dedit S. Franciſco Borgiæ Religioſum ſuſcipiendi habitum occaſionem. ib.
Iſabella Hungariæ Regina filium enititur. a. 1540. n. 61.
Arbitrum controuerſiarum inter filium, & Ferdinandum Auſtriacum, Sigiſmundum Poloniarum Regem Patrem ſuũ depoſcit. n. 63.
A Turcis auxilium contra Ferdinandum Hungariam ſibi ex pacto debitam inuadentem petit. n. 63.
Italia. Italiam plures hæreſi inficere conantur. a. 1545. n. 52. 53.
Iudicium. Diem Iudicij inſtare, plurimi Hæretici diſſeminabant. a. 1540. n. 49.
Iulianus Ardinghellus curſoribus equis ad Carolum Quintum pro Concilij tranſlatione à Pontifice miſſus, meliorem concordiæ ſpem reportat. a. 1548. n. 43.
Iulius Pflugius in Ratisbonenſi Conuentu diſſerens, ſola fide iuſtificari hominem, malè viſus admittere. a. 1541. n. 7. 14. 25.
Nuembergenſem Epiſcopatum recuperat. a. 1547. n. 106.
Iulius de Kunere Cardinalis creatur. a. 1547. n. 134.
Iulius Vrſinus pro recuperanda Placentia ad Carolum Quintum à Pontifice mittitur. a. 1547. num. 114.
Re infecta reuertitur. an. 1549. n. 9.
Iuramentum ab Hæreticis ad fidem Catholicam venientibus exigendum. a. 1548. n. 67.
Iuſtificatio de Iuſtificatione in Tridentino Concilio agitur. a. 1546. n. 116. 118.
Decretum de Iuſtificatione ventilatur. a. 1546. n. 35. 138.
Eius promulgandi dilatio ingrata Patribus. n. 137.
Promulgatur à Spalatenſi Epiſcopo iuſtificationis decretum an. 1547. n. 7. S.
Schedulæ ſuper ipſo à quibuſdam Patribus dantur. n. 17.
Doctrina de iuſtificatione, quo pacto concilianda. a. 1548. n. 52. 53.
Iuſtitia. Articuli de Iuſtitia imputatiua in Tridentino Conc. diſcutiuntur. a. 1546. n. 134.

L

Lacticinia in ieiunijs, Quadrageſimali excepto, toleranda in Germania. a. 1548. n. 70.
Lea Iuriſconſultus ab Henrico VIII. Monaſterijs præficitur, vt Monachos in Apoſtaſiam impelleret, Virgineſque ſacras ad ſtupra ſollicitaret. a. 1536. n. 29.
Libri. E libris Sanctorum Patrum abradi iubet Henricus Octauus quicquid pro Romana Eccleſia facere poſſet. a. 1535. n. 2.
Libros, merces ſuas vocat Thomas Morus. n. 15.
Subtrahuntur à Thoma Moro omnes libri, ne ab ipſis conſolationem hauriret. ib.
Apoſtoli, & Martyres diſcipuli Chriſti viui libri fuerunt, in quibus legi poſſit voluntas Dei, & via ad fælicitatem aſſequendam. n. 17.
Libri Hæreticorum flammis aduendi. a. 1536. n. 37.
Libri Sanctorum Patrum ab Hæreticis corrupti. ib.
E Libris Hæreticorum falſa dogmata excerpere, & adnotare iubetur à Pont. Io. Faber, Eckius, Cochlæus, & Nauſea. n. 38.
Librorum Gentilium nimia lectio pernicioſa. a. 1538. n. 47.
Lutheri, & Hæreticorum errores à Car. V. in Belgio proſcribuntur. a. 1540. n. 9. 10.
Librorum Hæreticorum curioſa lectio Hæreſi in Gallia viam ſternit. a. 1542. n. 52.
Contra eos Veneti acriter incumbunt. a. 1546. n. 146.
Contra legentes huiuſmodi libros, etiamſi Clerici ſint, Senonen. Archiepiſcopum agere iubet Pontifex. a. 1542. n. 52.
Libri Sacræ Scripturæ in Concilio Tridentino recipiuntur, & de modo pluribus diſſeritur. an. 1546. n. 19. &c. 39. &c.
Pœna in excudentes, & vendentes ſine licentia ſacros libros. n. 51.
Libros ſuos Hæretici Catholicis Principibus ad injiciendam ſuſpicionem, quaſi ipſis fauerint, pluries aſtutè inſcribunt. a. 1547. n. 116.
Libri Sacræ Scripturæ in Anglia, velut margaritæ antè porcos, impudentiſſimè apud omnes teruntur. a. 1549. n. 29.
Laurentius Card. Campegius Vicentiam pro Concilio inchoando legatur. a. 1538. n. 9.
Conc. Præſes deputatur. a. 1539. n. 25.
Laurentius Cochlus ab Henr. VIII. ob Primatum Papæ defenſum cum tribus Monachis morti addicitur. a. 1540. n. 64.
Laurentius Medices Alexandrum Florentiæ Ducem proditorie occidit. a. 1537. n. 66.
Legati verba illa *Præſidentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis*, cur in omni Concilij decreto appoſita, & non, vt aliquis optabat, deleta? a. 1546. n. 36.
Cardinales Legati ad Concilium miſſi. a. 1538. n. 9. 1539. n. 25. 1545. nu. 1.
Facultates ipſis conceſſæ. n. 1. 2.
Ad Legatos ſpectat res in Concilio proponere. a. 1546. n. 67.
Legati Tridentini ob tranſlationem Concilij in inuidiam apud Hiſpanos adducti. a. 1548. n. 39.
Purgantur à calumnia ipſis afficta. n. 42.
Legatus Apoſtolicus in Indijs Sanctus Franciſcus Xauerius Societatis Ieſu conſtituitur. a. 1540. n. 66.
Libelli contumelijs in Pontifices plenì ab Hæreticis euulgantur. a. 1549. n. 23.
Contra libellorum auctores Car. V. edictum promulgat. a. 1548. nu. 61.
Libertas ab Hæreticis prædicata, ipſi Eraſmo inuiſa, ac fallacijs plena dignoſcitur. a. 1536. n. 47.
Liberum arbitrium ab Hæreticis negatur. a. 1540. n. 49.
Aſſeritur, ac clarè contra Nouatores oſtenditur. a. 1548. nu. 78 79.
Quomodo ſuam de libero arbitrio opinionem acceperit Elzearius Miodanus. a. 1535. n. 28.
Liparis Inſula. Barbaroſſa proditorie illam occupat. a. 1544. n. 17.
Literæ Henrici Brunſuicenſium Ducis, caſu ad manus Philippo Haſſiæ Lantgrauij delatæ multum catholico fœderi nocumentum attulere. a. 1539. n. 2.
Literæ Io. Foreſti ad Catharinam Angliæ Reginam, eiuſdemque Catharinæ ad Henricum VIII. a. 1536. n. 24. 25.

Digitized by Google

Liuonia Lutheranorum furori exposita, libertatem amittit. a. 1542.
Locato Inſubriæ Oppidum pro pace firmanda deligitur, an. 1537. nu. 59.
Louanienſis Academia articulos fidei tenendæ Car. V. oblatos edit, ac Profeſſores ad ipſos ſeruandos adigit. a. 1544. n. 36.
Lutherus contra ipſos infremit. ib, & a. 1545. n. 48.
Seruari Louanienſes articulos iubet in Belgio Car. V. an. 1545, n. 48.
Luca. Lucenſes interdicto Eccleſiaſtico ob Clerum iniuſtè vexatum innodati, exolui rogant. a. 1538, n. 10.
Paulus III. Lucæ ſolemni pompa excipitur, a. 1538, n. 10.
Carolum Quintum ad colloquium cum Pontifice venientem in Palatio Magiſtratus excipiunt, eique Ciuitatis claues offerunt. a. 1541, n. 49.
Erroribus Petri Vermilij Luca inquinatur. a. 1543. n. 57.
Pro Concilio celebrando proponitur. a. 1547. n. 80.
Lucemburgum Aureliæ Duci ſe dedit. a. 1543. n. 41.
A Cęſare iterum receptum, a. 1544. n. 18.
Ludouicus, qui & alijs *Rodericus* Borgia Diac. Card. Sancti Nicolai. a. 1536. n. 49.
Luneburgum. Catholica Religio in Luneburgenſi Ducatu reſtituitur, a. 1549. n. 4.
Lutherani. Lutherana hæreſis Hungariam inficit. a. 1534. n. 7.
Lutherana impietate infectos Hallenſes exilio mulctat Albertus Car. Moguntinus. a. 1535. n. 19.
Italiam fœdare moliuntur. a. 1535. n. 28.
Poloniã quomodo infecerint. n. 29.
Eius hæreſis incrementa deplorat Io. Faber, a. 1536. n. 39.
Quam varia, & inconſtans. ib. & n. 46.
Mantuæ indictum Concilium reſpuunt Lutherani. a. 1536. n. 42. 43.
Fruſtra cum Zuinglianis concordiam tentant. n. 46.
Concilij auctoritatem fœdiſſimis mendacijs, calumnijſque obterere nituntur. a. 1537. n. 5.
Diluuntur, quas in ſuam defenſionem euulgauerunt excuſationes, ne Concilium admitterent. n. 15. ac 20.
Tantum in Germania celebrandum Concilium autumant. n. 31. 35.
Smalcaldæ vt ſe Concilio opponerent conueniunt. a. 1535. n. 34. ibid.
Negant aduerſus Turcas Cæſari ſe coniuncturos, niſi iniquis, & Religioni aduerſantibus acceptis conditionibus. a. 1538. n. 40.
Plures Pareciæ à Lutheranis non initiatis vſurpantur. n. 42.
In pacis conditionibus nunquam ſtabiles. a. 1540. n. 39. n. 40.
Non ſunt pecunia alliciendi, vt ad Eccleſiæ gremium reuertantur. a. 1541. n. 21.
Lutheranos bello adoriri Carolus Quintus non aſſentit. a. 1541. n. 4.
Contra ſcripta Card. Contareni pro Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda obganniunt. a. 1541. n. 30. 37.
Petunt, vt articuli conciliationis iuxtà eorum ſenſum publicentur. n. 31.
A Galliarum Rege in Cæſarem commouentur. n. 32.
In Germania, & Liuonia graſſantur. a. 1542. n. 39. 40. 41.
Multiplices in Tridentinum Concilium ſubſannationes effutiunt. a. 1546. n. 24.
Pro Colonienſi Pſeudo-Archiepiſcopo Oratores ad Cæſarem mittunt. n. 88.
Cæſarem Venetis ſuſpectum reddere molinntur, amplaſque ipſis conditiones offerunt, ſi à Cæſare deſciſcerent. a. 1546. n. 100. 101.
Contra Cæſarem arma mouent. n. 107.
Papæ Maieſtati in comœdijs illudunt. ibid.
Lutheri aſſeclæ, ipſius Martini teſtimonio, pluribus flagitijs infames. n. 149.
Concilij decretis ſe ſubmittere velle falsò dictitant. a. 1547. n. 84. a. 1548. n. 1.
Eorum doli, ac impudentes circa Concilium petitiones. a. 1548. n. 85.
Acriter cauent, ne vetuſti Eccleſiæ ritus reſtituantur, & cur? n. 63.
Benignè remittendam à Pontifice Eccleſiaſticam ſeueritatem recuſant. a. 1549. n. 2.
Synodum Tridentinam impudentiſſimè reſpuunt. n. 2.
Intempeſtiua Caroli V. clementia abutuntur. n. 5.
Repudiato Caroli V. decreto Auguſtæ condito, inſanis dictis ſuam ab Eccleſia defectionem occulere moliuntur. n. 5. 6.
Luxus à Clero quam maximè vitandus. a. 1541. n. 29.
Hungariæ Regno excidium affert. n. 47.

M

Magdeburgenſes ad repudiandum Cæſaris de Religione decretum à Matthia Illyrico, & Nicolao Amſdorfio commouentur. anno 1546. n. 5.
Maniacus bonæ menti à Sancto Cajetano reſtituitur. a. 1547. n. 136.
Mantua, De Concilio in ipſa celebrando agitur, a. 1535. n. 29.
Intimatur Mantuæ. n. 31.
Reſpuitur à Proteſtantibus. anno 1535. n. 34. a. 1536. n. 42. 43. 44.
Aptior viſa cæteris Vrbibus pro Concilio celebrando, a. 1537. n. 3. a. 1541. n. 52.
Dux Mantuæ, vt ad Concilium neceſſaria diſponat, à Pontifice monetur, & Roſa aurea donatur. a. 1537. n. 4.
Pontifex ab Imperatore expoſcit, vt Mantuanũ tempore Concilij ab Homagio, & iuramento ſibi præſtito liberet, n. 7.
Dux tempore Concilij præſidiarias copias à Pontifice expoſcit. n. 26. 27.
Renuit Pontifex, ne Concilio libertatem armis adimeret, nulliſque precibus adducitur, quin Concilij celebrationem prorogat. n. 27. 28.
Pullulantibus hæreſibus ſollicitè à Card. Mantuano purgatur. an. 1545. n. 52.
Marinus Mongaia Conſtantiſſimè Chriſtianam fidem apud Turcas profitetur. a. 1539. n. 31.
Maranum Oppidum occupatur à Gallis. a. 1542. n. 18.
Eius recuperatio diſſuadetur. n. 20.
Marcellus Ceruinus Politianus Cardinalis Farneſij in legatione ad Principes conſiliarius Car. creatur tit S. Crucis in Hieruſalem. a. 1539. n. 37. 38. & 1546. n. 127.
Ad Cęſarem, & Spirenſem Dietam, cùm Romam rediret, Legatus. a. 1540. n. 27.
Plura Chriſtianæ Reipublicæ vtilia per Galliam tranſiens cum Franciſco Rege tranſigit. n. 28.
Hagenoæ Conuentui intereſſe recuſat. n. 32.
Tridentini Concilij Legatus decernitur. a. 1545, n. 1. 2.
Concilium Tridento Bononiam transferri ſuadet. a. 1546. n. 127. 128.
Iræ Cæſaris ob id contra ipſum. n. 127.
Romam pro tranſlationis Concilij cauſa euocatur. a. 1547. n. 87.
Bononia vbi Legatum egerat regreſſus, Pontificis mentem Patribus aperit fidei decreta in dubium nequaquam reuocanda, atque ea, quæ ad diſciplinam pertinerent, proſequenda. a. 1548. n. 27.
Armenorum Archiepiſcopum, eiuſque poſtulata pro coniunctione cum Romana Eccleſia Pontifici repræſentat. a. 1549. n. 35.
Marcellus Creſcentius Epiſcopus Marſicanus Card. declaratur. a. 1542. n. 58.
Deputatur Index in controuerſia de Concilij tranſlatione Bononiam.

Digitized by Google

niam, anno 1548. numer. 31.
Marcus Grimanus Patriarcha Aquileiensis Classis Pontificiæ Præfectus designatur. a. 1538. n. 4.
Vexillum à Pontifice benedictum accipit. n. 7.
In Scotiam Apostolicus Nuntius eligitur. a. 1543. n. 54.
Margarita Austriaca Octauio Farnesio nubit. a. 1538. n. 16.
Margarita Thomæ Mori filia, quæ à Patre scripta receperit? a. 1535. n. 16.
In occursum parentis ad mortem ducti generosè ruit, ab eoque inuictæ constantiæ verba recipit. ibidem.
Margarita Nauarræ Regina in fide Catholica fluctuare aliquãdo credita. a. 1535. n. 23.
Pro Indicijs inter Carolum, & Franciscum interpres. a. 1537. n. 59.
Niciæ prandio excipitur. a. 1538. n. 13.
Ad pacem promouendam à Pontifice excitatur. a. 1538. n. 19.
Catholicis rebus fauere visa, à Paulo Tertio commendatur. a. 1541. n. 66.
MARIA. Ope Dei Genitricis Mariæ Curosius ab imminentibus Inferni periculis eripitur. a. 1545. n. 62.
De Conceptione Virginis Mariæ disquiri in Concilio postulat Petrus Cardinalis Pacechus. a. 1546. n. 72. 75. 77.
Specie mulieris cœlesti lumine radiantis visa in Indijs suppetias Christianis venire. a. 1546. nu. 150.
Eius imago cum pariete Rauennæ corruit illæso Sacramento. anno 1549. n. 48.
Maria Angliæ Regis filia palàm Missas apud se celebrari iubet, nulliſque minis à fidei proposito diuellitur. a. 1548. n. 80.
Contra Sacellanos suos, cùm in ipsam non auderent, sæuiunt Hæretici. ibid.
Eduardum Regem, vt hæresim repudiaret, clam monet. a. 1549. n. 31.
Maria Austriaca Hungariæ Regina. Concilium ipsi non indicitur, cùm esset inferioris Germaniæ Gubernatrix, sed tantùm rogatur, vt Episcopos promptè mittat. a. 1537. n. 12.
In suspicionem nimij in hæresim fauoris adducta. a. 1539. n. 14.
Commendatur illi à Pontifice Car. Polus Legatus in Angliam per Belgium transiens. a. 1537. n. 42.
Inducias inter Caroli V. & Franciscum pacisciur. a. 1537. n. 59.
Maria Honorij Imperatoris filia. Eius cadauer Romæ in Vaticano repertum. a. 1544. n. 43.
Maria Scotiæ Regina senior à Paulo Tertio ad fidem Catholicam asserendam, & Mariam filiam in ipsa educandam incitatur. a. 1547. n. 128.
Scotorũ Regis filia tribus adiunctis Regimini Proceribus hæres Scotiæ Regni instituitur. a. 1543. n. 54.
Eius connubium ab Anglis expetitum. a. 1547. n. 128.
Marinus Caracciolus Protbonotarius Card. creatur reseruatur in pectore. a. 1535. n. 7.
Card. Diaconus declaratur. ib.
Carolo V. Roma abeunti per Ecclesiasticam ditionem comes mittitur. a. 1536. n. 8. 10.
Ad pacem inter Carolum, & Franciscum Regem Galliæ pertractandam Legatus decernitur. a. 1536. n. 14.
Mediolano gubernando præficitur. a. 1536. n. 17.
Marinus Grimanus Card. super rebus Concilij cum plerisque alijs deputatur. a. 1543. n. 9.
Carolum Quintum in Consistorio Romæ habito ad pacem eleganti oratione adhortatur. n. 14.
In Gallias pro pace componenda Legatus. a. 1544. n. 20.
Marius Aligerus Episcopus Reatinus ad Cæsarem pro pace cum Gallis componenda mittitur. a. 1537. n. 48.
Martinus Alonzius Caroli V. nomine prætensa ab ipso Cæsare super Placentina Ciuitate iura Pontificis exhibet. a. 1549. n. 10.
Martinus Bucerus frustrà Zuinglianos cum Lutheranis componere nititur. a. 1536. n. 46.
Concordiam simulans à Cochlæo versipellis deregitur. a. 1539. n. 2.
In Wormatiensi colloquio phalerata eloquentia declamat. a. 1540. n. 59.
De Groppero, & Phlugio in Ratisbonen. dicta se triumphasse mendaciter iactat. a. 1541. n. 14. 25.
Disciplinam in Clero, & populo restituendam, cùm esset ab ipsa maximè abhorrens, dictitabat. n. 17.
Contra Card. Contareni scripta asserentis, in Prouinciali Concilio ea, quæ sunt fidei, dirimi non posse, multa delira euulgat. a. 1541. n. 28.
Acta Comitiorum Ratisbonensium infidè colligit. n. 37.
Hermannum Colonienſem Archiepiscopum suis Lenocinijs dementat, & à fide aberrare facit. anno 1543. n. 21.
Impium reformationis librum conscribit. a. 1544. n. 10. 12.
Lutheri mendaciſſimus encomiastes. a. 1546. n. 143.
Librum in Psalmos à se compositum Galliæ Delphino, quasi suæ partis fautori, æstu maligno inscribit. a. 1547. n. 116.
Angliam petit. a. 1548. n. 80.
Quo pacto suas hæreses per Angliã disseminauerit. a. 1549. n. 29.
Iudaizare creditus. n. 30.
Martinus Chromerus à Sigismũdo II. Poloniæ Rege Orator ad Pontificem mittitur. a. 1548. n. 83.
Martinus de Soria Velasco protestationem Cæsaream coram Patribus Bononiæ congregatis ad asserendam nullitatem Concilij translationis legit, ac Tridentum redire suadet. a. 1548. n. 11. 12.
Non expectato responso discedit. ibid.
Martinus Lutherus ob defectionem Regis Angliæ ab Ecclesia altiores sumit spiritus. a. 1535. n. 19.
Hallenses, & Magdeburgenses in Albertum Cardinalem Moguntinum concitare conatur. ib.
Principes, & Ordines Imperij fures Dei vocat, pluribusque calumnijs proscindit. n. 19.
Impudens eius cum Pontificio Nuntio Vittembergæ congressus. n. 37. 38.
Pro Concilio disturbando, quæ egerit. a. 1536. n. 46. a. 1537. n. 5. a. 1537. à n. 16. vsque ad 20.
Vrinæ retentione laborans Smalcalda abducitur, ne gaudium de suo obitu Pontificio Nuntio præstet. a. 1537. n. 18.
Odium in Papam suæ hæresis concionatoribus legauit. ib.
Ab Henrico Saxoniæ Duce Lipsiam accersitur. a. 1539. n. 19.
A sectarijs cum Paulo Apostolo, & Helia collatus, ab ipso Io. Caluino deridetur. n. 22.
Libellum conuitijs plenum contra articulos Academiæ Louanienſis edit. a. 1544. n. 37. a. 1545. n. 48.
Ecclesiam sub specie porcæ, cui Pontifex insidebat, effingit. a. 1545. n. 48.
Sacramentarios, & Zuinglianos, velut Hæreticos reprobat, ab ipsis pariter reprobatus. ib.
Dæmonium eijcere frustra tentans ægrè ab illius sœuitia creptus. n. 49.
Eius scripta stercus toties repetitum redolent. n. 48.
Henricum Brunsuicenſium Ducem captiuum liberari vetat. n. 1545. n. 55.
Nouus Iudas. a. 1546. n. 48.
Improuisa morte post opiparas epulas corripitur. a. 1546. n. 139.
Episcopalia munera impudenter exercuit. ib.
Fallaciæ Hæreticorum circa ipsius mortem refutantur. a. 1546. n. 141.
Funus eiusdem. ib.
Martyres eorum memorias dirui Henricus VIII. imperat. a. 1538. n. 44.

Martyres Christi se futuros Hæretici iactant, si constanter in sua perfidia profitenda permanserint. a. 1549. n. 7.

Martyrium. Eius desiderio flagrat Thomas Morus. a. 1535. n. 16.

Plures alij. a. 1535. n. 3. ad 10.

Matrimonium. Errores Hæreticorum circa hoc Sacramentum, a. 1547. n. 64.

Matthias Flaccus Illyricus Saxoniam in Lutheri magisterio continet. a. 1548. n. 63.

Magdeburgenses ad respuendum Caroli Quinti decretum de Religione sollicitat. a. 1549. n. 5.

Eius in dicendo vehementia. n. 6.

Melanchonis magistro falsi notam inurit. ib.

Saxonia tota proscriptus Ratisbonam concedit. n. 5.

Matthias Helt Smalcaldam Cæsaris nomine Orator petit, cogitque Lutheranos ad responsum Concilij indictioni, reddendum. an. 1537. n. 14. 15.

Pro tœdere Catholicorum Principum contra Lutheranos strenuè laborat. a. 1539. n. 1.

Matthias Langius Card. & Archiep. Salisburgen. arguitur à Pont. quòd alieno multum tempore Synodum celebrauerit. a. 1537. n. 35.

Mauri. Pro filijs Maurorum ad Christum conuersorum alendis, pensio 2. millium ducatorum Valentino Archiepiscopatui imponitur. a. 1544. n. 38.

Mauritius Saxo in locum Io. Federici perduellis Elector sufficitur. a. 1547. n. 102 103.

Maximilianus Egmondanus Burani Comes decem millia peditum, equitumque quatuor millia contra Hæreticos contrahit. a 1546. n. 106.

Hassiam populatur, & Francofurtum in Cæsaris possessionem restituit. n. 112.

Maximus, Carolo V. cognomen Maximi à Paulo Tertio tribuitur. a. 1547. n. 105.

Maylatus Transyluaniæ Præfectus aduersum Ioannem Hungariæ Regem rebellat. a. 1540. n. 61.

Mediolanum. Mediolanensis Ducatus ob mortem Francisci Sfortiæ bellorum fomes inter Cæsarem, & Galliæ Regem. a. 1535. n. 57. a. 1536. n. 3.

Pro Aurelianensi Duce summa contentione exposcitur, sed negatur. a. 1536. n. 2. 3. 16. a. 1537. n. 32.

Marinum Card. Caracciolum Mediolanensibus præficit. a. 1536. n. 17.

Beghinarum, & Pauperum de Lugduno hæresim Mediolani reuiuiscentem Paulus III. coërcet. a. 1536. n. 45.

Pro pacis conditione exquiritur à Francisco I. & de eare Caroli V. responsum. a. 1538. n. 14. 15.

Instat Pontifex pro eius cessione ad fauorem Francisci I. a. 1539. n. 23.

Vni ex Franc. I. filijs, incertum fictè ne an sincerè, Carolus V. pollicetur. a. 1540. n. 2.

Aureliæ Duci negatur. a. 1541. n. 50.

Conceditur certis conditionibus. a. 1544. n. 23.

Mehemetes Belgradi Præfectus astu, atque armis plura Ferdinandi loca in Turcarum ditionem redigit. a. 1537. n. 65.

Melchior Volmarius Lutheranus hæresi Caluinum imbuit. a. 1535. n. 21.

Melodunum. Theologorum coacto inibi conuentu fides Catholica illustratur. a. 1544. n. 37.

Metropolitanus vigilare debet circa Suffraganeorum suorum mores, ac viciſſim Suffraganei circa Metropolitani. a. 1547. n. 77.

Mexicum. Plures in Mexicano Regno Episcopatus eriguntur. a. 1546. n. 155. 156.

Michaël de Silua Visen. Episcopus Cardinalis renunciatur. a. 1541. n. 63.

Ad Imperatorem pacificus Legatus in demortui Contareni locum subrogatur. a. 1542. n. 22. 27.

Ingrata Cæsari eius electio. n. 30.

A Io. Lusitaniæ Regni sui redditibus spoliatur. a. 1545. n. 58.

Ministri. Institutio legitima Ministrorum Ecclesiæ maximè in sensu discrepat ab ea, quam Hæretici prædicant. a. 1548. n. 53.

Intentio Ministri ad Sacramenta conficienda necessaria. a. 1547. n. 37.

Miracula. Eorum certitudo adstruitur. a. 1548. n. 79.

Plura S. Caietani miracula. a. 1547. n. 136.

S. Franciscus Xauerius apud Indos præclaris miraculis coruscat. a. 1549. n. 42.

Miraculum de Sanctissima Eucharistia illæsa sub ruina Ecclesiæ Rauennæ reperta refertur. a. 1549. n. 48.

Crucis Sanctæ miraculum. a. 1649. n. 38.

Missa. Missæ Sacrificium abolendum Io. Caluinus nefariè pronuntiabat. a. 1535. n. 24.

Missæ solemni à Pontifice celebratę Carolus V. Imperator Romæ die Paschatis assistit. a. 1536. n. 4.

Missas, tàm solemnes, quàm priuatas fieri, bonum, & necessarium esse, edicto asseruit impius Henricus VIII. nu. 27. a. 1539. nu. 35.

Impij Lutheri conatus contra Missę Sacrificiū. a. 1536. n. 37. n. 43. 44.

Quotidiè Missæ sacro Nuntius Apostolicus interesse monetur. a. 1537. n. 9.

Lingua Theutonica in ditione Brādeburgensi celebratur. a. 1539. n. 21.

Item ab Hermanno Coloniensi Pseudo-Archiepiscopo. a. 1543. n. 29.

Canonem à Missa cur submouerint Hæretici, & cur ipsis inuisa? a. 1540. n. 49.

Abusus, qui in celebratione Missarum irrepsere, tollendi. ibid.

Errores Hæreticorum circa Missam. a. 1547. n. 69.

Missa solemnis cum supplicationibus Romæ indicitur pro fausta plurium Germaniæ Ciuitatum ad Cæsarem deditione. n. 98.

Pro reportata de Saxone victoria, n. 101.

Missę Sacrificium Londini in publicis comitijs abrogatur. a. 1547. n. 130. a. 1548. n. 80.

Maria Angliæ Regis filia ei decreto non paret. a. 1548. n. 80.

Missionarij Apostolici à Paulo III. in Indias directi. a. 1537. n. 45.

Plura consolationis diuinæ argumenta suis epistolis suppeditat Sāctus Franciscus Xauerius Apostolicis præconibus. an. 1548. n. 85.

Monachi. Monachis, qui Sacerdotes non essent, coniugium permittit Henricus VIII. an. 1546. nu. 28.

Minores 24. annis ad sæculum redire cogit, grandęuos permittit. ib.

Monachis ablata ne restituere cogantur, hæretici, arma contra Cæsarem mouere minitantur. a. 1537. n. 19. 37.

Monachorum nomina sub mortem ingeminare auditus est Henric. VIII. quos immani supplicio affecerat. a. 1547. n. 121.

Plures Monachi egregiè pro asserendo Ecclesiæ Romanæ Primatu tormenta sustinent. a. 1535. n. 3. 4. &c.

Monasterium. Monasteria trecenta septuaginta sex, specie quidem, quòd cùm tenuia essent, Monastica disciplina in ipsis labefactaretur, excindit, annuosque redditus fisco addicit Henr. VIII. Angliæ Rex. a. 1536. n. 29.

Monasterium Sancti Augustini ab Henrico VIII. expulsis Monachis in bestiarum catabulum conuersum. a. 1538. n. 46.

Monasterium Vestphaliæ Ciuitas Anabaptistarum Regia, frustrà obsidione soluenda ab Hæreticis prædicitur. a. 1535. n. 41.

Obsessi, mures in delitijs habebant. n. 40.

Mors. Pretiosa plurium Christi Athleta-

letarum in Anglia mors. a. 1535. n. 3.
Item S. Caietani. a. 1547. n. 136.
Mortis desiderium in Io. Card. Roffensi. a. 1535. n. 9.
Lutheri infamis mors. a. 1546. n. 139.
Gasparis Card. Contareni pia mors. a. 1542. n. 23.
Pauli III. Pont. Max. mors. a. 1549. n. 47.
Mortui. Pro mortuis orare iubent Academici Sorbonici. a. 1548. n. 79.
Item Louanienses. a. 1544. n. 36.
Fictum mortuum ad vitam à se reuocandum iactans Io. Caluinus, verè mortuum deprehendit. a. 1538. n. 42.
Mortuos nihil nosse amplius docuit Lutherus. a. 1546. n. 144.
A S. Francisco Xauerio plures mortui reuocantur ad vitam. a. 1543. n. 60.
Marchia Anconitana à Pontifice contra Turcarum insultus munitur. a. 1537. n. 48.
Munera ingentia Carolus V. Romæ abiens Papæ Nepotibus profundit. a. 1536. n. 10.
Petrus Gasca munera respuit. a. 1547. n. 135.
Gaspar Berzæus munera respuens ab Ethnicis honorificè habitus. a. 1549. n. 44.
Mulcasses. Tuneti Rex à Carolo V. ad recuperandum ereptum sibi ab Hariadeno Regnum opem exposcit. a. 1535. n. 43.
In Tuneti Regnum, duorum Falconum, totidemque equorum vectigali imperato restituitur. a. 1535 n. 53.
Conditiones aliæ ipsi iunctæ à Carolo V. n. 54.
Ab Amida impio filio, Regno atque oculis orbatur. a. 1543. nu. 40.
Mutina. Philippus Valentinus Hæreticus in ea pestilentiæ hæreticæ virus effundere conatur. a. 1545. n. 53.

N

Nandina Arx ab Amurathe occupata corrupto pecunia custode. a. 1537. n. 47.
Nationale Concilium à Protestantibus expetitur. a. 1543. n. 43.
Neapoli varij exorti tumultus propter Inquisitionis officiũ. a. 1547. n. 106. 131.
Sedantur. a. 1547. n. 131.
Neapolitani Regni excidium Solymannus minatur. a. 1537. n. 50. 51.
A consilio Regni inuadendi magnis difficultatibus absterretur, n. 50.
Neocastrum à Barbarossa pirata recuperatur. a. 1539. n. 31.
Neophyti. Benignè haberi Neophytos in Lusitano Regno iubet Paul. III. a. 1547. n. 131. 132.
Nepe & Camerinum pro Parma, & Placentia à Paulo III. accepta. a. 1545. n. 63.
Nicia Prouincia Vrbs exposcitur à Pontifice pro celebrando pacis conuentu. a. 1538. n. 8.
Arcem pro domicilio, quemadmodum pollicitus fuerat, renuit postea Pontifici dare Sabaudiæ Dux. n. 10. 11.
Cœnobium Franciscanorum extrà Niciam ad incolendum sibi Pontifex eligit. n. 10.
A Turcis, & Gallis obsessa, à Marchione Vastio liberatur. a. 1543. n. 39.
Eius defensio Pontifici à Septemuiris Germaniæ commendata. a. 1544. n. 3.
Nicolaus Amsdorphius Nouator Nuẽbergensi Episcopatu deijcitur. a. 1547. n. 106.
Magdeburgenses in defectione ab Ecclesia, & Cæsare confirmat. a. 1549. n. 5.
Nicolaus Ardingellus in Gallias pro pace curanda à Pontifice mittitur. a. 1541. n. 54.
Obseruantiam Induciarum cum Cæsare à Rege deprecatur. n. 57. 58.
Ex Episcopo Forosempronij Card. creatur tit. S. Apollinaris. a. 1544. n. 40.
Nicolaus Gaetanus Cardinalis creatur. a. 1538. n. 47.
Nicolaus Gnesnensis Archiep. Synodum in Polonia pro Episcopis ad Concilium decernendis cogit. a. 1547. n. 85.
Accepto de translatione Bonon. Nuntio hęret anxius, & à Pontifice edoceri postulat. ib.
Nicolaus Perenottus Granuellanus Orationem habet in Wormatiensi conuentu. a. 1540. n. 58.
Ad Ratisbonensem Dietam articulum de Peccato Originali referri iubet. n. 59.
Disputationibus interest. a. 1541. n. 7.
Suspicio de ipso concepta. ib.
Tridentũ Cæsareo nomine ad Concilium Orator venit. a. 1543. n. 3.
Discedit. n. 4.
Nicolaus Card. Ridolphinus Hæresim in Vicentina Ecclesia comprimere studet. a. 1546. n. 147.
Nicolaus Scombergus Ordinis Prædicatorum Archiepiscopus Capuanus creatur Card. S. Sixti. a. 1537. nu. 7.
Nicolaus Theupolus Orator Venetus Paulũ III. Niciam abeuntem comitatur ac omnium negotiorum tractationi interest. a. 1538. nu 11. 14.
Norimberga Ciuitas. Conuentus Germanorum Principum ibi habitus Concilij Tridentini indictionem admittit. a. 1542. n. 16.
De expeditione in Turcas ibidem actum. ib. a. 1443. n. 32. 42.
Nationale Concilium Tridentino posthabito, Norimbergæ Protestantes obtinere studeut. a. 1543. n. 43.
Notarij. Episcoporum Notarijs certa taxa, ne amplius petant, statuitur. a. 1547. n. 77.
Nuntij. Ad Concilium Tridentinum Nuntij deputantur. a. 1542. n. 43.
A Rege Lusitano non admissi Apostolici Nuntij, & quarè? a. 1545. n. 54.

O

Oecolampadius plura D. Io. Chrysostomi, aliorumque Patrum scripta corrupit. a. 1536. n. 37.
Enormem in suis, cæterisque Hæreticis corruptelam ipsemet horret, & vituperat. a. 1546. n. 144.
Eius de Eucharistia sententia. a. 1549. n. 33.
Oenipontum, vulgò *Inspruch* valido duodecim millium peditum præsidio contra Lutheranorum vim roboratur. a. 1546. n. 107.
Opera. Bonorum operum necessitas ostenditur. a. 1540. n. 49.
Oratio. Frequens orationis vsus in Carolo V. a. 1539. n. 32.
Oratio ad Spiritum Sanctum, cùm Concilium aperitur. a. 1545. n. 37.
Oratio pro electione noui Pontificis à Io. Beroaldo Episc. Theleſino habita. ibid.
Originale peccatũ. De eo prolixè disputant in Wormatiensi Conuentu Melanchon, & Eckius. an. 1540. nu. 59.
Dolus Protestantium in hoc articulo cedere simulantium. ibidem vide *Maria Virgo*.
Osiander à Luthero in doctrina de Iustificatione discrepat. a. 1537. n. 37.
In Pontificem, & Doctores Catholicos contumelioſus. ib.
Ordinatio. Ad Episcopos non ad Laicos spectat Ministrorum ordinatio. 1540 n. 49. in art. 14.
Examen præcedat ordinationes, adsitque Episcopus, vel Archidiaconus. a. 1547. n. 76.
Omnis quæcumque leuis auaritiæ suspicio ab ordinationibus eliminetur. n. 77.
Plura circa Ordinationes, & ordinandos consuluntur. nu. 76. 77.

Digitized by Google

Ordinandi rariſſimè ſuper ætate diſpenſentur. ib.
Ordinationes Epiſcoporum, & Presbyterorum in Anglia nouis ritibus ab Eccleſia alienis inſtituuntur. a. 1547. n. 129.
Ordo. Ordinis Sacramentum ab Hæreticis, quàm malè explicatum. a. 1547. n. 64.
Religioſi promouendi ad Sacros Ordines, quid habere debeant. n. 77.
Ordines Regulares. Comitia ab Ordinibus Regularibus celebrari iubet Paulus Tertius, atque in ijs ſuſpectos de hæreſi à publicis muneribus, prædicationis, ac confeſſiones audiendi dimoueri. a. 1543. nu. 57.
Oſnaburgum. Senatus, ac Clerus Oſnaburgenſis ad conſtantiam in fide Catholica, deficiente ipſorum Epiſcopo, à Pontifice excitatur. a. 1543. n. 23.
Oſtia Tyberina. Turcica claſſis ad ea deueniens ingentem Romanis ingerit metum. a. 1543. n. 36.
Otthо Truchſes ad Norimbergenſem conuentum à Pontifice mittitur. a. 1542. n. 15.
Indicit Tridentinum Concilium Tridenti Canonicis, ac Norimberg. Dietæ. ib.
Reſponſio Principum Dietæ aſſidentium ipſi data. n. 16.
Cardinalis creatur ex Epiſcopo Auguſtano. a. 1544. n. 41.
Pileum rubrum in Germania à Car. Moguntino recipit. n. 42.
Wormatienſi Conuentui intereſt. a. 1545. n. 21.
Ova in Ieiunijs, Quadrageſimali excepto, in Germania tolerantur, a. 1548. n. 70.
Octauius Farneſius matrimonio cum Margarita Auſtriaca CaroliQuinti filia copulatur. anno 1538. n. 16.
Præfectura Vrbis inſignitur. n. 47.
Pontificij exercitus Dux ſuppetias Cæſari venit. a. 1546. n. 105. 106.
Tridenti cum reliquis Pontificijs Ducibus in ſubſidium Cæſaris pergentibus honorificè excipitur. a. 1546. n. 107.
Apud Carolum V. pro recuperanda Placentia inſtat. a. 1547. n. 112.
A Ferrante Gonzaga bello adorſus Inducias tandem componit. nu. 113.
Paulus III. Camerinum ipſi, Parmam Eccleſiæ reſtituere meditatur, ſed reſpuit oblationem Octauius. a. 1549. n. 47.
Legatum ad Octauium, Card. de Monte mittit, vt Romam redire ſuaderet, ſed fruſtrà. ib.
Minaces epiſtolas ad Card. Farneſium mittit, quæ Pontifici oſtenſæ ſummum animi angorem, atque indè mortem intulere. ib.
Pro dimittenda Octauio Parma Cardinales Camillo Vrſino literas, irrito tamen effectu, mittunt. n. 48.

P

Pamphilus à Straſoldo Protonotarius Apoſtolicus, & intimus Papæ Cubicularius ad Sigiſmundum Poloniæ Regem pro Concilio mittitur. a. 1536. n. 41.
Idem Epiſcopus Raguſeus. a. 1537. nu. 5.
PAPA. Papæ nomen ex omnibus libris abradi iubet impius Henricus VIII. a. 1535. n. 1. & 2.
Papæ in Eccleſia Primatus conſtantiſſimè à ſanctiſſimis viris vſque ad ſanguinis effuſionem aſſeritur. a. 1535. n. 4. a. 1540. n. 64. Negatur ab Henrico Octauo. a. 1536. n. 27. 28.
Papæ poteſtas non modò legitima, laudabilis, & neceſſaria, verùm etiam Diuini iuris, & præſcriptionis à Thoma Moro affirmatur. a. 1535. n. 15.
In eam inuehitur Henricus. n. 18. a. 1536. n. 28.
Contra eam impudentiſſimè obloquuntur hæretici. a. 1537. n. 17.
Papæ electio non ad Concilium, ſed ad Cardinales ſpectare decernitur. a. 1536. n. 33.
De Papæ Primatu Auctores varij eruditè tractant. a. 1536. n. 37.
Studium Hæreticorum ad commouendos in Pontificem animos. a. 1536. n. 42. 43. 44.
Contra Pontificem Henricus Angliæ Rex ſcriptum nefarium edit. a. 1539. n. 35.
A Martino Bucero Antichriſtus vocatur. a. 1541. n. 17.
Caput eſſe Eccleſiæ, & Conciliorum negat Bucerus, aliquando tamen, vt Caput habitum, fatetur. a. 1541. n. 28.
Papæ iter agenti Sanctiſſimum Sacramentum ex antiqua conſuetudine præcedit. a. 1541. n. 51.
Papa moriente electionem Romæ à Cardinalibus peragendam, licèt Concilium celebretur, ſtatuit Paulus Tertius. a. 1542. num. 43. & a. 1544. n. 30.
Papæ definitiones ex Cathedra certa fide tenendæ. a. 1544. n. 37.
Eius imaginem porcæ inſidentem impiè pingit Lutherus. a. 1545. n. 48.
Moriens plurima de Romano Pontifice mentitur. a. 1546. n. 141.
Papæ Maieſtati in Comœdijs Lutherani illudunt. a. 1546. n. 107.
Eius vnitas, & ſucceſſio à Franciſco I. Galliarum Rege defenſa. n. 121.
Eius auctoritas integritatem retinuit Eccleſiæ. a. 1548. n. 75. 76.
De iure Diuino vnus eſt Pontifex, cui omnes parere debent. n. 79.
Papæ auctoritas in decretis Conciliorum ſemper excipitur. a. 1547. n. 30.
Laudabile eſſet, quòd Papa ſingulis triennijs Viſitatores Epiſcoporum deſtinaret. a. 1547. n. 77.
Virulenta in Pontificem conuicia ab Hæreticis congeſta. a. 1549. nu. 6.
Incredibili ſcurrilitate contra ipſum in Anglia ganniunt. n. 39.
Pariſienſis Academia vertentes Sacrã Scripturam in vernaculam linguam velut Hæreticos habendos declarat, a. 1546. n. 34.
Pro defunctis ſollicitè orare iubentur omnes Academiæ Pariſienſis Doctores, animaſque populi orationibus commendare. an. 1548. nu. 79.
Nouatorum errores publico, à Senatu etiam Pariſienſi accepto, decreto proſcribit. a. 1548. n. 79.
Parochi. Londini iuſſu impij Henrici Octaui Parochus fidei Catholicæ ardentiſſimus excarnificatur. a. 1535. n. 6.
Trecenti Parochi maxima ex parte Apoſtatæ excucullati ad Bernenſem Pſeudo-Synodum Zuinglianam confluunt. a. 1536. n. 46.
Parma & Placentia Ducatus reſtitutis Eccleſiæ Camerino & Nepete in Farneſiorum dominium tranſfertur, a. 1545. n. 63.
De iuribus eius Ciuitatis Carolus Quintus cum Pontifice contendit. a. 1547. n. 111. 114.
Paſchaſius Broetus Societatis Ieſu in Io. Codurij locum Hiberniæ miſſioni ſuffectus, maximis Schiſmaticorum inſidijs impetitus, recedere cogitur. a. 1541. n. 44.
In Scotiam deſtinatur. a. 1542. n. 51.
PAVLVS III. PONT. MAXIM. antea Alexander Farneſius Sacri Collegij Decanus. a. 1534. n. 1.
De coërcendis Tunetanorum prædonum graſſationibus agit. n. 4.
Thyara Pontificia à Card. Cybo redimitur. n. 2.
Decimas concedit Cæſari ad parandam claſſem contra Tuneti Pyratas. ib. a. 1535. n. 4.
Diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſarciendæ, Concilio celebrando, & paci inter Principes conciliandæ ſtudet. n. 3. 4. 5. a. 1535. n. 29. 37.
Ferdinandum, & Ioannem de Regno Hungariæ decertantes componere nititur. a. 1535. n. 6.
Ioannis Luſitaniæ Regis Oratorem excipit, eique gratias agit. n. 8.
Iacobum Scotiæ Regem ad proſequendam fidei Catholicæ defenſionem hortatur. n. 10.
In America plures conſtituit Epiſcopos. a. 1534. n. 13. a. 1535. n. 59.

I N D E X

Cardinales creat Alexandrum Farneſium Nepotem, & Guidonem Aſcanium Sfortiam. a. 1534. n. 14.
Plures Cardinales, inter quos Io. Fiſcherium in vinculis pro fide Catholica detentum, creat. an. 1535. n. 7.
De eius morte, cæteriſque Henrici VIII. perſecutionibus grauiter cõqueritur. n. 10.
Contra Henrici Tyrannidem, Imperatorem, Regeſque commouere nititur. n. 11. 12.
Priuatum Regno Henricum declarat. n. 13.
Ipſum, eiuſque fautores excommunicationis ſentẽtia percellit. n. 18.
Sabaudiæ Ducem, ne Bernenſibus aſſentiatur, commonet. n. 26.
Heluetios Catholicos quid illo tẽpore agere ipſos oporteat, edocet, ac ſtipendia pro mille ſclopetarijs eiſdem ſtatuit. n. 27.
Duci Venetorum gratias agit pro ſollicitudine in Hæreticis puniendis adhibita. n. 28.
Hæreticos reſipiſcentes benignè recipit, ac fouet. ib.
Tuendæ in Polonia fidei ſtudium commendat. n. 29.
Concilij celebrationem cum Imperatore promouet. n. 29.
Petrum Paulum Vergerium in Germaniam ad id peragendum literis datis Romanorum Regi, & Imperij Electoribus, mittit. n. 31. 32. 33.
Ioannis Eckij pietatem commendat. n. 33. & a. 1536. n. 38.
Triremes Carolo Quinto in Tunetana expeditione ſuis ſumptibus mittit. n. 43.
Magiſtrum Equitum Rhodienſium ad ſuarum triremium cum alijs coniunctionem literis ſollicitat. n. 43.
Gallorum item Regem, ſed fruſtrà. 45. 46.
Claſſem in Turcas paratam, vt cum benedictione ſua dimittat, Centum cellas ſe confert. n. 44.
Supplicationes ad opem Diuinam in hac expeditione implorandam indicit. a. 1535. n. 44. 48. 49.
De Guletiæ expugnatione Cæſari gratulatur. n. 49.
Referuntur in Conſiſtorio fœdera cum Muleaſſe Tuneti Rege à Carolo V. poſt Tunetanam expugnationem pacta. n. 54.
Legatos ad Cæſarem in Italiam aduentantem decernit. n. 54.
Miniſtrum Generalem Ordinis Minorum ad Cæſarem pro Africana expeditione proſequenda mittit. n. 55.
Ad illam adiuuandam Luſitaniæ Regem ſollicitat. n. 56.
Alphonſum Conghi Regem ſtrenuum fidei Catholicę propagatorem ſuis literis cõmendat. a. 1535. n. 59.
Carolum Quintum Romã venientem ſummo honore excipit, ac de pace, & Concilio longiùs diſſerit. a. 1536. n. 1. 2.
Eidem Apologiam de rebus ſuis texenti in Cardinalium cœtu reſpondet, vſurumque ſe poteſtate Eccleſiaſtica contra leges pacis reſpuentem, indicit. n. 7.
Purgat ſe cum Gallis Oratoribus de Apologia à Cęſare facta. n. 9.
Gallorum Regem, vt dimiſſis cum Cæſare ſimultatibus, contra Turcas arma aſſumat, vehementer obteſtatur. n. 12. 15.
Idem à Cæſare expoſcit. numero 18.
Cardinalem Triuultium Legatum ob id ad Regem mittit. n. 14.
Annæum Memorantium, qui paci componendæ ſtudebat, ac Venaiſinum Comitatum à graſſatione defenderat, ſummis laudibus effert. n. 19. 20.
Vt congreſſu armorum Cæſar, & Rex abſtineant, ſuis Nuntijs impetrat Paulus. n. 20.
Ad Turcas in Dalmatiam, & Poloniam irrumpentes propellendos, quà adhortationibus, quà ſubſidijs incumbit. n. 22. 23.
Regem Galliæ ad affinitatem cum Rege Scotiæ contrahendam, ac ne Henrico Octauo opem ferat, hortatur. n. 30.
Iacobum Scotiæ Regem à ſocietate cum Henrico ineunda deterret. n. 32.
Bullam pro Concilio Mantuæ celebrando in Conſiſtorio legi iubet. n. 33. mox in S. Petri Baſilica. ib.
Refertur diploma indictionis. n. 35.
Acceptis à Io. Fabro Epiſcopo Viẽnenſi pluribus ſuper Concilio monitis, cum gratiarum actione reſpondet. n. 36. 37.
Io. Eckium ſuis literis commendat, ac Io. Petrum Caraffam, & Reginaldum Polum pro Concilio maturando ad ſe vocat. n. 39. 40.
Europæ Reges ad Concilium miſſis Nuntijs inuitat. n. 41. 42.
Reuiuiſcentem Mediolani Beghinarum hæreſim coërcet. n. 45.
Cardinales creat. n. 49.
Per literas, & Nuntios ad pacem Imperatorem, & Regem Galliæ extimulat. a. 1537. n. 1. 2.
Ducem Mantuæ ad res pro Concilio diſponendas monet, Roſamque à ſe benedictam illi dono mittit. n. 4.
Concilium per viros præcipuos vbique indicit. n. 5.
Io. Morono Inſtructionem mittit, quomodo ſe gerere debeat in Germanica, & Hungarica Legatione. n. 7. 8. 9.
Item Epiſcopo Aquenſi per inferiorem Germaniam Nuntio. n. 12.
Pauli Breuia Elector Saxoniæ vix accepta, remiſit. n. 14.
Præſidiarias copias à Ferdinando Mantuæ Duce Concilij tempore poſtulatas, ne Concilio libertas adempta dicatur, omninò denegat. a. 1537. n. 26.
Concilium ea de cauſa prorogat. n. 28.
Carolum Quintum de totius rei ſucceſſu certiorem facit. n. 29.
Item Ferdinandum Romanorum Regem, & Cardinalem Tridentinum. ib. n. 30.
Supplicationes pro pace vniuerſali Chriſtiano Orbi imperat. n. 32.
A Venetis pro Concilio Vrbem aliquam expoſcit. n. 33.
Vicentiam concedunt. n. 34.
Prorogata ad Kal. Maij inchoatione Concilij Imperatorem, vt adeſſe velit, inuitat. n. 34. 55.
Item Ferdinandum Romanorum, ac Franciſcum Galliæ, Reges. n. 57.
Aloyſium Lippomanum, & Hugonem Rangonium ad reddẽdas Senatui grates, ac cuncta diſponenda pro Concilio præmittit. nu. 34. 60.
Cardinalem Langium Salisburgij Archiepiſcopum, quod alieno tempore Synodum coëgerit, atque alio, quam par erat, ordine, celebrauerit, coarguit. n. 35.
Io. Fabrum ſtrenuum Catholicæ fidei pugilem Epiſcopum Viennen. commendat. n. 36.
Reginaldum Card. Polum Legatum in Angliam deſtinat. n. 38.
Abeuntem ingenti pecuniæ vi adiuuat, ac Leodienſi Card. commendat. n. 42.
Eundem concordiæ interpretem inter Carolum V. & Franciſcum I. cùm per ipſorum fines tranſiret, deputat. n. 39.
Scotiæ Regem ad opem Reginaldo Polo ferendam, atque ad pacem promouendam hortatur, ib.
Eidem Regi Gladium cum pileo in nocte Natiuitatis Domini benedictum dono mittit. n. 40.
Galliæ Regem ad pacem, & ad Reginaldum Cardinalem Polum ſuis auxilijs fouendum inuitat. n. 41.
Mariam Hungariæ Reginam Belgij Gubernatricem ad Legatum Polum Regijs officijs cõplectendum extimulat. n. 42.
Polum in capitis diſcrimen ob Hẽrici VIII. inſidias adductum ad ſe reuocat, eiuſque in reditu indemnitati conſulit. n. 44.
Regem Poloniarum pecunia contra Nouatores inſtruit, ac Regni Præſules de oſtenſa conſtantia commendat. n. 45.
Ciſſienſibus contra Turcas opitulatur. n. 46.
Portuum Picęni munitionibus contra

tra eosdem firmandis incumbit. n. 48.
Cardinales tres pro rebus necessarijs contra Turcas præparandis deputat, ib.
Nuntium pro pace inter Principes componenda designat. n. 48.
Monet Imperatorem, vt imminente Turcarum periculo pro pace cum Francisco Galliarum Rege componenda Oratorem ad se mittat. n. 49. 50.
Eadem cum Francisco tentat. n. 49.
Venetorum Ducem, vt cum Cæsare fœdus contra Turcas sanciret, extimulat. n. 52.
Liberata à Turcarum metu Italia gratias Deo agit, ac Imperatorem iterum ad pacem vrget. n. 53.
Fœdus cum Cæsare, & Venetis contra Turcas celebrat. n. 54. 61.
Subditos Romanæ Ecclesiæ proposita bonorum proscriptione, alterius Principis stipendia accipere vetat. n. 58.
Legatos pro pace destinat. nu. 59. 60.
Sigismundum Poloniæ Regem pacis interpretem inter Ferdinandum, & Io. Hungariæ Reges constituit. n. 62.
Oratorem eiusdem Sigismundi ad se venientem, vt consueta Pontificibus deferret obsequia, benignè excipit. n. 63.
Decem millium aureorum subsidium eidem contra Tartaros dimicanti tribuit. n. 63.
Simonem Episcopum Zagabrien. quanta pro pace firmanda, ac Turcis coërcendis præstiterit, Paulus suis literis edocet. n. 64.
Fœderis articuli inter Pontificem, Cæsarem, ac Venetos contra Turcas in Consistorio leguntur. an. 1538. n. 3.
Poloniæ Regem, vt suas vires cum Ferdinando Rege contra Turcas coniungat, hortatur. an. 1538. nu. 5.
Andream Auriam sacri fœderis Ducem suis epistolis ad præclarè agendum accendit. n. 6.
Patriarchæ Aquileien. Pont. classis Præfecto vexillum ritè benedictum porrigit. n. 7.
Decimas in Lusitania pro bello sacro imperat. n. 7.
Cum Imperatore, & Rege Galliæ Niciam conuenire statuit, vt pax inter illos firmaretur. n. 8.
Niciam eiusque Arcem à Duce Sabaudiæ pro eiusmodi conuentu exposcit. ib.
Legatum Vrbis Card. Neapolitanum creat. n. 9.
Cardinales, Campegium, Simonettam, & Alexandrum, vt Vicentiam ad Concilium mitteret, Legatos declarat. n. 9.
Lucam, sublato prius interdicto, solemniter intrat. num. 10.
Placentiæ subsistens Vicentinum Concilium prorogat. ib.
Alphonsum Card. Lusitanum Romam, vt Concilij tempore ibi interesset, euocat. ib.
Genuensium Oratores Placentiæ excipit. ib.
Extra Niciam, in Cœnobio S. Francisci, negata à Sabaudiæ Duce Arce, commoratur. ib. & n. 11.
Cum Cesare colloquitur. n. 11. 13.
Rex Galliæ valetudine implicitus sui aduentus tarditatem apud Pontificem per Oratores excusat. n. 11.
Sacram Synodum Niciam delatam Pontifex veneratur. n. 12.
Excipitur in Consistorio Niciæ extrà Vrbem Franciscus Galliæ Rex, qui cum Pontifice colloquitur. n. 12.
Regina, ac Delphinus Pontificem salutant. n. 13.
Tentat vt se præsente Reges in colloquium, & complexum veniant, sed frustrà. n. 12.
Decennales Inducias inter Cæsarem, Gallorumque Regem conciliat. n. 13.
Romam redit. ib.
Margaritam Nauarræ Reginam ad concordiam inter Reges alendam hortatur. n. 19.
Hieronymum Cardinalem Aleandrum Legatum in Hungariam ad confirmandas concordiæ pactiones inter Ferdinandum, & Ioannem mittit. n. 20.
Gratulatorias epistolas scribit Ioanni n. 21.
Ferdinandum Gonzagam Proregem Siciliæ monet, vt classem, quam habebat instructam, Venetę contra Turcas coniungat. n. 22.
Carol. V. ad Constantinopolim expugnandam extimulat. n. 24.
Decimas Clero Hispano pro bello contra Turcas imperat. n. 25.
Indulgentiam Plenariam orantibus pro expeditione contra infideles largitur. ib.
Contra Guidobaldum Vrbini Ducem inobedientem, & contumacem arma mouere statuit, sed omnis apparatus breui sedatur. nu. 30.
Nouem Cardinales pro rebus ad Conc. pertinentibus deputat. n. 31.
Tres quoque Præsidentes Concilio Vicentiæ indicto designat, nempè Campegium, Simonettam, Aleandrum. n. 31. 32. a. 1539. n. 25.
Dilationem aperitionis Concilij propter Prælatorum paucitatem imperat. ib. & a. 1538. n. 34. 55.
Dilationis causas, quas Soauius carpit, Cardinalis Sadoletus elucidat. n. 36.
Ad Lutheranos ad concordiam, & fidei Catholicæ vnitatem redigendos Card. Aleandrum Legatum in Germaniam dirigit. nu. 38.
Eidem committit, vt Bohemorum reductioni incumbat, an. 1538. n. 39.
Henricum Angliæ Regem in criminibus, & apostasia sordescentem iterum damnat. n. 45. 46.
Cardinales creat. n. 47.
Octauium Farnesium Præfectura Vrbis donat. ib.
Alphonsum Card. Lusitanum Romam, vt eius consilio vteretur, accersit. ib.
Fœderi Catholico in Germania cōflato se coniungit. a. 1539. n. 1.
Ferdinandum Regem monet, vt Francfordiense decretum Catholicæ Religioni iniquum rescindat. n. 9. 11. 12.
De Lundensi Archiepiscopo grauiter conqueritur, quòd auro corruptus decreto Frāctordiensi subscripserit. n. 10.
Consulit, vt conuentui Ordinum Imperij Cæsar interesit. n. 13.
De Maria Hungariæ Regina in Lutheranam sectam aliquantulum propensa expostulat. n. 14.
Sigismundum Poloniæ Regem per Hieronymum Rorarium Internūtium monet, vt Aula Regia impostores arceat. n. 20.
Pileum, ac gladium consecratum Sigismundo Poloniæ Principi mittit. n. 21.
Reformationem Curiæ Romanæ molitur. n. 22.
Contra ipsam Lutherus, ac Sturmius insurgunt. ib.
Alexandrum Cardinalem Farnesium ad Car. V. Legatum mittit pro morte Isabellæ, pro pace, pro rebus Angliæ, ac Concil. n. 23. 32.
Suspendit iterum Concilii Vicentiæ indictum ad tempus incertum. n. 26.
Summa vigilantia ad arma contra Turcas excitat Poloniæ Regem, n. 27.
Item Ferdinandum Romanorum Regem. n. 28.
Ac Io. Hungariæ Regem. n. 30.
Decimas in Hispania, ad duos annos assignatis duabus quartis fructuum Ecclesiasticorum Car. V. pro paranda classe contra Turcas concedit. n. 31.
Nec ipsos Cardinalis à decimis vult illo tempore immunes. n. 31.
Ad excindendas serpentes hæreses Iacobū Card. Sadoletum in Auenionensi ditione Censorem fidei declarat. n. 33.
Georgium Archiepiscopum Armachanum ad Hæreticos transfugam Episcopatu deiecit, Robertoque Wancop illius Ecclesiæ administrationem confert. n. 36.
Oppidum Ciuitatis Regalis in Indijs in Cathedralem euehit. n. 36.
Cardinales creat. n. 38.

Mar-

Digitized by Google

Marcellum Cerninum Alex. Card. Farnesio Legato ad Principes consiliarium addit. Ibid. & a. 1546. n. 127.
Redeunte Card. Farnesio summopere dolet, pacem haud quaquam concludi potuisse. a 1540. n. 12.
Poloniæ Regi de his scribit. n. 13.
Marcellum Card. Cerninum Legatum ad Cæsarem, & Romanorum Regem in Spirensi Conuentu constituit. n. 27.
Spirensi Dietæ interesse Card. Moguntinum hortatur. n. 28.
Bauariæ Ducibus Religionis causam commendat. n. 29.
Item Episcopis Viennensi, & Herbipolensi. n. 30. 31.
Conuentui Spirensi Hagenoam translato Io. Moronum adesse iubet. n. 32.
Thomam Campegium Feltrensem Episcopum cum alijs Viris doctis ad Dietam Wormatien. designat. n. 52.
Instructiones illi datæ. n. 54.
Albertum Pighium comitem Thomæ adiungit. n. 56.
Antonium Perenottum Granuellanum Atrebati Episcopum suis literis ad tuitionem Catholicæ fidei in Dieta Wormatiensi accendit. n. 57.
Strigoniensem Archiepiscopum, alioſque Hungariæ Regni Episcopos post Io. Regis mortem, ne ad Turcas deficiant, ardenti, sed irrito studio per epistolas commonet. n. 62. 63.
Episcopum Veronensem pro reformatione Cleri Romam vocat, ac Cardinales pro Tribunalium reformatione deputat. 65.
Eborensem in Lusitania Ecclesiam ad Archiepiscopalem dignitatem euehit. 65.
S. Franciscum Xauerium Apostolicum Legatum in Indias mittit. n. 66.
Societatis Iesu Sodalitium confirmat. n. 67.
Gasparem Card. Contarenũ Legatum in Germania declarat. an. 1541. n. 1.
Præceptiones illi datæ. ibid.
Fœderi Catholico se coniunctum declarat Pont. ac pecuniam apud mensarios deponit. n. 20. 33.
Protestantes armis aggredi non consulit. n. 21.
Articulos quosdam parum Catholicæ Religioni consonos, vel ad tempus tolerari, omninò dissentit. n. 22. 33.
Concilium proponit. n. 23. 26.
Plurima ad Germaniæ reductionem conducentia eidem suggeruntur. a. 1541. n. 25.
Cardinalem Contarenum ab inuidis insimulatum mirificè laudat, ac Bononiæ Legatum creat. n. 38.
Gerardum Kildariæ Comitẽ Hibernum pro fide Catholica extorrem Leodien. Episcopo commendat. n. 40.
Wltoniæ Princeps strenuus Catholicæ Religionis pugil meritis à Paulo Tertio encomijs celebratur. n. 41.
Ioannem Codurium, & Alphonsum Salmeronem Societatis Iesu ad fulciendam Hibernorum in fide Catholica constantiam submittit. n. 42.
Regem Scotiæ ad arma contra Henricum Angliæ Regem prouocat. n. 43.
Heluetiorum validam manum contra Turcas contrahit. n. 45.
Perusinos rebelles pullis vestibus, & laqueo ad collum appositio ante pedes in porticu S. Petri veniam deprecantes absoluit. n. 46.
Lucam, vt cum Imperatore conueniat, relicto Romæ Leg. Card. Pio, se confert, & quę ibi cum Imperatore transegerit. n. 48. 49. 50.
Misso in Gallias Protonotario Dãdino à Rege expoſcit, vt ab inducijs cum Cæsare non discedat. n. 50.
Sanctissimum Christi Corpus Pont. iter agentem ex antiqua consuetudine præcedit. n. 51.
Agit cum Cardinalibus de Concilio inchoando. n. 52.
Item de fœdere Catholicorum contra Hæreticos firmando; pluraq; super hoc agitantur, a. 1541. n. 53.
Rex Galliæ expoſcit à Pontifice, vt iudicet de violatione pactorum à Cæsare commissa ob necem Fregosij, & Rinconij. n. 54.
Cæsarei vrgent Pont. vt pro liberatione Georgij Austriaci Valentini Archiepiscopi apud Galliarum Regem instet, ib. qui tandem liberatus est. n. 61.
Nicolaum Ardinghellum pro his omnibus Nuntium mittit. ibid. & n. 44. & 61.
Card. Contarenum è Ratisbonensi Dieta reuertentem Romæ in Consistorio audit. n. 62.
Decem Cardinales pro reformatione Ecclesiasticæ disciplinæ delegat. n. 62.
Cardinales in Gallia agentes pro celebratione Concilij adhibendos Romam vocat. n. 63.
Hispanos similiter, indulgens in gratiam Regis, dumtaxat Cardinalibus Toletano, atque Hispalensi, vt in Hispania remanerent. n. 63.
Hieronymum Verallum ad Regem Romanorum Nuntium missum varijs, ac salubribus monitis instruit. n. 63.
Margaritam Nauarræ Reginam antea hæresis insimulatam, cùm catholicæ pietatis speciem exhibuisset, suis epistolis commendat. n. 66.
Concilium Oecumenicum Tridenti indicit. a. 1542. n. 1. 12.
Io. Moronum pro reformatione Cleri Germaniæ, ac Concilij indictione Spiram mittit. n. 2. 5. 8.
Auxilia contra Turcas exhibet. n. 7. 11.
Cameracum, vel Tridentum, post habitis Italiæ Ciuitatibus, proponit pro Concilio celebrando; Germaniſque Catholicis Tridentum placuit, Protestantibus verò nullus gratus locus, quia nullum à Pontifice indictum Concilium celebrari volebant. n. 11. 12.
Bullam indictionis Concilij Tridentini promulgat. n. 13.
Reges, ac Principes ad tam pium opus sollicitat. n. 14. 15.
Othonem Truchses Tridentum, ac Norimbergam pro eadem Concilij indictione mittit. n. 15.
Triremes Pontificias pro Marani recuperatione dare non posse, Christophoro Tridentino Episc. scribit. n. 20.
Noua extimescens inter Reges bella Io. Riccium Politianum in Hispaniam pro pace constanter tenenda mittit. n. 21.
Card. insuper Contarenum, & Sadoletum Legatos pro pace amplius vrgenda declarat. 22.
Defuncto Contareno Michaëlem Card. de Sylua sufficit. ibid. & 27.
Card. Contarenum defunctum laudat, magnumque fuisse Virum prædicat. n. 24.
Galliæ Regem, & Delphinum per epistolas ad pacem prouocat. n. 27. 28.
Reuocatur à Legatione Card. de Sylua, cùm parum gratus fuisset Imperatori ob simultates, quas cum Io. Lusitaniæ Rege habuerat. n. 30.
Imperatorem, & Galliæ Regem ad nouum iterum colloquium inuitat. n. 31. 33.
Henricum Ducem Brunsuicensem bello à Lutheranis lacessitum suis literis consolatur. n. 38.
Episcopũ Hildesheimensem ad cõstantiam in aduersis hortatur. n. 39.
Item Sigismundum Episcopum Merseburgensem. n. 40.
Hermannum pariter Magistrum Ord. Theutonicorum in Liuonia. n. 41.
Io. Thomam Sanfelicium Cauensem, & Io. Matthæum Gibertum Veronẽsem, Episcopos Tridentum pro Concilij præparatione mittit. n. 43.
Petrum Paulum Parisium, Io. Moronum, ac Reginaldum Polum S. R. E. Card. Concilij Tridenti-

ni Legatos declarat. num. 43.
Heluetios ad Concilium properare, datis literis extimulat. n. 44. 45. a. 1543. n. 8.
Lotharingum Cardinalem, alioſq; quod ſeguius Pontificia iuſſa de repetenda Vrbe complerent, perſtringit. a. 1542. n. 47.
Conſiſtorium habet in Baſilica SS. XII. Apoſtolorum. n. 47.
Edicta quædam nefaria in Polonia propoſita datis ad Regem, & Epiſcopos literis reuocari iubet. n. 48. 49.
Paſchaſium Broetium Societatis Ieſu in locum Codurij defuncti ſuffectum, & Alphonſum Salmeronem Apoſtolicos in Hiberniam Nuntios miſſos legationem quoque in Scotia exercere iubet. n. 51.
Franciſcum Archiepiſcopum Senonenſem in librorum Hæreticorum detentores, ex quibus hæreſis clam in Gallijs ſerpebat, Regio quoque implorato auxilio animaduertere imperat. n. 52.
Armeniorum literis Epiſcopum depoſcentium perlectis, Benedictum Ordinis S. Dominici Naxiuanen Epiſcopum creat. n. 57.
Cardinales creat. n. 58.
Cæſarem ex Hiſpania in Italiam deſcendentem conuenire decernit, cùm pro Concilij, tùm pro pacis negotijs. a. 1543. n. 5.
Bononiam ea de cauſa ſe confert, n. 9.
Encyclicis literis Præſules omnes ad Concilium inuitat. n. 6.
Ferdinandum Romanorũ Regem, alioſque Germaniæ Principes ad Præſules mittendos inuitat. n. 6. 7.
Ad colloquendum cum Cęſare Põtifex Buxetum profectus. n. 13.
Concilium ad aptius tempus ſuſpendit. n. 16.
Germaniæ Antiſtites, & Principes, ac Poloniæ Regem de cauſis ſuſpenſionis Concilij per epiſtolas certiores facit. n. 17. 18. 19.
Colonienſem Senatum, & Clerum, deficiente à Catholica fide Hermanno Archiepiſcopo ad conſtantiam in ipſa confirmat. n. 22. 24. 25. 26. 27.
Idem agit cum Monaſteriẽſi, Oſnaburgenſi, ac Mindenſi Senatu, & Clero. 23.
Hermannum Colonien Archiepiſcopum ad fidem reuocare paternè ſtudet. n. 29.
Bauariæ Duces ob ſtrenuè nauatam erga fidem catholicam operam à Pont. commendantur. n. 30.
Subſidiarias copias in Hungariam mittit. n. 34.
Pro Aquileien Eccleſiæ iuribus grauiter ad Ferdinandum Romanorum Regem ſcribit. n. 35.
Principem Equitum Rhodiorum Magiſtrum ad Chriſtianorum littorum defenſionem hortatur. n. 37.
Decimas pro Nitiæ defenſione in Ducatu Mantuę, Marchionatuque Montis Ferrati, & alibi imperat. n. 38. 39.
Renuit fœdus contra Regem Galliæ cum Carolo V. ſancire. n. 45.
Franciſcum Sfondratum ad conuentum Spirenſem Nuntium mittit. n. 49.
Alex. Card. Farneſium pro pace promouenda Legatum deſignat. n. 51. 52.
Reginam Francorum Pontifex ad Pacem promouendam hortatur. n. 52.
Publicas ſupplicationes indicit. n. 53. & a. 1544. n. 22.
Scotiæ Regno ab Anglis laceſſito, Decimis ſubmiſſis & conſilijs ſuccurrit. a. 1543. n. 54.
Marcum Patriarcham Aquileien pro Scotiæ Regno tuendo, fide Catholica aſſerenda, ac Dauide Card. Bettonio è cuſtodia educendo, in qua Iacobo Scotiæ Rege defuncto incluſus fuerat, Legatum mittit. n. 54. 55.
Poloniæ Regem ad firmiter in conſtantia fidei Catholicæ perſeuerandum hortatur. n. 56.
Ordinum Regularium Comitia celebrari iubet, atque in ijs ſuſpectos de hæreſi à publicis muneribus, ac concionibus dimoueri. n. 57.
Nitiæ defenſionem ſpondet Imperij Principibus, ac vt paci vniuerſali incumbant, efflagitat. n. 3.
Grauiter in Cęſarem inſurgit, quòd in decreto Spirenſi Pontificias partes ſibi vſurpauerit. n. 7.
Domino Granuellano, Petro Soto Ordinis Prædicatorum, ac Regi Romanorum de eadem re per literas ſcribit. n. 8. 9.
In cauſa Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis monitoria expediri iubet. n. 15.
Pacis deſiderio æſtuans Legatos iterum creat Cardinales Grimanum, & Moronum, & Epiſcopum Cauenſem. n. 19. 20. 21.
Pace firmata, conditiones in Conſiſtorio leguntur. n. 23.
Literas gratulatorias ſcribit. n. 21. 25. 26.
Refellitur calumnia, quòd Pont. contra Cæſarem fœdus cum Gallis, & Venetis inire meditaretur. n. 27.
Rex Galliæ pro Concilio maturando, & armis contra Henricum Regem Angliæ mouendis ad Paulum ſcribit. n. 28.
Bullam profecutionis Concilij edit. n. 29.
Decernit, quòd aperto licèt Concilio Romæ Pontificis electio habenda ſit à ſolis Cardinal. n. 30.
Ad Cæſarem, Sabaudiæ Ducem, atque Heluetios pro Concilij celebratione, ac itinerum ſecuritate ſcribit. n. 30. 31.
Cardinales Romam accerſit. n. 32.
Supplicationes habet. n. 35.
Card. Turnonio, quòd in Gallijs ſtrenuè pro fide catholica laborauerit, gratias agit. n. 37.
Legatum Apoſtolicum in Scotia Card. Sancti Andreæ conſtituit. ibid.
S. Thomam de Villanoua Valẽtino Archiepiſcopatui præficit. n. 38.
Cardinales creat. n. 40.
Othoni Truchſes Card. creato pileum imponi à Card. Moguntino imperat. n. 42.
Legatos ad Tridentinum Concilium declarat Card. de Monte, Cardinalem Ceruinum, & Card. Polum. a. 1545. n. 1. 2.
Pœnis Canonicis propoſitis Præſules ad Concilium excitat. n. 7.
Proregis Neapolitani Epiſcopos à Concilio auertentis, & ſolùm per Procuratores adeſſe volentis audaciam confregit. n. 8.
Concilium omni remota dilatione aperiri iubet. n. 11.
Card. Farneſium ad Cęſarem Legatum mittit, qui Trideti ſubſiſtens Concilij aperitionem tantiſper diferri ſuadet. n. 10. 11.
Quod & à Pontifice probatũ. n. 14.
Gratulatur Pontifici Io. Luſitaniæ Rex, quòd Concilium indixiſſet. n. 16. n. 30.
Ferdinandum Regem Romanorum monet, vt quę ad Religionem ſpectarent, ad Concilium Oecumenicum deferret, nec in Dietis decerni permitteret. n. 17. 18.
Indulgentiam erga Proteſtantes à Cæſare exquiſitam ſuſpectam habet. n. 23.
Concilium aperiri iubet. n. 28. 34.
Archiepiſcopos, & Epiſcopos Romæ verſantes, licèt in Curia munera exercerent, Tridentum petere iubet. n. 29.
Præſulum Germanorum Procuratores admitti indulget. n. 34.
Inſtructiones Tridentinis Legatis mittit. n. 47.
Cardinalem Mantuanum ob nauatam in coërcendis hæreſibus operam commendat, ac pluribus facultatibus inſtruit. n. 52.
Ferrariæ Ducem, vt ſollicitè Mutinæ cuſtodiæ contra ſerpentem hæreſim incumbat, commonet. n. 53.
Carolo V. indulget, vt à Siciliæ Clero ſubſidium colligat. n. 54.
Petrum de Soto Ordinis Prędicatorum ſuis literis hortatur, vt pacem, quam inter Reges propediem firmauerat, alere enixè ſtudeat. n. 56.
Luſitaniæ Regi cauſas exponit, cur à cen-

à cenſoribus fidei illius Regni ad ſe Neophytorum cauſas auocauerit, quibus ille adductus conceptam contra Pontificem iram deponit. n. 58. 59.
Cardinales creat. n. 59. 60.
Claudio Æthiopiæ Regi coniunctionem cum Romana Eccleſia expetenti Internuntium, ac munera promittit. n. 61.
Parmam, & Placentiã Petro Aloyſio Farneſio, receptis Camerino, & Nepete, attribuit. n. 63.
Pont. ſecus, quam prius decreuerat, de dogmatibus ſimul, ac reformatione in Concilio agi acquieſcit. n. 11. 15. 16.
Reformationi Eccleſiaſticæ incumbit. n. 38. 39.
Heluetios ad Concilium ſollicitat. n. 57.
Dolet plurimos ex illis ab Eccleſiæ obſequio auocatos. n. 58.
Fœdus cum Cæſare contra Hæreticos ſancit. n. 94.
Franciæ, & Poloniæ Reges ad ſocietatem marmorum inuitat. n. 96. 97.
Item Venetiarum Ducem, alioſque tùm Italiæ, tùm Germaniæ Principes. n. 100. 102.
Hermannum Colonienſem Epiſcopatu deturbat, atque Adolphum ſtrenuum Catholicæ fidei pugilem ſufficit. n. 103.
Duodecim millia peditum Cæſari ſuppetias ſub Octauio Farneſio duce, atque Alexandro Cardinali Farneſio Leg. mittit. n. 105. 106.
Hieronymum Verallum Archiepiſcopum Roſſanenſem in Legatione apud Cæſarem Farneſio ſufficit. n. 113.
Ducem Venetiarum admonet, vt mala germina hæreſeos Vicentia, cæteraque ſua ditione eliminet. n. 147.
Remittit cenſuras contra interfectores Card. S. Andreæ, modò fortiter Scoti ſe gerant contra Anglos. n. 148. & a. 1547. n. 115.
Plures Epiſcopatus in America conſtituit. a. 1546. n. 154.
Item in Mexicano Regno, aliiſque Prouincijs. n. 155. 156. 157.
Henricum Card. in Regno Luſitaniæ ſubſiſtere indulget. n. 158.
Cardinalium reformationem ad ſe, & non ad Concilium ſpectare, Pontifex declarat. a. 1547. n. 1.
Tranſlationem Concilij Tridento Bononiam approbat Paulus Tertius. n. 55.
Tranſlationis cauſas F. Petro à Soto Ordinis Prædicatorum ſuis literis ſignificat. n. 57.
Poſtulatus, vt Concilium Tridentum redire iuberet, quid reſponderit. n. 59.
Suſpenſionem Concilij Pontifici ſuadet Henricus Galliæ Rex ad auertenda ſchiſmatis pericula ob tranſlationem factam adeò Cæſari ingratam. n. 60.
Iubet, ne quid grauioris momenti in ſeſſione Bononiæ habenda ſtatuatur. n. 62.
Plura de hoc negatio tranſlationis, ac de proteſtationibus hinc indè factis. n. 78. ad 100. per totum.
Gratulatur Cæſari de victoria contra Saxonem. a. 1547. n. 101.
Maximi, ac fortiſſimi titulo illum decorat. ib. & n. 105.
Romanorum Regi, quod tumultuantes Bohemos compeſcuerit, gratulatur. n. 104.
Henrico Brunſuicenſium Duci de liberatione à cuſtodia, qua ab Hæreticis premebatur, congaudet. n. 105.
Ad belli ſemina, quod inter Imperatorem, & Regem Galliæ timebatur, excindenda, duos Legatos mittit Franciſcum Sfondratum Cardinalem ad Cæſarem, & Hieronymum de Capite Ferreo Card. S. Georgij ad Regem Galliæ. a. 1547. n. 106. 118.
Ad Cæſarem pro reſtituenda Farneſiæ genti Placentia ſcribit. nu. 110.
Nuntios mittit. n. 112. 113. 114.
Iuſta ſolemniter Franciſco Galliarũ Regi defuncto perſoluit. n. 116.
Henricum Galliarum Regem de Patris morte per epiſtolas, & per Car. Sancti Georgij Legatum ſolatur. n. 117. 118.
Pluralitatem Eccleſiarum nec ipſis *Cardinalibus* concedendam ſtatuit Paulus. n. 118.
Oratorem Henrici Galliarum Regis obedientiam exhibentis excipit. n. 119.
Defuncto Henrico VIII. pro reuocanda ad fidem Catholicam Anglia Legatos decernit. n. 122.
Literas amoris plenas ad Anglos mittit. n. 123.
Hibernos in fide Catholica retinenda mirificè conſtantes commendat. n. 125.
Scotos ad eandem aſſerendam extimulat. n. 126. 127.
Mariam ipſorum Reginam grauiter excitat. n. 128.
Luſitaniæ Cenſoribus, Rege deprecante, ac benignitatem pollicente, adminiſtrandæ in Neophytos cenſuræ facultatem reſtituit. nu. 131. 132.
Aloyſiam Sygeam Toletanam, quòd plurimas calleret linguas, ſuis epiſtolis laudat. n. 132.
Sigiſmundum Regem Iuniorem Poloniarum ad Patris ſequenda veſtigia hortatur. n. 133.
Cardinales creat. n. 134.
In India Epiſcopatum Fluminis Argentei, vulgò Rio della Plata nuncupatum inſtituit. n. 135.
Vrgetur à Cæſ. Oratoribus, vt iterum Tridento Concilium reſtituat. a. 1548. n. 2.
Statibus Imperij idipſum expoſcentibus, quæ reſponderit? n. 3.
Coram Pontifice proteſtationem ſuper Concilij tranſlatione, quam irritam volebat, Cæſareo nomine habet Didacus Mendoza. n. 19.
Reſponſio Pontificis per Bloſium Fulginatenſem Epiſcopũ reddita. n. 26. 28. 29.
Cardinales quatuor ſuper tranſlationis Concilij validitate Iudices conſtituit. n. 31.
Retardari progreſſum Concilij, quò clariùs interim eluceſcat tranſlationis validitas, iubet. n. 32.
Card. Pacecchum, cæteroſque Hiſpanos Præſules, qui Tridenti obfirmatè ſubſtiterant, coarguit, ac vt Romam defenſores mittant, imperat. n. 34.
Idem Patribus Bononien iubet. n. 35.
Parent Bononienſes: differunt, ac renuunt Tridentini. n. 37. 39. & ſeq. vbi de hac materia agitur vſque ad n. 42. & a. 1549. n. 16. vſque ad 20.
A Pontifice ad Concilium ob tranſlationis negotium Cæſar appellans viſus penè dilabi in ſchiſma. a. 1548. n. 13.
Facultates pro Nuntijs in Germaniam ad morum reformationem delegandis expetitæ. a. 1548. n. 45.
Iudicium de ipſis à Legatis Concilij Bononiæ expoſcit Pontifex. n. 46 48.
Proſperum Sanctacrucium Epiſcopum Chiſamenſem Nuntium in Germaniam mittit. n. 50.
Plura inconſulto Pont. ac præſertim *Interim* molitur Carolus V. n. 55. 59.
Epiſcopum Fanenſem ea de cauſa ad Cæſarem mittit. n. 56.
Petitionibus de Sacerdotum coniugio, calice à Laicis vſurpando, ieiunijs tollendis, breuiter, ac grauiter reſpondet Pontifex. n. 58.
De fœdere inter Pontificem, & Henricum Galliæ Regem inundo agitur. n. 65.
Nuntij Apoſtolici pro reformatione in Germania curanda eliguntur. n. 72.
Pro vniuerſali reformatione inſtituenda plura molitur Paulus Tertius, ac Præſules ex cunctis Orbis partibus aduocat. n. 74. 78.
Poloniæ Regem, defuncto Sigiſmundo Patre, ſuis epiſtolis conſolatur, atque ad fidem Catholicam fortiter aſſerendam prouocat. n. 82.
Equites Rhodios Carolo V. commendat. n. 84.
Librum Exercitiorum Spiritualiũ Sancti Ignatij de Loyola ad pre-
ces

ces Franciſci Borgiæ Gandiæ Ducis approbat. n. 86.
Carolum Borbonium Cardinalem creat, n. 87.
Hæreticis ad Eccleſiam reuertentibus plura benignè indulget. an. 1549. n. 1.
Henrico Brunſuicenſium Principi de fide Catholica in ſuis ditionibus reſtituta gratulatur. n. 4.
Cæſar Placentiam Pontifici reſtituere detrectat. n. 9.
Referuntur, quæ circa Placentiæ iura fuere agitata, tàm à Cæſare, quam à Pont. n. 10. 11.
Concilium Bononiæ concordiæ ſtudio dimitti iubet, n. 21. 23.
Conqueritur apud Cæſarem, quòd impudentiſſimos Hæreticorum libros contumelijs refertos perugari fineret. n. 23.
Petrum Paulum Vergerium Apoſtatam à fide Epiſcopatu priuat, pœniſque in Hæreticos ſtatutis ſubdit. n. 23.
Pro reſtituenda in Anglia catholica Religione apud Cæſarem laborat. n. 27.
Cardinales creat, n. 45.
Reginæ Poloniæ nondum coronæ redimitæ, vt inter Diuina myſteria Euangelium, & patena illi deoſculanda porrigerentur, indulget. n. 46.
Parmam Eccleſiæ, & Octauio Nepoti Camerinum reſtituere meditatur. n. 47.
Octauij epiſtolis exacerbatus animo deficit, ac poſt quatuor horas recreatus, conuocatis Cardinalibus Eccleſiam ipſis commendat, Cõſeruatores Vrbis gratia exemptionis quorumdam vectigalium donat. n. 47.
Moritur Febri, & catharro oppreſſus. n. 48.
Conſanguineis ditandis nimium indulſiſſe ſub finem vitæ dolet, ib.
Eius virtus, ib.
Paulus Barchiſius globi ictu interfectus exercitum Ferdinandi Regis Hungariæ, cuius dux erat, maximum in diſcrimen adducit. an. 1537. n. 65.
Paulus Capiſuccbius cùm eſſet Epiſcopus Neocaſtrenſis, & Pauli III. Vicarius Perufinæ Ciuitati præficitur. a. 1535. n. 58.
Carolo V. Romam venienti obuiam mittitur, eique ante portam S. Sebaſtiani Crucem oſculandam offert. a. 1536. n. 1.
Paulus Card. Caſius Diſciplinæ Eccleſiaſticæ reformandæ præficitur. a. 1534. n. 3.
Pro Concilij celebratione deputatur, a. 1536. n. 4.
Paulus Juſtinianus Venetus Pontificiam claſſem in Tunetana expeditione, conſilio, & peritia ſua adjuuare iubetur. n. 1535. n. 43.
Pauperes. Duodecim pauperum pedes in cœna Domini Romæ Carolus V. lauat, eiſque egregia donat munera. a. 1536. n. 4.
Sint maximè curæ Epiſcopis. an. 1541. n. 29.
Pauperum de Lugduno ſectam reuiuiſcentē Mediolani excindi Paulus III. imperat. a. 1536. n. 45.
Pax quanto ſtudio inter Chriſtianos Principes à Pontifice promota. a. 1536. n. 7. 12. 14. 15. a. 1537. n. 48. 50. a. 1543. n. 51.
Ad illam promouendam Legatos dirigit. a. 1540. n. 12. 19. 20. a. 1542. n. 21. a. 1544. n. 20.
Pontifex ipſe Niciã pro ea promouenda ſe confert. a. 1538. n. 11.
Pro pace obtinenda preces vniuerſis iuſſu Pontificis imperantur. a. 1541. n. 22.
Pacis ſpes inter maiores bellorum motus effulget. a. 1544. n. 19.
Nicolaum Ardinghellum in Gallijs ad pacem enixè promouendam Pont. mittit. a. 1541. n. 54.
Pax inter Gallos, & Anglos conficitur. a. 1546. n. 149.
Pacis cum Hæreticis componendæ aperta via. a. 1546. n. 91. 93.
Per amica colloquia haud ſperanda. a. 1540. n. 17.
Ab Hæreticis conditiones pacis ſemper confractæ. a. 1540. n. 39.
Ab impijs Hæreticorum concionatoribus pax in Germania retardatur. a. 1546. n. 115.
Pecunia. Ad alliciendos Lutheranos, vt ad fidem Catholicam reuertantur, pecunia vti non approbat Pont. a. 1541. n. 21.
Peccatum. Deum peccati cauſam fecere Io. Caluinus. a. 1535. nu. 24. & Philippus Melanchon. an. 1540. n. 49.
De Peccato Originali in Concilio differere iubentur Legati, a. 1546. n. 69.
Diſcutitur. n. 72. 74.
Dilationes ad agendum de ipſo à Cæſareo Oratore expoſcuntur. n. 70.
Diſputatio de illo in plura capita diſſecta. n. 71. 73.
Hæreſes circa ipſum. n. 74.
Non includitur B. Virgo, cùm de ipſo differitur. Vide *Maria Virgo*.
Penſio reſeruatur in Archiepiſcopatu Valentino, pro filijs Maurorum ad fidem reuertentium. a. 1544. n. 38.
Perſæ Turcas graui clade afficiunt, a. 1535. n. 45. 48.
Perſiæ tumultus in ea Ciuitate exortos compeſcit Paulus. a. 1535. n. 58.
Supplices in porticu Sancti Petri veniam petunt. a. 1541. n. 46.
Peruuia. In Regno Peruano, auctō fidelium numero, erigitur in Cathedralem Ciuitas, cui nomen, Cuzco. a. 1536. n. 48.
Peſtis, Carolus Aurelię Dux peſtilentia correptus moritur. a. 1545. n. 31.
Peſtis cauſa Spirenſis conuentus Hagenoam transfertur. a. 1540. n. 33.
In caſtris Gallorum graſſatur. a. 1545. n. 37.
Tridenti timetur, atque indè Concilij tranſlatio. a. 1547. n. 42. & ſeqq.
Petrus Balma Epiſcopus Gebennenſis. deſidiæ notatur. a. 1535. n. 25.
Cardinalis creatur. a. 1539. n. 38.
Petrus Bembus Venetus Cardinalis creatur. a. 1538. n. 47.
Petrus Bertanus Epiſcopus Fanenſis pro morum reformatione procuranda in Germaniam mittitur. a. 1548. n. 71.
Petrus Daneſius ad Concilium Regis Galliarum Orator doctam habet orationem. a. 1546. n. 120. 121.
Petrus Faber Societatis Jeſu pluribus in locis, ac præſertim in Germania pro fide Catholica ſtrenuè laborat. a. 1543. n. 31. a. 1544. n. 11.
Petrus Gaſca exortas in Indijs diſſenſiones compeſcit. a. 1547. n. 135.
Eius in auro deſpiciendo magnanimitas, ib.
Cum eadem, qua intrauit, veſte, ex illa auri terra ſine auro rediens exiuit. ib.
Petrus Gamratus Epiſcopus Cracouienſis ad meliorē frugem apparitione defuncti reuocatur. a. 1545. n. 62.
Petrus Paceccbus Epiſcopus Giennen. Card. renunciatur. a. 1545. n. 60.
Concilio Tridentino intereſt. an. 1546. n. 15.
In Card. de Monte Conc. Præſidem commotus, ſupplex ab eodem veniam poſcit, n. 126. 127.
Quid ſenſerit de decreto Reſid. Epiſ. a. 1547. n. 3. 23. 29. 30.
De cauſa Conceptionis Immaculatæ Virginis in Concilio agi poſtulat. Vide *Maria Virgo*.
Tranſlationi Cõcilij Tridento Bononiam aduerſatur. a. 1547. nu. 42. 44. 45. 50.
Renuens cum alijs Hiſpanis Præſulibus Tridento diſcedere, apud Pontificem non benè audit. an. 1548. n. 34.
Romam pro eiuſdem tranſlationis cauſa diſcutienda euocatur. an. 1549. n. 14.
Excuſationem, quam obtendebat, Pontifex non admittit. n. 17.
Obdureſcit tamen alijs cum Præſulibus Hiſpanis in ſententia non recedendi. n. 18.
Petrus à Soto Ordinis Prædicatorum à Pont. commendatur, & cùm eſſet Car. V. à confeſſionibus ad pacem inter Reges fouendam accenditur. a. 1545. n. 56.

Sua-

I N D E X

Suadet Car. Farnesio, vt Concilium Bononia Tridentum referri curet. a. 1547. n. 57.
Scribit super hoc negotio ad ipsum Paul. III. ib.
Petrus Suauus quàm ineptè mentiatur de causa Indictionis Concilij Mantuæ. a. 1536. n. 44.
De causa cur Pont. ad Concilium non accesserit, fallax commentum. n. 37.
Falsò asserit Card. Farnesiũ à Pont. missum ad Cæsarem vt illum à petendo concilio abduceret. an. 1545. n. 14.
Refellitur calumnia, quod Paulus III. priuatis suæ familiæ commodis studens Bononiam adierit, vt cum Cæsare colloqueretur. n. 12.
Plurima in sua historia contra Concilij libertatem mentitur. a. 1546. n. 55.
Petrus Strozzius à Cæsariano exercitu victus, fugatusq. a. 1544. n. 16.
Petrus Toletanus Episcopos Neapolitani Regni per Procuratores Concilio interesse debere contendens Pontificijs literis à sententia dimouetur. a. 1545. n. 8.
Petrus Vermilius dictus Martyr librorum Hæreticorũ lectione seductus hæresim profitetur. a. 1543. n. 57.
Lucam Ciuitatem inficere molitur. ib.
Angliam petit. a. 1548. n. 80.
Hæresim palàm de suggestu docet, & Caluinista tandem euadit. a. 1549. n. 29. 30.
Petrus Vestrius Episcopus Aquensis ad indicendum Rom. Regi Conc. mittitur. a. 1537 n. 11. 12. 5.
Magno plausu à pluribus in Germania excipitur. n. 13.
Smalcaldam concedit, & quæ ibi. egerit. n. 14. 15.
Petrus Viretus Orbensis Farello additur comes ad Geneuam hæresi fœdandam. a. 1537. n. 25.
Petrus Aloysius Farnesius Parmæ, & Placentiæ Dux à Paulo Tertio designatur. a. 1545. n. 63.
In Placẽtina Arce à coniuratis trucidatus, genitalibus abscissis, ludibrio exponitur. a. 1547. n. 109.
Coniurationis Genuen. à Fliſco paratę conscius æstimatus. n. 107.
Petrus Paulus Parisius Episcopus Nuscanus Cardinalis creatur. an. 1539. n. 38.
Legatus ad Tridentinum Concilium. a. 1542. n. 43.
Tridento Bononiam ad res Concilij coram Pontifice ibi tùm commorante enuntiandas vocatur. a. 1543. n. 9.
Legatur ad Cæsarem pro colloquio cum Pontifice obtinendo n. 13.
Ad discutiendam validitatẽ translationis Concilij à Pontifice deputatur. a. 1548. n. 31.
Petrus Paulus Vergerius Romam è Germania accitus denuò ad Concilium promouendum in Germaniam remittitur. a. 1535. n. 31.
Quæ egerit cum Saxoniæ Duce. n. 34.
Wittembergæ cum Luthero colloquitur. n. 36.
Hæresis insimulatus Tridenti non admittitur, eiusque causa Patriarchæ Venetiarum, & Nuntio Apostolico delegatur. a. 1546. n. 29.
Diffugit ad disseminandam apud Heluetios hæresim. ib.
Iustinopolitano Episcopatu ob hæresim priuatus plurima contra Pontificiam auctoritatem insano furore euulgat. a. 1549. n. 23.
Veritatem agnitam præ fastu, eiurata hæresi, confiteri erubescit. ibid.
Philippus Lantgrauius. In suas partes ipsum trahere Io. è Bokelson Anabaptistarum Rex frustrà studet. a. 1535. n. 38. 39.
Quàm malè Nuntium Apostolicum acceperit. a. 1537. n. 14.
Fœderis à Catholicis contra Hæreticos sanciti fortuitò factus conscius, Smalcaldicos socios conuenire Francfordium ad retundendos Catholicorum animos incitat. a. 1539. n. 2.
In Cæsarem coniurans decretoria sententia proscribitur. an. 1546. n. 108. 109.
Bellum Car. V. immissa in cuspide sagittæ epistola indicit. a. 1546. n. 110.
Pace frustrà à Cæsare expetita noctis tempore fugit. a. 1546. n. 111.
Ob victorias à Carolo V. partas, metu agitatus supplex ad eius genua veniam deprecans, imperatis quibusdam conditionibus, absoluitur. a. 1547. n. 105.
Philippus Melanchthon desiderium concordiæ simulat, cui tamen fidem adhibendam Cochlæus negat. a. 1540. n. 2.
Peccati auctorem Deum facit. a. 1540. n. 49.
Eloquentiæ suæ phaleras in Wormatiensi colloquio distendit. an. 1540. n. 59.
De originali peccato cum Eckio disputat. ib.
In conuentu Ratisbonensi cum Catholicis differit. a. 1541. n. 7.
De fide iustificante, atque abusibus Ecclesiæ emendandis multa scribit. a. 1541. n. 17.
De falsi crimine à Matthia Illyrico accusatur. a. 1549. n. 6.
Philippus Sciabottus Gallorum Dux Sabaudiam, & Pedemontium mira celeritate occupat. an. 1536. n. 11.
Philippus Strozzius à Cosmo Florentiæ Duce in carcere detentus se ipsum iugulat. a. 1538. n. 47.
Philippus Valentinus Mutinã Lutheriana hæresi inficere molitur. a. 1545. n. 53.
Pileus rubeus Alexandro Farnesio, & Guido Ascanio Sfortiæ Cardd. creatis Bononiæ imponitur ab Archiepiscopo Sipontino Gubernatore. a. 1534. n. 14.
Otthoni Car. Truchses à Moguntino Card. a. 1544. n. 42.
Henrico Card. Lusitano mittitur. a. 1546. n. 158.
Carolo Card. Borbonio. a. 1548. n. 87.
Placentia. De Concilio in ea celebrando agitur. a. 1535. n. 30.
Cæteris illam proponit Cardinalis Sadoletus. a. 1537. n. 58.
Paulus Tertius Niciam profectus, Placentiæ per aliquot dies subsistit, ac decretum de prorogando Vicentino Concilio, habito Cardd. Senatu, promulgat. an. 1538. n. 10.
Familiæ Farnesiæ in feudum decernitur. a. 1545. n. 63.
Petrus Aloysius Farnesius Placentiæ Dux à Placentinis trucidatur a. 1547. n. 109.
Ab Insubriæ Gubernatore occupatur. n. 84. & 109.
Quibusdam conditionibus acceptis Placentini se ei subdunt. n. 111.
Paulus III. à Carolo V. pro Petri Aloysij filijs illam expoſcit. n. 110. 113. 114.
Restituere illam Farnesijs renuit Car. V. a. 1549. n. 9.
Differitur de controuersijs super ea Ciuitate. n. 11.
Iulius Vrsinus ad Car. V. pro ea recipienda à Pont. directus, re infecta regreditur. a. 1547. nu. 114. a. 1549. n. 9.
Pluralitas beneficiorum damnatur in conuentu Possonienſi. an. 1545. n. 24.
Pluralitas Episcopatuum. Vide *Episcop.*
Polonia quomodo Lutherana hæresis ipsam infecerit. an. 1535. n. 29.
Sigismundus Poloniæ Rex Turcas, & Hæreticos strenuè arcet à Regno. a. 1536. n. 41.
Pamphilo à Strasoldo demandatur cura denuntiandi Concilium in Polonia. ib. & 1537. n. 5.
In maximum discrimen propter disseminatas hæreses adducitur. a. 1537. n. 45.
Regem Poloniæ pecunia Pontifex adiuuat. ib. & n. 63.
Splendidam Legationem Pontifici mittit. a. 1537. n. 63.
In coniunctionem armorum contra hæreticos à Pontifice inuitatur. a. 1538. n. 5.

Inter Ferdinandum, & Ioannem Hungariæ Reges pacis interpres à Pontifice adhibetur. a. 1537. n. 62.

Varijs turbis agitatur, an. 1542. n. 48.

Admonentur a Pontifice Rex, & Poloniæ Episcopi, vt strenuè nouitatibus se opponant, a. 1542. n. 48. 49.

Synodus celebranda pro hæresi arcenda ab Archiepiscopo Gnesnensi decernitur. n. 50.

Hæresi, & Turcarum direptioni miserè patet. a. 1543. n. 56.

Politici. Ipsorum artes Christianæ Reipublicæ multum obsunt. an. 1548. n. 49. 50.

Polygamia. Hæretici illam approbant. a. 1547. n. 64.

Pompeus Cecius Episcopus Nepesinus Cardinalis creatur. an. 1542. n. 58.

Pœnitentia antiquorum veluti Patrum error à Caluino statuitur. a. 1542. n. 53.

Articuli Hæreticorum circa Pœnitentiæ Sacramentum recensentur. a. 1547. n. 58.

Pœnitentiæ necessitas post peccatum. a. 1548. n. 79.

Sacramenti Pœnitentiæ Minister solus Sacerdos. ib.

Porca. Specie porcæ Ecclesiam depingit Lutherus. a. 1545. n. 48.

Potestas Secularis non minùs, quàm Ecclesiastica à Martino Luthero tollitur. a. 1540. n. 49.

Pragmatica Ecclesiasticæ libertati noxia in Hispania tentatur. an. 1543. n. 52.

Præsules à voluptatibus, luxu, cæterisque vitijs sint immunes. an. 1541. n. 29.

Familia ipsorum, quomodo instituenda. ib.

Præcedentia. Lis de præcedentia inter Oratores Regis Romanorum, & Regis Galliarum. a. 1546. n. 13. & 119.

Prædicatio. Inhibiti plures è plebe, qui in Hungaria prædicationis munere fungebantur. an. 1545. n. 24.

Prædicationis officium Episcopatui annexum. a. 1546. n. 63.

Prædicatio veritatis per Germaniam contra Hæreticorum impostoras suadetur. a. 1541. n. 25.

Præfectura Vrbis Octauio Farnesio à Paulo Tertio conceditur. a. 1538. n. 47.

Presbyteri. An ipsis concedendum coniugium, disseritur. a. 1540. n. 49.

Presbyterorum ordinatio nouis ritibus in Anglia celebratur. an. 1547. n. 129.

Primatus. Ecclesiæ Romanæ Primatus in Anglia à Sanctissimis viris effuso sanguine asseritur. a. 1535. n. 9. &c.

Contra ipsum Henricus Octauus insurgit. a. 1535. n. 1. 2.

Item Petrus Paulus Vergerius. a. 1546. n. 29.

Ante mortem Henricus Octauus Primatum Romanæ Ecclesiæ à se recognitum, cùm palàm fateri disponeret, ab adulatoribus illusus non profitetur. an. 1547. n. 120.

Procuratores. Non admittuntur in Concilio Episcoporum Procuratores ad dicendam sententiam. a. 1545. n. 7. n. 15. a. 1546. n. 7.

Conceditur tamen Germanorum Episcoporum Procuratoribus. a. 1545. n. 34.

Procuratores Cæsarei in Bononiensi Concilio excipiuntur. an. 1548. n. 6.

Protestantur, irritamque dicunt Concilij translationem. nu. 9. & seq.

Eorum peruicacia notatur. n. 14.

Prædestinatio. Ob quasdam de prædestinatione sententias Io. Grimanus Patriarcha Aquileiensis in non sanæ doctrinæ suspicionem adductus, Apologia conscripta, suam sententiam declarat. an. 1549. n. 24.

Prosper Sanctacrucius Episc. Chisamen. in Germaniam Nuntius decernitur. a. 1548. n. 50.

In Bohemia fælicem nauat operam pro reconciliandis Hussitis. an. 1549. n. 25.

Protestantes. Ad ipsos paterna charitate Paulus Pont. literas mittit. a. 1535. n. 31.

Pontifici ad Concilium inuitanti stultè, ac irreuerenter respondent, n. 36.

Quæ scripserint ad Carolum Quintum circa Concilium. an. 1536. n. 43. 44. à. 1537. n. 5. 15. &c. ad 20.

Quid de Episcoporum potestate sentiant. a. 1540. n. 49.

Smalcaldam conueniunt. a. 1536. n. 42. a. 1537. n. 14. 15.

Conuentum Francfordiæ contra fœdus Catholicum celebrant. a. 1539. n. 2.

Bona Ecclesiasticis direpta restituere detrectant. a. 1540. n. 51.

Gallorum Regem frustrà in suas partes trahere contendunt. an. 1540. n. 60.

Item Henricum Angliæ Regem, irrito conatu tamen, falsitatis in pluribus notantur. ib.

Concordiam à Catholicis impeditam in conuentu Ratisbonæ mendaciissimè prædicant. a. 1541. n. 37.

In recessu Cæsareo vrgent, vt multa ipsis concedat. a. 1541. n. 35.

Plura, eaque indigna in Conuentu Spirensi postulant. a. 1543. n. 49.

Concilium extra Germaniam celebratum admittere negant. a. 1541. n. 35.

A Concilio abhorrentes, Dietas sibi commodas exposcunt, & à Car. V. impetrant. an. 1545. nu. 19. 20.

Protestatio contra Concilij Tridentini translationem à Procuratoribus Cæsareis Bononiæ peracta. a. 1548. n. 6. 9. 10. &c.

Romæ à Didaco Mendoza coram Pont. renouatur. a. 1547. n. 87. & 97.

Protestationi respondetur à Paulo Tertio. a. 1548. n. 29.

Psalmorum liber à Bucero, quo consilio inscriptus Delphino Galliæ. a. 1547. n. 116.

Pueri qui sine baptismo decedunt, probabilius est, quòd nulla sensus pœna torqueantur, quamuis contraria sententia non sit proscripta. a. 1538. n. 43.

Purgatorium. Nomen Purgatorij aboleri mandat Henricus Octauus, licet orare pro defunctis non vetaret. a. 1536. n. 28.

Veritas Purgatorij à Schola Louaniensi adstruitur. a. 1544. n. 36.

Articuli circa ipsum discutiendi proponuntur. a. 1547. n. 67.

Purgatorium, & suffragia pro animabus in ipso detentis, credenda. a. 1548. n. 79.

Q

Quadragesima veluti phanaticus Sanctorum Patrum error à Caluino improbatur. an. 1542. nu. 53.

Lacticinia, atque oua nec in Germania, tempore Quadragesimæ permittuntur. a. 1548. n. 70.

Rosa ex antiqua Pontificum consuetudine Dominica quarta Quadragesimæ benedicitur. a. 1537. n. 4.

R

Ranutius Farnesius. Diac. Cardin. pronuntiatur. a. 1545. n. 60.

Ratisbona. Colloquiũ Wormatiense ad Ratisbonensem Dietam transfertur. a. 1540. n. 59.

Conuentus Ratisbonæ indicitur, & Card. Contarenus summo honore ibidem excipitur. n. 5.

Liber concordiæ in eo conuentu exponitur. n. 8. 12.

Catholicæ parti plurimum incommodus. n. 25.

Recessus Ratisbonensis Catholicis æquè, ac Hæreticis improbatur. n. 33. 35.

Acta à Bucero infideliter, ac procaciter conscribuntur. n. 37.

Re-

Digitized by Google

INDEX

Refelluntur ab Eckio calumniæ. a. 1542. n. 42.
Iterum alius conuentus indicitur. a. 1546. n. 89.
Rauenna. Corruēte in ea Vrbe Templi Beatæ Virgini dicati teſtudine, integra, atque illæſa Euchariſtia reperitur. a. 1549. n. 48.
Reformatio à Paulo III. ipſo ſui Pontificatus initio expetitur. a. 1535. n. 3. 29. 37.
Reformatio Rom. Curiæ à Ioan. Fabro Ep. Viennenſi ſuadetur. a. 1536. n. 37. in art. 54. 55.
Reformationis conſilia à Paulo III. ſuſcepta. a. 1539. n. 22.
Plures præſtantiſſimi Viri ſententiam ſuam ſuper ea dixere. an. 1539. n. 22.
Lutherus, & Sturmius aduersùs eam duos edunt libellos. ib.
Promouetur Cleri, & Curiæ reformatio. a. 1540. n. 65.
Reformatio in Clero Germaniæ à Card. Contareno promouetur. a. 1541. n. 29.
Decem Cardinales pro reformatione Eccleſiaſticæ diſciplinæ Romæ à Pontifice deputantur. an. 1540. n. 65.
Io. Moronum Mutinenſem Epiſcopum pro reformatione Cleri Germaniæ Pontifex Spiram mittit. a. 1542. n. 1. 2. 5. 8.
Martinus Bucerus inſigni petulantia reformationem ſtatuere audet, à Catholicis omnibus ſummè reprobatam. an. 1544. n. 10. 11. 12.
De reformatione in Concilio agi ſuadetur. 1546. nu. 16. 32. 40. 41.
Circa ordinandos, & ad beneficia promouendos proponitur. n. 63. & ſeq.
Agitur de reformatione in Concilio. a. 1547. n. 28.
Reformationi in Germania cum facultatibus ampliſſimis tres Præſules præficiuntur. a. 1548. n. 72.
Pro vniuerſali reformatione conſtituenda Epiſcopos vndequaque Romam accerſit Pont. a. 1548. n. 44. 73.
Quid de ea ſenſerint Epiſcopi Galliarum. n. 73.
Reformatio Eccleſiaſticæ diſciplinæ à Car. V. audacter attentata, magnum pijs omnibus offendiculum incuſſit. a. 1548. n. 57. 62.
Reformatio Politiæ Imperialis promulgatur. a. 1548. n. 61.
Reginaldus Birgittenſis Monachus, morti ab impio Henrico VIII. adiudicatus triduum ad ſe præparandum expoſcit. an. 1535. n. 6.
Inuicta conſtantia, ad patibulum, negato dilationis ſpatio, properat. ib.
Reginaldus Polus luculento Commentario Henrici VIII. fautorumque eius contra Pontifices calumnias confutat. a. 1534. n. 10.
Immanem ab Henrico in tot pios Viros exercitam lanienam deplorat. a. 1535. n. 4.
Card. Roſſenſis virtutes celebrat. n. 8. 9.
Henrici impia facinora exagitat. n. 14.
Romani Pontificis auctoritatem paratus ad ſanguinē fundendum tueri. n. 15.
Thomæ Mori egregiam in tormentis virtutem prædicat. n. 16. 17.
Pontifex illum ad ſe honorificis epiſtolis accerſit. a. 1536. n. 40.
Diaconus Cardinalis SS. Nerei, & Achillei creatur. a. 1536. n. 49.
Ad res Angliæ componendas Apoſtolicum de Latere Legatum in Angliam ipſum creat. an. 1537. n. 38.
Per Galliam tranſiens pacem inter Regem, & Cæſarem componere iubetur. n. 39.
Commendatur à Pont. Scotiæ, ac Franciæ Regibus, nec non & Belgij Gubernatori. nu. 40. 41. 42.
Ad ſumptus itineris, atque ad ſubleuandam Catholicorum inopiam ingenti auri vi inſtruitur à Pontifice. n. 42.
Pariſijs ſummo honore excipitur. n. 43.
Henricus Angliæ Rex Franciſcum Regem poſtulat, vt Polum in ſuam traderet poteſtatem. ib.
Cameracum ad euitandas Henrici inſidias tendit. ib.
Crucem, Legationis inſigne, quam cæteri præ timore ferre trepidabant, inuicta animi conſtantia palam ipſe ſua manu effert. ib.
Euerardus Card. de Marchia Reginaldum honorificentiſſimè Leodij recipit. n. 44.
Quæſitus ad mortem ab Henrico VIII. miratus Regis amentiam dixit, ſe iam dudum vitæ huius tædio affectum mortem appetiuiſſe. ib.
Reuocat illum ad ſe Pontifex, ipſius capiti metuens. ib.
Militarem cuſtodiam Romæ commoranti contra Regis inſidias attribuit. ib.
Eius caput quinquaginta aureorum millium pretio licitatur. a. a. 1537. n. 44.
Deputatur cum pleriſq; alijs Cardd. pro tractandis rebus ad Concilium pertinentibus. a. 1538. n. 31.
Carpentorati ob Regis Angliæ inſidias aliquandiù moratur. an. 1539. n. 24.
Tridentini Concilij Legatus decernitur. a. 1542. n. 43. a. 1545. n. 1. 2.
Inſidijs Henrici Angliæ Regis appetitus profectionem ſuam differt. n. 3.
Quo pacto quilibet ſententiam ſuam in Concilio dicere, ac defendere debeat, edocet. a. 1546. n. 14.
Iuſſu Pontificis proponitur audiendis quibuſcumque opponentibus contra validitatem tranſlationis Concilij Bononiam. a. 1548. n. 31.
Legatum ad Cæſarem, & in Angliam Reginaldum mitti, defuncto Henrico VIII. enixè contendit Cardinalis de Monte. a. 1549. n. 27.
Regulares. Eorū priuilegia à Feſulano Epiſcopo controuerſa, Britenorienſis Epiſcopus tuetur. nu. 61. 65. 66.
Pluſquam decem millia ad ſęculum ſub Henrico VIII. rediere. an. 1536. n. 29.
Promouendi ad Sacros Ordines, teſtimonium probatę vitę ab eorum Superioribus habere debent. an. 1547. n. 77.
Comitia Generalia à pluribus Regularibus Ordinibus celebrari iubet Paulus Tertius, atque in ijs ſuſpectos de hæreſi à publicis muneribus dimoueri. an. 1543. nu. 57. 58.
Religio. Non ad Reges, ſed ad Epiſcopos de cauſis Religionis ſpectat cognoſcere. Egregium Sigiſmundi Poloniæ Regis effatum. a. 1548. n. 81.
Reſidentia promouetur à Paulo III. ac Reſidentibus liberam collationem alternatiuam, & contra exemptos procedendi facultatem concedit. a. 1541. n. 62.
Prolixa oratione à Cardinali Pacecco, vrgetur in Concilio Epiſcoporum reſidentia. a. 1546. n. 135.
Epiſcopi non reſidentes meretricibus à Sancto Damaſo Papa comparantur. a. 1546. n. 135.
In Decreto de Reſidentia Cardinales non nominari placuit Paulo Tertio, & quarè? a. 1547. n. 1. & n. 2.
Nec etiam an de iure eſſet Diuino. ibid.
Variæ pro efformando Reſidentiæ decreto contentiones, ac ſententiæ. n. 3. 4.
Decretum de Reſidentia publicatur. a. 1547. n. 9. & 19.
Rhegium Calabriæ Ciuitas à Turcis crematur. a. 1543. n. 36.
Riccardus Ferbeſtonus, quod Catharinam Angliæ Reginam defendiſſet, atque Pontificiam in Henrico dignitatem agnoſcere noluiſſet,

Digitized by Google

ſet, extremo ſupplicio afficitur, a. 1540. n. 64.

Riccardus Farmerus bonis ſpoliatus in carcerem ab Henrico VIII. truditur. a. 1540. n. 64.

Rio detto Plata in Epiſcopatum erigitur. a. 1547. n. 135.

Ritus Eccleſiæ à Lutheranis maximè oppugnati, ne apud ipſos inſtaurentur, & quare? a. 1548. n. 63.

Robertus Laurentius Carthuſianus pro aſſerendo Romani Pontificis Primatu in Anglia occumbit. an. 1535. n. 3. 4.

Robertus de Loncourt Epiſcopus Catalaunen. Cardinalis creatur. an. 1538. n. 47.

Robertus Puccius Epiſcopus Piſtorien. Cardinalis renunciatur. a. 1542. n. 58.

Robertus Vancop inſignis Theologus Armacanæ Eccleſiæ in Hibernia adminiſtrandæ præficitur. anno 1539. n. 36.

Dolet Eccleſiaſticorum potiſſimùm ignauia Germanos à Concilio Tridentino indicto abhorrere. a. 1542. n. 45.

Rodulphus Pius Carpenſis Epiſcopus Fauentinus in Galliam Nuntius. a. 1535. n. 13. a. 1536. n. 20.

Cardinalis creatur tit. S. Potentianæ. a. 1536. n. 49.

Concilium in Gallia indicit. an. 1537. n. 5.

Legatus in Gallias deſtinatur. a. 1537. n. 59. a. 1538. n. 8.

Cùm Pont. Placentiæ moraretur, è Legatione redux, quæ pro pace cogenda egerit, Pontifici narrat. a. 1538. n. 10.

Ad colloquium Nicienſe Pontificem ſollicitauit. n. 11.

Roccandulphus Militum Dux Budæ potiundi occaſionem præ inani gloria elabi ſinit. a. 1541. nu. 46.

Roma Concilio celebrando apta proponitur. a. 1535. n. 30.

Solemni pompa Romam Carolus V. ingreditur, ibique per aliquot commorans dies, plura edit pietatis argumenta. a. 1536. nu. 1. 4.

Romanæ Curiæ abuſus tolli ſuadet Io. Faber. n. 37.

Quàm malè Hæretici ipſos cum dogmatibus confundant. a. 1537. n. 16.

Romam Concilium Tridentinum transferri cogitatur. a. 1535. n. 25. a. 1549. n. 18. Vide *Reformatio*.

Romanæ Vrbis Conſeruatores à Paulo Tertio morti proximo depoſcunt, & impetrant vectigalium imminutionem. a. 1549. n. 47.

Roſa Mediana à Pontifice benedicta Duci Mantuæ dono mittitur, an. 1537. n. 4.

S

Sacerdos. Sacerdotum cælibatum omninò retinendum graui pœnaſii edicto mandat Henricus VIII. a. 1536. n. 27. 28. & a. 1539. nu. 35.

Sacerdotum coniugium expoſcitur. an. 1548. nu. 45. 50. 58. n. 72.

Reprobatur. n. 68. & an. 1549. n. 2.

Nemo ſæcularis excedens vigeſimum quintum annum à minoribus Ordinibus ad Sacerdotalem Ordinem, niſi poſt triennium euehatur, niſi magna vrgente neceſſitate. a. 1547. n. 76. 77.

Sacerdotium eſt poteſtas in anima, quæ per depoſitionem non auferetur. n. 69.

Sacramenta pro ſua libidine immutat, vel contrahit Henricus VIII. a. 1536. n. 28.

Sacramentorum numerus ſeptenarius. a. 1540. n. 49.

Errores Hæreticorum circa Sacramenta tàm in genere, quàm in ſpecie. a. 1547. n. 24. 31. 34.

Sacramentorum adminiſtratio priuatis in domibus non concedatur, niſi grauibus, atque vrgentibus ex cauſis. a. 1547. n. 72.

Sacramenta Eccleſiæ gratis conferri, omneſque abuſus eliminari iubetur. n. 72.

Pro Sacramentorum adminiſtratione nihil accipiatur, ſpontaneæ tamen fidelium oblationes non vetantur. n. 73.

Sacramentum Euchariſtiæ, quod pridem negauerat, fatetur Lutherus. a. 1545. n. 48.

Sacramentorum adminiſtratio legitima qualis, a. 1548. n. 53.

Sanctiſſimum Sacramentum ex antiqua conſuetudine, Pontifici iter agenti præfertur. a. 1541. n. 51. Vide *Euchariſtia*.

Sacramentarij ab ipſo Luthero reprobantur. a. 1545. n. 48.

A Rege Chriſtianiſſimo plectuntur, & eijciuntur. a. 1535. n. 24.

Hungaria excedere iubentur. an. 1545. n. 24.

Sampſon Epiſcopus Ciceſtrenſis carceris cuſtodiæ ab Henr. VIII. mancipatur. a. 1540. n. 64.

Sanctt. Eorum cultus, atque inuocatio contra Proteſtantes aſſeritur. a. 1540. n. 49.

Sanguis Dauidis Cardinalis Betonij ab Hæreticis occiſi nulla deleri poteſt ablutione. a. 1546. n. 147.

Satisfactio Sacramentalis à Proteſtantibus reijcitur. a. 1540. n. 49.

Saxonia. Magna eius pars à Ferdinando Auſtriaco, & Mauritio Duce ſubijcitur. a. 1546. n. 111.

In Lutheri doctrina à Matthia Flacco Illyrico continentur. an. 1548. n. 63.

Schiſma Anglicanum ab Henrico VIII. conflatur. a. 1535. n. 1. 2. 3.

Auaritia tutorum Eduardi Regis perdurat. a. 1547. n. 124.

Scholæ. Hæreticorum ſcholæ à Lutheranis ſplendidè inſtituuntur. a. 1540. n. 5.

Scotia varijs tumultibus agitatur. a. 1542. n. 51.

Ad eam ſubleuandam Patres Societatis Ieſu accedunt. ib.

Cardin. S. Andreæ legatus in Scotiam ad hæreſim præfocandam. a. 1544. n. 37.

Ad aſſerendam fidem Catholicam Scoti Pontificijs literis excitantur. a. 1547. n. 126.

Scoti cum Anglis diſſident. an. 1545. n. 57. & a. 1547. n. 128.

Gallorum auxilijs Anglorum faſtum reprimunt. an. 1547. num. 115.

Ab Henrico II. Gallorum Rege auxiliares contra Anglos ſuppetias excipiunt. a. 1549. n. 32.

Scriptura Sacra, eius auctoritas, & qualis apud Hæreticos. a. 1540. n. 60.

Sacræ Scripturæ libros emendari ſuadetur, ac plura circa ipſius correctionem, atque interpretationem proponuntur. a. 1546. n. 28. 31. 32 &c.

Diſcutitur, an expediat in vernaculam linguam transferri. n. 38. vſque ad 42.

Libri Sacræ Scripturæ in Concilio recepti, ac controuerſiæ ſuper ijſdem Romæ, ac Tridenti. a. 1546. n. 49. 51. 53. 54.

Cur de eius emendatione nullum in decreto verbum. n. 53.

Sacram Scripturam in diſtortos ſenſus interpretantes, vel ad ſcurrilia, & vana detorquentes acriter à Concilio notantur. n. 50.

De ea penè in omnibus officinis apud Anglos diſputatur. a. 1549. n. 29.

Sebaſtianus Pighinus Apoſtolicus Nũtius pro morum reformatione, & Hæreticorum reductione in Germaniam decernitur. a. 1548. n. 72.

Luſtrata Germania, non alia via, quàm armis ad fidem reuocari poſſe ſcribit. a. 1548. n. 72.

Sebaſtianus Scertellus Lutheranorum Dux Ficſſa al Lycum amnem, Cluſa, atque Ereberga potitur. a. 1546. n. 107.

Sena, Oratores ad præſtandam Pontifici obedientiam Senarum Ciuitas mittit. a. 1536. n. 45.

Ea ditio à Barbaroſſa malè vexatur. a. 1544. n. 17.

Pro Concilio ibi celebrãdo proponitur. a. 1546. n. 127. a. 1547. n. 80.

Sen-

Digitized by Google

Sententia. In dicendo ſuam in Cõcilio ſententiam, quinam ſeruandus modus, piè docet Reginaldus Cardinalis Polus. a. 1546. nu. 14.
Serpentes pro dijs in Regno Armutiæ habiti. a. 1549. n. 44.
Serui. Plures hęretici hoc titulo addito *Serui Seruorum Chriſti* ſe ſubſcribunt. a. 1540. n. 50.
Seſſiones. Concilij Tridentini ſeſſionibus ſpectandis plures Viri nobiles admittuntur. a. 1546. n. 48.
Sfortia Pallauicinus ab Octauio Farnęſio Parmæ Duce ad Carolum Quintum pro recuperatione Placentiæ mittitur. an. 1547. num. 112.
Sicilia Turcarum direptionem metuit. a. 1545. n. 53.
Clerus Siciliæ ad ſoluendum Car. V. ſubſidium pro expeditione contra Turcas Pontificijs mandatis vrgetur. a. 1545. n. 54.
Sigiſmundus Germanus Venetam ditionem hæreſi inficere tentans, comprehenſus, iuſſu Ducis Vicario Vicentino ſiſtitur. a. 1535. n. n. 28.
Sigiſmundus Epiſcopus Merſeburgenſis à Paulo III. ad conſtantiam in Epiſcopali vigilantia ſolicitatur. a. 1542. n. 40.
Sigiſmundus Poloniæ Rex à Paulo III. ad pullulantes hæreſes excindendas ſtimulatur. a. 1543. n. 56. & ad fœdus contra ipſos. a. 1546. n. 97.
Apud Pontificem pro expeditione aduerſus Turcas, & Concilio agit. a. 1540. n. 13.
A Pontifice monetur, vt prauos impoſtores aula ejiciat. a. 1539. n. 20.
In Turcas ab eodem excitatur. n. 27.
De fide Catholica optimè meritus obit. a. 1548. n. 81.
Egregium eius effatum, quod ad Epiſcopos, non ad Reges de puritate verbi cognoſcere ſpectat. ibid.
Sigiſmundus Auguſtus Poloniæ Princeps Pileo, & gladio in nocte Natiuitatis Domini conſecrato à Pontifice donatur. a. 1539. nu. 21.
Ad Patris ſectanda veſtigia à Pontifice incitatur. an. 1547. num. 133.
De parentis obitu ab eodem conſolatorias accipit epiſtolas. an. 1548. n. 82.
Decernit ad Pontificem Oratorem Martinum Chromerum. n. 83.
Cardinalatum pro Cracouienſi Epiſcopo depoſcit. a. 1548. n. 83.
Simon Zagabrienſis Epiſcopus. Ad eum Pontifex de infœlici Hungariæ, ſtatu literas dat. a. 1537. n. 64.
Exercitum Ferdinandi pollicito commeatu tardiùs, ac malè confirmat. n. 65.
Sleidanus. Io. Sleidanus notatur erroris. a. 1545. n. 48.
Impudentiſſimis Hæreticorum libris in ſua conſarcinanda hiſtoria vſus. a. 1549. n. 23.
Smalcalda. Principes Proteſtantes ibi, vt Concilio celebrando ſe opponant, conueniunt, atque indè fœdus Smalcaldicum. a. 1536. nu. 42.
Sectariorum præcipui eò confluunt. a. 1537. n. 14. 15.
Aquenſis Epiſcopus Apoſtolicus Nuntius illuc ſe confert. n. 14.
A Principibus Proteſtantibus inurbanè acceptus. ib.
Matthias Heit Imperatoris nomine à Principibus ibi congregatis reſponſum circa Concilium extorquet. n. 15.
Refertur cum obiectorum confutatione Nouatorum reſponſum. ibid.
Augetur Smalcaldica colluuies. a. 1546. n. 24.
Societas Jeſu Apoſtolico diplomate confirmatur. a. 1540. n. 67.
Sodomia. Caluinus ob turpe Sodomiæ crimen lilio candente ad humerum vſus, & exilio mulctatus. a. 1535. n. 21.
Solymannus Ibrahimum in Perſas, & Hariadenum in Africam mittit, qui Tunetum Muleaſſe ejecto occupat. a. 1535. n. 43.
Eius exercitus in Perſide ingenti clade afficitur. n. 44. 47.
Iuxtà Nimphatem Montem à Perſis clade affectus in Aſſyriam ad Babylonem ex improuiſo oppugnandam mouet exercitum. n. 47.
Contra Carolum V. à Francisco Galliarum Rege excitatur. an. 1536. n. 22. a. 1537. n. 3. & a. 1542. n. 18. 20.
Arma in Italiam mouet. a. 1537. n. 61.
Corcyram immaniter vaſtatam deſerit. ib.
Maximos terra, marique apparatus ad Chriſtianorum interneciones adornat. a. 1541. n. 45.
Iniquas conditiones Ferdinando pacem petenti imperat. a. 1541. n. 47.
Spoliato Hungariæ Regno Ioannis filio, vltra Tybiſcum Hippam in Principatum ei tribuit. a. 1541. n. 47.
Eccleſias Hungariæ Mahometano ritu prophanat. ib.
Expeditionem in Perſas, re infecta, abrumpit. a. 1548. n. 84.
Spectra à Dæmonibus obiecta in Regno Iapponiæ crucis inſignibus collocatis fugantur. a. 1549. n. 38.
Deterrere à Sacramento pœnitentiæ reſipiſcentem reum ſpectris conantur. n. 44.
Spira. Colloquium Spiræ ab Imperatore indictum Alexander Cardinalis Farneſius diſturbare tentat. a. 1540. n. 15.
Hagenoam, epidemia graſſante, transfertur. n. 33. 34.
Spirenſis dieta celebratur. a. 1542. n. 9.
De Germania, atque Hungaria à Turcarum metu liberanda differitur. a. 1543. n. 48.
Pontifex Franciſcum Sfondratum ad Spirenſem Dietam Nuntium mittit. a. 1543. n. 49.
Spiritus Sanctus in aperitione Concilij inuocatur. a. 1545. nu. 36. 37.
Staniſlaus Hoſius Sigiſmundi Poloniarum Regis laudes celebrat. a. 1548. n. 81.
Stephanus de Bubalis Pauli III. Cubicularius Henrico Cardinali Luſitano pileum rubrum defert. a. 1546. n. 158.
Stephanus Gardinerus Vintonienſis Epiſcopus Henrico Octauo morituro conſilium prætimore, adulationis plenum præbet. a. 1547. n. 120.
Strigonium à Turcis expugnatur. a. 1543. n. 34.
Sudor è Cruce Meliapore miraculosè emanat. anno 1546. num. 153.
Suecia. Paulus Tertius Regem Sueciæ ad Concilium inuitat. anno 1536. n. 42.
Suffraganei circa mores Metropolitani vigilare debent, ac viciſſim Metropolitanus circà Suffraganeorum, ac Pontificem opportunè monere. anno 1547. num. 77.
Superbia. Veritatem, quam Hæretici norunt, ſuperbia elati, profiteri erubeſcunt. an. 1549. num. 23.
Supplicationes pro pace expoſcenda. a. 1538. n. 18. a. 1543. num. 18. n. 53.
Cunctis Metropolitanis indicuntur. a. 1544. n. 22.
Supplicationes triduæ pro pace parta, & Concilij inſtauratione imperantur. anno 1544. num. 33.
Pontifex pedes è Baſilica Principis Apoſtolorum ad Sanctæ Mariæ ſupra Minernam incedit. ibidem.
Pro aperitione Concilij. a. 1545. n. 35.
Tridenti indicuntur pro fœlici armorum Cæſ. contra Lutheranos ſucceſſu. a. 1546. n. 110.
Pro gratiarum actione de fœlici armorum euentu. an. 1547. n. 98. 101. 102.
Suſpenſio Concilij pluries peracta. a. 1537. n. 26. a. 1543. n. 17. an. 1548. n. 27.

Postremò periculi plena ostenditur à Cardinale de Monte. an. 1549. nu. 19.
Swenckfeldiana hæresis latiùs propagatur. a. 1545. n. 51.
Syndon. Sacram Syndonem Niciam delatam Paulus III. veneratur. a. 1538. n. 12.
Synodus, Salisburgensis Synodus alieno multum tempore celebratur. Vide *Matthias Langius*.
Contra insurgentes Lutheranorum nouitates in Polonia celebranda decernitur. a. 1542. n. 50.
Zuingliani diuersis in locis, ac demùm apud Bernenses conuenticula congregant, ac Synodum Generalem apellant. an. 1536. nu. 46.

T

Tatta Hungariæ Oppidum Turcis se dedit. a. 1543. n. 34.
Te Deum. Io. Card. Roffensis supplicio proximus Hymnum Te Deum laudamus recitat. a. 1535. n. 9.
Tempestas à S. Caietano Iuncula Agni Dei proiecta sedatur, an. 1547. n. 136.
Temperantia inter Hæreticos versanti summè necessaria. a. 1537. n. 10. 11.
Tentatio. Carnis tentationibus, quo pacto resistatur. a. 1548. nu. 33. 58.
Theodoricus Hezius regendæ Gerardi Kildariæ Comitis pro fide Catholica exulis adolescentiæ à Pontifice admouetur. an. 1541. nu. 40. 41.
Theologia Scholastica à Lutheranis contemnitur, ac reijcitur, anno 1536. n. 37.
Theologia doctorum Congregationes in Concilio Tridentino constituuntur, & quare? a. 1546. n. 23.
Thomas Abelas vltimo supplicio ab Henrico VIII. afficitur. a. 1540. n. 64.
S. Thomas Apostolus. Templum Deo in eius honore excitari apud Indos Io. Lusitaniæ Rex imperat. a. 1546. n. 151.
Meliapore, dum Sacellum Diui Thomæ construitur, mira Crux apparet. n. 153.
Thomas Badia Apostolici Palatij Magister formulæ palinodiæ recantandæ super quibusdam malè prolatis ab Augustino Taruisino subscribit. a. 1538. n. 43.
Cardinalis creatur. a. 1542. n. 58.
Thomas Belchianus Ordinis Minorum in carcere Londinensi fame necatur. a. 1538. n. 44.
Thomas Compegius Foltrensis Episcopus, ad Conuentum Wormatiensem Nuntius. an. 1540. n. 52.
Orationem in Conuentu habet. n. 59.
S. Thomas Cantuariensis, ab impio Henrico VIII. in iudicium vocatur, eiusque corpus concremari iubetur. a. 1538. n. 45.
Sarcophagum ipsius eiusdem iussu expilatum viginti sex plaustris auri, argenti, & sacrarum vestium indè auectis. n. 45.
Thomas Contus Ordinis Minorum squallore, atque erumnis Londini in carcere confectus pro Apostolica auctoritate asserenda, an. 1538. n. 44.
Thomas Cromuelus nefaria Henrici Octaui consilia promouet. anno 1535. n. 1.
In exagitandis Religiosis Viris impiè laborat. a. 1535. n. 3.
Constituitur supremus Henrici Vicarius in causis Ecclesiasticis in Anglia. a. 1536. n. 27.
Hæresim occultè fouet. a. 1536. n. 28.
Supplicio capitali affectus, impias, quas suaserat, leges patitur. an. 1540. n. 64.
Thomas Morus ingenti martirij desiderio flagrat. a. 1535. n. 9.
Eius virtus à Pontifice commendatur. n. 11.
Eius constantia variè tentata. n. 15. 16.
Libros merces suas vocabat. 15.
In carcere detentus duos scripsit libros, alterum *de solatio in tribulatione*, alterum *de possessione Christi*. ibid.
Orat pro ijs, qui suæ mortis erant auctores. n. 16.
Carbone ad Margaritam filiam moriturus præclariſſima effata conscribit. ib.
Eius præclara dicta sub mortem. n. 17.
Præciditur illi caput die 7. Iulij. ibid.
S. Thomas de Villanova renuntiatur Archiepiscopus Valentinus. an. 1544. n. 38.
Thomas Vrestanus, erga Religiosos viros Sancti Francisci in Anglia propensus, eorum vitam ad tempus producit. a. 1538. n. 44.
Tiberius Crispus Romanus, S. Agathæ Diaconus Cardinalis creatur. a. 1544. n. 40.
Timiditas in quibusdam Angliæ Episcopis, eorum munere indigna, Primatum Eduardo puero confirmat. a. 1548. n. 80.
A Deo vindice punita. ib.
Tolerantia in articulis fidei ab hæreticis controuersis à Card. Contareno Legato in Germania, & à Pontifice respuitur. an. 1541. n. 18. 22.
Traditiones Apostolicæ discutiuntur, ac recipiuntur in Tridentino Concilio. a. 1546. n. 20. 25. 26. 27. 39. 46. 49.
Translatio. Concilij Tridentini ob pestis suspicionem translatio proponitur. a. 1547. n. 42. &c.
Eius decretum validum fuisse asseritur. a. 1548. n. 14. 31. 37.
A quibusdam, veluti aliquantulum accelerata carpitur. a. 1548. n. 77.
Irrita dicitur publica protestatione à Procuratoribus Cæsaris. n. 10. 11.
Item à Præsulibus Hispanis, qui Tridenti substitere. an. 1549. nu. 12. 13.
De eius validitate apud Sanctam Sedem iudicandum. an. 1548. n. 43.
Circa relationem Concilij Tridentum plura hinc inde suggeruntur. a. 1548. n. 1. 2.
Transubstantiatio. Ab Hæreticis vocabulum istud non admittitur. a. 1541. n. 17.
Prætermitti hanc vocem quidam optant, sed renuit Legatus Contarenus. n. 18.
Tridentum pro Concilio celebrando propositum, Cameraco antefertur. a. 1542. n. 11.
Spirensi Conuentui à Io. Morono oblatum. ib.
Indicitur Concilium Tridenti celebrandum. a. 1548. n. 12. 14.
Legati ad eam Vrbem accedunt. a. 1545. n. 4.
Pestis suspicione laborat, ideòque Concilium Bononiam transferri decernitur. a. 1547. n. 42.
Restitui Tridento Concilium Carolus Quintus postulat, & quid ei respondeat Pont. n. 56. 59.
Tripolis pro ea defendenda Equites Rhodij plurimum laborant. an. 1548. n. 84.
Triremes Pontificiæ pro Maris Anconitani tutela seruatæ, Christophoro Madrucio pro Marani recuperatione illas exposcenti denegantur. a. 1542. n. 20.
Troilus Pignatellus electus Neapoli Turcas de modo inuadendi Regni edocet, sed frustra. an. 1537. n. 51.
Tunetum ad illud occupandum se parat Carolus Quintus. a. 1535. n. 43.
Expugnatur. n. 53.
Turcæ insigni clade à Persis iuxtà Nyphatem Montem afficiuntur. a. 1535. n. 47.
In fugam ab exercitu Caroli V. Tunetum obsidentis compulsi. nu. 53.
Clissię munitissimę Arci in Dalmatia occupandæ inhiant. a. 1536. n. 22.
A Gallorum Rege in auxilium euocantur. n. 22. & a. 1537. n. 3.
Ad propulsandas imminentes Turcarum

earum clades depingantur à Pontifice tres Cardinales, videlicet, capita Ordinum. a. 1537. n. 48.
Magnus Turcarum metus Italiam quatit. n. 56. 51.
Fœdus contra ipsos à Pontifice cum Cæsare, & Venetis. n. 54.
In Hungariam multis cladibus illatis irrumpunt. n. 63.
Tartaros in Polonos excitant. nu, 63.
Contra illud Regnum plura moliuntur. a. 1538. n. 21.
Christiano Orbi grandia mala intentant. a. 1539. n. 27.
De Ferdinandi exercitu præclaram victoriam, nullo ex ipsis desiderato, reportant. a. 1541. a. 46.
Expeditio contra ipsos in Conuentu Norimbergæ decernitur. an. 1542. n. 16.
Hungariæ Regnum, & Germaniam dilacerant. a. 1543. n. 34.
Siciliæ minantur. a. 1545. n. 53.
A Vasco Gamma Lusitano, & Claudio Abyssinorum Rege profligantur. a. 1641. n. 67.
Typographi sacros libros sine licentia excudentes, vel vendentes, iuxta Concilij Lateranensis decreta puniantur. a. 1546. n. 51.

V

Valentinus Hildesheimensis Episcopus à Lutheranis vi, & armis circumuentus, à Paulo III. ad constantiam animatur. a. 1542. n. 39.
Vasa sacra in Anglia direpta, ac deleta. a. 1547. n. 130.
Vbertus Gambara Episcopus Tergonensis Cardinalis renunciatur. a. 1539. n. 38.
Vdalricus Vittembergensis minaci epistola à Carolo V. exterritus, fuga se propipiens, veniam tandem precibus obtinet. a. 1546. num. 112.
Vectigal. Carolus V. Muleassi Tunetano Regi vectigal falconum, atque equorum imperat. a. 1535. n. 53.
Plures Angliæ Prouinciæ vectigalibus crudelibus ab Henrico Octauo oppressę, contra ipsum arma capiunt. a. 1536. n. 30.
Vectigalium imminutione à Paulo III. morti proximo obtinent Vrbis Conseruatores. an. 1549. n. 47.
Veneti. Contra Venetos Solymannus bellum decernit. an. 1537. nu. 52.
Frustrà Tyrannum demulcere studeant. n. 53.
Ab ipso pacem efflagitant. a. 1539. n. 31.
Ad fœdus cum Cæsare ineundum à Pontifice sollicitantur. a. 1537. n. 52.
Cum Pontifice, & Cæsare fœdus percutiunt. n. 54.
Decretum Ecclesiasticæ libertati noxium abrogant. a. 1538. n. 10.
A Galliarum Rege contra Cæsarem, irrito tamen conatu, incitantur. a. 1542. n. 20.
Ad fœdus ineundum cum Pontifice, & Cæsare contra Lutheranos extimulantur. a. 1546. n. 100.
Lutherani in suas illos partes descendisse per calumniam iactant. ibid.
Cæsaris contra ipsos querelæ. ib.
Ad sollicitam hæresis in Vicentina Ciuitate glisscentis compressionē à Pontifice excitantur. a. 1546. n. 46.
Venetam ditionem hæresi inficere molitur Sigismundus Germanus, contra quem strenuè insurgit Dux Venetiarum. a. 1535. n. 28.
Laudatus propterea à Pontifice, ibid.
Veneti à sacro fœdere in Tunetana expeditione ineundo se excusant. a. 1535. n. 43.
Mediolanensem Ducatum non Cæsari, aut Gallo, sed alicui Regulo conferri optant. n. 57.
Oratores obedientiæ ad Pontificem mittunt. a. 1536. n. 45.
Vrbem Vicentiam Pontifici pro Concilio celebrando offerunt. a. 1537. n. 33. 34.
Ad grates ipsis peragendas Pontifex duos Episcopos legat. n. 34.
Venusinus Comitatus Iacobo Card. Sadoleto procurante, ab hæresis periculo eripitur. anno 1538. n. 42.
Verrina Genuensem coniurationem Io. Ludouico Fliſco suadet. an. 1547. n. 107.
Securi percutitur. n. 108.
Vicentia pro Concilio celebrando apta Ciuitas iudicatur. a. 1537. n. 56. 57.
Hæresis contagione infecta à Paulo III. Venetiarum Duci commendatur, vt acriùs ad eam excindendam insistat. a. 1546. n. 147
Victoria. Ingentem de Saxone victoriam reportatam Carolus Quintus non suæ virtuti, sed Dei benignitati adscribit. a. 1547. nu. 100.
Catholici in Indijs de infidelibus præclaram reportant Victoriam. a. 1547. n. 136.
Vincentius Capellus Venetæ classis Præfectus. a. 1538. n. 7.
Vincentius de Valuerda Ordinis Prædicatorum Episcopus Ciuitatis Cuzco in Regno Peruano eligitur. a. 1536. n. 48.
Vinum. Nimia vini potatio mortem affert. a. 1540. n. 61.
Vinum aqua non miscendum in calice Hæretici adstruunt. anno 1547. n. 69.
Nimio vino abstinere iubentur Apostolicæ Sedis Ministri. a. 1537. n. 10.
Virginius Vrsinus triremibus Pontificijs in Tunetana expeditione præficitur. a. 1535. n. 43.
Visitatio. Inſigitur Episcopis visitatio propriæ Diœcesis singulis annis, in qua nil præter victum accipere queant. a. 1547. n. 77.
Visitatores. Laudabile multum esset Visitatores Episcoporum à Pontifice per omnes Prouincias singulo quoque triennio destinari. a. 1547. n. 77.
Vldericus Vittembergensis Dux Cæsari se in posterum fidelem Arcibus etiam quibusdam Cæs. oppignoratis promittit. a. 1547. n. 98.
Vlma in Caroli potestatem reuocata, Romæ Missa solemnis pro gratiarum actione indicitur. an. 1547. n. 98.
Voluptas carnalis plena doloris, ac tormenti. a. 1547. n. 121.
Vormatia. Hagenoensi Conuentui Vormatiensis à Ferdinando substituitur. a. 1540. n. 50.
Pro eo cogendo plura, & salubria monita Io. Faber suppeditat. n. 53.
Vetant Principes Vormatiensis colloquij, acta illius publicari, priusquam ad Cæsarem referantur. n. 59.
In Ratisbonensem Dietam reijciuntur, quæcumque Vormatię fuerant agitata. ib.
Vormatiensis Dieta absente Cæsare inchoatur. a. 1545. n. 21.
Votum Castitatis, & Viduitatis non temerè factum necessariò persoluendum, docuit Henricus VIII. ac in secus docentem, supplicijs animaduertendum decernit. an. 1536. n. 27.
Sententia Hæreticorum circa vota. a. 1540. n. 49.
Votorum commutatio quam parcè adhibenda. a. 1547. n. 68.
Laqueum Hæretici dicunt, atque impossibilem votorum obseruantiam prædicant. a. 1548. num. 53. 58.
Votorum obseruatio obligat in conscientia. a. eod. n. 79.
Wittemberga. Impudens Lutheri cum Pontificio Nuntio Wittembergæ colloquium. a. 1535. n. 37. 38.
Synodum Hæretici Wittembergæ congregant ad Lutheranorum cum Zuinglianis pacem tentandam. a. 1536. n. 46.
Contra Concilium Generale à Pōtifice indictū Witembergæ impudentissimæ prodeunt propositiones. a. 1537. n. 5.
Wittembergenses Lutherani inter se grauiter dissentiunt. a. 1538. nu. 41.
Vxores Sacerdotibus permitti postulant Carolus V. ac Bauariæ Dux. an-

anno 1548. n. 45. 50. 58.
Reprobatur huiuſmodi poſtulatio. n. 68. a. 1549. n. 2.
Eas dimittere quo prætextu negent laſciui Sacerdotes in Germania, a. 1548. n. 68.
Ad tempus ſibi licitum eas permittere Carolus V. malè arbitratur. anno 1548. n. 57. 62.
Vxores communes volebat Dauid Georgius. a. 1545. n. 50.

X

Xauerius. Vid. *S. Franciſcus Xauerius*.

Z

Zuingliani plura conuenticula Baſileæ, Tiguri, ac demùm apud Bernates cogunt. a. 1536. n. 46.
Synodi Generalis nomine ridiculum hunc Conuentum apud Bernates appellant. ib.
Quo aſtu Zuinglius perfidiæ ſuæ libros Franciſco I. Galliarum Regi inſcripſerit. a. 1547. n. 116.
Zuingliani Idolatras dicunt omnes, qui Imagines, vel in Eccleſijs, vel in domibus, vel in triuijs habent. a. 1540. n. 33.
A Luthero, vt Hæretici habiti. an. 1545. n. 48.
Quid ipſi de Luthero. *ib.*
Miſſæ Sacrificium in Anglia abrogari obtinent. a. 1547. n. 130. a. 1548. n. 80.
Zutphanium vnà cum alijs Gheldriæ Oppidis Cæſareum ſubit iugum. a. 1543. n. 41.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM.



Digitized by Google

CORRIGENDA VEL MVTANDA.

Anno 1534.

Num. 3. *linea* 3. iſtic *corrige* iſthic. num. 8. §. chariſſime *col.* 2. *lin.* 2. dintiſſimè *cor.* diutiſſimè.

Anno 1535.

Num. 7. *l.* 4. Fiſcheri *cor.* Fiſcherij. §. Ad decimum *l.* 1. Fiſcherus *cor.* Fiſcherius. Ibid. §. dehums vnquam *cor.* vnquam. nu. 13. *col.* 19. fluxu *cor.* flexu. num. 15. *l.* 5. dieundo *cor.* dicundo. nu. 16. §. perductus *col.* è contra *lin.* 3. filiam *cor.* filiam. nu. 18. §. habita *col.* 2. *lin.* 20. & 21. præmiſſorum *cor.* pramiſſorum. Et *lin.* 34. fluxu *cor.* flexu. nu. 20. *lin.* 12. prineipium *cor.* principium. nu. 21. tergo *lin.* 32. Patiſcos *cor.* Pariſios. Et *lin.* 36. charras *cor.* chartas. num. 22. *col.* 2. *lin.* 15. Viudocinenſis *cor.* Vindocinenſis. num. 26. deficit. num. 27. *l.* 8. ſolicitauit *cor.* ſollicitauit. nu. 28. *lin.* 2. niterentur *cor.* niterentur. num. 19. in Polonia *cor.* 29. Eod. nu. §. extant *lin.* 2. Carolnum *cor.* Carolum. Eod. nu. §. Chariſſime *lin.* 27. fluxu *cor.* flexu. nu. 31. *lin.* 9. difficultatibus *cor.* difficultatibus. nu. 45. *lin.* ſolicitauitque *cor.* ſollicitauitque. nu. 46. *lin.* 13. poutificiarum *cor.* pontificiarum. num. 51. *lin.* 17. proripiebat *cor.* proripiebat.

Anno 1536.

Num. 3. *col.* 2. *lin.* 5. veniſſe *cor.* veniſſe. num. 5. col. 2. *lin.* 15. infimis *cor.* intimis ibid. *lin.* 25. nuuquam *cor.* nunquam. nu. 6. tergo 27. *lin.* 37. fluxu *cor.* flexu. num. 9. *lin.* 10. *adde poſt* facere intenderit. num. 10. *lin.* 6. iniurandi *cor.* iniuriandi. eodem num. §. dimiſſis *lin.* 6. aſcenderunt *cor.* peruenerunt. num. 11. *lin.* 2. *poſt* arcubus *adde* cum. *lin.* 7. inuadendum *cor.* inuadendam. & *linea* 10. Nicenam *cor.* Niceam. num. 12. rogamus *lin.* 9. deuincris *cor.* deuincies. *lin.* 5. *poſt* Chriſtianitatis *dele* non. n. 13. *lin.* 2. ea *cor.* eſt. & *lin.* 9. quid *cor.* quis. & eodem §. beatiſſime *col.* 2. *lin.* 7. perpeſpicuum *cor.* perſpicuum. & *lin.* 17. ponditionis *cor.* conditionibus. & *l.* 21. cllicere *cor.* allinere. & *lin.* 46. anima animo. num. 14. *lin* 1. collegiſſe cvniuerſos, qui Cæſarem aduersùs Gallorum Regem perorantem, *cor.* Cæterum vniuerſos, qui Cæſarem aduersùs Gallum Regem perorantem audierant non &c. & *lin.* 15. Nepolitanos *corrige* Neapolitanos. & *col.* 1. contra *lin.* 13. componerentur *cor.* componeretur. & *lin.* 14. & 15. recen-ent *cor.* recenſent. & *lin.* 17. & 18. Catdi nale c. Cardi-nalem. & *lin.* 25. qui *cor.* dum. num. 15. §. Cæſarem *lin. vltima*, & *ſequenti col.* 2. man-dentibus, *cor.* madentibus. nu. 16. §. Cardinalis *lin.* 18. tergo *poſt* collegam, *adde* Cardinalem Caracciolum. nu. 17. *lin.* 3. Guidiccini *cor.* Guidiccioni. & *lines* 8. & 9 quam Carpum *cor.* cum Carpium. & §. refracta *lin.* 21. poſt ingentem *adde* multitudinem. num 18. *lin.* 6. Cariuuianum *cor.* Carnianum. num. 20. *lin.* 1. *poſt* ſubmiſſi *adde* deinde. & *col.* 2. *lin.* 3. potuerunt *cor.* potuerint. & §. dilecte fili *lin.* 41. ea te, apud *cor.* ea apud te. & ibid. tergo *col.* 1. ante §. pulſis *adde* num. 21. & ibid. antè §. ornauit *adde* num. 22. num. 23. §. chariſſime *col.* 2. *lin.* 17. *poſt* certis *adde* nuntijs. num. 24. §. mi venerande *lin.* 13. Chriſto *corrige* Chriſto *lin.* 14. & 15. conſu-mares *cor.* conſum-mares. eod. §. *col* 1. è contra *lin.* 6. *poſt* ante *adde* te. num. 25. *lin.* 6. veneratè *cor.* venerat, è. num 26. *lin.* 12. anoribus *cor.* amoribus. & tergo *col.* 1. num 27. §. ad ſextum tum *cor.* tàm. & *lin.* 4. & 5. Bolena *corrige & adde* pro Eliſabethæ Bolenæ. num. 29. *lin.* 11. auertere *cor.* conuertere. & *lin.* 13. crimine inquiſiſſet *cor.* crimina inquiſiuiſſet. nu. 30. *lin.* 28. aſſeruande *cor.* aſſerendæ. n.

31. *col.* 2. *lin.* 10. *ante* eaſdis *adde* de. & *lin.* 11. *poſt* vltimum *adde* pati. num. 32. §. addixerat *col.* è *contra* 1. & *lin.* 1. ſedecim *cor.* ſexdecim. num. 33. § Romæ *l.* 15. feciſſe *cor.* fuiſſe. num. 35. *linea* 1. fuit *cor.* fuiſmet. eodem num. §. Paulus *lin.* 6. ſuborti *cor.* ſubortis. eod. num. 35. in vltima ſubſcriptione Cardinalium, ego Martinus *cor.* ego Marinus. nu. 36. *lin.* 12. *poſt* tranſmiſit *adde* qui deinde. num. 37. §. 15. præſens *lin.* 16. *poſt* Virginem *adde* non. & *eadem linea*, & *ſequenti* Theotocon *cor.* ΘΕΟΤΟΚΟΝ. eod. num. 37. §. VIII. ad hæc *lin.* 5. *poſt* acta *adde* narrant. & *lin.* 9. tragedias *cor.* tragœdias. eod. num. 37. §. X. prædicti autem *cor.* pradicti autem. & §. XI. cùm autem *colum.* 2. *lin.* 4. ne vtique *cor.* nec vtique. & §. XV. Caroloſtadius *lin.* 7. ſata *cor.* ſecta. & §. XVIII. præterea *lin.* 6. & 7. red-ierunt *cor.* redderentur. & *lin.* 10. Ezechiel *cor.* Ezechiele. & *li.* 12. capita *cor.* capitibus. & *lin.* 20. intolerables *c.* intolerabiles. & § XXVII. ad hæc *lin.* 7. deridant *cor.* derideant. & §. XXXIV. ſicetiam *lin.* 6. iter *cor.* breuiter. & §. XXXV. eſſet etiam *lin.* 4. *poſt* haberent *adde* hæreſes. & §. XXXVII. cum primis *linea* 16. Roma *corrige* Romæ. & §. XLVI. cùm autem *lin.* 5. Ecbevus *cor.* Echius. & §. XLVIII. *lin.* 6. Iudicem. indicem. & *lin.* 9. iolius *cor.* ſolius. & §. LIV. *lin.* 4. inuulgata *cor.* ac vulgata. & §. LIX. quamquam *col.* 1. *è contra lin.* 9. ſit poſſibile non *cor.* non ſit poſſibile tot Epiſcopos. & §. LX. rurſus *linea* 13. codro *cor.* Codro. & §. LXVI. quod *lin.* 11. cytharœde *cor.* cytharœdo. & §. LXVII. *col.* 1. *tergo lin.* 2. proin. *cor.* proinde. & §. LXVIII. ad præſens *lin.* 17. *poſt* modo *adde* non. & §. LXXII. hac *lin.* 7. Metenſium *cor.* Metentium. num. 38. & §. XXXIV. hoc *lin.* 3. humeris *cor.* numeris. & §. XXXVI. non *lin.* 4. comparean *corrige* compareant. & §. XLVIII. ad hoc *col.* 2. *lin.* 19. nominis *cor.* homines. num 39. *lin.* 1. *poſt* accepto *adde* Pontificis, & *dele* eo. & *eodem linea poſt* reſponſo *adde* cuius ſuprà meminimus. eodem num. 39. §. ſunt *lin.* 15. præcipuè *cor.* præcipuæ. eod. num. §. huic *lin.* 3. expectare *cor.* expectari. eodem num. §. vt itaque *lin.* 16. pulchrum erit *cor.* planum fiet. num. 40. *lin.* 5. Archiepiſcopum *cor.* Epiſcopum. eod. num. §. Dilecte fili *linea* 11. arbitrati ſumus vtere. Igitur *cor.* arbitrarij munus. Vtere igitur. num. 41. *lin.* 8. Paulus *corrige* Sigiſmundus. & *lin.* 11. *poſt* etiam *adde* Paulus. & §. cùm ipſa ad gloſſam ob quas *lin.* 3. celebraudum *cor.* celebrandum. num. 42. *lin.* 8. Regi Daciæ *cor.* Regi Daniæ. & §. chariſſime *col.* 2. *lin.* 2. particulari *cor.* particulariter. & §. conceptæ *lin.* 10. *poſt* Pontifici *adde* imminebant. & *lin.* 12. cedere *cor.* edere. & *lin.* 17. quæſti *cor.* quelli. & ad Gloſſam 8. & 9. *linea* Sibiliæ *cor.* Hiſpali. & *lin.* 15. & 16. il-laturæ *cor.* il-laturum. & *lin.* 16. & 17. pa-ctæ *cor.* pa-cem. eodem num. 43. *tergo col.* 1. *lin.* 2. *poſt* repetemus *adde* ex impiiſſimis Principum Lutheranorum ad Cæſarem datis. & §. licet *lin.* 3. accipimus *cor.* accipiamus. & *lin.* 9. & *cor.* ex. num. 44. *lin. poſt* poſſent: quæ conſtant ex eorumdem impiorum monumentis. & §. vt clarè *lin.* 22. idola-*cor.* idolola-. & §. item aliud *lin.* 12. idolatria *cor.* idololatria. & *lin.* 25. idolatriam *cor.* idololatriam. num. 45. *lin.* 9. Tiepolo *cor.* Teupolo. & §. venerabilis *lin.* 3. nonnullæ conuenticulæ *cor.* nonnulla conuenticula. & eod. §. venerabilis *lin.* 4. inuentæ *cor.* inuenta. num. 48. *lin.* 8. & 9. vt corrumpant Chriſtianos, qui à Sathana reguntur *cor.* qui à Sathana reguntur, vt corrumpant Chriſtianos. & §. in India *lin.* 7. *poſt* Arx *adde* Dienſis. num. 49. *col* 2. *linea* 6. carpenctoracenſem *cor.* Carpenctoracenſem.

Anno 1537.

Num. 3. *lin.* 7. Concilio *cor.* conſilio. num. 5. *lin.* 11. Ragnſæus Epiſcopus *cor.* Ragnſinus Archiepiſcopus. num. 6. *lin.* 27. huic *cor.* huc. num. 8. *lin.* 2, Epidemici *cor.* Epidemetici. num. 9. *linea* 10. & 11. vec-chius *cor.* Vec-rellius. & *lin.* 19. Perſien *cor.* Pariſien. num. 13. *tergo lin.* 36. permanent *cor.* permanent. nu. 15. *lin.* 5. anteferreretur *cor.* anteferretur. num. 17. *lin.* 14. eum *cor.* cum. n. 19 *lin.* 5. inria *cor.* iura. num 38. *col.* 2. *lin.* 8. quærelas *cor.* querelas. & §. Roma *lin.* 4. Rainaldum *cor.* Reginaldum. & §. demiſſo *lin.* 3. & 4. commendarent *cor.* commodarent. num. 39. §. chariſſime *lin.* 7. eo *cor.* eò. eod. §. chariſſime *tergo linea* 8. cum *cor.* tum. num. 42. §. chariſſima *lin.* 21. confidamus *cor.* confidimus. num. 43. *lin.* 6. cum *cor.* verum. & *lin.* 26. extimauit *cor.* extimuit. & *l.* 33. coniunxit *cor.* coniunxerit. & *linea* 41 Cameracum *cor.* Cameracefium. nu. 44. §. concuſſerat *lin.* 11. quærebantur *cor.* querebantur. & §. peruenit *lin.* 1. ſaluus *cor.* incolumis. & *lin.* 7. Gregorio *cor.* Georgio. num. 46. *linea* 2. nefanda *cor.* aſſidua. & *lin.* 7. Imperator *cor.* Tyrannus. & *lin.* 10. Cliſſij *cor.* Chiſſiæ. & §. dilecti *lin.* 8. *poſt* eſſet *adde* ſubſidium. nu. 47. *lin.* 1. Cliſſam *cor.* Cliſſiam. eod. num. *col.* 2. *lin.* 14. Cliſſam *cor.* Cliſſiam. & *lin.* 16. diſtri-*cor.* diſtra- & *linea* 36. Cliſſam *cor.* Cliſſiam. & ad Gloſſam *lin.* 1. Clyplia *cor.* Cliſſia. nu. 48. §. exaratis *lin.* 5. verè *cor.* vere. nu. 50. *lin.* 4. irruperet *cor.* irrumperet. & *lin.* 5. ac 6. oc-cœcarat *cor.* ob-cœcarat. num. 81. *linea* 17. ſiniſtrortum *cor.* ſiniſtrorſum. & *lin.* 25. *poſt* belli *adde* gerendi. & *tergo eod. num.* 5. *lin.* 9. *poſt* ſpe *adde* concepta. num. 53. *lin.* 2. illatum *cor.* illatam. & *lin.* 5. eis *cor.* eos. & §. chariſſime *lin.* 63. caſtigar *cor.* caſtigat.

Anno 1538.

Num. 15. *lin.* 2. actutum *cor.* acturum. num 21 §. chariſſime *lin.* 1. exultetioni *cor.* exultationis. num. 22. *lin.* 1. Viterbio *cor.* Viterbij. & *lin.* 7. Tiepolum *cor.* Theupulum. & *lin.* 10. & 11. atque *cor.* cum autem. & *lin.* 12. erat *cor.* eſſet. & *lin.* 15. quem *cor.* enim. & ad Gloſſam *lin.* 3. Turcas *cor.* Venetos. eod. num. 22. §. dilecte *col.* 2. *linea* 8. propriſſimus *cor.* prompciſſimus. num. 23. *lin.* 7. feciſſe *cor.* fecerat. & *lin.* 8. receſſum *cor.* receſſui. num. 24. §. chariſſime *linea* 4. accedendum *cor.* accendendum. eod. §. *tergo lin.* 8. requirente *cor.* requirente. & *lin.* 38. tua *cor.* tuam. & *lin.* 45. tunc *cor.* tàm. & *col.* 2. *lin.* 10. vacuam *cor.* vacuum. num. 25. §. in eo *col.* è *contra lin.* 15. acquieueritis *cor.* acquiretis. nu. 26. *lin.* 3. *poſt* diximus *adde* à. & *lin.* 33. cepiſſet *cor.* cœpiſſet. num. 28. *linea* 1. felicius *cor.* fœlicius. num. 29. *tergo col.* 1. *lin.* 31. ſequutus *cor.* negans. & *linea* 53. aſſidentibus *cor.* aſſilientibus. nu. 30. *col.* 2. *lin.* 5. cum *cor.* & *adde* ea lege vt. & *linea* 6. & 7. profe-ctus *cor.* profecturus. num. 31. §. ad Concilij *col.* è *contra lin.* 1. & 2. Vincentiam *cor.* Vicentiam. num. 36. *lin.* 8. ſublata *cor.* ſublato. eodem. num. §. Pauli *col.* 1. *tergo lin.* 2. & 3. nega-tionem *cor.* repulſam. eod. *lin.* 3. benè *cor.* penè. & *lin* 26. tuta *cor.* tutam. *ibid.* pax *cor.* pacem. *ibidem poſt* tempora *adde* tum fuiſſe. num. 38. *lin.* 35. veniente *cor.* veniente. num. 41. *lin.* 7. morum *cor.* meorum, & *poſt* eſt *adde* trahi. num. 42. §. hunc errorem *lin.* 35. opinatum *cor.* inopinatum. & *linea* 37. propulſaret *cor.* promulgaret. num. 43. §. II. prædeſtinatio *adde in margine*. Nec

trahendo neceſſitatem inducit. & §. VIII. communis *lin.* 4. pœuam *cor.* pœnam. num. 44. §. inſignem *lin.* 10. & 11. ſuppoſitoue *cor.* ſuppoſitoque. num. 45. *lin.* 3. inſectatu *cor.* inſectatus. num. 46, *lin.* 26. Cuitate *cor.* Ciuitate. & §. cùm itaque *lin.* 4. abſque *cor.* abſque. num. 47. §. Aleandri *lin.* 2. & 3. ſuperiori anni *cor.* ſuperiore anno. & §. promotus *lin.* 5. *poſt* præerat *adde* vt. eodem num. 47. §. non prætermittimus anni *cor.* hoc anno.

Anno 1539.

Num. 2. §. Reuerendiſſime *lin.* 16. cum *cor.* eum. num. 3. deinde *lin.* 22. perſtitiſſe *cor* præſtitiſſe. nu. 5. *lin.* 2. tractationibus *cor.* tractatibus. num. 14. *linea* 25. Laſcuerenſem *cor.* Laſcurenſem. & *lin.* 29. & 30. Laſcue-renſem *cor.* Laſcurenſem. nu. 21. §. chariſſime *lin.* 3. cum *cor.* cum. eod. §. *col.* 2. *lin.* 21. eum *cor.* cum. num. 26. §. item cum dubitet *lin.* 25. vmquam *cor.* vnquam. nu. 31. *lin.* 1. inceptum *cor.* incœptum.

Anno 1540.

Num. 29. §. dilecte fili *lin.* 18. els *cor.* eis. nu. 32. §. oſtendat *lin.* 7. vtmorem *cor.* vt morem. num. 44. *col.* 2. *linea* 1. hacteuùs *cor.* hactenùs. num. 47. *colum.* 1. *lin.* 4. poſt Cæſaream *adde* Maieſtatem. num. 48. §. Chriſtianiſſimus ad Gloſſam *lin.* 3. Barbarini *corrige* Barberini. & §. Cæterum *lin.* 16. tollatur *cor.* tollantur. & *lin.* 20. vnita *cor.* vnica. num. 49. §. de hoc quoque Vvideniſtę *cor.* Vviclephiſtæ. & §. & hic *lin.* 6. contraria *cor.* contrariæ. & §. de hoc quoque articulo *linea* 20. obijcere *cor.* abijcere. & §. de hoc articulo *lin.* 10. *poſt* opera *adde* ſed vtraque. num. 49. §. de hoc articulo admodum *col.* 2. *lin.* 9. mammo *cor.* mammona. & §. hęc eſt *lin.* 19. grauarim *cor.* granatim. num. 50. §. nulla ſpes *ante* nulla *adde* 51. num. 52. *col.* 1. *lin.* 6. *dele* à verbis & idem ad verba & diſcutiendis, *& corrige vt ſequitur*. Quod pariter confirmatur ex Actis Conſiſtorialibus, qui referunt Pontificem prima die Octobris deſtinaſſe Nuntium ad colloquium Vvormatienſe, vt rebus ibi pertractandis, & diſcutiendis intereſſet; quibus doctos alios viros aſſociauit. Hi autem fuere Thomas Badia Apoſtolici Palatij Magiſter, Gregorius Cortefius Abbas Benedictinus, Petrus Gherardus Gallus, atque alius Theologus è Scotia oriundus, qui tum in Aula Pontificia morabatur. & ad Gloſſam *adde* M. S. Card. Spadæ fig. *num.* 133, *pag.* 307. num. 54. §. vt omnem *lin.* 1. & 2. ponatis *cor.* ponatis in Domino. & §. & ſi fortè *lin.* 16. *poſt* diplomata *adde* poſcerent. & §. Item, vobis *cor.* idem vobis. & §. commemorabitis *lin.* 1, dextro *cor.* dextero. & *lin.* 5. *poſt* non *adde* ſolum ex. & §. non deſperamus *lin.* 11. *poſt* vobis *adde* de. & §. qæ verò *cor.* quæ vero. & §. illud *linea* 3. impugnent corrige imputent. nu. 45. §. venerabilis *col.* 2. *linea* 3. concedere *cor.* concedere. num 60. *lin.* 11. obliquę *cor.* obliquè. & *lin.* 13. quas *cor.* quos. eod. num. *tergo col.* 1. *linea* 1. filij *cor.* filios. & *linea* 44. hanc *cor.* hunc. num. 61. *lin.* 29. Principes *cor.* Principes. & *lin.* 37. Orarotes *corrige* Oratores. & §. XXIV. Nouembr. *è contra col.* 1. *lin.* 3. fucrę *cor.* fuere. nnm. 64. *lin.* 5. & 6. ac fermè mediam tertiam, *cor.* tertiam ac fermè mediam. & *lin.* 27. perduellis *cor.* perduelliopis. & *lin.* 31. emandatum *cor.* amandatum. & §. ſublato *linea* 6. pertereret *cor.* interet.

Anno 1541.

Num. 27. §. maiori *lin.* 1. eorum *cor.* ſuam.

Anno 1542.

Num. 46. *lin.* 3. Armachananus *corrige* Armachanus. num. 48. ingrauſcebant *cor.* ingraueſcebat. eod. num. §. Chariſſime *tergo col.* 1. *lin.* 33. abſte *cor.* abs te. num. 49. *lin.* 8. abrutum *cor.* abrutam. & §. venerabiles *lin.* 34. firmiter *cor.* firmiter. num. 53. §. ſi ad pœnitentiam *lin.* 3. voluptarium *cor.* voluptuarium.

Anno 1543.

Num. 2. *col.* è *contra lin.* 54. narraremus *cor.* nauaremus. num. 3. *linea* 14. reducendum *cor.* reducendam. & *linea* 13. & 14. Illuſtriſſimi *cor.* Illuſtriſſimorum. & *lin.* 18. Marip *cor.* Manriquez, num. 4. *lin.* 10. & 11. Norimbergenſem *cor.* Norimbergenſem Conuentum. nu. 53. *lin.* 12. *dele* exhibita, & *cor.* propoſita, & *poſt* propoſita *adde* vt Diaria horum temporum referunt. §. Cæterum *lin.* 4. Domino *cor.* Dominum. eodem num. 53. §. de indictis *tergo col.* 1. *lin.* 6. eſt *cor.* ſit. nu. 55. *lin.* 7. adhortabitque *cor.* adhortabiturque. & *lin.* 22. ad imitandos *cor.* ad imitandum. & *lin.* 23. *dele* ad. & *lin.* 24. vnum ſequens *corrige* ſubiectum. eod. nu. 55. §. reſtitutus meo *cor.* in eo.

Anno 1544.

Num. 6. §. & etiam *lin.* 7. Pontifie *cor.* Pontifice. num. 7. *lin.* 4. *poſt* ingentem *adde* dolorem. & *lin.* 12. patientur accedas *cor.* patienter audias. num. 7. §. præterea *lin.* 24. *poſt* veritates *adde* decernendi. & *lin.* 49. abſte *cor.* abs te. eod. num. 7. §. præterea *col.* 2. *lin.* 20. abſte *cor.* abs te. & *lin.* 24. abſte *cor.* abs te. & *lin.* 29. abſte *corrige* abs te. & §. nonne *col.* 2. *lin.* 42. conquæri *cor.* conqueri. & *lin.* 54. ſed *cor.* ſed. num. 8. *lin.* 9. confirmarent *cor.* confirmaret. n. 13. *linea* 8. inani *cor.* inanem. & *linea* 14. *poſt* Surius *dele* his verbis. num. 14. §. Inuictiſſimè *lin.* 28. quam *cor.* quàm. num. 15. §. non deterritus *lin.* 4. prędones *cor.* prædones. num. 16. *lin.* 15. Galliæ *cor.* Angliæ. eod. num. 16. §. poterant *lin.* 22. *poſt* fœdus *dele* cum illo. & *lin.* 23. ea *cor.* eo. num. 17. *col.* 2. *linea* 62. enecta *cor.* enecta. num. 18. *lin.* 3. retinere *cor.* diſtinęre. num. 19. *linea* 5. *dele* & ſic loquitur. & *linea* 6. *poſt* anni *adde* ſic habet. & *lin.* 31. vnaquaque *cor.* vnaquaque. num. 20. §. non deſperauit *lin.* 9. Moronem *cor.* Moronum, & *lin.* 24. Mellun *cor.* Melodunо. nu. 21. §. & ſi *lin.* 6. in principio *dele* in. num. 40. §. XIX. Decembr. *lin.* 25. Lexouenſem *cor.* Luxouenſem.

Anno 1545.

Num. 9. §. ſignificarunt *lin.* 12. excedat *cor.* exeat. n. 50. *lin.* 31. ſæculum *cor.* ſeculum.

Anno 1546.

Deficit num. 92. poſt num. 91. §. primo omnium *col.* è *contra lin.* 2. qui *corrige* quos. & §. prima ratio *cor.* prima ratio. num. 94. §. tolli *lin.* 3. quæſtique *corrige* queſtique. eod. §. tolli *colum.* 2. *lin.* 12. Lutherani *cor.* Lutheranorum. & §. Teneatur Pontificia *lin.* 2. fluxu *cor.* flexu. ead. *lin.* 2. deponereapud *cor.* deponere apud. num. 100. §. nil valuere *lin.* 1. ac *cor.* nam. num. 104. *lin.* 56. ſententiæ *cor.* ſententiæ. num. 107. *lin.* 5. cœpit *cor.* cepit. & §. XIII. Iulij *lin.* 2. receppiſſe *cor.* recepiſſe. num. 108. *lin.* 8. ceperunt *cor.* ceperunt. num. 111. *lin.* 11. eppellarunt *cor.* appellarunt. num. 114. *lin.* 1. anni *cor.* anno. & *lin.* 2. antea *cor.* anteà. & *lin.* 9. aditn *cor.* aditu. num. 115. *lin.* 10. cœpit *cor.* cepit. & *lin.* 18. qni *cor.* qui. §. XXVIII. deeſt num. 125. num. 126. §. nimium *lin.* 1. ſiuit *corrige* ſinit. eod. §. nimium *col.* è *contra linea* 4. Roccereti *cor.* Roucreti num. 147. *lin.* 6. Rodulphus *cor.* Rodulphius. nu. 150, *lin.* 7. Maſchareni *cor.* Maſcharenius. & *lin.* 8. *poſt* exempla *adde* edita. & *lin.* 9. *poſt* Sofar *adde* Dienſis Toparchæ. num 152. in Gloſſa Varſellin. *cor.* Turſellii num. 153. *col.* 2. *linea* 18. ipſe *cor.* ipſa & *lin.* 4. illas *cor.* illius.

Anno 1547.

Num. 3. ad hæc *col.* 2. *lin.* 36. Synodu *cor.* Synodum. num. 34. *poſt* [confirmatione] *dele* num. 34. num. 49. *linea* 17 placetne *cor.* placet ne. num. 63. §. hæc Sacroſancta *col.* 2. *lin.* 32. opportunum *cor.* opportunam. num. 65. *lin.* 3. voluntatis *cor.* velle. num. 69. *lin.* 5. conſequutis *cor.* conſequentibus. nu. 73. §. vt quoties *lin.* 2. defercur *cor.* defertur. num. 74. *lin.* 43. diligentem *cor.* diligenter. & §. & cum *lin.* 4. *poſt* nunquam *dele* non. num. 75. §. XVIII. Nouembris *lin.* 6. *poſt* ſunt *adde* deinde in cœtu publico ita peroratum eſt. num. 76. §. item deſideratur *lin.* 3. *poſt* vita *adde* cum, & *poſt* ordinandi *adde* ſed. num. 77. §. vtile eſſet *lin.* 2. apparent *cor.* appareat. num. 78. *lin.* 7. cùm *cor.* Cùm. & *linea* 19. Apoſtoiicum *cor.* Apoſtolicum. nu. 79. *lin.* 3. accedent *cor.* accederent. & §. de his *lin.* 6. eum *cor.* eam. eod. §. de his *col.* è *contra lin.* 16. èxtraheretur *cor.* protraheretur. & *lin.* 17. extrahendam extracta *cor.* protrahendam protracta. & *lin.* 22. Bonontam *cor.* Bononiam. num. 70 *lin.* 3. Sena *cor.* Senæ. & *lin.* 4. deſignaretur *corrige* deſignarentur. & §. ex Vrbe *lin.* 7. euentum *cor.* euentu. num. 81. *col.* 2. *lin. vltima poſt* fuiſſe *adde* ita demonſtrans. num. 82. *lin.* 2. *poſt* quo *adde* Dei. & §. ex his MDXVIII. *corrige* MDLXVIII. num. 83. §. porrò *lin.* 2. prænſauit *cor.* prenſauit. & §. cùm miſſet *col.* 2, *lin.* 5. & 6. hoſpitalem Præſidem Pariſienſem *cor.* hoſpitalis Pariſienſis Præſidem. & §. III. Septembris *lin.* 13. Conciſtorio *cor.* Conſiſtorio. & *lin.* 15. ad *cor.* à. & *lin.* 22. operæ *cor.* opera. num. 84. §. poſt debita *col.* è *contra lin.* 19. incendiù *cor.* incendium. nu. 85. *lin.* 4. quia *cor.* cum. & *linea* 23. Bononiæ *cor.* Bononiæ. & *lin.* 32. ſed *cor.* ſedere. & *lin.* 37. fluxu *cor.* flexu. & *linea* 41. *poſt* repudiata *adde* vt. & *lin.* 50. *poſt* ſe *dele* non: deficit num. 86. num. 127. §. dilecte fili *lin.* 33. extremum *cor.* externum. num. 128. §. demiſit *linea* 17. Agris *cor.* agris.

Anno 1548.

Num. 6. *lin.* 1. *dele* Bononiæ. & §. II. Ianuarij *lin.* 11. inſeruitur *cor.* inſeritur. n. 8. *lin.* 19. nos *cor.* vos. n. 28. §. intellexiſti *lin.* 33. in dicta *cor.* indicta & *lin.* 43. qui *cor.* quæ. & §. atque *lin.* 20. & *cor.* vt. eod. §. atque *tergo col.* 1. *lin.* 7. obſcura *cor.* obſcuras. & *lin.* 34. Vicetiæ *cor.* Vicentiæ. *col.* 2. *lin.* 4. cogeretu. Vrerum *corrige* cogeretur. Verum. num. 29. deficit. num. 46. *lin.* 3. indulgendo *cor.* indulgendum. *linea* 4. potuit *cor.* potuerit. nu. 65. *lin.* 6. Dertanum *cor.* Bertanum.

Anno 1549.

Num. 15. *lin.* 6. Præſum *cor.* Præſulum. num. 9. *lin.* 10. *adde poſt* facere intenderit. num. 10. *lin.* 9. iniurandi *cor.* iniuriandi. eod. num. §. dimiſis *linea* 6. aſcenderunt *cor.* peruenerunt. num. 11. *lin.* 2. *poſt* arcubus *adde* eum. *lin.* 7. inuadendum *cor.* inuadendam. & *lin.* 10. Nicenam *cor.* Niccam. num. 12. §. rogamus *lin.* 9. deuinxeris *cor.* deuincies. *lin.* 15. *poſt* Chriſtianitatis *dele* non. nu. 13. *lin.* 2. ea *cor.* eſt. & *lin.* 9. quid *cor.* quis. & eod. §. Beatiſſime *col.* 2. *lin.* 7. perpeſpicuum *cor.* perſpicuum. & *lin.* 17. conditionis *cor.* conditionibus. & *linea* 21. allicere *cor.* allinere. & *lin.* 46. anima *cor.* animo. num. 14. *lin.* 1. collegiſſe vniuerſos, qui Cæſarem aduerſus Gallorum Regem perorantem audiuerant *cor.* cæterum vniuerſos, qui Cæſa-

rem

rem aduersùs Gallum Regem peroran-tem audierant non &c. & *lin.* 15. Nepolitanos *cor.* Neapolitanos. & *col. contra li.* 13. componerentur *cor.* componeretur & *lin.* 14. & 15. recen-ent *cor.* recen-ſent. & *lin.* 17. & 18. Cardinale *corrige* Cardinalem. & *lin.* 25. qui *cor.* dum... nu. 15. §. Cęſarem *lin. vltima & ſequenti col.* 2. man-dentibus *cor.* madentibus. num. 16. §. Cardinalis *lin.* 18. *tergo poſt* collegam *adde* Cardinalem Caraccio-lum. num. 17. *lin.* 3. Guidiceini *corrige* Guidiccioni. & *lin.* 8. & 9. quam Car-pum *cor.* cum Carpium. & §. refracta *linea* 21. *poſt* ingentem *adde* multitudi-nem. num. 18. *lin.* 6. Cariuinianum *cor.* Carinianum. num. 20. *lin.* 1. *poſt* ſub-miſſi *adde* deinde. & *colum* 2. *lin.* 3. po-merunt *cor.* potuerint. §. dilecte fili *lin.* 41. ea te, apud *cor.* ea apud te. & ibid. *tergo colum.* 1. ante §. pulſis *adde* num. 21. & ibid. ante §. ornauit *adde* n. 22. & n. 23. §. Chariſſime *colum.* 2. *lin.* 17. *poſt* certis *adde* Nuntijs. num. 24. §. mi veneran-de *lin.* 13. Chriſto *cor.* Chriſto. *lin.* 14. & 15. conſu-mares *cor.* conſummares. eod. §. *colum.* 1. *è contra lin.* 5. *poſt.* ante *adde* te. num. 25. *lin.* 6. veneratè *corri-ge* venerat, è. num. 26. *lin.* 12. Amo-ribus *cor.* amoribus. & *tergo colum.* 1. *lin.* 27. §. ad ſextum tum *cor.* tàm. & *lin.* 4. & 5. Bolena *cor.* & *adde* pro Eliſabethæ Bolenæ.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google